


BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XII
H
17
NAPOLI

R. P. D. ANTONINI

DIANÆ

COORDINATI

OPERA OMNIA,

In nouem Tomos nouiſſimè diſtributa.

R. P. D. ANTONINVS
DIANA
PANORMITANVS:
CLERICVS REGVLARIS, DOCTOR
CELEBERRIMVS CORAM S.D.N. ALEXANDRO VII.
Epiſcoporum Examinator, & S.Officij Regni Siciliæ Conſultor,

COORDINATVS;
SEV
OMNES RESOLVTIONES MORALES
EIVS IPSISSIMIS VERBIS AD PROPRIA LOCA, & materias fideliter diſpoſitæ, ac diſtributæ.

Sed Titulis nouis, Notis Marginalibus, & Indicibus neceſſariis, clarâ luce, & clariori diſpoſitione illuſtratus, ac in nouem Tomos digeſtus, nunc primùm prodit:

Per V.P. MARTINVM DE ALCOLEA, *Monachum Carthuſienſem ex Regali Cænobio de Paulari.*

TOMVS PRIMVS.



LVGDVNI,
Sumptibus IOANNIS-ANTONII HVGVETAN, & GVILLIELMI BARBIER.
M. DC. LXVII.
CVM APPROBATIONIBVS ET PERMIS.



ADMONITIO AVTHORIS AD LECTOREM.

MVLTVM, *Amice Lector*, multum ego ſudaui, & alſi, vt opus perfectum, ingenio politum, & induſtria elaboratum omnibus Studioſis in lucem proferrem. Feci, quod potui, & quantum tenuitas mei ingenij comprehendit, animo & mente aſſequutus ſum, ſed pro variis accidentibus, obiectionibus, & circumſtantiis neceſſarium mihi fuit hoc totum opus, & tam indefeſſum, & perutilem laborem diſrumpere, & in rogum mittere. Sed ad inſtantiam quamplurimorum Doctorum virorum in tui gratiam, *Benigne Lector*, emenſus ſexaginta & ſeptem annos iterum de nouo hanc moleſtiam, & immenſum laborem incepi, iacentem erexi, demerſum ſuſtuli; & de oppreſſa libertate hoc opus emerſit, reuixit, & poſt tot iactatum caſibus, tot afflictum cladibus, totidémque oppreſſum malis iam ſe ex diurno labore refecit, quamuis non tam perfectum, quantum primum diruptum, & combuſtum opus. Sed quia alij anni laboris neceſſarij erant ad perficiendum hoc opus, vt primum, malui tibi opus in aliquo minus perfectum dedicare, quam ſtudium tibi meum, & laborem penitus denegare, atque oleum & operam perdere.

Ego enim in hoc Opere, & Coordinatione Operum R.P. Antonini Diana, quamuis non exiguo labore, tamen facili, ac concinnatiſſima Methodo, ordine, & diſpoſitione ad ſuas proprias materias, & principales Tractatus conduco, reduco, atque redigo quidquid per tot, tantóſque ac varios Miſcellaneorum, & Additionum anfractus, & Tractatus, laborioſiſſimus, & diffuſus Author defluebat.

Præterea, margines, vt vides, *Humillime Lector*, huius totius laboris, & diſpoſitionis ad clariorem notitiam doctrinæ erudítiſſimi Authoris tam plenæ ſunt annotationibus, vt omnes propter illas ſolas fateantur faciendam eſſe nouam impreſſionem. Quod omnes Studioſi ex Operibus R. P. Dianæ præſtolantur, hoc tantum eſt, vt omnes eius Reſolutiones ad proprias materias, & ſpeciales Tractatus redigantur. Sed crede mihi, *Chariſſime Lector*, quod, quamuis in hoc omnium Studioſorum votis occurrerim, & diu ſpectata deſideria compleuerim; verumtamen adhuc Opera R. P. Dianæ minimè comprehendi, nec intelligi poſſent ſine indigitantibus prædictis annotationibus. Et quamuis ferè omnes annotatæ Reſolutiones ſint ſimiles, ſi aliquam non

simillimam inuenies, tamen ex vtriusque doctrina, & lectione facilius, & melius vtramque difficultatem dissoluere, vel distinguere poteris.

Insuper, inter titulos huius mei laboris, & Authoris magna differentia est de titulo ad titulum, de luce ad lucem, de claritate ad claritatem: quia ipsemet R.P. Diana in qualibet Resolutione sui ordinis vnam tantum difficultatem & quæstionem pro titulo proposuit; ita vt in suis 12. part. 6595. Resolutiones habeat, & per consequens totidem 6595. difficultates pro titulo apposuerit: Sed in prædictis 6595. Resolutionibus, ex earum ipsismet textibus plusquam viginti & octo millia quæstionum in titulis earum clara luce, clariori dispositione deduco, adscribo, assigno, & demonstro. Vbi exiguo, ac tenui labore cuiquam reperire licebit, ne dum præcipuas difficultates, quibus sapientissimus Author titulum indidit. Sed etiam cæteras alias quàm plurimas quæstiones etiam minutissimas sine nomine, & titulo errantes, diuagantes, & absconditas in corpore, & textu cuiuslibet Resolutionis, præ præcipuis, & primoribus, quas ipse Author passim obiter tangit, dummodo habeant Authorem, & rationem. Vnde posthac huius noctilucæ splendore potiri licebit, quæ tenebris offusa manebant, & quæ huius mirabilis Authoris volumina obsignata & occlusa tenebant. Hoc enim opus manuducet omnibus studiosis, qui breuiori via, facili, & fructuosa immensos, & obstrusos sapientiæ Dianæ Thesauros inuenire, & præuenire queat. Ideo posthac Diana à Sole suum mutuauit splendorem? Ita vt hoc opus videatur depingere Liranensis *de prophana rerum nouitate cap.* 17. *ita dicens: Intelligitur te ordinante, quod antea obscurius credebatur, & ante vetustas venerabatur. Eadem tamen, quæ didicisti ita doces, vt cum dicas noue, non dicas noua.* Noua & vetera opera eruditissimi Dianæ, vniuerso orbi celeberrimi, & vsque in finem sæculi ab omnibus semper honorandi, & venerandi benignè accipe, Humanissime Lector. Floreat digne. Floreat inter Scriptores & Doctores nostræ Sanctæ Matris, & Catholicæ Ecclesiæ talis, & tantus Author, qui in tui gratiam, & leuamen in vnum opus tantam doctrinam, tantosque congessit Authores & rationes.

Author Compendij ad opera celeberrimi Patris Dianæ, & omnes alij eius additionatores, bona eorum venia, minime illius opera comprehenderunt, sed quasi ea tondentes elegerunt principales quæstiones cuiuslibet Resolutionis, & aliquos obiter notandos paragraphos; relinquentes intactas alias quam plurimas quæstiones inclusas, & occlusas in textu & corpore cuiuslibet Resolutionis. Ideo alia tertia pars difficultatum supradicto compendio, vel summæ deest, quæ cum DD. & rationibus fulcitæ sunt in toto opere R. P. Dianæ, quæ omnes hic assignare & demonstrare possum, & in citationibus dicti compendij pro eadem quæstione aliæ innumerabiles citationes desunt, vt patebit in meis marginalibus annotationibus ad omnes difficultates textus. Ideo omnes quæstiones compendij facilè inuenire poteris in operibus R.P. Dianæ, quamuis diminutas in citationibus, sed minimè econtra, nisi cum magno labore in compendio eas reperire valebis. Imò vt dixi, aliam tertiam partē difficultatum minime inuenire poteris. Vtrumque facillimè probare valebis, si attente perlegis titulos ad textus, & notationes marginales huius totius mei perutilis laboris.


laboris. Eadem est ratio de cæteris nouissimis compendiis, vel Summis ad supra dicta opera R. P. Dianæ. Propterea (*Humanissime Lector,*) Deum pro illo & pro me roga.

Non contentus supradicta dedisse hanc antiquam veri Dianę monitionem meis admonitionibus addere volui, eius sequentia verba lege, quę directè respiciunt Tomum Quintum nostri coordinati.

[*Cum à sacra Congregatione Romana & vniuersalis Inquisitionis licentiam quosuis libros prohibitos legendi obtinuissem, peruenit ad manus meas liber Petri Sarpi de Iure Asylorum; qui primò Italicè conscriptus, postea Latinitate donatus fuit ab Augerio Frikelburgio, & editus Lugduni Batauorum in officina Elzeuiriana anno* 1622. *Ego existimo nomen eius Auctoris fictitium esse: & verum ex validissimis præsumptionibus propalarem; sed ex dignis rationibus nolo. Hic auctor in tota serie dicti libri procaciter & irreuerenter nihil aliud intendit, nisi prorsùs euertere sacrorum templorum immunitatem, pro qua stabilienda licèt ego ipse* in part. 1. tract. 1. *per tot.* & in tract. 1. part. 3. 4. & 5. *non sine communi vtilitate, vt reor, multa congessi, tamen necessarium esse existimaui aduersùs ea, quæ dictus Sarpus eructat, me opponere & sigillatim refellere. Sed quia ipse totam hanc materiam ad tria capita reducit, Primum: Quænam sint sacra loca, quæ ad se confugientes tueantur. Secundum: Quænam personarum conditio, & quodnam delicti genus loco sacro protegi, aut non protegi, possit. Tertium: Quænam ratione à sacris locis extrahi debeant ij, qui eisdem tegi aduersùs iustitiam non possunt. Ideò de his ego secundùm hunc ordinem pertractabo; addendo etiam aliqua ad complementum huius materiæ.*

Aduertendum tamen est, quòd licèt Sarpus pro confirmatione suarum opinionum soleat aliquando adducere aliquos Doctores; hi vel non sunt audiendi, quia scripserunt ante Bullam Gregorij IV. vel stando in iure communi antiquo veniunt etiam refellendi ex rationibus & Doctoribus à nobis inferiùs adducendis: & Farinacius sæpè à Sarpo adductus se retractauit in Appendice de immunitate, vt infrà patebit.

Nec desinam hîc obiter adnotare aliquos graui censura dignos esse, qui fauorem Principum aucupantes, asserunt Sacram Congregationem his temporibus libros iurisdictionem Regiam defendentes statim prohibere; hoc enim falsum est: nam nullus liber in Indice apponitur, quia defendit iurisdictionem sæcularem, vbi licitè defendi potest: hoc enim Summi Pontifices nequaquam voluerunt, nec volunt; vt patet ex cap. causam quæ, qui filij sint legit. cap. quoniam, dist. 10. cap. cùm ad verum, dist. 96. cap. solitæ, de maiorit. & obed. cap. nouit, de iudic. & cap. si duobus, §. denique de appellat. *Sed prohibentur, quia propter iurisdictionem Regiam ampliandam docent aliquas opiniones falsas, quæ expurgandæ sunt, quod videtur* in tit. de Correct. libror. §. 1. Reg. 14.]



ADMONITIO BIBLIOPOLARVM AD LECTOREM.

BENEVOLE Lector, *non satis esse putauimus tibi dedisse Indicem noua methodi Alcolea in coordinandis Diana operibus, sed adhuc necessariam esse clauim sequentem iudicauimus, vt illius laboris & nostri in te studij perfectam cognitionem haberes, scias igitur, Tractatum I.* De Sacramento Baptismi, *continuentem in 2. p. Diana r. 8. in 3. p. r. 21. in 5. p. r. 48. in 6. p. r. 2. in 7. p. r. 5. in 9. p. r. 9. in 10. p. r. 10. & in 11. p. r. 2. in hoc tomo r. 105. continere. II. Tractatum.* De Sacramento Confirmationis *habentem in 2. p. Diana r. 1. in 3. p. r. 10. in 4. p. r. 2. in 5. p. r. 4. in 7. p. r. 1. in 9. p. r. 4. & in 10. p. r. 2. in hoc tomo r. 24. habere. III. Tractatum* De Sacramento Pœnitentiæ, atque de casibus excusantibus à Confessione ante Eucharistiam, &c. *complectentem in 2. p. Diana r. 11. in 3. p. r. 48. in 4. r. 16. in 5. p. r. 27. in 6. p. r. 5. in 7. p. r. 3. in 8. p. r. 2. in 9. p. r. 36. in 10. p. r. 14. & in 11. p. r. 37. in hoc tomo r. 199. complecti. IV. Tractatum* De Absolutione Sacramentali, & etiam moribundis sensibus destitutis largienda, *includentem in 2. p. Diana r. 5. in 3. p. r. 13. in 4. p. r. 6. in 5. p. r. 23. in 6. p. r. 2. in 9. p. r. 2. in 10. p. r. 3. & in 11. p. r. 13. in hoc tomo r. 67. includere. V. Tractatum* De aliquibus reseruatis, atque de eorum absolutione, *referentem in 2. p. Diana r. 14. in 3. p. r. 10. in 4. p. r. 5. in 5. p. r. 11. in 6. p. r. 4. in 7. p. r. 2. in 8. p. r. 3. in 9. p. r. 7. in 10. p. r. 8. & in 11. p. r. 5. in hoc tomo r. 69. referre. VI. Tractatum.* De satisfactione Sacramentali, *exhibentem in 2. p. Diana r. 3. in 4. p. r. 2. in 5. p. r. 9. in 6. p. r. 6. in 7. p. r. 1. in 9. p. r. 7. in 10. p. r. 8. & in 11. p. r. 5. in hoc tomo r. 59. exhibere. VII. Tractatum* De Circumstantiis aggrauantibus non necessario explicandis in confessione, *dantem in 1. p. Diana r. 66. in 2. p. r. 8. in 3. p. r. 24. in 4. p. r. 8. in 5. p. r. 9. in 6. p. r. 5. in 7. p. r. 10. in 8. p. r. 2. in 9. p. r. 9. in 10. p. r. 7. & in 11. p. r. 17. in hoc tomo r. 165. dare. VIII. Tractatum* De Sigillo Confessionis, *ostendentem in 1. p. Diana r. 3. in 3. p. r. 5. in 5. p. r. 52. in 6. p. r. 2. in 7. p. r. 1. in 10. p. r. 1. & in 11. p. r. 2. in hoc tomo r. 67. ostendere. Hæc omnia perpende & Vale.*

AD



ADMONITIO AD LECTOREM.

BENEVOLE LECTOR, ſuppoſito, quod in frontiſpicio huius Tomi primi totiuſque Operis, & iſtius meæ Coordinationis, dico me omnes & ſingulas Reſolutiones, quas Reuerendiſſimus P. D. Antoninus Diana in duodecim partibus ſcriptas & impreſſas reliquit, me ad ſuas proprias materias & principales Tractatus conduxiſſe; ideò vt facilius & expeditius, HVMANISSIME LECTOR, quamlibet materiam, & Tractatum inuenias, & in quo Tomo ſedem habeant, lege hunc Indiculum, vbi ſupradictos Tractatus aſſigno & demonſtro. VALE.

* INDEX

INDEX TRACTATVVM TOMI PRIMI.

SYLLABVS TRACTATVVM TOMI SECVNDI.

INDEX TRACTATVVM TOMI TERTII.

SYLLABVS TRACTATVVM TOMI QVARTI.

INDEX

Index Tractatuum.

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

INDEX TRACTATVVM TOMI QVINTI.

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

SYLLABVS TRACTATVVM TOMI SEXTI.

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

INDEX TRACTATVVM TOMI SEPTIMI.

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

SYLLABVS TRACTATVVM TOMI OCTAVI.

VI. De


Denique obserua 123. Decisiones Rotæ Romanæ, quas in fine Sextæ, Septimæ, Octauæ, Nonæ, Decimæ, & Vndecimæ Partis, Sapientissimus Diana transcriptas in suis Operibus relinquit, & in fine huius Tomi contentas.



INDEX TRACTATVVM TOMI NONI.



TRACTA



AD VENERAND.MVM P.D.

MARTINVM DE ALCOLEA

MONACHVM CARTHVSIENSEM,

Ex Regali Cœnobio de Paulari Dianæ Coordinati Authorem.

ANAGRAMMA.

Martinus de Alcolea
Cole, ſum alter Diana.

EPIGRAMMA.

Deſine mirari, externo Digeſta legendo
Authore, Alter ſum *iure* Diana, Cole.

A Vener. Veſtra,

Humillimo & obſequentiſſimo Seruo
ANDREA NOEL, *Correct. lib.*

**



CATALOGVS

Eorum omnium, qui Approbationes, Licentias, Consensus, Permissus, & Priuilegia dederunt, Censurásque fecerunt in duodecim partibus Operum R.P. Dianæ olim Lugduni impressorum, & nouissimè ibidem in nouem Tomos à V. P. Martino de Alcolea distributorum.

In 1. & 2. parte D. *Andreas de Vino, Cler. Regul. Sacr. Theol. Professor.*
D. Paulus Maria Quartus, Cler. Regul. Sacr. Theol. Profess.
D. Philippus Maria Guadagnius Præp. Gen. Cler. Regal.
R. P. Ioseph. de Augustino. Societ. Iesu.
R. P. Ioannes Petrus Mustica, Societ. Iesu.
F Claudius Cochet, Ord. Prædicatorum.
F Stephanus Molin, Carmelita.
Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

In 3. p. *D. Thomas de Afflicto, Sacr. Theol. Profess. Cler. Regal.*
D. Zacharias Pasqualigus, Cler. Regal. Sacr. Theolog. Professor.
D. Franciscus Maria del Monacho, Cler. Regal Sacr. Theolog. Professor.
D. Paulus Maria Quartus, Cleric. Regul. Sacr. Theolog. Professor.
D. Placidus Maria Vanni, Cleric. Regul Sacr. Theol. Profess.
D. Stephanus Medices, Præp. Gen. Congreg. Cleric. Regul.
D. Bernardus Castagninus Secretarius.
Franciscus Baldi, Societ. Iesu.

In 4. p. *D. Thomas de Afflicto, Cleric. Regal. Sacr. Theol Professor.*
D. Paulus Maria Quartus, Cleric. Regul. Sacr. Theolog. Professor.
D. Matthæus Santomauge, Præp. Gen. Clericor. Regal.
D. Franciscus Barilius, Secret.
Ioannes de Lugo, Societ. Iesu.
F. Nicolaus Ricardius, S. Palatij Apost. Magister.
F. Claudius Cochet, Ord. Prædicatorum.
F. Stephanus Molin, Carmelita.
Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

In 5. p. *D. Paulus Maria Quartus, Cleric. Regul. Sacr. Theolog. Professor.*
D. Zacharias Pasqualigus, Cleric Regal. Sac. Theolog. Professor.
D. Philippus Maria Guadagnius, Præp. Gen. Clericor. Regul.
D. Franciscus Barilius, Secret.
Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

In 6. p. *D. Zacharias Pasqualigus, Sacr. Theolog. Professor, Cleric. Regal.*
D. Thomas de Afflictu, Sacr. Theolog. Professor. Cleric. Regul.
D. Stephanus Medices, Præp. Gen. Congr. Clericor. Regul.
D. Ioannes Baptista Lanfranchi, Secret.
Ioannes Alserius. Episcop. Carm. Vicesger.
F. Ioannes Vincentius Morenus, Mag. & Sac. R. P. Vincent. à Florentiola.
De Ville, Vicar. Gener. Substitut.
F. Claudius Cochet, Prior. Prædic. Lugd.
F. M. Mircard, Guardian. Conuent. Sancti Bonauenturæ.
Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

In 7. p. *D. Thomas De Afflictu, Cleric. Regul.*
D. Zacharias Pasqualig. Cler. Regul.
D. Stephanus Medices, Præp. Gen. Cleric. Regal.
D. Ioannes Baptista Lanfranchi, Secret.
Antonius Lalias, Sacr. Congr. Indicis Consultor.

F. Hyacinthus

F. Hyacinthus Serronus, Mag. & Soc. R. P. F. Michaelis Mazarini.
D. Paulus Maria Quartus, Cleric. Regul. Sacr. Theolog. Professor.
D. Zacharias Pasqualigus, Cler. Regul. Sacr. Theolog. Professor.
Antonius Perez, Soc. Iesu.
F. Claudius Cochet, Prior Prædicatorum Lugdunensium.
F. Stephanus Molin, Carmelita.
F. Michael Micard, Franciscanus.
De Ville, Prouicar. Generalis.
Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

In 8.p. *D. Paulus Maria Quartus, Cleric. Regul. Sacr. Theolog. Professor.*
D. Stephanus Quaranta, Cleric. Regul. Sacr. Theolog. Professor.
D. Gregorius Carafa, Præp. Gen. Congreg. Cleric. Regul.
D. Ioannes Montoja, Secret.
Antonius Perez, Societ. Iesu.
Franciscus Vincent. Candidus, Ord. Prædicatorum.
F. Franciscus Stephanus Molin, Carmelita.
F. Michaël Micard, Franciscanus.
De Ville Prouicar. Generalis.
Lorin. Seue.

In 9.p. *D. Paulus Maria Quartus, Cleric. Regul. Sac. Theolog. Professor.*
D. Andreas Planellus, Cleric. Regul. Sacr. Theolog. Professor,
D. Vrbanus Puluerinus, Cleric. Regul. Sacr. Theolog. Professor.
D. Ioannes Gonzaga, Præp. Gen. Clericor. Regul.
D. Ioannes Montoja, Secret.
A. Rinaldus Vicesgerens.
Martinus de Esparza Societ. Iesu.
Fr. Vincentius Candidus, Sacr. Pal. Mag. Ord. Prædicatorum,

In 10.p. *D. Paulus Maria Quartus, Cler. Regul. Sacr. Theol. Profess.*
D. Andreas Planellus, Cler. Regul. Sacr. Theol. Professor.
Vrbanus Pulucrinus, Cleric. Regul. Sacr. Theol. Professor.
D. Vincentius Carraciolus, Præp. Gen. Congr. Cler. Regul.
D. Ioannes Montoja. Secret.
Antonius Rinaldus, Vicesgerens.
Martinus de Esparza, Societ. Iesu.
Fr. Vincentius Candidus, Ord. Prædicatorum.

In 11.p. *D. Andrea Sottani, Cler. Reg. S. T. P.*
D. Paulus Maria Quartus. Cler. Reg. S. T. P.
D. Vrbanus Pulucrinus, Cler. Reg. S. T. P.
D. Bonifacius Alliardus, Præp. Gen. Cleric. Regul.
D. Nicolaus de Ligno, Secret.
F. Vincentius Fanus, Mag. & Soc. R. F. Candidi S. P. A. Magister.
Antonius de Neufville. Vidaud. Seue.

In 12.p. *Andreas Sottani, Cler. Reg. Sacr. Theolog. Professor.*
D. Paulus Maria Quartus, Cler. Reg. Sacr. Theolog. Profess.
D. Vrbanus Pulucrinus, Cler. Reg. Sacr. Theol. Profess.
D. Ioannes Baptista Arata, Secret. Cler. Reg.
Martinus de Esparza, Societ. Iesu.
F. Raymundus Capisucchus, Ord. Præd. Sac. Apost. Palatij Magister.
D. Franciscus Maria Carafa, Cler. Reg. Sac. Theol. Professor.
D. Ioseph Silos, Cler. Reg.
D. Iacobus Sottani, Secret.
M. A. Oddus Episcop. Hierap. Vicesger.

CENSVRA DOCTORIS IOANNIS BALLESTER

Philosophiæ ter publici, terque Primarij Professoris, sacræ Theologiæ Censoris, in Metropolitana Sede Archidiaconi Muri Veteris, & pro Excellentissimo Domino suo Archiep. Valentino Vniuersitatis Valentinæ Procancellarij.

ÆQVA rationis lance perpendi aureum R. P. D. Martini de Alcolea Carthusiensis opus, tot desideratum suspiriis, quot plausibus & gratulationibus excipiendum. Hoc vnum Magni Dianæ operibus deerat. Quid non debuit ab incunabulis Ecclesia Præcursori Ioanni Agnum, *Qui tollis peccata mundi*, apertissimè indigitanti? Adeò, vt dixerit B. Thomas à Villanoua, non multum Christi aduentum nobis sine Ioanne demonstrante profuturum; fuisset enim Verbum sine voce, mutum; thesaurus sine notitia, sepultus, Celeberrimus toto orbe, ac præconis maior Diana, tot extumulatis opinionibus, tot compilatis probabilibus sententiis, tot neruatus rationibus.

Sed noster Acolea est digitus illum demonstrans, clarissimusque fundamentorum eius index, & Methodus: adeò vt ausim dicere, non multum saltem ignauis, tyronibus, & desidibus sine indigitante Acolea, Ioannis ad instar, profuturum Dianam. Ex Mithologorum penu hausimus Viraginem Dianam gemellam cum Apolline, eodem à Latona Iouis coniuge prodisse natalitio. Haud aliter nunc fausto puerperio prodeat in lucem ne moralis Diana vt aiebat, Statius, cum Apolline. Antoninus Diana scilicet cum Martino Alcolea. Fallor, nisi ad tantæ molis opus lineamenta ductabat Ovidius 1. Metamorphos. lib. loquitur ibi de primo æuo orbis chao, & indigesta elementorum mole, & tunc ait quòd nondum lucebat Phæbus, nondum radiabat Diana. (Phæbe enim, vt norunt pueri, eadem est ac Diana) Deum vero fuisse qui in seriem miscellanea elementa digessit, ipsum audite:

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixère Chaos rudis indigestaque moles,
Nec quidquam nisi pondus iners, congestaque eodem
Non bene iunctarum discordia semina rerum.

Sed quid tunc? Quid? Phœbe, seu Diana (quæ eadem est) nondum argentea lucis cornua diffuderat, quousque Deus (nam Diuinum sapit talis ordinatio) Miscellanea principia in statutos tractatus digessit. Loquatur ipse Ovidius.

Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe,
Hanc Deus, & melior litem natura diremit.

Verterem ego:

Hanc Deus & cum illo litem Alcolea diremit.

Nam hanc nunquam satis laudati Dianæ non rudem, sed preciosissimam tumultuarij acuminis molem, in seriem gratissimam redegit, & vastissimi corporis compagem indefessa distinxit anatome, diffusamque non confusam Miscellaneo aeiei impetu feracem Cæsariem eburneo luculentioris distributionis pectine discriminauit, & vt prosequitur Naso:

Dissociata locis concordi pace ligauit,
Longeriem secuit, sectamque in membra redegit.

Literaria Respublica D. Martino de Alcolea de studiorum progressibus benemerito gratulabunda plaudit, antea enim cum Ouidio in epistolis dolebat, dicens:

Quid iuuat incincta studia exercere Diana!

Nunc vero gloriantur Theologi, dum è centoribus in receptacula quasi syluescentes Resolutiones coëgit Alcolea, qui Prouinciam arduam Herculeo tamen nisu suscepit. Ex hoc non tam attramento, quàm nobili sudore liquatis gemmis pretiosiores Dianæ Resolutiones exaratæ manebunt. Ausonius Noctinot ad suauiorem Dianæ intelligentiam semitam aperuit, compendium namque parauit: Alcolea vero regiam viam strauit, ac egit, vt Resolutiones quæ hucusque Politiorum teruntur manibus, nullà temporum iniuria, aut studentium fastidio pedibus terantur: prodeunt enim fœlici Literatorum auspicio, iucundo Confessariorum leuamini. Fœlix Diana qui talem ac tantum meruit Compilatorem habere, qui ex latè patenti eius florilegio argumentosa apis suauissimos altiori methodo construxit fauos. Miscellaneos Dianæ tractatus arenam sine calce forte diceret Zoilus, vt in Senecam improperabat nonnullus. O mirum Dianam! cui dum pungitur, blandiuntur, & eminet dum opprimitur. Senecam sapit, dum minus sapit. Quid plura! Alcolea tamen has rimulas detractoribus occlusit, dum non arenam sine calce, sed ædificium ex adamantibus stricta preciosa visionis vnione miro ordine compactum molitur. Parce Diana, virorum doctissime; iam enim cum Christo potes dicere: doctrina mea non est mea, sed Alcoleæ. Si Iurisconsultis Neruæ & Procolo annuimus contra Sabinum & Cassium, vt refert Caius *l. Adeò quidem 7. §. Cum quis de acquirend. rer. domin.* asserentibus: Cum quis ex aliena materia speciem aliquam suo nomine fecerit, Nerua & Proculus putant hunc dominium esse illius qui fecerit, quamuis Iustinianus nouo fœdere discordiam conciliauerit. Consonat etiam lex 26. ff. cod. Sic etiam l. 2. de origin. iur. sexto. Papyrio tribuuntur leges ante ipsum latæ, & non Romulco: *Sed appellatur ius ciuile Papinianum*, ait textus, *non quia Papyrius de suo quidquam ibi adiecit, sed quod leges sine ordine latas in vnum composuit*. Ergo Resolutiones Dianæ, quas Alcolea in vnam velut symphoniam, & consonantiam reduxit, non iam Dianæ, sed Alcoleæ Resolutiones sunt nuncupandæ. Prodeant ergo, prodeant in lucem, nam eruditis literaturæ viris non tam auguror quàm video placituras. Sic sentio. Valentiæ vndecimo Kalendas Decembris ann. 1656.

D. IOANNES BAPTISTA BALLESTER.

CENSVRA D. MELCHIORIS FVSTER LIB. ARTIVM MAGISTRI, & iam in Academia bis Primarij Aristotelis Interpretis, sacræ Theologiæ Doctoris, & in eadem Academia Professoris, vtriusque facultatis Censoris, ac sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Præpositi.

PERENNE ac solemne percurri R.P. Dianæ morale opus, sed nouâ ac nobili animatum cœlaturâ, pulcherrimis compositum areolis, pretiosis[illegible] vnum tessellatum conchulis, amœnissimis distinctum viridariis, halantibus floridulum agellis R. P. D. Martinus de Alcolea ex glorioso Carthusiensis familiæ deserto per amœnam Resolutionum syluam in formosum concinnauit viretum, vmbrosum literaturæ nemus, septos distinxit in hortos. Amplos & ventrosos offerebat Diana celeberrimus disciplinæ Moralis calices, sed licèt gemmatos propinabat dispersos: grauidas ostentabat, nitido clarentes auro, sententiarum spicas; sed spatiosis metendas aruis: Fundebat plenia calathis blandos, licèt odoriferos flores; sed sic sparsis Sacræ Scientiæ aspergebat aras, vt fasciculus ex suis omnibus, siue purpureis Sacramentorum doctrinæ rosis, siue candidulis virtutum liliis plicaretur difficilè, vt plenam spiraret fragrantiam, nectarium redoleret odorem. Protulerat vberes & maturescentes fructus, sed sic variis pendulos pomariis, sic crispis & comantibus cinctos foliis, vt omnes vnâ excerpere manu lynceis seruatum esset luminibus: sic radiant in Alcolea vt cuncta decerperet lynceus, & flores aureo filo texerit in corollas eiusdem coloris, ac fructus miro ordine eiusdem nitoria calatho promeret eburneo, & manu candida non calicem, sed cantharum effunderet dulciferum, ac sudore anhelo cereales porrigeret in auratos manipulos dispersas spicas. Hoc fœcundo sinu & gremio diuite Dianæ offert, & toti orbi doctissimus Alcolea. Mirum non est, vt scribat Diana epistolam per Excellentissimum Principem Ducem de Montalto missam ad Alcoleam dicens: *Debitas tibi rependo gratias propter laborem quem suscipere dignatus es circa opera mea typis impressa. Erit enim opus nimis plausibile, & ab omnibus vlnis expansis recipiendum, ne dicam amplius, quia laudando te, videor laudare me ipsum: & ideo vbique terrarum cum Alcolea audietur & Diana, & cum Diana Alcolea.* Recognoscit Diana opus suum & Doctrina & verbis idem, eisdem gemmis enitescens, sed miro accuratis artificio, nouâ & illustri insertia compagine. Clarum sanè opus, condimentum studiorum palato dulcissimum, & ad Hyblaum nectar quo infunditur; dignum vt conuolent literatorum examina, & à toto Doctorum orbe excipiatur plausibus. Aspiciat igitur publicam lucem, fatiget prela pretiosus thesaurus ad commune bonum. *Sic* sentio. Valentiæ 8. Nouembris 1656.

D. MELCHIOR FVSTER.

CENSVRA R.P. MARTINI PEREZ IN COLLEGIO D. PAVLI Societatis IESV Valentiæ Doctoris Theologi, & Primarij sacræ Theologiæ in Academia Valentina, atque in Aragoniæ Corona apud Inquisitores Apostolicos propositionum Fidei Censoris.

VT primum videre licuit laboriosum & eruditum opus, quo totam moralem doctinam Reuerendi admodum Patris Antonini Dianæ variis Resolutionum Miscellaneis tractatibus longè lateque dispersum, facili methodo digestum in ordinem redegit Reuerendus admodum sacri Ordinis Carthusiensis D. Martinus de Alcolea; miratus in primis huius Religiosissimi Authoris ingenium, & indefessum laborem, non Censorem, sed laudatorem & encomiastem agere decreui. Et quis enim non æterna laude dignum opus existimet, in quo tot probatissimæ doctrinæ opes, dissitis in propriis locis repositæ simul, & ordinatæ exhibentur, vt eas possit tegentis manus sine fastidio capere! Memini Diuinum Opificem initio mundalis machinæ, dum primum aquas produxisset, approbatæ bonitatis elogium siluisse, donec eas in vnum locum congregasset. *Dixit vero Deus, congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in locum vnum, & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit Deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria, & vidit Deus quod esset bonum. Genes.* 1. *cap. vers.* 9. quasi vltima aquarum celebria commodatio, licèt alioqui per se satis commendabilea essent, illarum congregationi seruaretur. Crystallina quidem sunt disciplinæ Moralis fluenta, quibus sapientissimus. P. Antoninus Diana tot Doctissimorum hominum elogiis, iure ac merito celebratus, totum terrarum orbem irrigauit: sed quia variia erant tractatuum tractatibus intercisa, & eadem plerunque, licèt nouo vberioris doctrinæ incremento, aucta repetebantur, plausum fortasse negare poterat retardatio, quærentium impatiens auiditas, nisi in vnum congregarentur. Quod sanè eâ cum laude & dexteritate præstitit eruditissimus P. Martinus de Alcolea, vt nihil amplius ad plenum elogium & plausum desiderari posse videatur. Quamobrem meum iudicium est hoe opus, in quo tanta Moralium difficultatum varietas optimo ordine digesta concinnatur, dignum esse, quòd publicam lucem videat, publicæ innixum vtilitati profuturum. In Collegio Valentino D. Pauli Societatis IESV, die 23. Octobris 1656.

MARTINVS PEREZ ab Vaanoa.

Cenſura R. P. Auguſtini de Caſtro Societatis IESV, Philippi IV. Hiſpaniarum Regis Concionatoris, ac Supremi Senatus Cenſoris.

SATIVS ſemper fuit quàm multa congerere, cuncta diſponere. Multa Ieſus Syrach congeſſit, cuncta nepos illius digeſſit. Eo ordine Eccleſiaſticum accepimus, cuius diſpoſitionis ordinem ad Canonicum curſum adduxit Eccleſia. Opes hinc inde compilauit Dauid, vt Deo templum extrueret. Salomon architectonica arte ordinans, diſponens cuncta dedit honorem Deo, orbi miraculum. Sapiens ædificator primum fundamentum ponit, ait Apoſtolus. Pretioſiſſima quæque Iſraëliticus populus offert, vt Sacerdotale præſcriptum ædificetur tabernaculum, ſed Beſeleel & Obel Spiritu Dei afflantur, vt fabrica ordinatiſſima ſurgat. Dies me priuſquam exempla deficient. Reuerendus admodum Pater Antoninus Diana nihil non euoluit, inuenit omnia, nouit cuncta; Sed Spiritu afflatus alius tot lapides & ligna ſuppoſuit, diſpoſuit, impoſuit, vt cuncta ſibi inuicem reſponderent, vt lectores omnino iuuaret, & in compendio omnia certa oſtenderet. Quis potior eſt? Iudico poſteriorem. Habet Patris Antonini Diana doctrina probatiſſimas magnorum virorum cenſuras, non nouum expectat iudicium. Ordo probandus venit ex Supremi Senatus præſcripto. Hoc vnum deſideratur. Hic à Patre D. Martino de Alcolea Monacho Carthuſiano datur, & is qui publicæ ſpectationi faciat ſatis, & ſtudioſis facem præferat: vt quæ inuenit Author labore, & ſtudio ſtudioſus, prout habet opus, ordinatè requirat, facile conueniat. Eſt enim theſaurus emerſus. Et ſcientia abſcondita quæ vtilitas matris, quæ? Ergo lucem, lucem digeſtam accipiant, vt ſit publica vtilitas, matriſque. Hic meus ſenſus in Collegio Imperiali Societatis Ieſu Matritenſi die 4. Septembris 1658.

AVGVSTINVS DE CASTRO.

Cenſura R. P. F. Acatij March. de Velaſco, Magiſtri ſacri Ordinis Prædicatorum, Academiæ Valentinæ Cathedrarij, vtriuſque facultatis Cenſoris, & Examinatoris Synodalis, in Prouincia Aragoniæ olim Vicarij Generalis, & bis in Conuentu Prædicatorum Prioris.

MVLTOS in multis ad iuſtitiam erudiuit grauiſſimus Antoninus Diana, fulgens quaſi ſplendor firmamenti, cuius ferè innumerabiles caſuum conſcientiæ Reſolutiones, Catholicorum cenſura approbatas, peculiari ordine & compendio peruias omnibus fecêre aliqui. Modò admodum Reuerendus Pater D. Martinus de Alcolea, ſi non cœlitus, certè à Carthuſia Portæ-Cœli nobis mittit eaſdem Reſolutiones non ſummatim, ſed fusè ſicut ſcripſit Author, at pulchriori ordine ac vtiliori, quo quælibet difficultatis Reſolutio ad manum ſtatim ſeſe offerat. *Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci.* Vtilitatem certè doctrinæ Dianæ dulcem nobis reddidit noſter Pater Alcolea ſuo ſummo labore & induſtriâ eam digerendo, & vnamquamque reſolutionem in proprio ſuo loco collocando. Omnibus notum eſt ſacratiſſimam Carthuſianorum ſolitudinem ſimilibus doctrinæ radiis aſſuetam eſſe mundum illuminare. Dignum cenſeo, vt hoc opus communi detur vtilitati. In Prædicatorum Valentino Conuentu 3. Octobris ann. Domin. 1666.

Magiſter Fr. ACATIVS March. de Velaſco.

Inter alia quæ ipſemet R. P. D. Antoninus Diana Patri Martino de Alcolea ſcripſit, hæc eſt illius prima clauſula & §.

RECEPIO humaniſſimam literam tuam ad me miſſam ab Excellentiſſimo Domino meo Principe Paternionis, & tibi debitas rependo gratias propter laborem, quem ſuſcipere dignatus es circa opera mea typis impreſſa. Erit enim opus nimis plauſibile, & ab omnibus vlnis expanſis recipiendum, ne dicam amplius, quia laudando te, videar laudare me ipſum. Et ideo vbique terrarum cum Alcolea audietur & Diana, & cum Diana Alcolea, &c. Proſequitur idem Diana in eadem epiſtola dicens: Rogo vt ad me mittas Frontiſpitium libri, & Epiſtolam ad Lectorem. Gaudeo, &c.

Concordat cum ſuo Originali.

Fr. IOSEPH COLVMNA, Prior Portæ-Cœli.

EPISTOLA

Epistola secunda ad literam ipsiusmet R. P. Dianæ missa ad V. P. D. Mattinum de Alcolea Monachum, &c.



MENSIBVS elapsis recepi Epistolam tuam cum Frontispitio operis, Epistola ad Lectorem, & quibusdam foliis egregiè dispositis, & ad illam statim respòndi: sed temporum malitiâ, vt agnosco per aliam literam tuam hoc mense Februario receptam, ad te non peruenit. Gaudeo quòd bene valeas, & spero ad multos annos.

Pars mea 12. est iam impressa Romæ, & statim iterum Venetiis, & vt mihi asserunt nunc etiam erit impressa Lugduni: vnde spero quòd quam citius erit in tuis manibus. Continet tractatum satis longum de consecratione Episcopi: alium de Collocutionibus, & Scriptionibus prohibitis tempore Conclauis; & aliquas quæstiones Miscellaneas. Si ita placuerit A. R. P. tuæ Frontispitium tui operis sic erit: Diana coordinatus, seu omnes Resolutiones Morales A. R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Clerici Regularis, Doctoris celeberrimi, ipsissimis verbis ad propria loca & materias fideliter dispositæ, ac distributæ. Opera nouiter concinnata, & titulis nouis, ac notis marginalibus clara luce, clariori dispositione illustrata, & in nouem Tomos digesta per A. R. P. D. Martinum de Alcolea Monachum ex Regali & inclyta Carthusia de Paulari, &c. Restat modò vt quàm citius opus tuum egregium typis mandetur. Et ita Doctissimus Pater Martinus Alcolea simul cum suo Diana orbem persgrat. Et vt si fieri potest, antequam moriar, oculis meis videam tuam impressionem. Vale vir doctissime, & te plurimùm amantem redama, ac Deum pro me ora. Romæ die 24. Febr. 1659.

Addictissimus in Christo tuus

ANTONINVS DIANA, Clericus Regularis.

Ex commissione D. Vicarij Matritensis, Toletanæ Diœcesis.

Approbat R. P. Magister D. Franciscus de Arcos, Regis Catholici Concionator, supremi sanctæ Inquisitionis Senatus Consultor: olim Vniuersitatis Toleranæ sacræ Scripturæ Moderator, ac Ordinis sanctiss. Trinitatis, Redemptionis captiuorum, Prouinciæ Castellæ Præsul.



PRÆCLARISSIMA, Reuerendissimi Patris Antonini de Diana opera, quæ typis iam per duodecim partes mandata fuère; à fere omnibus, in omnibus, perlecta etsi (vt pote tanti viri) pro earum vtili doctrina, admiratione digna, nón tamen eis vndequaque, sunt visa perfecta; anxie namque ea leg.ntibus, quia sparsim iactitata, & discussa, diu adhuc perserutantibus erant absconsa, ordinem pro confusione vitanda exclamantia. *Vbi enim non est ordo adest mox confusio*, inquit Titelman. Hæc igitur opera, quia mira, ne prohiao sint labore assequibilia. R. P. D. Martinus de Alcolea, Carthusianus Regalis Cœnobij, *Decl Paular.* Monachus, quasi omnium voce audita, alte perpensa. Accurate collecta, ac mir.fice concinnata ad nouenarium numerum redacta, præstat; propriis locis materias adaptans, quæstionesque resolutiones sine, mirabili quodam nexu, debito titulo concordans & connectens: vt, quæ excogitata omnes inuenere, congruenter disposita recipiant; vtque etiam, quæ primo condita lucem viderunt Diana solummodo vti Lampade fulgentia. *Appellauis lucem diem* secundo edita, veluti Sol, *Luceant, & illuminent terram.* Ego quidem tuo studio attente viso, de te quod Basilius, præconio declarabo, *Conueniens perfectioni hominis cristiani est*, ait, *non ad ostentationem magis scribere, quam ad publicam vtilitatem*, tu pro tuis de te quod ipse de se Hieronym. profert, *Audiant me libere proclamantem, nemo cogitur legere; quod non vult; Ego petentibus scripsi, non fastidiosis, gratis non inuidis, studiosis non oscitantibus.* Tuum ergo opus tanti laboris inspcai, & ex luce in maiorem lucem, prodire, quidni sentiam? sentio, in hoc Sanctissimæ Trinitatis Matritensi Conuentu die decima mensis Septembris anno Domini 1658.

Philosop. Titelm. de sensibus internis libro.

Genes. ep. 1. v. 5. & 15.

Basil. epist. 56. ad Diod.

Hieron. lib. 2. Apolog. contra Ruffin.

I. FRANCISCVS DE ARCOS.



NOs el Doctor Don Alonso de las Ribas, y vales Vicario desta Villa de Madrid, y su Partido, &c. Por la presente por lo que a nos toca Damos Liçencia, para que se puedan imprimir y vender las obras de Antònio de Diana Coordinatus, por el Padre Don Martin de Alcolea Monje de la Religion de la Cartuja, atento que de la Censura del Reuerendissimo Padre Maestro Fray Francisco de la Orden de la sanctissima Trinidad, calificador desta corte Consultor del Santo Oficio de la Inqoisiçion, Predicador de su Magestad a quien lo remitimos parece no tienen cosa contra nuestra santa fée Catholica, y buenas costumbres dada en Madrid, a trece de Septiembre, año de mil seicientos y cinquanta y ocho.

DON ALONSO DE LAS RIBAS.

IVAN BAVTISTA SAN BRAVO.

CENSVRA PATRIS FRATRIS PETRI MEXIA ORDINIS Sancti Francisci de Pauia in Complutensi, necnon Salmanticensi Minimorum Collegio Primariam Theologiæ Cathedram moderantis, Diœcesis Toletanæ Synodalis examinatoris: Olim Castellæ Prouincialis, nunc Maiestatis Catholicæ Philippi V I. Concionatoris, &c.



IN vniuersi lucem omnia omnibus vtilissima moralia opera Reuerendissimi Patris Antonini de Diana, iam antea dispersim addita vidi; nunc vero coordinata, collecta,& omnes suo ordine dispositas materias, Studio, zelo, diligentia & labore Reuerendi Patris Domini Martini de Alcolea ex Carthusiana familia, necnon Regali cœnobio del Paular Virescentis rami, florescentis fructus: iussu Regij Supremique Senatus euolui. Sudor sanè vtilis. Opus tamen difficile, plus est aliena perficere, quam plurima propria proferre, sic Plinius secundus, in Panegyrico ad Traianum. *Magis arduum est, alios præstare quam se.* Quid difficilius, quam placitis præbere alienis pulchritudinem, & sibi alterius proprium abdicare laborem. Hoc sanè solum toto terrarum orbe Dianæ opera diffusa moralia desiderio arcebantur: ipse namque materies omnes moralis scientiæ conglomerauit diffusas; sed quia confusim aliquales legentibus peperêre fastidium, noster at author singula singulis locauit, dedit nexum, præbuit formam, quodammodo tribuit esse. Opus si ante vtile, iam iam necessarium, hucusque si bonum, est iam valde bonum.

Rerum in exordio Nullus est dies.

In quo (si secundum excipias) non referat textus Sacer, *& vidit Deus quod esset bonum. Genes.* 1. Consummatisque iam rebus diuinum ibi vocitat oraculum n. 31. *Viditque Deus, cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Quid hoc? tam, felicissimus fuit hic dies? Siquidem in eo omnia creata non solum laudantur, sed eximio Dei approbantur præconio? *Erant valde bona.* Sed vnde diei isti tanta aduenit approbatio, vt quæ antea tanquam bona laudantur, nunc vt optima celebrantur? Certe non aliunde nisi quia sexto consummata fuerat rerum vniuersitas, reliquis in diebus ex nihilo formauit, vltimo tandem iuncta, vnita, coordinata atque connexa vidit: Sic August. in Genes. 1. Sexto die inquit. *Omnia suis in locis obedientiam præstabant Creatori, & nihil faciendum restabat.* Merito ergo vbi orbis completur opificium, & omnia conspiciuntur vnita, ibi adest creationis perfectio, & summis laudibus vniuersa extolluntur, vt quæ antea bona solum, valdè sint iam bona, quod autem de vltimo creationis termino sentit Augustinus. Siccine ergo de hoc opere asseuerare cogor. Prodeat in vtilitatem publicam; in discentium commodum, in docentium lucrum, & in laudem Authoris. Assonat fidei, non dissonat moribus. Sic censeo, in Matritensi Victoriano conuentu, die 4. Decembris anno 1658.

P. PETRVS MEXIA.

NOs Frater Ioannes Prior Carthusiæ, ac totius Ordinis Carthusiensis Minister Generalis concedimus facultatem V. P. D. Martino de Alcolea Monacho Carthusiæ de Paulari, Professo tradendi Typographo Dianam Coordinatum, seu resolutiones Morales Reuerendi Patris Antonini Dianæ, ad propria loca per eum distributas, & in plures tomos digestas, vt typis mandentur, ac in lucem edantur, si ita videbitur iis, ad quos ea cura spectat ex sacro Concilio Tridentino, Pontificiisque ac regiis decretis. Dummodò id fiat absque expensis & grauamine domus, ac disciplinæ nostræ regularis detrimento. Datum Carthusiæ sub Chirographo ac Sigillo nostro 16. Maij 1658.

FR. IOANNES Prior Carthusiæ.

INDEX



INDEX

Nouæ Methodi obſeruatæ in Coordinatione Tractatuum, & Reſolutionum omnium Partium R. P. Dianæ.

ADMONITIO PRÆVIA AVTHORIS *AD LECTOREM.*

BENEVOLE LECTOR, cum omnibus me laboribus darem concinnandæ noſtræ nouæ Methodi cauſa, quidam ingenij laude præſtantiſſimus, arguté mihi hæc obiecit. Quam plurimi D D. & Authores,qui à die, quo R. P. Diana cæpit ſua opera prælo mandare, ſcripſerunt, paſſim illum citant, exempli cauſa ſic: Diana *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 20. Si hanc Reſolutionem, (& idem de cæteris,) tu in tua Methodo,alio tomo,tractatu,& numero adſcribis,quomodo inueniri poterit?Nodus certè Gordius. Sed facillimè ſequenti Indiculo diſſoluitur,in quo,vt vides, propoſitæ ſunt omnes partes, tractatus, & numeri Reſolutionum ſecundum ordinem R. P. Dianæ. Deinde ibidem in quolibet numero notatur ſedes, quam habet in hac noſtra noua Methodo; Adi, quæſo, Indicem hunc, & ſtatim tibi, quod quæſieris, patebit, & te ab omni temporis diſpendio, & obiectione vindicabis. VALE.

TRACTATVS I.

De Immunitate Eccleſiæ.

TRACTATVS II.

De Immunitate Ecclesiastica.

NOTA, QVOD IN HOC Tract. à numero 7. errant numeri, quia sunt duæ Resolutiones 7. Sed hic veros numeros tibi assignamus.

105 *Hic*

115 RES. *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 233.
116 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 234.
117 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 231.
118 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 306.
119 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 108.
120 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 236.
121 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 300.
122 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 17.
123 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 18.
124 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 19.
125 *Hic est in tom.9 tr.2.ref.* 220.
126 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 20.
127 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 3.
128 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 221.
129 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 203.
130 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 162.
131 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 228.
132 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 229.
133 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 247.
134 *Hic est in tom.9.tr.2.ref.* 249.
135 *Hic est in tom.5.tr.10.ref.* 17.
136 *Hic est in tom.5.tr.10.ref.* 21.

TRACTATVS III.

De Comitijs seu Parlamento Regni Siciliæ & Neapolis.

1 RES. N*VNC in tom.7.tr.6.ref.* 1.
2 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 2.
3 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 10.
4 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 4.
5 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 3.
6 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 17.
7 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 18.
8 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 20.
9 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 21.
10 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 22.
11 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 5.
12 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 6.
13 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 7.
14 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 13.
15 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 8.
16 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 25.
17 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 26.
18 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 28.
19 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 29.
20 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 16.
21 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 32.
22 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 33.
23 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 14.
24 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 11.
25 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 12.
26 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 34.
27 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 23.
28 *Nun in tom.7.tr.6.ref.* 19.
29 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 31.
30 *Nun in tom.7.tr.6.ref.* 24.
31 *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 9.
32 RES. *Nunc in tom.7.tr.6.ref.* 15.

TRACTATVS IV.

De Denunciationibus faciendis ex Edicto DD. Inquisitorum, & in particulari ex sollicitatione facta in Confessione.

1 RES. H*Ic in tom.5.tr.9.ref.* 1.
2 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 3.
3 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 6.
4 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 9.
5 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 10.
6 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 11.
7 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 12.
8 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 15.
9 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 16.
10 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 17.
11 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 56.
12 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 78.
13 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 35.
14 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 40.
15 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 84.
16 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 85.
17 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 86.
18 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 38.
19 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 73.
20 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 71.
21 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 27.
22 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 76.
23 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 55.
24 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 66.
25 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 80.
26 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 89.
27 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 22.
28 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 64.
29 *Hic in tom.5.tr.9.ref.* 95.

TRACTATVS V.

De Absolutione ab hæresi & alijs delictis pertinentibus ad Tribunal S.Officij.

1. RES. N*VNC in tom.5.tract.8.ref.* 29.
2 *Nunc in tom.5.tr.8.ref.* 15.
3 *Nunc in tom.5.tr.8.ref.* 19.
4 *Nunc in tom.5.tr.8.ref.* 21.
5 *Nunc in tom.5.tr.8.ref.* 26.
6 *Nunc in tom.5.tr.8.ref.* 34.
7 *Nunc in tom.5.tr.8.ref.* 32.
8. *Nunc in tom.5.tr 8.ref.* 33.

Index Nouæ Methodi Tractatuum,

TRACTATVS VI.

De Paupertate Religiosa super Bullam Clem. VIII. de largitione munerum.

TRACTATVS VII.

De Circunstantiis non necessario explicandis in Confessione.

53 Res

53 RES. *Nunc tom. 1. tr. 7. res. 76.*
54 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 33.*
55 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 125.*
56 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 48.*
57 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 71.*
58 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 157.*
59 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 41.*
60 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 161.*
61 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 155.*
62 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 59.*
63 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 62.*
64 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 61.*
65 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 145.*
66 *Nunc in tom. 1. tr. 7. res. 35.*

TRACTATVS VIII.

De Contractibus, & Cambijs.

1 RES. HIC *in tom. 6. tractatu 3. res. 1.*
2 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 3.*
3 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 4.*
4 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 5.*
5 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 6.*
6 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 7.*
7 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 8.*
8 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 9.*
9 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 10.*
10 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 11.*
11 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 12.*
12 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 13.*
13 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 14.*
14 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 15.*
15 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 16.*
16 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 17.*
17 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 18.*
18 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 34.*
19 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 35.*
20 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 63.*
21 *Hic in tom. 7. tr. 3. res. 66.*
22 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 68.*
23 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 77.*
24 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 65.*
25 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 102.*
26 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 178.*
27 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 84.*
28 *Hic in tom. 6. tr. 1. res. 29.*
29 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 25.*
30 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 49.*
31 *Hic in tom. 7. tr. 5. res. 54.*
32 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 145.*
33 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 62.*
34 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 39.*
35 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 88.*
36 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 79.*
37 *Hic in tom. 3. tr. 2. res. 41.*
38 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 42.*
39 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 112.*
40 RESOL. *Hic in tom. 6. tract. 3. resol. 96.*
41 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 110.*
42 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 97.*
43 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 23.*
44 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 59.*
45 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 101.*
46 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 100.*
47 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 50.*
48 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 44.*
49 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 80.*
50 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 81.*
51 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 90.*
52 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 89.*
53 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 78.*
54 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 104.*
55 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 70.*
56 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 82.*
57 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 40.*
58 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 64.*
59 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 52.*
60 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 53.*
61 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 19.*
62 *Hic in tom. 6. tr. 7. res. 55.*
63 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 108.*
64 *Hic in tom. 4. tr. 3. res. 26.*
65 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 37.*
66 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 56.*
67 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 21.*
68 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 129.*
69 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 132.*
70 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 86.*
71 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 24.*
72 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 180.*
73 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 184.*
74 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 141.*
75 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 57.*
76 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 73.*
77 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 191.*
78 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 69.*
79 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 83.*
80 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 93.*
81 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 125.*
82 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 30.*
83 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 108.*
84 *Hic in tom. 9. tr. 3. res. 208.*
85 *Hic in tom. 6. tr. 8. res. 106.*
86 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 175.*
87 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 21.*
88 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 91.*
89 *Hic in tom. 9. tr. 3. res. 61.*

TRACTATVS IX.

De Ieiunio.

1 RES. NVNC *in tom. 4. tractatu 6. resol. 116.*

TRACTATVS X.

De Legibus.

TRACTATVS XI.

De Bulla Cruciatæ.

3 Res.

Index Nouæ Methodi Tractatuum,



PARS SECVNDA.

TRACTATVS XII.

De Horis Canonicis.

TRACTATVS XIII.

De Opinione probabili.

TRACTATVS XIV.

De Celebratione Missarum iuxta Decreta Vrbani VIII.

42 Res. *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 189.*
43 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 158.*
44 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 160.*
45 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 155.*
46 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 162.*
47 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 51.*
48 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 164.*
49 *Hic in tom 2. tr. 1. ref. 193.*
50 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 143.*
51 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 115.*
52 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 118.*
53 *Hic in tom. 2. tr. 2. ref. 40.*
54 *Hic in tom. 2. tr. 2. ref. 41.*
55 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 164.*
56 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 91.*
57 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 167.*
58 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 139.*
59 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 187.*
60 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 170*
61 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 178.*
62 *Hic in tom. 2. tr. 3. ref. 19.*
63 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 149.*
64 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 150.*
65 *Hic in tom. 1. tr. 5. ref. 31.*
66 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 130.*
67 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 156.*
68 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 170.*
69 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 173.*
70 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 235.*
71 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 214.*
72 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 54.*
73 *Hic in tom. 2. tr. 2. ref. 19.*
74 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 80.*
75 *Hic in tom. 2. tr. 2. ref. 83.*
76 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 83.*
77 *Hic in tom. 2. tr. 2. ref. 85.*
78 *Hic in tom. 2. tr. 2. ref. 94.*
79 *Hic in tom. 2. tr. 2. ref. 96.*
80 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 43.*

TRACTATVS XV.

Et Miscellaneus primus.

1 Res. *NVNC in tom. 1. tr. 5. ref. 55.*
2 *Nunc in tom. 2. tr. 1. ref. 180.*
3 *Nunc in tom. 2. tr. 1. ref. 175.*
4 *Nunc in tom. 2. tr. 1. ref. 168.*
5 *Nunc in tom. 2. tr. 6. ref. 145.*
6 *Nunc in tom. 9. tr. 1. ref. 141.*
7 *Nunc in tom. 1. tr. 7. ref. 44.*
8 *Nunc in tom. 4. tr. 7. ref. 59.*
9 *Nunc in tom. 8. tr. 4. ref. 21.*
10 *Nunc in tom. 8. tr. 7. ref. 41.*
11 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref. 128.*
12 *Nunc in tom. 1. tr. 8. ref. 54.*
13 *Nunc in tom. 1. tr. 8. ref. 11.*
14 *Nunc in tom. 1. tr. 8. ref. 32.*
15 *Nunc in tom. 8. tr. 5. ref. 7.*
16 *Nunc in tom. 5. tr. 5. ref. 128.*
17 Res. *Nunc in tom. 5. tr. 5. ref. 113.*
18 *Nunc in tom. 5. tr. 5. ref. 117.*
19 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 45.*
20 *Nunc in tom. 5. tr. 5. ref. 63.*
21 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 63.*
22 *Nunc in tom. 5. tr. 5. ref. 41.*
23 *Nunc in tom. 7. tr. 1. ref. 335.*
24 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 32.*
25 *Nunc in tom. 8. tr. 4. ref. 63.*
26 *Nunc in tom. 6. tr. 1. ref. 104.*
27 *Nunc in tom. 6. tr. 1. ref. 101.*
28 *Nunc in tom. 4. tr. 4. ref. 39.*
29 *Nunc in tom. 1. tr. 5. ref. 56.*
30 *Nunc in tom. 7. tr. 5. ref. 9.*
31 *Nunc in tom. 1. tr. 4. ref. 37.*
32 *Nunc in tom. 4. tr. 7. ref. 12.*
33 *Nunc in tom. 4. tr. 7. ref. 35.*
34 *Nunc in tom. 7. tr. 5. ref. 21.*
35 *Nunc in tom. 7. tr. 5. ref. 22.*
36 *Nunc in tom. 7. tr. 5. ref. 16.*
37 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 110.*
38 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 101.*
39 *Nunc in tom. 4. tr. 7. ref. 61.*
40 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 104.*
41 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 114.*
42 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref. 171.*
43 *Nunc in tom. 1. tr. 1. ref. 72.*
44 *Nunc in tom. 1. tr. 1. ref. 73.*
45 *Nunc in tom. 1. tr. 1. ref. 87.*
46 *Nunc in tom. 1. tr. 1. ref. 56.*
47 *Nunc in tom. 1. tr. 1. ref. 57.*
48 *Nunc in tom. 1. tr. 1. ref. 58.*
49 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref. 20.*
50 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref. 47.*
51 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 91.*
52 *Nunc in tom. 1. tr. 6. ref. 2.*
53 *Nunc in tom. 1. tr. 6. ref. 25.*
54 *Nunc in tom. 7. tr. 3. ref. 55.*
55 *Nunc in tom. 2. tr. 1. ref. 81.*
56 *Nunc in tom. 5. tr. 1. ref. 81.*
57 *Nunc in tom. 5. tr. 7. ref. 37.*
58 *Nunc in tom. 5. tr. 10. ref. 101.*
59 *Nunc in tom. 8. tr. 3. ref. 22.*
60 *Nunc in tom. 1. tr. 5. ref. 25.*
61 *Nunc in tom. 7. tr. 1. ref. 4.*
62 *Nunc in tom. 7. tr. 5. ref. 31.*
63 *Nunc in tom. 6. tr. 1. ref. 95.*
64 *Nunc in tom. 2. tr. 6. ref. 181.*
65 *Nunc in tom. 6. tr. 4. ref. 1.*
66 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref. 98.*
67 *Nunc in tom. 6. tr. 1. ref. 135.*

TRACTATVS XVI.

Et Miſcellaneus ſecundus. Aduerte, quod in hoc tract. à numero 10. errant numeri, quia in aliquibus impreſſionibus deſunt.

1. Res. *HIc in tom. 11. tr. 6. reſ. 22.*
2. *Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 42.*
3 *Hic in tom. 2. tr. 5. reſ. 9.*
4 *Hic in tom. 2. tr. 5. reſ. 101.*
5 *Hic in tom. 5. tr. 3. reſ. 48.*
6 *Hic in tom. 8. tr. 4. reſ. 75.*
7 *Hic in tom. 8. tr. 4. reſ. 74.*
8 *Hic in tom. 8. tr. 4. reſ. 77.*
9 *Hic in tom 4. tr. 4. reſ. 58.*
10 *Hic in tom. 4. tr. 4. reſ. 63.*
11 *Hic in tom. 4. tr. 4. reſ 64.*
12 *Hic in tom. 6. tr. 1. reſ. 6.*
13 *Hic in tom. 6. tr. 1. reſ. 128.*
14 *Hic in tom. 6. tr. 3. reſ. 147.*
15 *Hic in tom. 8. tr. 5. reſ. 85.*
16 *Hic in tom. 8. tr. 5. reſ. 86.*
17 *Hic in tom. 3. tr. 2. reſ. 132.*
18 *Hic in tom. 5. tr. 5. reſ. 2.*
19 *Hic in tom. 4. tr 7. reſ. 62.*
20 *Hic in tom. 2. tr. 5. reſ. 111.*
21 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ. 60*
22 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ. 58.*
23 *Hic in tom. 4. tr. 7. reſ. 36.*
24 *Hic in tom. 3. tr. 3. reſ. 75.*
25 *Hic in tom. 1. tr. 7. reſ. 158.*
26 *Hic in tom. 4. tr. 7. reſ. 8.*
27 *Hic in tom. 2. tr. 5. reſ. 104.*
28 *Hit in tom. 2. tr. 5. reſ. 96.*
29 *Hic in tom. 2. tr. 5. reſ. 75.*
30 *Hic in tom. 5. tr. 1 reſ. 90.*
31 *Hic in tom. 7. tr. 1. reſ. 319.*
32 *Hic in tom. 7. tr. 1. reſ. 320.*
33 *Hic in tom. 3. tr. 3. reſ. 31.*
34 *Hic in tom. 5. tr. 1. reſ. 49.*
35 *Hic in tom. 7. tr. 1. reſ. 216.*
36 *Hic in tom. 8. tr. 4. reſ. 28.*
37 *Hic in tom. 5. tr. 7. reſ. 24.*
38 *Hic in tom. 8. tr. 7. reſ. 59.*
39 *Hic in tom. 6. tr. 3 reſ. 106.*
40 *Hic in tom. 6. tr. 3. reſ. 57.*
41 *Hic in tom. 1. tr. 4. reſ. 46.*
42 *Hic in tom. 5. tr. 1 reſ. 186.*
43 *Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 19.*
44 *Hic in tom. 7. tr. 1. reſ. 87.*
45 *Hic in tom. 1. tr. 4. reſ. 28.*
46 *Hic in tom. 6. tr. 3. reſ. 148.*
47 *Hic in tom. 6. tr. reſ. 170.*
48 *Hic in tom. 8. tr. 7. reſ. 57.*
49 *Hic in tom. 6. tr. 3. reſ. 146.*
50 *Hic in tom. 6 tr. 8. reſ. 44.*
51 *Hic in tom. 5. tr. 8. reſ. 1.*
52 Res. *Hic in tom. 5. tr. 1. reſ. 65.*
53 *Hic in tom. 5. tr. 1. reſ. 58.*
54 *Hic in tom. 8. tr. 6. reſ. 13.*

TRACTATVS XVII.

Et Miſcellaneus tertius.

1 Res. *NVNC in tom. 6. tr. 3. reſ. 92.*
2 *Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 45.*
3 *Nunc in tom. 1. tr. 4. reſ. 36.*
4 *Nunc in tom. 6. tr. 3. reſ. 135.*
5 *Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 22.*
6 *Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 38.*
7 *Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 236.*
8 *Nunc in tom. 6. tr. 4. reſ. 27.*
9 *Nunc in tom. 8. tr. 4. reſ. 3.*
10 *Nunc in tom. 8. tr. 4. reſ. 30.*
11 *Nunc in tom. 1. tr. 7. reſ. 46.*
12 *Nunc in tom. 1. tr. 7. reſ. 95.*
13 *Nunc in tom. 2. tr. 2. reſ. 27.*
14 *Nunc in tom. 2. tr. 1 reſ. 222.*
15 *Nunc in tom. 1. tr. 1. reſ. 59.*
16 *Nunc in tom. 2. tr. 1 reſ. 210.*
17 *Nunc in tom. 1. tr. 2. reſ. 11.*
18 *Nunc in tom. 2. tr. 3. reſ. 28.*
19 *Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 216.*
20 *Nunc in tom. 2. tr. 5 reſ. 74.*
21 *Nunc in tom. 5. tr. 5. reſ. 38.*
22 *Nunc in tom. 1. tr. 7. reſ. 52.*
23 *Nunc in tom. 1. tr. 7. reſ. 86.*
24 *Nunc in tom. 7. tr. 4. reſ. 72.*
25 *Nunc in tom. 1. tr. 3. reſ. 187.*
26 *Nunc in tom. 6. tr. 9. reſ. 64.*
27 *Nunc in tom. 6. tr. 4. reſ. 42.*
28 *Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 60.*
29 *Nunc in tom. 4. tr. 7. reſ. 49.*
30 *Nunc in tom. 7. tr. 1. reſ. 273.*
31 *Nunc in tom. 1. tr. 3 reſ. 112.*
32 *Nunc in tom. 1. tr. 1. reſ. 1.*
33 *Nunc in tom. 8. tr. 6. reſ. 8.*
34 *Nunc in tom. 1. tr. 7. reſ. 104.*
35 *Nunc in tom. 7. tr. 5. reſ. 26.*
36 *Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 195.*
37 *Nunc in tom. 8. tr. 6. reſ. 18. Pro primo caſu Pro ſecundo vero in tom. 2. tr. 6. reſ. 188.*
38 *Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 213.*
39 *Nunc in tom. 1. tr. 4. reſ. 35.*
40 *Nunc in tom. 6. tr. 4. reſ. 56.*
41 *Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 4.*
42 *Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 5.*
43 *Nunc in tom. 8. tr. 7 reſ. 6.*
44 *Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 40.*
45 *Nunc in tom. 8. tr. 5. reſ. 19.*
46 *Nunc in tom. 1. tr. 3 reſ. 70.*
47 *Nunc in tom. 4. tr. 4 reſ. 8.*
48 *Nunc in tom. 8. tr. 10. reſ. 1.*
49 *Nunc in tom. 4. tr. 4. reſ. 55.*
50 *Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 8.*
51 *Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 9.*

52 Res.

PARS TERTIA.

TRACTATVS I.

De Immunitate Ecclesiæ.

TRACTATVS II.

De Dubijs Regularium.

13 Nunc

TRACTATVS III.

De Absolutione largienda moribundo sensibus destituto.

TRACTATVS IV.

De Sacramentis.

De Sacramento Baptismi.

De Sacramento Confirmationis.

De Sacramento Eucharistiæ.

De Sacramento Pœnitentiæ.

Index Nouæ Methodi Tractatuum,

De Extrema - Vnctione.

De Sacramento Ordinis.

DE

De Sacramento Matrimonij.

197 RES. *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.168.*
198 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.113.*
199 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.197.*
200 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.160.*
201 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.103.*
202 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.155.*
203 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.187.*
204 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.7.*
205 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.35.*
206 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.29.*
207 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.30.*
208 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.27.*
209 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.26.*
210 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.12.*
211 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.20.*
212 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.182.*
213 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.167.*
214 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.189.*
215 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.200.*
216 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.192.*
217 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.204.*
218 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.203.*
219 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.217.*
220 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.69.*
221 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.22.*
222 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.223.*
223 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.198.*
224 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.191.*
225 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.194.*
226 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.205.*
227 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.154.*
228 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.137.*
229 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.138.*
230 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.112.*
231 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.110.*
232 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.84.*
233 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.71.*
234 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.65.*
235 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.64.*
236 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.67.*
237 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.68.*
238 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.66.*
239 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.106.*
240 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.62.*
241 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.40.*
242 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.221.*
243 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.144.*
244 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.34.*
245 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.9.*
246 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.148.*
247 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.54.*
248 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.61.*
249 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.60.*
250 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.97.*
251 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.121.*
252 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.126.*
253 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.96.*
254 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.118.*
255 RES. *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.99.*
256 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.224.*
257 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.80.*
258 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.172.*
259 *Nunc in tom.1.tr.1.reſ.100.*
260 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.152.*
261 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.239.*
262 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.122.*
263 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.124.*
264 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.105.*
265 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.102.*
266 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.107.*
267 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.128.*
268 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.119.*
269 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.31.*
270 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.33.*
271 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.53.*
272 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.1.*
273 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.3.*
274 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.2.*
275 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.55.*
276 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.56.*
277 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.6.*
278 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.111.*
279 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.157.*
280 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.159.*
281 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.11.*
282 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.13.*
283 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.15.*
284 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.17.*
285 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.18.*
286 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.16.*
287 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.10.*
288 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.115.*
289 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.19.*
290 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.143.*
291 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.147.*
292 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.133.*
293 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.98.*
294 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.175.*
295 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.180.*
296 *Nunc in tom.2.tr.6.reſ.129.*

TRACTATVS V.

Et Miſcellaneus primus.

Nota quod in hoc tract. ſunt duæ Reſ.75. ideo hîc veri numeri adſcribuntur.

1 RES. *Hic in tom.8.tr.3.reſ.18.*
2 *Hic in tom.2.tr.6.reſ.39.*
3 *Hic in tom.8.tr.6.reſ.11.*
4 *Hic in tom.6.tr.1.reſ.88.*
5 *Hic in tom.8.tr.10.reſ.10.*
6 *Hic in tom.8.tr.10.reſ.11.*
7 *Hic in tom.8.tr.4.reſ.67.*
8 *Hic in tom.7.tr.5.reſ.15.*
9 *Hic in tom.3.tr.3.reſ.90.*

TRACTATVS VI.

Et Miſcellaneus Secundus.

6. Res.

TRACTATVS ADDITIONVM.



PARS QVARTA.

TRACTATVS I.

De Immunitate Ecclesiæ.

TRACTATUS II.

De Irregularitate.

TRACTATVS III.

De Conscientia dubia.

TRACTATVS IV.

Et Miscellaneus.

30. Res

30 Res. *Hic in tom.* 8. *tr.* 1. *ref.* 14.
31 *Hic in tom.* 8. *tr.* 1. *ref.* 16.
32 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *ref.* 37.
33 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 141.
34 *Hic in tom.* 8. *tr.* 7. *ref.* 19.
35 *Hic in tom.* 1. *tr.* 7. *ref.* 8.
36 *Hic in tom.* 1. *tr.* 7. *ref.* 11.
37 *Hic in tom.* 1. *tr.* 7. *ref.* 10.
38 *Hic in tom.* 1. *tr.* 5. *ref.* 53.
39 *Hic in tom.* 2. *tr.* 1. *ref.* 70.
40 *Hic in tom.* 4. *tr.* 1. *ref.* 16.
41 *Hic in tom.* 5. *tr.* 5. *ref.* 1.
42 *Hic in tom.* 5. *tr.* 1. *ref.* 82.
43 *Hic in tom.* 4. *tr.* 3. *ref.* 31.
44 *Hic in tom.* 1. *tr.* 7. *ref.* 38.
45 *Hic in tom.* 6. *tr.* 4. *ref.* 61.
46 *Hic in tom.* 4. *tr.* 3. *ref.* 172.
47 *Hic in tom.* 2. *tr.* 2. *ref.* 31.
48 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 176.
49 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 177.
50 *Hic in tom.* 1. *tr.* 2. *ref.* 10.
51 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *ref.* 49.
52 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *ref.* 108.
53 *Hic in tom.* 3. *tr.* 2. *ref.* 102.
54 *Hic in tom.* 5. *tr.* 1. *ref.* 174.
55 *Hic in tom.* 5. *tr.* 1. *ref.* 179.
56 *Hic in tom.* 5. *tr.* 1. *ref.* 171.
57 *Hic in tom.* 5. *tr.* 1. *ref.* 129.
58 *Hic in tom.* 5. *tr.* 1. *ref.* 197.
59 *Hic in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 15.
60 *Hic in tom.* 3. *tr.* 3. *ref.* 67.
61 *Hic in tom.* 7. *tr.* 1. *ref.* 118.
62 *Hic in tom.* 5. *tr.* 5. *ref.* 20.
63 *Hic in tom.* 6. *tr.* 3. *ref.* 137.
64 *Hic in tom.* 8. *tr.* 5. *ref.* 89.
65 *Hic in tom.* 6. *tr.* 1. *ref.* 105.
66 *Hic in tom.* 6. *tr.* 3. *ref.* 174.
67 *Hic in tom.* 6. *tr.* 3. *ref.* 134.
68 *Hic in tom.* 6. *tr.* 3. *ref.* 144.
69 *Hic in tom.* 4. *tr.* 3. *ref.* 92.
70 *Hic in tom.* 8. *tr.* 4. *ref.* 7.
71 *Hic in tom.* 3. *tr.* 2. *ref.* 157.
72 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *ref.* 32.
73 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 222.
74 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *ref.* 13.
75 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 142.
76 *Hic in tom.* 4. *tr.* 2. *ref.* 55.
77 *Hic in tom.* 8. *tr.* 4. *ref.* 62.
78 *Hic in tom.* 6. *tr.* 5. *ref.* 21.
79 *Hic in tom.* 7. *tr.* 6. *ref.* 30.
80 *Hic in tom.* 4. *tr.* 2. *ref.* 35.
81 *Hic in tom.* 4. *tr.* 2. *ref.* 57.
82 *Hic in tom.* 7. *tr.* 1. *ref.* 141.
83 *Hic in tom.* 4. *tr.* 6. *ref.* 62.
84 *Hic in tom.* 3. *tr.* 2. *ref.* 166.
85 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 95.
86 *Hic in tom.* 2. *tr.* 1. *ref.* 64.
87 *Hic in tom.* 2. *tr.* 1. *ref.* 65.
88 *Hic in tom.* 6. *tr.* 1. *ref.* 130.
89 *Hic in tom.* 3. *tr.* 3. *ref.* 16.
90 *Hic in tom.* 5. *tr.* 1. *ref.* 92.
91 Res. *Hic in tom.* 9. *tr.* 1. *ref.* 142.
92 *Hic in tom.* 1. *tr.* 4. *ref.* 64.
93 *Hic in tom.* 3. *tr.* 1. *ref.* 80.
94 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *ref.* 11.
95 *Hic in tom.* 2. *tr.* 1. *ref.* 163.
96 *Hic in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 153.
97 *Hic in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 181.
98 *Hic in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 167.
99 *Hic in tom.* 6. *tr.* 1. *ref.* 93.
100 *Hic in tom.* 3. *tr.* 3. *ref.* 74.
101 *Hic in tom.* 8. *tr.* 4. *ref.* 34.
102 *Hic in tom.* 8. *tr.* 4. *ref.* 37.
103 *Hic in tom.* 2. *tr.* 2. *ref.* 28.
104 *Hic in tom.* 2. *tr.* 1. *ref.* 125.
105 *Hic in tom.* 2. *tr.* 1. *ref.* 105.
106 *Hic in tom.* 4. *tr.* 2. *ref.* 15.
107 *Hic in tom.* 2. *tr.* 3. *ref.* 2.
108 *Hic in tom.* 1. *tr.* 5. *ref.* 68.
109 *Hic in tom.* 1. *tr.* 5. *ref.* 47.
110 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 218.
111 *Hic in tom.* 3. *tr.* 6. *ref.* 124.
112 *Hic in tom.* 4. *tr.* 3. *ref.* 174.
113 *Hic in tom.* 4. *tr.* 3. *ref.* 173.
114 *Hic in tom.* 2. *tr.* 2. *ref.* 99.
115 *Hic in tom.* 4. *tr.* 3. *ref.* 129.
116 *Hic in tom.* 3. *tr.* 3. *ref.* 11.
117 *Hic in tom.* 4. *tr.* 6. *ref.* 119.
118 *Hic in tom.* 3. *tr.* 2. *ref.* 156.
119 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *ref.* 14.
120 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 250.
121 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 252.
122 *Hic in tom.* 8. *tr.* 4. *ref.* 2.
123 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *ref.* 6.
124 *Hic in tom.* 1. *tr.* 5. *ref.* 29.
125 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 219.
126 *Hic in tom.* 4. *tr.* 6. *ref.* 11.
127 *Hic in tom.* 6. *tr.* 1. *ref.* 14.
128 *Hic in tom.* 8. *tr.* 7. *ref.* 68.
129 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *ref.* 116.
130 *Hic in tom.* 4. *tr.* 6. *ref.* 29.
131 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 38.
132 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 58.
133 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 42.
134 *Hic in tom.* 4. *tr.* 6. *ref.* 30.
135 *Hic in tom.* 3. *tr.* 2. *ref.* 112.
136 *Hic in tom.* 8. *tr.* 6. *ref.* 9.
137 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 190.
138 *Hic in tom.* 7. *tr.* 5. *ref.* 50.
139 *Hic in tom.* 6. *tr.* 3. *ref.* 56.
140 *Hic in tom.* 6. *tr.* 8. *ref.* 45.
141 *Hic in tom.* 4. *tr.* 6. *ref.* 14.
142 *Hic in tom.* 4. *tr.* 6. *ref.* 108.
143 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *ref.* 32.
144 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *ref.* 34.
145 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *ref.* 66.
146 *Hic in tom.* 3. *tr.* 6. *ref.* 10.
147 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *ref.* 78.
148 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *ref.* 40.
149 *Hic in tom.* 3. *tr.* 6. *ref.* 132.
150 *Hic in tom.* 5. *tr.* 7. *ref.* 12.
151 *Hic in tom.* 5. *tr.* 7. *ref.* 22.

In fine huius tractatus IV. est alia Vnica Resolutio de Officio Defunctorum pro die secunda Nouembris, quæ hîc inuenietur in tom. 3. tr. 6. res. 64.

TRACTATVS V.

De Confessariis sollicitantibus.

TRACTATVS VI.

De Tortura in S. Officio suspectis vehementer de hæresi inferenda.

TRACTATVS VII.

De Pœnis delictorum pertinentium ad Tribunal S. Inquisitionis.

16 Res.

26 Res. *Nunc in tom. 5. tr. 12. res. 26.*
27 *Nunc in tom. 5. tr. 12. res. 27.*
28 *Nunc in tom. 5. tr. 12. res. 28.*
29 *Nunc in tom. 5. tr. 12. res. 29.*
30 *Nunc in tom. 5. tr. 12. res. 30.*
31 *Nunc in tom. 5. tr. 12. res. 31.*
32 *Nunc in tom. 5. tr. 12. res. 32.*
33 *Nunc in tom. 5. tr. 12. res. 33.*
34 *Nunc in tom. 5. tract. 12. res. 34.*
35 *Nunc in tom. 5. tract. 12. resol. 35.*
36 *Nunc in tom. 5. tract. 12. resol. 36.*
37 *Nunc in tom. 5. tract. 12. resol. 37.*
38 *Nunc in tom. 5. tract. 12. resol. 38.*

TRACTATVS VIII.

De Officio, & Potestate DD. Inquisitorum.

1 Res. HIC *in tom. 5. tract. 10. resol. 1.*
2 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 3.*
3 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 4.*
4 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 29.*
5 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 54.*
6 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 55.*
7 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 36.*
8 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 134.*
9 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 53.*
10 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 76.*
11 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 39.*
12 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 42.*
13 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 105.*
14 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 106.*
15 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 107.*
16 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 45.*
17 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 49.*
18 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 33.*
19 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 2.*
20 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 61.*
21 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 11.*
22 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 71.*
23 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 12.*
24 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 10.*
25 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 13.*
26 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 18.*
27 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 5.*
28 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 133.*
29 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 40.*
30 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 98.*
31 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 20.*
32 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 62.*
33 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 60.*
34 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 6.*
35 *Hic in tom. 5. tr. 8. res. 20.*
36 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 72.*
37 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 32.*
38 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 87.*
39 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 30.*
40 Res. *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 50.*
41 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 44.*
42 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 124.*
43 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 128.*
44 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 126.*
45 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 119.*
46 *Hic in tom 5. tr. 10. res. 137.*
47 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 34.*
48 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 31.*
49 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 100.*
50 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 59.*
51 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 68.*
52 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 7.*
53 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 132.*
54 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 8.*
55 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 22.*
56 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 77.*
57 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 41.*
58 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 9.*
59 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 123.*
60 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 120.*
61 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 121.*
62 *Hic in tom 5. tr. 10. res. 122.*
63 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 68.*
64 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 83.*
65 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 15.*
66 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 37.*
67 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 89.*
68 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 97.*
69 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 88.*
70 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 28.*
71 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 135.*
72 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 56.*
73 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 115.*
74 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 116.*
75 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 117.*
76 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 118.*
77 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 57.*
78 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 85.*
79 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 26.*
80 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 35.*
81 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 93.*
82 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 94.*
83 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 27.*
84 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 25.*
85 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 136.*
86 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 127.*
87 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 78.*
88 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 51.*
89 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 24.*
90 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 38.*
91 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 14.*
92 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 125.*
93 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 96.*
94 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 92.*
95 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 80.*
96 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 84.*
97 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 79.*
98 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 64.*
99 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 138.*
100 *Hic in tom. 5. tr. 10. res. 141.*

TRACTATVS IX.

In quo adſcribuntur Decreta, & Conſtitutiones à Pontificibus ad ſanctam Inquiſitionem conceſſa, quæ hic inuenientur in tom. 5. tr. 13. per totum.



PARS QVINTA.

TRACTATVS I.

De Immunitate Eccleſiæ.

TRACTATVS II.

De Poteſtate, & Priuilegiis S. R. E. Cardinalium.

TRACTATVS III.

De Casibus Occurrentibus tempore mortis.

TRACTATVS IV.

De Homicidio, & Restitutione propter ipsum.

TRACTATVS V.

De paruitate materiæ.

TRACTATVS VI.

De Mutis, Surdis, & Cæcis.

TRACTATVS VII.

De Scandalo.

TRACTATVS VIII.

De Eleëmosyna.

TRACTATVS IX.

De Excommunicatione.

98 Res. *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 71.*
99 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 169.*
100 *Nunc in tom. 5. tr. 3. res. 19.*
101 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 170.*
102 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 172.*
103 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 178.*
104 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 173.*
105 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 166.*
106 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 177.*
107 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 167.*
108 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 25.*
109 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 23.*
110 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 115.*
111 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 117.*
112 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 111.*
113 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 112.*
114 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 113.*
115 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 114.*
116 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 146.*
117 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 148.*
118 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 156.*
119 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 155.*
120 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 157.*
121 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 151.*
122 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 153.*
123 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 154.*
124 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 158.*
125 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 159.*
126 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 152.*
127 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 138.*
128 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 120.*
129 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 118.*
130 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 116.*
131 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 24.*
132 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 168.*
133 *Nunc in tom. 1. tr. 1. res. 17.*
134 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 145.*
135 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 22.*

TRACTATVS X.

De Suspensione, & Interdicto.

NOTA, QVOD IN HOC Tract. sunt duæ Resolutiones 64. Sed hic exinde veri numeri apponuntur.

1 Res. H*IC in tom. 5. tr. 3. res. 15.*
2 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 17.*
3 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 16.*
4 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 23.*
5 *Hic in tom. 2. tr. 5. res. 31.*
6 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 25.*
7 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 18.*
8 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 20.*
9 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 1.*
10 Res. *Hic in tom. 5. tr. 5. res. 34.*
11 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 13.*
12 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 63.*
13 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 5.*
14 *Hic in tom. 5. tr. 4. res. 4.*
15 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 21.*
16 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 6.*
17 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 7.*
18 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 8.*
19 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 2.*
20 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 14.*
21 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 30.*
22 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 3.*
23 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 9.*
24 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 10.*
25 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 11.*
26 *Hic in tom. 4. tr. 5. res. 32.*
27 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 58.*
28 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 59.*
29 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 60.*
30 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 30.*
31 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 44.*
32 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 40.*
33 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 62.*
34 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 43.*
35 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 42.*
36 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 56.*
37 *Hic in tom. 5. tr. 5. res. 18.*
38 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 26.*
39 *Hic in tom. 4. tr. 3. res. 32.*
40 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 45.*
41 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 22.*
42 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 27.*
43 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 28.*
44 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 29.*
45 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 25.*
46 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 46.*
47 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 57.*
48 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 52.*
49 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 66.*
50 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 49.*
51 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 65.*
52 *Hic in tom. 1. tr. 4. res. 13.*
53 *Hic in tom. 4. tr. 3. res. 128.*
54 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 53.*
55 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 47.*
56 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 54.*
57 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 51.*
58 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 33.*
59 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 61.*
60 *Hic in tom. 4. tr. 2. res. 38.*
61 *Hic in tom. 5. tr. 4. res. 11.*
62 *Hic in tom. 1. tr. 4. res. 14.*
63 *Hic in tom. 1. tr. 2. res. 20.*
64 *Hic in tom. 5. tr. 4. res. 14.*
65 *Hic in tom. 5. tr. 4. res. 7.*
66 *Hic in tom. 5. tr. 4. res. 5.*
67 *Hic in tom. 5. tr. 4. res. 20.*
68 *Hic in tom. 5. tr. 4. res. 21.*
69 *Hic in tom. 5. tr. 4. res. 3.*
70 *Hic in tom. 5. tr. 4. res. 22.*

71 RES. *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 13.
72 *Hic in tom.* 5. *tr* 4. *res.* 23.
73 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 16.
74 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 17.
75 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 19.
76 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 18.
77 *Hic in tom.* 4. *tr.* 2. *res.* 52.
78 *Hic in tom.* 2. *tr.* 4. *res.* 32.
79 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 1.
80 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 2.
81 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 24.
82 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *res.* 108.
83 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 9.
84 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 10.
85 *Hic in tom.* 2. *tr.* 6. *res.* 109.
86 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 12.
87 *Hic in tom.* 2. *tr.* 5. *res.* 26.
88 *Hic in tom.* 5. *tr.* 4. *res.* 8.

TRACTATVS XI.

De sigillo Confessionis.

1 RES. NVNC *in tom.* 1. *tractatu* 8. *resol.* 1.
2 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 2.
3 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 16.
4 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 17.
5 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 45.
6 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 58.
7 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 41.
8 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 64.
9 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 65.
10 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 30.
11 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 33.
12 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 13.
13 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 34.
14 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 35.
15 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 36.
16 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 37.
17 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 22.
18 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 56.
19 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 53.
20 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 57.
21 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 52.
22 *Nunc in tom.* 1. *tract.* 8. *res.* 61.
23 *Nunc in tom.* 1. *tract.* 8. *res.* 38.
24 *Nunc in tom.* 1. *tract.* 8. *resol.* 51.
25 *Nunc in tom.* 1. *tract.* 8. *resol.* 25.
26 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 3.
27 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 43.
28 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 28.
29 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 18.
30 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 19.
31 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 62.
32 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 27.
33 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 26.
34 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 4.
35 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 12.
36 RES. *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 20.
37 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 21.
38 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 44.
39 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 48.
40 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 29.
41 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 31.
42 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 10.
43 *Nunc in tom.* 2. *tr.* 8. *res.* 66.
44 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 40.
45 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 14.
46 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 23.
47 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 5.
48 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 9. *res.* 39.
49 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 7.
50 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 8.
51 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 59.
52 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 60.
53 *Nunc in tom.* 5. *tr.* 5. *res.* 30.
54 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *res.* 67.

TRACTATVS XII.

De Indulgentiis, & Iubilæo.

1 RES HIC *in tom.* 4. *tractatu* 4. *res.* 45.
2 *Hic in tom.* 4. *tr.* 3. *res.* 153.
3 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 16.
4 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 12.
5 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 7.
6 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 18.
7 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 6.
8 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 35.
9 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 39.
10 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 1.
11 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 13.
12 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 11.
13 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 50.
14 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 29.
15 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 31.
16 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 34.
17 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 52.
18 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 10.
19 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 17.
20 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 23.
21 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 41.
22 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 28.
23 *Hic in tom.* 4. *tr.* 5. *res.* 8.
24 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 37.
25 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 25.
26 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 26.
27 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 41.
28 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 56.
29 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 49.
30 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 48.
31 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 32.
32 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 67.
33 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 70.
34 *Hic in tom.* 4. *tr.* 4. *res.* 13.

35. RES.

TRACTATVS XIII.

Et Miscellaneus primus.

87 RES. *Nunc in tom. 2. tr. 6. ref. 146.*
88 *Nunc in tom. 7. tr. 1. ref. 340.*
89 *Nunc in tom. 7. tr. 5 ref. 30.*
90 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 72.*
91 *Nunc in tom. 6. tr. 1. ref. 37.*
92 *Nunc in tom. 2. tr. 1. ref. 169.*
93 *Nunc in tom. 2. tr. 5. ref. 79.*
94 *Nunc in tom. 8. tr. 2. ref. 46.*
95 *Nunc in tom. 2. tr. 2. ref. 190.*
96 *Nunc in tom. 2. tr. 1. ref. 234.*
97 *Nunc in tom. 2. tr. 5. ref. 98.*
98 *Nunc in tom. 8. tr. 7. ref. 38.*
99 *Nunc in tom. 1. tr. 7. ref. 100.*

TRACTATVS XIV.

Et Miscellaneus Secundus.

1 RES. HIC *in tom. 5. tr. 7. ref. 41.*
2 *Hic in tom. 5. tr. 7. ref. 43.*
3 *Hic in tom. 5. tr. 7. ref. 39.*
4 *Hic in tom 5. tr. 7. ref. 44.*
5 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 165.*
6 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 182.*
7 *Hic in tom. 7. tr. 8. ref. 49.*
8 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 60.*
9 *Hic in tom. 6. tr. 2. ref. 42.*
10 *Hic in tom. 1. tr. 7. ref. 118.*
11 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 5.*
12 *Hic in tom. 4. tr. 6. ref. 115.*
13 *Hic in tom. 4. tr. 6. ref. 58.*
14 *Hic in tom. 4. tr. 6. ref. 124.*
15 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 18.*
16 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 150.*
17 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 26.*
18 *Hic in tom. 3. tr. 2. ref. 131.*
19 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 218.*
20 *Hic in tom. 4. tr. 3. ref. 161.*
21 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 6.*
22 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 50.*
23 *Hic in tom. 3. tr. 3. ref. 69.*
24 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 19.*
25 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 11.*
26 *Hic in tom. 3. tr. 3. ref. 115.*
27 *Hic in tom. 2. tr. 5. ref. 72.*
28 *Hic in tom. 3. tr. 2. ref. 119.*
29 *Hic in tom. 3. tr. 5. ref. 77.*
30 *Hic in tom. 3. tr. 2. ref. 143.*
31 *Hic in tom. 1. tr. 6. ref. 43.*
32 *Hic in tom. 2. tr. 6. ref. 149.*
33 *Hic in tom. 2. tr. 6. ref. 8.*
34 *Hic in tom. 8. tr. 4. ref. 5.*
35 *Hic in tom. 6. tr. 8. ref. 43.*
36 *Hic in tom. 2. tr. 6. ref. 179.*
37 *Hic in tom. 2. tr. 6. ref. 216.*
38 *Hic in tom. 2. tr. 6. ref. 156.*
39 *Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 76.*
40 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 83.*
41 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 4.*
42 RES *Hic in tom 6. tr. 2. ref. 41.*
43 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 246.*
44 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 135.*
45 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 39.*
46 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref. 118.*
47 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref. 121.*
48 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref. 70.*
49 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 341.*
50 *Hic in tom. 2. tr. 2. ref. 89.*
51 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 36.*
52 *Hic in tom. 2. tr. 3. ref. 26.*
53 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 125.*
54 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 57.*
55 *Hic in tom. 1. tr. 7. ref. 63.*
56 *Hic in tom. 1. tr. 7. ref. 163.*
57 *Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 158.*
58 *Hic in tom. 1. tr. 5. ref. 19.*
59 *Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 202.*
60 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 76.*
61 *Hic in tom. 1. tr. 6. ref. 51.*
62 *Hic in tom. 6. tr. 2. ref. 6.*
63 *Hic in tom. 2 tr. 5. ref. 17.*
64 *Hic in tom. 2. tr. 5. ref. 19.*
65 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 52.*
66 *Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 109.*
67 *Hic in tom. 1. tr. 4. ref. 94.*
68 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 9.*
69 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 50.*
70 *Hic in tom. 2. tr. 3. ref. 21.*
71 *Hic in tom. 1. tr. 6. ref. 52.*
72 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 206.*
73 *Hic in tom. 1. tr. 6. ref. 29.*
74 *Hic in tom. 8. tr. 4. ref. 1.*
75 *Hic in tom. 5. tr. 7. ref. 20.*
76 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 226.*
77 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 227.*
78 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 225.*
79 *Hic in tom. 8. tr. 10. ref. 18.*
80 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 20.*
81 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 36.*
82 *Hic in tom. 2. tr. 5. ref. 21.*
83 *Hic in tom. 4. tr. 6. ref. 5.*
84 *Hic in tom. 6. tr. 8. ref. 26.*
85 *Hic in tom. 1 tr. 7. ref. 2.*
86 *Hic in tom. 1. tr. 4. ref. 10.*
87 *Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 136.*
88 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 25.*
89 *Hic in tom. 3. tr. 3. ref. 99.*
90 *Hic in tom. 5. tr. 6. ref. 36.*
91 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 290.*
92 *Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 55.*
93 *Hic in tom. 4. tr. 7. ref. 44.*
94 *Hic in tom. 7. tr. 3. ref. 56.*
95 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 22.*
96 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 71.*
97 *Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 144.*
98 *Hic in tom. 5. tr. 5. ref. 91.*
99 *Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 55.*
100 *Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 62.*
101 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 63.*
102 *Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 54.*

103 RES.

103 Res. *Hic in tom.* 7. *tr.* 1. *res.* 264.
104 *Hic in tom.* 4. *tr.* 3. *res.* 67.
105 *Hic in tom.* 6. *tr.* 1. *res.* 3.
106 *Hic in tom.* 6. *tr.* 1. *res.* 2.
107 *Hic in tom.* 1. *tr.* 4. *res.* 31.
108 *Hic in tom.* 1. *tr.* 4. *res.* 32.
109 *Hic in tom.* 1. *tr.* 4. *res.* 33.
110 *Hic in tom.* 1. *tr.* 7. *res.* 49.
111 *Hic in tom.* 1. *tr.* 3. *res.* 17.
112 *Hic in tom.* 2. *tr.* 1. *res.* 35.
113 *Hic in tom.* 1. *tr.* 3. *res.* 127.



PARS SEXTA.

TRACTATVS I.

De Immunitate Ecclesiæ.

1 Res. *NVNC in tom.* 9. *tr.* 1. *resol.* 6.
2 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *resol.* 7.
3 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 2. *res.* 10.
4 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 19.
5 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 16.
6 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 8.
7 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 28.
8 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 100.
9 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 57.
10 *Nunc tom.* 9. *tract.* 1. *res.* 71.
11 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 87.
12 *Nunc in tom* 9. *tr.* 1. *res.* 90.
13 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 79.
14 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 33.
15 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 58.
16 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 31.
17 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 61.
18 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 50.
19 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 55.
20 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 56.
21 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 64.
22 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 68.
23 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 45.
24 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 42.
25 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 26.
26 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 27.
27 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 108.
28 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 115.
29 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 116.
30 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 118.
31 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 125.
32 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 117.
33 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 127.
34 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 2.
35 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 128.
36 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *res.* 133.

TRACTATVS II.

De Familia Laïca Nuntiorum, Apostolicorum.

1 Res. *HIC in tom.* 9. *tr.* 8. *res.* 1.
2 *Hic in tom.* 9. *tr.* 8. *res.* 2.
3 *Hic in tom* 9. *tractatu* 8. *resolut.* 3.
4 *Hic in tom.* 6. *tr.* 8. *res.* 4.
5 *Hic in tom.* 9. *tr.* 8. *res.* 5.
6 *Hic in tom.* 9. *tr.* 8. *res.* 6.
7 *Hic in tom.* 9. *tr.* 8. *res.* 7.
8 *Hic in tom.* 9. *tr.* 8. *res.* 8.
9 *Hic in tom.* 9. *tr.* 8. *res.* 9.
10 *Hic in tom.* 9. *tr.* 8. *res.* 10.

TRACTATVS III.

De Statuto prohibente alienationem bonorum stabilium in Ecclesias.

1 Res. *NVNC in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 9.
2 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 10.
3 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 11.
4 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 12.
5 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 13.
6 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 14.
7 *Nunc in tom.* 2. *tr.* 2. *res.* 15.
8 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 16.
9 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 17.
10 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 18.
11 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 3. *res.* 19.

TRACTATVS IV.

De Bello.

1 Res. *HIC in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 1.
2 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 2.
3 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 3.
4 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 7.
5 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 12.
6 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 11.
7 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 8.
8 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 9.
9 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 41.
10 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 23.
11 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 25.
12 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 26.
13 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 28.
14 *Hic in tom.* 7. *tr.* 7. *res.* 29.

15 Res.

TRACTATVS V.

De Consuetudine.

TRACTATVS VI.

Et Miscellaneus primus.

50. Res.

TRACTATVS VII.

Et Miſcellaneus Secundus.

TRACTATVS VIII.

Et Miſcellaneus Tertius.

30 RES. *Nunc in tom.7.tr.1.ref. 351.*
31 *Nunc in tom. 4. tr. 5. ref. 20.*
32 *Nunc in tom.7.tr.1.ref. 281.*
33 *Nunc in tom. 7. tr. 1. ref.25.*
34 *Nunc in tom. 7. tr.1. ref. 203.*
35 *Nunc in tom. 7. tr. 1. ref. 8.*
36 *Nunc in tom. 8. tr. 5. ref. 59.*
37 *Nunc in tom. 5. tr. 6. ref. 44.*
38 *Nunc in tom. 5. tr. 8. ref. 11.*
39 *Nunc in tom 4. tr. 2. ref. 13.*
40 *Nunc in tom. 9. tr. 7. ref. 49.*



PARS SEPTIMA.

TRACTATVS I.

De Immunitate Ecclesiastica.

1 RES. HIC *in tom. 9. tract. 2. ref. 316.*
2 *Hic in tom. 9. tract. 2. ref. 317.*
3 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 318.*
4 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 319.*
5 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 320.*
6 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 321.*
7 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 322.*
8 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 323.*
9 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 324.*
10 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 325.*
11 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 326.*
12 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 327.*
13 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 328.*
14 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 329.*
15 *Hic in tom 9. tractatu 2. ref. 330.*
16 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 331.*
17 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 332.*
18 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 333.*
19 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 334.*
20 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 335.*
21 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 336.*
22 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 337.*
23 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 338.*
24 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 339.*
25 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 340.*
26 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 341.*
27 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 342.*
28 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 343.*
29 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 344.*
30 *Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 345.*



TRACTATVS II.

De Potestate Episcopi quo ad dispensandum, & absoluendum vigore Concilij Tridentini cap. 6. sess. 24. de Reformatione,

1 RES. NVNC *in tom. 3. tr. 3. ref. 1.*
2 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 2.*
3 RES. *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 20.*
4 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 5.*
5 *Nunc in tom. 9. tr. 2. ref. 291.*
6 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 7.*
7 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 8.*
8 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 9.*
9 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 10.*
10 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 12.*
11 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 13.*
12 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 14.*
13 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 15.*
14 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 17.*
15 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 19.*
16 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 21.*
17 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 22.*
18 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 23.*
19 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 24.*
20 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 27.*
21 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 29.*
22 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 30.*
23 *Nunc in tom. 5. tr. 8. ref. 17.*
24 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 65.*
25 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 33.*
26 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 36.*
27 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 39.*
28 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 41.*
29 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 42.*
30 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 43.*
31 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 44.*
32 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 47.*
33 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 53.*
34 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 54.*
35 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 56.*
36 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 60.*
37 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref. 61.*



TRACTATVS III.

De Correctione fraterna.

1 RES. HIC *in tom. 7. tr. 4. ref. 1.*
2 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 2.*
3 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 3.*
4 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 4.*
5 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 5.*
6 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 14.*
7 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 9.*
8 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 21.*
9 *Hic in tom. 8. tr. 4. ref. 23.*
10 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 24.*
11 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 56.*
12 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 30.*
13 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 27.*
14 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 28.*
15 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 26.*
16 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 33.*
17 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 29.*
18 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 68.*
19 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 69.*
20 *Hic in tom. 7. tr. 4. ref. 70.*

21 RES.

21 Res. *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 11.*
22 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 16.*
23 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 12.*
24 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 13.*
25 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 57.*
26 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 18.*
27 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 19.*
28 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 20.*
29 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 34.*
30 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 35.*
31 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 32.*
32 *Hic in tom. 7 tr. 4. res. 36.*
33 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 71.*
34 *Hic in tom. 1. tr. 8. res. 49.*
35 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 37.*
36 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 39.*
37 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 41.*
38 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 43.*
39 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 40.*
40 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 46.*
41 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 47.*
42 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 48.*
43 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 49.*
44 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 51.*
45 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 52.*
46 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 53.*
47 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 61.*
48 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 67.*
49 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 54.*
50 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 55.*
51 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 63.*
52 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 64.*
53 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 45.*
54 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 44.*
55 *Hic in tom. 5. tr. 3. res. 65.*
56 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 58.*
57 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 59.*
58 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 60.*
59 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 66.*
60 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 74.*
61 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 7.*
62 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 62.*
63 *Hic in tom. 7. tr. 4. res. 5.*

TRACTATUS IV.

De Datis, & Promissis super Bullam Greg. XIII.

1 Res. *NUNC in tom. 5. tr. 7. res. 48.*
2 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 49.*
3 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 50.*
4 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 52.*
5 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 53.*
6 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 54.*
7 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 55.*
8 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 56.*
9 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 57.*
10 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 58.*
11 Res. *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 59.*
12 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 60.*
13 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 61.*
14 *Nunc in tom. 5. tr. 7. res. 62.*

TRACTATUS V.

De Abortu iuxta Bullas Sixti V. & Gregorij XIV.

1 Res. *HIC in tom. 5. tr. 6. res. 1.*
2 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 2.*
3 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 3.*
4 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 4.*
5 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 5.*
6 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 19.*
7 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 35.*
8 *Hic in tom. 5 tr. 6. res. 18.*
9 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 26.*
10 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 27.*
11 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 28.*
12 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 31.*
13 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 33.*
14 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 29.*
15 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 7.*
16 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 8.*
17 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 14.*
18 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 15.*
19 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 6.*
20 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 17.*
21 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 9.*
22 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 11.*
23 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 12.*
24 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 21.*
25 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 22.*
26 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 23.*
27 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 13.*
28 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 30.*
29 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 25.*
30 *Hic in tom. 5. tr. 1. res. 34.*
31 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 32.*
32 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 45.*
33 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 37.*
34 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 38.*
35 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 39.*
36 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 40.*
37 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 41.*
38 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 42.*
39 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 46.*
40 *Hic in tom. 5. tr. 2. res. 48.*
41 *Hic in tom. 5. tr. 6. res. 16.*
42 *Hic in tom. 9. tr. 1. res. 94.*

TRACTATVS VI.

De Testamentis priuilegiatis ad pias causas, peste infectorum, & Militum.

NOTA, QVOD IN HOC Tract. sunt duæ res. 7. Sed hic veri numeri assignantur.

TRACTATVS VII.

De Seruis, & Mancipijs.

NOTA ETIAM, QVOD In hoc tract. sunt duæ res. 43. Sed hic exinde veri numeri adscribuntur.

34 Res. *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 34.*
35 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 25.*
36 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 57.*
37 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 58.*
38 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 59.*
39 *Hic in tom. 8. tr. 7. res. 31.*
40 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 15.*
41 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 21.*
42 *Hic in tom. 6. tr. 9. res. 4.*
43 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 65.*
44 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 26.*
45 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 37.*
46 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 39.*
47 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 44.*
48 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 42.*
49 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 51.*
50 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 53.*
51 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 63.*
52 *Hic in tom. 7. tr. 5. res. 45.*
53 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 50.*
54 *Hic in tom. 5. tr. 5. res. 57.*
55 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 20.*
56 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 52.*
57 *Hic in tom. 7. tr. 5. res. 75.*
58 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 47.*
59 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 48.*
60 *Hic in tom. 9. tr. 1. res. 69.*
61 *Hic in tom. 7. tr. 1. res. 143.*
62 *Hic in tom. 9. tr. 2. res. 161.*
63 *Hic in tom. 1. tr. 2. res. 82.*
64 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 66.*
65 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 43.*
66 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 16.*
67 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 46.*
68. *Hic in tom. 1. tr. 1. res. 88.*
69 *Hic in tom. 1. tr. 1. res. 89.*
70 *Hic in tom. 1. tr. 1. res. 91.*
71 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 8.*
72 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 62.*
73 *Hic in tom. 1. tr. 7. res. 127.*
74 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 67.*
75 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 64.*

TRACTATVS VIII.

De Cessione bonorum & dilationibus moratorijs à Principibus concedi solitis.

1 Res. *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 1.*
2 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 2.*
3 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 3.*
4 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 4.*
5 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 5.*
6 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 6.*
7 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 7.*
8 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 8.*
9 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 9.*
10 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 10.*
11. Res. *Nunc in tom. 6. tr. 5. 11.*
12 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 12.*
13 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 13.*
14 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 14.*
15 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 15.*
16 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 16.*
17 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 17.*
18 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 18.*
19 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 19.*
20 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 20.*
21 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 22.*
22 *Nunc in tom. 5. tr. 5. res. 58.*
23 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 23.*
24 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 24.*
25 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 25.*
26 *Nunc in tom. 6. tract. 5. resol. 26.*
27 *Nunc in tom. 6. tract. 5. resol. 27.*
28 *Nunc in tom. 6. tract. 5. resol. 28.*
29 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 29.*
30 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 30.*
31. *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 31.*
32 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 32.*
33 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 33.*
34 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 34.*
35 *Nunc in tom. 6. tr. 5. res. 35.*

TRACTATVS IX.

De Ludo, & Sponsionibus.

1 Res. *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 6.*
2 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 7.*
3 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 9.*
4 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 12.*
5 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 16.*
6 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 17.*
7 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 10.*
8 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 18.*
9 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 19.*
10 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 22.*
11 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 23.*
12 *Hic in tom. 7. tr. 8. res. 29.*
13 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 15.*
14 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 13.*
15 *Hic in tom. 7. tr. 3. res. 60.*
16 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 8.*
17 *Hic in tom. 7. tr. 3. res. 57.*
18 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 24.*
19 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 25.*
20 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 26.*
21 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 28.*
22 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 30.*
23 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 33.*
24 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 34.*
25 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 35.*
26 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 62.*
27 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 29.*
28 *Hic in tom. 6. tr. 4. res. 31.*

29 Res. *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 36.
30 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 37.
31 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 38.
32 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 43.
33 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 44.
34 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 45.
35 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 57.
36 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 58.
37 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 5.
38 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 3.
39 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 2.
40 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 11.
41 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 4.
42 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 49.
43 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 50.
44 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 51.
45 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 54.
46 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 55.
47 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 52.
48 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 47.
49 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 60.
50 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 48.
51 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 59.
52 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 46.
53 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 53.
54 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 40.
55 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 70.
56 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 63.
57 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 64.
58 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 65.
59 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 69.
60 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 67.
61 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 71.
62 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 72.
63 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 75.
64 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 78.
65 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 79.
66 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 80.
67 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 73.
68 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 76.
69 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 81.
70 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 82.
71 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 83.
72 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 84.
73 *Hic in tom. 6. tr. 4. ref.* 85.

TRACTATVS X.

Et Miſcellaneus Primus.

1 Res. *NVNC in tom. 9. tr. 2. ref.* 14.
2 *Nunc in tom. 9. tr. 2. ref.* 92.
3 *Nunc in tom. 9. tr. 2. ref.* 16.
4 *Nunc in tom. 9. tr. 2. ref.* 90.
5 *Nunc in tom. 9. tr. 2. ref.* 298.
6 *Nunc in tom. 5. tr. 5. ref.* 143.
7 *Nunc in tom. 2. tr. 1. ref.* 219.
8 *Nunc in tom. 1. tr. 7. ref.* 135.
9 *Nunc in tom. 1. tr. 6. ref.* 58.
10 *Nunc in tom. 5. tr. 1. ref.* 207.
11 Res. *Nunc in tom. 5. tr. 1. ref.* 205.
12 *Nunc in tom. 5. tr. 1. ref.* 188.
13 *Nunc in tom. 4. tr. 7. ref.* 27.
14 *Nunc in tom. 6. tr. 8. ref.* 58.
15 *Nunc in tom. 3. tr. 6. ref.* 77.
16 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref.* 149.
17 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref.* 150.
18 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref.* 156.
19 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref.* 152.
20 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref.* 185.
21 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref.* 183.
22 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref.* 75.
23 *Nunc in tom. 3. tr. 3. ref.* 28.
24 *Nunc in tom. 3. tr. 6. ref.* 127.
25 *Nunc in tom. 6. tr. 3. ref.* 99.
26 *Nunc in tom. 3. tr. 2. ref.* 168.
27 *Nunc in tom. 6. tr. 1. ref.* 129.
28 *Nunc in tom. 8. tr. 5. ref.* 13.
29 *Nunc in tom. 7. tr. 1. ref.* 262.
30 *Nunc in tom. 5. tr. 5. ref.* 110.
31 *Nunc in tom. 1. tr. 2. ref.* 9.
32 *Nunc in tom. 4. tr. 6. ref.* 48.
33 *Nunc in tom. 6. tr. 1. ref.* 72.
34 *Nunc in tom. 3. tr. 2. ref.* 110.
35 *Nunc in tom. 3. tr. 2. ref.* 106.
36 *Nunc in tom. 3. tr. 2. ref.* 27.

TRACTATVS XI.

Et Miſcellaneus Secundus.

1 Res. *HIC in tom. 3. tr. 6. ref.* 28.
2 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 82.
3 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 36.
4 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 16.
5 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 21.
6 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 59.
7 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 87.
8 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 105.
9 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 101.
10 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 100.
11 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 89.
12 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 72.
13 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 41.
14 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 39.
15 *Hic in tom. 2. tr. 1. ref.* 111.
16 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 53.
17 *Hic in tom. 7. tr. 3. ref.* 10.
18 *Hic in tom. 7. tr. 3. ref.* 26.
19 *Hic in tom. 7. tr. 3. ref.* 24.
20 *Hic in tom. 7. tr. 3. ref.* 35.
21 *Hic in tom. 7. tr. 3. ref.* 16.
22 *Hic in tom. 7. tr. 3. ref.* 58.
23 *Hic in tom. 6. tr. 1. ref.* 61.
24 *Hic in tom. 4. tr. 6. ref.* 60.
25 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref.* 199.
26 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref.* 174.
27 *Hic in tom. 7. tr. 1. ref.* 242.
28 *Hic in tom. 8. tr. 3. ref.* 20.
29 *Hic in tom. 8. tr. 6. ref.* 10.
30 *Hic in tom. 3. tr. 6. ref.* 48.

TRACTATVS XII.

Et Miscellaneus Tertius.

PARS OCTAVA.

TRACTATVS I.

De Potestate Pontificis quoad Sacramenta.

Index Nouæ Methodi Tractatuum,

TRACTATVS II.

De Ministro Sacramenti Ordinis.

TRACTATVS III.

De Dispensatione.

30 Res.

TRACTATVS IV.

De Cap. Sede Vacante.

35 Res.

35 Res. *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 42.*
36 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 61.*
37 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 22.*
38 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 41.*
39 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 35.*
40 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 58.*
41 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 12.*
42 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 13.*
43 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 14.*
44 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 15.*
45 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 26.*
46 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 32.*
47 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 23.*
48 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 33.*
49 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 28.*
50 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 45.*
51 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 46.*
52 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 47.*
53 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 34.*
54 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 40.*
55 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 64.*
56 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 65.*
57 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 66.*
58 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 67.*
59 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 68.*
60 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 69.*
61 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 70.*
62 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 71.*
63 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 75.*
64 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 72.*
65 *Nunc in tom. 3. tr. 2. ref. 62.*
66 *Nunc in tom. 3. tr. 2. ref. 78.*
67 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 76.*
68 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 39.*
69 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 79.*
70 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 80.*
71 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 63.*
72 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 10.*
73 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 11.*
74 *Nunc in tom. 3. tr. 5. ref. 60.*

TRACTATVS V.

De Executoribus Testamentorum.

1 Res. *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 1.*
2 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 2.*
3 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 5.*
4 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 6.*
5 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 7.*
6 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 8.*
7 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 9.*
8 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 10.*
9 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 11.*
10 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 12.*
11 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 13.*
12 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 14.*
13 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 15.*
14 *Hic in tom. 6 tr. 9. ref. 16.*
15 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 17.*
16 Res. *Hic in tom. 6. tr. 9 ref. 18.*
17 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 19.*
18 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 20.*
19 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 21.*
20 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 22.*
21 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 24.*
22 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 25.*
23 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 26.*
24 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 27.*
25 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 28.*
26 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 29.*
27 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 31.*
28 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 32.*
29 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 34.*
30 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 35.*
31 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 36.*
32 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 37.*
33 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 23.*
34 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 68.*
35 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 69.*
36 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 70.*
37 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 71.*
38 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 38.*
39 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 67.*
40 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 48.*
41 *Hic in tom 6. tr. 9. ref. 55.*
42 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 72.*
43 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 73.*
44 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 74.*
45 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 56.*
46 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 57.*
47 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 58.*
48 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 59.*
49 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 60.*
50 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 61.*
51 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 62.*
52 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 43.*
53 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 41.*
54 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 44.*
55 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 53.*
56 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 45.*
57 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 46.*
58 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 63.*
59 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 47.*
60 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 33.*
61 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 54.*
62 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 40.*
63 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 65.*
64 *Hic in tom. 6. tr. 9. ref. 66.*

TRACTATVS VI.

De Donationibus.

1 Res. *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 1.*
2 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 2.*
3 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 24.*
4 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 26.*
5 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 29.*

6 Res.

6 Res. *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 35.*
7 *Nunc in tom. 6. tract. 7. resol. 27.*
8 *Nunc in tom. 6. tract. 7. resol. 31.*
9 *Nunc in tom. 6. tract. 7. resol. 32.*
10 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 58.*
11 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 57.*
12 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 8.*
13 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 3.*
14 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 4.*
15 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 6.*
16 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 14.*
17 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 28.*
18 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 11.*
19 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 67.*
20 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 68.*
21 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 38.*
22 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 39.*
23 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 40.*
24 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 70.*
25 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 59.*
26 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 65.*
27 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 66.*
28 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 62.*
29 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 63.*
30 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 71.*
31 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 64.*
32 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 69.*
33 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 45.*
34 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 34.*
35 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 46.*
36 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 47.*
37 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 36.*
38 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 102.*
39 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 103.*
40 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 104.*
41 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 105.*
42 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 106.*
43 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 107.*
44 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 108.*
45 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 109.*
46 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 96.*
47 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 97.*
48 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 98.*
49 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 95.*
50 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 93.*
51 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 99.*
52 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 100.*
53 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 101.*
54 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 130.*
55 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 133.*
56 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 131.*
57 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 132.*
58 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 134.*
59 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 51.*
60 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 49.*
61 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 50.*
62 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 54.*
63 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 52.*
64 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 55.*
65 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 53.*
66 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 135.*
67 Res. *Nunc in tom. 6. tract. 7. ref. 72.*
68 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 73.*
69 *Nunc in tom. 6. tract. 7. ref. 79.*
70 *Nunc in tom. 6. tract. 7. resol. 80.*
71 *Nunc in tom. 6. tract. 7. resol. 82.*
72 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 81.*
73 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 83.*
74 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 84.*
75 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 86.*
76 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 87.*
77 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 88.*
78 *Nunc in tom. 6. tr. 4. ref. 56.*
79 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 89.*
80 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 90.*
81 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 92.*
82 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 91.*
83 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 143.*
84 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 136.*
85 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 141.*
86 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 76.*
87 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 78.*
88 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 75.*
89 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 126.*
90 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 145.*
91 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 41.*
92 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 42.*
93 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 110.*
94 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 111.*
95 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 112.*
96 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 120.*
97 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 113.*
98 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 114.*
99 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 115.*
100 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 121.*
101 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 116.*
102 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 142.*
103 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 117.*
104 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 124.*
105 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 137.*
106 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 119.*
107 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 127.*
108 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 128.*
109 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 125.*
110 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 140.*
111 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 30.*
112 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 146.*
113 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 61.*
114 *Nunc in tom. 6. tr. 4. ref. 144.*
115 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 17.*
116 *Nunc in tom. 6. tr. 8. ref. 18.*
117 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 21.*
118 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 22.*
119 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 19.*
120 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 20.*
121 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 23.*
122 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 15.*
123 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 16.*
124 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 122.*
125 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 123.*
126 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 60.*
127 *Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 13.*

128 Res.

128 Res. Nunc in tom.6. tr.7. ref. 12.
129 Nunc in tom. 6. tr.7.ref. 129.
130 Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 44.
131 Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 33.
132 Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 9.
133 Nunc in tom. 6. tr.7.ref.10.
134 Nunc in tom.6.tr. 7. ref. 7.
135 Nunc in tom. 6. tr. 7. ref. 139.
136 Nunc in tom.6. tr. 7. ref. 147.

TRACTATVS VII.

Et Miſcellaneus.

1 Res. HIC in tom. 3. tr. 6. ref 2.
2 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 196.
3 Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 121.
4 Hic in tom. 3. tr. 2. ref. 153.
5 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 37.
6 Hic in tom. 5. tr. 5. ref. 104.
7 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 167.
8 Hic in tom. 3. tr. 2. ref. 127.
9 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 196.
10 Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 162.
11 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 56.
12 Hic in tom. 4. tr. 7. ref. 24.
13 Hic in tom. 7. tr. 5. ref. 71.
14 Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 175.
15 Hic in tom. 5. tr. 8. ref. 23.
16 Hic in tom. 6. tr. 2. ref. 39.
17 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 107.
18 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 103.
19 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 105.
20 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 159.
21 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 116.
22 Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 132.
23 Hic in tom. 9. tr. 2. ref. 157.
24 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 200.
25 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 193.
26 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 182.
27 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 179.
28 Hic in tom. 5. tr. 5. ref. 9.
29 Hic in tom. 5. tr. 7. ref. 13.
30 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 192.
31 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 123.
32 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 124.
33 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 90.
34 Hic in tom. 8. tr. 3. ref. 23.
35 Hic in tom. 8. tr. 3. ref. 25.
36 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 194.
37 Hic in tom. 6. tr. 2. ref. 12.
38 Hic in tom. 8. tr. 7. ref. 37.
39 Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 133.
40 Hic in tom. 4. tr. 6. ref. 22.
41 Hic in tom. 4. tr. 5. ref. 40.
42 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 41.
43 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 45.
44 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 46.
45 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 4.
46 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 3.
47 Res. Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 30.
48 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 9.
49 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 65.
50 Hic in tom. 5. tr. 8. ref. 37.
51 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 12.
52 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 28.
53 Hic in tom. 8. tr. 5. ref. 44.
54 Hic in tom. 4. tr. 6. ref. 92.
55 Hic in tom. 4. tr. 6. ref. 35.
56 Hic in tom. 4. tr. 6. ref. 31.
57 Hic in tom. 8. tr. 4. ref. 55.
58 Hic in tom. 3. tr. 6. ref. 54.
59 Hic in tom. 2. tr. 5. ref. 91.
60 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 311.
61 Hic in tom. 5. tr. 5. ref. 80.
62 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 186.
63 Hic in tom. 6. tr. 3. ref. 46.
64 Hic in tom. 6. tr. 6. ref. 5.
65 Hic in tom. 1. tr. 5. ref. 30.
66 Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 203.
67 Hic in tom. 5. tr. 8. ref. 31.
68 Hic in tom. 2. tr. 6. ref. 93.
69 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 113.
70 Hic in tom. 1. tr. 5. ref. 44.
71 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 270.
72 Hic in oom. 1. tr. 5. ref. 41.
73 Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 43.
74 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 75.
75 Hic in tom. 2. tr. 1. ref. 24.
76 Hic in tom. 4. tr. 7. ref. 153.
77 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 217.
78 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 103.
79 Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 214.
80 Hic in tom. 1. tr. 3. ref. 54.
81 Hic in tom. 2. tr. 2. ref. 4.
82 Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 38.
83 Hic in tom. 3. tr. 3. ref. 105.
84 Hic in tom. 8. tr. 10. ref. 9.
85 Hic in tom. 5. tr. 1. ref. 10.
86 Hic in tom. 1. tr. 7. ref. 132.
87 Hic in tom. 6. tr. 1. ref. 134.
88 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 350.
89 Hic in tom. 2. tr. 3. ref. 27.
90 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 123.
91 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 111.
92 Hic in tom. 5. tr. 5. ref. 107.
93 Hic in tom. 9. tr. 1. ref. 138.
94 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 82.
95 Hic in tom. 7. tr. 1. ref. 89.
96 Hic in tom. 7 tr. 1. ref. 100.



PARS NONA.

TRACTATVS I.

De Oratoriis priuatis ſæcularium, Epiſcop. Regularium, & Cardinal.

1 Res. NVNC in tom. 4. tr. 2. ref. 4.
2 Nunc in tom. 2. tr. 2. ref. 40.
3 Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 42.

4 Res.

4 Res. *Nunc in tom.4. tr. 2. ref. 56.*
5 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 54.*
6 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 41.*
7 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 34.*
8 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 45.*
9 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 46.*
10 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 24.*
11 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 25.*
12 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 26.*
13 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 27.*
14 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 28.*
15 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 29.*
16 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 43.*
17 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 37.*
18 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 62.*
19 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 36.*
20 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 63.*
21 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 23.*
22 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 31.*
23 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 48.*
24 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 49.*
25 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 58.*
26 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 50.*
27 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 51.*
28 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 53.*
29 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 59.*
30 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 47.*
31 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 61.*
32 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 11.*
33 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 12.*
34 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 16.*
35 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 17.*
36 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 2.*
37 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 3.*
38 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 4.*
39 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 5.*
40 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 7.*
41 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 8.*
42 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 19.*
43 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 20.*
44 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 21.*
45 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 22.*
46 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 18.*
47 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 9.*
48 *Nunc in tom. 4. tr. 2. ref. 10.*

TRACTATVS II.

De Altaribus priuilegiatis.

1 Res. H*IC in tom. 4. tractatu 4. ref. 1.*
2 *Hic in tom. 1. tr. 1. ref. 2.*
3 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 3.*
4 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 4.*
5 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 6.*
6 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 7.*
7 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 8.*
8 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 10.*
9 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 11.*
10 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 12.*
11 Res. *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 13.*
12 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 18.*
13 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 19.*
14 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 21.*
15 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 20.*
16 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 22.*
17 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 23.*
18 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 25.*
19 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 26.*
20 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 28.*
21 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 29.*
22 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 32.*
23 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 34.*
24 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 35.*
25 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 37.*
26 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 38.*
27 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 39.*
28 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 40.*
29 *Hic in tom. 4. tr. 1. ref. 41.*

TRACTATVS III.

De Casibus excusantibus à Confessione ante Eucharistiam.

1 Res. N*VNC in tom. 1. tr. 3. ref. 140.*
2 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 141.*
3 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 142.*
4 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 143.*
5 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 145.*
6 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 136.*
7 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 162.*
8 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 146.*
9 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 151.*
10 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 147.*
11 *Nunc in tom. 1. tr. 5. ref. 33.*
12 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 166.*
13 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 157.*
14 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 156.*
15 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 160.*
16 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 148.*
17 *Nunc in tom. 1. tract. 3. ref. 155.*
18 *Nunc in tom. 1. tract. 3. resol. 154.*
19 *Nunc in tom. 1. tract. 3. resol. 158.*
20 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 159.*
21 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 168.*
22 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 169.*
23 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 171.*
24 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 179.*
25 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 180.*
26 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 172.*
27 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 185.*
28 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 184.*
29 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 175.*
30 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 177.*
31 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 174.*
32 *Nunc in tom. 1. tr. 3. ref. 186.*

TRACTATVS IV.

De Cenſura ob percuſſionem Cler.

1 Res. HIC *in tom. 5. tr. 2. reſ.* 15.
2 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 18.
3 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 23.
4 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 9.
5 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 42.
6 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 43.
7 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 50.
8 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 8.
9 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 10.
10 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 47.
11 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 52.
12 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 39.
13 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 37.
14 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 26.
15 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 28.
16 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 29.
17 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 40.
18 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 57.
19 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 61.
20 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 24.
21 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 14.
22 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 11.
23 *Hic in tom. 5. tr. 1. reſ.* 13.
24 *Hic in tom. 5. tr. 1. reſ.* 22.
25 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 20.
26 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 21.
27 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 1.
28 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 6.
29 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 38.
30 *Hic in tom. 5. tr. 1. reſ.* 44.
31 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 35.
32 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 17.
33 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 16.
34 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 45.
35 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 31.
36 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 32.
37 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 30.
38 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 19.
39 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 33.
40 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 36.
41 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 12.
42 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 25.
43 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 34.
44 *Hic in tom. 5 tr. 2. reſ.* 46.
45 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 4.
46 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 5.
47 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 62.
48 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 63.
49 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 77.
50 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 78.
51 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 79.
52 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 76.
53 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 75.
54 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 73.
55 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 66.
56 Res. *Hic in tom. 5. tract. 2. reſ.* 67.
57 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 80.
58 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 68.
59 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 69.
60 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 70.
61 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 71.
62 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 72.
63 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 64.
64 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 65.
65 *Hic in tom. 5. tr. 2. reſ.* 74.

TRACTATVS V.

De Theſauris.

1 Res. NVNC *in tom. 6. tr. 6. reſ.* 1.
2 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 2.
3 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 3.
4 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 4.
5 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 6.
6 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 7.
7 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 8.
8 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 9.
9 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 10.
10 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 11.
11 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 12.
12 *Nunt in tom. 6. tr. 6. reſ.* 13.
13 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 14.
14 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 15.
15 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 16.
16 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 17.
17 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 18.
18 *Nunc in tom. 6. tr. 6. reſ.* 19.

TRACTATVS VI.

Et Miſcellaneus Primus.

NOTA, QVOD IN HOC Tract. non eſt numerus 23. Sed hic apponuntur veri numeri.

1 Res. HIC *in tom. 1. tr. 1. reſ.* 29.
2 *Hic in tom. 1. tr. 1. reſ.* 32.
3 *Hic in tom. 1. tr. 7. reſ.* 105.
4 *Hic in tom. 1. tr. 7. reſ.* 101.
5 *Hic in tom. 6. tr. 1. reſ.* 43.
6 *Hic in tom. 9. tr. 2. reſ.* 137.
7 *Hic in tom. 3. tr. 6. reſ.* 14.
8 *Hic in tom. 4. tr. 6. reſ.* 120.
9 *Hic in tom. 1. tr. 3. reſ.* 2.
10 *Hic in tom. 4. tr. 3. reſ.* 159.
11 *Hic in tom. 4. tr. 6. reſ.* 77.
12 *Hic in tom. 7. tr. 1. reſ.* 152.
13 *Hic in tom. 5. tr. 1. reſ.* 35.
14 *Hic in tom 4. tr. 6. reſ.* 97.
15 *Hic in tom. 4. tr. 6. reſ.* 123.
16 *Hic in tom. 4. tr. 6. reſ.* 64.

17 Res. *Hic in tom. 4. tr. 6. res. 112.*
18 *Hic in tom. 2. tr. 1. res. 238.*
19 *Hic in tom. 2. tr. 1. res. 188.*
20 *Hic in tom. 1. tr. 4. res. 65.*
21 *Hic in tom. 8. tr. 1. res. 9.*
22 *Hic in tom. 3. tr. 3. res. 73.*
23 *Hic in tom. 6. tr. 3. res. 109.*
24 *Hic in tom. 7. tr. 3. res. 61.*
25 *Hic in tom. 7. tr. 1. res. 219.*
26 *Hic in tom. 4. tr. 1. res. 74.*
27 *Hic in tom. 4. tr. 6. res. 79.*
28 *Hic in tom. 3. tr. 1. res. 122.*
29 *Hic in tom. 1. tr. 1. res. 40.*
30 *Hic in tom. 1. tr. 1. res. 41.*
31 *Hic in tom. 1. tr. 2. res. 23.*
32 *Hic in tom. 1. tr. 1. res. 55.*
33 *Hic in tom. 2. tr. 1. res. 154.*
34 *Hic in tom. 1. tr. 1. res. 81.*
35 *Hic in tom. 5. tr. 1. res. 201.*
36 *Hic in tom. 2. tr. 1. res. 149.*
37 *Hic in oom. 1. tr. 1. res. 84.*
38 *Hic in tom. 2. tr. 2. res. 65.*
39 *Hic in tom. 6. tr. 1. res. 17.*
40 *Hic in tom. 3. tr. 2. res. 41.*
41 *Hic in tom. 2. tr. 2. res. 78.*
42 *Hic in tom. 2. tr. 4. res. 5.*
43 *Hic in tom. 2. tr. 4. res. 4.*
44 *Hic in tom. 2. tr. 4. res. 38.*
45 *Hic in tom. 2. tr. 4. res. 19.*
46 *Hic in tom. 1. tr. 2. res. 4.*
47 *Hic in tom. 7. tr. 1. res. 50.*
48 *Hic in tom. 7. tr. 1. res. 344.*
49 *Hic in tom. 2. tr. 6. res. 248.*
50 *Hic in tom. 7. tr. 1. res. 272.*
51 *Hic in tom. 2. tr. 6. res. 24.*
52 *Hic in tom. 2. tr. 6. res. 249.*
53 *Hic in tom. 2. tr. 6. res. 251.*
54 *Hic in tom. 2. tr. 1. res. 48.*
55 *Hic in tom. 3. tr. 3. res. 4.*
56 *Hic in tom. 1. tr. 6. res. 24.*
57 *Hic in tom. 2. tr. 5. res. 97.*

TRACTATVS VII.

Et Miscellaneus Secundus.

ADVERTE, QVOD IN Hoc tract. sunt duæ res. 73. ideo exindè hic apponuntur veri num.

1 Res. N*VNC in tom. 7. tr. 1. res. 172.*
2 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 220.*
3 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 183.*
4 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 210.*
5 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 209.*
6 *Nunc in tom. 6. tr. 1. res. 109.*
7 *Nunc in tom. 3. tr. 3. res. 106.*
8 *Nunc in tom. 3. tr. 6. res. 6.*
9 *Nunc in tom. 1. tr. 5. res. 16.*
10 *Nunc in tom. 1. tr. 5. res. 17.*
11 Res. *Nunc in tom. 1. tr. 5. res. 18.*
12 *Nunc in tom. 1. tr. 5. res. 12.*
13 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 208.*
14 *Nunc in tom. 4. tr. 6. res. 41.*
15 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 37.*
16 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 45.*
17 *Nunc in tom. 6. tr. 1. res. 42.*
18 *Nunc in tom. 1. tr. 1. res. 177.*
19 *Nunc in tom. 5. tr. 5. res. 7.*
20 *Nunc in tom. 5. tr. 5. res. 118.*
21 *Nunc in tom. 5. tr. 5. res. 66.*
22 *Nunc in tom. 3. tr. 3. res. 49.*
23 *Nunc in tom. 5. tr. 5. res. 14.*
24 *Nunc in tom. 2. tr. 2. res. 46.*
25 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 171.*
26 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 169.*
27 *Nunc in tom. 7. tr. 8. res. 10.*
28 *Nunc in tom. 6. tr. 1. res. 120.*
29 *Nunc in tom. 3. tr. 6. res. 95.*
30 *Nunc in tom. 6. tr. 3. res. 119.*
31 *Nunc in tom. 6. tr. 3. res. 120.*
32 *Nunc in tom. 8. tr. 3. res. 24.*
33 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 310.*
34 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 312.*
35 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 313.*
36 *Nunc in tom. 3. tr. 2. res. 115.*
37 *Nunc in tom. 3. tr. 2. res. 121.*
38 *Nunc in tom. 3. tr. 6. res. 57.*
39 *Nunc in tom. 3. tr. 2. res. 135.*
40 *Nunc in tom. 3. tr. 2. res. 136.*
41 *Nunc in tom. 6. tr. 8. res. 100.*
42 *Nunc in tom. 6. tr. 8. res. 101.*
43 *Nunc in tom. 2. tr. 2. res. 47.*
44 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 151.*
45 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 81.*
46 *Nunc in tom. 1. tr. 6. res. 20.*
47 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 125.*
48 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 123.*
49 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 197.*
50 *Nunc in tom. 1. tr. 1. res. 93.*
51 *Nunc in tom. 1. tr. 1. res. 94.*
52 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 245.*
53 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 176.*
54 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 17.*
55 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 318.*
56 *Nunc in tom. 2. tr. 4. res. 13.*
57 *Nunc in tom. 1. tr. 6. res. 17.*
58 *Nunc in tom. 1. tr. 2. res. 5.*
59 *Nunc in tom. 8. tr. 1. res. 5.*
60 *Nunc in tom. 8. tr. 1. res. 13.*
61 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 248.*
62 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 238.*
63 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 5.*
64 *Nunc in tom. 9. tr. 1. res. 129.*
65 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 4.*
66 *Nunc in tom. 5. tr. 1. res. 39.*
67 *Nunc in tom. 3. tr. 6. res. 49.*
68 *Nunc in tom. 7. tr. 1. res. 64.*
69 *Nunc in tom. 6. tr. 3. res. 181.*
70 *Nunc in tom. 2. tr. 5. res. 43.*
71 *Nunc in tom. 2. tr. 6. res. 44.*

TRACTATVS VIII.

Et Miscellaneus Tertius.

NOTA, QVOD IN HOC Tract. sunt duæ res. 57. Sed hic veri numeri adscribuntur.

TRACTATVS IX.

Et Miscellaneus Quartus.

ADVERTE, QVOD IN Hoc tract. sunt duæ res. 44. ideo deinceps hic veri num. assignãtur.



PARS DECIMA.

TRACTATVS I.

De Prisco more eligendi Episcopos.



TRACTATVS II.

De Prohibitione, ne Clerici præsint Exercitibus.



TRACTATVS III.

De Libertate conscientiæ; An possint illam Principes laïci inconsulto Pontifice Hæreticis concedere.



TRACTATVS IV.

De Numero Electorum Imperatoris, non augendo vel minuendo inconsulto Summo Pontifice.



TRACTATVS V.

De Potestate Pontificis eligendi sibi Successorem.

TRACTATVS VI.

De Potestate Pontificis Ordinandi Principes laïcos titulo Regio.

TRACTATVS VII.

De Iure Protectionis, seu Clientelæ.

TRACTATVS VIII.

De Pœnis, seu mulctis Episcopo non applicandis.

TRACTATVS IX.

De Dispensatione cum Regularibus illegitimis.

TRACTATVS X.

De Cingulo Militari pro validitate professionis Equitum Melitensium.

TRACTATVS XI.

Et Miscellaneus Primus.

TRACTATVS XII.

Et Miscellaneus Secundus.

NOTA, QVOD IN HOC Tract. Sunt duo numeri 45. Sed hic veri numeri assignantur.

TRACTATVS XIII.

Et Miscellaneus Tertius.

TRACTATVS XIV.

Et Miscellaneus Quartus.

ADVERTE, QVOD IN Hoc tract. sunt duo numeri 2. & 3. sed hic veri numeri adscribuntur.

TRA

TRACTATVS XV.

Et Miſcellaneus Quintus.

1 Res. HIC in tom. 7. tr. 1. reſ 33.
2 Hic in tom. 2. tr. 3. reſ. 3.
3 Hic in tom. 2. tr. 3. reſ. 29.
4 Hic in tom. 2. tr. 3. reſ. 5.
5 Hic in tom. 5. tr. 7. reſ. 26.
6 Hic in tom. 7. tr. 1. reſ. 303.
7 Hic in tom. 6. tr. 1. reſ. 31.
8 Hic in tom. 7. tr. 1. reſ. 298.
9 Hic in tom. 6. tr. 1. reſ. 119.
10 Hic in tom. 6. tr. 8. reſ. 92.
11 Hic in tom. 6 tr. 8. reſ. 102.
12 Hic in tom. 1. tr. 6. reſ. 21.
13 Hic in tom. 1. tr. 7. reſ. 111.
14 Hic in tom. 1. tr. 4. reſ. 12.
15 Hic in tom. 7. tr. 7. reſ. 65.
16 Hic in tom. 6 tr. 1. reſ. 111.
17 Hic in tom. 8. tr. 3. reſ. 16.
18 Hic in tom. 6. tr. 8. reſ. 52.
19 Hic in tom. 6. tr. 8. reſ. 112.
20 Hic in tom. 2. tr. 5. reſ. 7.
21 Hic in tom. 6. tr. 8. reſ. 55.
22 Hic in tom. 4. tr. 4. reſ. 30.
23 Hic in tom. 3. tr. 3. reſ. 95.
24 Hic in tom. 3. tr. 3. reſ. 93.
25 Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 118.
26 Hic in tom. 2. tr. 1. reſ. 159.
27 Hic in tom. 2. tr. 1. reſ. 109.
28 Hic in tom. 2. tr. 1. reſ. 184.
29 Hic in tom. 4. tr. 6. reſ. 101.
30 Hic in tom. 3. tr. 3. reſ. 94.
31 Hic in tom. 3. tr. 3. reſ. 92.
32 Hic in tom. 7. tr. 1. reſ. 302.
33 Hic in tom. 6. tr. 1. reſ. 56.
34 Hic in tom. 6. tr. 1. reſ. 123.
35 Hic in tom. 2. tr. 3. reſ. 7.
36 Hic in tom. 2. tr. 3. reſ. 8.
37 Hic in tom. 4. tr. 6. reſ. 34.
38 Hic in tom. 9. tr. 1. reſ. 22.
39 Hic in tom. 4. tr. 5. reſ. 45.
40 Hic in tom. 7. tr. 3. reſ. 66.
41 Hic in tom. 2. tr. 1. reſ. 233.
42 Hic in tom. 2. tr. 1. reſ. 191.
43 Hic in tom. 2. tr. 1. reſ. 33.
44 Hic in tom. 6. tr. 1. reſ. 57.
45 Hic in tom. 6. tr. 1. reſ. 58.
46 Hic in tom. 6. tr. 1. reſ. 75.
47 Hic in tom. 8. tr. 4. reſ. 25.
48 Hic in tom. 8. tr. 7. reſ. 15.

TRACTATVS XVI.

Et Miſcellaneus Sextus.

NOTA, QVOD IN HOC Tract. ſunt duo numeri 25. Sed de eſt numerus 49. ideo ad numerum 50. ſunt æquales.

1 Res. NVNC in tom. 1. tr. 6. reſ. 10.
2 Nunc in tom. 4. tr. 5. reſ. 30.
3 Nunc in tom. 4. tr. 5. reſ. 2.
4 Nunc in tom. 4. tr. 5. reſ. 9.
5 Nunc in tom. 4. tr. 5. reſ. 5.
6 Nunc in tom. 4. tr. 5. reſ. 31.
7 Nunc in tom. 3. tract. 3. reſol. 88.
8 Nunc in tom. 4. tract. 5. reſol. 4.
9 Nunc in tom. 4. tract. 5. reſol. 25.
10 Nunc in tom. 4. tr. 5. reſ. 38.
11 Nunc in tom. 4. tr. 5. reſ. 42.
12 Nunc in tom. 4. tr. 5. reſ. 37.
13 Nunc in tom. 4. tr. 1. reſ. 5.
14 Nunc in tom. 4. tr. 5. reſ. 14.
15 Nunc in tom. 5. tr. 7. reſ. 27.
16 Nunc in tom. 5. tr. 7. reſ. 1.
17 Nunc in tom. 5. tr. 7. reſ. 33.
18 Nunc in tom. 4. tr. 6. reſ. 38.
19 Nunc in tom. 1. tr. 1. reſ. 76.
20 Nunc in tom. 1. tr. 1. reſ. 79.
21 Nunc in tom. 1. tr. 1. reſ. 70.
22 Nunc in tom. 3. tr. 1. reſ. 71.
23 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 92.
24 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 122.
25 Nunc in tom. 5. tr. 5. reſ. 142.
26 Nunc in tom. 1. tr. 6. reſ. 33.
27 Nunc in tom. 3. tr. 3. reſ. 86.
28 Nunc in tom. 1. tr. 1. reſ. 11.
29 Nunc in tom. 3. tr. 6. reſ. 78.
30 Nunc in tom. 1. tr. 1. reſ. 96.
31 Nunc in tom. 1. tr. 3. reſ. 90.
32 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 223.
33 Nunc in tom. 2. tr. 2. reſ. 3.
34 Nunc in tom. 2. tr. 2. reſ. 51.
35 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 224.
36 Nunc in tom. 2. tr. 2. reſ. 90.
37 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 192.
38 Nunc in tom. 8. tr. 3. reſ. 5.
39 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 198.
40 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 206.
41 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 220.
42 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 88.
43 Nunc in tom. 7. tr. 1. reſ. 347.
44 Nunc in tom. 6. tr. 1. reſ. 114.
45 Nunc in tom. 6. tr. 1. reſ. 7.
46 Nunc in tom. 7. tr. 1. reſ. 7.
47 Nunc in tom. 3. tr. 6. reſ. 64.
48 Nunc in tom. 3. tr. 6. reſ. 98.
49 Nunc in tom. 2. tr. 3. reſ. 57.
50 Nunc in tom. 4. tr. 6. reſ. 7.

51 Res.

TRACTATVS I.

Additio. De Principum Christianorum Fœderibus cum Turcis vel Hæreticis.



PARS VNDECIMA.

TRACTATVS I.

Et Miscellaneus Primus.

TRACTATVS II.

Et Miscellaneus Secundus.

10 RES.

TRACTATVS III.

Et Miscellaneus Tertius.

TRACTATVS IV.

Et Miscellaneus Quartus.

14 Res.

14 Res. Nunc in tom. 1. tr. 3. reſ. 24.
15 Nunc in tom. 7. tr. 1. reſ. 79.
16 Nunc in tom. 1. tr. 3. reſ. 26.
17 Nunc in tom. 1. tr. 3. reſ. 7.
18 Nunc in tom. 1. tr. 4. reſ. 2.
19 Nunc in tom. 6. tr. 8. reſ. 114.
20 Nunc in tom. 5. tr. 1. reſ. 119.
21 Nunc in tom. 3. tr. 3. reſ. 92.
22 Nunc in tom. 6. tr. 8. reſ. 97.
23 Nunc in tom. 6. tr. 3. reſ. 166.
24 Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 45.
25 Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 46.
26 Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 47.
27 Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 48.
28 Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 49.
29 Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 50.
30 Nunc in tom. 2. tr. 6. reſ. 51.
31 Nunc in tom. 6. tr. 3. reſ. 189.
32 Nunc in tom. 7. tr. 5. reſ. 63.
33 Nunc in tom. 8. tr. 1. reſ. 11.
34 Nunc in tom. 3. tr. 3. reſ. 102.
35 Nunc in tom. 3. tr. 3. reſ. 108.
36 Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 49.
37 Nunc in tom. 7. tr. 1. reſ. 218.
38 Nunc in tom. 3. tr. 3. reſ. 103.
39 Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 12.
40 Nunc in tom. 3. tr. 1. reſ. 100.
41 Nunc in tom. 1. tr. 3. reſ. 104.
42 Nunc in tom. 5. tr. 10. reſ. 109.
43 Nunc in tom. 2. tr. 1. reſ. 96.
44 Nunc in tom. 8. tr. 10. reſ. 16.
45 Nunc in tom. 3. tr. 6. reſ. 90.

TRACTATVS V.

Et Miſcellaneus Quintus.

1 Res. HIC in tom. 5. tr. 5. reſ. 138.
2 Hic in tom. 5. tr. 3. reſ. 35.
3 Hic in tom. 3. tr. 2. reſ. 169.
4 Hic in tom. 3. tr. 2. reſ. 170.
5 Hic in tom. 5. tr. 1. reſ. 180.
6 Hic in tom. 5. tr. 5. reſ. 89.
7 Hic in tom. 5. tr. 7. reſ. 18.
8 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 163.
9 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 164.
10 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 87.
11 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 162.
12 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 23.
13 Hic in tom. 8. tr. 7. reſ. 13.
14 Hic in tom. 1. tr. 8. reſ. 63.
15 Hic in tom. 7. tr. 1. reſ. 214.
16 Hic in tom. 5. tr. 3. reſ. 55.
17 Hic in tom. 5. tr. 7. reſ. 3.
18 Hic in tom. 5. tr. 7. reſ. 17.
19 Hic in tom. 5. tr. 7. reſ. 4.
20 Hic in tom. 5. tr. 7. reſ. 5.
21 Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 88.
22 Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 100.
23 Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 101.
24 Res. Hic in tom. 1. tr. 4. reſ. 19.
25 Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 99.
26 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 243.
27 Hic in tom. 6. tr. 3. reſ. 138.
28 Hic in tom. 7. tr. 7. reſ. 38.
29 Hic in tom. 1. tr. 5. reſ. 7.
30 Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 31.
31 Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 106.
32 Hic in tom. 2. tr. 1. reſ. 73.
33 Hic in tom. 2. tr. 1. reſ. 93.
34 Hic in tom. 4. tr. 2. reſ. 32.
35 Hic in tom. 4. tr. 2. reſ. 30.
36 Hic in tom. 3. tr. 2. reſ. 163.
37 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 232.
38 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 242.
39 Hic in tom. 1. tr. 1. reſ. 105.
40 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 158.
41 Hic in tom. 1. tr. 7. reſ. 91.
42 Hic in tom. 1. tr. 7. reſ. 121.
43 Hic in tom. 1. tr. 7. reſ. 27.
44 Hic in tom. 1. tr. 7. reſ. 90.
45 Hic in tom. 1. tr. 7. reſ. 94.
46 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 230.
47 Hic in tom. 2. tr. 6. reſ. 231.
48 Hic in tom. 1. tr. 7. reſ. 113.
49 Hic in tom. 1. tr. 7 reſ. 15.
50 Hic in tom. 7. tr. 5. reſ. 62.
51 Hic in tom. 1. tr. 7. reſ. 97.
52 Hic in tom. 7. tr. 5. reſ. 28.
53 Hic in tom. 1. tr. 4. reſ. 18.
54 Hic in tom. 8. tr. 10. reſ. 14.
55 Hic in tom. 1. tr. 3. reſ. 87.
56 Hic in tom. 5. tr. 7. reſ. 32.

TRACTATVS VI.

Et Miſcellaneus Sextus.

ADVERTE, QVOD IN hoc tract. numeri 53. & 56. in aliquibus impreſſionibus ſunt duplicati & hic veros numeros aſſignamus.

1 Res. NVNC in tom. 2. tr. 6. reſ. 79.
2 Nunc in tom. 2. tr. 2. reſ. 38.
3 Nunc in tom. 1. tr. 3. reſ. 25.
4 Nunc in tom. 5. tr. 3. reſ. 38.
5 Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 11.
6 Nunc in tom. 8. tr. 7. reſ. 33.
7 Nunc in tom. 5. tr. 7. reſ. 38.
8 Nunc in tom. 5. tr. 3. reſ. 34.
9 Nunc in tom. 5. tr. 7. reſ. 16.
10 Nunc in tom. 4. tr. 4. reſ. 43.
11 Nunc in tom. 1. tr. 4. reſ. 5.
12 Nunc in tom. 1. tr. 4. reſ. 6.
13 Nunc in tom. 1. tr. 4. reſ. 3.
14 Nunc in tom. 1. tr. 4. reſ. 16.

15 Res.

TRACTATVS VII.

Et Miscellaneus Septimus.

TRACTATVS VIII.

Et Miscellaneus Octauus.

Index Nouæ Methodi Tractatuum,

13 Res. *Nunc in tom.*4. *tr.*3. *ref.*76.
14 *Nunc in tom.* 4. *tr.* 3. *ref.*7.
15 *Nunc in tom.*.4*tract.* 3. *resol.* 102.
16 *Nunc in tom.* 7. *tr.* 1. *ref.* 278.
17 *Nunc in tom.* 4. *tract.* 3. *ref.* 118.
18 *Nunc in tom.* 4. *tr.* 3. *ref.* 101.
19 *Nunc in tom.* 8. *tr.* 7. *ref.* 26.
20 *Nunc in tom.*4. *tr.* 1. *ref.* 33.
21 *Nunc in tom.* 5. *tr.* 1. *ref.* 50.
22 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *ref.* 131.
23 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 1. *ref.* 144.
24 *Nunc in tom.*4. *tr.* 5. *ref.* 29.
25 *Nunc in tom.* 5. *tract.* 1. *resol.* 83.
26 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 6. *ref.* 18.
27 *Nunc in tom.*7. *tr.* 1. *ref.* 71.
28 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 49.
29 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.*41.
30 *Nunc in tom.*1. *tr.* 4. *ref.* 30.
31 *Nunc in tom.* 2. *tr.* 1. *ref.* 176.
32 *Nunc in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 165.
33 *Nunc in tom.*2.*tr.* 6. *ref.* 185.
34 *Nunc in tom.* 2. *tr.*6. *ref.*247.
35 *Nunc in tom.*2. *tract.* 6. *resol.* 202.
36 *Nunc in tom.* 2. *tract.* 6. *resol.* 186.
37 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 81.
38 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 66.
39 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 67.
40 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 144.
41 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 37.
42 *Nunc in tom.* 5. *tr.* 5. *ref.* 109.
43 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 107.
44 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 131.
45 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 63.
46 *Nunc in tom.*1. *tr.* 4. *ref.* 4.
47 *Nunc in tom.* 5. *tr.* 8. *ref.* 2.
48 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 5. *ref.* 15.
49 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 5. *ref.* 14.
50 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 8. *ref.* 24.
51 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 3. *ref.* 86.
52 *Nunc in tom.* 7. *tr.* 1. *ref.* 81.
53 *Nunc in tom.* 6. *tr.* 1. *ref.* 24.
54 *Nunc in tom.*7. *tr.* 3. *ref.* 17.
55 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 6. *ref.* 32.
56 *Nunc in tom.* 2. *tr.* 6. *ref.* 78.
57 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 1. *ref.* 101.
58 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 7. *ref.* 80.
59 *Nunc in tom.*1. *tr.* 7. *ref.* 55.
60 *Nunc in tom.* 8. *tr.* 2. *ref.* 22.
61 *Nunc in tom.* 4. *tr.* 4. *ref.* 71.
62 *Nunc in tom.* 3. *tr.* 3. *ref.* 84.
63 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 7. *ref.* 199.
64 *Nunc in tom.* 1. *tr.* 7. *ref.* 28.
65 *Nunc in tom.*7. *tr.* 1. *ref.* 239.
66 *Nunc in tom.* 2. *tr.* 1. *ref.* 75.
67 *Nunc in tom.* 2. *tr.* 1. *ref.* 46.
68 *Nunc in tom.* 3. *tr.* 3. *ref.* 20.

TRACTATVS I. Addit.

De Adoratione, qua Summus Pontifex à Catholicis adoratur.

1 Res. HIC *in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 1.
2 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 2.
3 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 3.
4 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 4.
5 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 5.
6 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 6.
7 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 7.
8 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 8.
9 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 9.
10 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 10.
11 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 11.
12 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 12.
13 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 13.
14 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 14.
15 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 15.
16 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 16.
17 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 17.
18 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 18.
19 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 19.
20 *Hic in tom.* 9. *tr.* 4. *ref.* 20.

TRACTATVS II. Addit.

De Infallibilitate Decretorum Romani Pontificis extra Concilium.

1 Res. NVNC *in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 1.
2 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 2.
3 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 3.
4 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 4.
5 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 5.
6 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 6.
7 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 7.
8 *Nunc in tom.* 3. *tr.* 5. *ref.* 8.
9 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 9.
10 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 10.
11 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 11.
12 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 12.
13 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 13.
14 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 14.
15 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 15.
16 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 16.
17 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 17.
18 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 18.
19 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 19.
20 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 20.
21 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 21.
22 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 22.
23 *Nunc in tom.* 9. *tr.* 5. *ref.* 23.

24 Res.



PARS DVODECIMA.

TRACTATVS I.

De Conſecratione Epiſcopi.

TRACTATVS II.

De Colloquutionibus Conclauis tempore.

TRACTATVS III.

Et Miscellaneus.



SYLLABVS



SYLLABVS

Auctorum omnium qui honorificam de R. P. DIANA per nouem eius Coordinatos Tomos mentionem fecerunt.

A

ACACIVS de Ripol *tract. de Regul. cap.*11. *num.* 11. Non debebat venerabilis, & doctissimus Diana tantopere mirari me de dictis.

Adami Tanneri Societ. Iesu *in Summam D. Thom.*

Adami a Mauden *discur. in Decalogum.*

Ægidij Cooinc Societ. Iesu *de Sacramentis.* Item *de fide, spe, & charitate.* Item *Responsio ad dissertationem impugnantem absolutionem moribundi.*

Albertus de Albertis Societatis Iesu *In Paradoxa moralia disp.* 1. *cap.* 2. *num.* 17. Huic veritati obluctatum apertè Diana, vir sanè doctissimus iuxtaque humanissimus.

Idem *ibidem cap.* 5. §. 8. *num.* 118. Quamobrem benignè inspectandum iudico, quod eruditissimus Diana asseruit.

Alexandri Peregrini Regularis Clerici *tractat. de Duello.* Item *de Immunitate Ecclesiarum.* Item *scholia ad Priuilegia Religionis Cleric. Regularium.* Item, *commentaria ad constitutiones Cleric. Regularium.*

Alexandri Ambrosini *de immunitate Ecclesiastica super Bullam Greg.*

Alexandri Pesantij *tract. de immunitate Ecclesiastica.* Item *in summam D. Thom.*

Alexandri Carrerii *de sponsalibus & matrimonio.*

Alonsi de Vega Ordinis Minorum *Summa casuum conscientia.* Item *speculum Parochorum.*

Aloysij Turriani Societ. Iesu *in* 22. *D. Thomæ de fide, spe, & charitate.* Item *de Iustitia & iure.* Item *de Pœnitentia & censuris.*

Aloysij Riccij *Decisiones Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ.* Item *Praxis fori Ecclesiastici.* Item *Collectanea omnium decisionum.*

Aloysij Bitinla *flores inquisitor. & consilia moralia.* Item *Aphorismi Casuum conscientia.*

Alphonsus de Leone Clericus Regularis *tract. de Capellaniis, quæst.* 6. *sect.* 10. *num.* 100. Vnde doctissimus Diana necesse est, vt intelligat id esse prohibitum in decreto. Item *Recollect.* seu *tr. de Iubileo.* Item *de Officio & potestate Confessarii.*

Idem *de Conf. recollect.* 5. *num.* 126. Turrianus vocat hanc sententiam probabilem, & non Diana, protr Manriquez ferto solita sua animositate contra hunc famigeratissimum Authorem falsò illi attribuit: addens Dianam frequentiùs approbare benigniores opiniones: quod argumentum nihil efficere illum potest; quia illud non solum non neget ipse Diana, sed gloriantet profitetur in fronte suorum voluminum, se vt plurimum resoluere casus conscientiæ, quod in singulis suis Resolutionibus, non ex sua, sed aliorum selectorum Authorum opinione, cum communi plausu exequitur.

Alphonsi Vera cruz *speculum coniugatorum.*

Alphonsi Regij Augustiniani *Resolutiones casuum conscientia.*

Alphonsi de Madrig. *Tract. de Episcopis, Parochis, Confessariis, &c.*

Alphonsi Villagut Benedictini *Tract. de rebus Ecclesiæ non ritè alienatis.* Item *Allegatio in eadem materia.* Item *de vsuris.*

Alphonsi de Mendoza August. *Controuersia Theologica.*

Alphonsi Curiel *Commentaria in* 1. 2. *Diui Thomæ.*

Alphonsi Narbona 3. *pars Recopilationum legum Hispana.*

Andreæ Castaldi Clerici Regularis *Praxis ceremoniarum.*

Andreæ Molfesij Clerici Regularis *Summa Casuum Conscientia.*

Andreæ Victorelli. *Nota ad manuale nauarri.* Item *de Sacramento Extrema-Vnctionis.*

Andreas Capanus *de Iure Adohæ quæst.* 62. *num.* 11. fateor tamen, quod P. Diana omnia ferè optimè resoluit, maxima cum ingenij perspicuitate, & acumine, prout in præsenti casu, in quo largam opinionem profert, & hoc cum maximo iudicio, propter euitanda peccata.

Andreas Lanfrancus *in Opusculis tomo* 2. *opusc.* 1. *cap.* 4. *n.* 15. Quamplures refert accuratissimus in recensendis auctoritatibus P. Diana.

Angeli de Clauasio *Summa casuum conscientia, dicta summa Angelica.*

Angelus Maria Verricelli *in quæstionibus moral. tr.* 2. *q.* 28. *n.* 15. Ita doctissimus Diana.

Idem *ibid. tr.* 4. *q.* 27. *sect.* 7. *n.* 69. In re autem morali plurimum debemus nostro P. Antonino Dianæ, nam eius industria, multæ opiniones euaseruot probabiles, quæ antea non erant.

Antonij de Escobar *Examen Confessariorum.*

Antonij Corduba *Quæstionarium Theologicum.* Item *Decisiones casuum conscientia.* Item *Expositio in Regul. fratrum Minorum.*

Antonij Fernandez Societatis Iesu *Instructio Confessariorum.*

Antonij Naldi Clerici Regularis *Summa casuum Conscientia.*

Antonij Sanctarelli Societ. Iesu *Resolationes variæ.* Item *tractatus de hæresi.* Item *de Iubileo.*

Antonij de Sousa Dominicani *Relectio in Bullam Cœnæ.* Item *Aphorismi inquisitorum.*

Antonij Lazarij *Quæstiones Canonicæ, siue de monitoriis.* Item *tractat. de Blasphemia.*

Item *de Apostolicis missionibus, post tract.* 18. *in appendice, quæst.* 11 *num.* 4. Primò moueor authoritate doctissimi Patris Diana, qui *part.* 11 *tract. resolut.* 23. Improbabile censet, posse Sinense ob Regiam aolam

castrare suos infantes, postquam enim in typis impressa erat ea quæstio 197. de Eunuchis optatissima pars vndecima P. Diana ad manus deuenit; optatissima inquam, nam tanti Doctoris scripta aureis literis exaranda, sæpissimè eùm euoluo, affectuose deosculor, etenim in densissimis difficultatum tenebris, cæterorum Authorum cum opere despondi, Diana clarissimam lucem irradiat, abditarum authoritatum, ac rationum thesauros indicat, & semper Dianam se, Lunam, & noctilucam præstet, quare omni æuo, toto Orbe, eius doctrina moralium difficultatum *Nox sicut dies illuminabitur.* Itaque tanti viri authoritatis ab ea opinione asserenda probabili me absterruit.

Antonij Riccciulli *tract. de Iure Personarum extra Ecclesiæ gremium existentium.*

Antonij Raguccij *Lucerna Parochorum.* Item *Vas Ecclesiastica disciplinæ.* Item *tractatus de officio Canonicorum.*

Antonij Gomez *tract. in Bullam Cruciatæ.*

Antonij de Literatis *Summa casuum conscientiæ.*

Antonij Saluatore *tract. de recursa & contin. Cambiorum.*

Antonij Russi *manuale definitionum.*

Antonius de Leoo *in quæstione del Chocolate part. 1. §. 1. num. 4.* Aun oy se puede seguir esta opinion, consta de Antonioo Diana, que siendo el vltimo, que ha escrito en lo moral, y con la prouocacion, y con la estimacion que se sabe, la pone por probable.

Antonius Escobar & Mendoza Societ. Iesu *in Theol. moral. lib. 5. cap. 6. sect. 2. problem. 35. n. 133.* Miror quidem Antoninum Dianam virum eruditissimum, primam sententiam Doctorum communem esse affirmare.

Idem *in Theolog. moral. parua editione, vltim. tractat. 1. examen. 1. cap. 12. num. 93.* Scio communem esse sententiam non peccare subditos, qui legem sine causa non recipiant, de quo eruditissimus Diana *part. 5.*

Archangeli Rubeo *de Sacramentis in 4. sentent.*

Arnaldi Albertini *de Hereticis.* Item *de Secrete.* Item *de Agnoscendis assertionibus Catholicis & Hereticis.*

Arnaldi Albertini *opera.*

Astriex Valensis *Parasita Decretalium.*

Ascanij Taioburini *de Iure Abbatum.*

Augustini Vigiani *disputationes de Immunitate Ecclesiastica.*

Augustini Barbosa *de potestate Episcopi.* Item *Collectanea Doctorum in Ius Canonicum. De officio Canonicorum.*

Augustinus Barbosa nunc Episcopus Vgentinus *de Potest. Episcop. edit. Lugd. anno 1641. part. 2. alleg. 6. num. 4.* tenet Layman & nouissime amicus meus doctus Diana.

B

BAltazaris Gomez de Amescua, *tractatus de Potestate in se ipsum.*

Barnabaa Gallego *de vera Ordinis Predicatorum in Bulla Cruciata cap. 9. dub. 115.* No por que he aduertendo contra Antonino Diana dexo de venerar los mua lucidos trabaios deste Author, que sin duda tiene grandes noticias de la Theolog. moral.

Bartholomæus à Sancto Fausto Ordinis Fuliensis *de Sacramento pœnitentiæ lib. 4. quæst. 173.* Pœnitens quando bona fide maiorem numerum peccatorum expressit, non tenetur repetere confessionem, & ita tenet sapientissimus Diana.

Bartholomæi Fumi *Summa casuum conscientiæ, dicta summa armilla.*

Bartholomæi Ledesma *tract. de Sacramentis.*

Bartholomæi ab Angelo Dominicani *Examen Confessariorum, ac Ordinandorum.*

Bartholomæi Vgolini *tractatus de Censuris.* Item *in Bullam Cœna.* Item. *de Vsuris.* Item *de Simonia.* Item *de Irregularitate.* Item *Responsiones ad Tractatum Theologorum.* Item *Responsiones ad Iurisconsultos Gymnasij Patauini.* Item. *de Iustitia monitorij Pauli V.* Item *de Potestate Episcopi.*

Bartholomæi Gyptij *tract. de Casibus reseruatis.*

Bartholomæi Salonij Augustiniani *commentaria de Iustitia, & Iure in 2. 2. D. Thom.*

Bartholomæi à S. Fausto Congregationis Fuliensis *speculum Confessariorum.* Item *de horis Canonic.* Item *de Iubilæo.* Item *Theologia moralis.*

Bartholomæi de Vecchis Capucini Praxis obseruanda in admittendis nouitiis.

Bartholomæi Medina Dominicani *Summa*, siue *InstructioConfessariorum.* Item *in p. 2. D. Thom.* Item *in 2. 2.*

Bartholomæi Gauanti *Commentaria in Rubricas missalis, & Breuiarij* Item *Praxis Synodi Diœcesan.* Item *Enchiridion Episcoporum.*

Basilij Pontij Augustiniani Theologi Eminentissimi, *tract. de matrimonio.* Item *de Impedimentis matrimonij.*

Bernardi Diaz *Practica criminalis, cum annotationibus Salzedi.*

Bernardi Comensis *Lucerna inquisitorum cum annotationibus Francisci Pegna.*

Bernardi Iustiniani Clerici Regularis *tract. de Cambiis.*

Bernardioi Sandoual *tr. de Officio Ecclesiastice.*

C

CÆsar Carena *in tract. de offic. Sanctiss. Inquisitionis 1. §. 11. num. 68.* Videatur de tota hac materia P. Diana de hoc nostro Tribun. S. Officij optimè meritus.

Caroli de Grassis *tractatus. de effectibus Clericatus.*

Caroli Macigni *tract. de horis Canonicis.*

Caroli de Grassis *Regalium Franciæ libri duo.*

Carolus Baucius *in 2. edit. suæ prax. confessarior. fol. 123.* Respondetur ex Caietano, & aliis citatis à Sapientissimo Diana.

Carolus Antoninus Bottiglietus *in tract. de Succeß. ab intestato Theorem. 66. num. 1.* Ad quod videndus est laboriosus & doctus P. Diana.

Carolus Malletus Cisterciensis *in Theolog. moral. tom. 1. Epistola ad lectorem.* Nuper hac eadem super materia luculenter scripserunt Eminentissimus Cardinal. de Lugo, & doctissimos Antoninus Diana.

Carolos Thomasiua *in suis Quodlibetis Theologicis quodl. 4. schol. 10. num. 2.* Ex qua Doctrina, ex quibus principiis, noster Pater, meusque magister Pater Diana cuius in omnem terram exiuit sonus laudis, & in fines orbis terræ codices eius *in p. 15. tract. 4.* multos varios, & veriores casus mirabiliter deduxit.

Castillus Sotomajor de tertiis debitis Hispaniarum Regibus, *cap. 41. num. 181.* Antonini Diana scripta, & Resolutiones morales vtiles, & necessarias esse à singulari eruditione, authorúmque lectura edita fatemur libenter.

Castilli de Bobadilla *Politica.* Hispano Idiomate conscripta.

Christophori Anguiani *tract. de ligibus.*

Claudij Soleri *tract. de Iuridica Potestate Confessariorum.*

Claudij Catnini *tr. de vi, & Potestate legum humanarum.*

Cælestinus

Cælestinus Sueſſionenſis Tertij Ordinis Sancti Franciſci, *in Compend. Theolog. moral. tract. 3. cap. 10.* De hac materia multa ſcitu digna refert Diana vir doctiſſimus, ex cuius doctrina, quæ hîc trademus, deſumpturi ſumus.

Collegij Bononienſis *Reſponſum pro libertate Eccleſiaſtica.*

Conſtantinus de Caſtro Mortarienſis Canonicus Regul. Lateranenſis *in collect. Theolog. moral. tract. 4. ſect. 1. cap. 100. art. 2. §.* Ita Doctores quos citat & ſequitur doctiſſimus Diana.

Coſmæ Philiarchi *de officio Sacerdotis.*

D

Daniel *de nobilibus in ſelect. controuerſiis, diſp. 62. num. 31.* contra communem ſententiam videtur mihi ſentire eruditiſſimus Diana, dum dixit ſibi non videri has leges ex æquo reſpicere Clericos, ac Laïcos.

Dauid a Mauden *in Præcepta Decalogi.*

Didaci Couarruuiæ *Opera omnia.*

Didaci Aluarez Dominicani *in p. 2. D. Thomæ.*

Didaci Nugni Dominicani *de Sacramentis in 3. p. D. Thom.*

Didacus Antonius Frances *in Paſtore interno ad finem operis in Appendice, §. 1.* Nonus tomus eruditiſſimi, & laborioſiſſimi Reuerendi Patris Antonini Diana, ſerò, ſed bona ſorte ad me delatus eſt, illum prælegi, & ſpicelegium iſtud, quod Sparta noſtra potuit locupletari hic apponere, & in appendiculum referre iudicaui, quam margines infercire, & Lectores meos hac noua lucubratione, & grauiſſimi viri authoritate iudicioque priuari.

Idem *in paſtorali Regul. part. 3. voto 8.* Romæ Orbis Caput tenet Religioſiſſimum, mihique ante alios Chariſſimum Patrem Antoninum Diana diuinioris ſapientiæ anteſignanum, & in primis eius Theologiæ, quoad mores ſpectat, ac iura componit, noſtra ætate facile principem.

Didacus de Marbona *in Annalibus iuris num. 10. cum dim. quæſt. 8. num. 6.* Idem docet Riccius Ochagauia, Marcerus, & Caſtrus Palaus, quem refert, & ſequitur eximiæ litteraturæ vir Antoninus Diana.

Idem *in tract. de orat. ad Omnes hum. act. req. an 11. quæſt. vnic. num. 5.* Quamplurimos Authores enumerat ſolertiſſimus vir Antoninus Diana.

Didacus Treaſmieta quæſitor fidei in Regno Siciliæ *de Polygamia lib. 3. quæſt. 2. num. 49.* quam rationem attigit doctiſſimus Diana.

Directorium Inquiſitorum *cum Commentariijs Franciſci Pegna.*

Dominici Soto *in 4. ſent.* Item *de Iuſtitia & Iure.* Item *de tegendo ſecreto.*

Dominici Bannez *de Fide, Spe, & Charitate.* Item *de Iuſtitia & Iure.*

Domitij Chamerota *tract. de Sacram.*

E

Emmanuëlis Rodriquez Franciſcani *commentaria in Bullam Cruciatæ & ſumma caſ. conſcientiæ,* nouiſſimè hiſpano idiomate conſcripta & aucta, Item quæſtiones regulares.

Emmanuëlis Sà Societatis IESV, *cum notis Vi ctorelli.*

Eraſmi à Chokier, *tract. Iuriſdictionis ordinariæ in exemptos, illorumque exemption. ab ordinaria Iuriſdict.*

Euangeliſtæ Roris *Examen ordinand.*

F

Ferdinandi Matutæ *Reſponſum pro vectigali ſerico.*

Ferdinandi Caſtri Palai Societatis Ieſu *opera moralia.*

Flaminij Pariſij *tract. de reſignatione beneficiorum,* Item *de confidentia beneficiali.*

Flauij Cherubini *compendium Bullarum S. P. cum Scholijs.*

Franciſcus Bardi ſtudiorum Præfectus in Collegio Panormitano Societatis Ieſu, *In Bullam Cruciatæ, part. 2. tract. 2. cap. 4. ſection. 2. num. 121* Partem affirmatiuam complexi ſunt quamplures, vt Suarez, Coninch, Fagundez, Layman, & peritiſſimus Diana.

Idem *ibidem, tract. 3. cap. 4. ſect. 4. num. 34.* P. Diana diligens, caſuum Moralium, & practicabilium ſcrutator.

Idem *in ſelectis, lib. 7. quæſt. 13. num. 14.* quam ſententiam doctiſſimus, & amiciſſimus Diana, vt probabilem, & tutam ſuſtinet.

Franciſcus Bordonus S. Officij Parmenſis Conſultor Tertij Ordinis S. Franciſci *in conſil. Regul. tom. 2. reſol. 80. n. 30.* Id optimè probat in moralibus verſatiſſimus Diana.

Idem *in controuerſ. moral. contron. 7. n. 5. De materia Immunitatis Eccleſiaſticæ,* vide Dianam *in ſuis operibus,* qui abundè, clarè, & optimè in fauorem Eccleſiaſticorum dixit; quidquid ferè dici poteſt, ita quod in hac materia nihil amplius deſiderari poſſit.

Franciſcus Ceſpedes clericus regularis *de exempt. regular. cap. 11. dub. 217. n. 1.* negatiuè reſpondent Henriquez, Sanchez, Tamburinus & celebris Diana.

Franciſcus Maria Maggius *in Diſquiſit. Aſceticis cap. 22. §. 7. n. 26.* Antoninus Diana inter morales Theologos huius æui ſuo iam nomine præſtantiſſimum lumen.

Franciſcus Maria Pratus *practic. obſeru. tom. 1. obſer. 41. n. 7.* Hanc eſſe communem opinionem, refert poſt plures admodum Reuerendus & doctiſſimus vir, P. Antoninus Diana huius ætatis ornamentum.

Idem *in reſponſ. de ludo ſcacchorum §. nec tamen,* &c. Quam ſententiam apertè ſuſtinet mihi ſemper honorandus Pater Diana ſummum Europæ decus.

Idem *in annotat. ad Paſchalem de viribus Patria poteſt. part. 1. cap. 9. num. 3316. at non, fol. 391.* Cuius rei accepta occaſione inſignis noſter Pater Antoninus Diana maximæ in toto Orbe authoritatis ob eius doctrinam, prudentiam vitæ integritati adiunctam, quam Egregia literarum monumenta poſteritati tradita, ita clarè teſtantur, vt eum ſupra omnem ingenij aleam poſitum eſſe nulli addubitauerint tradit, &c.

Idem *ibid. p. 3. c. 2. n. 30. fol. 461.* Quam deciſionem imprimi curauit P. Antoninus Diana literariæ Vniuerſitatis ornamentum.

Idem *ibid. p. 2. cap. 3. n. 63. fol. 260.* Superuenit poſtea Decimus Tomus nunquam ſatis laudati P. Antonini Diana.

Idem *ibid. p. 4. cap. 6. num. 1. §. eſt etiam, fol. 49.* In iniuriis minoribus per occiſionem reſiſtere, non licet eſſluenter eruditiſſimus P. Diana.

Idem *in lib. Reſponſ. crimin. ad Reorum defenſam, reſponſ. 13.*

Nec parui ponderis apud me eſt apud omnia Europæ tribunalium ſubſellia magnam vim facere authoritatem Reuerendiſſimi P. Antonini Diana Clericorum Regularium Religionis ornamenti com-

munis præceptoris, ac me præcipui, cui plurimum me debere, ac posteritatem debituram, nemo est qui inficiat eas. Etenim præter imcomparabiles vitæ mores literatum studiis, ingeniique sui monumenti, tum ad praxim, cum ad Theoriam accommodatis orbem edocuit, &c.

Idem *ibid. resp.* 25. Præceptor noster, tum doctrina, tum vitæ integritate conspicuus P. Diana.

Idem *ibid. resp.* 40. Ita tenet Hurtado, quem doctè & erudite de more adducit P. Diana, nostri ævi decus.

Franciscus Pelizzarius Societatis Iesu *tom.* 2. *Max. Regul. in Epist. ad Lectorem, sub nomine Typographi.* R. P. Antoninus Diana vir ob plures, & eruditos Codices editos, non solùm Vrbi, sed etiam vniuerso Orbi celeberrimus.

Franciscus Salernus Panormi Vicarius Generalis *lib.* 1. *conf.* 12. §. 3. *n.* 26. Quamsanè rem tetigit doctissimus Diana, cuius Codex postquam hæc scripseram ad manus meas peruenit.

Francisci de Sola Franciscani Theologi Eminentissimi *commentaria super Bullam Clem. VIII. de largitione munerum*, liber verè aureus, ex quo multa desumpsi *in tract. de paupertate religiosa.*

Francisci Syluij lectoris publici in academia Duacen. *in* 2. 2. *D. Th. & in* 3. *parte.*

Francisci de Pitigianis Franciscani *in* 4. *sent.* Item *Pract. Criminalis Can.*

Francisci Zipæi *Ius nouum Pontificium.*

Franciscus Staybaous *in Theolog. moral. princ.* 18. Quod si contractus docet Diana, (illis inquam) P. Diana, qui morali disciplinæ talem addidit splendorem, vt quæ prius aliorum doctrina latebat ingeniis eorundem diuersitate opinionum patefacta ita clarescit, vt humanus intellectus natiua gaudeos ingenuitate, ad determinatam sententiam ipsi fortasse improbabilem non arctemur amplectendam. Imò hac sua industria ita animarum, consulit iuuamini, vt si, quod illis prius lethali ascribebatur facinori, eo quod solum damnantium ad culpam opinionem gnaris peccati se putabant reas aliorum, deinde qui talem non agnoscebant labem reuelata per ipsam opinione, qui prius lethaliter peccatorus ruebat, existimatii osistens delicto, inta limmunis labe, nostri Diana auailio, formoatus euadit. Huius igitur doctissimi, eruditissimi, ac meritissimi viri laudes rudi calamo enonciare minimè valeos, silentio potius, me de eodem dicere non posse, quod vellem significante potius quam loquela ad discedum inepta, eiusdem encomia demo stabo.

Idem *ibid. princ.* 148. Ita tenet Diana, & dat rationem hic doctiss. Author, & supremaab omnibus laude extollendus. Etenim adeo arcanam protulit in morali disciplina doctrinam, vt aliis retroactis temporibus, non ita peruiam, imò penè omnibus ignotam, nostro æuo (aliorum purgata inscitia) reseruauerit, vtinam diu viuat! vt continuo lucem doctrinæ promanans moralis, cæteros in moribus componat.

Franciscus Torreblanca *in pract. Iuris spiritualis lib.* 15. *cap.* 5. *n.* 34. Communis Authorum sententia terruit, ne in meam veniret opinionem eruditissimum Antoninum Diana, S. Inquisitionis Regni Siciliæ Consultorem.

Francisci Ortiz Franciscani *summa casuum conscientia.*

Francisci Toleti Soc. Iesu *summa cum notis victorelli.*

Francisci Suar. Soc. Iesu, *opera omnia.*

Francisci Coriolani Capuccioi *tract. de casibus reseruatis.*

Francisci de Alcozer *Confessionarium*, Item *summa & tract. de ludo.*

Francisci Coquerij Dominicani *Dissertatio de Confessione per literas seu Internuncium.*

Francisci de Aula *Dissertatio de Confessione per literas, seu Internuntium.*

Francisci Apoote Clerici Regularis *tract. de potestate Proregis.*

Francisci Molini *tract. de ritu nuptiarum & pactis in matrimonio conuentis.*

Francisci Galetti *Margarita casuum conscientiæ.*

Francisci victoria *Relectiones*, Item *summa Sacramentorum.*

Francisci Merolla *Disputationes in vniuersam Theologiam moralem.*

Francisci Ripa *tract. de Symonia.*

Francisci Ghetia *Theologia moralis.*

Francisci Betti *Resol. super missam.*

Fructuosi Bisbe *tract. de Comœdiis.*

Fulgentij Pinelli *Lectura de horis Canonicis.*

G

Gabrielis Pereira *tract. de manu Regia, pars* 1. 2. & 3.

Gabrielis Vasquez Soc. Iesu, *opera omnia.*

Gabriel de Henao Societatis Iesu *de sacram. Euchar. disp.* 14. *sect.* 4. *n.* 35. Antoninus, Diana insignis Amplificator Theologiæ moralis.

Gasparis Hurtado Societ. Iesu *de Matrimonio & de Censuris.*

Gio Pietro Crescentio *nell' Arsinale de Religiosi p.* 3. *del presidio Romano lib.* 2. *fol.* 54. *col.* 1. Da per tutto si sono ristam pati gli otto volumi delle resolutioni morali d'Antonino Diana da Palermo, viue in Roma esaminatore de Vescoui, e tutta via và scriuendo con molta fama.

Idem *ibidem fol.* 66. *col.* 2. Il P. Antonio Cottone siegue in tutto, e per tutto la dottrina del P. Diana splendore del nostro secolo.

Gregorius Gobat Societatis Iesu *Thesauro Indulgent.* 1. *cap.* 7. *q.* 16. *n.* 314. Ita post Siluium Diana, cuius apud me magna in eiusmodi dubio authoritas.

Idem *ibid. cap.* 26. *q.* 71. *n.* 533. Accedit recentissima declaratio SS. D.N. Cuius omni exceptione maior extitit celeberrimus Doctor Antoninus Diana.

Idem *ibid. cap.* 38. *q.* 105. *n.* 681. Sicuti maius authoritati tam præclaræ de re morali meriti Dianæ respondi per literas interrogatus.

Idem *in Vindicijs Theolog. contra Manriquez. Ferro sect.* 13. *n.* 819. de Diana quem arguit Manriquez, fateretur puto si ipse decem Dianæ partes euoluisset, esse ab hoc placidissimi ingenij viro, plurimas intidicas quæstiones, tam peritè & ex propriis suis principiis resolutas, vt si iis in vnum volumen redactis inscriptum esset Manriquea omni nomeo omnes qui eum legerent pronunciaturi essent. Authore Manriquez in eo volumine tueri egregiè Iurisconsulti nomen.

Gregorij Pollachi *tract. de Iubileo*, Item *de potestate Prælatorum Regularium.*

Gregorij Setuantis *Deffensio Immunitatis Ecclesiastica.*

Gregotij de Valentia Societatis Iesu *in D. Thomam.*

Gregorij Sayri *Clauis Regia*, Item *de Censuris.*

Gregorij Martinez Dominicani *Commentaria in* 1. 2. *D. Thomæ.*

Guillelmi Cantarelli. *quæstiones in Decalogum.*

H

H

I

¶¶¶¶¶¶ 5 Idem

Idem *ibid disp.* 69.*n.* 1053. Ingenium Dianæ viri Doctissimi veneror, eius industria multas opiniones euasisse probabiles, quæ antea non erant, assero, vocoque inuidum, qui non confirmet.

Idem *ibidem, disp.* 66. *concl.* 14. *num.* 1017. *fol.* 196. Ita docuerunt Vasquez, Pontius, & Diana: vbi nota, illos fuisse ex maximis, ita vt securissimè sequi possis, Dianam diligentia, & studium etiam magnia adscripsit, & forte illi plus debet Ecclesia, plus ethica Christiana, quàm aliis plura alia scripsit Caramuel de supra dicto Diana, vt videre est in Epistola impressa in principio suæ Theologiæ Regularis, & in alia Epist. impressa in principio suæ Theologiæ fundamentalis.

Ioannes de Dicastillo Societatis Iesu in Delingana vniuersitate Cancellarij *de Sacram.* 1. *tract.* 4. *disp.* 10. *dub.* 5. *num.* 110. Ecce Diana sibi contrarius est, id tamen, (quod illi non semel contigit) non repræhensione, sed gratiarum actione dignum est, nempe vir pro communi bono laborans, & communi vtilitati seruiens, plurima electione dignes, & copiosius pro occurrenti consultantium, & quærentium necessitate, aut etiam desiderio, iam huic, iam illi parti adhæret, quando pars vtraque probabili ratione, & doctorum virorum authoritate nititur, & in praxi vtrumuis operari tutum est, voluit autem nobis in medium proferre ad hunc ipsum finem, quid in vna quid in alia occasione respondent quærentibus. Quid quæso, vtilius pro praxi? Hæc obiter dixerim, vt facessere iubeam nescio, quos inuidos, qui hæc, etsi quæ sunt similia, erudito viro non verentur obiicere.

Idem *ibidem disp.* 11. *dubit.* 6. *num.* 111. Alij paulò strictius, Alij paulo latius videntur locuti, maximè ij qui pro reipublicæ literariæ bono in congregandis authoribus pro quauis sententia desudant non sine magno fructu, & dignissimi sunt quibus gratias agamus, iis si non primum, certè omnium secundum locum tenet Diana.

Idem *ibidem, tom.* 1. *tract.* 7. *disp* 9. *dub.* 2. *num.* 88. Eodem modo possèt impugnari Diana, &c. Sed in hoc erudito, & multæ lectionis viro, non vitio vertendum; Sed laudi potius tribuendum est, quòd resolutiones illius variæ sunt, & quandoque oppositæ. Nempe scopus illius est, tam confessarios, quàm pœnitentes instruere; vt secundum probabiles Doctorum sententias (etiam fortè contrarias) possint se tuta conscientia dirigere in praxi pro nata occasione, in quo abundè pergit quotidie benè mereri de Republica litteraria.

Idem *ibidem dub.* 3. *num.* 180. *fol.* 441. Et multi alij apud Dianam *part.* 1. *tract.* 7. *resol.* 1. in quo tractat copiosè pariter, & eruditè de his circumstantiis, multa quasi in synopsi exponit pro communi practicæ Theol. locupletando thesauro.

Idem *ibidem dub.* 7. *num.* 295. *fol.* 463. Hæc & alia cum retulisset Diana, noluit pro sua pietate, doctrina, & prudentia sequi virum alioquin amicissimum, cum videret aliis multa talia displicere.

Idem *ibidem dub.* 8. *num.* 351. *fol.* 477. Nec sine admiratione legi in Diana, in quo eruditio cum benignitate de primatu, certant. Dum Casus resoluit eruditè, iustè, & benigne, & plures, ac varias imo etiam oppositas sententias, vt probabiles frequentet admittit.

Idem *ibidem dub.* 9. *dub.* 756. id multi obseruant, quos Diana refert, & sequitur in egregio tractatu de absolutione moribundi, & solita eruditione *in tract.* 1. *part.* 8. *resol.* 49.

Idem *ibidem, disp.* 10. *dub.* 8. *num.* 233. *fol.* 675. Legatur Diana ibidem, vbi id latè, & eruditè de more probat.

Idem *ibidem, dub.* 9. *num.* 257. *fol.* 680. Post Bullam Vrbani VIII. Sua omnia opera, & resolutiones toto mundo celebres edidit Antoninus Diana, in quibus variis in locis hanc sententiam, vt probabilem imo, vt veram tradidit homo in cæteris quidem, sed in Bullarum maximè Decretorum Pontificiorum mandatis, & perquirendis, & propugnandis diligentissimus, & versatissimus.

Idem *tom.* 3. *tract.* 10. *disp.* 7. *dub.* 1. *numero* 16. *&* 17. Contra quam doctrinam doctè, & copiosè agit Diana locis citatis contra Rabardeum, vbi solitam lectionem, & eruditionem ostendit.

Idem *ibidem, tract.* 10. *disp.* 2. *dub.* 15. *num.* 148. In qua re duas inuenio sententias oppositas quas refert Diana, retulisse contentus (quod sæpe facit) nihil decidit, non defectu, vel doctrinæ, vel prudentiæ, & iudicij, quibus maximè valet, & pollet, sed ex abundantia modestiæ liberam aliis relinquens censendi potestatem.

Ioannes Dominicus Ottonelli Societatis Iesu *in tract. de pittura, & sculptura, cap.* 3. *quæst.* 7. Propone il quesito il Reuerendo Padre D. Antonino Diana huomo celebrato datantivalent' huomini, e con tante lodi, che si è potuto tessere vn Catalogo di lodatori.

Ioannes de Lugo S.R.E. Cardinalis Societatis Iesu, *de Iustit.* 2. *& Iure, tom. disp.* 37. *sect.* 13. *num.* 161. De torturæ materia, videre poteris Dianam tractatu de Tortura, vbi omnia ferè, quæ ad Torturam spectant copiosè, & doctè collegit ex Authoribus antiquioribus, & recentioribus qui tractatus vtilissimus omnibus est.

Idem *de Sacramento pœnitentiæ disp.* 25. *sect.* 5. *n.* 148. Quando est mera confessionis reuelatio Inquisitores non se in genere testatur Diana in eo Tribunali per multos annos versatus.

Ioannes Petrus Fontanella *in decisionibus Cathaloniæ, tom.* 2. *decis.* 302. *num.* 1. Recensere hæc volui clarius, quàm fecerit Diana, cui non nego multum debere studiosos.

Idem *ibidem, decis.* 307. *num.* 13. Aduerto Patrem Dianam, vt muneri, quod suscèperat vberrimè satisfaceret, nullum non mouisse lapidem, nullis pepercisse laboribus, quibus Sacram Ecclesiasticam immunitatem adiuuaret.

Ioannes Franciscus Sanna *in Patrocin. immunit. Eccles. pro Episc. Algaren. art.* 3. *num.* 36. *art.* 5. *n.* 51. Quod esse valdè notandum, à Iudicibus Laicis, quando excommunicantur ab Episcopis, licèt pro se habeant opinionem probabilem, aduertit doctus & pius Pater Diana. Et infrà. Quinimo si credimus Azorio, Filliuccio, & alis variis longè doctissimis, quos refert Diana, vir æquè non mediocriter doctus.

Ioannes Escobar à Corro Inquisitor Murciæ, *tr. de Confess. sollicit. part.* 2. *q.* 2. §. 3. *n.* 23. An quis teneatur in Monitorio furtum factum à filiofamilias eius, qui monitorium impetrauit Naldus affirmat, Raynaudus negat; Diana tamen licèt doctissimus iudicandum relinquit.

Ioannes Henriquez Augustinianus *in qq. practicis, sect.* 37. *quæst.* 11, *num.* 55. Esto no obstante Diana Autor tan graue affirma lo contrario.

Ioannes Maria de Castilento ex Ordine Minor. *in Polyanthea Theologia moralis ante principium, in Elencho nominum Autorum*, cæterorum Authorum nomina in hoc opere citata, habes etiam apud alios, & præcipuè apud Doctissimum Dianam, cuius intellectum sicut puto omnium casuum Conscientiæ decisionum promptissimum *ταμεῖον*, ita etiam eius opera omnium doctorum veterum, sed per quam maximè recentiorum vniuersalem dixerim Bibliothecam.

Idem *ibidem, littera A, difficult.* 3. Ita etiam nouissimè

nouissimè docet sapientissimus Diana.

Ioannes Morandus *in Cursu Theolog. tom. 2. tract. 3. de Eucharist. quæst. vlt. numer.* 559. Pater noster Diana ferè in omni materia morali congessit quicquia curiosi,& singularis recentiorum gustus nouerit appetere.

Ioannis Valeri Carthusiani *differentia vtriusque fori*, viri doctissimi & eminentissimi ac in Academiis Hispaniæ satis noti, vnde meritò multa ex illo collegi *in tract. de paupertate Religiosa.*

Ioannis Sancij *selecta & practica disputationes circa Sacramentum pœnitentia & Eucharistia*, opus immortalitate dignissimum, in quo auctor acumen & doctrinam luculenter demonstrat, vtinam alios ingenij sui fœtus in lucem emitteret.

Ioannis Malderi *in p. 1. D. Th.* Item *in 2.2.* Item *tract. de sigillo confessionis* Item *de abusu restitutionum mentalium.*

Ioannis Pauli Lancelloti *Institutiones Iuris Canonici.*

Ioannis Dominici Montagnolla Dominicani *disputatio de valore & fructu Missa.*

Ioannis Petri Barchij *Instructiones pro confessarijs Monialium.*

Ioannis de Carthagena Franciscani *Propugnaculum de Iure belli Romani Pontificis.* Item *de Sacramentis.*

Ioannis Baptistæ Posseuini *Liber de officio Curati.*

Ioannis Chapeauillæ *tr. de modo ministrandi Sacrament. tempore pestis*, Item *de casibus reseruatis.*

Ioannis Azorij Societatis Iesu *Institutiones morales.*

Ioannis Guttierrez *quastiones Canonica*, Item *tr. de matrimonio & Gabellis.*

Ioannis Beltrani de Gueuara *propugnaculum Ecclesiastica libertatis.*

Ioanois Baptistæ Signio *tract. de Reliquiis.*

Ioannis Francisci Capiblanci *tr. de officio Baronum erga vassallos burgenses.*

Ioannis à Cochier *tract. de permutationibus beneficiorum*, Item *de libertate Ecclesiastica.*

Ioannis de Heuia *Labyrinthus de commerciis*, Item *curia Philippica.*

Ioannis Baptistæ Valenauela *deffensio monitorij Pauli V. contra venetos.*

Ioannis Medina *codex de pœnitentia & restitutione.*

Ioannis Maldonati Societatis Iesu *de Sacramentis.*

Ioannis Baptistæ Confecti. *collectio priuilegiorum mendicantium.*

Ioannis Antonij Massobrij *tr. de synodo Diœcesana Episc.* Item *praxis habendi concursum ad vacantes Parochiales Ecclesias.*

Ioannis Petri Moneta Clerici Regularis S. Pauli *tr. de distributionibus.* Item *de decimis* Item *de optione canonica.* Item *de Iudicibus conseruatoribus.* Item *de commutatione vltimarum voluntatum.*

Ioan. de Salas Soc. Iesu, *tract. de contractibus.* Item *de legibus* Item *in 1. 2. D. Thom.*

Ioannis Præpositi Societ. Iesu *commen. in 3. p. D. Thom.*

Ioannis Kiene *tract. de casibus reseruatis.*

Ioan. Baptistæ Bizozeri *summa casuum conscientia.* Item *de Sacramentis.*

Ioannis Honorij *compendium Iuris Canon.*

Ioannis Perlini *tractatus de frequentia communionis.*

Ioannis Narbona *tract. de appellatione à vicario ad Episcopum.*

Ioan. Baptistæ Aotonucij Augustiniani *Catechesis Diœcesis Neapolitana.*

Ioannis Francisci Leonis. *Thesaurus fori Ecclesiastici.*

Ioan. Tab. Dominicani *Summa casuum conscientia dicta summa Tabiena.*

Ioannis Mariæ Belletti. *Disquisitiones Clericales.*

Ioannis Rojas *Singularia*, Item *de Hæreticis.*

Ioann. Mariæ Nouarij. *Practica conclusiones, siue opusculum noui iuris Pontificij.*

Ioan. de la Cruz *directorium conscientia*, Item *de statu Religionis.*

Ioan. Baptistæ Scortia Societ. Iesu *constitutiones Pontif.* Item *de sacrificio Missa.*

Ioaonis Baptistæ Contado *responsa casuum conscientia.*

Ioannis Pedrazza *summa siue instructio confessorum.*

Ioannis de Lapide *resolutiones dubiorum Missa.*

Ioannis Ytibarne *de Sacramento in 4. sententiarum.*

Ioannis Francisci Suarez *Enchiridion casuum conscientia.*

Ioannes V Vigers *in part. 2. D. Thom.* Item *in 22.*

Iosephi de Hottu *speculum Parochorum.*

Iosephi Anglez *Flores in libros sententiarum.*

Iosephi de Neapoli *Allegatio pro vectigali serico.*

Iosephi de Sancta Maria *Tribunal Religiosorum.*

Iosephi Aldretæ Societ. Iesu *de Religiosa Disciplina tuenda*, item *allegatio pro regularium exemptione.*

Ioseph Demetrius *in Praxi casuum Archiepiscopo Neapolitano reseruatorum, quæst. 8. num. 26.* Et hanc opionem tenet Antoninus Diana, cuius virtus tam præclara est, vt vniuersum fere orbem in sui traxerit admirationem.

Idem *ibidem, Disquis. 3. quæst. 2. numer. 43.* Duæ sunt opiniones, prima affirmas, quam sequitur Diana qui in morali Theologia lux lucis, lumenque luminum dici potest.

Idem *ibidem, num. 77.* Hæc est communis opinio, vt contra Graffium tenet sapientissimus Diana, vir nunquam satis laudatus.

Ioseph. de Ianuario *in resolut. Theol. moral. tom. 1. resolut. 14. num.* 8. Hanc consuetudinem à Metolla cognitam non cognouit accuratissimus Diana.

Idem *de casibus reseruatis. tom. 1. resol. 16. num. 1.* Idem sentit Quintanaduen. citatus ab eruditissimo Patre Diana, qui in moralibus omnes plenè materias illustrauit.

Idem *ibidem, resolut. 64. num. 13.* Sic Pater Diana, qui in materia morali nihil intactum reliquit. Idem *tom. 2. resolut. 69. num. 41.* Probat igitur Marchant. relatus ab eruditissimo Diana.

Idem *ibidem, Resolut. 73. num. 143.* Contra Pellizarium meritò insurgit doctissimus, & amicissimus Diana.

Iuliani Viuiani *praxis Iuris patronat.*

Iulij Cæsaris Madij *tract. de Sacramento Ord.*

Iulij Cæsaris Raineri *catalogus censurarum & irregularitatum.*

Iulij Lauorij *de Iubilao*, item *elucubrationes varia.*

Iulius Cæsar Botea Episcopus Comaclensis in responso pro immun. Eccles. contra Laguoam, *cap. 3. num. 117.* Clericis suffragatur authoritas, non solum P. Dianæ sed etiam aliorum, quamplurimorum Authorum. Et in omnem euentum plus soli Diana deferrem, quam Lagunæ, & cæteris eius sequacibus: tum propter egregiam viri, quam noui, litterarum: tum propter vitæ, morumque candorem, & integritatem.

Iulius Clemens Scotus *Opusc. de iure tuend. fam.* num

num. 18. Quod Episcopus non possit absoluere ab Hæresi occulta, legendus est Diana, vir quidem suspiciendus, maximè propter Disceptationes Apologeticas de Primatu solius D. Petri, ac differentia inter ipsum & D. Paulum hoc anno impressas, in quibus multiplicia contrarij dogmatis Capita, siue argumenta igneis responsionibus adscidit.

Iunipatus à Drepano, *de Casibus reseruatis part. 3. disp. 12. quæst. 1. capit. 2. num. 2.* Hoc idem existimo sentire Patrem Dianam, etenim si huius sensus non fuisset doctissimus Pater, istius difficultatis materiam exactè non examinaret, & elegantèr resolueret, prout resoluit.

L

LActantij Finelli *tr. de casibus reseruatis.*

Lælij Zecchij *Summa casuum conscientiæ,* item *de Republica Ecclesiastica,* item *de casibus reseruatis,* item *de Sacram.* Item *de beneficiis.*

Laurentij de Peyrinis *ex ordine Minimorum, Religiosus subditus & Prælatus,* item *super priuilegia eiusdem ordinis Minimorum.*

Laurentij Portel ordinis Minimorum *de obseruantia dubia regularia, cum nouis additionibus:* ex quibus multa collegi in meo *tr. de Denunciatione, & de absolutione ab hæresi* & meritò; nam hic Author fuit vir doctissimus, & lector Sacræ Theologiæ in portugallia, cuius opera mira claritate & eruditione referta fuerunt approbata non solùm ab ordinario, sed etiam ab officio S. Inquisitionis, vt patet *in addit. fol. 307.*

Leander à Sanctissimo Sacramento *in qq. moralibus editionis Lugdunensis, tom. 1. de Sacram. tract. 5. disp. 7. q. 6.* Approbat etiam nouissimè hanc meam sententiam D. Diana.

Leander de Murcia, *in cap. Sec. Regula D. Francisci, quæst. 9. num. 2.* & sæpius a ibi: Esta sentencia tiene Ricardo, Layman, Rebello, à los quales cita, y sigue el muy docto P. Antonino Diana.

Leonardi Lessij Societatis Iesu *de Iustitia & Iure.*

Leonardi Duardi Clerici regularis *comment. in Bullam cœnæ.* Item *de censibus.*

Lucæ Florini *tr. de Casibus reseruatis.* Item *de Duello.*

Lucæ Castellani *tract. de electione Canon.* Item *de canoniz. Sanctorum.*

Ludouici de Miranda Franciscani *Ordo iudiciarius.* Item *Manuale Prælat.*

Ludouici de Beia Augustiniani *Responsiones casuum conscientiæ.*

Lud. Lopez Dominicani, *Instructorium conscientiæ,* Item *de contractibus.*

Lud. Montesini *in 1. 2. D. Thomæ.*

Ludouici de San Iuan *Summa casuum conscientiæ.*

Ludouici Molina Societatis Iesu *de Iustitia & Iure.*

Ludouici Carbo *tract. de legibus.* Item *de restitutione.*

Ludouici Parami *de origine sanctæ Inquisitionis.*

M

MArcelli Megala Clerici Regularis *Institutiones Confessariorum.* Item *consilia.*

Marci Antonij Genuensis *practicabilia Ecclesiastica,* item *praxis Archiepiscopalis*, item *manuale Pastorum.*

Marci Antonij Cuechi *Instit. Iur. canon.*

Marci Anton. Beraduci *Summa corona.*

Marci Anton. Luciani *Enchiridion de Ecclesia & vnitate fidelium.*

Marcus Setius *t. 1. de Officio, & Potestate Parochi, disp. 1. diffic. vnica, q. 6. n. 1.* Licet nonnulli apud D. Dianam asserant mortaliter peccare.

Idem, *ibidem, quæst. 8. num. 20.* Villalobos apud Dianam virum eximiæ virtutis, inter alia noceau digna habet, &c.

Marcus Vidal. *in Arca Vitali Theolog. moralis in indice Authorum, litera A,* Antonini Diana Clerici Regularis Resolutiones morales, Author Pius, Celebris, & suo nomine conspicuus.

Marij Alterij *de censuris.*

Marij Antonini *Resolutiones variæ.*

Marij Italia *tract. de Immun. Ecclesiast.*

Martha *de Iurisdictione.*

Martini Fornarij Societatis Iesu *Institutio Confessorum.*

Martini Nauarri *opera omnia.*

Martini Viualdi *candelabrum aureum.*

Mart. Becani Soc. Iesv, *opera omnia.*

Matt. Castrillo *Itinerarium ordinandorum.*

Martini Bonacina *Opera omnia.*

Martini del Rio Societ. Iesv *Disquisitiones Magicæ.*

Martini Funes *Speculum morale.*

Martini de Ledesma *Comment. in libros sententiarum.*

Martinus Bresserus Societatis Iesu, *de Conscientia, lib. 2. cap. 8. num. 98.* Antoninus Diana citat pro more suo diligenter Authores aliquos.

Mauritij Alzedij *Praxis Episcoporum.*

Melchioris Zambrani *Decisiones casuum conscientiæ occurrentium tempore mortis.*

Melchioris Rotretis *De re Beneficiaria.*

Memoriale Clericorum editum iussu Cardinalis Ludouisij Archiepiscopi Bononiensis postea Gregor. X V.

Michaël Zanardi *Director. Confessar.*

Michaëlis de Palatio *Praxis de Contractibus.*

Michaëlis Timothei *Quæstiones in diuinum officium & missam.*

N

NIcodemi de Florentia *Speculum Confessariorum.*

Nicolai Garziæ *Tract. de Beneficiis.*

Nicolai à Grana *Lumina conscientiæ.*

Nicolai Emerici *Director. Inquisit.*

Nicolaus Fernandez de Castro, *de Religione milit. tract. 4. cap. 10. n. 57.* Summa hæc rationum momenta perpulerunt virum variæ & indefessæ lectionis longè eruditum Antoninum Dianam, vt nullitatis vitio laborare prædictam professionem crediderit. Etenim doctissimo (vt solet) & pleno omnigenæ eruditionis scripto firmauit, nuper typis dato.

Idem in Portugal. conuencida *cap. 2. sect. 2. fol. 50. litera B,* P. Diana vir planè indefessæ Lectionis, Scriptionis, & Curæ, atque Religiosissimæ in Sanctam Sedem Pietatis; cuius suauissimam amicitiam votis mihi enixè expeditam; multo animi candore, & quam par est eximio viro perhiberi obseruantiam gratis peteolo.

P

PAuli Aresij Clerici Regularis *de aqua transsub. in Sacrif. Missæ.*

Pauli Comitoli Societatis Iesu *Responsa moralia,* item *tract. apologeticus contra Venetos.* Item *de contractibus.*

Pauli Piasecij *Praxis Episcopalis.*

Pauli Salodij *Praxis compendiosa de visitatione.*

Pauli Fuschi *liber de visitatione.*

Pauli

In Operibus R. P. Dianæ contentorum.

Pauli Cieta *tr. de Iure Principum.*

Pauli Layman Societatis Iesu *Theologia Moralis.*

Pauli Fraxinelli Augustiniani *Disputatio de obligationibus Sacerdotum ad Missas pro alijs ex Iustitia celebrandas.* Item an Sacerdos teneatur dicere Missam de defunctis, vel eius vice possit dicere de Sanctis.

Pauli Squillanti *tractat. de obligationibus Clericorum.*

Pauli Glemonensis *tr. de legatis perpetuis, & aliis relictis Fratribus D. Francisci de obseruantia.*

Pauli Santori *tract. de Casibus Papalibus & Episcopalibus.*

Paulus Britius Episcopus Albensis, Ne progressi della Chiesa Occidentale, *secolo 7. fol.* 685. E chi curioso fosse di sapere, consideri seriamente le difficultà, che moue, il celebratissimo Dottore Diana.

Paulus Maria Quartus, Nel trattato del Giubileo dell' anno Santo *al cap. 3. punto* 1. si podrà vedere il Padre Diana, *part. 9. tractat. 2. de Altaribus, resolut.* 23. doue trattata egregiamente al solito, questo punto adducendo molti Dottori.

Item *in Rubricas Missalis in quæstione proœm. section. 2. punct.* 3. Ita tenet Diana, quem doctorem frequenter, & libentissimè allego: tum quia, eo citato plures, & graues habeo patronos mearum assertionum; nunquam enim Diana solus loquitur, sed ei semper concinunt probatissimi Doctores, quos fidelissimè ipse affert melos addentes gratissimum armonicis resolutionibus eiusdem Dianæ.

Idem, *ibidem, part. 3. titulo 4. dubio* 10. affirmatiuè tamen sententiæ adhæret sapientissimus Diana.

Idem *ibidem*; *part. 2. titul. 10. section. 3. dubio 2. difficult.* 3. Ista tenet Syluester Paludanus, & plures alij, quos citat, & sequitur eruditissimus Diana.

Pauls Rubeus *in Annotationibus ad Decisiones Rotæ part. 3. decisione 2. numero* 28. Pater Antoninus Diana, vir admirabili doctrina conspicuus, cuius opera iam decimam quartam aspezerunt lucem, affirmat, hoc communiter tenere Theologos.

Paulus Zachias *in quæstionibus Medicolegal. libro 8. in Epistola dedicatoria. Antonino Diana*, &c. Hæc tuæ censuræ subiicio, ac nomini suo inscribo, maximè enim consentaneum visum est, Canonicum argumentum Summi Canonistæ, nomine decorare.

Pax Iordanus Episcopus Taguriensia *in Var. Elucubrat. tom. 2. lib. 11. tit. 3. num.* 216. Eruditissimus Diana affert multos doctores circa hanc difficultatem.

Petri Ala *tra. de Christiano Decurione.*

Petri Tolosani *Partitiones Iuris Canonici.* Item *comment. in Ius Canonicum.*

Petri Binsfeldij *Enchiridion Theologiæ Pastoralis*, Item *de Symonia, de vsuris, de Iniuriis, & de Malefic.*

Petri de Reyna *tract. de Sacramentis & de Caremoniis Missæ.*

Petri Nauarra *de Restitutione.*

Petri Aragon Augustiniani *comm. in 2.2. D. Thom. de Iustitia & Iure.*

Petri de Lorca Ordinis Cisterciensis *in 1. 2. D. Thom.* Item *in 2.2.*

Petri Cenedo. *quæstiones Canonicæ.*

Petri Fay Dominicani *de pœnitentia in 3. part. D. Thomæ.*

Petri Bellocbij Franciscani *Praxis Theologiæ moralis, seu de casibus reseruatis.*

Petri de Ledesma Dominicani *Summa casuum conscientiæ, cum additionibus.* Hic Anthor fuit vir eminentis literaturæ & primarius Lector in Academia Salmaticensi, vnde meritò plura ex illo decerpsi *in tractatu de paupertate Religiosa & in aliis.*

Petri Corserti *Propugnatio pro vectigali serico.*

Petri de Soto *lectiones.*

Petri de Cabrera *de Sacramentis in 3. parte D. Thomæ.*

Petrus ab Angelis Carmelita Discalceatus *in Addis. 7. ad sua Praxis iudicialis.* Quod non sint obligatoriæ tenent Suarez, Salas Sanchez, & doctissimus P. Diana.

Petrus Franciscus Passerinus, *tractatu de Pollutione Ecclesiarum, disputatio septima caput* 20. *numero tertio.* Certò constat esse mortale, quod placuit magno illi moralium resolutionum magistro Diana.

Petrus Paulus Guazzinus *in tractatu morali, libro 1. defensione prima, cap. 7. Paragrapho 5. num.* 156. Sed quia de Inquisitoribus satis diffusè, & bene scripsit doctissimus Pater Diana, ideo me remitto ad illum.

Idem, *cap. 12. num.* 9. Ad Molinam pro parte contraria allegatus rectè respondet doctissimus Diana.

Pbilippi Maynardi *de Priuil. Eccles. pro defensione monitorij Pauli V.*

Philippi Fabri Franciscani *de pœnitentia.* Item *de restitutione.* Item *de Sacram. Ordinis & censuris.* Item *commentaria in libros sententiarum.*

Philippus Cammarata, *in iuridico discrim. Patroc. 1. num.* 26. Decisionem Seraphini, & declarationem sacræ Congregationis refert noster amicissimus & eruditissimus Reuerendiss. Pater Antoninus Diana.

Prosp. Farinacij *tractatus de hæresi.* Item *Appendix super Bullam Gregorij XIV. de Immunitate Ecclesiarum.*

R

Raphaël Rastellius Episcopus Captensis *de Regimine Principis, lib.* 3. peruenit ad manus meas prima, & secunda pars Resolutionum moralium doctissimi viri Antonini Diana Panormitani Cleric. Regul.

Raphaëlis Rastellij Cler. Regul. *tr. de censuris in genere.*

Raphaëlis de la Torre Dominicani *comment. in 2. 2. D. Thom.*

Remigij Serophæ *opus de Inualiditate Professionis.* Item *In solutionibus quæstionum moral. quæst.* 35.

35. *num.* 16. Hæc omnia Docet doctissimus Diana.

Repertorium Inquisitorum Authoris incerti.

Ricardi Hallo *de quinquepartita conscientia, recta, erronea, dubia, opinabili & scrupulosa.*

Roderici Acuña *in decretum Gratiani.* Item *tr. de Confessariis sollicitantibus, cum additionibus Seraphin. de Preita.* Hic author est vir doctissimus, & priùs fuit inquisitor, & nunc meritò Archiepiscopus Bracharensis. Eius verò additionator fuit lector publicus in Academia Vallisoletana, vnde meritò multa ex ipsis collegi *in tractatu de Denuntiationibus & in tractatu de absolutione ab hæresi.*

Rodobaldi Parini *tract. de Gabellis.*

Romualdi Coli Dominicani *tr. de Cambijs vsura, censibus &c.*

Runlij Benzonij *Speculum Episcoporum & Curatorum.*

S

SActa Rota Romana in Causa Burgen. nullitatis professionis die decimo sexto Aprilis 1649. coram D. Arguelles. Annum probationis continuum esse debere, clarum est. Abbas, Ancharanus, Suarez, & manu plenissima pro more Reuerend. P. Diana.

Saluatoris Raffi *tractatus de casibus conscientiæ.*

Scipionis de Rubeis *Aphorismi Episcoporum.*

Sebastiani Acosta *Explicatio in bullam Cruciatæ.*

Sebastiani Cæsaris *Relectio de Ecclesiastica Hierarchia.*

Sebastiani à Bononia Capuccini *tractatus de Electione.*

Sebastianus Saleles Societatis Iesu, *de materiis Tribunalis sanctæ Inquisitionis libro primo capite vndecimo Regular. 94. num. 132.* Ex Doctoribus magis recentioribus, perdoctè docuit, & resoluit hoc dubium, sicut & reliqua, vir doctissimus, atque religiosissimus de Illustrissima Familia Clericorum Regularium P. Antoninus Diana, Consultor Sancti Officij, & de hoc Sacro Tribunali valdè benemeritus.

Idem *ibidem, cap. 14. Regul. 124. num. 341.* Inuocatio Dæmonis per modum imperij nulla ratione habet locum, vt egregie ostendit doctissimus Antoninus Diana.

Sigismundi Scaccia *Tract. de commerciis.*

Simeonis Maioli *Tract. de irregularitate.*

Simpliciani Muttini *Theologia Moralis, siue de Sacramentis.*

Stephani Emonerij *splendor veritatis moralis, seu disput. de veritate.*

Stephani Fagundez Societ. Iesu *de Præceptis Ecclesiæ.*

Stephani Quaranta *Summa Bullarij.*

Stephani de Aula Societatis Iesu, *tractatus de Censuris.*

Stephanus Spinola Congregationis Somaschæ, *Opusculo de libera electione in moralibus, disputat. vltim. sectione quarta.* Diana pro opposita sententia nullos citat Doctores, quod equidem miror cur scilicet eruditissimus vir in libris doctorum adeo versatus, qui pro qualibet materia semper consueuit pro vtaque parte doctores afferre, in hoc puncto noluerit mentionem facere.

Summa Pisanella.

Syluester Prieratæ Dominicani *Summa Cas. consc. dicta summa syluestrina.*

Syluester Barthochiccius *de votis Religiosorum.*

Sylui Tinti *tractatus de Ordinatione Clericorum*

T

THeophilus Raynaudus è Societate Iesu in diuersis suis operibus Dianam doctissimum nominat, & summæ facilitatis Authorum.

Thesaurus sententiarum receptarum Suarez à Ribeira.

Thomæ Zerola *Praxis Episcopalis.* Item *Praxis de Sacramento Pœnitentiæ.* Item *de tubilæo.*

Thomæ Sanchez Societ. Iesu *de matrimonio.* Item *Summa.*

Thomæ Boninsignio Dominicani *tract. de venditione ad tempus, cambiis, censibus &c.*

Thomæ de vio Caietani *Summa cum annotationibus Pauli de Palatio.*

Thomæ de Mercato Dominicani *Summa de contractibus.*

Thomæ à Iesu Maria, *liber de Regularium visitatione.*

Thomæ à Iesu *de paupertate Religiosa.*

Thomas Tamburinus Societatis Iesu, *in Decalog. part. 2. lib. 7. cap. 7. Paragrapho 1. num. 5. disp.* De hac materia Romam misi, vt amici eam P. Dianæ *de Theolog. moral.* profectò benè meritissimo communicarent.

Idem *ibidem*, §. 1. *num.* 10. vt fusè probat me citato solertissimus Diana.

Idem *ibidem, lib. 8. tract. 2. cap. 5. §. 6. num. 3.* Lege Dianam solertissimum, & humanissimum virum.

Idem *ibidem, tractat. 3. Paragrapho 5. numer.* 8. Sic Diana, cui diligentissimo Scriptori multarum opinionum notitiam acceptam merito referimus.

Tiraquellus *in tit. res inter alios facta.*

Idem *de pœnis legum temperandis.*

Idem *de retractu lignag.*

Idem *de Iure constituti possessorij.*

V

VAlerij Reginaldi Societ. Iesu *praxis pœnitentiæ.* Item *de prudentia Confessarij*, Item *de officio pœnitentis.*

Verricelli *in quæstionibus moralibus tract. 1. quæst. 28. n. 15.* Ita Doctissimus Diana.

Vincentij Fillucij Societatis Iesu *quæstiones morales.*

Vincentius Tancredi Societatis Iesu, *de Religione in Epistola ad Lectorem* Circa Ecclesiarum Immunitatem, multa exagitantur quæ nuper

nuper eruditissimus, & satis notus Diana, & quidam non obscuri nominis Recentiores scripsere.

Idem *ibidem, tract. 1. lib. 4. disput. 5. quæst. 2. num. 19.* Sic docet Naldus, quamuis contrarium teneat mordicus doctissimus Diana.

Idem *in quæst. Moral. Epistola ad Lectorem* plura ad rem multis adductis, congerit doctissimus, ac Religiosissimus Diana, & passim in multis locis eiusdem libri.

Virginij de Boccaciis *tract. de censibus super constit. Pij V. &c.*


Vmberti Locati *Praxis Inquisitorum.*

Volfandi à Vorburg *Rudimenta Iuris Canonici.*

VVoltherus Streuesdorff *in Diuum Thomam de Iustitia & Iure.*

Z

ZAcharias Pasqualigus *in Indice Doctorum ante suas decisiones morales litera A*, Antonini Diana Clerici Regularis *Resolutiones morales*, Author suo nomine celebris.



INDEX



INDEX
Tractatuum huius Tomi Primi.

INDEX



INDEX

Tractatuum, & Resolutionum huius Tomi Primi.

Vltimus Numerus paginam indicat.

TRACTATVS I.

De Sacramento Baptismi. Sed in principio huius Tractatus paucæ prius Resolutiones ad omnia Sacramenta in genere adscribuntur. p. 1.

38. *An*

38. An mutus & surdus, si in terris Infidelium se misceat cum aliis ad suscipiendum Baptismum, sit baptizandus? Ex p. 5.tr.6.ref. 1. ibid.

39. An in naufragio, vel alio casu ob periculum mortis possit quis plures baptizare? Et an si quis ita plures baptizauit in statu peccati mortalis, committat tot peccata mortalia, vel vnum tantum? Et an qui ita plures baptizat extra casum necessitatis, non peccet mortaliter secluso scandalo? Ex part. 5. tract. 3. ref. 27. p. 27.

40. An vnus possit plures baptizare absque necessitate sine peccato mortali? Et notatur, quod in tali casu non vnum, sed plura Sacramenta conficerentur. Et an ita Baptizans, si esset in peccato mortali, committat tot peccata, quot personas baptizauit? Et aduertitur, quod si sit aliquod monstrum; puta, si nascitur homo cum duobus capitibus, atque duobus dorsis, ita vt certum sit esse distinctas personas, & distinctis animabus constare, singulas earum baptizandas esse cum forma illa, Ego te Baptizo &c. Sed aduerte, etiam obsecra, quid faciendum sit, si certo deprehendi nequeat esse duas personas, & duabus animabus informari? Ex p.9.tr.6.& Misc.1.ref.29.alias 30. ibid.

41. An possint plures eundem hominem baptizare tanquam causa partiales, quorum singuli applicent materiam, & proferant formam? Et an hoc modo baptizatus, vt minimum sub conditione esset denuo baptizandus? Et notatur, quod si plures aliquem baptizarent, seu abluerent, & quilibet eorum diceret, Ego te Baptizo, quamuis hoc illicite agerent, & puniendi essent qui prius tamen verba proferret, verum Baptismi Sacramentum conficeret. Et quid, si omnino simul verba proferrent, & abluerent; etiam si vnus vnam partem baptizati abluat, alius aliam, &c. an plures Baptismi, & plura sint Sacramenta vel tantum vnum? Ex p. 9. tr. 5. & Misc.1.ref.30.alias 31. p.28.

42. Quidam Sacerdos in peccato mortali existens baptizauit infantem in casu necessitatis, quaeritur, an peccauerit mortaliter? Et an laici baptizantes in peccato mortali peccent mortaliter? Ex p. 3. tr.4.ref.10.p. 29.

43. An non solum Sacerdos, sed etiam laici baptizantes in peccato mortali infantem moribundum peccent mortaliter? Et an Sacerdos, & laicus in dicto casu peccent saltem venialiter? Ex p.5.tr.3. ref. 24. p. 29.

44. An si Sacerdos sit excommunicatus, & adsint alij, sit tamen ab ipso petenda administratio Baptismi in necessitate? Ex p.5.tr.9. ref. 87.p.30.

45. An quando baptizatur aliquis in periculo mortis, debeant adstantes seruare ordinem inter eos sub pœna peccati mortalis? Et aduertitur, quod quando baptizat aliquis idiota, dicat formam vulgari sermone, potius quam latine, ne erret, nisi constet latine bene proferendam. Ex p.5.tr.3.ref.18.p.30.

46. An peccet mortaliter laicus, si praesente Diacono in casu necessitatis baptizat infantem? Et quid, praesente Sacerdote? Et quid est dicendum, quando laicus baptizat extra casum necessitatis, an peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem? Ex p.3.tr.4.ref.4. p.31.

47. An Diaconus, si baptizet aliquem in articulo mortis, possit aliquando solemniter illum baptizare? Et an si Diaconus sine commissione solemniter baptizat, sit irregularis? Ex p. tr.3.ref. 28. ibid.

48. An Monachi peccent mortaliter, extra casum necessitatis aliquem baptizando? Ex p.5.tr. 13. & Misc. 1. ref. 58. p. 32.

49. An in aliquo casu cum vitae periculo teneatur quis baptizare puerum moribundum? Et quid si tantum esset dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri e vita? Et quid est dicendum, si puer habet vsum rationis, sed nondum est instructus in Fide? Et quid, si supra dictus structus sit in Fide? Et quid est agendum in casu, quo pactum intercessisset de non omittenda cura animae proximi, etiam cum periculo vitae? Et cursim infertur, an mater grauida teneatur permittere se secari, vt fetus baptizetur, alias sine Baptismo moriturus. Ex p.6. tr. 3.ref.16.ibid.

50. Notabilia quaedam circa materiam Baptismi. Ex p. 3. tr. 4.ref.5 p.33.

51. An sufficiat ad baptizandum moribundum vna gutta aquae? Ex p. 5.tr.3.ref.5.ibid.

52. An moribundo debeat Baptismus adhiberi in dubio, si aqua est naturalis, puta, in iure carnium, lixiuio, &c? Et an hoc a fortiori procedat, quando circa materiam Baptismi adsunt opiniones probabiles? Ex p.5.tr.3. ref. 1. p. 34.

53. An moribundo deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptismus cum aqua rosacea, vel ex aliis plantis, & herbis expressa sub conditione exterius, vel mentaliter apposita, si materia haec est idonea? Idem est dicendum de niue. Et in dicto casu, non inuenta aqua certa, sed aliquo liquore, de quo dubium esset, an esset aqua, nec possit id examinari, an possit in tali casu moribundus sub conditione baptizari? Et an in supra dictis casibus, veniente aqua elementari, vel sublato tamen periculo baptizandus sit etiam sub conditione? Ex p 5.tr.3.ref.2.ib.

54. An in extrema necessitate, deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptismus sub conditione cum glacie, pruina, rore, niue, vel sale, quandiu resoluta non sunt? Et an ad validitatem Baptismi sufficiat, quod aqua attingat baptizatum, si eum non abluat? Et an si in ipsa applicatione nix, glacies, &c. resoluantur, sit materia sufficiens Sacramenti Baptismi? Ex p.5.tr.3.ref.3 p. 35.

55. An Sacerdos baptizans cum aqua non benedicta peccet mortaliter? Et quid, si alij exteriores ritus, insufflationes, vnctiones, & similes caeremoniae deessent in solemni Baptismo; vel si sine stola, aut superpelliceo fieret Baptismus? Ex pag.9. tr. 6. & Misc.1. ref. 32. alias 33. p. 36.

56. Verum obstetrices teneantur scire formam Baptismi, & modum baptizandi? Et an Sacerdos peccet saltem venialiter, si proferat formam Baptismi in lingua vulgari; quia de obstetricibus. & saecularibus non est dubitandum? Ex p. 2. tr.15.& Misc. 1.ref.46. ibid.

57. Quidam Parochus olim quaesiuit a me, an qui in forma Baptismi reliquerit illas particulas, In, &, dicendo: Ego te Baptizo nomine Patris, Filij, Spiritus Sancti, conficeret Sacramentum? Et si conficiat, an ita baptizando peccet mortaliter? Ex p.2.tr.15.& Misc.1.ref.47. p. 37.

58. An si quis adderet aliquid formae Baptismi, dicendo v.g. Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & B. Mariae Virginis, vel omnium Sanctorum, conficeret Sacramentum? Ex p.2.tr.15.& Misc 1. ref. 48.ibid.

59. Mulier quaedam domi puerum baptizauit. Italice, haec verba pronuncians. Io te Batteco, col nome del Padre, col nome del Figliuolo, & col nome dello Spirito Sancto, statim a me quaesitum fuit, an Sacramentum sub tali forma administratum fuerit validum? Ex p. 2. tr. 17.& Misc.3.ref.15. p. 38.

60. An Baptismus sit validus, si conferatur haec forma, Baptizata est, vel Baptizatus est in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; qua forma vtuntur Chaldaei? Et an in Sacramenta Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiae, Ordinis, & Extremae-Vnctionis exprimenda sit persona suscipiens ista Sacramenta? Et an sit certum pronomen illud Ego, & dictionem illam Amen, non esse de necessitate Sacramenti? Et cursim docetur, quod Baptismus datus ab Apostolis in nomine Christi validus fuit, & nunc validus esset, si in eadem forma conferretur. Et quaeritur, an Baptismus datus in nomine vnius personae Diuinae, quaecumq; illa sit, validus sit, dum modo vera Fides omnium trium retineatur? Et an Baptismus datus sub hac forma, Baptizo te in nomine Dei, & Sanctae Crucis,

Index Tractatuum,

sit validus? Et tandem quæritur, an sit valida forma Baptismi, qua vtuntur in Dalmacia, videlicet. Ego te Christo, seu Christianum facio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. resol. 92. ibid.

61. An forma Baptismi in Ecclesia Græca sit ista. Baptizetur, vel Baptizatur seruus Christi, &c. Et difficultas est, an validè in vtraque forma baptizetur? Et an in ipsis formis exprimendum sit nomen suscipientis Baptismum in particulari? Ex quo deducitur Baptismum apud Græcos factum sine expressione personæ baptizatæ per nomen, aut pronomen esse sub conditione iterandum. Et an ita baptizans sine expressione nominis baptizati peccet mortaliter? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. resol. 93. p. 39.

62. Quidam Parochus post ablutionem statim pronunciauit formam Baptismi, quæritur, an validè baptizauerit? Et ex doctrina huius quæstionis infertur idem esse dicendum de Sacramento Ordinis, & Extremæ-Vnctionis. Ex p. 3. tr. 4. resol. 6. p. 42.

63. An si finita forma antequam finiatur ablutio infans moriatur, sit adhuc baptizandus? Idem dicendum est de Sacramento Confirmationis, & Extremæ-Vnctionis. Ex p. 5. tr. 3. resol. 17. p. 43.

64. An vbi mutus, & orbatus manibus occurrunt, & infans est in articulo mortis, debeat ille abluere, & hic verba proferre, & sic diuisim infantem baptizare? Et an hoc saltem sub conditione faciendum sit? Et si postea occurrat opportunitas, an etiam sub conditione Baptismus sit iterandus? Ex p. 3. tr. 4. resol. 11. ibid.

65. An mutus, si alij non inuenirentur, possit in articulo mortis baptizare infantem illum abluendo, si alter manibus carens proferat verba formæ? Ex p. 5. tr. 6. r. 2. p. 44.

66. An tempore mortis, si quis accessum ad puerum non haberet, possit de longinquo proferre formam sub conditione, & iubere, vt alius illum aqua abluat? Et si postea occurrat opportunitas, an etiam sub conditione Baptismus sit iterandus? Et inter alia explanatur Baptismum à tribus ministratum omnium iudicio esse inualidum; videlicet vno abluente; altero hæc verba proferente: Ego te baptizo, tertio ista subiungente: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et cursim infertur Ordinem datum ab Episcopo, & Presbytero simul: Episcopo videlicet imponente manum: Presbytero autem benedicente, seu proferente formam, irritum esse. Ex p. 5. tr. 3. resol. 26. ibid.

67. An infans moribundus, si ad illum non esset accessus, sit baptizandus, aspergendo eum aqua? Et an consuetudo Ecclesiarum baptizandi per immersionem seruanda sit? Et si in aliqua Ecclesia trina immersio vsitata sit, an vna tantum adhiberi possit, cum integra prolatione formæ? Ex p. 5 tr. 3. resol. 19. p. 45.

68. An debeat omitti Baptismus propter periculum infantis morituri, vt v. g. si puer sit ita tener & delicatus, vt credatur Baptismum fore causam mortis illius? Et an baptizans in dicto casu sit irregularis? Et cursim deducitur, quod licitè potest Parochus audire confessionem hominis, qui alioqui morietur in statu peccati mortalis, licèt sciat inde sibi mortem prouenturam. Ex p. 5. tr. 3. resol. 8 ibid.

69. An si Tyrannus velit infantem occidere, vel si dum agit animam, alio modo non potest baptizari, liceat eum in puteum, vel flumen proiicere, & an ita sit baptizatus? Et an hoc idem dicendum sit de adulto Catechumeno? Ex p. 5. tr. 3. resol. 14. p. 46.

70. An si quis baptizaret infantem moriturum proiiciendo eum in flumen, vel puteum, quando aliter baptizari non possit, peccaret mortaliter peccato homicidij, & irregularitatem incurreret? Et supponitur talem Baptismum esse validum. Et quæritur, an saltem liceat tibi Baptismum proximè morituro ministrare, ex cuius administratione cognoscis mortem accelerandam esse? Et an sic baptizans maneat irregularis? Et notatur non valere Baptismum, si quis videat puerum ab alio proiici in flumine, vel puteo, & proferat verba formæ. Sed quid est dicendum, si puer è manibus baptizantis fortè elapsus esset, & tunc ipse baptizans verba formæ proferret? Et an valeat Baptismus, si quis aquæ defluenti è tecto submittit puerum abluendum, & verba Baptismi profert? Et an mulier, quæ damnatur ad mortem, & est periculum, ne ex aliquo morbo vna cum prole moriatur, possit, seruato iuris ordine, prius secari, si spes est, vt fœtus ita baptizari valeat? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. resol. 21. alias 20. ibid.

71. An si pueri moriantur in vtero matris, possint ibi baptizari? Et quid, si mors matris inde sequatur, vel prouideatur sequatura? Imo, an mater eo casu teneatur permittere, vt proles baptizetur? Ex p. 5. tr. 3. resol. 12. p. 48.

72. An puer existens in vtero matris possit baptizari? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. resol. 43. ibid.

73. An mulier condamnata ad mortem possit prius secari, sit adsit periculum, ne ex aliquo morbo ante partum vna cum prole moreretur; & spes adsit, vt infans hoc modo possit baptizari? Et an saltem mortua matre statim secanda sit, vt puer baptizari possit, si adhuc viuat? Et notatur non licere matri consentire se adhuc viuam secari ad hunc effectum. Et aduertitur in supradicto casu differendam esse executionem sententiæ, donec mater pepererit. Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. resol. 44. p. 49.

74. An mater ad mortem condemnata, si morbo lethali corripiatur, liceat eam secari, vt infans etiam moriturus baptizetur? Ex p. 5. tr. 3. resol. 13. ibid.

75. An infans moribundus sit baptizandus in qualibet minima parte sui corporis, v. g. Capillorum, vnguium, pellis, quam Medici Secundinam, appellant, digiti &c? Et an vero, si puer euaserit periculum, esset saltem sub conditione repetendus Baptismus? Et an cum puer est in mortis articulo, possit baptizari cum forma dubia, si nemo adest, qui sciat certam formam? Ex p. 5. tr. 3 r. 4. ib.

76. An Baptismus collatus in extrema parte comæ, vel in secundina, si iam defluxeret, & quasi penderet, sit validus? Et supponitur Baptismum collatum in capillis, & super secundinam circumdantem corpusculum infantis esse validum. Sed notatur, quod Baptismus collatus in capillis debet postea iterari sub conditione. Et quid est dicendum, si aqua Baptismi solum contingeret vngues? Ex p. 10. tr. 16. & Misc 6. resol. 19. alias 18. p. 50.

77. An in mortis articulo infans sit baptizandus in vmbilico, per quem à matre sugit infans, & illi coniungitur? Et in dicto casu ita baptizatus, an sepeliendus sit Ecclesiastica sepultura? Ex p. 5. tr. 3. resol. 15. p. 51.

78. An qui recipit in periculo mortis Baptismum ex opinione probabili, v. g. in digito, capillis, pedibus, manibus, &c. & in materia dubia cum gutta aquæ &c. deberet, si vixerit, iterum sub conditione baptizari? Ex p. 5. tr. 3. resol. 11. ibid.

79. An si quis probabiliter putet se non fuisse baptizatum, possit adhuc recipere Sacramenta? Et supponitur esse iterandos omnes Baptismos sub conditione, in quibus baptizans vsus est opinione probabili circa substantialia, vt v. g. circa formam, vt si baptizaret in nomine Christi, vel Geniti, & Procedentis ab vtroque, & sic de aliis formis dubiis. Idem est circa materiam, vt si quis baptizaret cum gutta aquæ, cum lixiuio, glacie, rore, vel niue nondum resolutis; aut si baptizaretur infans non in capite, pectore, aut scapulis, sed in manu, pede, brachio, vel alia sui corporis parte. Item, si detur solum probabilis applicatio materiæ, vel formæ, aut aliorum essentialium, inter quæ intentio Ministri est, iterandum est Sacramentum sub conditione. Et in §. penultimo huius Resolutionis, aliqui casus adnotantur pro baptizatis à diuersis personis, & gentibus in casu necessitatis, in quibus aduertitur, quod Baptismus debet iterari sub conditione. Sed iam

omnes

omnes casus magis lato in suis specialibus Resolutionibus in hoc novo Ordine ad hunc tractatum sunt conducti. Sed adhuc superest difficultas, quid praestare debeant Episcopus, Sacerdos, & Confessarius, ita quilibet dubius de suo Baptismo; an Baptismum iterari sub conditione necessarium sit? Et quid etiam praestare tenentur, qui ordines ab Episcopo, & absolutionem Sacramentalem perceperunt a Confessario de suo Baptismo dubius? Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. res. 20. alias 19. ibid.

80. *An infans repertus in valvis Ecclesiae, vel alicuius domus sit baptizandus sub conditione? Et quid, si scriptum habeat collo appensum esse baptizatum? Et an etiam in dicto casu baptizandus sit sub conditione, si praedictus infans ita repertus fuerit in terris Infidelium?* Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. res. 85. p. 52.

81. *An infans expositus ad Ecclesiae, vel domus alicuius valvas cum scriptura collo appensa baptizatum esse testificante, sit baptizandus sub conditione? Et infertur quid dicendum sit de baptizatis domi ab obstetricibus? Et quid, si quaeras an baptizatos ab Haereticis liceat sub conditione baptizare?* Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. res. 34. alias 35. p. 53.

82. *An infans in domo baptizatus ab obstetricibus possit iterum in Ecclesia baptizari saltem sub conditione? Et ita baptizans an peccet, & sit irregularis?* Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. res. 86. p. 54.

83. *An baptizati in periculo mortis debeant postea in Ecclesiis caeremonias omissas supplere? Et an si quis omitteret supplere in Ecclesia solemnitates omissas in privato Baptismo, secluso scandalo, non peccet nisi venialiter?* Ex p. 5. tr. 3. res. 6. p. 55.

84. *Qui sub nomine Principum in Rituali Romano Pauli V. & in Clementina unica de Baptismo intelligantur, ut eorum filii extra Ecclesiam in domo baptizari possint?* Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 4. res. 37. alias 38. ibid.

85. *An licitè baptizentur filii Haereticorum, si sub cura Parentum probabiliter timeatur periculum perversionis eorum?* Ex p. 5. tr. 4. res. 7. ibid.

86. *An in mortis articulo filii Infidelium sint, invitis Parentibus, baptizandi? Et an, secluso mortis periculo, non sit licitum, invitis Parentibus, baptizare à Dominis suis filios servorum infidelium?* Ex p. 5. tr. 3. res. 20. p. 56.

87. *Utrum liceat baptizare infantes filios Infidelium, invitis Parentibus, etiam si Parentes infideles subditi sint Principibus Christianis; imo etiam si fuerint Christianorum servi? Et an Domini teneantur hoc facere?* Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. res. 45. ibid.

88. *An filii Infidelium, qui Mancipia sunt Christianorum possint baptizari, invitis Parentibus? Et quid dicendum in casu, quod infans esset in certo periculo mortis? Et an infans baptizatorum, quamvis Haereticorum, & Apostatarum valide possint baptizari, invitis eorum Parentibus? Et an liceat baptizare filios Infidelium, etiamsi in potestate Christianorum per iniuriam veniant, quando eorum Parentibus restitutio non est possibilis?* Ex p. 7. tr. 7. res. 68. alias 67. p. 57.

89. *An in tali casu liceat Dominis baptizare infantes filios Infidelium non separando illos à Parentibus?* Ex p. 7. tr. 7. res. 69. alias 68. ibid.

90. *An in casibus, in quibus licitum est baptizare filios Infidelium, teneantur Domini hoc facere sub onere peccati mortalis?* Ex p. 3. tr. 4. res. 1. p. 58.

91. *An Domini, qui possunt proles suorum Mancipiorum, illis invitis baptizare, ad id teneantur?* Ex p. 7. tr. 7. res. 70. alias 69. ibid.

92. *An filii Infidelium post septennium, si sit dubium; sint nec ne rationis compotes, sint, invitis Parentibus baptizandi?* Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. res. 40. ibid.

93. *An cognatio spiritualis contrahatur in Baptismo à Patrinis, si non fuerint designati etiam à Parocho, sed tantum à Parentibus, vel tutoribus baptizandi. Ex quo alia deducuntur in textu huius Resolutionis circa praedictum casum.* Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. res. 50. p. 59.

94. *Aliqua curiosa circa Patrinum Baptismi notantur. Primo, quod uxor simul cum marito filium alterius in Baptismo suscipiens, nulla authoritate reperitur prohibitum. Secundò, quod duo viri etiam soli, aut duae mulieres etiam solae non possunt esse susceptores in Baptismo: ex quo colligitur Parochum contra hoc ex Decreto Concilii facientem peccare mortaliter. Tertiò, quod Haereticus possit in Patrinum admitti, cum Catholicus commodè reperiri non possit. Quartò, quod quando baptizatur filius Parentum Infidelium Minister baptizans, & tenens contrahit cognationem spiritualem cum his Parentibus non baptizatis.* Ex p. 9. tr. 7. & Misc. 2. res. 51. ibid.

95. *An non baptizatus possit esse Patrinus in Baptismo, & cognationem contrahat? Idem est in Confirmatione. Et an recipiens postea Fidem, & Baptismum possit validè coniugari cum persona baptizata, aut cum Parentibus eius? Idem est dicendum in hoc ultimo casu, si persona infidelis baptizet infantem. Et quid de Cathecumeno, Haeretico, & de aliis diversis personis baptizantibus, vel rebaptizantibus, aut sufficientibus baptizatum.* Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. res. 89. p. 60.

96. *Possint ne in Baptismo assumi in Patrinos duo viri, unus ut interveniat nomine proprio, alter Procuratorio in nomine mulieris? Et supponitur, quod numerus Patrini in Baptismo designatus, & quoad summum ex Concilio Tridentino debent esse duo, vir, & foemina: Et an supra id Episcopus dispensare possit? Et an quilibet puer in quacunque aetate, dummodo sit capax rationis ad peccatum mortale committendum, possit obire munus Patrini? Et notatur, quod quando quis suscipit aliquem in Baptismo per Procuratorem, quod neque ipse, neque Procurator contrahunt cognationem spiritualem. Idem est, quando quis mittit Nuntium, aut Procuratorem, ut in nomine suo alium baptizet, aut confirmet. Et an munus Patrini, & impedimentum ex eo proveniens solum in Baptismo solemni locum habeat; tametsi susceptor in Baptismo privato vellet munus Patrini exercere? Et cursim docetur, quod baptizans privatim spiritualem cognationem contrahit cum baptizato eiusque Patre, & matre. Et quid, si laicus baptizat in necessitate?* Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. res. 30. alias 29. p. 61.

97. *An in privato Baptismo tempore necessitatis sit adhibendus Patrinus, & an contrahat spiritualem cognationem? Et quid, si talem infantem quis teneat in dicto casu ex proposito, ut Patrini munus obeat; an contrahat cognationem spiritualem? Et an improbanda sit consuetudo, secundum quam quibusdam in locis Catholici Patrini existunt filiis Haereticorum baptizante illos Ministro haeretico in forma Sanctae Trinitatis?* Ex p. 3. tr. 4. res. 18. p. 63.

98. *An infanti moribundo, quando confertur Baptismus, sit adhibendus Patrinus? Et in dicto casu, si quis materialiter teneat infantem, ideo Patrinus efficiatur? Et quid dicendum, si infantem teneat ex proposito, ut Patrini munus obeat, an sit verus Patrinus, atque cognationem spiritualem contrahat, vel necessarium sit, ut Baptismus debeat esse solemnis ad contrahendam dictam cognationem spiritualem?* Ex p. 5. tr. 3. res. 7. ib.

99. *An qui tenet infantem in Baptismo nomine alterius, contrahat ipse cognationem spiritualem, vel ille, qui eum misit? Et an dicta cognatio spiritualis contrahatur ex Baptismo, sive in Ecclesia, sive domi, sive cum caeremoniis; sive sine illis ministrato? Et an qui tunc assumuntur in Patrinos eamdem contrahant cognationem, si prolem offerant ad Baptismum tanquam Patrini, & ut tales eius curam suscipiant? Et quid, si quis non tetigit infantem in Baptismo, quamvis in Patrinum assumatur; quod idem est dicendum de Confirmatione: Et quando post Baptismum domi collatum propter* necessita

---

Nunc autem, vt clariùs, citiùs, & commodiùs pateat aditus ad cæteras alias omnes Resolutiones, difficultates, & quæstiones pertinentes etiam ad hunc *Tract. 1. de Sacramento Baptismi huius Tom. 1.* quæ mistæ sunt, vel latent, aut obiter author tangit in reliquis omnibus aliis Tomis, Tractatibus, & Resolutionibus huius totius operis; ideo hîc illas assigno, & transcribo, & sunt quæ sequuntur.

Et hac ratio, & dispositio erit in omnibus cateris aliis tractatibus huius totius operis.

Baptismum suscipiendum? Ex p.9. tr. 3. ex res. 5. & 3. *Quæ hic sunt infra* in tract. 3. de Pœnitentia res. 145. & 142.

An sit peccatum proferre verba, & formam Baptismi sine vera aqua? Ex p. 19. tr. 11. res. 12. *Quæ hic est infra* in tr. 7. de Circumstantiis, res. 74.

An si Sacerdos super materiam legitimam proferat verba formæ, v. g. sine intentione baptizandi, etiamsi postea intentionem adhibeat, nihil efficiat? Ex p. 10. tr. 13. ex res. 20. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 2. tr. 6. res. 100.

An qui in forma Baptismi omitteret Amen, Ego, In, *conficeret Sacramentum, vel saltem peccaret mortaliter? Et quid si in forma Baptismi aliquis diceret*, Ego te Baptizo in nomine Patria, Filia, & Spiritua Sancta, *an sit validus Baptismus? Et an si in Baptismo omittatur magna pars cæremoniarum, quas Ecclesia præscribit, sit peccatum mortale?* Ex p. 2. tr. 17. ex res. 14. §. 2. & 3. & in p. 10. tr. 16. ex res. 37. alias 36. *Quæ hic reperientur* in tom. 2. tr. 1. de Celebrat. Missarum res. 222. & 191.

An Episcopus consecrans Chrisma pro Sacramento Baptismi in statu peccati mortalis, peccet mortaliter? Et an si Episcopus omittat aliquam cæremoniam appositam in Pontificali pro benedictione supra dicta Chrismatis, dicatur, hoc non obstante, Chrisma benedictum? Ex p. 5. tr. 13. ex res. 73. & ex p. 6. tr. 8. ex res. 21. *Quæ hic sunt* in tom. 3. tr. 3. de Episcopis, res. 81. & 82.

An præceptum sumendi Baptismum obliget Infideles? Ex p. 8. tr. 7. ex res. 81. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 2. tr. 2. de Communione res. 4.

An si adsit spes, vt possit fœtus in lucem prodire, teneatur mater infirma cum periculo vitæ medicamento non adhibere, vt fœtus baptizetur? Et an quando mater probabiliter se esse in statu peccati mortalis timet, teneatur abstinere se à supra dictis medicamentis, si speretur, vt dictum est, fœtum in lucem edendum, & baptizandum fore? Sed tota difficultas est in casu vero, quod mater esset moraliter certa de sua vita spirituali, an tunc teneatur pati mortem corporalem pro vita spirituali prolis? Ex p. 7. tr. 5. ex res. 37. & 38. *Quæ hic reperientur* in tom. 5. tr. 6. de Abortu res. 41. & 42.

An qui inuaditur, possit se tueri cum periculo mortis alicuius infantis sine Baptismo morituri? Ex p. 5. tr. 4. ex res. 34. *Quæ hic est* in tom. 8. tr. 5. de Homicidio res. 18.

An peccet mortaliter si quis non baptizatum baptizat sub conditione? Et an rebaptizantes aliquem scienter sub conditione incurrant irregularitatem? Et an Parochus, qui rebaptizauit sub conditione infantem expositum cum schedula de collato Baptismo sit tanquam irregularis repellendus à collatione eiusdem beneficij? Et resolutio huius casus pendet ex illa quæstione, an illicite baptizetur infans expositus cum schedula testificante illum fuisse baptizatum? Et quid si talis expositus sit inter Sarracenos, aut Iudæos, si haberet tale testimonium, aut schedulam esse baptizatum? Et an infans ab Infidelibus captus, sit postea baptizandus sub conditione, pro quo casu adducitur pulchrum dubium, & multa explanantur, quæ contingere possunt in supra dicto casu, & aliis pro Baptismo? Et an laicus solemniter baptizans incurrat irregularitatem? Idem est de illo, qui solemniter ministrat Baptismum sine ordine requisito. Et an irregularitas homicidij tollatur per Baptismum? Et an etiam ea, quæ contracta est ex defectu Sacramenti, vt bigamia? Ex p. 3. tr. addit. res. 6. & 10. & ex p. 10. tr. 16. ex res. 87. & ex p. 4. tr. 2. ex res. 77. & ex p. 10. tr. 11. ex res. 21. & ex p. 4. tr. 2. ex res. 51. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 5. tr. 5. res. 42. 21. 22. 24. 19. & 145.

An qui fictè baptizat incurrat irregularitatem? Ex p. 9. tr. 7. ex res. 26. *Quæ hic reperietur* in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio, res. 169.

Quis possit dispensare in hac irregularitate iterandi Baptismum? Ex p. 10. tr. 11. ex res. 12. *Quæ hic est* in tom 4. tr. 5. de Bulla Cruciatæ res. 132.

An quando dubitatur, sit ne infans baptizatus, sepeliendus est in loco sacro, v. g. si infans fuerit baptizatus in secundina, pede, &c. siue dubium sit in suscipiente, siue in conferente, siue in materia, siue in forma? Ex p. 4. tr. 3. ex res. 69. & in p. 5. tr. 3. ex res. 112. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 8. tr. 8. de casibus occurr. temp. mortis, res. 7. & 6.

An infans filius fidelis recentissime natus, si ante Baptismum moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, illam polluat? Et an in Ecclesia polluta possit Baptismus ministrari? Et an Christianus fingens se Infidelis potens se baptizare, vt certam pecuniarum summam accipiat, debeat abiurare? Ex p. 11. tr. 8. ex res. 22. & 23 & in p. 9. tr. 8. ex res. 45. *Quæ hic reperientur* in tom. 9. tr. 1. de Immunit. Ecclesiæ res. 144. 131. & 107.

An Inquisitores possint punire reum, qui fuit baptizatus inualidè ex defectu formæ, materiæ, vel intentionis? Et quid, quando dubitatur, an reus sit baptizatus? Ex p. 4. tr. 8. ex res. 78. & 113. *Quæ hic sunt* in tom. 5. tr. 10. de Inquisitoribus res. 85. & 86.

An Sacerdos incidat in Bullas Pontificias, si solicitet fœminam in Sacramento Baptismi? Ex p. 4. tr. 5. ex res. 16. *Quæ nunc est* in tom. 5. tr. 9. de Solicitatione in confessione res. 63.

An qui copulam sodomiticam habuit cum baptizato à se, vel cum eo, qui leuauit ex Baptismo, teneatur in confessione hanc circunstantiam explicare? Ex p. 7. tr. 12. ex res. 17. *Quæ hic est infra* in tr. 7. de Circunstantiis, res. 139.

Pro Sacramentis in genere. An cui difficilis est contritio, tamen possibilis, cum periculo vitæ obligatus quis sit Sacramenta ministrare? Ex p. 7. tr. 3. ex res. 27. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 7. tr. 4. de Correctione res. 19.

An soli homines viatores, & cum vocibus naturalibus possint ministrare Sacramenta, non vero Angeli siue boni, siue Angeli mali? Et docetur in Beatis manere Characterem, & ita sic indelebilis, vt etiam post mortem tam in beatis, quam in damnatis permaneat, vt maneat cum potestate sibi annexa ad valide recipienda, vel danda alia Sacramenta. Et discutitur, an de facto aliquod Sacramentum fuerit ab Angelis, vel Beatis ministratum? Ex p. 12. tr. 1. res. 111. & 23. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tr. 8. de Consecrat. Episc. res. 111. & 23.

An Pontifex possit suis præceptis ita obligare quo ad administrationem Sacramentorum, vt aliquando excusemur ab obseruatione præcepti Diuini? Et ex doctrina huius quæstionis inter alia, quatuor diuersi casus inferuntur in textu huius Resolutionis, quos in promptu omnes Confessarij, & Sacerdotes habere debent, quia sæpe possunt contingere in praxi, & sunt valde notandi. Et an Pontifex possit aliquibus interdicere vsum Sacramentorum? Et pro praxi huius difficultatis aliqui diuersi casus adducuntur in corpore huius Resolutionis. Et an Pontifex possit præcipere, vt in articulo mortis, deficiente materia certa, ministrentur Sacramenta cum materia dubia? Idem dicendum est, si non occurrat alius certiorem habens potestatem, vel qui certiorem formam adhibeat. Et in casu extremæ necessitatis non solum possit adhiberi Sacramentum cum materia, forma, & Ministro dubio, sed etiam adesse obligationem Charitatis sic ministrandi, secluso præcepto particulari Pontificio. Et notatur, quod in prædictis casibus contentis in textu huius Resolutionis, & similibus, si recipientes Sacramentum superuixerint, essent denuo eis ministranda Sacramenta sub conditione. Et an Pontifex suppleat defectum iurisdictionis in ministrantibus Sacramentum cum opinione probabili? Et ex doctrina huius quæstionis patet, quod qui solum habent titulum coloratum generatim peccare

vsurpatione iudicij, quia quantum in ipsis est, vsurpant potestatem, quam non habent. Et an Pontifex suppleat iurisdictionem in ministratione Sacramentorum, stante errore communi absque titulo colorato? Et quid est dicendum in casu, quo adest error communis, & titulus coloratus. Et inter alia, quæ ex doctrina Superioris quæstionis deducuntur, tandem infertur, an sit falsum, quod si in Pontificem eligeretur fæmina, communi circa sexum concurrente errore, valeant per eam, velut Pontificem facta? Ex p.8.tr. 1.ex ref. 78. 79.49.93. & 94. *Quæ hic sunt* in tom.3. tr.1.de potest. Pontificis quoad Sacramenta ref.1.2. 3.4 & 5.

An sine scandali peccato possim redimere vexationem iniustam in administratione Sacramentorum præbendo pecunias? Idem est pro audiendo Sacro in die festiuo, & ministranda Eucharistia. Ex p.5. tr.7. ex ref. 16. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 7. tract. 5. de Scandalo ref. 4.

An quis in administratione Sacramentorum possit vti materia, forma & Ministro probabili, relicto certo? Ex p. 9.tr. 7. ex ref. 59. *Quæ hic est* in tom. 8. tr.1.de opinione probabili ref. 5.



TRACTATVS II.

De Sacramento Confirmationis. p. 69.

1. *AN balsamum requiratur in Confirmatione de necessitate Sacramenti? Et an sit de necessitate Sacramenti Confirmationis, vt Chrisma sit per Episcopum consecratum? Et an Summus Pontifex possit simplici Sacerdoti talem consecrationem committere? Et an simplex Sacerdos possit hoc Sacramentum ministrare?* Ex p. 3. tr. 4. ref. 23. ibid.

2. *Quanta balsami quantitas sufficiat pro materia Sacramenti Confirmationis, vt admisceatur Oleo? Et an si forte subsidente balsamo ex oleo supernatante conferatur Sacramentum, validè & licitè conferatur? Et quid è contra? Et notatur, quod si Sacramentum Confirmationis collatum fuerit tantum cum Oleo sine balsamo, esset tamen reiterandum non tamen absolutè, sed sub conditione. Et an balsamum non sit de necessitate Sacramenti, sed præcepti? Et docetur non peccare Episcopum, qui in Confirmatione vngeret alio digito, quam dextero pollice.* Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. ref. 13. ibid.

3. *De forma Sacramenti Confirmationis. Et in textu huius Resolutionis aliqua dubia, & difficultates deciduntur pro praxi supra dictæ quæstionis.* Ex p.3, tr. 4. ref. 27. p. 70.

4. *An Episcopus non confirmatus ministrans Sacramentum Confirmationis peccet mortaliter? Ex quo infertur, an sit peccatum mortale suscipere, vel conferre Ordinem ante Confirmationem, vel antequam ordinem conferens sit confirmatus?* Ex p.9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 46. alias 47. ibid.

5. *An Episcopus existens in peccato mortali, si Sacramentum Confirmationis in eodem tempore, v. g. centum personis conferat, committat centum peccata mortalia? Ex quo infertur idem esse dicendum de Confessario in peccato plures confessiones eodem tempore excipiendo? Et quid de Sacerdote ministrante Eucharistiam in peccato? Et an laicus in peccato mortali ministrans Eucharistiam in necessitate moribundo non peccet, sicuti non peccaret, si ministraret Baptismum in peccato? Imò neque Sacerdos in extrema necessitate baptizans in peccato mortali non peccat. Et an qui ministrat Sacramentum in peccato, committat duo peccata, vnum omissionis, quia non conteritur, alterum commissionis quia indignè ministrat? Et quid de Subdiacono, & Diacono cantantibus Epistolam, & Euangelium ex consuetudine in peccato; an peccent mortaliter, vel tantum venialiter?* Ex p.9. tr.7. & Misc. 2. ref. 58. p. 71.

6. *An sit de necessitate Sacramenti, vt Vnctio in Confirmatione adhibeatur ab Episcopo in fronte? Et an peccet mortaliter Episcopus, si talem Vnctionem non faciat in fronte, & efficiat Sacramentum nullum? Et an etiam de necessitate Sacramenti sit adhibenda prædicta Vnctio immediatè manu propria Episcopi, nullo medio instrumento, & in figura Crucis?* Ex p.9. tr. 8. & Misc.3. ref. 30. p.73.

7. *An Episcopus, qui in Confirmatione vngeret alio digito, quam dextero pollice, peccaret mortaliter? Et vtrum talis variatio sit materia grauis, aut leuis? Et an sit de necessitate præcepti, & Sacramenti, quod Vnctio Confirmationis fiat immediatè manu Confirmantis sub signo Crucis; Vnde nunquam sit efficienda medio aliquo instrumento, vt tempore pestis potest dari Sacramentum Extremæ Vnctionis?* Ex p. 4. tr. 4. ref. 22. p. 74.

8. *An hoc Sacramentum Confirmationis sit conferendum immediatè manu Episcopi, ita vt sit nullum, si conferatur pollice sinistro, & non dextero; vel alio digito, vel quouis alio instrumento siue coniuncto, siue separato?* Ex p.3. tr.4. ref. 28. ibid.

9. *An Episcopus ministrans publicè in Ecclesia Sacramentum Confirmationis sine Pluuiali, Mithra, & Baculo Pastorali peccet mortaliter? Et quid est dicendum, si Episcopus confirmando omitteret tantum vnum ex indumentis sacris? Ex quo deducitur, an Sacerdos faciendo Sacrum excusetur a mortali omittendo cingulum, aut manipulum ratione paruitatis materiæ? Et quid, si Episcopus omitteret infligere alapam, quando ministrat Sacramentum Confirmationis? Et ex consequentiis huius Resolutionis patet Resolutio alterius casus, nempè Episcopum ministrantem ordines sacros statim post Missam sine aliis indumentis peccare mortaliter; sicut Sacerdotem ministrantem Sacramentum Baptismi, & Extremæ Vnctionis sine vestibus sacris.* Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 2. ref. 31. ibid.

10. *An Episcopus in sua Diœcesi peccet, si confirmet subditos alterius Episcopi, & hoc extra Ecclesiam, & post prandium? Et an cæteris paribus per Sacramentum Confirmationis maior gratia conferatur, quam per Baptismum, & per vllum aliud Sacramentum, excepto Ordine? Et notatur non esse peccatum veniale recipere Eucharistiam ante hoc Confirmationis Sacramentum.* Ex p. 4. tract. 4. & Misc. ref. 50. p. 76.

11. *Quidam Episcopus in sua Diœcesi confirmauit subditum alterius Episcopi, & hoc extra Ecclesiam, quæritur, an peccauerit? Et an etiam ita confirmatus etiam peccet? Et cursim aduertitur esse peccatum mortale baptizare aliquem extra Ecclesiam sine necessitate?* Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 17. ibid.

12. *An Episcopus possit confirmare aliquem afferentem dimissorias sui Episcopi, vt ordinetur? & notatur Episcopum confirmantem in sua Diœcesi subditum alterius in nullam censuram, aut culpam incurrere. Et si Episcopus ordinet aliquem non confirmatum, quæritur, an peccauerit mortaliter; sicut etiam idem dicendum est de illo, qui vult suscipere Ordines, si non sit confirmatus.* Ex p.3. tr. 4. ref. 24. p. 77.

13. *An infantibus ante vsum rationis morituris possit conferri Sacramentum Confirmationis? Et notatur, quod confirmare infantes non est prohibitum etiam sine causa.* Ex p. 5. tr. 3. ref. 31. ibid.

14. *Vtrum pueri ante septennium possint aliquando Sa-*

cramentum

cramentum Confirmationis accipere? Et an sit peccatum mortale confirmare infantem ante septennium sine aliqua causa iusta? Ex p. 3. tract. 4. res. 19. p. 78.

15. *An infantes filij Principum, vel si periculum mortis immineat, vel ob alias honestas causas ante usum rationis possint ab Episcopo confirmari? Et an sit peccatum mortale confirmare infantes ante septennium, & usum rationis? Et an sit licitum confirmare non solum amentem, qui aliquando usum rationis habuit, si alioquin non constet incidisse in amentiam in statu peccati mortalis, sed etiam perpetuo amentes, atque adeò etiam illos, qui sunt in articulo mortis constituti? Et notatur, quod Episcopus non est damnandus de peccato, si hoc facere permittat.* Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 93. ibid.

16. *An perpetuò amentes sint confirmandi? Et infertur licitum esse confirmare amentem, qui aliquando usum rationis habuerit, si alioquin non constet incidisse in amentiam in statu peccati mortalis. Et an secluso scandalo & contemptu, non peccet mortaliter, si quis Sacramentum Confirmationis non accipiat, etiam si ad recipiendum adsit notabilis negligentia?* Ex p. 3. tr. 4. res. 20. ibid.

17. *An quis peccet mortaliter non suscipiens Sacramentum Confirmationis, dum modo non adsit contemptus? Et an notabilis negligentia contemptus censeatur; vt si quis, data opportunitate suscipiendi illud Sacramentum, qualem postea facilè non habiturus sit, illud suscipere intermittat? Et notatur, quod per accidens, vt ratione scandali, possit omissio huius Sacramenti esse peccatum mortale.* Ex p. 3. tract. 4. res. 25. p. 79.

18. *An adultis in articulo mortis possit ministrari Sacramentum Confirmationis? Et an sit praeceptum, data opportunitate, suscipiendi Confirmationem?* Ex part. 5. tract. 3. res. 30. ibid.

19. *An in aliquo casu in articulo mortis teneatur quis sumere Sacramentum Confirmationis? Et an sit peccatum saltem veniale omittere hoc Sacramentum?* Ex p. 5. tract. 3. res. 32. p. 80.

20. *An liceat ministrare hoc Sacramentum Confirmationis personaliter interdicto, qui causam dederit? Et an hoc idem dicendum sit de Sacramento Baptismi? Et an qui sic ministrat vtrumque horum Sacramentorum non peccet per violationem interdicti, sed quia ministrat in peccato mortali, & proindè non faciat duo peccata; primum, quia ministrat in peccato; secundùm, quia violat interdictum?* Ex p. 5. tract. 10. res. 63. ibid.

21. *Notabilia quaedam circa Patrinum in Sacramento Confirmationis. Et inter alia tandem quaeritur, an Religiosi Mendicantes possint esse Patrini in hoc Sacramento? Et quid de Episcopis Religiosis?* Ex p. 3. tr. 4. res. 21. p. 81.

22. *An non confirmatus suscipiens in Confirmatione patrum contrahat cum illo, eiusque Parentibus cognationem spiritualem? Et quid de non baptizato in Sacramento Baptismi?* Ex p. 3. tract. 4. res. 26. ibid.

23. *An omnes Religiosi tam Mendicantes, quam non Mendicantes, & Sanctimoniales etiam licitè possent obire munus Patrini in Baptismo, & Confirmatione? Et quid de Canonicis Regularibus? Et notatur, quod si Abbates, & Monachi in Baptismo, & Confirmatione aliquem susciperent, licet peccarent mortaliter, spiritualem tamen cognationem contraherent. Nulla tamen est difficultas Episcopos, & Cardinales Religiosos posse munus Patrini in Baptismo, & Confirmatione exercere.* Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 2. res. 31. aliàs 32. ibid.

24. *An in Confirmatione vnus solus possit adhiberi Patrinus? Et an si plures de facto teneant confirmatum, omnes contra hant cognationem, quamuis non plures quam vnus vir, aut faemina accedere debeat? Et notatur, quod Pontificale Romanum vult, quod masculi faeminis Patrini esse non possint, & è contra. Et quaeritur, an sit praeceptum sumendi Sacramentum Confirmationis? Et an nec venialiter peccet, qui secluso scandalo & contemptu, hoc Sacramentum omitteret?* Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. res. 90. p. 82.

Nunc verò sequuntur reliquae omnes aliae difficultates, & quaestiones, quae dispersae sunt, inseruntur, vel obiter ab Authore adnotantur in caeteris aliis Tomis, Tractatibus, & Resolutionibus huius totius operis, quae simul pertinent ad huuc *Tract. 2. de Sacramento Confirmationis huiu primi Tomi* ad maiorem & clariorem notitiam omnium difficultatum, quaestionum, & Resolutionum huius totius operis.

AN Pontifex possit praecipere sub peccato sumptionem Sacramenti Confirmationis? Et an sit praeceptum diuinum naturale obligans sub mortali ad susceptionem huius Sacramenti, si commode potest suscipi? Sed difficultas est quoad praeceptum diuinum positiuum. Et an praeceptum Concilij de praeuia Confirmatione ante Tonsuram, & Ordines importet peccatum mortale, aut veniale? Et an Pontifex possit dispensare, vt infantes ante vsum rationis confirmentur? Et an sine Pontificia dispensatione possint in aliquo casu infantes ante vsum rationis confirmari ex iusta causa? Ex p. 8 tr. 1. ex res. 47. & 46. *Quae nunc inueniuntur in tom.* 3. tr. 1. de Potest. Pontificis quoad Sacramenta res. 9. & 10.

An Pontifex possit delegare potestatem ministrandi Sacramentum Confirmationis? Et an sit de Fide Presbyterum posse esse Ministrum Confirmationis ex dispensatione? Et vtrum Pontifex legitimè electus, sed nondum in Episcopum consecratus possit hanc potestatem simplici Sacerdoti concedere? Et an haec concessa simplici Sacerdoti expiret mortuo Pontifice; vel si concessa est ex causa, cessante expiret? Et an Pontifex possit dispensare ad ministrandum Sacramentum Confirmationis Sacerdotem solum priori ordinatione consecratum? Et an haec potestas concedendi facultatem simplici Sacerdoti ad administrandū Sacramentum Confirmationis, pertineat priuatiuè ad Summum Pontificem? Et an verò ex diuina institutione, vel ex solo praecepto Ecclesiae oriatur, quod Episcopus non possit eam facultatem delegare in sua Dioecesi? Ex p. 8. tract. 1. ex res. 3. 4. & 5. *Quae hic reperiuntur* in tom. 3. tract. 1. de Potestate Pontificis res. 11. 12. & 13.

An si Pontifex dispensaret sine iusta causa, vt simplex Sacerdos conferat Sacramentum Confirmationis, dispensatio sit valida? Et an Pontifex possit variare modum benedictionis Chrismatis? Et infertur, an possit Pontifex indirectè efficere, vt nullus Episcopus validè hoc Sacramentum conferat? Et an Episcopus benedicens Sacrum Chrisma in statu peccati mortalis peccet mortaliter? Et an Pontifex possit permittere, vt Graeci in Sacramento Confirmationis vtantur hac forma: Signaculum doni Spiritus Sancti*? Et an in forma latina hoc Sacramentum perficiatur ante expressionem diuinarum Personarum? Et an talis expressio in forma huius Sacramenti sit essentialis? Et quid de aliis verbis:* Signo te signo Crucis, &c? *Et confirmatur supra dicta sententia, in qua expenduntur omnes difficultates, quae continentur in praeterita Resolutione.* Ex p. 8. tract. 1. ex res. 6. 7. 8. 9. & 10. *Quae hic sunt* in tom. 3. tract. 1. de Potest. Pontificis res. 14. 15. 16. 17. & 18.

An

An Pontifex, si balsami copia desit, possit dispensare, vt Sacramentum Confirmationis administretur cum solo oleo oliuarum? Et latè docetur, an balsamum in Sacramento Confirmationis sit de necessitate Sacramenti, vel de necessitate præcepti? Et an Pontifex possit committere facultatem simplici Sacerdoti non solum (vt dictum est) administrandi Sacramentum Confirmationis, sed etiam consecrandi Sanctum Chrisma? Ex p. 8. tract. 1. ex resol. 11. & 12. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 3. tract. 1. de Potest. Pontificis res. 19. & 20.

An si Episcopus omittat aliquam cæremoniam appositam in Pontificali pro benedictione Chrismatis, dicatur, hoc non obstante, Chrisma benedictum, Ex p. 6. tr. 8. ex res. 21. *Quæ hic reperietur* in tom. 3. tract. 3. de Episcopis res. 82.

An Sacramentum Confirmationis possit sine lumine ministrari absque lethali culpa? Ex p. 10. tract. 11. ex res. 40. *Quæ hic est* in tom. 2. tract. 2. de Communione res. 81.

An Chrisma postquam semel vnxit in hoc Sacramento, possit assumi pro nouo Sacramento Confirmationis? Ex p. 9. tract. 3. ex res. 5. *Quæ hic est infra in proximo sequenti* tract. de Pœnitentia res. 145.

An liceat in hoc Sacramento Confirmationis vti Ministro, materia, & forma probabili, relicta certa? Ex p. 9. tract. 7. ex res. 59. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 8. tract. 1. de opinione probabili, res. 5.

An si Episcopus in Sacramento Confirmationis proferat verba formæ super legitimam materiam, sine intentione confirmandi, si postea intentionem adhibeat, nihil efficiat? Ex p. 10. tract. 13. ex res. 20. *Quæ hic reperietur* in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio res. 100.

An si finita forma antequam finiatur Vnctio Confirmationis, quis moriatur, sit itaque confirmatus? Et an Episcopus qui post Vnctionem Confirmationis statim pronunciauit formam, validè confirmet? Et an in Sacramento Confirmationis exprimenda sit persona suscipientis hoc Sacramentum? Et an illud pronomen, Ego *& illa dictio* Amen, *sint de necessitate huius Sacramenti? Et an quis contrahat cognationem spiritualem, si non tetigerit contactu physicè infantem in Confirmatione? Et an Infidelis, si susceptor sit, & Patrinus alicuius in Sacramento Confirmationis nullo modo cognationem contrahat cum confirmato? Et an si quis mittit Nuntium, vel Procuratorem, vt in nomine suo alium confirmet, vel sit Patrinus in Confirmatione, contrahat cognationem spiritualem ipse, vel Procurator, aut Nuntius?* Ex p. 5. tract. 3. ex res. 17. §. Sed his in fine, & in p. 3. tract. 4. ex res. 6. & in p. 10. tract. 16. ex res. 92. & in p. 3. tract. 4. ex res. 7. §. Notandum est, & in p. 16. tract. 16. ex res. 89. §. Et post. & ex res. 30. alias 29. *Quæ hic sunt supra in proximo præterito* tract. de Baptismo res. 63. 64. 61. 100. 96. & 97.

Nota, quod supra in prædicto proximo tract. 1. de Baptismo, *sunt multæ quæstiones generales ad omnia Sacramenta, & per consequens quod simul pertinent ad istum* tractatum 2. de Sacramento Confirmationis, *quas ibidem facillimè inuenies in Resolutionibus hic assignatis, & non in aliis, videlicet* à res. 1. vsque ad res. 8. inclusiuè, & à res. 11. vsque ad res. 27. etiam inclusiuè.

An sit absoluendus moribundus, qui non vult recipere Sacramentum Confirmationis? Ex p. 5. tract. 3. ex res. 97. *quæ nunc inuenietur* in tom. 2. tract. 4. de Extrema-Vnctione res. 24.

Quis suscepit ordinem Diaconatus ante Confirmationem, quæritur, an peccauerit mortaliter, & incurrerit irregularitatem? Ex p. 2. tract. 16. ex res. 4. *Quæ hic reperietur* in tom. 2. tract. 5 de Ordine, res. 101.

An Episcopus in Ecclesiis Regularium possit, illis inuitis, ibi confirmare aliquos? Ex p. 3. tract. 2. ex res. 109. *Quæ hic est* in tom. 7. tract. 1. de Regularibus, res. 49.

An necessitas recipiendi Sacramentum Confirmationis habenti iam confesso, vel non habenti peccatum mortale, sit causa sufficiens ad hoc, vt pro illo recipiendo det pecuniam Ministro nolenti aliter ministrare? Ex p. 11. tract. 6. ex res. 32. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 5. tr. 7. De Simonia, res. 14.

An laicus confirmatus possit ex commissione Papæ Confirmationis Sacramentum conferre? Et asseritur, sed non approbatur, quod dum Pontifex simplici Sacerdoti committit ministerium confirmandi illum consecrat in Episcopum. Et an Episcopus non confirmatus peccet postea mortaliter conferendo aliis Sacramentum Confirmationis? Et an relinquere aliquem Ritum in ministratione Sacramenti Confirmationis sit tantum peccatum veniale ratione paruitatis materiæ? Et quid si absque Mithra Episcopus ministraret Sacramentum Confirmationis? Et an, si Episcopus ministraret Sacramentum Confirmationis in aliquo Oratorio priuato Cardinalium, Episcoporum, vel Regularium, peccet mortaliter? Et an Episcopus peccet mortaliter, si in Sacramento Confirmationis adhibeat Vnctionem Chrismaticam confectam ex balsamo adulterino? Et an Episcopus peccet mortaliter, si in Sacramento Confirmationis vteretur Vnctione Chrismatica alterius anni? Et an saltem tempore interdicti non liceat ministrare Sacramentum Confirmationis? Et an iura asserentia Episcopum ministrantem Sacram. Confirmationis debere esse ieiunium importent præceptum vel consilium? Ex p. 12. tract. 1. res. 25. 26. 70. 81. 85. 87. 101. & 59. *Quæ hic reperientur* in tom. 4. tract. 8. de Consecratione Episcopi res. etiam 25. 26. 70. 81. 85. 87. 101. & 39.

Aduertitur, quod in Sacramentis, quæ non sunt de necessitate salutis, vt Confirmatio, &c. satis est, quod Minister, in eius administratione sequatur opinionem probabilem, relicta probabiliori, & tutiore: Ex p. 12. tract. 3. ex res. 4. *Quæ hic est* in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio res. 166.



TRACTATVS III.

De Sacramento Pœnitentiæ; atque de Casibus excusantibus à confessione ante Eucharistiam, ad ornatum Concilij Tridentini *sess. 17. cap. 7. & Can. 11. p. 84.*

1 *AN aqua benedicta deleat peccata venialia, ex opere operato? Et an idem dicendum sit de aliis Sacramentalibus*, Ex part. 3. tract. 4. resolut. 61. ibid.

2. *An Sacerdos ordinatus ab Episcopo sine forma contenta in illis verbis:* Accipe Spiritum Sanctum &c. *si exponeretur ad audiendas confessiones, conficeret Sacramentum Pœnitentiæ?* Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. res. 9. ibid.

3. *An notoriè sufficiens possit ab Episcopo sine examine ad audiendas confessiones admitti? Et an admisso ad audiendas confessiones sine examine possit licentia sine causa reuocari, quia illud fuit priuilegium penitus gratiosum?* Ex p. 7. tract. 11. & Misc. 2. res. 33. p. 86.

4. *An Confessarius validè absoluat, antequam licentia habita ab Episcopo, vel Vicario ducatur in scriptis? Et an licentia confitendi obtenta mediante pecunia sit valida?* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. res. 41. ibid.

5. *An ad suscipiendam confessionem sufficiat rati-*

habitio

habito de præsenti? Et an Sacerdos peccet, si ita Confessionem audire incipiat? Et an sit probabilis opinio, quæ docet ex præsumpta voluntate Superioris posse unum aliquem absoluere? Ex part. 3. tract. 4. resol. 68. ibid.

6. *An reuocatio sine iusta causa facta Sacerdotibus sæcularibus non audiendi amplius Confessiones sit nulla? Idem est de Religiosis. Et an sæculares Sacerdotes approbati etiam sine causa ab eodem Episcopo possint iterum ad examen vocari, sed non reprobari? Et quid circa hoc de Regularibus?* Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. resol. 21. p. 87.

7. *An in approbatione Confessariorum requiratur iudicium interius Episcopi de eorum sufficientia? Et an hoc idem dicendum sit de Examinatore? Et notatur, quod melius est Rusticis pœnitentibus habere aliquos Confessarios ab Episcopo approbatos etiam insufficientis doctrinæ, quam nullos. Et sic Episcopus non peccat, quando carens Sacerdotibus sufficientis doctrinæ etiam pro Rusticis approbat aliquos Sacerdotes in Confessarios pro excipiendis eorum, aut alterius generis hominum confessionibus, vt illos sacramentaliter absoluant.* Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. resol. 17. ibid.

8. *Datur licentia ad audiendas confessiones alienius specialis, quæritur, an expiret morte concedentis re integra? Idem est de facultate dispensandi. Et docetur hoc procedere à fortiori in facultate eligendi Confessarium data per Iubilæum, & Bullam Cruciatæ, & in facultate excipiendi ordines extra tempora, vel non seruatis interstitiis; celebrandi in priuato Oratorio, & in aliis similibus.* Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. resol. 7. p. 88.

9. *An Confessarius hic Panormi ab Episcopo approbatus possit Panormitanum absoluere Romæ, Neapoli, vel aliis in locis extra Diœcesim? Et quid de proprio Parocho, & de Religiosis, qui per approbationem æquiparantur Parocho?* Ex p. 3. tr. 4 resol. 143. alias 144. p. 89.

10. *An Confessarius etiam Regularis approbatus, v. g. ab Episcopo Neapolitano possit excipere confessiones Neapolitanorum in aliena Diœcesi?* Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. resol. 41. alias 39. p. 90.

11. *Vtrum Parochus, v. g. Messanensis possit ex licentia Parochi Panormitani confessiones Panormitanorum in eius Parochia recipere absque approbatione Archiepiscopi Panormitani?* Ex p. 3. tr. 4. resol. 159. alias 160. ibid.

12. *An Parochus possit exponere ad confessiones audiendas approbatos a quocumque Episcopo? Et quid, si Episcopus prohibet suis Parochis, aut Superioribus Regularium, ne Sacerdotes alibi approbatos ad audiendas confessiones in sua Diœcesi exponant? Et an supra dicti Confessarij ex consensu Parochorum audientes confessiones possint puniri ab Episcopo, eo quod in aliena Diœcesi confessiones auscultant. Et quid dicendum, si virtute Cruciatæ hoc faciunt absque noua approbatione? Et an Parochus possit concedere facultatem simplici Sacerdoti ad excipiendas suorum Parochianorum confessiones? Et notatur, quod Superior non potest iuste punire subditum non obedientem ductum ad id probabili opinione.* Ex p. 3. tr. 4. resol. 109. alias 110 p. 91.

13. *An post Concilium Tridentinum Parochi possint exponere ad confessiones suorum subditorum audiendas simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum? Et an saltem Parochus possit exponere alium Parochum ad confessiones audiendas in sua Parochia? Et an Parochi per Bullam Cruciatæ, Iubilæum, &c. sint eligibiles per totum mundum ad confessiones audiendas sine approbatione Episcopi?* Ex p. 3. tr. 4 resol. 145. alias 146. ibid.

14. *An sit opinio probabilis aliquorum Doctorum asserentium posse Parochum simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum exponere ad confessiones suorum subditorum. Et notatur, quod Parochus non potest sibi eligere Confessorem, nisi ab Episcopo approbatum. Et an saltem possit Parochus deputare simplicem Sacerdotem non approbatum ab Episcopo in aliquo casu, v. g. vt si nimium fatigatus sit in Hebdomada Sancta, vel tempore Iubilæi, in quo concurrunt plures confessiones, & approbare Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ad Episcopum longe distantem? Et an saltem possit Parochus exponere ad confessiones suorum subditorum Sacerdotem approbatum à quocumque Episcopo? Et vtrum Regulares quicumque etiam Societatis Iesu non possint administrare Sacramentum Pœnitentiæ sæcularibus absque licentia Episcopi Diœcesani, etiamsi in alia Diœcesi approbati fuerint?* Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. resol. 75. p. 92.

15. *An iam Parochos possint Episcopi aliquoties examinare?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. resol. 59. p. 93.

16. *An Confessarius dubius de sua iurisdictione possit confessiones excipere? Et aduertitur, quod in tali casu non sint peccata iterum confitenda Sacerdoti habenti certam iurisdictionem. Et notatur, quod Confessarius possit absoluere aliquando sub conditione de præsenti dicens:* Ego te Absoluo, si habes vsum rationis. *Idem dicendum est, si iudicare non possit, an pœnitens præbeat sufficientem materiam absolutioni sacramentali. Et an sufficiat in his casibus habere huiusmodi intentionem, seu conditionem in mente retentam absque exteriori prolatione verborum?* Ex part. 4. tr. 3. resol. 38. p. 94.

17. *An quis teneatur aliquando confiteri cum Confessario, de quo dubitatur; an habeat iurisdictionem; vt v. g. si non adest nisi Confessarius approbatus in aliena Diœcesi.* Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. resol. 111. p. 95.

18. *An Sacerdos surdus, non autem mutus possit aliquando Sacramentum Pœnitentiæ ministrare, vt v. g. si quis necessitate pressus adimplendi præceptum annuæ confessionis, non habens aliam Confessarium nisi surdum, teneatur per signa confiteri, vel scribere sua peccata, vt absolutionem obtineat? Et an pœnitens in tali casu excusetur ab obligatione Confessionis Quadragesimalis, quando non potest confiteri nisi per scriptum?* Ex p. 5. tr. 6. resol. 19 ibid.

19. *An Ecclesia tribuat iurisdictionem, quando adest communis error sine titulo collato?* Ex p. 2. tr. 16. & Misc. 2. resol. 43. alias 45. ibid.

20. *De quibusdam confessionibus quoad earum validitatem. Et deducitur solum errorem communem absque titulo colorato sufficere ad validitatem confessionis, & iurisdictionis ad Sacramenta. Et obseruatur, quod in Germania excusantur, qui non obseruant leges Concilij Tridentini à suis maioribus non acceptatas. Et asseritur, quod in dubio, an lex fuerit vsu recepta, non obligat. Et deducitur, quod Superiores Regulares, qui habent annexam Parochiam, & designant Vicarium, possunt illum designare absque Episcopi approbatione.* Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. resol. 69. p. 96.

21. *An sit iteranda confessio facta cum Confessario, qui cum falsa licentia ordinarij excipit aliorum Confessiones? Et quid est sentiendum, si pœnitens sciat priuatum esse Confessarium iurisdictione, quod ipse Confessarius ignorat, & communis populus; an possit pœnitens ab ipso absolutionem petere, & valide conferatur?* Ex p. 3. tr. 4. resol. 121. alias 122. p. 97.

22. *An aliqui Prælati Curiæ Romanæ possint eligere Confessarium virtute* Cap. fin. de Pœnit. & remission. *Et quid de Equitibus D. Ioannis, D. Iacobi, Alcantara, Calatraua, &c. an possint confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario? Et quinam sint supra dicti Prælati exempti in dicto* Cap. fin. *Et cursim deciditur, quis sit habendus pro idoneo Confessario secundum declarationem Concilij Tridentini?* Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. resol. 76. ibid.

23. *Eaume*

23. *Enumerantur aliqui casus, in quibus secundum mentem aliquorum Doctorum confessio erit valida, licet non fuerit facta Confessario ab Episcopo approbato ad mentem Concilij Tridentini* sess. 25. cap. 15. de reformat. *In quibus casibus comprehenduntur Cardinales, & eorum familiares; Episcopi intra, & extra Diœcesim? Episcopi titulares, Imperatores, Reges, & Reginæ; & de Confessariis à Parocho approbatis, & aliquid pro Regularibus etiam agitur.* Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. res. 13. p. 98.

24. *Sequitur eadem materia, & in ordine specialiter ad Regulares. Et quamuis titulus huius Resolutionis videatur pertinere tantum ad Regulares, apponitur hæc Resolutio in hoc tractatu ex eo, quod specialiter controuertitur, pro sæcularibus eligentibus pro Confessario Regularem, pro quibus diuersi casus in textu huius Resolutionis assignantur.* Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. res. 14. p. 100.

25. *An sit melius, ceteris paribus, confiteri proprio Parocho, quam alicui priuilegiato, vt sunt hodie Regulares? Et notatur certum esse, quod quicumque confitetur habenti licentiam à Summo Pontifice audiendi confessiones faciendas ex præcepto Concilij Tridentini, non tenetur etiam semel in anno confiteri Parocho, aut alij vllo de ipsius licentia.* Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. res. 3. p. 102.

26. *An si aliquis sæcularis confiteatur bona fide Confessario ab Episcopo non approbato, confessio illa valida sit? Et an in tali casu pœnitens cum primum id nouit, teneatur iterum peccata confiteri cum approbato? Et an Confessarius, v. g. approbatus Romæ, si mutet domicilium, & proficiscatur Mediolani, possit ibi audire Romanos, etiam si ibi non fuerit approbatus ab Episcopo Mediolanensi? Et an sæcularis mox ingressurus Religionem possit absolui a Regulari non approbato ab Episcopo, sed a Prælato Regulari tantum? Et an Episcopus possit dare subdito potestatem eligendi Confessarium per eamdem potestatem approbando talem, etiam si approbatus antea non sit?* Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. res. 16. p. 103.

27. *An Confessio facta simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo sit nulla: Et quid, si in tali casu pœnitens bona fide confiteatur non approbato seu alieno Sacerdoti; vel si Sacerdos etiam bona fide illam audiat? Et an talis confessio iteranda sit habenti iurisdictionem circa suam? Et notatur, quod Sacerdos sine approbatione absoluens non incurrit [illegible] censuram, aut irregularitatem.* Ex p. 6. tract. 17. & Misc. 1. res. 52. p. 105.

28 *An qui bona fide confitetur cum Confessario valdè ignorante, teneatur postea confessionem iterare? Et deducitur, quod quando quis sincerè fassus est peccatum, quod fecit dubitat tamen esse mortale, quamuis enim Confessor simili dubio teneretur, non est iterum confessio iteranda illius peccati, si postea alteruter doctior factus, aut aliis consultis, nouit id peccatum esse mortale, nisi aliunde confessio fuerit irrita.* Ex p. 3. tr. 4. res. 120 alias 121. p. 107.

29 *An pœnitens teneatur reiterare confessionem factam bona fide cum Confessario ignorante, licet peccauerit Sacerdos, nisi bona fide excusetur? Et an in casu ignorantiæ proprij Parochi possit pœnitens confiteri alteri Sacerdoti absque licentia proprij Parochi?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 201. ibid.

30. *An Confessio facta Sacerdoti ignoranti ea, quæ communiter scire tenetur, sit inualida, & iteranda, & peccet talis Sacerdos istud Sacramentum ministrans? Et an si pœnitens confiteatur Sacerdoti sic ignoranti, eius ignorantiam aduertens peccet mortaliter? Et infertur, quod quamuis pœnitens confiteatur aliquod peccatum vt veniale, quod verè sit mortale, non tenetur postea pœnitens iterum confiteri tale peccatum, quia non est de essentia huius Sacramenti, vt Sacerdos, & pœnitens cognoscant totam grauitatem culpæ.* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. res. 22. p. 108.

31. *An propter ignorantiam proprij Parochi possit subditus eligere sibi alienum Sacerdotem in Confessarium? Et an liceat eligere Confessarium, relicto proprio, quando scilicet ille proprius nequam est adeò, vt pœnitēs meritò timeat sibi damnum graue ab illo? Et an qui habet facultatem eligendi Confessarium sibi, possit eligere simplicem Sacerdotem non approbatum? Et quid de Episcopis, Cardinalibus, & Regularibus circa hoc?* Ex p. 11. tract. 5. & Misc. 5. res. 30. p. 109.

32. *An qui in articulo mortis confitetur Confessario prorsus ignaro, confessio, hoc non obstante, esset valida? Et an in tali casu, si æger, v. g. conualuerit, teneatur denuo iterum illa peccata confiteri? Et an supra dicta procedant non solum in casu extremæ necessitatis, sed etiam in graui necessitate? Et quid est dicendum, & faciendum, si aliquis bona fide confiteatur ignoranti Sacerdoti extra illud periculum? Et docetur peccare, qui ineptum, ignarum, indoctum, & non idoneum eligit Confessarium.* Ex p. 11. tract. 4. & Misc. 4. res. 10. p. 110.

33. *In quodam Monasterio Monialium quidam Confessarius inter audiendas confessiones aliquas dormiebat, vnde non intelligebat aliqua peccata, quæsitum a me postea, an dictæ Confessiones essent iterandæ.* Ex p. 3. tract. 4. res. 108. alias 109. p. 111.

34. *An si Confessarius non intellexit integra peccata pœnitentis, sit ab ipso iteranda tota Confessio, si bona fide fuerit facta, vel teneatur pœnitens repetere sola peccata non intellecta a Confessario:* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 198. ibid.

35. *Vtrum, quando confessio repetenda est cum eodem Confessario, quia fuit inualida, & vnico verbo pœnitens confitetur peccata in confessione inualida distinctè confessa, possit Confessarius absolutionem impendere, si non solum non recordetur peccatorum, sed etiam neque pœnitentiæ impositæ?* Ex p. 4. tr. 4. & Miscell. res. 203. p. 112.

36. *Quomodò agendum est cum pœnitente confessionem inualidam faciente, dicente tamen:* Accuso me de omnibus peccatis, quæ in confessione inualida aperui, & de peccatis, v. g. quæ [illegible], *atque eo, quod repetat distinctè pec[illegible]? Et quid, si in dicto casu Confessarius [illegible] de statu pœnitentis in communi, [illegible] vel saltem pœnitentia [illegible], &c.?* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. res. 51. ibid.

37. *An propter confessionem inualidam sint iterum peccata omnia Co[illegible] aperienda? Et [illegible], quid in tali casu pœnitens debeat [illegible], si [illegible] cum Confessario, qui audiuit [illegible], & inualidam, & quid, si [illegible] confiteatur, & quomodo [illegible]. Et tandem aduertitur posse [illegible] pœnitens, qui dein eidem Confessario [illegible] possit vno verbo reiterare omnes illas [illegible]:* Accuso me de his omnibus, [illegible] confessionibus confessus sum, &c. Ex p. 11. tr. [illegible] 8. & Misc. 8. res. 41. p. 113.

38 *An quando confessio fuit inualida vel ex parte pœnitentis, vel ex parte Confessarij, & pœnitens cum eodem Confessario confitetur, an teneatur denuo peccata explicare, si saltem neque Confessarius [illegible] in confuso statum pœnitentis recordatur; & si illum ita tamen absoluit, an dicta absolutio sit inualida: Et in dicto casu, an Confessarius peccauerit, sed non teneatur monere pœnitentem de aliqua re, sed de peccato [illegible]?* Ex p. 3. tract. 4. res. 122 alias 123. p. 115.

39. *An si proprius Sacerdos iniustè neget licentiam alteri confitendi peccata, confessio facta alteri sit valida;*

quia

quia sic iure petita, videtur ipso iure concessa; vel si alius non adest, & subditus cum proprio Parocho sine periculo salutis, vel famæ confiteri non potest, possit in tali casu se gerere tanquam copiam non habens Confessarij, & sic in Paschate non frangat præceptum, si non confitetur, & eliciendo actum contritionis poterit Sacramentum Eucharistiæ sumere? Et deducitur, quod ipso iure censetur concessa licentia, quando professus impunè transit in strictiorem Religionem, petita à Prælato licentia, quam ille iniustè negat, & quando Episcopus Regularibus legitimè, & dignè præsentatis negat iniustè licentiam audiendi confessiones. Ex p. 3. tract. 4. res. 79. p. 116.

40. *An Parochus, qui residet in sua Parochia, sed non per seipsum, sed per alios ministrat Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, &c. peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere? Et notatur, quod habitatio Parochi, vt declarauit Sacra Cardinalium Congregatio debet esse propè Parochiam, id est ad modicam quantitatem?* Ex p. 3. tract. 4. res. 155. alias 156. ibid.

41. *An Parochus semel, vel bis denegans subditum in confessione audire, rationabiliter illam petentem, excusetur à peccato mortali? Et notatur Parochum non teneri ad audiendum subditum, quando illi prouidit de alio bono, & apto, cui possit confiteri, nisi fortè aliqua specialis subditi necessitas exigat, vt ab ipso Parocho audiatur.* Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. res. 29. p. 117.

42. *An Parochus teneatur audire confessiones subditi, quoties ille voluerit confiteri sub pœna mortalis?* Ex p. 2. tract. 16. & Misc. 2. res. 2. p. 118.

43 *An si in aliqua Synodo Diœcesana prohibeatur audire confessiones in domibus priuatis sub pœna suspensionis, dictæ confessiones sint nullæ? Et quid, si prohibeatur, ne audiantur confessiones mulierum in Ecclesia ante Ortum, vel post Occasum Solis, vel extra sedem confessionalem? Et an in dicto casu Confessarius ministrando peccet, & incurrat irregularitatem?* Ex p. 8. tract. 7. & Misc. 2. res. 73. p. 119.

44. *Quidam confessus est cum Sacerdote, quem sciebat in statu peccati mortalis esse, habens commoditatem confitendi cum alio, quæritur, an peccauerit mortaliter, & confessio illa fuerit nulla:* Ex p 4. tr. 4. & Misc. res. 21. ib.

45. *An pueri statim post vsum rationis teneantur præceptis Ecclesiæ confessionis, Eucharistiæ, &c. & à lacticiniis, & carnibus abstinere in diebus ieiunij? Et an quando dubium est puerum habere vsum rationis, præsumendum sit habere, & esse obligatum, si impleuit septennium?* Ex p. 3. tract. 6. & Misc. 2. res. 87. ibid.

46. *An post septennium in dubio censeantur pueri habere vsum rationis, & sic teneantur confiteri, Eucharistiam sumere, non comedere carnes, &c.: Et an pueri teneantur confiteri non comedere carnes, &c. si ante septennium constet habere vsum rationis? Et an ante septennium in dubio, an puer habeat vsum rationis, præsumendum sit non habere?* Ex p. 4. tract. 3. res. 52. ibid.

47. *An pueri teneantur ad annuam confessionem, si ante septennium vsum rationis obtinuerint? Et docetur pueros ante septennium, si adepti fuerint vsum rationis, posse comedere carnes in Vigiliis, Quadragesima, &c. nec teneri ad annuam Confessionem. Et notatur fatuis, & Infidelibus tempore ieiunij posse carnes ministrari, quia non subduntur legibus Ecclesiæ.* Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. res. 37. p. 120.

48. *An Papa teneatur sub mortali ad confessionem peccatorum semel in anno? Et quid de Horis Canonicis, de ieiunio, &c?* Ex p. 6. tract 7. & Misc. 2. res. 3. p. 121.

49. *An qui habuit facultatem eligendi Confessarium pro vna vice, possit pro oblitis vti illa facultate?* Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. res. 28. ibid.

50. *An quis satisfaciat precepto Ecclesiæ cum confessione voluntariè nulla, quia sine dolore, proposito, &c? Et notatur, quod talis inualidè absolutus licet non satisfaciat præcepto Ecclesiæ, tamen liberatur à reseruatione, si Confessarius potestatem habeat ab his absoluendi. Et an per dictam confessionem possit vitare pœnam excommunicationis in Constitutionibus Episcopalibus impositam? Et an pueri statim post vsum rationis incurrant dictam excommunicationem, vel necesse sit, vt 14. annos habeant ad incurrendam excommunicationem, & ita pueri excusentur à censura ferenda à iudice, non tamen à censura Canonis?* Ex p. 3. tract. 4. res. 119. alias 120. p. 122.

51. *Petrus confessionem fecit in die Natiuitatis Domini, sed postea in multa peccata incidens, tempore Quadragesimæ, scelera illa Confessario non exposuit; quæritur, an illa prima confessione satisfecerit præcepto Ecclesiæ annuæ Confessionis? Quod est quærere, an fideles satisfaciant præcepto confessionis quocumque anni tempore confitendo, vel teneantur confiteri tempore Quadragesimæ? Et quid est dicendum, si post confessionem peccauit mortaliter, & suscepturus est Eucharistiam in Paschate, aut si mortis articulus superueniat?* Ex p. 2. tract. 17. & Misc. 3. res. 54 ibid.

52. *An si quis v. g. in Natiuitate confessus est, teneatur postea confiteri, si sequenti Paschate à Communione accipienda impediatur? Et an ex iusta causa vsque ad Pentecosten, Confessionem, & Communionem differre possit?* Ex p. 3. tract. 4. res. 85. p. 125.

53. *An qui intra annum confessus est, teneatur in Quadragesima confiteri noua peccata mortalia? Et in casu supra dicto an talis in anno sequenti teneatur confiteri illa peccata commissa post confessionem anni præteriti, & cum tali confessione effecta in anno sequenti satisfaciat etiam præcepto anni sequentis? Et an annus pro impletione dicti præcepti computandus sit à Ianuario in Ianuarium; vel à Quadragesima in Quadragesimam; vel à Paschate in Pascha? Et si quis v. g. in principio anni confessus est venialia, & postea commisit mortalia, an, inquam, teneatur ex præcepto annuæ Confessionis confiteri intra illum annum dicta peccata mortalia? Et cursim notatur, quod qui anno præcedenti omisit confessionem peccatorum mortalium, tenetur magis probabiliter à principio anni sequentis ad confessionem illorum.* Ex p. 4. tract. 4. & Misc. res. 206. ib.

54. *An si quis non adimpleuerit præceptum confessionis, si elapso anno postea confitetur, satisfaciat illa vnica confessione vtrique obligationi tam & anni præteriti, quam & anni currentis?* Ex p. 8. tr. 7. & Misc. res. 80. p. 124.

55. *An qui in Paschate non adimpleuit præceptum confessionis, teneatur primo quoque tempore confiteri? Et an qui non est confessus in periculo mortis, cum haberet conscientiam peccati mortalis, teneatur postea quam primum confiteri, quia præceptum confessionis eo tempore obligat propter periculum damnationis?* Ex p. 3. tract. 4. res. 129. alias 130. p. 125.

56. *Qui in confessione Paschatis omisit aliqua peccata per obliuionem, & postea statim de illis recordatur, quæritur, an teneatur illa statim confiteri; vel possit dimittere ea vsque ad confessionem sequentis anni?* Ex p. 3. tract. 4. res. 223. alias 114. ibid.

57. *Quando quis ex aliqua iusta causa in confessione non confitetur aliquod peccatum, teneatur statim alteri confiteri, vel possit non confiteri vsque ad tempus, in quo obligat præceptum confessionis?* Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. res. 54. p. 126.

58. *An peccatum ex iusta causa omissum in confessione sit statim alteri Confessario, data opportunitate, confitendum, vel possit differri ad tempus annuæ confessionis? Et notatur, quod peccata, quæ ex rationabili causa tacemus, sat est, vt detestemur attritione sicut aliqua, quæ in confessione explicantur? Etiamque aduertitur eum, qui habet iustam causam tacendi aliquod peccatum, non posse plura reticere, quam postulat iusta causa, vndè si habet iustam causam*

79. An in articulo mortis teneatur quis confiteri per interpretem? Et quid pro adimplendo præcepto annuæ confessionis? Et quid est dicendum, quando pœnitens existens in peccato mortali habet probabilem existimationem de sua contritione, & est in articulo mortis? Et quid maxime, si dubitatur de sua contritione, an tunc teneatur confiteri per interpretem, ne se exponat periculo æternæ damnationis? Et in dicto casu an possit pœnitens ea peccata confiteri, quæ cum minori infamia explicare potest, tacitis iis, ex quibus notabilis infamia sibi, vel alteri sequi potest? Ex p.5.tr.3.ref.72.ibid.

80. An ex diuino præcepto quis in articulo mortis teneatur confiteri per interpretem? Et quid, si non esset securus de sua contritione, sed de ea dubitat? Et in tali casu, an sufficiat confiteri vnum tantum peccatum mortale, & reliqua in genere? Et an satis sit aliqua peccata venialia confiteri? Et notatur aliquem posse valide confiteri per scripturam Sacerdoti præsenti, danda ipsi legendam, & significando se accusare de omnibus illis, quæ scripto tradit. Imo, & cum possit aliter confiteri, nullum est præceptum prohibens talem confessionem. Sed difficultas est, an pœnitens teneatur se accusare de illis peccatis scriptis postquam à Confessario lecta fuerunt, vel sufficiat antea? Et an, qui non potest aliter, teneatur confiteri per scripturam? Et an si Confessarius fuit præsens, cum peccatum committeretur à pœnitente, vel quia audiuit, sufficiat pœnitenti dicere: Accuso me de illo peccato, quod vidisti me committentem, vel quod audiuisti me commisisse heri, vel nudius tertius? Ex p.11.tr.8.& Misc.7.res.1.p.140.

81. An qui v.g. in India, vel in partibus Infidelium timeat non posse habere Confessarium tempore mortis, teneatur anticipare Confessionem, vt adimpleat præceptum diuinum confitendi in articulo mortis, seu periculo iterum peccauit mortaliter post confessionem tunc factam, teneri iterum confiteri. Ex p.11.tr.8.& Misc.8.res.37.p.141.

82. An serui Christiani Infidelium, si tempore Paschatis non habeant copiam Confessarij, teneantur elicere actum contritionis de peccatis mortalibus perpetratis? Ex p.7.tr.7.res.63.alias 62.p.142.

83. An meretrices, quæ in Paschate non confessæ sunt, priuentur Ecclesiastica sepultura, & incidant in censuram aliquam Synodalem, si extat? Et an pueri, qui decimum quartum annum, vel ad minimum duodecimum nacti non sunt, vllo modo incurrant dictas pœnas si non confitcantur in Paschate? Ex p.10.tr.12.& Misc.2.res.36.ibid.

84. An in articulo mortis sit facienda confessio laico, quando non adest Sacerdos; vnde confessio, quam faciunt nautæ inter se ipsos, imminente naufragio, reprobari videtur? Ex p.5.tr.3.res.73.p.143.

85. Quando obliget præceptum contritionis? Et an qui peccauit, teneatur præcepto affirmatiuo habendi contritionem de peccatis iam remissis, quoties memoria occurrunt? Et quid, si Sacerdos administraturus sit Sacramentum, & non sit Sacerdos Confessarius, an tunc teneatur conteri de peccato, quod habet? Ex p.5.tr.13.& Misc.1.res.33.ibid.

86. An peccator post peccatum teneatur statim ad aliquam pœnitentiam imperfectam? Dicitur imperfecta, quia ad perfectam, v.g. contritionem non tenetur. Et hæc opinio procedit etiam quoad Religiosos, qui non statim, ac peccant, tenentur conteri. Ex p.11.tr.8.& Misc.8.res.51.p.144.

87. An existens in peccato mortali, quando elicit actum contritionis propter administrationem alicuius Sacramenti, teneatur ad examen conscientiæ, & commemorationem omnium peccatorum? Idem quæritur, quando quis ex defectu Confessarij ad vitandum scandalum celebrat absque præuia confessione. Et aduertitur non requiri distinctas contritiones pro distinctis peccatis, sed sufficere vnam pro omnibus. Sed docetur tamen sub præcepto naturali teneri peccatorem ad examen, & recogitationem omnium peccatorum. Ex p.11.tr.5.& Misc.5.res.53.p.146.

88. An qui confitetur peccatum oblitum, vel peccata alias confessa iterum confitetur, debeat necessario elicere nouum dolorem? Ex part.11.tract.5.& Misc.5.res.21.p.148.

89. An quando quis confitetur iterum peccata iam confessa, teneatur elicere nouum actum contritionis? Ex p.3.tr.4.res.115.alias 116.p.149.

90. An dolor de peccatis semper exigatur tempore absolutionis? Ex part.10.tr.16 & Misc.6.res.31.alias 30.p.150.

91. An in articulo mortis etiam post confessionem factam, tamen cum attritione cognita teneamur elicere actum contritionis omnium mortalium, quæ in vita commisimus, quia præceptum contritionis per se obligat saltem tempore mortis? Ex p.3.tr.4.res.97.alias 98.ibid.

92. An in articulo mortis teneatur quis elicere actum contritionis, ita vt non sufficiat attritio cognita cum Sacramento? Ex p.5.tr.3.res.76.p.151.

93. An moriens, Confessario absente, teneatur reuocare in memoriam omnia peccata, vt de illis postea eliciat actum contritionis? Ex part.3.tr.4.res.117.alias 118.ibid.

94. An qui sero in examine alicuit actum contritionis proponens sequenti die confiteri, sed postea in confessione nullum actum doloris exprompsit, confiteatur valide? Ex p.5.tr.14.& Misc.1.res.67.ibid.

95. An actus doloris, si per multum temporis præcedet, sufficiat ad eius validitatem? Sed quoad praxim difficultas est, quantum sit illud tempus, quo id censeatur in re nostra? Et docetur, quod quando quis vnius, aut alterius peccati statim post absolutionem recordatur, & addit illud, in tali casu non indiget nouo actu doloris. Idem, quod quando quis iterum confitetur eadem peccata, à quibus iam directe fuerat absolutus, non tenetur habere nouum dolorem eorumdem peccatorum. Et notatur attritionem ob metum pœnæ Purgatorij sufficere ad valorem Sacramenti? Idem dicendum est de attritione concepta ex metu pestis, vel alterius damni temporalis. Et tandem quæritur, an attritio ob infamiam, aut mortem, quam iudex infligere potest, aut ob aliud malum temporale sit sufficiens ad effectum Pœnitentiæ suscipiendum? Ex p.9.tr.9.& Misc.4.res.52.alias 51.p.152.

96. An dolor debeat præcedere confessionem, & sit referendus à pœnitente ad Sacramentum Pœnitentiæ, vt sit postea dolor sufficiens, quando pœnitens confitetur? Et an si quis confiteatur sine proposito dolendi saltem post confessionem peccatorum; an tunc sufficiat elicere dolorem de peccatis confessis sine proposito dolendi saltem post confessionem, an potius debeat iterari confessio, tanquam substantialiter inualida? Et an, si pœnitens post dolorem nouum peccatum committat, nouum dolorem debeat elicere cadentem super omnia, vel an sufficiat de nouo tantum peccato commisso dolere? Ex p.9.tract.9.& Misc.4.res.37.p.153.

97. An si pœnitens eliciat actum doloris post narrata peccata ante absolutionem, recipiat Sacramentum pœnitentiæ? Ex p.3.tract.4.res.133.alias 134 p.154.

98. An in confessione peccatorum venialium sufficiat dolor virtualis? Et an sit mortale confiteri tantum venialia absque dolore supernaturali? Et an peccatum veniale virtute Sacramenti remitti possit? Et an virtute Sacramenti tibi remittantur non solum ea peccata, quorum attritionem habes, sed etiam omnia alia, quorum complacentiam non habes. Ex p.9.tr.9.& Misc.4.res.31.p.155.

99. An per vnum tantum veniale nouum peccatum censeatur retractatus dolor & propositum circa omnia venialia, & mortalia ex motiuo vniuersali? Ex p.11.tr.5.& Misc.5.res.25.p.156.

100. An sit mortale aliquod veniale confiteri sine dolore?

Index Rerum,

122. *An*

122. *An Confessarius teneatur interrogare pœnitentem sub onere peccati mortalis? Et quanta interrogatio in aliquibus casibus necessaria sit ex parte Confessarij, vt peccatum huius negligentiæ, seu omissionis euitet?* Ex p. 10. tract. 14. & Misc. 4. res. 33. alias 32. ibid.

123. *In quibus casibus confessio erit valida, & tamen non integra materialiter? Et pro praxi huius difficultatis adducuntur quinque diuersi casus in textu huius Resolutionis, cuius doctrina extendenda est ad alios similes casus,& quæstiones.* Ex p. 3. tr. 4. res. 130. alias 131. p. 171.

124. *An Sacerdos ferens infirmo Communionem, si ei dicat velle reconciliari, & in reconciliatione inueniat illum multas confessiones inualidas fecisse, quid facere debeat Confessarius?* Ex p. 5. tr. 3. res. 75. p. 172.

125. *An quando quis ratione scandali debet sumere Eucharistiam, & confessio est adeò longa, vt perfici non possit, & timeretur actum contritionis à pœnitente eliciendum non ferè, esset in tali casu confessio dimidianda, & pœnitens absoluendus?* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. res. 53. ibid.

126. *An si quis probabiliter iudicat se se non peccasse mortaliter, vel iam esse confessum tale peccatum, si probabiliter etiam iudicet contrarium, teneatur confiteri? Sed difficultas est, quando pœnitens probabilius iudicat se peccasse, vel non esse confessum tale peccatum, an tunc debeat confiteri tale peccatum? Et notatur, quod nullus, etiam si scrupulis non sit vexatus post mediocrem adhibitam in discussione conscientiæ suæ perquisitionem, in ordine ad confessionem peccatorum efficiendam, tenetur vlterius de ante acta vita cogitare; ideóque si aliquid occurrat non explicatum fuisse in confessione, poterit sibi persuadere illud iam fuisse memoratum, quod est valdè notandum ad tollendum multos scrupulos.* Ex p. 3. tract. 4. res. 106. alias 107. ibid.

127. *An qui iudicat magis probabiliter aliquod peccatum commisisse, vel confessum minimè fuisse, teneatur illud confiteri? Et an qui ex opinione etiam probabiliori aliquod peccatum tacet, exponat se periculo errandi circa integritatem confessionis?* Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. res. 113. p. 173.

128. *An qui dubitat se ex verecundia reliquisse in confessione aliquod peccatum, teneatur repetere confessionem illam, vel solum peccatum omissum? Et supponitur, quod qui voluntariè aliquod mortale in confessione omisit, confessio est nulla, ideò iteranda. Et quid si magis inclinet, quod non sit confessus tale peccatum, an teneatur repetere confessionem talem? Idem est, si magis inclinet pœnitens, quod ex malitia tacuerit peccatum. Et asseritur tunc non esse reiterandam confessionem, quando non fuit manifestum aliquod peccatum bona fide, & ex ignorantia, & sufficere tantum illud confiteri. Et infertur, quod si quis dubitat, & magis in eam partem inclinat, vt votum omiserit, & sic suspicionem veri habet, non tenetur ad votum, neque ad partem pro ratione huius maioris propensionis.* Ex p. 10. tract. 14. & Misc. 4. res. 14. alias 12. ibid.

129. *An confitens v. g. fornicationem, de qua dubitat, an illam alias confessus sit, si hoc dubium in confessione non explicet, confessio sit valida? Ex quo colligitur pœnitentem non teneri in confessione dicere se tale peccatum post vltimam confessionem commisisse, nisi ob aliquam particularem circunstantiam mutantem speciem, vel constituentem hominem in proximam peccati occasionem necesse sit hoc exprimere.* Ex p. 4. tract. 3. res. 65. p. 174.

130. *An peccata dubia sint materia necessaria confessionis?* Ex p. 10. tract. 12. & Misc. 2. res. 2. ibid.

131. *An peccata dubia sint materia necessaria confessionis? Et aduertitur, quod si quis confessus est peccatum vt certum, quia sic putabat, postea verò habet dubium, non teneatur illud vt dubium iterum confiteri nisi fortè ex alio capite. Et notatur explicandas esse circunstantias peccati, siue tanquam conditionaliter certas, siue etiam tanquam conditionaliter dubias, si tales circunstantiæ mutent speciem, &c. Verum aduertitur, quod quando aliquis confitetur de peccato dubio adiungendum est aliquod peccatum certum. Quando autem quis confitetur peccatum de quo dubitat, an alias confessus est, non tenetur dicere se dubitare, an confessus fuerit. Nec pœnitens tenetur dicere se tale peccatum commisisse post vltimam confessionem, nisi ob aliquam circunstantiam mutantem speciem.* Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. res. 44. p. 176.

132. *An qui dubius manet se perpetrasse aliquod peccatum, teneatur illud sub tali dubio confiteri?* Ex p. 3. tr. 4. res. 60. p. 178.

133. *An Sacerdos, si ante celebrationem, vel laicus ante Communionem dubitet, an commiserit aliquod mortale v. g. an consenserit morosæ delectationi, teneatur confiteri? Ex quo deducitur, an peccata lethalia, & si dubia materia sint confessionis?* Ex p. 6. tract. 6. & Misc. 1. res. 32. ibid.

134. *An qui dubitat, vtrum commiserit peccatum mortale, necne teneatur illud confiteri? Et notatur, quod doctrina huius quæstionis procedit, quando pœnitens est in dubio puro, secus autem si haberet assensum probabilem circa factum, quod indicet vel nullum commisisse peccatum, vel saltem tale peccatum non esse mortale, excepto fortasse mortis articulo propter irreparabile periculum salutis, cui tunc certius prouidere tenetur. Et docetur, quod si post confessionem huius peccati in dubio confesso pœnitens habeat notitiam certam, vel probabile iudicium, quod tale peccatum fuerit mortiferum obligari pœnitentem iterum in confessione manifestare illud vt certum.* Ex p. 4. tr. 3. res. 5. p. 179.

135. *An in vero dubio an habuerit peccatum mortale, quis possit sumere Eucharistiam sine confessione? Ex quo sequitur, an adsit obligatio confitendi peccata dubia?* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. res. 44. p. 180.

136. *An si quis habeat tantum peccata dubia, teneatur præmittere confessionem sacramentalem ante sumptionem Eucharistiæ, vel celebrationem Missæ? Et an qui præmisit confessionem de peccato dubio pro sumenda Eucharistia, si postea comperit esse certum, teneatur ante illius sumptionem iterum illud tanquam certum confiteri?* Ex p. 9. tract. 3. res. 6. ibid.

137. *An pœnitens, qui confessus est de peccato, dubio si postea scit certo, vel probabiliter illud peccatum commisisse, vel fuisse mortiferum, teneatur illud iterum confiteri? Et additur hoc non procedere, quando pœnitens integrè fassus est peccatum, quod fecit, dubitet tamen esse mortale. Quamuis enim Confessor simili dubio teneretur, non est iterum illius peccati repetenda confessio, si postea alteruter doctior, vel aliis consultis norit id peccatum esse mortale.* Ex p. 3. tract. 4. res. 90. alias 91. p. 182.

138. *An peccatum confessum vt dubium debeat, cessante dubio, iterum vt certum confiteri? Ex quo deducitur quid est dicendum in prædicto casu, si exprimendæ essent circunstantiæ peccati dubij confessi?* Ex p. 6. tract. 6. & Misc. 1. res. 31. ibid.

139. *An peccata dubia confessa vt dubia, si efficiantur certa, sint iterum confitenda? Et an peccata dubia sint in confessione aperienda?* Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. res. 79. p. 183.

140. *An sit præceptum de præmittenda confessione ante sumptionem Eucharistiæ? Et an sit diuinum aut Ecclesiasticum?* Ex p. 9. tract. 3. res. 1. p. 184.

141. *An opinio asserens præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam esse de iure Ecclesiastico sit saltem probabilis? Et obseruatur, quod si sententia asserens confessionem ante Eucharistiam esse de iure Ecclesiastico est vera,*

non

non est peccatum mortale. Etiamque cursisme infertur Confessarium non peccare mortaliter, si incipiat audire confessianem in peccato mortali, dum modo ante absolutionem conterat. Ec tandem quaritur, an dari passit casus, in quo quis possit communicare cum conscientia peccati martalis, v. g. ut si quis mox Eucharistiam est sumpturus, & in circulo de aliquo mortali recardatur? Ex p.9.tt.3.ref.29.p.195.

159. An sit sufficiens sola admiratio, vt Sacerdos possit absque prauia confessione celebrare? Et cursim docetur, nomine scandali in materia de qua loquimur comprehendi etiam admirationem populi. Ex p. 9. tt. 3. ref.20.p.197.

160. An Regularis, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam à Superiore, vt absolnatur à reseruatis, possit sine prauia confessione Eucharistiam sumere, aut celebrare? Et an in pradicto casu, hoc ipso, quod Superior Regularis neget pradictam licentiam, possit is absolui à supra dicto Confessario ex tacita concessione licentia Superioris, v. g. Prouincialis, Generalis aut Papa pro illa vice? Et an hoc verbum pro illa vice, intelligatur pro vna vice tantum, an vero toties, quoties dicta facultas petitur à Confessario, & denegatur à Superiore? Ex p.9.tt.3. ref. 15. ibid.

161. An Sacerdos, si post intraitum recordetur alicuius peccati mortalis, teneatur canfiteri, si sine scandalo possit? Et notatur, quod in Missa solemni, vulga dicitur Cantata si inter concionem, vel cantionem Sacerdos possit confiteri, omnina obligatus est ad faciendam confessionem, si ei aliquod peccatum in mentem venerit. Ex p. 3. tt.4.ref.48 p.199.

162. An si quis in Missa recordetur alicuius peccati mortalis, teneatur illud confiteri, si absque scandalo possit Confessarium habere? Et quid est dicendum, si nondum Missa est cœpta, sed tamen iam Sacerdos ad Altare accessit, & tunc recordatur se non esse ieiunum, vel esse excammunicatum, vel manere in lethali? Idem est sentiendum de laico iam parato ad communicandum. Et quid est faciendum, si cansecratio cœpta est, quando hec in mentem veniunt? Et an Sacerdos teneatur pramittere confessianem, si antequam incboet Missam, existens in Altari recordaretur de aliqua culpa mortali, si absque nota, & scandalo id facere possit? Et an quando celebratur Missa solemnis cum Diacano, & Subdiacono, & occurrit Sacerdoti memoria peccati mortalis à quo possit absolui per illum, qui Diaconi, aut Subdiaconi officio fungitur; an tunc teneatur confiteri vni ex illis? Et quid est sentiendum, si in Capella sint tantum talis celebrans, & Minister; qui eum possit absoluere? Et an Sacerdos peccans in actu celebrandi teneatur confiteri tale peccatum se commisisse in ipsa Missa celebratione, si in actu peccandi habeat animum confitendi Sacerdoti sibi vt Diacono assistenti, antequam prosequatur Sacrificium? Ex p. 9.tt.3. ref.7. ibid.

163. An Sacerdos ante consecrationem teneatur confiteri, si sine nota possit? Et quid maxime de laico, qui antea confessionem amiserat, & ad linteum Altaris recordatur alicuius peccati obliti? Et an si Sacerdos statim post introitum recordatur peccati mortalis non teneatur accersere Canfessarium, quamuis id fieri sine nota possit? Ex p. 3.tt.4.ref.77. p.200.

164. An si Sacerdos ante Missam confessus est, & postea celebrando peccatum mortale in confessione oblitum in mentem venerit, vtrum teneatur in tali casu elicere actum doloris & contritianis de illa peccato? Et cursim deducitur, quod quamuis quis in Paschate tenetur confiteri, tamen si nan habeat capiam Confessarij, non teneatur conteri. Ex p.2.tt.14.ref.48.p.201.

165. An Sacerdos, qui post canfessionem recordatur in Altari de aliquo peccato oblito, teneatur de illo conteri ante sumptionem Communionis? Et reprobatur illa sententia, quod qui per obliuionem omisit aliquod peccatum in confessiane, & postea de illo recordatus fuerit, non tenetur illud confiteri antequam celebret, sed in tempore, qua praceptum affirmatiuum confessionis obligat per se semel in anno. Ex p.5. tt.14.& M.sc.2.ref. 5. ibid.

166. An quando quis celebrat, & recordatur alicuius peccati in canfessione facta obliti, teneatur ante consecrationem, & sumptionem Eucharistia de illo conteri? Et aduertitur, quod in tali casu pradicta confessionis, in qua peccatum fuit oblitum, si dolor non fuit vniuersalis, absque dubio teneatur de illo conteri. Ex p.9.tt.3.ref. 12.p. 201.

167. Quid facere debeat Sacerdos, qui in Altari recordatur alicuius peccati mortalis, & non possit excitari ad contritionem eliciendam, vel laicus iam iam recepturus Eucharistiam? Ex p.4.tt.4.& Misc.ref. 98. ibid.

168. An praceptum confitendi quam primum, si quis sumpserit Eucharistiam sine prauia canfessione in casibus superius explicatis, vt habetur in Cancilio Tridentino sess. 13. cap.7: sit diuinum Ecclesiasti um? Et notatur quod qui non canfitetur in articulo mortis sua peccata mortalia, transacta periculo nan tenetur statim confiteri, & similiter, qui ministrat Sacramentum in peccato mortali sine contritione, transacto ministerio non tenetur statim conteri, vel confiteri. Ex p. 9. tt. 3. ref. 21. p. 203.

169. An praceptum confitendi quam primum, obliget sub mortali? Ex p. 9.tt.3.ref.22.ibid.

170. An Sacerdos, qui ex carentia Confessarij propter scandalum celebrauit, teneatur quam primum confiteri? Et quomodo intelligenda sunt illa verba Concilij quam primum? Et notatur, quod dictum praceptum Concilij quam primum confitendi non extenditur ad laicos, nec ad Sacerdotem, qui instar laici Eucharistiam accipit; secus si talis Sacerdos celebraret in die Parasceues; vel se assumeretur ad complendum Sacrificium ab alio inchoatum. Ex p. 2.tt.14.ref.60. p 204.

171. Quo pacto intelligendum est illud verbum quam primum? Et si forte Sacerdos prima die haberet commoditatem confitendi, non habiturus sequentibus diebus an tunc sane teneatur non differre confessionem, ne longiori mora retardetur? Ex p.9 tt. 3.ref. 23. ibid.

172. An Sacerdos existens in peccata mortalè si voluntariè non confessus celebret, teneatur quam primum confiteri? Ex quo infertur, quod Sacerdos, qui sui peccati vincibiliter oblitus celebrat, non pramissa confessione, non tenetur pracepto Concilij de confitendo quam primum. Et notatur aliquos eximere ab hoc pracepto Sacerdotem, qui ante Missam legitimè confessus, tamen per obliuionem pratermisit aliquod peccotum, cuius subinde recordatur ante Missam, non habens amplius copiam Confessarij. Item si ex iusta causa pratermisit in confessione scienter aliquod peccatum, & si habens etiam peccata reseruata non potuit de illis directe absolui. Ex p. 9.tt.3.ref.26. p.205.

173. An Sacerdos, qui ex malitia, & culpabiliter celebrat absque confessiane, teneatur pracepto Concilij Tridentini sess. 23. c.7. quam primum confiteri? Et an idem dicendum sit de illo, qui non pramissa confessione celebrat, & inter celebrandum meminit ante communionem se esse in statu peccati mortalis? Ex p.10.tt. 16. & Misc.6.ref. 78.p. 206.

174. An si quis nan habens copiam Confessarij, vel vrgente necessitate celebrat cum interna voluntate, quod si adesset Sacerdos ad illum non accederet, teneatur, hoc non obstante, quam primum canfiteri? Et an Sacerdos obligetur hoc pracepto statim confitendi, quando non habens copiam Confessoris, necessitate vrgente, celebrauit non pramissa confessione, nec contritus, sed indigne? Et quid, si sine necessitate celebrat in peccato mortali? Ex p.9.tt.3.ref. 31.p. 207.

175. An Sacerdos, qui in die Parasceues Officium facit, se

peccati mortalis? Ex p.3.tr.4.ref.131. alias 132.p.219.

195. *Quamparce, & cumè se gerere debeant Confessarij in interrogationibus aliquorum peccatorum cum mulieribus.* Ex p.3.tr.4.ref.98. alias 99. ibid.

196. *An inspirationibus diuinis non correspondere sit peccatum, & benefaciant, qui de hoc se accusant in confessione? Et notatur, quod transgressio inspirationis oblata, quando offertur occasio fungendi praeceptum non est distinctum peccatum à crimine transgressi praecepti. Et an vt solent facere communiter poenitentes, sit consultum manifestare Confessario in actu Sacramentalis confessionis supra dictas resistentias circa diuinas inspirationes? Et in textu huius Resolutionis multa docentur, de quibus poenitentes communiter se accusant, quae peccata non sunt, de quibus erroribus aequum est Confessariis poenitentes monere; & signanter in §. penult. & vlt. huius Resolutionis aduertitur, quod plures poenitentes vxorati se accusant, quod tempore habita copula, vel extra verba amatoria, & impudica cum vxoribus sunt colloquuti; & quod in actu coniugij nimiam carnis delectationem sunt experti, quae ex Sententia Sanctij nequaquam peccata sunt, de quibus Confessarij debent illos aduertere.* Ex p. 3. tr. 4. ref.52. ibid.

197. *Solent in confessione viri timorati se accusare de Ordinariis imperfectionibus, v.g. consensisse diuinis inspirationibus, quaeritur, an hoc ab ipsis laudabiliter efficiatur?* Ex p.9.tr.9. & Misc.4. ref.19. p.220.

198. *An Medicus teneatur relinquere infirmum nolentem confiteri?* Ex p.3.tr.4.ref.92. alias 93. ibid.

199. *An nolentes confiteri posse à Medico curari? Et docetur Medicum teneri per se, vel per alios nunciare mortem infirmo, quam precognouit cito, & certo venturam, quando praenunciatio proderit valde animae infirmi.* Ex p.11.tr.13.& Misc.1. ref.22.p.221.

Nunc autem sequuntur caeterae omnes aliae difficultates, & quaestiones pertinentes etiam ad hunc *tract. 3. de Sacramento Poenitentiae huius Tomi I.* quae dispersae sunt per reliquos alios Tomos, Tractatus, & Resolutiones huius totius operis, vt ita facilius, & promptius reperiantur omnes quaestiones & difficultates.

AN Pontifex potuisset praecipere confessionem, si non fuisset à Christo praecepta, sed tantum instituta? Et an hodie sit latum praeceptum de aliquo vsu confessionis, distinctum a praecepto annuae Communionis? Et an praeceptum Confessionis sit iuris diuini, quoad substantiam, rei praeceptae, ita vt Ecclesia solum determinarit tempus, quo diuinum praeceptum esset executioni mandandum? Et an Pontifex possit praecipere confessionem venialium? Et an possit Pontifex abrogare, seu dispensare in praecepto confessionis, vt quisquam non teneatur confiteri? Et an Summus Pontifex habeat Ordinariam iurisdictionem in foro Poenitentiae quoad totam Ecclesiam, idque iure diuino eum primum est electus? Et ideo, an possit delegare aliquem pro tota Ecclesia, etiam repugnantibus Episcopis, & Parochis? Idem est dicendum de Episcopis pro tota sua Dioecesi, etiam repugnantibus Parochis. Ex p.8.tr.1. ex ref.13. 14. 15. 16. 17. & 55. *Quae nunc inueniuntur* in tom.3.tr.1.de Potestate Pontificis ref.21.22.23.24.25.& 35.

Nota, quod in supra dicto tom 3. & tract. 1. de Potestate Pontificis inuenies alias quam plurimas difficultates & Resolutiones pertinentes ad istum, & illum tractatum, & aliquas ad istum tractatum tantum, quas ibidem aggregatas, & consequutiuas reperies à ref. 21. vsque ad ref 45. inclusiuè. Ideo si occurrat casus, accede, & lege illas, & si in illis non inuenis, quod requiris, in nullis aliis Resolutionibus praedicti tractatus reperies.

An Cardinales possint eligere sibi Confessarium? Et an sua familia possint etiam prouidere de Confessario? Et an omnes, qui sunt de Cardinalium familia possint de eorum licentia eligere sibi Confessarium? Et an Cardinalis, vel alius, qui tempore Conclauis inciderunt in censuram Pij IV. & Greg. XV. vel haereticus, qui non potest obtinere licentiam, vt ab excommunicatione absoluatur, aut Sacerdos, qui alium Sacerdotem interficit, si vrgeat necessitas celebrandi, ne se prodeant, & supradicti non possint excitari ad perfectam contritionem, an teneantur alia peccata, & etiam haec reseruata confiteri confessori inferiori? Et difficultas est: an in supradictis casibus tanquam excommunicati nullo modo etiam possint confiteri inferiori Sacerdoti? Ex p.5. tr.2. ex ref.10. & in p.12.tr.2.ref. 30.31. & 32. *quae hic sunt* in tom.9. tr.7. de Cardinalibus ref. 41.123.124.& 125.

An Episcopus possit prohibere Parocho, ne absoluat ab aliquo peccato, & irritare aliter factum? Et an Episcopus Confessario habenti potestatem audiendi confessiones, si praecipiat ei, ne audiat confessiones foeminarum, an per illam simplicem prohibitionem, si confessiones foemineorum audiat, valida sint tales confessiones? Ex p. 10.tr.13. ex ref 23. *Quae hic reperiuntur* in tom 2.tr.6. de Matrimonio ref.70.

An Capitulum, Sede vacante, possit approbare Confessarios? Et an Capitulum, sede vacante, possit reuocare licentias Regularium ad audiendas Confessiones? Ex p.8. tr. 4. ex ref. 46. & 48. *Quae nunc inueniuntur* in tom.5.tr.5.de Capitulo, Sede Vacante ref.32.& 33.

An in Sacramento Poenitentiae, quando agitur de iurisdictione Confessarij, possit ille, & poenitens vti in eius administratione, & acceptione, opinione probabili, relicta probabiliori? Et an Confessarius opinionem poenitentis sequi teneatur? Et an Confessarius non proprius, vt Regulares, & non proprij Pastores, & Parochi, peccet mortaliter, vel tantum venialiter, si poenitentem habentem pro se opinionem probabilem nollet illum absoluere? Et an hoc etiam procedat, si Confessarius falsam esse opinionem poenitentis existimet, si tamen probabilis reputetur inter Doctores probatae auctoritatis? Et an liceat vti iurisdictione, materia, & forma probabili, relicta certa, in administratione huius Sacramenti Poenitentiae? Ex p.4. tr.4. ex ref.4. & ex p.2. tr. 13. ex ref.11. & ex p.9.tr.7.ex ref.59. *Quae hic sunt* in tom.8. tr.1. De opinione probabili ref.4 3.& 5.

An Parochus habens beneficium curatum non solum sit eligibilis intra eamdem Dioecesim, sed vbique terrarum per Iubileum? Et an quando duobus diebus immediatis occurrunt duo Iubilea, quorum quodlibet requirit confessionem, & communionem, teneatur, qui vult illa lucrari bis confiteri, & bis Eucharistiam sumere? Et an si quis in peccato mortali faciat confessionem sacrilegam lucretur postea Iubileum, si in vltimo Iubilei periodo per actum contritionis sit in gratia? Ex p. 5. tract.12.ex ref.47.& ex p.4.tr.4.ex ref. 66. & ex p. 3. tract.4.ex ref. 147. alias 148. *Quae nunc inueniuntur* in tom. 4. tract. 4 de Iubileo ref.2. 51. & 53.

Nota, quod in praedicto tom4. & tract. 4. de Iubileo sunt aliquae aliae diuersae difficultates omnes mistae pro illo & isto tractatu; ideò si ita casus mistus occurrerit facillimè ibidem illum reperies.

An sub fine anni, quo expirat Cruciata, quis incipiat confiteri, & quia non potest ex iustis causis confessionem finire, & absolutionem obtinere possit Confessarius, transacto anno, virtute praecedentis Bullae illum absoluere? Ex quo infertur, quod si quis haberet licentiam audiendi confessiones ad tempus, possit, eo transacto, prosequi confessionem ante ceptam. Ex p.1.tract.11.ex ref.94.

nunc inuenientur in tom. 2. tract. 2. de Communione res. 94. & 80.

An si res petant Confessarium, debeant Inquisitores illum concedere? Et an Haretico concedi non debeatur Confessarius nisi in articulo mortis, si fuerit conuersus? Et an Inquisitores possint punire tanquam hareticum Confessarium offerenti pœnitenti, vt sibi reuelet complicem, alias eum non posse, nec vello absoluere? Et an in tali casu pœnitens teneatur denunciare talem Confessarium tanquam hareticum in Tribunali S. Inquisitionis? Et an Inquisitores possint punire Confessarios frangentes Sigillum Confessionis? Et notatur Sacerdoti qui Sigillum confessionis fregit, nullam a iure imponi pœnam, quam de facto incurrat. Et an Inquisitores possint punire Confessarium, qui tempore Iubilei absoluit Hareticos in foro conscientia? Et docetur non esse puniendum Confessarium absoluentem aliquem cum opinione probabili. Et an Inquisitores possint punire dicentes Confessos Religiosis ab Episcopo approbatis, iterum eadem peccata teneri confiteri Parocho? Et an sic dicentes sint, suspecti de haresi, & sint denunciandi S. Officio? Et an Inquisitores possint admittere ad confessiones audiendas eos, qui abiurarunt de vehementi, vel de leui? Ex p.4.tr.8. ex res.6. 97.95. 109. 102. & 64. *Qua hic reperientur* in tom.5. tr. 10. de Inquisitoribus res.55. 79.80.81.82.& 83.

De Confessariis sollicitantibus, & an Inquisitores possint eos punire tanquam suspecti de haresi vehementer? Et inter alia tandem notatur, quod Confessarius, qui non declarat fœmina solicitata obligationem denunciandi, nut qui ei dicis ad talem denunciationem faciendam non teneri, ab Inquisitoribus pro qualitate culpa possit puniri. De laicis non Sacerdotibus audientibus confessiones agitur, & quomodo supradicti puniendi sunt. Et an simplex Sacerdos, vel etiam Sacerdos approbatus, suspensus tamen ab audiendis confessionibus non comprehendantur in Decretis Pontificum, quamuis confessiones audiant, & absolutionem impendant? Et an si laicus, vel Ecclesiasticus non Sacerdos audiat confessiones, & non absoluat, subdatur pœnis Pontificiis latis in Bulla Gregorij XIII. & Vrbani VIII. Ex p.4 tr.7. res.7. & 11. *Qua hic sunt* in tom. 5. tr. 12. de Pœnis S. Inquisitionis res. etiam 7. & 11.

An Inquisitores possint procedere contra non recipientes Sacramentum Pœnitentia semel in anno? Ex p. 4. tr. 8. ex res.38. *Qua nunc inuenietur* in tom.5. tr.10. de Inquisitoribus res.87.

Nota, vbi non erat necessaria nota, quod in tomo 5. tract. 9. de Denunciationibus Confessarij solicitantis *sunt quam plurima questiones, & diuersa Resolutiones pro Confessariis solicitantibus in Confessione; ideo require ibi quicquid ita mistum occurrerit, vbi facillimè illud inuenies, quia pracitatus tractatus totus est plenus pradictis difficultatibus, & questionibus.*



TRACTATVS IV.

De Absolutione Sacramentali, & etiam moribundis sensibus destitutis largienda.p.222.

1. *AN Confessarius absoluens aliquem sine iurisdictione teneatur monere pœnitentem de defectu? Iacm est, si sine sufficiente dispositione pœnitentis eum absoluit, aut non obligauit ad restitutionem faciendam, ad quam debebat illum obligare.* Ex p. 11. tract. 4. & Misc.4. resolut.9. ibid.

2. *An sit valida absolutio sacramentalis collata sub conditione de praterito, vel de futuro? Et an si quis impenderet absolutionem sacramentalem dicendo.* Ego tibi peccata remitto, condono, remittuntur tibi peccata, Sacramentum absolutionis tibi impendo, *an inquam peccet mortaliter?* Ex p.11.tract. 4. & Misc.4. res. 18. p. 223.

3. *An Confessarius absoluens pœnitentem sub his verbis,* Nos absoluimus vos in nomine Patris, &c. *peccet mortaliter? Et supponitur Confessarium validè sic absoluere. Et aduertitur posse, & interdum expedire vnica absolutione absoluere multos, quando vrget periculum mortis, sicut vna ablutione baptizari multi possunt. Et docetur in forma absolutionis pronomen,* Te, *esse de essentia Sacramenti?* Ex p.11.tr. 6.&Misc.6.res. 13. p. 224.

4. *An plures possint esse Ministri vnius pœnitentis in eadem confessione? Et in textu huius Resolutionis apponuntur aliqui casus, quamuis raro contingentes pro praxi supradicta questionis. Sed magis difficultas est, an in dictis casibus essent duo Sacramenta, vel vnum tantum? Et an quando validè duo simul absoluunt, possint simul dicere,* Nos te absoluimus? Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. res. 46. p. 225.

5. *An sit valida forma absolutionis, si dicatur,* Absoluo te, *non addendo* à peccatis tuis? *Et quid est sentiendum, si Sacerdos solum diceret,* Absoluo? *Et an talis Confessarius sit denunciandus Sancto Officio?* Ex p.11.tr.6. & Misc. 6. res. 11. ibid.

6. *An quando dicta verba* à peccatis tuis, *apponuntur, causent effectum principalem Sacramenti tanquam pars forma?* Ex p. 11. tract. 6. & Misc. 6. res. 12. p. 227.

7. *An Sacerdos in articulo mortis relinquens illa verba* à peccatis tuis, *in forma absolutionis, peccet mortaliter; Et quid extra articulum mortis? Et an peccet mortaliter, qui in articulo mortis relinqueret illa verba* in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, *in absolutione? Et cursim docetur teneri pœnitentem in articulo mortis elicere actum contritionis, cum confitetur, & non sufficere attritionem cum Sacramento.* Ex p.11.tr.6. & Misc. 6. res. 21. p. 228.

8. *An quis peccet mortaliter, si formam absolutionis variet, dummodo tamen verba significent actum iudicialem?* Ex p. 5. tract. 13. & Misc. 1. res. 34. ibid.

9. *An si quis bona fide confiteatur cum simplici Sacerdote de venialibus, & mortalibus, valida esset absolutio? Et an etiam si quis cum attritione cognita confiteretur cum simplici Sacerdote non approbato, bona tamen fide, si moriatur ante aliam confessionem, saluus fiat? Et infertur confitentem bona fide peccata reseruata manere absolutum, vndè si Sacerdos culpabiliter absoluit, tenet absolutio.* Ex p.9. tract.9. & Misc. 4. res. 29. p. 229.

10. *An quilibet Sacerdos possit peccata venialia absoluere, Et an hoc etiam extendatur ad mortalia legitimè confessa? Et an nullus Pralatus Papa inferior possit hanc iurisdictionem à Sacerdotibus auferre? Et notatur, quod in supra dicto casu, si quis confitetur sola venialia, si habet aliquod peccatum mortale nondum confessum, quod tamen oblitus est, ab illo remanet absolutus, etiam si Confessarius sit simplex Sacerdos.* Ex p.5. tract. 14. & Misc. 2. res. 86. ibid.

11. *An nominatim excommunicatus possit validè absoluere à venialibus?* Ex p. 5. tract.9. res. 84. p. 231.

12. *An absolutio sacramentalis data ab excommunicato vitando, sit valida? Et an hoc intelligatur, si confessio, & absolutio sit de peccatis venialibus tantùm? Et an Sacerdos v. g. qui in Hispania est nominatim excommunicatus, vel notorius Clerici percussor, si in Siciliam venit, vbi hoc ignoratur, & confertur sibi beneficium Parochiale, confessiones quas audit, an valida sint, nam talis titulus prasumptus, & communis error facti conferunt iurisdictionem?* Ex p.10.tract.15.& Misc.5.res. 14. ibid.

13. An

Index Tractatuum,

tionem ab excommunicatione? Et quid est sentiendum, si Confessarius sciat peccata habere excommunicationem, & eum non obstante ex malitia absoluit, licet non habeat potestatem absoluendi à tali censura? Ex p. 3. tr.4. ref.78. p.246.

39. An non solùm existens in articulo mortis, sed etiam in periculo possit absolui à quocumque Sacerdote ab omnibus casibus? Et an hæc sententia etiam intelligatur, dum absoluendus morali necessitate coactus bellum, v.g. seu naufragium aggreditur, & secus si ex voluntate propria id faciat? Ex p.5.tr.3. ref.59. ibid.

40. An moribundus possit, quando alius non adest Sacerdos, petere à Sacerdote excommunicato, hæretico, schismatico, &c. absolutionem, etiam si sciat supradictos cum peccato Sacramentum administraturos? Ex p. 5. tr. 3. ref.58. p.247.

41. An Sacerdos hæreticus, schismaticus, & excommunicatus non toleratus habeat potestatem absoluendi in articulo mortis? Et an in tali casu non solum licitè pœnitens possit à talibus expectare absolutionem, sed etiam per se loquendo teneri, quia ex diuino præcepto ad confessionem obligatur? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 235. ibid.

42. An Sacerdos nominatim excommunicatus, vel publicus Clerici percussor, hæreticus, schismaticus, &c. habeat potestatem in articulo mortis absoluendi moribundum? Ex p.5. tr.3. ref.57. ibid.

43. An simplex Sacerdos, præsente Confessario iurisdictionem habente, possit absoluere moribundum? Et in textu huius Resolutionis aduertitur, quod quando concurrunt inter se simplex Sacerdos, approbatus, & approbatus in aliena Diœcesi, excommunicatus, irregularis, suspensus, interdictus, hæreticus, schismaticus, degradatus, vel habens priuilegium, quomodo, & quis præferendus sit alter ad alterum in articulo mortis ad confitendum infirmum. Ex p.5. tr. 3. ref.60. p.248.

44. An si Sacerdos simplex cœpit audire confessionem moribundi, accedens Confessarius approbatus, teneatur desistere ab auditione? Et quid, si contingat simplicem Sacerdotem iudicare infirmum esse in extremis, dum incipitur confessio, & postea ante absolutionem ita in melius abiisse, quod extra periculum esse iudicetur, an adhuc teneatur illum absoluere? Et quid est agendum, si in eo articulo contingat pœnitentem Sacerdoti simplici inualidè forsitan confiteri, quia in ea confessione mentitus est, & consequenter fuit inualidè absolutus, si cupiente autem illo denuo confiteri eidem Sacerdoti superueniat legitimus Confessor? Et quid; si æger validè confessus sit, & velit postea aliqua peccata oblita confiteri; an hæc possint, superueniente legitimo Confessario, absolui? Et an qui absolutus est in prædicto articulo, vel periculo mortis à casibus reseruatis, teneatur postea recurrere ad Superiorem, si fortè periculum euadat? Et quid dicendum est, si casus reseruati habeant annexam censuram? Et an qui virtute Bullæ Cruciatæ absoluitur in articulo mortis à casibus in Bulla Cœnæ reseruatis non teneatur ad comparendum, nec possit illi id onus imponi? Ex p. 5. tract. 3. ref. 66. p.249.

45. Quando puer est absoluendus in articulo mortis? Et quid est faciendum, quando æquè dubitatur, puerum habere vsum rationis, & non habere? Ex p. 5. tr. 3. ref.68. p.250.

46. An quando multis imminet periculum vitæ, vt fit in naufragio, peste, bello, &c. tunc singuli breuiter possint dicere aliqua peccata, & sic absolui? Imo in dicto casu, an Confessarius ex charitate, vt aliis subuenire possit, & similiter ipse pœnitens, qui viderit alterum periculum, teneantur non perficere confessionem? Et an in dicto casu possint simul, quando imminens periculum aliud non permitteret, ostendere dolorem, & aliqua peccata confiteri, & sic simul omnes absolui vnica absolutione, & forma? Ex p.2. tr.16. & Misc.2. ref.41. alias 43. ibid.

47. An cum periculum vitæ imminet, vt in naufragio, peste, bello, &c. tunc possint simul dicere aliqua peccata, & simul omnes absolui? Et an in tali casu supradicti teneantur publicè, vel per interpretem confiteri, cum remedium habeant contritionis? Et quid, quando probabiliter dubitant se veram contritionem habere? Et an sufficiat in dicto casu, vt omnes simul signo aliquo, vt genu flexione significent se peccasse, & ita possint à Confessario simul absolui? Ex p.5.tr.3. ref.71. ibid.

48. An tempore pestis, possit quis audire aliqua peccata, & confessione non finita moribundum absoluere? Et quid, si æger vellet integrè confiteri? Ex p. 5. tr. 3. ref.74. p.251.

49. An liceat absoluere moribundum, qui vult præbere eleemosynam pro sepultura in loco magis honorifico? Ex p.5. tr.3. ref.102. ibid.

50. An sit absoluendus moribundus, qui vult mutare testamentum, quod in vita fecit cum iuramento? Ex p.5. tr.3. ref.122. p.252.

51. An infirmus debeat statim ante mortem restituere pecuniam, & famam ablatam, alias non possit absolui? Ex p.5. tr.3. ref.104. ibid.

52. An lethaliter vulneratus, vel alias moribundus teneatur remittere inimico actionem iniuriarum, vulgo dicimus, farei la remissione, nec aliter possit absolui? Et quid, qui læsus fuit primus, & iniustus aggressor, vel inuentus fuit cum vxore, &c. Ex p.5. tr.3. ref.103. p.253.

53. Quidam in platea recepit vulnus lethale, si Confessarius illum audit, non potest mederi, si medetur, non potest confiteri; quid ergo est faciendum, vt Confessarius possit illum absoluere? Et obseruatur, quod si euenit infirmum dedisse signa contritionis, & doloris, nullus tamen id testatur, non ob id poterit Confessarius eum absoluere sub conditione, dicendo, te absoluo, si fortè signa præstitisti. Ex p.5. tr. 3. ref. 56. ibid.

54. De absolutione sacramentali largienda moribundo. Ex p.3. tr. 3. Prologus ante Resolutionem primam præcitati tractatus. p.254.

55. An sit danda absolutio ei, qui nutibus tantum quærit à Confessario absolutionem? Et an moribundus, qui non valet nisi per signa contritionis sua peccata confiteri, lucretur Iubilæum, quia hæc est vera confessio sacramentalis? Ex p.3. tr.3. ref.1. ibid.

56. An moribundus, qui non audit, neque loqui potest, sed tantum pugno pectus suum pulsat, suspirans in cælum oculos tollit, vel respicit aliquam imaginem? hoc vidente Sacerdote, vel aliis testificantibus, sit absoluendus? Et an sit absoluendus Sacerdos, qui inchoata Missa, & si corpore prius sanus, voce amissa, cadens ad interitum ruerit? Et quid est dicendum de illo, qui significans se cupere confiteri, & ideo ad genua Sacerdotis accedens, subito apoplexia tangitur, ante quàm aliud verbum proferat, an talis sit absoluendus? Ex part. 3. tract. 3. resolut. 2. ibid.

57. An sit absoluendus moribundus, si exhibeat supra dicta signa, sed dubitatur, an sint orta ex contritione, vel ex angustia mortis? Ex p.3.tr.3. ref.3. p.255.

58. An Confessarius possit absoluere moribundum, qui in eius absentia confessionem petiit, vel signa pœnitentiæ fecit, aliquo hoc testante? Idem infertur de petente Baptismum, & Extremam Vnctionem, si post petitionem amisit loquelam? Ex p.3. tr.3. ref 4 ibid.

59. Quot testes in supradicto casu debent testari Confessario de signis contritionis moribundi, vel quod confessionem petierit? Et an oporteat testem esse Christianum, aut infidelem, vel hæreticum, &c.? Ex p.3.tr.3.r.5.p.257

60. *An quem paulo antea in periculo mortis Confessarius audierat & non absoluerat, si postea superueniens inuenit adhuc viuum, sed admisisse sensum, possit illum absoluere?* Ex p. 3. tract. 3. ref. 6. ibid.

61. *An ad absoluendum moribundum sit sufficiens notitia mediata, quæ ex testibus mediatis proueniat? Et an in supra dicto casu, seclusa omni attestatione testium possit Sacerdos illum moribundum sensibus destitutum absoluere sub conditione? Imò, an id teneatur?* Ex p. 11. tract. 7. & Misc. 7. ref. 31. ibid.

62. *Quis non coram infirmo, sed statim in eius absentium manifestauit Confessario illum petijsse confessionem, vel signa contritionis ostendisse; quæritur, an si Sacerdos illum viuum adhuc inueniat, possit sacramentaliter absoluere? Et an adversus hoc faciat Decretum Clem. VIII. editum die 20. Iunij 1602. in quo damnatur tanquam falsa temeraria, & scandalosa ista propositio, scilicet licere per literas, seu inter Nuntium confessionem absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere? Et notatur Clem. VIII. in supra dicto Decreto declarare supra dictam absolutionem non solum illicitam, sed etiam inualidam, & nullam esse.* Ex p. 3. tract. 3. ref. 7. p. 259.

63. *An Confessarius possit absoluere sub conditione moribundum sensibus destitutum, qui neque petijt confessionem, nec vllum signum dedit contritionis?* Ex p. 3. tr. 3. ref. 8. p. 260.

64. *An Confessarius possit absoluere sub conditione moribundum qui neque petijt confessionem, nec vllum signum edidit? Et an sit licitum Confessario absoluere à peccatis morti proximum sensibus destitutum, etiam si nulli sint præsentes, qui testentur illum petiisse confessionem, aut signa contritionis dedisse, dummodo aliue absens, qui illum vocauit, fidem de petita ab eodem confessione prius illi fecerit? Et an sit absoluendus sub conditione Sacerdos, qui inchoata Missa post introitum, & si corpore prius sanus, voce amissa, cadens ad interitum rueret?* Ex p. 4. tract. 4. & Misc. ref. 92. p. 261.

65. *An moribundus nulla signa contritionis ostendens possit sub conditione absolui? Quod idem dicendum est de Sacerdote, qui in confessione generali fieri solita in principio Missæ amittit loquelam, aut vsum sensuum, quod possit absolui sub conditione ex vi talis confessionis.* Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. ref. 20. ibid.

66. *An Confessarius non solum possit, sed teneatur etiam adhibere absolutionem in casibus supra dictis; quia ex duabus opinionibus semper est eligenda illa, quæ faueat pœnitenti; & quia in supra dictis casibus Confessarius administrando Sacramentum cum opinione probabili, nullam illi iniuriam infert.* Ex p. 3. tract. 3. ref. 9. p. 263.

67. *An quando Confessarius ex opinione probabili absoluit moribundum, possit absolutionem ei præbere sine conditione?* Ex p. 3. tract. 3. ref. 10. p. 264.

Nunc etiam adscribuntur cæteræ omnes difficultates, & Resolutiones pertinentes ad hunc *Tractatum 4. de Absolutione sacramentali huius tom.* 1. quæ mistæ dispersæ sunt, vel obiter annotantur in reliquis aliis Tomis Tract. & Ref. huius totius operis, vt ita facillimè omnes quæstiones reperiantur.

AN Pontifex possit auferre à simplicibus Sacerdotibus iurisdictionem absoluendi à peccatis venialibus idem est dicendum de peccatis mortalibus alias ritè absolutis. Et an simplices Sacerdotes habeant potestatem absoluendi à venialibus, & mortalibus alias ritè absolutis, nisi sint ab Episcopo approbati? Et quæritur, à quo iure id habeant absoluendi à supra dictis peccatis, an à iure diuino, vel per concessionem Ecclesiæ? Ex p. 8. tract. 1. ex ref. 55. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 3. tract. 1. de Potestate Pontificis ref. 35.

An Episcopus possit præcipere Parocho, ne absoluat ab aliquo peccato, & irritare aliter factum? Et an sit ministranda absolutio Sacramenti Pœnitentiæ infirmo, qui ante amentiam dedit signa contritionis? Et an si Confessarius proferat verba formæ absolutionis sacramentalis super legitimam materiam sine intentione absoluendi, etiam si postea intentionem adhibeat, nihil efficiat? Ex p. 10. tract. 13. ex ref. 23. & ex p. 3. tract. 4. ex ref. 248. alias 249. & in p. 10. tract. 13. ex ref. 20. *Quæ hic reperientur* in tom. 2. tract. 6. de Matrimonio ref. 70. 61. & 100.

An si quis in forma Pœnitentiæ relinqueret particulam ego, *incurrat culpam mortalem. Et an in Sacramento Pœnitentiæ, in forma eius absolutionis sacramentalis exprimenda sit persona suscipientis hoc Sacramentum? Et quid præstare debeat, qui suscepit absolutionem Sacramenti Pœnitentiæ à Confessario de suo Baptismo dubio? Et an Confessarius audiens confessionem in peccato mortali, si ante absolutionem pœniteat, non peccet mortaliter?* Ex p. 5. tract. 5. ex ref. 39. & ex p. 20. tr. 16. ex ref. 92. & 20. alias 19. & 28. alias 27. *Quæ hic sunt supra* in tr. 4. de Baptismo ref. 4. 60. 79. & 11.

An Confessarius non proprius, vt Regulares, & non proprij Pastores, & Parochi, peccet mortaliter, vel tantum venialiter, si pœnitentem habentem pro se opinionem probabilem nollet illum absoluere? Et an hoc etiam procedat, si Confessarius falsam esse opinionem pœnitentis existimet, si tamen probabilis reputatur inter Doctores probatæ authoritatis? Et an qui petiit confessionem possit absolui sine conditione in articulo mortis? Et an sit opinio probabilis asserere in articulo mortis, præsente Parocho, posse quemlibet Sacerdotem absoluere moribundum? Ex p. 2. tract. 13. ex ref. 11. & 13. & in p. 4. tract. 4. ex ref. 161. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 8. tract. 1. de Opinione probabili ref. 6. 3. & 7.

An per absolutionem sacramentalem præstitam ab eo, qui Sacerdos non est, inducat irregularitatem? Ex p. 10. tract. 11. ex ref. 21. *Quæ hic est* in tom. 5. tr. 5. de Irregularitate ref. 24.

An Clerico habenti Tonsuram sit largienda à Confessario absolutio à suspensione, quatenus indigeat? Ex p. 10. tract. 14. ex ref. 16. alias 14. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 5. tract. 3. de Suspensione ref. 12.

An si quis esset morti vicinus & Sacerdos recuset eum absoluere, si non detur quantitas pecuniæ, nec alia via possit conferri absolutio in extrema necessitate, licitum sit ei pecuniam præbere? Ex p. 5. tract. 3. ex ref. 29. *Quæ hic est supra* in tract. 1. de Baptismo ref. 27.

An absolutio data homini in domo incluso sit valida? Et an Sacerdos, vel laicus si sint in periculo mortis, nec adsit, qui eos sacramentaliter possit absoluere, possint communicare sine confessione? Ex p. 10. tr. 16. ex ref. 41. alias 40. & ex p. 5. tract. 3. ref. 36. *Quæ hic reperientur* in tom. 2. tract. 1. de Celebrat. Missarum ref. 220. & 134.

An Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre absolutionem? Et an Confessarius ius habeat ad interrogandum pœnitentem de consuetudine peccandi? Et infertur, quod si pœnitens probabiliter credit Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fateatur consuetudinem peccandi, possit, æquiuocatione vtendo, negare consuetudinem. Idem est de consuetudine proxima inevitabili tamen sine magno incommodo, & scandalo. Ex p. 1. tract. 7. ex ref. 55. *Quæ hic est infra* in tract. 7. de Circumstantiis ref. 125.

An sit deneganda absolutio pœnitenti, qui mutuo dedit concubinæ centum aureos, quorum recuperationis spem amittit, si è domo eam eijciat? Ex p. 3. tr. addit. ex ref. 27. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 8. tr. 6. de Luxuria ref. 5.

An

An sit absoluendus moribundus, qui non vult recipere Extremam Vnctionem, vel Confirmationem? Ex p. 5. tr. 3. ex res. 97. *Quo hic reperietur* in tom. 2. tr. 4. de Extrema Vnctione res. 37.

An Mulier superfluè ornata, & potissimum nudans pectora, & si nollet ornatum deponere, possit nihilominus absolui in confessione? Ex p. 10. tr. 12. ex res. 30. *Quæ hic est* in tom. 7. tr. 5. de Scandalo res. 11.

Petrus deambulando per Ciuitatem inuenit Crumenam cum magna pecuniarum quantitate, facta autem debita diligentia non reperit Dominum, ideo per multos annos sibi retinuit; nunc Confessarius denegat illi absolutionem, si pauperibus dictas pecunias non restituit, quæritur, quid faciendum? Et etiam fuit sæpius à diuersis Confessariis à me delata ista quæstio. An gabella possit imponi rebus ad proprios vsus necessariis, nimirum carnibus, piscibus, sali, frumento, oleo, &c. & si pœnitens nolit restituere defraudationem talis gabellæ, an sit illi deneganda absolutio? Ex p. 2. tr. 17. ex res. 5. & 28. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 8. tr. 7. de Furto, & Restitutione res. 22. & 60.

An Pater sit absoluendus, qui vult relinquere filium hæredem tantum in legitima, &c.? Et an sit moribundus non vult relinquere hæredem fratrem, sed extraneum, sit absoluendus? Ex p. 1. tr. 8. ex res. 83. & ex p. 5. tr. 3. ex res. 114. *Quæ hic reperiuntur* in tom. 7. tr. 8. de Testamentis res. 108. & 107.

An Sacerdos, qui non potest absoluere nisi satis facta parte si absoluat non satisfacta parte, absolutio sit illicita, sed non inualida? Et an reus non sit cogendus à Confessario, vt veritatem aperiat in causa capitali, honoris, famæ, triremium, & confiscatione omnium bonorum, & similibus, dum adest spes euadendi; & Confessarius in his, & similibus casibus teneatur absoluere eum, qui est in proposito negandi veritatem, vtendo restrictione mentali, aut æquiuocatione? Ex p. 10. tr. 12. ex res. 7. & in tr. 13. ex res. 13. *Quæ hic sunt* in tom. 6. tr. 1. de Legibus res. 30. & 100.

Quidam filius familias, qui parum poterat, perdere, lucratus est magnam pecuniarum summam. Cum postea ad Sacramentum Pœnitentiæ accederet, noluit illum Confessarius absoluere, nam asserebat non posse plus lucrari, quam posset perdere. Quæsierunt à me postea, an rectè Confessarius procedat negando absolutionem, si pœnitens nolit dictas pecunias restituere? Ex p. 1. tr. 8. ex res 67. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 6. tr. 4. de Ludo, res. 21.

An qui vi, metu, fraude, vel dolo, aut alio quocumque casu inter Infideles Fidem negans, corde tamen illam retinens possit postea inter Christianos rediens absolui à quocumque Confessario ab Ordinario approbato? Et quid de blasphemantibus hæreticaliter inter Christianos; & de Illusoribus Imaginum Sanctorum; & de comedentibus carnes tempore prohibito? Ex p. 3. tr. 4. ex res. 142. alias 143. *Quæ hic reperietur* in tom. 5. tr. 8. de Hæresi, & eius Absolutione res. 25.

Nota, quod in prædicto tom. 5. & tract. 8. de Hæresi, *sunt multæ Resolutiones, & diuersæ difficultates pro dicta absolutione ab Hæresi; ideo, si ita casus mistus occurrerit, facillimè ibi illum inuenies, signanter* à res. 14. vsque ad res. 39. inclusiuè præcitati tractatus.

An propter sollicitationem in confessione non possit Confessarius aliquem absoluere, si denunciationes non sint factæ ante confessionem, vel sufficiat, vt pœnitens promittat denunciare? Ex p. 1. tr. 4. ex res. 27. *Quæ hic est* in tom. 5. tr. 9. de Denunciationibus res. 22.

An possit Confessarius absoluere eum, qui vnam paginam libri Hæretici legerit? Et quid, si legantur duæ, vel tres lineæ, in quibus legens certò nouit contineri hæresim? Ex p. 5. tr. 5. ex res. 42. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 5. tr. 10. de Inquisitoribus res. 146.

Nota, quod pro absolutione virtute Cruciatæ legendi, & retinendi libros hæreticos inuenies diuersas quæstiones circa hæc in tom. 4. tr. 3. de Bulla Cruciatæ signanter à res 41. vsque ad res 48. inclusiuè. *Et in multis aliis Resolutionibus pro aliis diuersis & mistis casibus, & absolutione eorum vigore Bullæ Cruciatæ, quos facillimè ibidem, si requiris, inuenies.*

Aduerte etiam, quod in tom. 7. tract. 4. de Iubilæo *sunt aliquæ difficultates, sed omnes mistæ pro peccatis absoluendis tempore Iubilæi, quas sine fastidio ibi reperies, si ita casus mistus occurrerit.*

Similiter in tom. 7. tract. 1. de Regularibus *sunt multæ Resolutiones, & in illis diuersæ quæstiones pertinentes ad Regulares circa hanc sacramentalem absolutionem, dispensationem, & votorum commutationem, & irritationem, & quia præcitatus tractatus est nimis longus, ideò si ita casus mistus occurrit, require illum ibidem in Resolutionibus hic assignandis & non in aliis supra dicti tractatus, videlicet* in res. 30. 87. 88. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 108. 109. 110. 111. 112. 110. 122. *& in aliis pro absolutione à peccatis ipsorummet Religiosorum. Sed pro absolutione à reseruatis pœnitentium sæcularium, & absolutione à diuersis censuris ab illis incursis, pro votorum commutatione; & dispensatione illorum, & dispensatione petendi debitum require* à res. 263. vsque ad res 281. & in res. 300. & 302. *etiam pro dispensatione irregularitatis a pœnitentibus sæcularibus incursa.*

An Confessarius habens facultatem dispensandi super certam materiam, dispensatio sit valida, si in confessione sacramentali internè illam fecerit, putando tamen tam ipse, quam pœnitens non esse necessarium verbis expressis illam facere; vel an sit necessarium iterum expressè dispensare, & proferre verba dispensationis, dicendo Dispenso tecum, &c.? *Et an hæc dispensatio possit fieri à Sacerdote, etiamsi dispensans sit absens?* Ex p. 4 tr. 4. ex res. 118. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 3. tr. 2. de Dispensationibus res. 156.



TRACTATVS V.

De Aliquibus reseruatis, atque de eorum Absolutione.

pag. 264.

1. *AN non solum in articulo mortis, sed etiam in periculo possit quis eligere Confessarium non approbatum pro omnibus peccatis, & censuris reseruatis?* Ex part. 3. tract. 4. resolut. 71. ibid.

2. *An in articulo mortis, seu periculo possit quilibet Sacerdos absoluere ab omnibus peccatis, censuris, & reseruatis? Et an sub nomine Sacerdotum in hoc casu comprehendantur non approbati, excommunicati, suspensi, irregulares, degradati, hæretici, cessante periculo peruersionis, &c.? Et quid de simplici Sacerdote, præsente Parocho? Et in §. vltimo huius Resolutionis docetur, quomodo hæc sententia intelligatur,* in periculo mortis? *Et quid si propria sponte quis periculum mortis adeat, v. g. in bello iusto, maris longa nauigatione, &c?* Ex part. 3. tract. 4. res. 57. ibid.

3. *An absolutio à reseruatis, quæ potest, vt dictum est supra, impendi a quolibet Sacerdote in periculo mortis, possit dari à prima die infirmitatis, quæ ponit infirmum in tali periculo?* Ex part. 5. tract. 3. res. 69. p. 265.

4. *Quando censeatur non adesse copiam Confessoris*

habentis

Episcopo

Episcoporum potestatem vellet restringere; & Episcopus vellet potestatem Parochorum limitare plusquam par est, restricta, & limitata erit. Et supponitur Pontificem posse sibi reseruare aliqua peccata pro tota Ecclesia, Episcopum pro suo Episcopatu, & Parochum pro sua Parochia; sed ista vltima reseruatio fere semper inutilis erit. Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. res. 18, p. 278.

23. An Confessarius absoluens à casibus Episcopo reseruatis sine prætextu alicuius priuilegij incidat in excommunicationem, & alias pœnas Decreti Clementis VIII? Et an Religiosus qui absque facultate absoluerit ab aliquo casu in Religione reseruato non incidat in pœnas dicti Decreti iuxta aliud Decretum Clem. VIII? Et an qui absoluit à reseruatis sub spe ratihabitionis, vel ex inconsideratione, aut ignorantia non tamen crassa, aut affectata, incidat in dictam excommunicationem? Et an Sacerdos, qui in dictam excommunicationem incidit absoluendo absque facultate à casibus reseruatis, possit absolui ab Episcopo vigore Concilij Tridentini sess. 24. de reformat. Id est, an Episcopus possit absoluere à casibus reseruatis ex noua lege post dictum Concilium Tridentinum; & quid circa hoc declarauit Sacra Cardinalium Congregatio. Ex p. 3. tr. 4. res. 73. p. 280.

24. An absolutio casuum reseruatorum ex præsumptione ratihabitionis sit valida? Ex quo in corpore huius Resolutionis quinque obiectiones deducuntur circa hoc, & in vltima sequitur Confessarium grauiter peccare, qui ita confessionem audire incipit. Et similiter peccare grauiter, qui talis sciens confitetur; quamuis is facilius ex ignorantia possit excusari. Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. res. 57. p. 281.

25. Quid facere debeat Confessarius, qui male absoluit pœnitentem de aliquo casu reseruato non habens Iurisdictionem? Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. res. 60. p. 282.

26. An confitens Superiori liberetur à reseruatione quoad peccata oblita? Ex quo infertur, si Superior absoluat ab vna censura solum, & habeat potestatem delegatam, non manere pœnitentem absolutum ab aliis, quas forte incurrerat, nec ablatam esse reseruationem pro illis. Sed quid est sentiendum, quando absoluit generaliter ab omni excommunicatione in quantum potest; & quando absoluit generaliter à peccatis, an tunc verba dirigantur ad omnes censuras, & peccata reseruata, & per consequens ad omnia oblita? Ex p. 10. tr. 13. & Misc. 3. res. 56. ibid.

27. An quis licite possit absoluere pœnitentem, qui peccata reseruata habet cum onere, vt ea sola postea Superiori confiteatur? Et quid, si excommunicatio annexa sit peccatis reseruata? Ex p. 3. tr. 4. res. 58. p. 283.

28. An pœnitens qui à Superiore fuit absolutus à peccatis reseruatis, teneatur postea ista cum aliis Sacerdoti inferiori confiteri? Ex p. 3. tr. 4. res. 74. p. 284.

29. An qui confessus est omnia reseruata legitimo Superiori inualide tamen vel ex defectu doloris, vel ex integritate, teneatur postea cum legitimo Superiore confiteri, vel sufficiat cum quocunque Confessario approbato? Et an hoc procedat etiam in dicta peccatis confessis tempore Iubilæi? Et an quando quis confitetur bona fide in aliquo die septimanæ casus reseruatos, & postea non adimplet alia opera præcepta in Iubilæo, peccata illa maneant reseruata? Et quid est dicendum de peccatis reseruatis oblitis in illa confessione; an possint postea confiteri non habenti potestatem in reseruata, etiam si Iubilæum non lucratus fuerit? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 124. ibid.

30. An confessio reseruatorum inualida, si facta sit Confessario habenti tantum facultatem delegatam, tollat etiam reseruationem? Et an hoc omnino certum sit, quando peccatum est reseruatum ob annexam censuram? Ex p. 8. tr. 7. & Misc. res. 65. ibid.

31. An Sacerdos, qui habet casus reseruatos, à quibus præsens Confessarius illum non potest absoluere, possit contritus sine præuia confessione Sacrum conficere? Et si talis Sacerdos habeat cum aliquo peccato reseruato alia peccata non reseruata, vel saltem alia peccata venialia, teneatur confiteri omnia supra dicta peccata venialia & reseruata, vt possit saltem ab illis indirecte absolui? Et quid est dicendum si Sacerdos, qui habet peccatum reseruatum, habet etiam facultatem, vt possit illud confiteri inferiori cum onere postea comparendi coram Superiore; an possit omittere confessionem? Ex p. 2. tr. 14. res. 65. ibid.

32. Quidam habebat casum reseruatum cum excommunicatione annexa, & vrgente necessitate celebrauit; quæsierunt, an in tali casu tenebatur confiteri Sacerdoti inferiori? Idem est de laico, vrgente necessitate ad communicandum. Et quid, si in dicto casu pœnitens habeat aliqua peccata non reseruata, an teneatur illa confiteri Sacerdoti inferiori? Ex p. 3. tr. 4. res. 103. alias 104. p. 285.

33. An si non adsit Confessarius potens absoluere à peccatis reseruatis, possit, qui illa habet, elicita tantum contritione, sine vlla præuia confessione Eucharistiam sumere? Idem est dicendum de eo, qui habet excommunicationem reseruatam, vrgente necessitate communicandi. Et quid, si præter mortale, ex cuius manifestatione pœnitens timet damnum, non habet nisi venialia; an in eo casu tali Sacerdoti teneatur confiteri venialia ad præceptum de præmittenda confessione Sacramentali ante Eucharistiam seruandum? Idem est dicendum ad præceptum annuæ Confessionis implendum. Ex p. 9. tr. 3. res. 11. ibid.

34. An in casu necessitatis possit quis confiteri peccata reseruata, quæ habent annexam excommunicationem cum Sacerdote inferiori? Et quid, si peccatum reseruatum non habet annexam excommunicationem, licet pœnitens habeat aliqua peccata non reseruata, an teneatur illa confiteri cum Sacerdote inferiori? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 68. p. 286.

35. An si quis habet peccata reseruata, & ratione scandali tenetur confiteri, si non adsit Sacerdos in talia peccata facultatem absoluendi habens, possit quis confiteri alia peccata, & reseruata relinquere? Ex quo etiam deducitur, quid facere debeat ille, qui tenetur confiteri tempore Paschatis, vel facere Sacrum, aut sumere Eucharistiam ratione scandali, & tamen est innodatus aliqua excommunicatione propter hæresim. Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. res. 10. p. 287.

36. An qui habet peccata reseruata, & nullum aliud simplex, si non adest Confessarius habens in illa iurisdictionem, teneatur confiteri venialia? Et an qui solum habet vnicum peccatum mortale, & illud non possit declarare Confessario sine aliquo ex notabilibus incommodis, teneatur illud tacendo confiteri sola venialia, quando obligat præceptum confessionis, etiam extra mortis articulum? Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. resolut. 9. p. 288.

37. An vna nox sit longum tempus, vt possit quis confiteri reseruata cum Sacerdote non habente potestatem ab illis absoluendi? Et supponitur posse quem confiteri dimidiata confessione, vel etiam explicato casu reseruato cum onere postea comparendi, quando longa temporis mora est interiicienda. Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. res. 8. ibid.

38. An qui ignorat reseruationem alicuius casus, incurrat in illam? Et quid ex praxi omnium Religiosorum, in quibus ignorantia reseruationis non tribuit facultatem absoluendi pœnitentem, qui reseruationem ignorant? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. res. 42. p. 289.

39. An ignorans casum reseruatum sine censura absolui possit à quocunque Confessario, etiam si non habeat po-

tane adest peccatum sodomia : quæsitum à me fuit, an pueri ante annos pubertatis includantur in tali reseruatione? Ex p.2.tr.15.& Miscell.1.resol.2. ibid.

56. *Quidam Sacerdos absoluit pœnitentem, qui rem habuerat cum fœmina in vase præpostero, tenens illam opinionem, hanc non esse veram Sodomiam, nec includi in casu reseruato Sodomia posito in Tabella illustrissimi Archiepiscopi: quæsiuit postea, an peccauerit, & an illud Sacramentum fuerit nullum, quia ille pœnitens aliud peccatum in illa confessione non fuerit confessus? Et discutitur, an in materia Sacramentorum sequi possit opinio probabilis, relicta probabiliori, & tutiori? Et addo non solum errorem communem, sed etiam probabilem Doctorum opinionem efficere, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiamsi fortè opinio illa sit falsa, vt si probabile sit talem posse absoluere à reseruatis, vel censuris, & similibus.* Ex p.2. tr.15. & Misc.1. resol. 29. ibid.

57. *An Bulla Pij V. contra Clericos Sodomitas obliget in foro conscientiæ, & sit vsu recepta?* Ex p.2. tr. 17. & Misc.3.resol.61. p.300.

58. *An Clericus incurrat in pœnas supra dictæ Bullæ, si habeat rem cum aliqua muliere in vase præpostero? Et an incurrat in casum reseruatum Sodomiæ ille, qui cum muliere rem habuerit in præpostero vase?* Ex part. 2. tract. 17. & Misc. 3. resol. 62. ibid.

59. *An Clericus incurrat pœnas supra dictæ Extrauagantis, si non emisit semen intra vas? Ex quo deducitur, quod ad incurrendum in casum reseruatum Sodomiæ necessarium est, vt semen intra vas effundatur, sin autem non erit propriè Sodomia.* Ex p.2.tr.17. & Misc.3. resol.63. ibid.

60. *An in pœnas dictæ Bullæ incidant Clerici tam agentes vitium sodomiticum, quam patientes? Et an casus reseruatus Sodomiæ extendatur solum ad agentem, & non ad patientem?* Ex p.2. tr.17.& Misc.3. resol.64. p.301.

61. *An Clericus sodomiticum crimen admittens semel, vel bis, aut ter incurrat in pœnas supra dictæ Bullæ? Et an sit denuncianda mulier, quæ semel maleficium fecit, aut superstitionem, nisi saperet hæresim?* Ex p.2.tr.17. & Misc.3.resol.65. ibid.

62. *An Clericus incurrat in pœnas dictæ Bullæ, si vitium bestialitatis commiserit? Et pro praxi huius quæstionis aliqui alij diuersi casus explanantur; & tandem deducitur legem pœnalem non esse extendendam de casu ad casum ex identitate rationis; & quod in casibus reseruatis, vt pote pœnalibus strictam debere fieri interpretationem.* Ex p.2. tr.17.& Misc.3.resol.66. p.302.

63. *Virum ad incurrendas pœnas supradictæ Bullæ exigatur sententia iudicis, ita vt ante illam Clerici dictas pœnas non incurrant in conscientia? Et ex doctrina huius Resolutionis deducuntur alij septem casus in §. vltimo huius Resolutionis, & alij quam plurimi deduci possunt, in quibus non incurritur in pœnas à lege ciuili, vel Ecclesiastica impositas ante iudicis sententiam.* Ex p.2. tr.17. & Misc.3. resol.67. ibid.

64. *Praxis pro Confessarijs circa absolutionem Clericis sodomiticis impertiendam.* Ex p.2.tr.17.& Misc.3.resol.68. p.303.

65. *Enumerantur aliqui casus, in quibus discutitur an incidatur, vel non incidatur in Sodomiam reseruatam?* Ex p.7.tr.12.& Misc.3.resol.13. alias 11. ibid.

66. *Illustrissimus Cardinalis Archiepiscopus reseruauit in hac Diœcesi Panormitana aliquos casus, sed multis Regularium Superioribus dedit potestatem ab illis absoluendi, interrogatus sæpius fui à nostratibus, & exteris, an dicti Superiores Regularium possint istam authoritatem concedere alicui particulari? Idem quæritur de Pœnitentiarijs.* Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. resol. 53. p.304.

67. *An Vicarius Episcopi si habeat potestatem subdelegandi, possit absolui ab alio, si incidit in casum reseruatum? Et an idem dicendum sit de Priore, qui vt Vicarius ab Episcopo talem potestatem à Prælato sui Monasterij habuit, nam si in aliquem casum inciderit, possit ab alio Confessario subdelegato de illo absolutionem obtinere sine licentia Prælati? Et quid de Episcopo, si in casum inciderit reseruatum Summo Pontifici, à quo ipse alios absoluere potest? Et an, si subditus petat à Prælato omnem eius auctoritatem pro vna vice, & vna persona sibi subiecta, includatur ipse petens, ità vt possit absolui à reseruatis ab aliquo Confessario? Idem est dicendum de dispensatione, ac de absolutione.* Ex p.3. tr.4. resol.141. alias 142. ibid.

68. *An mortuo Episcopo casus reseruati expirent, ita vt possint absolui à quocumque Confessario? Et quid, si casus reseruati sint per statutum, vel Synodum Diœcesanam; aut qui iure, vel consuetudine ipsi Episcopo reseruantur; an absolutio petenda sit à successore seu Capitulo, sede vacante?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. resol. 108. p. 305.

69. *An mortuo Episcopo, quilibet sacerdos possit absoluere à casibus sibi reseruatis? Et quid est, dicendum, si casus sint reseruati per statutum, vel legem synodalem? Et an si in mandatis Visitationum Episcopi reseruent sibi aliqua peccata sine cum excommunicatione, siue sine illa, expiret reseruatio mortuo Episcopo? Idem est dicendum de Visitationibus Prouincialium Religiorum. Et an supra dicta intelligantur quoad illos, qui in vita Condentis Episcopi, vel Prouincialis Regularium prædictam censuram, aut reseruationem non incurrerunt, nam si adhuc viuente Episcopo incursa sunt, tunc quidem reseruatio, & excommunicatio adhuc durat, mortuo Episcopo, aut Prælato Regularium?* Ex p. 6. tr. 6. & Misc.1. resol.41. ibid.

Hic verò transcribuntur reliquæ omnes difficultates pertinentes ad hunc *Tractatum* 5. *de Reseruatis*, atque de eorum Absolutione huius Tom. I. quæ mistæ dispersæ sunt, vel latent in cæteris omnibus aliis Tractatibus huius totius operis, vt ita citius, & expeditius omnes quæstiones, & Resolutiones inueniantur.

AN Pontifex possit reseruare peccata venialia? Et docetur cæteros Superiores, & alios Prælatos inferiores Papa non posse sibi reseruare peccata venialia Et an Pontifex possit reseruare peccata mortalia interna? Et quid circa hoc apud Episcopos & Religiosos? Et an Pontifex possit reseruare omnia peccata mortalia externa? Et an hoc validè, licet illicitè facere possit? Et an Pontifex validè possit sibi reseruare absolutionem casus, & excommunicationis etiam in articulo mortis? Ex quo infertur reseruationem factam à Papa absque causa valere respectu omnium Confessorum non tamen esse licitam. Ex p. 8. tr. 1. ex resol. 52. 53. & 54. & ex p. 10. tr. 14. ex resol. 7. alias 5. *Quæ nunc inuenientur* in tom.3. tr. 1. de Potestate Pontificis resol. 31. 32. 33. & 34.

An Episcopus possit concedere Bullas cum facultate absoluendi à casibus sibi reseruatis, & dispensare & commutare in eis, quæ ipse iure suo ordinario possit? Ex p.4. tr.4. ex resol 60. *Quæ hic reperietur* in tom.3. tr.3. de Potestate Episcopi resol.67.

Index Tractatuum,

An Episcopus possit pracipere Parocho, ne absoluat ab aliquo peccato, & irritare aliter factum? Ex p. 10. tr.13. ex ref.23. *Qua hic est* in tom.2. tr.6. de Matrimonio ref.70.

An Capitulum Sede Vacante possit concedere facultatem absoluendi à reseruatis; Et an Capitulum Sede Vacante possit concedere facultatem, & eam delegare pro casibus Pontificiis, quando non est facilis recursus ad Papam, vel ad Nuntium? Et an possit deputare Pœnitentiarios cum potestate absoluendi a casibus reseruatis Episcopo: Ex p.8.tr.4.ex ref.47.9. & 12. *Qua nunc inuenientur* in tom. 3. tr. 5. de Capitulo Sede Vacante ref.23.24.& 31.

An Prolatus, qui potest dispensare circa suos subditos in reseruatis, possit etiam circa se? Ex p.1. tr.9.ex ref.15. *Qua hic reperietur* in tom.4.tr.6. de Ieiunio ref.3.

An Bulla Cruciata suspendat priuilegia Regularium absoluendi à reseruatis? Et an vt Episcopus; vel Confessarius virtute Cruciata, vel Iubilei possint commutare aliquod votum, satis sit, quod sit in opinione, an sit reseruatum, nec ne? Et an per Bullam Cruciata posit quis comutare votum emissum cum intentione efficiendi illud reseruatum, vt scilicet, à nullo posit auferri nisi petita commutatione à Pontifice? Ex p. 1. tr.11. ex ref.100.73.& 75. *Qua hic sunt* in tom.4.tr.3. de Bulla Cruciatæ ref.126.94.& 82.

Aduerte, quod in predicto tom.4.& tract.3.de Bulla Cruciatæ *sunt multa alia difficultates omnes mista pro reseruatis & Bulla Cruciata, & etiam pro Reseruatis Regularium, quas facillimè ibidem reperies* in ref.28.29.31. 31.33. & à ref.37. vsque ad ref.54. inclusiuè, & non in aliis præcitati tractatus.

Nota etiam, quod in supradicto tom.4.tract.4. de Iubileo, *sunt etiam plures quostiones omnes mista pro reseruatis, & eorum absolutione tempore Iubilai, & etiam pertinentes ad Regulares, & Moniales, quas ibi reperies: quando ita casus mistus occurrerit in Resolutionibus hic assignandis, & non in aliis supradicti tractatus, videlicet* in ref.10.11.13.21.36.38.40.41.42.55.57.59. 60.61.64.65.& 66.

An Regulares virtute suorum priuilegiorum possint absoluere à casibus reseruatis Episcopo de iure communi; Et vtrum Decretum super absolutione à casibus reseruatis deroget priuilegium Confessariorũ commorantium in hoc Regno Siciliæ, & Sardinia? Et quidam Religiosus cum in casum reseruatum incidisset, ex industria cuiusdam negotij se transtulit in aliam Ciuitatem, vt ibi absolueretur; quæritur, an valida fuisset illa confessio? Idem docetur quoad sæculares ex Sacra Cardinal. Congregatione. Et an pollutio Regularis cogitandi tantum turpia sit peccatum reseruatum? Et quid, si sequatur ex aspectu nimis libidinoso, quando Superiores Regularium reseruant pollutionem voluntariam? Et an Regulares ex confirmatione priuilegiorum possint hodie absoluere à quinque casibus Papalibus exceptis in Decretis Clem. VIII. & Vrbani VIII. ac etiam à casibus Episcopo reseruatis? Et an Episcopus possit sibi reseruare aliquid circa clausuram in ordine ad Moniales exemptas? Et an in dicto casu controuersionis sint absoluenda ab Episcopo, vel à Pralato Regulari? Et an Moniales Ordinario subiecta subiaceant casibus, & censuris, quas ipse Ordinarius generaliter reseruat pro tota sua Diœcesi, etiam si de ipsis Monialibus non fiat mentio in Edicto reseruationis? Et an Pralatus Regularis pro Monialibus sibi subditis possit reseruare casus, & censuras, neque opus est, vt Pralatus id faciat cum Capitulo, cum Moniales Capitulum non habeant? Ex p.3.tr.2.ex ref.13.& ex p.2.tr.17.ex ref.30. & ex p.6.tr. 7. ex ref. 57. & ex p. 4. tr. 4. ex ref.61. & ex p.10. tr.13.ex ref.22.& 52. *Qua nunc inuenientur* in tom.7. tr.1. de Regularibus ref.269. 273.104.118. 268.& 317.

Nota, quod in supra dicto tom. 7. & tract. 1. de Regularibus *inuenies alias multas quæstiones pro reseruatis ipsorummet Regularium tantum, & etiam Nouitiorum signanter* a ref. 102.vsque ad ref.120. præcitati tractatus.

An quis incidat in casum reseruatum, si dedit consilium ad homicidium alicui parato homicidium facere, si ex illo consilio postea libentius, & citius homicidium commiserit? Et an quando tempore Ordinationis Episcopi ferunt excommunicationem contra furtiuè, &c. Ordinationi se ingerentes, dicta irregularitas regulariter sit Papæ reseruata, ita vt Episcopus in ea non possit dispensare? Ex p. 8. tract. 7. ex ref. 92. & ex p. 4. tract. 2. ex ref. 55. *Qua hic reperientur* in tom. 5. tract. 5. de Irregularitate ref. 107. & 15.

An incidat in casum reseruatum de coeuntibus cum brutis, qui cognosceret belluam, quæ iam esset mortua, si intra eius vas seminet? Ex p. 9.tract. 9. ex ref. 1. *Qua hic est* in tom. 8. tract. 6.de Luxuria ref. 6.

An impuberes commiscentes se cum consanguineis vel affinibus sint inclusi in casu reseruato incestus? Et an concubitus viri Christiani cum muliere infideli, Turca, vel hæretica sit circunstantia in confessione aperienda, si casus sit ab Episcopo reseruatus? Ex p. 3. tract. 4. ex ref. 109. alias 101. & ex ref. 137. alias 138. *Qua hic sunt infrà* in tract.7. de Circunstantiis ref. 137. & 126.

An committentes homicidium voluntarium, raptum virginis, sacrilegium cum Moniali, incestum, sodomiam, & similia peccata, quibus annexa est reseruatio, afficiantur reseruatione, si hæc ignoretur? Ex p.7. tract.4. ex ref. 14. *Qua nunc inuenietur* in tom. 5. tract. 7. de Symonia ref. 62.

An ignorantia censura inuincibilis, quæ est annexa casibus Pontificiis impediat reseruationem? Et quid si supra dicta ignorantia sit crassa, supina, vel affectata? Et an vendere Agnus Dei, & retinere illos sit excommunicatio Pontifici reseruata; Et an lata excommunicatio reseruata contra perpetrantes homicidium, si quis iam propinato alteri veneno confiteatur illud, incidat in censuram, vel casum reseruatum, si homicidium est reseruatum? Ex p. 9. tract. 6. ex ref. 13. & in p. 3. tr 6. ref. 12. & ex p. 8. tract. 7. ex ref. 85. *Qua hic reperientur* in tom. 5. tract. 1.de Excommunicatione ref. 35. 76. & 10.

An ex abortu casuali incurratur reseruatio? Et plurimi alij casus deciduntur, in quibus resoluitur, quod ex abortu non incurritur reseruatio. Et an, qui approbauit abortum iam factum etiam suo nomine, incidat in casum reseruatum per Episcopum? Et an quando Episcopus, seu Ordinarius generaliter concedit alicui Confessario facultatem absoluendi à casibus, & censuris sibi reseruatis, tunc enim non censeatur concessus abortus animati fœtus, nisi specificetur? Ex p. 7. tract. 5. ex ref. 20. 9.14. & 19. *Qua hic sunt* in tom. 5. tract. 6. de Abortu ref.17. 26. 29. & 6.

TRACTATVS VI.

De Satisfactione Sacramentali. p. 306.

1. *AN Confessarius teneatur imponere pœnitentiam ante absolutionem? Et an consuetudo, vt prius imponatur pœnitentia, quam pœnitens absoluatur, nullam inducat obligationem?* Ex p.5. tr. 13.& Miscell.1. resolut. 36. ibid.

2. *An pœnitens teneatur acceptare iniunctam à Confessario*

rio pœnitentiam sub onere peccati mortalis? Et an Confessarius possit absoluere pœnitentem nolentem acceptare iniunctam pœnitentiam? Et quid, si pœnitens non respuetet omnem pœnitentiam, sed aliqualem, licet paruam, vt vnum Pater noster, acceptet? Ex p.2.tt. 15. & Misc.1.ref.52. ibid.

3. An opinio plurimorum Doctorum asserentium pœnitentem non teneri acceptare pœnitentiam, impositam à Confessario sit saltem tanquam improbabilis censuranda? Ex p. 11.tract 7.& Misc. 7. ref.2.p.307.

4. An pœnitens, qui non vult acceptare pœnitentiam, sit absoluendus? Et quid, si pœnitentia sit medicinalis, seu preseruatiua? Ex p.4.tt. 4.ref. 51.p. 308.

5. Quidam Confessarius voluntarie omisit imponere pœnitentiam in confessione peccatorum venialium, quæsiuit an peccatum mortale commiserit? Et pœnitens, qui reliquit facere pœnitentiam leuem, v.g. vt si vnus Psalmus, vel Miserere, & hoc etiam si ob peccata grauia, fuerit impositus, an peccet mortaliter? Et an omissio pœnitentia grauis imposita propter sola venialia, vel mortalia iam prius confessa sit culpa mortalis? Ex p. 6. tt. 6. & Misc. 1. ref. 44. ibid.

6. An Confessarius possit imponere pœnitentiam leuem sub mortali? Ex p.5.tt.5.ref.51.p. 309.

7. Quam sit necessarium ad tollendos Confessariorum scrupulos in imponendis paruis pœnitentiis apponere post absolutionem illam clausulam. Quidquid boni feceris, & mali sustinueris, &c. Et notatur, quod verba dictæ clausulæ erunt pœnitenti declaranda. Et aduertitur, quod doctrina huius Resolutionis non est intelligenda, si pœnitens egeat pœnitentia aliqua præseruatiua Ex p. 3. tt.4.ref.96.alias 97. ibid.

8. An Confessarius excusetur à culpa, si imponat leues pœnitentias propter illa verba, quæ in absolutione semper adduntur. Quidquid boni feceris, & mali sustinueris, &c. maxime, si hoc pœnitenti explicet? Ex p. 6. tt.7 & Misc.2.ref.5. ibid.

9. An Confessarius possit minuere pœnitentiam pro magnis peccatis, si post eorum absolutionem addat clausulam. Quidquid boni feceris, &c.? Et infertur omnia opera bona Confesso iniuncta, etiam quæ facturus est in peccato, operari ex opere operato meritorum Christi remissionem pœnæ temporalis ex peccatis confessis, & remissis. Et docetur commutationem pœnitentiæ posse fieri à Confessario extra Confessionem sacramentalem, etiam à secundo Confessario Et explanatur, quod Pontifex, vel Episcopus potest commutare sacramentalem pœnitentiam extra iudicium sacramentale per applicationem Indulgentiæ. Et aduertitur, quod pœnitens satisfacit pœnitentiæ de danda eleemosyna, dando illam Patri, fratribus, aut auis indigentibus, & si teneatur aliter illis subuenire. Et obseruatur, quod cui integrum Rosarium, (ex tribus enim partibus constat,) iniunctum est in pœnitentiam, satisfacit recitando tribus diebus singulis singulas partes. Item pœnitens imo potens ad implendam pœnitentiam ieiunij in pane & aqua, non tenetur ieiunare modo consueto Ecclesiæ. Et an cui iniunctum est in pœnitentiam, vt quotidie per vnum mensem, vel hebdomadam Psalmos, vel Coronam recitet, &c. satisfaciat, si vno, duobus, vel tribus diebus hæc recitet simul? Et tandem aduertitur quod non est deneganda absolutio pœnitenti, qui nollet acceptare pœnitentiam pro peccatis confessis nisi leuem, & exiguam, secus vero si nullam. Ex p.9.tt.9.& Misc.4. ref.55.alias 54.p.310.

10. Adducuntur aliqua doctrinæ consolatoria pro Confessariis scrupulosis circa impositionem pœnitentiæ in sacramentali confessione. Prima est, quod possit Confessarius dare leuem pœnitentiam pro magnis peccatis, si post eorum absolutionem apponat Clausulam istam, Quidquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum, &c. Altera doctrina est, quod si probabiliter Confessarius opinatur pœnitentem lucraturum esse aliquam Indulgentiam plenariam, potest similiter pro magnis peccatis imponere pœnitentiam leuem. Et docetur esse Indulgentiam plenariam concessam ab Adriano VI. omnibus Christi fidelibus, qui salutationem Angelicam Vespertinam, seu post Completorium post solis occasum ter recitant cum versiculis solitis; etiamque lucrari, si illam ignorent. Imo additur, quod si quis recitauit sero in statu peccati mortalis dictas salutationes Angelicas, si postea mane, v. g. redeat in gratiam, lucrabitur illam Indulgentiam Adriani VI. Ex p.10.tt.16.& Misc.6. ref.1.p.312.

11. An Confessarius possit imponere pœnitentiam omnino liberam faciendam arbitrio pœnitentis? Et infertur, quod non requiritur semper vt Confessarius iniungat aliquod opus in particulari, sed sufficit, vt dicat, impono tibi pro pœnitentia, quidquid hodie, vel hac hebdomada, vel mense feceris. Et an tamen ex voluntate Confessarij, & ex iusta causa possit pœnitentia impleri per alium, & suum effectum ex opere operato in eo, pro quo impletur, sortiri? Ex part. 3. tract. 4.ref. 82. p. 313.

12. An aliquando sit conueniens imponere pœnitentiam implendam per opus alias præceptum Et an si Sacerdos imponat ieiunium absolute, satisfaciat pœnitens per ieiunium, per quod aliunde teneretur? Et quid, si Confessarius præcipiat, vt in diebus festis duæ Missæ audiantur, vel quando eleemosyna iniuncta sit; an intelligendum est Missam, quæ in præcepto est, & eleemosynam quomodocumque factam etiam comprehendere velle? Ex p.3.tt.4.ref.83. alias 84. p. 314.

13. An Confessarius possit imponere sub pœnitentia, quod Sacra Eucharistia non suscipiatur? Ex quo etiam deducitur, an expediat Prælatos Religionum priuare susceptione Eucharistiæ suos subditos causa illos mortificandi, nec id expediat Confessariis erga suos pœnitentes? Et docetur, quod Communiones, quæ ex consuetudine præfinita sunt fieri, potest Prælatus imperare; quæ vero præfinitæ non sunt, non possit iubere, quia ad id, quod est super Regulam, non potest obligare. Etiamque annotatur, quod sumptio Eucharistiæ possit imponi sub pœnitentia, sed eam acceptare non tenetur pœnitens. Ex p.3.tt 4.ref.114.alias 115.ibid.

14. An Confessarius possit imponere pœnitentiam, ne quis tali die recipiat Eucharistiam; & si pœnitens talem pœnitentiam acceptauit, teneatur postea illam implere? Et an sumptio Eucharistiæ possit imponi in pœnitentiam? Et an pœnitens in vtroque casu teneatur talem pœnitentiam acceptare? Et cursim docetur posse Confessarium commutare pœnitentiam ab alio impositam, dummodo fiat in sacramentalem confessionem, & habeat æqualem potestatem. Ex p. 10. tt. 13.& Misc.3.ref.47. p.315.

15. An Confessarius licite imponat sub pœnitentia officium v.g. Mortuorum, vel alias Orationes recitandas pro animabus Purgatorij? Ex p. 3.tt.4. ref. 54.p 316.

16. An recte Confessarij imponant pœnitentias applicandas pro animabus Purgatorij? Ex p.3.tt. addit.ref. 11. ibid.

17. An Confessarius possit imponere pœnitenti, vt satisfactionem pro peccatis impositam applicet pro animabus Purgatorij? Et ex doctrina huius quæstionis infertur non solum pro defunctis, sed etiam pro viuis posse sacramentalem pœnitentiam imponi. Ex p 9. t.7.& Misc. 2.ref.57.p.317.

18. An opinio aliquorum asserentium Confessarium non posse imponere pœnitentiam pro animabus Purgatorij sit improbabilis? Et obseruatur primo satius Confessarios excusari à culpa in ponente leues pœnitentias in confessionibus ratione illius clausulæ. Passio Domini nostri, &c. quamuis essentia absolutionis consistat in his verbis. Absoluo te. Secundo posse pœnitentem commutare

tam? Quartum, an pœnitens, si impotens sit ad recitandum officium, Psalmos, Coronam, &c. solus, teneatur hæc cum socio recitare, & pœnitentiam adimplere, si socium facillime adinuenire queat? Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. ref. 3. ibid.

32. *An facta commutatione pœnitentiæ, possit pœnitens eligere, quam maluerit? Et quid, si pœnitens iterum confiteatur eadem peccata, super quibus pœnitentia iniuncta fuit, & de nouo illi pœnitentia imponitur, tacita prima; an teneatur, secunda pœnitentia non obstante, adimplere primam non reuocatam? Et an Confessarius in alia confessione, etiam non iterata confessione, possit commutare pœnitentiam? Et an idem Confessarius possit, non audita confessione, mutare pœnitentiam, si pœnitens intra hebdomadam redeat? Etiamque quæritur, vtrum Confessarius possit imponere pœnitentiam grauem sub onere tantum peccati venialis? Et an pœnitens, si ex negligentia non adimplet pœnitentiam tempore determinato à Confessario, peccet tantum venialiter?* Ex part. 11. tract. 8. & Misc. 8. ref. 55. p. 329.

33. *An pœnitentia imposita à Confessario, quando adimpletur, debeat referri ad confessionem, v. g. si quis habuit pœnitentiam à Confessario audiendi Missam quotidie per spatium vnius mensis, vel anni, sed aliquando audiuit Missam immemor dictæ pœnitentiæ, quæritur, an satisfaciat præcepto pœnitentiæ iniunctæ, & satisfactio illa fuerit pars Sacramenti, vt possit prodesse ex opere operato? Et quid, si iniunctum opus in pœnitentia pœnitens executioni mandaret cum intentione expressa illam non implendi; an tunc quidem satisfaciat præcepto Confessarij, sed tamen non habeat rationem partis Sacramenti, & per consequens non remittat pœnam ex opere operato? Et an pœnitens possit propria authoritate commutare pœnitentiam à Confessario positam in opus euidenter melius sicut votum?* Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. ref. 26. alias 25. p. 330.

34. *An Satisfactio Sacramentali causet gratiam ex opere operato? Et an implere pœnitentiam in peccato mortali, sit peccatum mortale?* Ex part. 3. tr. 4. ref. 70. p. 331.

35. *An satisfactio sacramentalis in peccato mortali facta habeat suum effectum: Et asseritur pœnitentiam in statu peccati mortalis impletam remittere postea pœnam temporalem ex opere operato, quando recedit fictio, id est, quando cessat status ille. Et an pœnitentia à Confessario taxata iuxta grauitatem peccatorum, & non minorata ob fragilitatem pœnitentis extinguat debitum totius pœnæ temporalis restantis?* Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 38. ibid.

36. *An satisfactio sacramentalis facta in peccato reuiuiscat, cum homo resurgit per contritionem subsequentem?* Ex p. 3. tr. 4. ref. 84. alias 85. p. 332.

37. *An implens pœnitentiam in peccato mortali peccet mortaliter? Et an qui oblitus est pœnitentiæ sibi iniunctæ, teneatur secundo eadem peccata confiteri, vel quid debeat facere? Et an possit à Confessario imponi in pœnitentiam sacramentalem opus præcepti; & an pœnitens illam omittens peccet dupliciter? Et an Confessarius possit imponere pœnitentiam per modum consilij, dicendo, si hoc, vel illud feceris, seruiat tibi in satisfactionem? Et an possit pœnitens pœnitentiam in vindictam peccatorum implere per alterum, quando Confessarius id vult? Et an Confessarius possit in pœnitentiam sacramentalem imponere opus internum?* Ex p. 4. tr. 4. & Misc. ref. 241. ibid.

38. *An adimplere pœnitentiam in statu peccati mortalis sit saltem peccatum veniale?* Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ref. 45. p. 333.

39. *An qui non adimplet pœnitentiam in tempore à Confessario præfixo, peccet mortaliter? Et notatur, quod si in honorem alicuius Festi peculiaris imponat, v. g. Confessarius ieiunium, si per impotentiam à ieiunio illius diei pœnitens excusetur, non tenetur postea alio die ieiunare. Secus autem, si Confessarius præciperet pœnitentibus ieiunium diebus Veneris, vel Sabbathi vnius mensis, vel anni.* Ex part. 3. tract. 4. ref. 91. alias 92. ibid.

40. *An Confessarius imponens pœnitentiam, etiam tempus determinando, post illum elapsum teneatur pœnitens adhuc illam adimplere?* Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. ref. 37. p. 334.

41. *An qui habuit pœnitentiam ieiunandi, v. g. singulis sextis Feriis, si non possit illo die ieiunare, teneatur altero die ad ieiunandum? Et infertur, si Confessarius imponat ieiunium pœnitenti, singulis diebus Veneris per annum seruandum, & Festum Natiuitatis Domini incidat in die Veneris, non teneri pœnitentem illa die ieiunare, sed posse ieiunium in alium diem transferre.* Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. ref. 59. alias 52. ibid.

42. *An Confessio sacramentalis iniuncta singulis mensibus possit vltra differri? Et an in prædicto casu possit anticipari? Idem dicendum est in vtroque casu, si votum esset emissum de confessione agenda singulis mensibus.* Ex p. 3. tr. 4. ref. 99. alias 100. p. 335.

43. *An qui per Confessarium vigore literarum alicuius dispensationis habuit pœnitentiam, vt singulis mensibus confiteatur, an inquam, confessionem aliquo mense omissam teneatur sequenti supplere? Et notatur, quod eo mense, quo iste vellet satisfacere præcepto confessionis annuæ, tantum obligatur ad vnam confessionem, eaque satisfaciet tam dispensationi, tum præcepto Ecclesiæ. Idem est de eo, qui menstruam confessionem vouit, vel si à quolibet Confessario menstruam confessionem in pœnitentiam habuit.* Ex p. 5. tr. 14 & Misc. 2. ref. 31. ibid.

44. *An pœnitentia imposita à Confessario possit differri ad vnum annum? Et quid, si intra prædictum annum iterum vult confiteri, & non adimpleuit pœnitentiam præteritam, vel primam confessionis præteritæ; an adhuc possit differre primam pœnitentiam ad vnum annum?* Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 42. ibid.

45. *An pœnitens possit per annum differre pœnitentiam impositam à Confessario? Et alia dubia proponuntur circa hoc.* Ex p. 11. tr. 7 & Misc. 7. ref. 10. p. 336.

46. *An in dilatione pœnitentiæ iniunctæ detur paruitas materiæ? Et rursum docetur pœnitentem posse infra annum differre adimpletionem pœnitentiæ, si Confessarius aliter non iniunxerit. Et notatur non adimplere pœnitentiam esse quid graue, & mortale. Et quid, si Confessarius imponat pœnitentiam dicendi tertiam partem Rosarij B. Virginis, si omitterentur, v. g. quatuor Aue Maria, an excusetur pœnitens à peccato mortali ratione paruitatis materiæ? Idem est de pœnitentia audiendi Sacrum, si illud audiat post Euangelium recitatum, & de aliis similibus pœnitentiis agitur in quibus datur paruitas materiæ.* Ex part. 5. tract. 5. ref. 15. p. 337.

47. *An si quis culpabiliter omittat modicam iniunctam pœnitentiam, peccet mortaliter, etiamsi sit imposita propter peccata venialia? Et quid dicendum sit, si pœnitentia grauis sit, sed ob venialia tantum peccata imposita; an eius transgressio, vel omissio non transcedat culpam venialem? Et aduertitur obligationem acceptandi pœnitentiam leuem esse solam sub veniali.* Ex p. 3. tr. 4. ref. 101. alias 102. ibid.

48. *An qui non implet pœnitentiam grauem impositam pro venialibus vel quod sæpius solet euenire pro mortalibus alias confessis, peccet mortaliter? Et quid, si imposita pœnitentia absolute sit leuis, vel si aliqua exigua pars pœnitentiæ grauis à pœnitente non adimpleatur? Et notatur Confessarium imponentem pœnitentiam post datam absolutionem non peccare venialiter.* Ex p. 3. tr. 4. ref. 135. alias 136. p. 338.

49. *An iniungenda sit pœnitentia scrupuloso frequenter intra eamdem horam accedenti ad confessionem* Ex p. 6. tract. 7. & Misc. 1. res. 6. ibid.

50. *An quis possit vnico actu pluribus preceptis, & obligationibus satisfacere; Et pro praxi huius quæstionis aliqui diuersi casus in textu huius Resolutionis adducuntur, & signanter quatuor Curiosi casus inferuntur pro satisfactione sacramentali?* Ex p. 3. tract. 6. & Misc. 2. res. 86. p. 339.

51. *An qui v. g. per mensem singulis diebus habuit pœnitentiam audiendi Missam, teneatur diebus festiuis duas Missas audire?* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. res. 61. ibid.

52. *An si Confessarius v. g. iniunxit duas Missas audire, satisfaciat pœnitens, si simul ex vno loco illas audiat à duobus Sacerdotibus?* Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 1. res. 71. p. 340.

53. *Quis ex deuotione recitabat singulis diebus Officium B. Virginis, qui postea, habuit pœnitentiam recitandi per annum singulis diebus tertiam partem Coronæ eiusdem Beatæ Virginis, quæsiuit à me, an satisfaceret dicta pœnitentia cum recitatione prædicti Officij? Et quid, si pœnitentia sit medicinalis, & præseruatiua?* Ex p. 3. tract. 4. res. 105. alias 106. ibid.

54. *Quis habuit pœnitentiam recitandi septem Psalmos per aliquas sextas Ferias, flexis genibus coram crucifixo, quæritur, an impleuerit Pœnitentiam recitandi dictos Psalmos aliquo alio tempore, & loco sine illis circumstantiis?* Ex p. 4. tract. 4. res. 55. ibid

55. *Quis fecit pœnitentiam impositam à Confessario absque intentione illam adimplendi; imò cum intentione contraria, quæritur, an teneatur illam denuò facere? Et infertur, quod licet pœnitens non recordetur pœnitentiæ impositæ, adhuc satisfaciet ieiunando ex deuotione. Et quod si alicui Confessarius imposuit pro pœnitentia ieiunium, vel eleemosynam iunctim, & ipse dederit eleemosynam cum intentione non adimplendi pœnitentiam per illam partem, sed ieiunando postea, possit adhuc postea pœnitens non ieiunare.* Ex p. 6. tract. 6. & Misc. 1. res. 43. ibid.

56. *Quæ pœnitentia iniungenda sit à Confessario ei, qui hominem necasset?* Ex p. 5. tract. 4. res. 43. p. 341.

57. *An si quis lucretur Indulgentiam plenariam, liber remaneat ab implenda pœnitentia medicinali imposita à Confessario? Et quid, si pœnitentia non sit medicinalis?* Ex p. 10. tract. 12. & Misc. 1. res. 47. alias 46. ibid.

58. *Quando pœnitentia imposita à Dataria pro aliquo matrimonio dirimente impleri non potest, quæritur, an possit commutari ab Episcopo, & contrahentes virtute dispensationis obtentæ matrimonium inire? Et pro praxi huius quæstionis aliæ diuersæ difficultates in exemplum adducuntur?* Ex p. 7. tract. 10. & Misc. 1. res. 9. ibid.

59. *An Episcopus ex iusta causa possit commutare pœnitentiam à Pontifice impositam?* Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. res. 11. ibid.

Nunc autem adscribuntur aliæ paucæ difficultates pertinentes simul ad hunc *Tract. 6. de Satisfactione Sacramẽtali* quæ disperse diuagantur per cæteros alios Tomos, Tract. & Res. huius totius operis, vt ita promptius omnes difficultates, & quæstiones reperiantur.

AN *Summus Pontifex, si Sacerdos non sit possit tollere pœnitentias in sacramentali confessione impositas? Et docetur per Indulgentias non tantum indirectè, & mediatè, sed etiam directè, & immediatè tolli sacramentales pœnitentias. Ex quo etiam infertur non teneri ad seruandam pœnitentiam, quam in vindictam suorum peccatorum in foro sacramentali quis accepit, si probabiliter Indulgentias lucratus est. Et an Pontifex per Indulgentias intendat non solum liberare à pœnitentiis iniunctis à Confessario, sed etiam à non iniunctis?* Ex p. 8. tract. 1. ex res. 80. & 81. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 3. tract. 1. de Potest. Pontificis res. 44. & 45.

An qui ex iniuncta pœnitentia, in confessione, aut ex alio capite habet mandatum offerendi suffragium pro defuncto, & opus impleat existens in peccato mortali, teneatur iterum illud implere in statu gratiæ? Ex p. 11. tr. 5. ex res. 54. §. Sed. *Quæ hic est* in tom. 8. tr. 10. res. 14.

An qui ratione pœnitentiæ tenetur recitare Officium Diuinum & simul est in Sacris, vel Beneficiarius, teneatur pluries in die Officium Diuinum recitare? Et an Clericus, & Religiosus, qui recitat Psalmos pro pœnitentia à Confessario iniuncta lingua Italica, Hispanica, aut alia vulgari sine causa, peccet mortaliter? Et quid, si lingua Hebraica, aut Græca illos recitet? Ex p. 9. tract. 9. ex res. 22. & in tract. 7. ex res. 67. *Quæ nunc inueniuntur* in tom. 3. tract. 6. de Horis Canonicis res. 112. & 49.

An si quis ex deuotione inuiserit hanc, vel illam Ecclesiam, & non recordetur, quod ad id tenetur ex pœnitentia à Confessario iniuncta, si postea recordetur pœnitentiæ, teneatur iterum illam visitare? Ex p. 5. tr. 13. ex res. 94. *Quæ hic reperietur* in tom. 8. tr. 7. de Furto res. 46.

An qui eodem tempore tres Missas audit, satisfaciat præcepto, voto, & pœnitentiæ iniunctæ de audiendis tribus Missis? Et an si quis habuit pro pœnitentia iniunctũ à Confessario audiendi Missam, vel recitandi, Officium B. Virginis, vel Rosarium eiusdem, si illam audiat, vel recitet sine interna attentione, adimpleat pœnitentiam? Et an possit quis audire eodem tempore tres Missas, quæ à tribus Sacerdotibus celebrantur, & satisfacere pœnitentiæ iniunctæ à Confessario audiendi tres Missas? Ex p. 5. tract. 14. ex res. 52. & in p. 10. tr. 11. ex res. 6. & in tr. 15. ex res. 3. *Quæ hic sunt* in tom. 2. tract. 3. de Audienda Missa res. 26. 4. & 29.

An qui ex pœnitentia tenetur recitare aliquo die partem Rosarij, si illam cum notabili interruptione recitet, dicatur satisfacere, etiam si dimidiam partem manè, & aliam vespere recitet? Et an si pro mortalibus Confessarius imponat pœnitentiam leuem, & intendat sub mortali obligare, si pœnitens illam non adimpleat, lethaliter peccet? Ex p. 4. tr. 4. ex res. 17. & ex p. 5. tract. 5. ex res. 50. *Quæ nunc inuenientur* in tom. 8. tr. 4. de Voto res. 47. & 12.

An blasphemus consuetudinarius, & admonitus sæpius in aliis confessionibus teneatur acceptare aliquam pœnitentiam pro praua consuetudine tollenda? Idem est de iurante falso ex consuetudine? Ex p. 6. tr. 6. & Misc. 1. ex res. 30. *Quæ hic est suprà* in tract. 4. de Absolutione sacramentali res. 26.

An possit Confessarius videns pœnitentem pœnitentiam in confessione impositã non adimplere, monere illum absque fractione Sigilli confessionis, vt promissa adimpleat? Et an Confessarius sine fractione Sigilli possit manifestare pœnitentiam, quam imposuit pœnitenti? Et an pœnitens teneatur pœnitentiam à Confessario non manifestare sub Sigillo? Et an saltem peccet mortaliter, si prodat ea, ex quibus Confessarij fama, vel honor notabiliter læditur, vel iuris bonum aliud exigat? Ex p. 5. tract. 11. ex res. 20. 31. & 8. *Quæ hic sunt* infrà in tract. 8. de Sigillo res. 57. 62. & 64.

An Confessarius duas pœnitentium feminas, vt nuda à se verberarentur, vt postea accidit, sit Inquisitoribus denunciandus

nunciandus? Ex p. 4. tract. 5. ex res. 47. Quæ nunc inuenietur in tom. 5. tract. 9. de Denunciationibus res. 82.

An Bulla Cruciata det priuilegium illam sumentibus, vt in ieiuniis ex pœnitentia a Confessario impositis, possint edere oua, & lacticinia. Ex part. 1. tract. 11. ex resolut. 3. & 17. Quæ hic reperientur in tom. 4. tract. 3. de Bulla Cruciatæ resolut. 167. & 168.

An virtute Cruciatæ Confessarius possit commutare aliqua ieiunia à Confessario alio imposita? Et an ieiunium indictum à Confessario pro pœnitentia, nisi is contrarium explicet, semper sit Monasticum quoad Regulares, & Ecclesiasticum quoad sæculares? Et an ieiunium indictum a Confessario frangatur esu ouorum, & lacticiniorum? Et quid, si ex consuetudine non comedantur in Quadragesima, & in vigiliis intra annum? Et an obligatus ieiunare certa die pro pœnitentia à Confessario imposita, si secunda vice comedat carnes, peccet? Ex part. 1. tract. 9. ex resolut. 6. & ex part. 9. tract. 8. ex resolut. 5. & 6. & in part. 7. tract. 11. ex resolut. 24. Quæ hic sunt in tom. 4. tract. 6. de Ieiunio resolut. 50. 55. 83. & 60.

An Confessarius possit commutare pœnitentiam erogandi eleemosynam per solam applicationem ad ipsummet pœnitentem? Et an si Confessarius imponat pœnitentiam, vt quis aliquid in pauperibus distribuat, non possit subueniendo sibi, & si possit satisfacere subueniendo Consanguineis? Ex part. 3. tract. 8. ex res. 37. & 38. Quæ nunc inuenientur in tom. 4. tr. 7. de Eleemosyna res. 43. & 64.

De non implentibus pœnitentias à Sancta Inquisitionis Inquisitoribus impositas. Ex part. 4. tract. 7. ex res. 14. Quamuis non plene ad hunc tractatum pertineat. Quæ hic reperietur in tom. 5. tr. 12. de Pœnis S. Inquisitionis res. etiam 14.



TRACTATVS VII.

De Circunstantiis aggrauantibus non necessario explicandis in confessione. p. 343.

1. AN Circunstantiæ notabiliter aggrauantes sint in confessione à pœnitentibus aperiendæ? Ex p. 1. tr. 7. res. 1. ibid.
2. An circunstantias notabiliter minuentes peccatum teneatur quis in confessione explicare? Et quid de aggrauantibus? Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. res. 85. ibid.
3. An ingratitudo, qua quis post remissa peccata denuo peccat, sit necessario confitenda? Et vtrum maius peccatum sit, quod committitur contra innocentiam, an contra beneficium remissionis peccatorum? Ex part. 10. tract. 13. & Misc. 3. resolut. 40. pag. 344.
4. An qui solum meminit peccasse mortaliter, nesciet tamen speciem peccati, possit illud tantum in genere confiteri, non se accusando de aliquo peccato in particulari? Et an qui non habet peccata mortalia, sed tantum venialia, satisfaciat in genere, dicendo se venialiter peccasse, non explicata specie, vel numero peccatorum? Ex part. 3. tract. 4. resolut. 66. ibid.
5. An sit peccatum necessario in confessione explicandum, si quis fecit aliquid contra conscientiam dictantem illud confuse, vt peccatum, non determinata materia particulari, nec vnde possit deduci, an sit mortale, vel veniale? Et notatur, quod si quis falso putans hodie esse vigiliam carnes comedat sufficiet dicere in Confessione: comedi carnes in die prohibito; quia peccatum eiusdem speciei commisit, ac si vere fuisset vigilia. Ex quo infertur agere contra conscientiam non esse speciale peccatum contra speciale præceptum, vel virtutem. Ex part. 3. tract. 4. res. 161. alias 162. ibid.
6. An qui cum conscientia erronea fecit aliquid, nec tamen in cogitatione distinxit, an illam actionem facere esset peccatum mortale, vel veniale debeat in confessione talem circunstantiam conscientiæ erroneæ aperire, si postea inuenit non esse peccatum mortale illud, quod fecit? Ex part. 1. tract. 7. resolut. 14. p. 345.
7. An sit necessarium in confessione explicare, si quis peccauit scienter, an ignorantia culpabili? Et quid est dicendum, quando ea ignorantia moraliter vincibilis excusaret à mortali transgressione humani præcepti? Et quid, quando ignorantia est affectata; & maxime si affectata esset ad finem liberius peccandi? Et an quando quis peccat ex ignorantia, sint ibi duo peccata, vnum ignorantiæ, alterum, quod ex ignorantia admittitur? v. g. est aliquis, qui ex inuincibili ignorantia non legit Horas Canonicas, ad quas ratione Ordinis tenetur, an ille peccet duplici peccato, vno ignorantiæ, altero contra virtutem Religionis? Vel si quis ex ignorantia culpabili Decalogi incidat in peccatum homicidij, &c.? Eadem est ratio Confessarij ex ignorantia eorum, quæ ad officium suum pertinent, absoluentis eum, quem absoluere non potest, &c. Ex part. 3. tract. 4. res. 140. alias 141. ibid.
8. An aliqua ignorantia, quæ alias esset mortaliter culpabilis, quæ non sit affectata, aut crassa, excuset à transgressione præceptorum humanorum, quia ius humanum non obligat cum tanto rigore, vt obligat ius diuinum? Et an peccatum ex ignorantia culpabili, vel scientia commissum non ita differat, vt necessario debeat in confessione eam differentiam explicare; videlicet; an fuerit commissum ex ignorantia culpabili, vel scienter? Et quid, si peccatum procederet ex ignorantia affectata liberius peccandi; an tale peccatum sit explicandum in confessione tanquam continens specialem malitiam? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. res. 35. p. 346.
9. An ignorantia vincibilis Mysteriorum Fidei sit speciale peccatum in confessione explicandum? Et an in ordine ad confessionem sit necessarium explicare; cuius præcepti Decalogi fuerit ignorantia, & secus in ignorantia Mysteriorum Fidei? Ex quo infertur ignorantem vincibiliter plures articulos Fidei non committere plura peccata specie distincta, & secus vero, si ignorat plura præcepta Decalogi, vel Ecclesiæ. Et an ignorantia vincibilis præceptorum Decalogi sit speciale peccatum? Vnde sequitur, quod qui ex ignorantia culpabili negligit scire præceptum non fornicandi, &c. non committit duo peccata mortalia, si de facto fornicetur occidat, &c. vnum negligentia sciendi huiusmodi præceptum, alterum fornicationis; & ideo sufficiet, vt in confessione dicat, fornicatus sum, &c. Et quid est sentiendum, si huiusmodi ignorans præceptum non fornicandi de facto non fornicetur, an teneatur adhuc eam culpabilem ignorantiam, ut negligentiam confiteri, quia periculo transgrediendi illud præceptum se exposuit, &

co[illegible]menter voluit transgressionem illius? Idem est de ignorantia vincibili eorum, quæ quis scire tenetur ratione specialis muneris, vt Confessarij, iudices, &c. Ex part. 3. tract. 4. resolut. 164. alias 165. ibid.

10. *An ignorantia vincibilis sit peccatum speciale distinctum ab eo, cuius est causa? Et in textu huius Resolutionis multa explanantur, quæ omnia quamuis aliquantulum speculatiua videantur, tamen pro Confessarijs ea scire esse valde necessarium.* Ex p. 4. tr. 4. ref. 37. p. 247.

11. *An vt ignorantia dicatur vincibilis sufficiat se esse obligatum aduertere? Et quid, si quis incidenter quærat, quibus in rebus possit contingere ignorantia vincibilis?* Ex part. 4. tract. 4. & Misc. ref. 36. pag. 348.

12. *An circunstantia interruptionis actus interni sit in confessione toties, quoties exprimenda?* Ex p. 3. tr. 4. ref. 94. alias 95. p. 349.

13. *An circunstantia scandali indirectè voliti sit in confessione aperienda? Sed difficultas, quæ magis affligit in confessione, est ista: an sit explicandus numerus personarum, quibus scandalum datum est etiam vnico peccato; vt quando, v. g. peccauit quis publicè coram multis, præbendo eis scandalum? Et quid est dicendum de alio casu passim occurrenti, nempe, quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum alijs, an in tali casu teneatur exprimere conditionem personarum adstantium, an fuerint coniugata, soluta, &c. & teneatur etiam explicare qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa coniugatos, circa solutos, circa nefandum vitium, &c.?* Ex p. 3. tr. 4. ref. 113. alias 114. ibid.

14. *An quando quis induxit aliquos ad peccandum, teneatur in confessione explicare non solum numerum personarum, sed etiam speciem peccati, ad quod prauo suo exemplo illos induxit? Et quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum alijs, an in tali casu teneatur exprimere conditionem personarum adstantium, an fuerint coniugata, soluta, &c. & teneatur etiam exprimere qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa coniugatos, circa solutos, circa nefandum crimen, &c. nec satis sit dicere, in alio casu fui iniustus in materia graui, sed opus sit dicere, an in fortunis, an in fama, an in vita, &c.* Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. ref. 33. pag. 350.

15. *An quando vnica occasione alij inducuntur ad peccatum mortale, quomodo sit hoc in confessione aperiendum? Hoc est, an talis pœnitens teneatur non solum explicare speciem peccati, ad quod suo exemplo induxit, sed etiam exprimendum esse numerum personarum, quas ad tale peccatum traxit? Et vtrum delectationes diuersæ, nunc de vna soluta, deinde etiam de alia soluta, item de vna coniugata, deinde etiam de alia coniugata, &c. si successiuè habeantur eodem tempore morali, possint constituere vnum peccatum moraliter in ordine ad confessionem, sicuti possunt, si illi actus ita simul successiuè circa eandem sint solutam, siue coniugatam, &c.? Et quid est dicendum de illo, qui sæpius decreuit cum eadem fornicari, & ita deinde pluries cum illa fornicatur absque interruptione sufficienti ad multiplicandum peccatum; an vnum tantum numero peccatum censeatur admisisse, an vero plura?* Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. ref. 49. p. 351.

16. *An qui suo exemplo occasio est alterius peccati, peccet eadem specie peccati, & debeat hoc necessario aperire in confessione? Et an in scandalo indirecto duplex virtus violetur, sed in ordine ad confessionem satis sit, si exprimat speciem peccati, cuius occasionem absque iusta causa præbuisti?* Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. ref. 29. p. 352.

17. *Aliquis optabat mala notabilia, & contumelijs afficiebat Sororem; quæsiuit à me, an hæc circunstantia esset explicanda in confessione; vel sufficiat dicere, mihi coniunctam contumelijs effeci? Idem est dicendum de Patre, matre, filio, fratre, vxore. Et an contumelia in Principem, vel Sacerdotem sit circunstantia mutans speciem? Et obiter notatur quod in copula habita cum consanguinea, & affine non sit explicandus gradus neque consanguinitatis, neque affinitatis.* Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. ref. 18. alias 16. p. 353.

18. *An sit explicanda species contumeliæ, qua quis aliquem afficiat? Idem est dicendum in detractione, & iudicio temerario. Et an desiderans ex odio malo teneatur in confessione explicare speciem mali? Et docetur, quod qui rumperet ieiunium in Vigilia cadente in quatuor tempora, debet explicare vtrumque titulum ex natura rei. Item qui peccans quocumque peccato in Ecclesia, an debeat hanc circunstantiam in confessione exprimere, seclusa ignorantia, aut inaduertentia? Et notatur eum, qui toto anno statuit non ieiunare, non audire Sacrum, non recitare Horas Canonicas, vnum peccatum committere, & sufficienter confiteri, si dicat, habui propositum non ieiunandi, non audiendi Sacrum, &c. Item, quod qui eodem actu auferret tria vasa trium Dominorum, vnum peccatum committit, & sufficienter confitetur dicens, semel furatus sum. Et quid, quando quis habuit sicuti pollutionem cogitans multas vxoratas, vel Moniales? Et tandem docetur non esse necessarium explicare in confessione gradus affinitatis, vel consanguinitatis personæ, ad quas quis luxuriose accedit. Sed ratione reseruationis aliquando sit explicandus gradus, &c.* Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. ref. 34. p. 354.

19. *An qui vnico impetu profert in seruos plures iniurias, vocando illos fures, sodomitas &c. an in quantum, aperienda sit quantitas, & numerus iniuriarum, & etiam personarum; vel sufficiat accusare se iniuriam grauem intulisse alicui, non explicando iniurias, neque personas? Et quid, si quem Hæreticum, aut patriæ proditorem, aut quid aliud simile appelles? Et an omnes contumeliæ sint eiusdem speciei? Et doctrina supra dicta primæ quæstionis applicanda, & practicanda est in detractionibus, & sic à multis scrupulis, & interrogationibus immunes Confessarij erunt.* Ex part. 1. tract. 7. ref. 28. p. 355.

20. *Vtrum ita vt in superiori casu sentiendum sit, quando quis infert iniuriam pluribus personis, an vero sit necessarium explicare in confessione numerum personarum? Sed resolutio huius casus pendet ex illa quæstione; vtrum in eodem actu possint dari plures malitiæ, solo numero distinctæ?* Ex p. 1. tr. 7. ref. 19. p. 356.

21. *Vtrum in eodem actu possint dari plures malitiæ, solo numero distinctæ, & in confessione aperiendæ? Et de hac quæstione pendet decisio multorum casuum in praxi sæpius occurrentium. Et inter alia, quæ ex doctrina supradicta quæstionis inferuntur, septem casus assignantur in textu huius Resolutionis. Et tandem notatur, quod si quis vno ictu tres occideret Clericos, in tres excommunicationes incurreret. Idem est dicendum de irregularitate; secus autem si ter percuteret Clericum, non tunc vnam tantum incurreret excommunicationem.* Ex p. 3. tr. 4. ref. 163. alias 164. ibid.

22. *An ratione distinctionis numericæ obiectorum peccata numero distinguantur? Et pro praxi huius quæstionis multi casus cursim adducuntur in corpore huius Resolutionis; sed fere omnes magis late in suis specialibus Resolutionibus in hoc tractatu pertractantur.* Ex p. 9. tr. 9. & Misc. 4. ref. 56. alias 55. p. 357.

23. *An si quis vnica voluntate voluisset plures homines*

omnes occidere; aut pluries ad mulierem accedere, &c. teneatur hanc circunstantiam confiteri? Et quid est dicendum, si quis vnico actu voluntatis vellet plures occidere, quorum vnus est pater proprius, alter Sacerdos, & alter sæcularis? Et quid, si vnico actu voluntatis desideraret, & delectaret se de tribus fœminis, quarum vna esset Monialis, altera coniugata, & alia soluta? Et an secus sit dicendum, & sentiendum, si omnes tres essent soluta, coniugata, aut Moniales? Idem erit in casu, quo quis vno actu voluit amittere Officium diuinum per mensem, vel ieiunium per totam Quadragesimam, quod sufficiet, si dicat in confessione se voluisse frangere ieiunium, vel Officium diuinum non persoluere, &c. Ex p.1. tr.7. ref.17. p.358.

24. An qui vnico voluntatis actu vult plures homines occidere, committat plura peccata? Et quid in prædicto casu, si vnus esset pater proprius, alius Sacerdos, alter verò sæcularis? Ex p. 7. tr. 11. & Misc. 2. ref.32. p.359.

25. An qui successiuè, & vno impetu ter, v.g. fornicaretur, committat tria peccata, vel vnum? Et pro firmanda doctrina huius quæstionis alij diuersi casus adducantur in textu huius Resolutionis, sed tam omnes in suis propriis Resolutionibus in hoc tractatu discutiuntur, vel iam sunt discussi. Ex p. 11. tr. 1. & Misc.1. ref.2. ibid.

26. An qui vnica explosione tormenti bellici occideret decem homines, committat decem peccata in confessione necessario fatenda? Et quid, si vnico voluntatis actu tres homines vellet occidere? Et deducitur; an quando coniugatus cum coniugata adulteratur, & Religiosus cum Moniali habet copulam, contrahant duplicem, & inter se diuersam speciem malitiæ? Ex p.11. tr.3. & Misc.3. ref.3. p.360.

27. An qui vno conflictu cum pluribus pugnaret, & successiuè, v.g. occideret tres, committeret vnum tantum peccatum? Ex part.11. tract.5. & Misc. 5. resolut. 43. p. 361.

28. Quis habebat simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum, quæsiuit à me, an commiserit plura peccata, & teneatur hoc in confessione explicare? Et docetur, quod qui haberet voluntatem occidendi infinitos homines, non tenetur explicare eam circunstantiam, v.g. in efficaci voluntate non solum in simplici complacentia respectu ad plura; imo si actualiter quis vno ictu, vel vna explosione tormenti bellici occideret plures homines, non esse in tali casu explicandum in confessione numerum personarum, quia asseritur esse plures malitias, sed vnum peccatum. Et tandem quæritur, an qui furatus est centum, satisfaciat in confessione, si dicat, furatus sum quinquaginta? Ex p.11. tr.8. & Misc.8. ref.64. p.362.

29. An si quis vno continuato sermone in eadem re ter peierauet, sufficiat, si in confessione dicat se falsum iurasse? Et notatur, quod si quis aliquem vno ira impetu ter, vel quater pugno percuteret, aut vulneraret, vnum tantum numero peccatum committeret; & si Clericus est, in vnam tantum excommunicationem incidere dicendum est. Etiamque aduertitur, quod si quis sine morali interruptione multa verba blasphemiæ in Decretum proferat, vnum solum blasphemiæ delictum committeret. Ex p. 3. tr.4. ref. 162. alias 163. p.363.

30. An quando quis profert vnico actu conuitia in Deum, afferendo sæpius, Dio ingiusto, Dio ingiusto, &c. teneatur hoc in confessione aperire? Et aduertitur, quod in confessione non sint exprimenda, quæ verba contumeliosa fuerint in Deum, vel Sanctos prolata ex eo, quod omnes contumeliæ sint eiusdem speciei. Ex p. 1. tr.7. ref.51. ibid.

31. An quis teneatur confiteri circunstantiam, seu diuersitatem blasphemiarum? Et an Blasphemia in Deum, & Sanctos non differant specie? Et an si tales blasphemiæ procedant ex odio Dei formali, vel contineant hæresim, teneatur pœnitens explicare in confessione qualitatem blasphemiæ? Ex part. 1. tract. 7. ref. 50. pag.364.

32. An omnes blasphemiæ sint eiusdem speciei? Et an si blasphemiæ sint hæreticales, vel imprecatiuæ eo modo Dei habeant grauitatem exponendam in confessione? Ex p.5. tr.13. & Misc.1. ref.21. ibid.

33. An Circunstantia Apostasiæ sit in confessione aperienda, vel sufficiat dicere in hæresim lapsus sum? Et an Apostasia differat specie ab hæresi? vel an Apostata debeat explicare ad quam sectam transierit? Ex p. 1. tr.7. ref. 54. ibid.

34. An qui peccatum hæresis, vel superstitionis commisit, teneatur explicare in confessione qualitatem superstitionis, vel hæresis? Ex p.1. tr.7. ref.46. p.365.

35. An diuinationes differant specie, & sint in confessione aperiendæ? Et an si quis per expressum pactum cum Dæmone diuinaret, id esset exprimendum in confessione? Ex p.1. tr.7. ref.66. ibid.

36. An peccatum odij aduersus proximum non sit peccatum vnius speciei, sed plurium, ita vt pœnitentes in confessione teneantur explicare mala volita, v.g. si fuerint circa facultates, vel circa personam, vel circa honorem? Ex p. 1. tr.7. ref.30. ibid.

37 An iactantia de peccato mortali sit in confessione explicanda species peccati, & circunstantia? Et quid, si iactans complaceat se de illo peccato? Et recitanter aduertitur, quod licet verba contumeliosa sint diuersæ speciei, eo quod per illa obiiciantur proximi defectus speciei diuersæ, non tamen sunt peccata mortalia contumeliæ specie distincta. Ex p.3. tr.4. ref.160. alias 161. ibid.

38. An iactantia de aliquo peccato eamdem habeat malitiam, ac ipsum peccatum, ita vt in confessione teneatur explicare peccatum, de quo iactantia fuit? Et notatur, quod si de dexteritate, ingenio, virilitate in committendo peccato iacteris, non esse mortale, si audientes intelligant te in peccato non complacere, neque de illo laudari, sed solum de modo, qui in committendo adfuit. Etiamque aduertitur, quod si alius te de peccato laudat, & tu laudes acceptes, mortaliter peccas, nisi tibi displiceret, & præ verecundia taceres, nisi talis esses, vt tacendo stantibus scandalum præberes. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. 4. ref. 44. pag.366.

39. An qui se iactat, vel laudat de peccato, teneatur in confessione aperire speciem peccati? Ex p.11. tr.7. & Misc.7. ref.36. ibid.

40. An si Sacerdos in Missa Eucharistiam ab aliis consecratam in peccato mortali multis ministrat, debeat hanc circunstantiam explicare? Et an saltem, stando in opinione affirmatiua, sufficiat, si se accuset Eucharistiam administrasse in peccato mortali sine expressione, & numero personarum, quas communicauit? Ex p. 1. tr. 7. ref. 41. p.367.

41. An qui cum conscientia mortali ministrat excellentius Sacramentum, debeat dictum Sacramentum explicare? Et an hoc intelligatur de aliis Sacramentis, excepta Eucharistia? Et quid, quando Minister esset in aliquo grauissimo, & extraordinario peccato; aut si sit multis, & grauibus peccatis irretitus? Ex p. 1. tr. 7. ref. 59. ibid.

42. An qui in peccato mortali excipit confessiones multorum, non solum peccet mortaliter, sed teneatur hanc circunstantiam aperire? Et an teneatur explicare numerum personarum, etiam si successiue eos absoluat? Ex p. 1. tr.7. ref. 43. ibid.

43. An Confessarius, qui incipit audire confessionem in peccato mortali, sed postea ante absolutionem

64. *An*

64. An qui omisit aliquo die omnes Horas Canonicas, vel notabilem illarum partem, teneatur in confessione aperire id, quod omisit; vel sufficiat dicere se mortale peccatum commisisse in non persoluendo diuinum Officium? Et notatur, quod habens plura beneficia, non committit tot peccata, quod sunt beneficia in omissione Horarum Canonicarum. Ex p. 2. tr. 12. ref. 23. ibid.

65. Vtrum qui ratione ordinis Sacri, & beneficij tenetur persoluere Horas Canonicas, si illas non recitet peccet dupliciter, & sit ista circunstantia in confessione aperienda? Ex p. 2. tr. 12. ref. 22. ibid.

66. An si quis, v. g. recitando Officium diuinum vidit mulierem, & concupiscit eam, teneatur non solum illam prauam concupiscentiam confiteri, sed etiam dicere, quod tale peccatum admisit psallendo, vel orando? Et an qui orat non solum in peccato mortali, sed etiam cum proposito actuali, & voluntate peccandi mortaliter, peccet? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. ref. 36. ibid.

67. Quis in die ieiunij sæpius comedit carnes, & lacticinia quæritur, an distincta peccata commiserit, & in confessione aperienda? Et notatur, quod qui vouit aliquo die ieiunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit. Ex p. 3. tr. 4. ref. 156. alias 157. p. 377.

68. An qui dixit peccatum oblitus alicuius circunstantiæ, satisfaciat postea in alia confessione explicando grauitatem circunstantiæ oblitæ? Ex p. 1. tr. 7. ref. 45. ibid.

69. An Sacerdos, vel initiatus Sacris Ordinibus, si aliquem percutiat, vel occidat, teneatur explicare hanc circunstantiam? Ex p. 1. tr. 7. ref. 8. ibid.

70. An Prælato præcipienti aliquid sub præcepto obedientiæ; si subditus non obediat, peccet dupliciter, & teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? Ex p. 1. tr. 7. ref. 16. p. 378.

71. An Prælatus, si omittat correctionem subditi, satisfaciat dicendo in confessione, omisi correctionem proximi? Idem, quod dictum est de Prælato dicendum erit de Patre, tutore, Domino respectu tamen mancipij, non autem respectu famuli ob salarium seruientis. Ex p. 1. tr. 7. ref. 57. ibid.

72. An Episcopus, & Generalis alicuius Religionis, si peccet mortaliter, teneatur explicare hanc circunstantiam? Et notatur, quod Episcopus fornicans non tenetur circunstantiam Episcopatus fateri, nisi fornicatio illa ab Episcopo, seu Generali Religionis admissa ita publica esset, vt scandalum pareret? Et cursim aduertitur, quod quando omnes Ciues tenentur ad prælianðum, specialiter tenentur Milites, & Duces, sed si prædicti non prælientur, tenentur istam circunstantiam in confessione explicare, nempe esse Duces, aut Milites. Ex p. 1. tr. 7. ref. 6. ibid.

73. Vtrum Sacerdos, vel Religiosus professus satisfaciat in confessione, si dicat, se violasse votum Castitatis, non manifestando votum solemne, quod habet? Et hoc idem est de fœmina, vel viro, si carnaliter se commiscuit cum Sacerdote, vel Religioso professo, aut cum Moniali; nam satis sit dicere in confessione, se toties fornicatam esse, vel copulam sodomiticam habuisse cum viro voto Castitatis adstricto. Et notatur enim, qui votum Castitatis simplex in sæculo, vel Nouitiatu emisit, & postea in Religione professus est; vel si post votum simplex Castitatis sacris ordinibus initiatur, sufficere, si dicat, se habere votum Castitatis, & non tenetur explicare circunstantiam Sacrorum Ordinum, vel professionis in Religione. Ex p. 1. tr. 17. ref. 4. ibid.

74. Sacris Ordinibus initiati exercentes actum venereum exteriorem quot peccata committant? Et quot peccata committant in solo appetitu, & voluntate interiori? Et resolutio harum quæstionum pendet ex illa celebri; an obligatio continentiæ annexa Ordini sacro sit immediatè à lege Ecclesiastica, vel à voto? Et notatur, quod si quis non vult vouere, sed cum expresso animo non vouendi suscipit Ordinem sacrum, & fornicatur, in illo actu fornicationis non peccat peccato sacrilegij contra votum, quia non est aliquod votum? sed peccabit tamen non emittendo votum, quod emittere debet. Et an si quis in Sacris, & cum voto initiatus attentet contrahere matrimonium, & illud attentatum consumat? an tunc etiam peccet contra præceptum Ecclesiæ prohibentis matrimonium contrahere, & ideò in hoc casu tripliciter peccet? Et an Sacerdos professus fornicans satisfaciat in confessione, si dicat se esse Sacerdotem, aut professum aut Religiosum, ac proindè etiam Sacerdos sæcularis, & etiam Episcopus non teneatur explicare circunstantiam Sacerdotij, aut Episcopatus, sed tantum, quod habet votum Castitatis? Idem est dicendum de illis, qui cum supra dictis fornicantur, quod sufficit, vt in confessione dicant se peccatum carnis commisisse cum habente votum Castitatis, & non est necesse explicare, an sit Sacerdos, professus, vel Religiosus, aut Episcopus. Et cursissimè infertur, an sit peccatum proferre verba Consecrationis, sine vero pane, aut formam Baptismi sine vera aqua? Et quæritur, an infans promotus ad sacros Ordines obligetur ad Castitatem seruandam? Et an continentiam teneatur seruare, qui sciens votum Castitatis annexum receptioni Ordinis Sacri ordinatur ante annos pubertatis? Et quid de ordinato ante annum decimum sextum, vbi Tridentinum est receptum? Et an tale votum possit irritari etiam post annum pubertatis ab eis, quorum curæ suberat is qui intra annum pubertatis fuit ordinatus? Nota tamen, obsecro, quod si nacta pubertate Ordinem susceptum exercueris, aut alia via approbaueris obligatus esses ad Castitatem seruandam, & resilire non potes. Et an inuincibiliter ignorans votum cœlibatus implicitum contineri in receptione Ordinis Sacri, teneatur seruare Castitatem, si sciens, & prudens Sacrum Ordinem recipiat? Et quid dicendum est, si cum metu cadente in constantem virum Ordinem Sacrum susceperis, an tenearis seruare continentiam? Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. ref. 12. ibid.

75. An Religiosus professus qui emittit votum de non committenda mollitie, vel fornicatione, teneatur explicare hanc circunstantiam voti emissi post professionem, & idem quæritur de Sacerdote, vel Sacris Ordinibus initiato? Ex p. 1. tract. 7. ref. 9. p. 381.

76. An quando aliquis solus se polluit tangendo aliquem professum, vel in Sacris constituto, teneatur explicare hanc circunstantiam? Ex p. 1. tract. 7. resolut. 53. ibid.

77. An Regularis, vel Monialis, vel aliquis in Sacris Ordinibus constitutus, si sæcularem polluit, committat Sacrilegium? Et an patiens in prædicto casu pollutionem, circunstantiam personarum teneatur aperire? Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. ref. 66. alias 65. ibid.

78. An mulieri peccanti cum Religioso Sacerdote satis sit dicere se commisisse sacrilegium cum Sacerdote, vel initiato Sacris Ordinibus? Et an Religiosus Sacerdos, quando se accusat in confessione in simili casu, non teneatur dicere se esse Religiosum Sacerdotem, sed sufficit dicere se esse Religiosum, vel Sacerdotem, aut Sacris Ordinibus initiatum? Ex p. 1. tract. 7. resolut. 3. p. 382.

79. An mulier habens rem cum Nouitio, vel solutus cum Nouitia Religiosa teneatur aperire hanc circunstantiam? Et quid, si mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum? Ex p. 1. tract. 7. ref. 7. ibid.

80. An si quis fornicaretur gestando aliquod frustulum Reliquiæ Sanctæ Crucis, Clauorum, vel spineæ Coronæ, aut Hostia consecrata occulto, debeat necessario hanc circunstantiam in confessione explicare? Et quid gestando Reliquias Sanctorum, vel Agnum benedictum? Idem est, quando non solum quis cum complice peccaret, sed etiam cum pollueris se ipsum. Et idem est, si Parochus, dum iret cum sacro oleo ad ministran-

circun

circunstantiam illorum esse in confessione aperiendam. Ex p. 3. tract. 4. ref. 139. alias 140. ibid.

99. *An circunstantia modi in copula coniugali sit in confessione aperienda? Et notatur, quod aliquando hoc efficitur etiam sine culpa veniali, vbi non captanda voluptatis gratia hoc efficitur, sed aliqua iusta causa interueniente, propter pinguedinem viri, vel propter periculum ne fetus suffocetur. Etiamque aduertitur, quod vxor tenetur reddere debitum, etiam si vir cum culpa veniali ex variatione situs velit copulam complere.* Ex p. 1. tract. 7. ref. 35. p. 392.

100. *An coniugati, quando delectantur morosè de aliquo obiecto libidinoso, teneantur in confessione explicare circunstantiam coniugij, videlicet se esse coniugatos? Et docetur delectationem de aliquo opere in eo sensu sumere malitiam ab illo, quod respiciat opus, seu obiectum hoc, aut illo modo, sub quo opponitur virtuti; ac proindè quamuis delectatio sit de opere malo, si tamen illud non respicit vt malum, ei vt sic sé conformando, aut sub motiuo, sub quo elicita non opponitur virtuti, non erit mala saltem mortaliter. Vndè delectatio de occisione quamuis iniusta non est mortalis, quando est de illa, quatenus est honestè vtilis siue occisa, siue ipsi, qui de ea delectatur. Similiter de ssacaratum quamuis prohibito, quando est de illo, vt est delectabilis gustus ob rationem dictam. Et ob eamdem delectatio patris de morte filij, quia eum non potest commodè sustentare, & è contra delectatio filij de morte patris quia ei succedit in bonis. Item, delectatio Beneficiarij de morte sui pensionarij, quia liberatur à debito soluendi pensiones, hac non sunt mortalia. Et idem est de desiderio simplici, quo prædicti desiderant supra dictis mortem ob dicta motiua, & non ob odium, neque ob aliud motiuum mortale. Et an qui desiderat pollutionem non ex affectu libidinis sed ob sanitatem, aut ob aliam licitam vtilitatem, non sit mortale? Et à fortiori dicendum est non esse mortale delectationem de seminis effusione ob sanitatem, vel alium honestum finem. Superest adhuc pulchra quæstio, an si quis voueat Castitatem in solo opere externo, peccet in delectatione de aliquo opere venereo? Et firmatur, quod delectatio venerea de fornicatione ab habente votum absoluta Castitatis capta, præter malitiam luxuria contra Castitatem etiam habet malitiam sacrilegij contra votum?* Ex p. 5. tract. 13. & Misc. 1. ref. 99. ibid.

101. *An coniugatus, qui habuit plures delectationes morosas, teneatur aperire in confessione se esse coniugatum? Et cursim docetur, quod qui habet votum Castitatis, debet votum explicare, quando ipse consilio, vel auxilio causa fuit vt alij tale votum non habentes peccarent.* Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. ref. 4. p. 393.

102. *An si vir, vt possit coire cum propria vxore, cogitet alienam, teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire?* Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. resolut. 61. p. 394.

103. *An delectatio morosa sumat malitiam de opere externo, ita vt necesse sit in confessione aperire circunstantiam operis, & exprimere obiectum v. g. si mulier, de qua sumpta est delectatio fuerit coniugata, Monialis, libera, &c.* Ex p. 1. tract. 7. ref. 48. ibid.

104. *Celebris est illa quæstio inter Theologos nostri temporis, an in delectatione morosa fatendæ sint circunstantiæ operis, quod est quærere, an delectatio sumat speciem ex opere externo? Et notatur, quod ex doctrina supra dicta difficultatis excipiuntur duo casus. Primus est coniugatorum. Secundus est habentium votum absolutum Castitatis; hi enim in quauis delectatione morosa non solum peccant contra Castitatem, sed etiam illi contra fidem datam in matrimonio, & illi contra Religionem* Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. ref. 34. ibid.

105. *An in delectatione morosa circunstantia de copula sodomitica sit in confessione aperienda? Et pro elucidanda doctrina huius quæstionis, alia cursim adducuntur in textu huius Resolutionis.* Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. ref. 3. p. 395.

106. *An qui delectatur de peccatis confessis, teneatur explicare illa? Et an hoc procedat etiam in casu, quo Religiosus delectatur de adulterio alias commisso, si de eo delectatur, non quatenus fuit iniuriosum marito adultera, sed solum quatenus fuit fornicatio? Et notatur, quod si quis verè, vel falsò se laudauit de peccato mortali verè admisso, vel non admisso, quamuis non adfuerit de tali peccato, de quo se laudat gaudium, complacentia, aut delectatio morosa. Sed sola vana iactantia etiam fatendæ sunt circunstantiæ, quibus illud peccatum est effectum, vt si sit de percussione Clerici, vel de peccato cum coniugata &c. Etiamque aduertitur, quod si sola esset iactantia de peccatis mortalibus in genere, sufficeret dicere, toties peccaui, laudem & gloriam quærendo de peccatis mortalibus, licet non specificentur illa peccata mortalia quæ fortè non fecit, vel alias quis confessus est. Insuper docetur, quod si quis coeat cum aliquo, & postea cum fratre illius sufficit in confessione exprimere duo peccata nefaria, nam nulla affinitas oritur ex actu præpostero, & extra vas debitum. Item, si sodomia commissa est cum persona cognata cognatione spirituali vel legali, non est necessario explicanda circunstantia cognationis; vt si quis congressus est cum persona à se baptizata, vel leuata ex Baptismo, vel cum adolescente sibi in filium adoptato?* Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. ref. 20. p. 396.

107. *An qui commisit incestum, cum matre, vel filia, aut sorore, debeat exprimere circunstantiam personæ sibi iunctæ sanguine, vel affinitate naturali, vel legali, aut spirituali, an satis sit dicere, pollui me peccato incestus duabus vicibus, &c?* Ex p. 1. tract. 7. ref. 31. p. 397.

108. *An incestus cum matre, & incestus cum filia differant specie? Et cursim docetur quod incestus cum nouerca, si pater viuat habet malitiam specie distinctam, ac haberet, si pater obijsset, etiam si nouerca virum alium duxerit.* Ex p. 9. tract. 9. & Misc. 4. ref. 21. ibid.

109. *An qui habuit rem cum matre, vel sorore teneatur in confessione [illegible] circunstantiam explicare? Et an omnes gradus consanguinitatis specie distinguantur à gradibus affinitatis? Et notatur diuersa modo violari pietatem cognatorum occidendo, quam fornicando & hoc intelligendum est etiam in sacrilegiis; v. g. diuerso modo violatur Religio fornicando cum virgine sacra Deo, quam percutiendo illam, &c.* Ex p. 11. tract. 8. & Misc. 8. ref. 65. p. 398.

110. *An gradus cuiuslibet inter se affinitatis, vel consanguinitatis sint in confessione distinguendi: vel an sufficiat, si pœnitens dicat se personam consanguineam cognouisse, non declarando gradus consanguinitatis, & se personam affinem cognouisse, non declarando gradum affinitatis? Et an consanguinitas sit distinguenda in confessione ab affinitate?* Ex p. 4. tract. 4. & Misc. ref. 234. p. 399.

111. *Quis concupierat sæpius habere copulam cum matre, & filia, quæsiuit à me, an teneatur istam circunstantiam in confessione aperire? Et notatur, consanguinitatem ab affinitate, & gradum affinitatis, & consanguinitatis non differre specie ab aliis; & ideò hoc non est necessarium explicare in confessione?* Ex p. 10. tr. 15. & Misc. 5. ref. 13. ibid.

112. *An si quis commisit fornicationem sufficiat, si dicat in confessione, commisi graue peccatum in materia Castitatis cum soluta?* Ex p. 3. tract. 4. ref. 87. alias 88. p. 400.

113. *An copulam fuisse consummatam sit explicandam in confessione; Id est an sufficiat in confessione explicare peccatum graue contra castitatem habitum cum soluta &c.*

Index Tractatuum,

confessione, an fuerit agens, vel patiens, vel gradus cognationis carnalis? Et an peccata omnia contra naturam fiat unius speciei infima, & non subalterna? Ex p. 3. tr. 4. res. 158. alias 159. ibid.

134. *An in peccato sodomia pœnitens teneatur explicare se fuisse patientem?* Ex part. 6. tract. 6 & Misc. 1. res. 36. ibid.

135. *An patiens in peccato sodomia debeat explicare in confessione fuisse patientem, non obstante, quod agens seminat, patiens vero non? Et an omnia peccata contra naturam sint unius speciei infima, & non subalterna?* Ex p. 7. tr. 10. & Misc. 1. res. 8. p. 410.

136. *An in peccata sodomia sit necessarium explicare in confessione, quisnam fuerit agens, vel patiens? Et quid tamen, si patiens prater cooperationem ad pollutionem alterius pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione?* Ex part. 11. tract. 3. & Misc. 5. resolut. 4. ibid.

137. *An coitus sodomiticus inter masculos in primo, & secundo gradu habeat etiam malitiam incestus, & sit in confessione aperiendus? Et quid in pradicto casu, si actus sodomiticus sit cum consanguineo in tertio, & quarto gradu? Et an in copula non sodomitica cum muliere affine, vel consanguinea sit explicandus gradus consanguinitatis, vel affinitatis? Et cursim notatur impuberes commiscentes se cum consanguineis, vel affinibus non esse inclusos in casu reseruato incestus.* Ex p. 3. tr. 4. res. 100. alias 101. ibid.

138. *An qui copulam sodomiticam habet cum aliquo intra tertium, vel quartum gradum affinitatis, vel consanguinitatis, teneatur hanc circunstantiam in confessione explicare? Et de primo, & secundo gradu etiam agitur. Ex quo deducitur omnes incestus esse eiusdem speciei, & esse inter consanguineos, vel affines; at in tali; aut tali gradu solum esse circunstantiam aggrauantem, & ideo pœnitens solum tenetur explicare in confessione se commisisse incestum, sed non tenetur explicare, an fuerit cum matre, sorore, filia, consobrina, aut nepte, aut cum consobrina uxoris.* Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. res. 18. alias 16. p. 411.

139. *An qui copulam sodomiticam habet cum baptizato à se, vel cum eo, quem leuauit ex Baptismo, teneatur in confessione hanc circunstantiam explicare? Et quid est dicendum, si actus sodomiticus est commissus cum filio adoptato, vel adoptata, vel si quis coeat cum aliquo & postea coeat cum fratre illius?* Ex p. 7. tr. 12 & Misc. 3. res. 17. alias 15. p. 412.

140. *An si quis coiens cum homine, & supercubans sicuti super mulierem, teneatur aperire hanc circunstantiam, si tantum se polluat, vel satis sit dicere in confessione, tactu alterius mollitiem commisi, vel pollutus sum tangendo alterum inpudice?* Ex p. 1. tr. 7. res. 52. ibid.

141. *An mollities consummata cum puero mutet speciem?* Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. res. 32. alias 30. ibid.

142. *An qui pollutionem habuit cum puero nondum doli capaci, vel cum femina dormiente, vel cum bestia circa concubitum, teneatur in confessione preter pollutionem has circunstantias explicare? Et doctrina huius Resolutionis subtilis est, & curiosa.* Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. res. 15. alias 13. p. 413.

143. *An si quis cum virgine copulam sodomiticam habuerit, teneatur in confessione explicare circunstantiam virginitatis? Et cursim docetur pœnitentem non teneri exponere se sodomiam habuisse cum femina, quia sodomia cum muliere, aut cum viro solum differunt in genere entis, non in genere moris.* Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. res. 16. alias 14. p. 414.

144. *Vir quidam habebat magnam verecundiam aperiendi in confessione se sodomiam commisisse cum uxore; quasierunt à me per literas Doctorum opiniones circa prasentem casum. Et supponitur in copulam sodomiticam uxorem consentire. Et cursim infertur non esse explicandam personam, cum qua habita est sodomia; utrum videlicet sit masculus, vel femina, nam licet concubitus iste cum femina non sit propriè sodomia, tamen ad sodomiam reducitur.* Ex p. 7. tr. 12. & Misc. 3. res. 23. alias 21. ibid.

145. *An pollutio pravisa, sed non intentata in ebrietate, nimia comestione, &c. sit in confessione aperienda? vel an sufficiat in tali casu se accusare de nimio potu & cibo, & opus non sit explicare pollutionem? Et docetur, quod verba impudica, cogitationes turpes, & tactus, licet sint crimina mortalia, & sint causa ordinata ad pollutionem, non tamen efficaciter in illam influunt. Et notatur pollutionem pravisam, sed non intentatam ex actibus peccaminosis tantum venialiter in genere luxuria non esse peccatum mortale; ut ex tactu leui, v. g. manus, visu, verbis, lectionibus aliquantulum libidinosis, &c.* Ex p. 1. tr. 7. res. 65. ibid.

146. *Quidam in die tetigit sapius carnaliter verenda sua, unde nocte pollutionem postea passus est, quaritur, an teneatur fateri dictam pollutionem in somnis habitam? Et quid, si tactus sint continuati cum commotione spirituum magna? Et inter alias causas pollutionis aduertitur nullam dari causam intra genus luxuria, qua efficax sit ad pollutionem sequutam in somnis. Qua propter opus non erit fateri pollutionem pravisam in omni causa, que sit peccatum intra genus luxuria, nisi quando causa fuisset apposita ea intentione, quod videlicet sequeretur in somnis pollutio.* Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. res. 4. p. 415.

147. *An si quis commisit aliquod peccatum, cuius periculo se antea exposuit, teneatur explicare hanc circunstantiam in confessione? Et an dum qui tentatur, non orat, ut Deus eum a tentatione liberet, adsit distinctum peccatum à peccato precepti fractè?* Ex p. 1. tr. 7. res 44. ibid.

148. *An si aliqua tentatio carnis nimis notabilis sit, quis teneatur tunc orare, unde hoc minime faciens duplex peccatum committat, si vere delectetur?* Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. res. 16. ibid.

149. *An qui pluries vouit, vel pluries iurauit facere aliquam rem frangatque votum, seu iuramentum, teneatur hoc in confessione aperire? Ex quo infertur, quod qui per diuersos Sanctos, & formas iurandi iuret, aut voueat, unum tantum votum, aut iuramentum efficere, ideo hanc circunstantiam tanquam aggrauantem non tenetur in confessione aperire; sicut etiam testis, qui simul rogatur de multis articulis sub uno iuramento, & in omnibus mentitur, unum tantum peccatum committit, & non tenetur hoc in confessione aperire.* Ex p. 3. tr. 4. res. 89. alias 90. p. 416.

150. *An testis, qui simul rogatur de pluribus rebus, & articulis sub iuramento, & in omnibus mentitur, teneat hanc circunstantiam in confessione aperire? Et quid, quando quis multiplicat execrationes, & iuramenta per Deum, & per Sanctos super eadem re, &c.* Ex p. 1. tr. 7. res. 40. ibid.

151. *An Clericus, vel sacris Ordinibus initiatus, vel Religiosus, qui in ludo taxillorum, & alearum fraudauit aliquem in magna quantitate, satisfaciat dicendo in confessione se proximum in quantitate notabili fraudasse, an vero teneatur circunstantiam instrumenti, & medij aperire, asserendo illam fraudem fecisse in ludo taxillorum, seu alearum? Et deducitur dictos Clericos, & Religiosos, secluso scandalo, etiam si frequenter ludant non peccare mortaliter.* Ex p. 1. tr. 7. res. 21. ibid.

152. *Vtrum, si quis furetur propter fornicationem, teneatur hanc circunstantiam finis explicare in confessione, vel sufficiat dicere furatus sum; & postea per alium actum dicere, habui intentionem fornicandi? Et notatur, quod circunstantia finis tunc explicanda est,*

quando quis peccando intendit finem aliquem, qui continet malitiam mortalem; unde si quis confessus est propter inanem gloriam, hac circumstantia mali finis id est vana gloria, non erit necessario in confessione aperienda. Etiamque advertitur, quod si quis in die festo propter studium omittere Sacrum, non est necessarium in tali casu confiteri circunstantiam studij. Ex p.1.tr.7.ref.23.ibid.

153. An qui furatur rem sacram ex loco sacro, teneatur in confessione utramque circunstantiam explicare? vel satisfaciat dicendo, commisi furtum sacrilegum, vel furatus sum rem sacram? Ex p.8.tr.7. & Misc.ref.76. p.417.

154. Quidam latro furatur crumenam divitis in Ecclesia, quæritur, an hoc peccatum præter malitiam furti, contineat etiam malitiam sacrilegij necessario in confessione aperiendam? Et an furari ex Ecclesia ea, quæ sub iure, & quasi potestate Ecclesiæ, v.g. quia illi sunt tradita ad custodiendum, vel in pignus data, vel alio simili modo in Ecclesia deposita, ut furari tapeta, toballias, cortinas, vel sellas, quæ erant accommodata à Sacrista pro ornamento alicuius Festivitatis in Ecclesia, sit sacrilegium; & secus vero si quis deferat sellam, tapeta, vel baldachinum, vel quid huiusmodi in Ecclesiam pro sui commoditate, vel ornatu, ut faciunt Principes, Officiales, & Nobiles, &c. Et brevissime notatur non committere Sacrilegium, qui furatur Clerico aliquid iure Ecclesiastico possessum. Ex part. 1. tract. 7. resolut. 27. ibid.

155. An si quis furatur coram iudice, vel cum manifesto periculo vitæ, teneatur postea aperire hanc circunstantiam in confessione? Et quid est dicendum de illo, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa? Idem est dicendum de eo, qui alteri suadet peccatum cum periculo incurrendæ pœnæ mortis. Ex part. 1. tract. 7. resolut. 61. p. 418.

156. An qui furatus est, v.g. mille aureos, satisfaciat, si in confessione dicat subripui rem notabilem? Ex p.1.tr.7. ref. 14. ibid.

157. An diuturnitas voluntaria retentionis de re aliena furto sublata sit circunstantia necessario in confessione aperienda? Et supponitur plura non committi peccata, sed tantum continuari antiquum, quamvis uno anno, vel plus iniuste retineatur res aliena, etiam si forte sæpius renovetur propositum non restituendi, dummodo tamen pœnitentia ductus rem non proponat restituere, & postea mutato animo & proposito, habeat animum non restituendi. Et notet hoc Confessarius, & à multis scrupulis immunis erit. Ex p. 1. tract. 7. ref. 58. ibid.

158. Difficilis pro praxi in gratiam Confessariorum est ista quæstio. An qui longo tempore rem alienam non restituens unum tantum, vel plura peccata committat? Et docetur, quod in duobus tantum casibus positis in §. penultimo huius Resolutionis committit quis peccatum novum in omissione restitutionis. In cæteris sex casibus assignatis in §. Sed huius Res. & in omnibus aliis, quos diversi authores enumerant, minimè. Ex part. 2. tract. 16. & Miscel. 2. resolut. 25. alias 27. pagina 419.

159. An si aliquis in Ecclesiam confugiat, & intra illam postea ei iudex auferat arma, debeat iudex hanc circunstantiam in confessione aperire? Ex p. 1. tract. 7. ref. 38. ibid.

160. An si iudex vel alia persona publica furto capiat res alienas, quas ex officio custodire tenetur, debeat explicare hanc circunstantiam officij sui? Ex p. 1. tract. 7. ref. 36. ibid.

161. An medicos satis sit fateri se concessisse licentiam edendi carnes absque legitima causa diebus prohibitis, non manifestando illos ieiunio esse consecratos? Ex p.1. tract. 7. ref. 60. p. 420.

162. An qui peccavit alias non peccaturus ex confidentia obtinendi Iubileum, aut Bullam Cruciatæ teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? Ex p.1.tr.7. ref. 33. ibid.

163. De aliquibus circunstantiis peccatorum in confessione explicandis vel non explicandis? Ex p. 5. tract. 14. & Misc. 2. ref. 56. ibid.

164. Aliqua notabilia circa circunstantias peccatorum in confessione explicandas observantur. Ex part. 9. tract. 9. & Miscel. 4. resolut. 67. alias 66. p. 421.

165. Additiones ad tractatum de circunstantiis in confessione non necessario explicandis. Ex p. 3. tr. 4. ref. 67. p. 422.

His autem adduntur cæteræ omnes difficultates, quas opera & volumina R. P. Dianæ in eorum textibus occlusas habent, quæ simul etiam pertinent ad istum tract. 7. de Circunstantiis huius tom. 1. ad clariorem notitiam omnium quæstionum & difficultatum huius totius operis.

AN quando Sacerdos celebrat, dum tria præstet, quia primò quidem consecrat, secundò ministrat sibi ipsi, tertiò suscipit Sacramentum, tamen, hoc non obstante, si est in peccato mortali committat unum peccatum, an verò tria? Et quæ peccata sunt, quæ remittuntur per Baptismum, recedente fictione, & quæ explicanda, vel non explicanda in confessione in prædicto casu? Et an in naufragio vel alio casu, si quis unica actione, etiam continuata plures baptizat existens in peccato mortali, committat tot peccata mortalia vel unum tantum? Ex p. 10. tract. 16. ex ref. 28. alias 27. & in p. 3. tract. 4. ex ref. 14. & in p. 5. tr. 3. ex resolut. 27. Quæ hic sunt supra in hoc ipsomet tom. 1. tract. 1. de Baptismo resolut. 11. 26. & 39.

An Episcopus existens in peccato mortali si Sacramentum Confirmationis in eodem tempore, v.g. centum personis conferat, committat centum peccata mortalia? Et an saltem committat duo peccata unum omissionis, quia non conteritur, alterum commissionis, quia indignè ministrat? Et an qui ministrat Sacramentum Baptismi, vel Confirmationis personaliter interdicto, qui causam dederit, committat duo peccata, primum quia ministrat in peccato, secundum quia violat interdictum? Ex p. 9. tract. 7. ex resolut. 88. & ex p. 5. tract. 10. ex ref. 63. Quæ hic sunt supra in tract. 2. de Confirmatione ref. 5. & 20.

An qui non se accusavit in Confessione de circunstantiis peccati omissis, & de numero peccatorum teneatur repetere confessiones? Et an exprimendæ sint in confessione circunstantiæ peccati dubij confessi? Et notatur explicandas esse circunstantias peccati tanquam conditionaliter certas, sive etiam tanquam conditionaliter dubias, si tales circunstantiæ mutant speciem. Et an Sacerdos peccans in actu celebrandi, teneatur confiteri tale peccatum se commisisse in ipsa Missæ celebratione? Et an qui celebrat, vel sumit Eucharistiam non præmissa confessione casu, quo eam præmittere tenebatur, committat duplex peccatum? Idem est de illo qui non præmittit contritionem. Et an in confessione generali debeat quis explicare, quod peccata commissa post ultimam confessionem, non sint amplius confessa? Et notatur quod transgressio inspirationis oblatæ, quando offertur occasio frangendi præceptum, non est distinctum peccatum

à

criminis transgressi praecepti. Ex part. 3. tract. 4. ex ref. 107. alias 108. & ex p. 6. tract. 6. ex ref. 31. & ex p. 11. tract 8. ex ref. 44. & in 9. tract. 3. ex ref. 7. & 32. & in p. 11. tract. 6. ex resolut. 22. & in pag. 3. tract. 4. ex ref. 52. Quæ hic sunt supra in tract. 3. de Pœnitentia resolut. 119. 138. 131. 162. 186. 193. & 196.

An si quis vinum vsque ad ebrietatem sumeret, ad finem, & animo iactandi blasphemias, iste in isto casu confiteri teneatur se illas iactasse, vel satis sit dicere, quod se inebriauit animo illas iactandi? Idem est de aliis similibus. Ex p. 10. tr. 14. ex ref. 70. alias 68. Quæ hic est supra in tr. 5. de Reseruatis ref. 52.

An si à Confessario imponatur pœnitenti pro pœnitentia opus praecepti, pœnitens illam omittens peccet dupliciter? Ex p. 4 tr 4. ex ref. 241. Quæ hic est supra in tr. 6. de Satisfactione sacramentali ref. 37.

An duplicem culpam mortalem specie diuersam committat violator sigilli confessionis, vnam contra Religionem iniuriam Sacramento afficiendo, reddendoque illud odiosum pœnitentibus; alteram contra iniuriam infamando proximum, cuius delictum occultum proditur; & teneatur in conscientia praedictus violator hanc duplicem circumstantiam confiteri, sicuti duplicem committit culpam lethalem etiam diuersam specie, qui frangit illicite secretum naturale, quod sub iuramento seruare promisit? Ex p. 5. tr. 11. ex ref. 2. Quæ hic est infra in tr. 8. de Sigillo Confessionis ref. etiam 2.

An Sacerdos celebrans in peccato mortali peccet tripliciter, nempe, quia indigne consecrat, indigne offert, & indigne sumit corpus? Et an saltem peccet duplici peccato, quia conficit, & quia sumit corpus? Et an saltem peccet duplici peccato, quia conficit, & quia sumit Sacramentum? Et an committat in dicto casu duo peccata, vnum videlicet, quia celebrat in peccato, alterum quia omisit confessionem illius peccati? Et an Sacerdos excommunicatus committat duplex peccatum, sciens se teneri vinculo peccati & censuræ? Et an iste Sacerdos neque vt duo peccata, neque vt circumstantiam aggrauantem eiusmodi circumstantias teneatur confiteri? Ex p. 2. tract. 14. ex ref. 24. & 22. Quæ nunc inueniuntur in tom 2. tr. 1. de Celebrat. Missarum ref. 149. & 152.

An qui ministrat Eucharistiam peccatori, peccet duplici peccato? Et an recipiens Eucharistiam contra praeceptum aliquod humanum committat duo peccata, vnum contra prohibitionem illam, alterum, quia communicat indigne; & an hæc circumstantia sit explicanda in confessione? Ex quo deducitur, an qui se ingurgitat, quo tempore erat indictum ieiunium, peccet dupliciter, nam, & temperantiam, & Ecclesiasticam Ieiunij legem violat? Ex p. 4. tr. 4. ex ref. 103. & in p. 5. tr. 13. ex ref. 62. Quæ hic reperientur in tom. 2. tr. 2. de Communione ref. 28. & 43.

An contrahentes matrimonium in peccato mortali peccent dupliciter; quia non solum suscipiunt, sed etiam ministrant hoc Sacramentum? Et an excommunicati contrahentes matrimonium peccent dupliciter ex eo, quod non solum Sacramentum recipiunt in excommunicatione, sed etiam ex eo, quod conferant? Et an contrahere cum impedimento dirimente sit duplex peccatum? Et an impedimenta matrimonij addant nouam malitiam etiam in copula fornicaria distincte explicandam in confessione? Et an pollutio voluntaria extra vas inter coniuges habeat specialem malitiam, & quomodo illam debeat explicare in confessione? Et notatur, quod si aliquis sine interruptione morali multoties osculetur pudenda alicuius fœminæ, vel pueri, sufficit, vt in confessione dicat, osculatus sum solutam, vel puerum, & non est opus explicare, quod talis tactus, vel osculum fuit in partibus pudendis. Et an incitantes amantes ad copulam peccent mortaliter, & quomodo teneantur hanc circumstantiam confiteri? Ex p. 3. tr. 4. ex ref. 198. alias 199. & ex ref. 296. alias 297. & in p. 5. tr. 9. ex ref. 85 & in p. 10. tr. 16. ex ref. 82. & in p. 11. tr. 8. ex ref. 36. & in p. 3. tr. 4. ex ref. 224. alias 225. & in p. 11. tr. 8. ex ref. 35. Quæ nunc inueniuntur in tom. 2. tr. 6. de Matrimonio ref. 113. 127. 129. 130. 186. 191. & 202.

An sit vnum tantum peccatum internum etiamsi voluntas omittendi Horas Canonicas sæpius per diem facta morali interruptione iteretur? Et an Beneficiarius Sacris initiatus Horas omittens peccet duplici peccato contra iustitiam, & Religionem, adeoque in confessione vtrumque explicandum? Et vtrum si quis omittat omnes Horas vnius diei, committat vnum peccatum, an plura? Et an in confessione debeat explicare, quot Horæ fuerunt omissæ? Et notatur vnicum peccatum committere non recitantem officium defunctorum, & illud diei octauæ omnium Sanctorum. Ex p. 4. tr. 4. ex ref. 219. & in p. 2. tr. 12. ex ref. 5. & in p. 9. tr. 7. ex ref. 29. Quæ hic reperientur in tom. 3. tr. 6. de Horis Canonicis ref. 74. 75. & 95.

An pollutio praeuisa in ebrietate, vel nimia comestione, vel in comestione talis cibi, aut ex tali modo iacendi in lecto, dum quis dormit, habeat specialem malitiam pollutionis contra castitatem, si non sit intentata? Et quid si fuerit intentata ad eundem finem? Et an Religiosus, vel quiuis alius, qui ex voto, vel ex alio capite tenebatur ieiunare v. g. Feria sexta, in qua occurrit vigilia alicuius Sancti, si non ieiunet, peccet dupliciter? Et quid est dicendum, si Prælatus in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipiat Religiosis ieiunium indicta vigilia, alicuius Sancti, vel alterius ieiunij? Et notatur, quod qui frangit ieiunium comedendo carnes & oua, non duo, sed vnum peccatum committit; & ideo non est necessarium explicare circumstantiam modi, quo ieiunium violatum sit. Et an toties peccet mortaliter, quoties aliquis in die ieiunij, carnes comedit, vel in Quadragesima edens lacticinia? Et an teneatur confiteri, quoties se applicauerit esui carnium in die, & quoties comestioni ouorum? Et aduertitur, quod qui comedit lacticinia in Quadragesima absque causa, & sine Bulla, vnum tantum peccatum facit. Ex p. 10. tr. 14. ex ref. 13. alias 11. & in p. 4 tr. 4. ex ref. 83. & in p. 9. tr. 6. ex ref. 11. & in p. 1. tr. 9. ex ref. 45. Quæ hic sunt in tom. 4. tr. 6. ref. 18 62. 77. & 85.

An qui per annum non audiuit Missam in diebus festis ex eo, quod esset excommunicatus, si postea, obtenta absolutione, confitetur, teneatur se accusare, quod peccauerit toties contra praeceptum audiendi Missam? Ex p. 4. tr. 4. ex ref. 57. Quæ nunc inuenietur in tom. 5. tr. 1. de Excommunicatione ref. 129.

An percussio Clerici Superioris Ecclesiastici, vel Regularis præter malitiam contra Religionem, contineat etiam malitiam impietatis. Et an percutiens plures Clericos successiue incurrat tot censuras, quot sunt Clerici percussi? Et an qui percutit Monachum initiatum prima Tonsura duas censuras incurrat? Et notatur, quod plures censuræ incurruntur ab eo, qui fecit vnum actum habentem plures circumstantias, pro quibus singulis lata est sententia censura, si tamen dictæ circumstantiæ mutent speciem actus moralis, secus autem si speciem non mutent. Ex p. 9. tr. 4 ex ref. 26. & in p. 5. tr. 9. ex ref. 60. Quæ hic reperientur in tom. 5. tr. 2. de Percussione Clerici ref. 6. & 54.

An mutuare aliquid cum pacto, vt ille, qui recipit mutuum conferat officium, aut Ecclesiasticum beneficium, non solum sit vsura, sed etiam Symonia, & vtraque deformitas, scilicet vsuræ & symoniæ, in confessione aperienda erit? Ex p. 1. tr. 8. ex ref. 61. Quæ hic est in tom. 5. tr. 7. de Symonia ref. 19.

An omnia peccata, quæ à Principe committuntur ob non obseruationem propriarum legum, sint eiusdem speciei? Ex p. 11. tr. 7. ex ref. 6. Quæ nunc inuenietur in tom. 6. tr. 1. de Legibus ref. 53.

cumque licentiam presumptam, interpretatiuam, virtualem, etiam in bonum ipsius pœnitentis, ad reuelandum Sigillum Confessionis, sed requiri formalem, atque expressam; & debet esse libera, spontanea, & non vi, iniuria, aut dolo extortam; imo neque per preces importunas; adde, neque per metum reuerentialem ipsius Confessarij obtenta. Et aduertitur pœnitentem posse reuocare hanc licentiam quoties voluerit, etiam absque iusta & vlla causa. Ex p.5. tr.11. ref.10. p.438.

31. An Confessarius, quando pœnitens dat ei licentiam reuelandi confessionem, debeat illam exigere in scriptis? Et in prædicto casu, si dubitetur, an ea reuelatio fiat, vel non fiat de licentia pœnitentis, credendum sit testimonio Sacerdotis, & non pœnitentis? Ex p. 5. tr.11. ref.41. ibid.

32. In quadam ciuitate huius Regni Confessarius cum licentia pœnitentis in ordine ad consilium petendum manifestauit eidam Sacerdoti aliqua peccata, de quibus ipse postea cum aliquibus locutus est, quasitum à me fuit tunc, an dictus Consiliarius fregerit Sigillum confessionis? Ex p.2. tr.15. & Misc.1. ref.14. pag 439.

33. An cum Sacerdos de licentia pœnitentis reuelat aliis peccatum, illi alij teneantur ad Sigillum? Et docetur Doctorem Consiliarium, aut Confessarium, cui ex licentia pœnitentis peccatum, & persona eiusdemmet pœnitentis manifestatur, obligari sacro Sigillo. Et in §. vltimo huius Resolutionis cursim explanantur alij septem casus; & personæ, in quibus omnes tenentur ad Sigillum. Ex p.5. tr.11. ref.11. ibid.

34. An si pœnitens confiteatur cum laico existimans posse in absentia Sacerdotis absolui, teneatur laicus celare peccata audita sub Sigillo? Ex part.5. tr.11. ref. 13. pag.440.

35. An laicus, si ex necessitate audiat alienius confessionem, teneatur ad Sigillum? Idem à fortiori dicendum est de laico, quem pœnitens voluit simul cum Sacerdote, audire eius confessionem, ad maius erubescentiæ meritum. Et notatur, quod in supradicto casu, etiam si laicus non teneatur ad Sigillum confessionis, tenetur tamen maximo secreto naturali, neque pro aliqua causa debet illud infringere, etiam adhibito iuramento, & potius tenetur mortem subire, quam secretum illud naturale aliquo modo violare. Sequitur etiam huiusmodi laicum assumptum à pœnitente loco Sacerdotis, etiam si audiat delictum aliquod ex confessione illum non posse tamen à iudice compelli ad illud iudicialiter manifestandum, neque in eo iudicem posse fundare inquisitionem aliquam. Ex p.5. tr. 11. ref.14. ibid.

36. An qui se fingit Sacerdotem, teneatur ad Sigillum? Ex p.5. tr.11. ref.15. p.441.

37. An qui casu audiuit peccata alicuius, teneatur ea non manifestare sub Sigillo? Et quid, si ex industria, quis audiuit alterius confessionem sacramentalem? Idem est dicendum de eo, qui intelligit mutum per nutus & signa, vel quempiam sudastrum alteius confitentem. Ex p.5. tr.11. ref.16. ibid.

38. An quando quis coram multis confitetur, vt in naufragio, aut tempore pestis, teneantur omnes, qui audiunt, ad Sigillum? Et an Confessarius teneatur ad Sigillum, respectu eorum, qui simul secum peccata audierunt? Sed aduertitur, quod si plures Confessarij confessionem audierint quacumque occasione non posse postea inter se loqui de alienis peccatis, neque alij inter se, neque cum ipso Sacerdote id poterunt licitè facere, sed tenentur omnes ad Sigillum, qui alterius peccata, dum confitetur, audiunt, siue licitè, siue illicitè, siue mediatè, siue immediatè audiant. Ex p.5. tr.11. ref.23. p.442.

39. An interpres teneatur celare peccata sub Sigillo sacramentali? Et cursissimè asseritur eos, qui sponte à pœnitente, & sine necessitate adhibentur ad audienda peccata non obligari Sigillo. Ex p. 5. tr.11. ref. 48. ibid.

40. An si v.g. Petrus ante confessionem consulat virum doctum in ordine ad confessionem faciendam, non cum illo, sed cum alio, teneatur dictus Consiliarius ad Sigillum? Et docetur, quod si pœnitens virum doctum consulat, vt sciat, quomodo se præparare debeat ad confessionem, non teneri virum doctum manifestare Prælato, etiam si sub excommunicatione præcipiat. Ex quo cursim deducitur, quod quando obligatio tegendi est tantum secreti naturalis, & non Sigilli sacramentalis, tenebitur Consiliarius manifestare sub excommunicatione rem sibi reuelatam, &c. Ex p. 5. tr.11. ref.44. p.443.

41. An cui iniustè reuelata est confessio à Confessario, teneatur celare illa peccata manifestata sub Sigillo? Et an omnes alij, qui ab isto, qui à Sacerdote audiuit, audierunt, & alij ab istis, & isti ab aliis; siue mediatè, siue immediatè; siue licitè, siue illicitè audierunt, teneantur ad Sigillum confessionis? Ex p.5. tr.11. ref.7, ibid.

42. An qui inuenit chartam, in qua scripta erant alicuius peccata, teneatur illa abscondere sub Sigillo confessionis; siue iam confessio facta sit, siue adhuc facienda sit? Et an, si dicta peccata vergerent in damnum commune, seu alicuius tertij innocentis, teneatur in tali casu repertor chartæ illa peccata reuelare ad auertendum tale damnum? Et si repertor chartæ supradictæ moraliter certus sit non nisi leuia, & non infamantia peccata in ea esse, ideoque curiositate legat, vel lecta aliis diuulget, an debeat censeri peccare mortaliter, sicut Superior, aut Iudex, qui inuenta schedula peccatorum alicuius vellet contra illum inquirere, vel tantum peccet venialiter? Ex p.3. tr.4. ref.111. alias 112. ibid.

43. An qui inuenit papyrum, in qua erant peccata alicuius scripta, teneatur ad Sigillum Confessionis, siue iam confessio facta sit, siue adhuc facienda sit? Ex quo solui possit, quid sit dicendum de illo, qui reperit libellum, in quo scripta sunt peccata alicuius? Et quid, si charta scripta sit ad virum doctum ad petendum consilium pro confessione? Ex quibus etiam sequitur, quod si iudex inuenisset peccatum rei schedulæ commendatum ad confessionem faciendam, tenetur Iudex cessare ab Inquisitione criminis, & non iuuari ex illa notitia; imo etiam, si iam reum condemnasset coniunctum testibus, & postea intelligeret totam delationem, vel accusationem ortam fuisse ex Sigilli violatione, tenetur damnatum absoluere, & dimittere. Ex p.5. tr.11. ref.27. p.444.

44. An quæ peccata non sunt, & aliis concernunt, teneatur Confessarius celare sub Sigillo? Ex p. 5. tr. 11. ref.38. p.445.

45. An si pœnitens explicet aliqua in confessione concomitanter, teneatur Confessarius celare sub Sigillo? Ex p.5. tr.11. ref.5. ibid.

46. An aliquando Confessarius possit obligare pœnitentem ad declarandum complicem? Et aduertitur posse contingere, vt licet pœnitens dicat se velle per seipsum immediatè, vel per alium dare notitiam complicis ad impedienda mala iuxta suam obligationem; adhuc Confessarius possit illi differre absolutionem. Ex p. 6. tr.7. & Misc.2. ref.2. ibid.

47. An liceat Confessario interrogare de complice in confessione in ordine ad ipsius correctionem, & illam facere de licentia pœnitentis? Et an hoc sit absolutè contra Sigillum confessionis? Et notatur, quod ex hypotesi, quod affirmatiua opinio sit probabilis, non tamen ex hoc debet Confessarius interrogare de complice in hunc finem correctionis, sed expectare vt pœnitens

nitens id sua sponte declaret &c. Ex part. 3. tract. 4. resolut. 112 alias 113. p. 446.

48. An Confessarius propter correctionem fraternam debeat, aut possit extorquere complicem? Et an illa peccata alterius tam complicis, quam aeu complicis in confessione narrata, ita claudantur Sigillo, vt sine complicis, aut alterius illius peccatoris licentia, esto habeat consensum à pœnitente Confessor ea reuelare non possit? Ex part. 5. tract. 11. res. 39. ibid.

49. An quando quis confitetur, liceat manifestare complicem, vel alterius peccatum, vel Confessarius possit de hoc interrogare ad finem corripiendi peccatorem? Et docetur, quod si Sacerdos fraude vi aut importunis precibus extorqueat à pœnitente manifestationem complicis, aut licentiam reuelandi confessianem absque dubio grauiter peccat? Ex part. 7. tract. 3. resolut. 34. p. 447.

50. An si pœnitens absque necessitate manifestauit complicem in confessione, teneatur Confessarius aecultare tale peccatum sub Sigillo confessionis? Et cursissimè docetur omnia, quæ occasione sui peccati explicandi pœnitens in confessione dicit cadere sub Sigilla, etiam si superfluè addita sint. Ex p. 3. tract. 4. res. 110. alias 111. ibid.

51. An sit contra Sigillam Confessionis etiam cum licentia pœnitentis reuelare peccata complicis absque complicis licentia? Et breuiter notatur cadere sub Sigillam quamcumque personam in confessione detectam, siue ad declarandam aliquam substantiam necessariam, siue imprudenter eam nominando sine necessitate? Ex p. 5. tract. 11. res. 24. p. 448.

52. Quid facere debeat Confessarius, si ex confessione vnius complicis scit peccata alterius, & alter in confessione tacet? Ex p. 5 tr. 11. res. 21. ibid.

53. An Confessarius statim post finitam confessionem, & datam absolutionem, possit loqui cum pœnitente absque licentia de errore, v.g. commisso in dicta confessiane? Ex p. 5. tr. 11. res. 19. ibid.

54. Vtrum Confessarius in aliquo casu sine licentia pœnitentis possit loqui cum illo de peccatis auditis in confessione; videlicet confessor commisit aliquem defectum in absoluendo pœnitentem, quæritur, an possit illi manifestare extra confessionem, etiamsi pœnitens non dederit licentiam manifestandi? Et notatur Sigillum confessionis non solui quatiescumque sine licentia pœnitentis Sacerdos extra confessionem agit cum pœnitente solum de peccatis commissis, & auditis in confessione, modo tamen id faciat studio promouendi pœnitentis salutem? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. resolut. 12. p. 449.

55. An si pœnitens non vult dare licentiam Confessario, vt ei aperiat defectum commissum in confessione possit illum aperire? Et notatur, si statim post finitam confessionem, & datam absolutionem occurrat error emendandus non posse Confessarium loqui cum ipsa pœnitente de confessione, & errore corrigendo absque prædicta licentia? Ex p. 3. tract. 4. res. 86. alias 87. ibid.

56. An Confessarius si aliquem defectum commisit in confessione, possit extra illam pœnitenti illum aperire, ipso renuente? Et an tamen in ipsa confessiane, etiam non petita licentia à pœnitente, ex rationabili causa possit fieri mentio eorum, quæ in aliis confessionibus dicta, & confessa fuerunt? Et aduertitur, quod quamuis sit peccatum loqui cum pœnitente post confessionem de peccatis confessis, si ipse hoc ægre ferat, quia tunc esset odiosum, tamen hoc non esse contra Sigillum? Ex p. 5. tr. 11. res. 18. p. 450.

57. An Confessarius in actu secundæ Confessionis possit refricare, & meminisse peccatorum in priore confessione à pœnitente detectorum? Et an possit Confessarius videns pœnitentem pœnitentiam in confessione impositam non adimplere, monere illum, vt promissa adimpleat? Ex p. 5. tract. 11. res. 20. ibid.

58. Quidam Confessarius extra confessionem locutus est cum pœnitente de peccatis confessis, qui eum apud Episcopum accusauit; quæsiuit tunc à me Antistes ille, an talis Confessarius tanquam fractor Sigilli puniendus esset? Et an Confessarius puniendus sit tanquam fractor Sigilli, si asseras, v. g. audiuisse in confessione peccata publica fornicationum notissima meretricis? Ex p. 5. tr. 11. res. 6. p. 451.

59. Quæ pœna imponatur Confessori reuelanti Sigillum Confessionis? Et notatur, quod neutra pœna depositionis videlicet, & perpetuæ reclusionis incurritur ipso facto ante iudicis sententiam. Aliis verò personis distinctis à Confessario, quas etiam Sigillo Confessionis teneri diximus, non sunt imposita dicta pœna. Et notatur non infligi supradictas pœnas ob quamcumque violationem Sigilli, sed solum ob reuelationem peccati: vnde si solum reuelaret aliquod ignominiosum in confessione cognitam, sed quod peccatum non sit, non incurrit istas pœnas, sicut nec ille, qui cum pœnitente loquitur extra confessionem de peccatis ab illo auditis, & non petita licentia. Et cursim additur depositionem istam non solum significare prohibitionem audiendi confessiones, sed etiam cuiuscumque muneris Sacerdotalis. Ex p. 5. tr. 11. res. 51. ibid.

60 Quomodo potest constare de hoc delicto? Ex p. 5. tr. 11. res. 52. p. 452.

61. An Confessarius teneatur dare schedulam peccatori, quem non absoluit? Ex part. 5. tract. 11. res. 22. ibid.

62. An Confessarius sine fractione Sigilli possit manifestare pœnitentiam, quam imposuit pœnitenti? Et quid, si Confessarius dixisset Coronam B. Virginis imposuisse pro pœnitentia suo cuidam pœnitenti? Et quid, si pœnitentia esset vnum Miserere, quinque Pater noster, &c.? Et aduertitur non benè fecisse quemdam Confessarium, qui eum cuidam ob grauia peccata, sed ignorata, iniunxisset in confessione longo tempore publicè audire solemne Sacrificium flexis genibus, &c. Ex p. 5. tr. 11. res. 31. ibid.

63. An Confessarius, qui asseruit imposuisse Titio pro pœnitentia vnum Miserere, vel quinque Pater noster fregerit Sigillum Confessionis? Et quid, si diceret imposuisse Rosarium B. Virginis pro pœnitentia? Et an Confessarius debeat negare pœnitenti schedulam confessionis petenti, si ex aliqua causa illum non absoluit? Ex p. 11. tr. 5. & Misc. 5. res. 14 p. 453.

64. An pœnitens teneatur pœnitentiam impositam à Confessario non manifestare sub Sigillo? Et quid, si ex reuelatione huiusmodi redundaret aliquid mala fama, aut aliquid minus existimatione dignum in Confessorem, aut aliquem alium? Ex part. 5. tract. 11. res. 8. p. 454.

65. An Confessarius possit peccatum in confessione auditum reuelare, quando ipse nequit aliter peccatum suum manifestare; licet ex eo veniatur in cognitionem pœnitentis? Ex p. 5. tr. 11. res. 9. p. 455.

66. Quomodo se gerere debeat Confessarius, quando interrogatur sub iuramento, an in confessiane audierit peccatum aliquod? Et aliqua aduertuntur, quæ contingere possunt in supra dicto casu, vel similibus aliis. Et tandem datur doctrina Confessario quid, & quomodo respondere debeat, si Sacrista, vel Minister Missæ à Confessario quærat, an apponenda sit particula, vt consecretur pro communione Petri; quod respondeat Confessarius, quod hoc ab ipso pœnitente quæratur. Ex p. 5. tr. 11. res. 43. ibid.

67. An secretum tanquam in confessione detectum obliget, ac

ac si fuisset dictum in confessione? Ex p. 5. tr. 11. res. 54. p. 456.

† *An Confessarius, qui frangit Sigillum Confessionis sit irregularis? Et an laicus, qui sine necessitate confessionem secretam audiuit, fiat irregularis, si illam reuelet?* Ex p. 5. tr. 11. ex res. 53. *Quæ nunc inuenietur* in tom. 5. tr. 5. de Irregularitate res. 30.

† *An Inquisitores possint punire Confessarios frangentes Sigillum confessionis? Et notatur Sacerdoti, qui Sigillum confessionis frangit, nullam a iure imponi pœnam, quam de facto incurrat.* Ex p. 4. tract. 8. ex resolut. 95. *Quæ hic est* in tom. 5. tract. 10. de Inquisitoribus res. 80.

Non est vlla alia quæstio in omni hoc opere; quæ simul pertineat ad hunc tract. 8. de Sigillo Confessionis huius primi tomi.



TRACTATVS



TRACTATVS PRIMVS
DE
SACRAMENTO BAPTISMI.

SED IN PRINCIPIO HVIVS TRACTATVS pauca prius Resolutiones ad omnia Sacramenta in genere adscribuntur.

RESOL. I.

Cùm Concilium Tridentinum asserat sessione 24. cap. 17. *Sacramentum tribus perfici, materiâ, forma & intentione Ministri: & cum intentio sit triplex, habitualis, virtualis & actualis; quaritur quanam sit sufficiens ad validè conficiendum Sacramentum?* Ex part 2. tract. 17. & Miscell. 3. Resol. 32.

Super quæstione contêta in hac Ref. in tom. 2. tr. 3. lege doctrinam §. 1. & signanter 2. Ref. 1.

§. 1. MNES DD. asserunt intentionem habitualem non sufficere, sed virtualem requiri, & actualem non esse necessariam; discordant tamen in assignando quænam intentio virtualis sufficiat.

2. Prima sententia est Valentiæ. *tom. 4. disp. 3. quæst. 5. punct. 3. vers. Intentio autem implicita*, & Henriquez *in sum. lib. 1. cap. 10. num. 2.* vbi ait, Intentio virtualis dicẽda etiam est illa, quæ quamuis non videatur fluxisse ex efficaci vi, vel motiuo primæ intentionis, aut quia licèt nunquam habuit intentionem sic explicitam: Volo facere quod Ecclesia Romana intendit, & quod Christus instituit: habuit tamen confusam, vt si quis Ordines sacros suscipit, vt fiat Sacerdos, & Minister Ecclesiæ, & absque alia forma intentionis, (si nunquam habuit contrariam) consueuit celebrare, & ministrare sacramenta, etiam cum distractione mentis, hic enim conficit Eucharistiam, & alia sacramenta. Hæc Henriquez.

3. Secunda sententia, est communiter omnium aliorum DD. qui asserunt, intentionem virtualem necessariam ad Sacramentum illam esse, quæ actu transiuit, & virtute manauit ex impressione in imaginatiua relicta ex primo proposito, quo quis humano modo ad agendum se applicuit; qua excitatur potentia motiua, vt actus initio propositos (qui primum actum immediatè sequuntur, aut cum eo saltem mediatè connexi sunt) perficiat, homine interim alia omnia cogitante, donec actu aliquo contrario interturbetur. Vt, v. g. incipit quis sacrum intendens celebrare, & postea totum sacrum omnino distractus ordine suo perficit, hic habet intentionem virtualem; nam in illa Missa omnes illæ actiones, à prima illa intentione verè secundùm modum agendi humanum procedunt ratione imaginationis, quam prima illa voluntas applicauit; sic Coninch. *de Sacram. quæst. 64. art. 8. dub. 2. num. 71.* Cabrera *de Sacram. quæst. 64. art. 8. disp. 1. §. 5. num. 41.* Vasquez *in 3. part. tom. 2. disp. 138. cap. 6.* Pesantius *in 3. part. quæst. 64. art. 8. disp. 2.* Molfesius *in summ. tom. 1. tract. 3. cap. 4. num. 11.* Nugnus *in 3. part. tom. 1. quæst. 64. art. 8.* Bonac. *de Sacram. disp. 1. quæst. 3. punct. 2. §. 3. num* 11. Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 13. sect. 3* Camerota *de Sacram. tract. 1. c. 2 quæst. 7.* Summa Corona *part. 4. cap. 4. num. 56.* Antonius de Litteratis *in summ. p. 1 cap. 23. num. 15.* Fernandez *in suo exam. Theol. part. 3. c. 1. §. 4. num. 6* & alij.

4. Tertia opinio est Valerij Reginaldi *in praxi, tom. 2. lib. 26. cap. 3. num. 58.* qui posuit duplicem intentionem virtualem sufficientem ad conficiendum Sacramentum, vno modo, vt explicatum est in secunda opinione; altero modo, ait ille, intentio virtualis dicitur, quæ ex natura sua, vel ex Ecclesiæ institutione comprehenditur sub altera intentione, cum qua sic coniuncta est, vt ea præsente, censeatur ipsa quoque adesse. Illa scilicet ratione, qua votum castitatis ita comprehenditur sub diaconatu, vt eo ipso, quòd quis vult ad hunc promoueri, censeatur velle consentire in votum perpetuæ castitatis seruandæ. Sic igitur eo ipso, quòd Sacerdos vult secundùm Sacerdotum consuetudinem induere vestes sacerdotales, habet virtualem intentionem celebrandi Missam. Quia enim induere vestes sacerdotales, medium est ab Ecclesia institutum ad Missæ celebrationem, fit, vt in tali actione induendi, comprehendatur virtualiter actio celebrandi, & in intentione induendi intentio celebrandi, donec adhibeatur actus contrarius, per quem hæc tollatur. Atque huiusmodi quoque intentionem virtualem ad Sacramentum sufficere dicendum est, alioquin dicendum erit multos Sacerdotes non consecrare, nec alia Sacramenta conficere Ita Reginaldus. Quid sentiam, dicam breuiter. Prima opinio Henriquez videtur mihi nimis laxa; secunda opinio est probabilior; tertia Reginaldi est probabilis, quam quidem si amplectantur Sacerdotes, ex multis scrupulis, quibus angi solent, liberi immunesque erunt. Salua semper, &c.

RESOL. II.

An ad valorem Sacramenti ſufficiat tantum, integra & legitima verba proferre ſuper legitimam materiam, prout iubet Eccleſia, vel ſit neceſſaria intentio Miniſtri faciendi Sacramentum? Ex p. 10. tr. 11. & Miſc. 1. Reſ. 57.

Super doctrina contenta in hac Reſ. in tom. 4. tr. 8. Reſ. 37.

§. 1. ATtendas quæſo, Amice Lector: Nam ad propoſitam quæſtionem affirmatiuè reſpondet Catharinus *in opuſculo de intentione Miniſtri.* Syluester *verb. Baptiſmus. q. 3. 12.* qui verbis S. Thomæ malè intellectis decepti, docent ad valorem Sacramenti ſufficere intentionem ipſius externæ actionis; quod etiam indicat Adrianus *in 4. de Baptiſmo, q. 3. art. 3.* eandemque opinionem ex parte cenſuit probabilem Paludanus *in 3. diſt. 6. quæſt. 2. art. 5.* Et hanc ſententiam fusè explicat, & defendit Alphonſus Salmeronius, *tom. 13. in Epiſt. Pauli, lib. 1. par. 3. diſ. 2. fol.* 186. vbi ſic ait: Supereſt vnus reſoluendus ſcrupulus de intentione Miniſtri in conferendo Sacramento; quia ſi illa deſit, Sacramentum non perficitur, cùm de Sacramenti ipſius ſubſtantia conſtituatur ab omnibus. Si ergo Miniſter aut baptizare, aut hoſtiam conſecrare, aut Sacerdotem promouere non intenderet; nullus erit Baptiſmus, nulla eſſet hoſtia adoranda, & nullum ordinationis Sacramentum. Rurſus, an Epiſcopus ille initiator, & ordinator Sacerdotum ritè ſit, & legitimè ad Epiſcopatum aſſumptus: & rurſus an Epiſcopus qui illum promouit, ritu Catholico, & legitimo ad Epiſcopatum promouerit, dubium erit: atque hac ratione in infinitum poſſet procedi; & omnia eſſent in dubium reuocanda; & Academici omnes, & nutantes redderemur. Sed hîc in primis aduertendum, duplicem puni intentionem Miniſtri conferentis Sacramentum, alteram quidem publicam, & Eccleſiæ ipſius, cuius miniſterio perfungitur, quicumque ille ſit, qui Sacramentum diſpenſat. Hæc autem intentio ſatis exprimitur in ipſis Sacramentorum formis: Vt, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: Ego te abſoluo à peccatis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Et *Hoc eſt corpus meum*, &c. Intendit enim Eccleſia Catholica, ſicut & Chriſtus Sacramentorum Autor, per eiuſmodi verba baptizare, abſoluere, & panem in Chriſti corpus conuertere. Hæc autem intentio inſeparabilis eſt ab ipſis verbis, ſi integrè, vt debent proferantur: & ideò Miniſtri ſoliciti eſſe debent, vt formam ipſam integrè pronuncient, nec illam aliquo verbo contrario vitient, quò ſic perficiant Sacramentum, & Sacramenti effectum dignè accedentibus conferant. Altera verò intentio priuata eſt, & particularis ipſius Miniſtri, qui aut nihil credit eorum, quæ facit, aut deriſoriè facit, aut contrariam habet intentionem non conferendi Sacramenta, aut eius effectus, etiamſi Sacramentum in forma Eccleſiæ conſueta adminiſtret. Hæc intentio priuata, etſi neceſſaria ſit, ne Miniſter peccet, vt conformetur intentioni Eccleſiæ: tamen tam fortis, aut efficax non eſt, vt vitiare Sacramentum poſſit, ſi aliàs velit facere quod facit Eccleſia: quod ſic multis rationibus oſtendo. Primò, quia, cùm Sacramentum ſit externum, & ſenſibile ſignum ad ſignificandum hominem à Deo inſtitutum; priuata verò illa intentio Miniſtri, in eius corde deliteſcat, & inſenſibilis, intimaque ſit; non poteſt eſſe pars eſſentialis rei ſenſibilis, qualis eſt Sacramentorum: quemadmodum etiam fides non eſt pars Sacramenti, vt Lutherani docent; quia ſub ſenſum non cadit. Vt ergo fides, & intentio requiruntur in ſuſcipiente, vt fructum Sacramenti percipiat; ita fides, & intentio in Miniſtro neceſſaria eſt, vt rectè, & vtiliter, quod ad ſe attinet, Sacramentum diſpenſet.

2 Secundò: cùm priuata Miniſtri intentio non poſſit à nobis certa euidentia cognoſci, vtpotè occulta, & in corde Miniſtri latens; in Sacramento ſuſcipiendo voluiſſet nos Deus perpetuo ſcrupulo agitari, & rei ad ſalutem ſpectantis dubitatione torqueri, ſi verum Sacramentum certa fide nos ſuſcepiſſe, nunquam poſſet cognoſci: quod ſanè & ſcripturis & Patribus contrarium eſſe videtur; quia nos firma fide ad Sacramenta ſuſcipienda adhortantur. Niſi dicamus Spiritum Sanctum ſibi ipſi contradicere, & aliud nos per ſcripturas, & Patres, & Prædicatores verbi Dei docuiſſe, nempe fide certa, & indubitata accedendum eſſe ad Sacramentum ſuſcipiendum; aliud verò per ipſam Sacramentorum conſtitutionem intendiſſe, nempè vt propter ignotam, nobiſque abſconditam Miniſtrorum intentionem perpetua dubitatione angeremur: quod certè falſum eſt, & Spiritus Sancti bonitati contrarium.

3. Tertiò: quia ſi per illam voluntatem priuatam Miniſtri perficerent Sacramentum, certè ſalus hominis, remiſſio peccatorum, Spiritus Sancti gratia, & vis Sanguinis Chriſti ex hominum arbitrio penderent, & plus poſſent homines nocere, quàm Chriſtus iuuare. Paulus etiam non rectè cùm de Miniſtris, verbi, & Sacramenti ageret, dixiſſet: *Ego plantaui, Apollo rigauit; ſed Deus incrementum dedit.* Itaque, neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat, Deus. Dicendum enim fuiſſet: Sed qui incrementum dat, Miniſter, vel Dei miniſtri intentio.

4. Quartò: Eccleſia, quî poſſet tam confidenter, & certò gratiam Chriſti, & ſalutem promittere Pœnitenti, & Catechumenis, ſi per Miniſtros aliter intendentes poſſet promiſſa ſalus, & gratia impediri? Qui poſſet etiam Paulus tam certò aſſeuerare: Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis? Poſſet enim iure dubitari, an Sacramentum fuerit perfectum; & eius fructus per Miniſtrorum malitiam, & fraudem impeditus?

5. Quintò: Plecterentur plerumque innocentes propter aliorum malitiam, quod longè remotum eſt à Diuina bonitate, & ſapientia; cùm ſcriptum ſit: Filius non portabit iniquitatem Patris, & Pater non portabit iniquitatem Filij: iuſtitia Iuſti ſuper eum erit, & iniquitas impij erit ſuper eum. Et Dauid: Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: beatus homo qui ſperat in te. Et Abraham dixit Domino Sodomam punire volenti: Abſit à te vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiatque iuſtus ſicut impius: non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram: nequaquam facies iudicium hoc. Abimelech quoque Rex Geraris, qui vxorem Abrahæ præripuerat, in ſomno à Domino orare inſtructus ait: Domine, num gentem ignorantem, & iuſtam interficies? Dixitque ad eum Deus: & ego ſcio quòd ſimplici corde feceris; & idcircò cuſtodiui te ne peccares in me, & non dimiſi, vt tangeres eam. Quicquid ergo ſit de Miniſtris peruerſam intentionem de ſuo adhibentibus, ſi quis agat innocenter, & in Domino Sacramentorum Inſtitutore ſperet; gratia Dei per Sacramentum danda defraudari nequit. De fide ergo eſt tenendum, nullum ſimplicem, & innocentem propter corruptam Miniſtri intentionem fructu

Sacramen

Sacramentorum priuari. Vnde egregiè Beatus Chryſoſtomus ſcribit: Sacerdos, & linguam, & manus præbet: nec enim iuſtum eſt propter aliûs malitiam ad ſalutem noſtram accedentes offendi. Sic ille, loquens de prauis Sacerdotibus.

6. Sextò: idem probari poteſt, quia ſi Sacramentorum perfectio non eſt ſine priuata Miniſtri intentione, de qua meritò dubitare poſſum: ergo liberum erit de omnibus, qui baptizantur, vel abſoluuntur, vel qui Euchariſtiam Sanctam adorant, & percipiunt, dubitare, an ſint vere baptizati, & an verè abſoluti, & an ritè conſecratam Hoſtiam, & debito adorationis cultu venerentur, & ad ſalutem percipiant; & an veri ſint Miniſtri Eccleſiæ, hoc eſt Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi: atque ita de tota Eccleſiaſtica hierarchia, atque adeò de tota Chriſti Eccleſia dubitare cogeremur. Cùm enim fide ſentire debeamus, Eccleſiam veram Chriſti eſſe hanc, quæ Romano Pontifici ſubeſt, ſi poſteà de nullo Sacramento poſſit conſtare, an ſit in ea legitimè adminiſtratum, nec de Adminiſtris, an ſint ritè, & canonicè initiati: ipſam Romanam Eccleſiam in dubium reuocamus; quæ ſine veris Sacramentis, & legitimis Miniſtris non poteſt magis conſtare, quàm domus ſine lapidibus fundamentalibus, aut trabibus, quæ totum ædificium colligent, & ſuſtineant; aut quàm Regnum ſine Magiſtratibus, & Conſiliariis. Per hanc ergo doctrinam redderetur nobis Eccleſia inuiſibilis, imaginaria, & mathematica; & miſera Chriſtiani populi conditio: quia Chriſtianus propter defectum intentionis Miniſtri, nunquam certus eſſe poſſet de Baptiſmo, abſolutione, & ordinatione; ſed opinione tantùm humana hæc apprehenderet, quæ diuina ſunt, & ſupra rationem poſita.

7. Septimò: Permulti, tum Epiſcopi, tum Sacerdotes in Eccleſia extiterunt, quorum ſanctitas, & doctrina, & eorum à Deo miſſio, ſignis; & miraculis comprobata eſt. Cùm ergo iſti Sacramenta adminiſtrarent, fide conſtanti, & pluſquam humana; credendum erat, eos rectam intentionem adhibuiſſe; ac proinde non poſſe ſuſcipientes Sacramenta de Miniſtrorum voluntate dubitare. Imò, quod maius eſt, non debebant Apoſtoli onere baptizandi ſeipſos exuere, vt Petrus & Paulus, & in alios transferre, ſi tantùm referret intentio: nam in dubio ponerent eorum ſalutem, quæ de baptizatis à ſeipſis omninò certa erat, etiam ipſis renatis. Siquidem ex ſignis, quæ edebant, colligere poterant, eos eſſe idoneos Chriſti Miniſtros: ac per hoc rectam intentionem habuiſſe in baptizando, credere arctabantur: quemadmodum qui Baptiſmum ſuſcipiebant à Chriſto Domino, idem credere debebant, & ſe etiam eſſe gratiam conſecutos; quia Chriſtus fictus non erat in miniſtrandis Sacramentis. Conſultiſſimum quoque eſſet, non niſi magna diligentia perquirere Miniſtros ſanctiſſimos, & innocentiſſimos, à quibus ſuſciperemus Sacramenta, ne per malitiam iniquorum Miniſtrorum fraudaremur aut Sacramento, aut eius fructu; quod eſſet dogma proximum illi Donatiſtarum, contrà quos frequenter diſputat Auguſtinus, docens, per malos Miniſtros conferri nobis vera, & ſalutaria Sacramenta; & eorum priuata malitia nihil nobis gratiæ detrahi.

8. Octauò, ſi ad eſſentiam Sacramenti facit Miniſtri intentio; quomodo aut Hæreticus, aut Iudæus, aut Paganus validum, & verum Baptiſmi Sacramentum miniſtrare poſſunt? Nam illorum permulti aut Baptiſmum, aut eius effectum pernegant, cùm tamen doctrina Patrum, & Generalium Conciliorum veritatem Baptiſmi collati ab Hæreticis in forma Eccleſiæ conſueta ſtabiliant; & Donatiſtæ aliter opinantes damnentur. Non ergo requiritur alia intentio, ſicut nec alia fides, quæ intentionem dirigat, præter illam Eccleſiæ, quæ facto ipſo, & verbis formæ pronunciatis continetur. Mirum eſt autem, olim Eccleſiam in controuerſia Nouatianorum, & Donatiſtarum, aſſerentium, Baptiſmum ab Hæreticis collatum nullum eſſe, de debita intentione Miniſtri nihil diſputaſſe, an ſcilicet adfuerit, vel abfuerit? ſciebat enim, non eſſe neceſſariam; & Eccleſiam Catholicam id vnum diligenter curaſſe; vt forma obſeruari ſolita exactè ſeruaretur. Hinc Pontifices Romani interrogati, an Baptizati à Paganis, vel Iudæis eſſent rebaptizandi? reſponderunt: Si ſeruata eſſet forma, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; non eſſe repetendum Baptiſmum; nihil de Miniſtrorum voluntate, aut mente dubitantes. Quarè Nicolaus Primus Papa ad conſulta Bulgarorum reſcripſit: A quodam Iudæo, neſcitis, vtrum Chriſtiano, aut Pagano, multos in Patria veſtra Baptizatos aſſeritis, & quid indè ſit agendum, conſulitis: Hi profectò ſi in nomine Sanctæ Trinitatis, vel tantùm in nomine Chriſti, ſicut & in actibus Apoſtolorum legitur, baptizati ſunt, quia non illorum, ſed eius eſt; rebaptizari non debent. Hæc ille, nihil de intentione Miniſtri dubitans: ſciebat enim formam rectè pronuntiatam à Miniſtro ſatis eſſe. Nam alioqui commodum eſſet nobis, & fructuoſum Baptiſmum repetere, vt suppleretur per poſteriorem; quod priori non eramus conſecuti: vel ſaltem danda eſſet opera, vt in illa forma repeteretur collatus Baptiſmus, quam inſtituit Alexander III. ſeruandam, quandò prius receptus Baptiſmus eſſet incertus, aut dubius. Sic enim ille ſtatuit; De quibus autem dubium eſt, an baptizati fuerint, baptizentur his verbis præmiſſis: *Si baptizatus es, ego non te baptizo: ſi nondum baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Non enim videtur iteratum, quod neſcitur eſſe factum. Hæc ille. Cùm autem non minus poſſit nobis conſtare de ſecundo hoc Baptiſmo, quàm de priori; eſſet tertiò, & quartò & quintò Baptiſmus repetendus, & ità in infinitum quod certè aliud non eſſet, quàm anabaptiſmum introducere, multò deteriorem, quàm quem Nouatores noſtra ætate inuexerunt: niſi ſiſtamus in hoc, quod poteſt nobis ſatis conſtare, ad Baptiſmum, & eius fructum percipiendum ſatis eſſe formam Eccleſiæ perfectè, & integrè pronunciatam. Et quod dico de Baptiſmo, idem eſſet de Sacramento Pœnitentiæ, & aliis Sacramentis, maximè de illis, quæ iterari non poſſunt, prorſus cenſendum. Nam eſſentia Sacramenti materia, & forma, ſicut quæuis alia res naturalis, conſtat; nam Miniſter, & eius intentio, & ſuſcipientis Sacramentum diſpoſitio, extrà eſſentiam eius ſunt. Adminiſtrans igitur materiam, & formam, Sacramentum perficit, modò exteriùs non proteſtetur ſe nolle illud adminiſtrare; vel aliquid addat, quod vitiet formam. Habet enim intentionem, quæ ſufficit, id eſt applicandi illud Sacramentum ad ſuſcipientem; quia hoc non aliundè, ſed ex propoſito, & intentione operatur. Et licèt in corde ſuo putet, non eſſe Sacramentum, vel animo intendat nullum Sacramentum conferre, mentitur; quia facto ipſo teſtatur, ſe dare rem, quæ eſt Sacramentum, quamuis intus aliter cogitet, vel ioco, & non ſeriò ſe conferre voluiſſe aſſerat. Nam qui grandem alapam in faciem alterius impingeret, & ore proteſtaretur ſe nolle ei aliquam iniuriam inferre; procul dubio

mentiretur,& plus facto esset standum, quàm verbo, quia vt iurisperiti loquuntur, esset protestatio contra factum. Si etiam Notarius conficeret instrumentum cum omnibus requisitis conditionibus & circumstantiis; corde tamen suo derisoriè intenderet tale instrumentum perficere: reuera tamen validum esset instrumentum, nisi intentionem suam aliquo expresso verbo vitiaret, quod in instrumento apponeret. Ità qui conficit Sacramentum, & administrat materiam, & formam adhibet; etsi postea asserat, se nihil conferre voluisse, aut derisoriè egisse; non esset audiendus. Et ità rectè Alexander Patriarcha Alexandrinus, communicato priùs consilio cum Episcopis, definiunt, Athanasium, qui in pueritia alios pueros colludentes secum in littore maris baptizauerat, agens ipse Episcopi personam; verè baptizasse, & verè fuisse baptizatos pueros, & nulla ratione baptizandos: quòd intellexerit, verba proferri in baptismo consueta, rectè ab eo fuisse pronunciata. Lege decimum librum Ecclesiasticæ Historiæ à Ruffino additum, & Nicephorum Callistum, *lib. 8. cap. 44.*

9. Nonò, argumentum sumi potest ab intentione suscipientis Sacramentum. Nam etsi quis accedat ficto animo, aut hæretico ad Sacramentum, non credens vllum Sacramenti effectum; si tamen se sponte subdat Ecclesiæ consuetudini, & patiatur more Ecclesiæ baptizari, vt fecit Simon Magus, & pueri illi colludentes juxtà mare ab Athanasio baptizati; illi quidem recipiunt Sacramentum, id est characterem, licèt non gratiam: nec satis est dicere, ego non intendebam Sacramentum recipere, aut characterem; cùm non crederem, sed derisoriè id facerem; nam respondebitur ei: Cur ergo passus es in te fieri quod consueuit facere Ecclesia cum omnibus, ex quibus prouenit ille effectus, & quem prædicant euenturum, quouis animo ad hoc Sacramentum accedant; Itaque non reiterarur in his Sacramentum etiam suam fictionem confitentibus; sed recedente fictione, & accedente fide, collatus Baptismus iam suum gratiæ effectum in eis operatur. Ità similiter & verè, & cum fide ad Baptismum accedente; & à Ministro, vel non credente, vel derisoriè operante, verus confertur Baptismus, & eius effectus, etiamsi grauissimè peccet in eius ministerio; vbi tantùm, & non alteri nocet. Hucusque Salmeronius; cujus sententiam nouissimè sequutus est Hyeronimus Columbus, *de Hierarchia Angelica, & Humana, lib. 4. cap. 10.* Sed id quod nimiam admirationem facit, est considerare, Catharinum, ex Ordine Prædicatorum, & Salmeronium ex Societate Iesu interfuisse tanquàm Theologos in Concilio Tridentino.

10. Verùm eorum opinionem prorsus reiiciendam esse puto. Vnde Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo, *de Sacram. tom. 1. disp. 8. sect. 1. n. 15.* sic asserit: Ego quidem fateor hanc sententiam cuiuscunque sit, non ità apertè comprehensam esse definitionibus Conciliorum adductis; sicut comprehendimur Lutheri, & aliorum Hæreticorum error. Nam hæretici nullam prorsus intentionem exigebant faciendi quod facit Ecclesia; sed dicebant, validum esse Sacramentum, quamuis Minister affirmaret, se non seriò, sed iocosè, & irrisoriè operari. Hi autem Auctores exigunt, non solum intentionem faciendi illum actum externum, & proferendi illa verba, (quæ intentio neque etiam ab Hæreticis excludi poterat) sed etiam intentionem faciendi illum actum, & proferendi illa verba eo modo, quo ab Ecclesia fieri, & proferri solent; hoc est, cum tali modo externo, ostendente rem seriò agi, & non iocandi gratia. Quia intentione posita, dicunt, licet interius habeat intentionem illudendi, & non conficiendi verum Sacramentum; eam intentionem internè conceptam, & exteriùs non proditam non vitiare, aut obesse quidquam valori Sacramenti; iam enim habetur intentio faciendi quod facit Ecclesia. Cæterùm, licet hæc sententia differat ab errore Hæreticorum; adhuc tamen ex mente Conciliorum, & ex fundamentis, quibus contra Hæreticorum Dogma istud definitum est, ità clarè colligi potest falsitas etiam huius alterius sententiæ, vt meritò censeatur ab errore damnato non multum distare, & ideò meritissimè ab omnibus Theologis reiecta sit. Ita Lugo; qui postea respondet ad argumenta Scribonij, & Salmeronij, quem tamen non citat: Adi illum, qui doctè totam materiam pertractat; cui adde Tannerum, *tom. 4. disp. 5. quæst. 4. dub. 1. num. 21.* Dicastillum *de Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 3. dub. 5.* Serram *in 3. part. quæst. 46. art. 6.* Franciscum Lugo *de Sacram. in genere, cap. 2. quæst. 9. num. 72.* Ochagauiam, *de Sacrament. in gener. quæst. 22. num. 5.* Suarez *in 3. part. tom. 2. disp. 13. sect. 2.* Vasquez, *disp. 138. cap. 5. num. 28.* Granadum, *tract. 5. disp. 4. sect. 1.* Hurtadum, *disp. 4. difficul. 4.* & alios.

11. Dicendum est itaque, ad valorem Sacramentorum non sufficere intentionem proferendi legitimam formam suprà legitimam materiam, prout Ecclesia iubet: sed necessariò requiri etiam intentionem faciendi Sacramentum, vel id, quod ea externa actione, & cæremonia intendit Ecclesia, aut instituit Christus. Nam intentio ad Sacramenti valorem necessaria referri debet, non solum ad ipsam per se externam actionem Sacramentalem: v. g. ablutionem, vnctionem: sed etiam aliquo modo formaliter ad ipsum Sacramentum, & consequenter etiam aliquo modo ad effectum Sacramenti: ità nimirum, vt Minister aliquo modo intendat, non solum prolatis formæ verbis abluere, vngere: sed etiam abluendo, vngendo, verbaque legitima proferendo, Sacramentum conficere: adeoque facere quod facit Ecclesia: seu quod fecit, seu fieri voluit Christus, non solùm materialiter, sed etiam aliquo modo formaliter, ac sub eadem ratione: hoc ipso enim Minister intendit mediatè, tanquam in sua videlicet causa, effectum Sacramenti.

RESOL. III.

An peruersa intentio Ministri in conferendo Baptismo, & aliis Sacramentis, suppleatur à Deo quoad gratiam?

Et quid quoad characterem? Ex part. 3. tract. 4. Res. 17.

§. 1. Negatiuè respondeo cum Homobono de Bonis *in exam. Eccl. part. 1. tract. 4. c. 19.* 10. Naldo *in sum. ver. Sacr. n. 10.* Henriquez *lib. 1. c. 10. n. 3.* Filliucio *tom. 1. tr. 1. c. 5. n. 80.* Syluio *in 3. part. q. 68. art. 2. ad 4. arg.* Fernandez de Heredia *in dist. mixtis de Sacr. in genere, part. 9. dub. vnico, n. 17.* Suarez, & aliis communiter. Et ratio est, quia quòd Deus suppleat defectum Ministri, in tali casu, non fundatur vlla lege, promissione, aut necessaria ratione, & intentionem Ministri necessariò requiri est de fide. Ergo, &c.

2. Et ita hanc sententiam veram existimat Cabrera *de Sacr. q. 64. art. 8. disp. 1. §. 6. n. 65. & 66.* vt contrariam tanquam erroneam, & temerariam refellat.

3. Non reticeam tamen affirmatiuam sententiam quam

quamplures docere, & ideò Bartholomæus ab Angelis Dominicanus *in exam.conf.de Sacr.in communi, dial.1.§.31* ſic aſſerit, Vbi Miniſter ex malitia in Baptiſmo, vel Pœnitentia, vel alio Sacramento falleret, non habendo intentionem faciendi, quod Eccleſia facit, ſed tantum irrideret hominem, & hæc ſua malitia non eſſet nota, Deus (qui facienti quod in ſe eſt, non deficit in neceſſariis, nec alligauit virtutem ſuam Sacramentis) ſua infinita bonitate ſuppleret, non quoad characterem, ſed quoad gratiam, Ita ille, qui citat D. Thomam *in 4.diſt.24.q.1.art.2.quæſtiuncula 3.* & Viguerium, & ex eadem Dominicanorum familia, hoc etiam docet Syluester *ver.Baptiſm.6.n.3.* & nouiſſimè Zanardus *in direct.confeſſ.part.1.de Sacram. Bapt. c. 4. in fine.* Idem à fortiori docent Angelus *verſ. Bapt.7.n.32.* & Alenſis, Durandus, & Gabriel apud Filliucium *vbi ſuprà.*

4. Et tandem hanc opinionem etiam ex Societatis Ieſu Theologis Pater Valentia *tom.4 diſp.3.q.5.punct.3.* vbi ita ait, Probabiliter arbitrantur Theologi, Deum in infantibus ſupplere defectum Miniſtri; quando hic malitioſè ſubtrahit intentionem, & in adultis eundem defectum Miniſtri ſuppleri per deuotionem, & fidem ipſius ſuſcipientis, Deo etiam peculiariter ad id cooperante, ſi quid fortè in deuotione deſit. Quamquam illud de infantibus non ſecundùm legem ordinariam, ſed ſecundùm priuilegium quoddam accipi debet. Sic Valentia, ſed tu ne recedas a noſtra ſententia.

RESOL. IV.

An in verbis formæ Sacramentorum detur paruitas materiæ?

Et an hoc intelligendum non ſit in verbis eſſentialibus, & mutantibus ſenſum?

Et an ſi quis in forma Sacramẽti Euchariſtiæ reliquerit particulã* enim, *& in forma Baptiſmi, & Pœnitentiæ particulam* ego, *incurrat culpam mortalem?

Et quid, ſi ad finem verborum conſecrationis quis non proferat* m, *valdè diſtinctè, & illud* t*?

Et quid dicendum, ſi verba eſſentialia formæ Sacramenti mutentur in alia, idem tamen ſignificatum tenentia?

Et an peccet mortaliter, qui ex induſtria corruptè profert, aut mutat verba formæ? Ex p.5.tr.5.Reſ.39.

§.1. RESpondeo negatiuè cum Alphonſo de Leone *de off.Conf.p.1.recollect.7 nu.40.* & aliis, quod eſt intelligendum de verbis eſſentialibus, & mutantibus ſenſum, & ideò ego alibi notaui quòd ſi quis in forma ſacramenti Euchariſtiæ relinqueret particulam *enim*, non incurreret culpam mortalem, & ita etiam docet Hurtado *de Sacr.in gener. diſp.1.diff.14.* & idem dicendum eſſe puto, ſi in forma ſacramenti Pœnitentiæ & Baptiſmi omittatur particula *Ego.*

Alibi in tom. 2. tr. 1. Reſ. 212. & in omnibus aliis eius primæ notationis.

2. Notandum eſt etiam hîc quòd ſi verba eſſentialia formæ ſacramentorum mutentur in alia, idem tamen ſignificatum tenentia, ex genere ſuo non eſſe niſi peccatum veniale, ſecluſo ſcandalo. Ita Sotus *in 4.diſt.14.q.1.a.3.* Ochagauia *tr.1.de Sacr.Pœnit.q.6. nu.6.* Valentia *tom.4.diſp.7.punct.3.* & alij.

Sup. hac particula *ego*, infra in Reſ. 60.§. Tertiò. curſim ante mediũ, verſ. Non tamen & in alio §. eius annot. & pro contento. in §. 2. & 3. huius Reſ. 57. vſque ad 61. pro Sacram Baptiſmi. & in §. vlt. Reſ. annot. prætere-

3. Sed non deſinam hîc apponere verba Syluij *in 3.part.q.60.art.8.dub.3.concl.3.* vbi ſic ait, Qui ex induſtria corruptè profert, aut mutat verba formæ, peccat mortaliter, ſi corruptio, vel mutatio ſit notabilis, etiamſi ſolùm accidentalis, venialiter ſi parua, vel non ſcienter facta, modò tamen abſit contemptus etiam interpretatiuus; paruitas enim materiæ communiter excuſat à mortali. Ita ille. Vnde ex his obiter notetur quàm ridiculus ſit ſcrupulus eorum, qui ſi ad finem verborum conſecrationis non proferunt *m*, valde diſtinctè, & illud *t*, quod in verbo *eſt* repetitur, putarẽt ſe non conſecraſſe, cùm hæc mutatio nullius ferè momenti ſit, vt rectè notat Granadus *de Sacr.in 3.part.contr.3.tr.1.diſp.5.n.3.*

rit. & in alij vers. eius vlt. annot.

RESOL. V.

An in coniunctione materiæ, & formæ Sacramentorum detur paruitas materiæ? Ex p.5.tr.5.Reſ.40.

§.1. VIdetur negatiuè reſpondendum ex ſententia Doctorum, qui requirunt ſimultatem temporis inter aliquam ſaltem partem formæ, & aliquam partem materiæ, ità vt non priùs perficiatur forma, quàm exiſtat aliquid materiæ, nec priùs exiſtat integra materia, quàm incipiant verba proferri. Ita Scotus *in 4.diſt.6.q.1.§. Dico ergo.* Gabriel *q.1.art.2.concl.8.* Richard. *diſt.3.art.4.q.2.* licèt non omninò clarè. Baſol *diſt 15.q.1.art 2.in fine.* Perez *3.part.q.66.art.8.nu.3.* Nauarrus *in ſum.c.22.nu.8.* & Syluester *ver. Bapt.5.§. Secundo,* licèt de Baptiſmo in ſpeciali loquantur. Eandem doctrinam magis ex profeſſo defendit Caietanus *tom.1.opuſc.tr.26.* non ſolum in Baptiſmo, ſed potiſſimùm in ſacramento Ordinis, ratione probatur, quia inter materiam & formam Sacramenti requiritur ea coniunctio, quæ neceſſaria eſt ad veritatem verborum; ſed ad veritatem verborum neceſſarium eſt ea ſaltem quoad aliquam partem proferri, cùm applicatur materia, ergo ad Sacramentum requiritur aliquam partem materiæ eſſe ſimul cum aliqua parte formæ.

Sup. hoc lege doctrinam Reſ. not. ſeq. & in tom. 2. tr. 5. Reſ. 16. & recitantes in tom. 7. tr. 4. ex Reſ. vnica §. Nec valet. & §. Reſpondeo non eſſe. & in tom. 4. tr. 8. Reſ. 36.

2. Sed ego puto non requiri ad veritatem Sacramenti coexiſtentiam materiæ, & formæ, ſed ſufficere moralem coniunctionem. Ita ex Soto, Victoria, Henriquez, Suarez & aliis, docet Granadus *de Sacr. in 3.part.contrau.3.tr.1. diſp. 4. n. 4.* quia Sacramentum eſt morale quoddam compoſitum, ex re ſenſibili, & verbis, quæ illam determinant ad ſignificandam gratiam; ergo ad eius conſtitutionem & veritatem ſufficit moralis coniunctio, & moralis modus reddendi vera verba, quibus præcipitur ipſum Sacramentum: ad moralem autem coniunctionem ſatis eſt ſi verba non ita diſtent à re ſenſibili, vt non cenſeatur ad illam pertinere, ſeu illam actuare & determinare ad ſignificationem rei ſacræ, quod quidem optimè intelligi poteſt, ſi verba parum diſtent à materia, licèt non ſimul coexiſtant. Sed circa præſentem quæſtionem ne deſeras etiam videre me ipſum *in 3. part. tract. 4. reſol. 6.*

RESOL. VI.

An in forma Sacramentorum interruptione detur paruitas materiæ? Ex p. 5. tr. 5. Reſ.41.

§. 1. REſpondeo affirmatiuè cum Gamachæo *in ſumma Theolog. in 3. part. D. Thom. quæſt. 60. cap. 4.* vbi docet quòd circa verborum interruptionem & interpolationem, ſi Miniſter prolatis aliquot verbis moram faciat, deinde addat reliqua, tunc ſtandum arbitrio viri probi ac prudentis, ita vt ſi diſiunctio & mora fuerit diuturnior, nec ordinariè moraliter videatur eſſe vna oratio, ſed duæ orationes, aut pereat verborum ſenſus nullum omninò fit Sacramentum; ſin diſtantia & mora fuerit breuior, vt non impediat orationis ſenſum, & vnitatem, Sacramentum è contrario verum cenſeatur, quia eſt ſolùm mu-

Quæ hîc eſt infra Reſ.62. & lege etiam aliam Reſ. eius not.

tatio accidentalis, accidens verò non tollit rei essentiam, sed potest adesse & abesse sine eius interitu.

2. Sed gratum erit lectoribus, vt reor, audire circa præsentem quæstionem Nugnum, *tom. 1. in 3. part. q. 60. art.* 8. vbi sic ait. Quarta mutatio est per interpolationem, siue disiunctionem verborum, vt si quis dicat. Ego te baptizo, & ibi sistat, vel etiam admisceat alia verba, & postea subdat; In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & tunc si sit parua morula, ita vt secundùm regulas physicas, & dialecticas sit vna propositio, erit verum Sacramentum; si verò sit tanta disiunctio verborum, vt secundùm easdem regulas non iudicetur vna, & eadem propositio, non erit Sacramentum, & hoc intendit D. Th. *in art. 8 solutione ad 3.* in illis verbis: *Si intercipiatur intentio proferentis*; sensus enim est, si sit tanta distantia, quòd debeat intercipi sensus proferentis secundùm regulas dialecticas & philosophicas, propterea quòd est tanta discontinuatio, vt oratio non possit esse vna secundum propriam suam vnitatem. Vbi aduertendum est multò faciliùs fieri istam discontinuationem per admixtionem aliorum verborum, quàm quando sit tantùm sistendo in medio. Quoniam qui alia verba admiscet, intendit ad aliam orationem, & sic per se loquendo, omittit præsentem, atque adeò videtur quòd non possit illam continuare. Item faciliùs discontinuatur oratio, quando fit interruptio inter syllabas eiusdẽ termini, quàm si fit inter terminum, & terminũ: vt si quis dicat, Ego te bap & insistat, vel admisceat alia verba, & postea subdat tizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritu sancti, tunc enim licèt non sit magna distantia, sed mediocris, non conficitur Sacramentum. Ita Nugnus. Et tandem hanc sententiam tenet etiam Marchantius *de Sacr. in qq. regul. tract. 1. c. 5. q. 5. cas. 3. fol. mihi 556.* vbi ita asserit, Quid dicendum, si quis interrumpat verba formæ. e. g Sacerdos baptizans dum dixit, Ego te baptizo, dicit pueris tumultuantibus, Recedite inde, & nolite ibi garrire, postea addit, in nomine Patris, &c. aut fortè dum baptizando dixit, Ego te baptizo, retrahente se puero dicit, Admouete propiùs puerum fonti, & postea addit, in nomine Patris, &c. Respondetur, licèt in his irreuerentia interuenire possit alienis verbis interpolando verba formæ, tamen valere Sacramentum, quia moraliter iudicatur ex antecedentibus & subsequentibus verbis vna fieri oratio, si autem notabilis sit mora, idem non iudicatur, & ideò nullum foret Sacramentum, e. g si qois nunc dicat, Ego te baptizo, & post quadrantem horæ adiiciat, in nomine Patris, &c.

RESOL. VII.

An qui est in peccato mortali teneatur prouidere alienæ saluti cum vitæ discrimine? Ex part. 5. tract. 13. & Miscell. 1. Resol 53.

Quoad hoc in tom. 5. tr. 6 lege doctrinam Res. 42. & signatur §. Hæc tamen.

§. 1. SVppono ex Villalobos *in summa. tom. 1. tract. 3. difficult. 7. num. 7.* & aliis communiter, in extrema necessitate proximi teneri vnumquemque cum vitæ periculo ei succurrere, nisi qui opem est laturus, periculo se exponat amittendi iustitiam; vt si quis, v.g. timeat cruciatuum sæuitiam, nec se satis existimet ad eam perferendam, tenetur se cohibere Et secundò, nisi quis teneatur strictiori vinculo aliis proximis, qui, ipso vita functo, magnum sint subituri discrimen pereundi. Hoc supposito ad dubium propositum Hurtadus de Mendoza *in 2. 2. disp. 144. sect. 3. §. 25.* distinguit duo genera periculorum. Primum imminet ab hominibus in odium fidei, aut pietatis, tunc vnusquisque tenetur prouidere proximo, quia attritio supernaturalis facilis est cum gratia Dei, cum qua salutem assequitur æternam, quia vel illa sufficit cum martyrio (etenim tunc martyrium esset,) vel Deus tunc ei contritionem prouidit; ipse autem actus est se martyrio obiici, qua in occasione, Deo fauente, nullus perit, nisi ipse sponte deficiat, quod ipse tunc timet probabiliter, sed potiùs sperat à Deo auxilia efficacia ad ferendos cruciatus. Secundum genus periculi est, vel à rebus inanimatis, vel ab hominibus non in odium Dei, sed priuatum; vt si moribundus sit vltra flumen, quod sum traiecturus cum periculo, vt ægrum absoluam, aut baptizem; vel sim comprehendendus ab inimico priuato, & occidendus, tunc si possum facilè exercere amorem Dei soper omnia, & valdè probabiliter opinari me esse reconciliatum Deo, non secus ac id existimo per confessioné, tunc teneor subire mortis discrimen, quia non est necessaria certitudo, sed prudens opinio de iustitia sanctificante. At verò si homo sit diuturnis peccatis assuetus, & perdifficilis ad contritionem perfectam, nec satis sibi persuadèt verum amorem Dei, &, nixus illum exercere, adhuc prudenter timet, non tenetur se exponere periculo mortis, quia in periculo æquali prius tenetur sibi, quàm proximo: adultus autem moribundus conetur se disponere; quòd si adultus non sit, nullus ei tenetur prouidere cum graui periculo æternæ salutis. Immò Bannez *in art. 5. concl.* 5. omnem peccatorem excusare videtur, dum asserit, hominem iustum teneri: ergo peccator non tenetur.

RESOL. VIII.

Explicantur aliqui casus, an quis teneatur propter extremam necessitatem spiritualem proximi exponere propriam vitam?

Sed hic est aliud pulchrum dubium. Quadam obstetrix fatetur plures infantes inualide baptisasse, &c. quæritur in hoc casu, quid obstetrix, & confessarius cum ipsa obstetrice facere debeat? Ex part. 3. tract. 5. Misc. 1. Resol. 50.

§. 1. PRimò quæritur, an Sacerdos teneatur audire, & absoluere cum discrimine vitæ propriæ illum, qui in articulo mortis timet non habere sufficientem contritionem, & ideo petit Confessarium ad obtinendam sacramentalem absolutionem. Affirmatiuè respondent Valentia *to. 3. disp. 3. q. 4. punct. 4. post 5. assert.* Lorca *in 2. 2. sect. 3. disp. 28. num. 35.* Suarez *tract. de fide, disput. 9. sect. 7. num 3.* Syluius *in 2. 2. quæst 26. artic. 5.* cum aliis, quia etsi talis per contritionem saluari possit, hæc tamen ei est difficilis, & ipse meritò timet, an sit contritus.

Quamuis nõ plené sup. hoc lege tamé infra post medium Ref. 68. vers. confirmatur, & vide doctrinam Ref. 49. Et signanter sup. hoc in tom. 5. tr. 6. Ref. 42. in fine & in to. 2. tract 4. ex resol. 26. §. 2. ad lin. 5. & 10 §. vlt. ad lin. 3. &c.

2. Sed hoc aliis (ait Coninch *tract. de fide, disp. 25. dub. 7. num. 89.*) videtur difficile: vnde meritò (ait ille) Nauarr. *c. 24 num. 9.* hunc casum limitat ad existentem in peccato mortali, qui omnino ignorat sibi necessariam esse contritionem extra susceptionem Sacramenti, aut omnino ignorat quid sit contritio, & quomodo eam possit in se excitare, atque ita non cogit se ad eam habendam. Non est igitur absolutè dicendum moriturum existentem in peccato mortali qui creditur, non esse contritus, esse in extrema necessitate; secus autem in casu Nauarri, vt *supra*.

3. Sed

Sup hoc lege doctrinam Reſ.ſeq.

3. Sed ponam hîc pulchrum dubium. Obſtetrix quædam fatetur plures infantes inualidè baptizaſſe, quibus poſtea à Parocho ſine alio baptiſmate cæremoniæ tantùm adhibitæ fuerunt; perſonæ autem iſtæ non verè baptizatæ, etiam ſi adhuc viuant, ſunt tamen per varias ciuitates, vel regiones diſperſæ, vt conſideratis omnibus nullus modus excogitari poſſit, quo illis defectus baptiſmatis ſignificetur, niſi mulier ſe prodat Magiſtratui, & vltimum ſupplicium ſubeat; difficultas eſt an hoc efficere teneatur, & quid Confeſſarius facere debeat. Ad hanc quæſtionem ita reſpondet Layman *in Theol.mor.lib.1.tr.3.c.3.num.3.* licèt caſum iſtum ſpeculatiuè conſiderando, probabiliſſimum videatur, quòd hæc mulier teneatur ſe ipſam Magiſtratui prodere; quia ſalus corporis ex lege charitatis poſtponenda eſt ſaluti animæ, præſertim non viuius, ſed plurium perſonarum. Imò hæc obligatio ex iuſtitia eſſe videtur, quandoquidem ipſamet mulier homines illos innocentes in ſalutis ſuæ diſcrimen per ſummam iniuriam coniecit. Tamen hic ipſe diſcurſus fortaſſe non tam certus eſt, vt à nemine in dubium reuocari poſſit, cùm homines illi per contritionem ſaluari poſſint. Sed quidquid ſit de hac reſponſione, ſaltem mulier cui ponimus obligationem hanc ſe ipſam prodendi, & ad mortem offerendi, non agnoſcit; edocere autem illam probabiliter ignorantem in re non omnino euidenti, conſultum non eſt, ſi Confeſſarius arbitretur ſe non perſuaſurum, ſed magis obfuturum, vt dicam *lib.5. tract.6.c.13. num.5.* Imò ſi Confeſſarius id mulieri explicauerit, & ab iſto tam heroico facto plenè abhorrentem conſpiciat, non illam vrgendam multum arbitror, dicendo, v. g. aliter ſaluam fieri non poſſe; ne omnino in deſperationem agatur: ſed contentus eſſe debet, ſi mulier in poſterum à peccatis, & ſacrilegiis eiuſmodi abſtinere firmiter proponat. Ita Layman *vbi ſuprà.*

RESOL. IX.

An qui miniſtrat Sacramentum Baptiſmi, & Ordinis inualidè, teneatur cum periculo vitæ, & honoris manifeſtare hoc defectum?

Et quid maximè, ſi inualidè fuiſſet collatus Ordo Sacerdotalis, aut Epiſcopalis? Ex part.5. tr.13. & Miſc.1.Reſ.55.

Sup. hoc pro Baptiſmo lege §. Sed ponam. Reſol. præteritæ.

§. 1. Videtur negatiuè reſpondendum, quia licèt Confeſſarius, qui dedit abſolutionem inualidam, teneatur admonere pœnitentem de tali defectu; hoc tamen Doctores communiter aſſerunt procedere, niſi graue damnum, aut ſcandalum ſequatur Confeſſario, ergo,

2. Verùm affirmatiuam ſententiam tenet Petrus Ochagauia *de Sacram.tract.2.de Confeſſionis ſacramento, quæſt.41.num.6.* vbi ſic ait. Secus eſt in Baptiſmo & in Ordine; vt cùm quis inualidè hæc adminiſtraſſet, quia enim ex hoc multa poſſunt grauia mala ſequi, ideo teneretur miniſter reuelare hos defectus, etiam cum magno honoris, aut vitæ periculo. Sic ille. Et ad argumentum ſuperiùs adductum poteſt quis reſpondere eſſe diſparem rationem, quia Confeſſarius in illo caſu non tenetur monere pœnitentem; nam pœnitens tunc poteſt per aliam confeſſionem, vel contritionem iuſtificari, & licèt contra hoc videatur obſtare confeſſionis integritas, contra quam videtur fieri, ſi illa peccata non iterum confiteatur, tamen ſi propter dictas cauſas poteſt pœnitens in confeſſione omittere aliquod peccatum ita poterit Confeſſor propter eas relinquere admonitionem, & permittere pœnitentem non integrè confiteri de illis peccatis.

3. Sed his non obſtantibus opinionem Ochagauiæ quoad ſacramentum Baptiſmi veram eſſe puto; ſecus autem quoad ſacramentum Ordinis quando videlicet quis inualidè fuiſſet ordinatus Subdiaconus, vel Diaconus, & poſtea validè ſuſcepiſſet ſacrum Ordinem Presbyteratus; & licet pro hac opinione non habeam auctorem, habeo tamen rationem, quæ magis valet. Nam, vt obſeruat Sotus *in 4. diſt.24. quæſt.1. artic.4. in fine* & Sanchez *in opuſc.tom.1.lib.7.c.1.dub.14.num.3* & alij, Sacerdos ritè ordinatus licèt alios Ordines non ſuſceperit, poteſt omnium Ordinum functiones validè exercere, quia in eo virtute continentur: ergo ſi aliquis inualidè ordinauit Subdiaconum, vel Diaconum, poſtea validè ordinatum Sacerdotem, non tenetur cum notabili periculo vitæ, aut famæ, manifeſtare talem defectum, quia, ſuppoſito, vt dictum eſt, charactere ſacerdotali, validè exercebit functiones dictorum Ordinum, atque adeò mala, quæ timebat Ochagauia in noſtro caſu, minimè ſequi poſſunt. Vnde optimè docuit etiam Iacobus Granado *in 1.2. D. Thom. contrau.9.tract.1.diſp.6.num.2.* dictos Ordines non eſſe ita neceſſarios, vt per ſacerdotalem poteſtatem ſuppleri non poſſint munera, propter quæ inſtituta ſunt, & præterea non habent annexum aliquem actum abſolutè neceſſarium ad fidelium ſalutem, aut defectu cuius proueniat Eccleſiæ notabile damnum. Ita Iacobus Granado. Et ideo ex his noſtram ſententiam ſcio ſummoperè placuiſſe pluribus Patribus Societatis IESV. Secus autem dicendum erit, ſi inualidè fuiſſet collatus Ordo ſacerdotalis, aut Epiſcopalis, & in hoc caſu amplector opinionem Ochagauiæ; tunc enim puto cum periculo vitæ, aut famæ manifeſtandum eſſe defectum; quia alioquin ſic ordinati exponerentur periculo non conſecrandi, non abſoluendi pœnitentes; non ordinandi; ſed cùm id cederet in maximum fidelium detrimentum: ergo, &c.

RESOL. X.

Vtrùm miniſtrans ſcienter Sacramenta in peccato mortali, peccet mortaliter? Ex part.6. tract.6. & Miſc.1.Reſol. 53.

§. 1. NEgatiuam ſententiam probabilem eſſe putat, & docet Crouſers *in Regulam Sancti Franciſci, c.7.lect.21. fol.*680. vbi poſtquam hanc difficultatem propoſuiſſet ſic aſſerit. Ad quæſtionem communiter reſpondetur affirmatiuè ex *cap. ſi iuſtus, & cap. Remiſſionem:* nihil tamen in dictis Capitulis deprehendere potui, quod faceret opinioni affirmanti: nam quod ipſe Gratianus ex Auguſtino in Can. relato infert, ex *cap Remiſſionem,* Simoniacos non tantùm inutiliter, ſed perniciosè vnctionis Sacramentum habere, potiùs de receptione Sacramenti (Ordinis ſcilicet) intelligendum videtur, quàm de cuiuſvis Sacramenti adminiſtratione actiua. Probatur etiam ratione D.Thomæ 3.*part. quæſt.64. artic.6.* videlicet, Miniſter in mortali adminiſtrans Sacramentum non exercet huiuſmodi functionem, vt oportet: ergo peccat ſic adminiſtrando. Antecedens probatur; quia Sacramenta à ſanctis tractari conuenit. Proba-

Sup hoc in Reſ.ſeq & ne deſeras adhuc legere magis ſtrictã doctrinam infra in tr.2. ex Reſ.5. in § Et tandem.

tur secundò, qoia ministrum oportet se conformare principali agenti, Deo scilicet, qui dicit, *Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum. Leuit.* 19. Probatur tertiò, quia rem sacram tractat, sicut prophanam, contra id, quod scriptum est *Isaiæ* 52. *Mundamini, qui fertis vasa Domini.* Hæ autem sunt potissimæ rationes pro sententia affirmante; quæ etiamsi probent aliquam inferri irreuerentiam Sacramento, dum ab existente in peccato mortali administratur; non videtur tamen mihi probare, quòd eiusmodi irreuerentia sit semper ita grauis, quòd debeat censeri mortalis. Quod enim vlteriùs allegatur, quòd irreuerentia hæc sit in genere sacrilegij, ac consequenter mortalis; cùm hoc genus peccati sit mortale. Respondeo primò, necdum mihi videri satis probatum, quòd hæc irreuerentia rationem habeat sacrilegij: quòd autem id nec dum satis probatum sit, sic ostendo; quia certum est, non omnem irreuerentiam circa res sacras habere rationem sacrilegij: alioquin qui in templo scurrilitatem, aut turpiloquium admitteret, sacrilegus esset, quod nullus vnquam asseruit. Quod verò hæc irreuerentia, de qua est quæstio, sacrilegium non sit, ex definitione ipsius sacrilegij constare potest: sacrilegium enim est violatio rei sacræ, non qualiscumque; sed qua ratione sacra est. Vnde ad sacrilegium constituendum oportet violatione ipsa lædi, vel temerari non solùm rem ipsam simpliciter, quæ sacra est; sed in eo quod sacra est, vt D.Thomas 2.2.*quæst.*99. *art.*3 & Caietanus *ibid.* Ex quo fit, quòd qui percutit Virginem, quam scit votum simplex castitatis emisisse, & hac ratione Deo esse sacram, non committit sacrilegium, nisi etiam cum illa peccet peccato carnali. Sed definitio sacrilegij non competit ministrationi Sacramentorum factæ cum conscientia peccati mortalis. Ergo, &c. Quod autem non competat, probatur: quia actio Sacramentalis ideò tantùm est sacra, quia recipientem Deo consecrat: sed huiusmodi consecratio non læditur, aut violatur per malam Ministri conscientiam (occultam saltem) modo aliàs actionem sacramentalem ritè peragat, iuxta institutum Christi. Vnde & D.Thomas 3. *part. quæst.*64.*art.*5.*ad* 3. docet, quòd bona conscientia Ministri non sit debita adesse Sacramento, nisi secundùm quandam decentiam, & *artic.*6. *in corpore*, docet conueniens esse vt Ministri Sacramentorum sint iusti, quia Ministri debent se Domino conformare. Hæc verba S. Thomæ satis ostendunt sacramentalem actionem, qua ratione est sacra, non violari per malam conscientiam Ministri: quandoquidem ad Sacramentum ministrandum non requirit bonam conscientiam, nisi ex quadam decentia, & conuenientia, & consequenter non potest eiusmodi ministratio constitui in sacrilegij genere, quamuis id supponat D.Thom.

2. Dicet Caietanus *in art.*6. Conscientia bona in Ministro debita quidem est ex decentia actioni Sacramentali, quatenus est opus operatum: quatenus verò est opus operantis, debita eidem est ex necessitate: Et propterea non est mirum, si Minister peccat mortaliter eam non adhibendo. Respondeo hæc omnia gratis, & sine vlla probatione dici à Caietano: qua enim consequentia inferri potest: bona conscientia Ministri ex decentia tantùm requiritur ex necessitate (tali inquam necessitate, quæ inducere possit peccatum mortale) in eadem actione Sacramentali, quatenus est opus operantis. Quare, inquam, magis erit necessaria bona conscientia illi actioni, quatenus est opus operantis, quàm quatenus est opus operatum: cùm certum sit illam actionem, quatenus est opus operantis, non esse magis sacram, quàm reliqua bona opera virtutum, quibus Deo ministratur: quæ si fiant cum conscientia peccati mortalis, non tamen propterea sacrilegium committitur.

3. Dices: non potest negari, qòòd qui cum conscientia peccati mortalis ministrat Sacramentum, tractet rem sacram, sicut rem prophanam. Respondeo non posse absolutè dici Ministrum tractare hanc actionem, quæ sacra est, vt prophanam, ex eo solùm, quòd dum eamdem ministrat, habet conscientiam peccati mortalis; quam etiam habet, dum actiones non sacras exercet: quia cum hac mala conscientia potest habere debitam existimationem de actione illa sacra, quam non habet de prophana: potest etiam illam exercere cum timore reuerentiali interno, & debita aliqua reuerentia externa: prophanam autem non sic exercet, & sic sufficienter discernet hanc actionem sacram à prophana saltem ad euitandum peccatum mortale: nec poterit dici tractare rem sacram sicut prophanam, nisi secundùm aliquid, quod tamen ex decentia requiratur ad exercendam illam actionem sacram.

4. Et certè quòd actio ipsa Sacramentalis ex dignitate sua non exigat in ministro (saltem sub obligatione peccati mortalis) conscientiam nullius peccati mortalis conscium, satis probari potest ex ipso Caietano, quem etiam sequitur Gregorius à Valentia *tom.*4. *disp.*3. *quæst.*5. *p.*3. Sotus, & alij communiter, qui docent duabus conditionibus opus esse, vt administratio Sacramenti in mortali; sit mortale. Vna est, vt qui ministrat, sit minister ex officio, id est, ad id consecratus, & deputatus à Christo & ab Ecclesia. Altera est, vt administratio talis sit solemnis: in quo autem consistat solemnitas administrationis, respondet Valentia consistere in hoc, quòd administratio fiat ex tali consecratione, & officio. Verùm hæc responsio mihi non placet, quia ad dictam solemnitatem aliud adhuc requiritur præter Ministrum ex officio, vt satis constat ex iis, quæ traduntur communiter à Doctoribus de solemnizatione baptismi, matrimonij, & aliorum Sacramentorum.

5. Quòd autem neque oriri possit hæc obligatio ex eo, quòd vel ex officio, vel ex eo quòd cum solemnitate ministretur; probatur quia ex his duabus conditionibus non accedit maior dignitas Sacramentali actioni: ergo irreuerentia malæ conscientiæ ministrantis, quæ aliàs mortalis non est, non potest esse mortalis, etiamsi vtraque conditio concurrat.

6. Si dicas has conditiones non quidem maiorem dignitatem conferre actioni Sacramentali, sed maiorem dignitatem ministranti; ratione cuius tanquam ex circumstantia personæ, mortale ipsi est, quod aliàs esset veniale eidem. Respondeo negari non posse circumstantiam personæ peccantis aliquando transmutare actionem, quæ aliàs venialis est, in peccatum mortale: verùm id nunquam fieri arbitror, nisi illa actio transferatur per circumstantiam personæ in aliam peccati speciem, scandali scilicet, vel sacrilegij, vel etiam alterius.

7. Dices ministrationem Sacramenti cum mala conscientia factam transferri in aliam speciem, concurrentibus iam dictis conditionibus: quia scilicet illis non concurrentibus non est sacrilega, concurrentibus autem sacrilega est. Respondeo hac in responsione peti principium; hoc enim est, quod probari petimus, quòd scilicet mala conscientia ministrantis sacrilegam reddat eius ministrationem concurrentibus duabus conditionibus

bus iam dictis. Hoc verò probamus, quòd non reddat: quia per eiuſmodi conditiones nulla accedit noua ſanctitas actioni Sacramentali, quæ proinde per conſcientiam malam violari cenſenda magis ſit miniſtrantis ex officio & cum ſolemnitate, quàm miniſtrantis non ex officio, aut non cum ſolemnitate: per eiuſmodi etiam conditiones dicimus inſuper nullam nouam conſecrationem ipſi Miniſtro aduenire, quæ violari cenſenda ſit ex eo, quòd cum mala conſcientia miniſtret, vt ipſemet Caietanus, & alij docent: dum dicunt hanc irreuerentiam eſſe contaminationem Sacramentorum, quæ ſcilicet miniſtrantur: non dicunt autem eſſe contaminationem Sacramenti Ordinis, quem dignè potuit Miniſter ſuſcepiſſe: nullum ergo video admitti ſacrilegium per eum, qui miniſtrat cum conſcientia mortalis peccati rea.

8. Immò dato, quòd talis irreuerentia eſſet ſacrilegium, & conſequenter ex genere eſſet mortalis, vt dicit D. Thomas: adhuc tamen facilè poteſt intelligi, quòd huiuſmodi irreuerentia circa Sacramenta ſecundùm ſuam ſpeciem eſſet tantum venialis: quia poteſt imperfectè participare naturam genericam, & non ita lædere, vel violare ſanctitatem Sacramentorum, quòd cenſeri debeat peccatum mortale. Et quamuis inter res ſacras, Sacramenta maximè ſint ſacra, eorum tamen ſanctitas nón videtur grauiter violari per Miniſtrum, niſi peccantem contra ſubſtantiam Sacramentorum, aut Sacramento abutentem ad finem, qui ſit peccatum mortale, ſicut qui miniſtraret mulieri Sacramentum pœnitentiæ, vt ipſam ad libidinem prouocaret.

9. Ex his, quæ dicta ſunt, ſatis conſtat, ſententiam negantem ſatis eſſe probabilem, quoad miniſtrationem Sacramentorum; excepta miniſtratione paſſiua Euchariſtiæ. Hucuſque Crouſers.

10. Sed hæc ſententia eſt contra communem; & ideò reiicienda: vt optimè obſeruat Coninch. *de Sacram. quæſt. 64. art. 6. dub. 1.* & omnes Expoſitores Angelici Magiſtri *in 3. part. quæſt. 64. art. 6.* Et obligationem adminiſtrandi Sacramentum in gratia, certum eſt primariò oriri ex ſanctitate & dignitate ipſius Sacramenti, ipſiuſque actionis, qua adminiſtratur. Quia Sacramenta continent in ſe moraliter merita & ſanguinem Chriſti; & eorum Miniſter merita ac ſanguinem Chriſti diſpenſat, idque in perſona Chriſti, quam immediatè ſuſtinet. Vnde ſequitur eſſe contra dignitatem Chriſti & Sacramentorum peccatorem, qui eſt hoſtis Chriſti, & mancipium Diaboli, ea adminiſtrare, quia omnino dedecet talem in munere tātæ dignitatis, ac ſanctitatis, tam immediatè perſonam Chriſti ſuſtinere, ita vt ſit vnum agens cum Chriſto, ſicut eſſet contra dignitatem Regis, ſi aliquis in eius menſa manibus luto planè infectis conuiuis pretioſiſſima vina funderet. Secundariò hæc obligatio oritur, multúmque augetur ex eo, quòd Miniſter ad tale munus ſit ſingulariter per Sacramentum aliquod conſecratus. Quia hoc ipſo quo aliquis ſe per Sacramenti ſuſceptionem dedicat ad aliquod certum munus, ſuſcipit particularem obligationem illud decentèr obeundi: præſertim ſi ad hoc ſingularem gratiam, quaſi quoddam congiarium, aut honorarium muneris recipiat, quæ ſimul ad legitimam functionem excitet, eámque facilitet. Sicut & ſi inſtante periculo omnes quidem ſubditi tenentur Principis ſui ſtatum defendere: maximè tamen tenentur ad hoc eius feudatarij, ac publici Magiſtratus: quare negligentia quæ in aliis mediocris, in his valdè grauis eſt.

11. Hinc ſequitur: ſemper Sacerdotem quacumque ratione conferentem in peccato mortali aliquod Sacramentum, præter ipſum baptiſmum, aut baptizantem ſolemniter, peccare mortaliter: niſi excuſetur ignorantia, aut quia aliter id facere non poteſt ob vrgentem neceſſitatem. Non eſt igitur admittenda ſententia Crouſers, niſi in adminiſtratione Euchariſtiæ extra Miſſam; vt nos probabiliter alibi ſatis probauimus.

Alibi in 10. 2. tr. &. 2. Reſol. 25. & in aliis eius annot.

RESOL. XI.

An ſit opinio probabilis aliquorum aſſerentium Miniſtrum ex Officio ad id deputatum, conficientem Sacramenta in peccato mortali, non peccare mortaliter?

Et docetur laicum habentem conſcientiam peccati mortalis, non peccare mortaliter baptizantem in caſu, quo licet alioquin laico baptizare: nec Sacerdotem in ſimili caſu miniſtrantem Baptiſmum ſine ſolemnitate, etiam ſi exiſtat in peccato mortali.

Similiter Confeſſarium audientem confeſſionem in peccato mortali, ſi ante abſolutionem conteratur, non peccare mortaliter.

Et curſim docetur pœnitentem non teneri habere dolorem de peccatis, niſi pro puncto, quo abſoluitur.

Item, quod licet dum Sacerdos celebrat, tria præſtet; primò quidem conſecrat; ſecundò miniſtrat ſibi ipſi; tertiò ſuſcipit Sacramentum; tamen, hoc non obſtante, ſi eſt in peccato mortali, non committit niſi vnum peccatum.

Et tandem quæritur, an contrahentes Matrimonium in peccato mortali, non peccent mortaliter, quatenus conficiunt Sacramentum, ſed tantum quatenus ſuſcipiunt? Ex part. 10. tract. 16. & Miſc. 6. Reſol. 28. alias 27.

§. 1. Affirmatiuè reſpondet nouiſſimè Pater Marcus Vidal *in Arca Theolog. mor. tit. de miniſtro Sacramenti, Inquiſitione vnica, num. 69. & 75.* & ſic ait: Miniſter ſpecialiter conſecratus, & deputatus conficiendo, & miniſtrando Sacramenta eſt cauſa miniſterialis gratiæ iuſtificantis, quæ per Sacramentum confertur: & id eſt omnibus Sacramentis commune, ergo ſemper in dicto Miniſtro, dum conficit, & miniſtrat Sacramenta, requiritur bonitas, ne Sacroſanctæ actioni, quam exercet, iniuria, & magna irrogetur irreuerentia, ideo, &c. Confirmatur primo. In re graui maximam irreuerentiam facit Deo, & Sacramentis, qui in peccato mortali deliberatè ea tractat, cum non diſcernit inter res ſacras, & prophanas, contra id quod dicitur Iſa. 52. *Mundamini, qui fertis vaſa Domini.* Ergo, &c. Confirmatur ſecundò; Miniſter, dum eſt cauſa infuſionis gratiæ iuſtificantis, per quam in ſuſcipiente deletur peccatum, debet propter grauitatem, & Sanctitatem huius actionis, ſe reddere dignum, & benè diſpoſitum ad hoc munus dignè, & laudabiliter exercendum, ergo aliter faciendo, mortiferè peccat: ideò hæc noſtra opinio, quamuis ſit probabilior, tum propter Doctorum auctoritatem, tum etiam propter rationes, attamen oppoſita etiam mihi probabilis videtur, quam apertè docet Crouſers apud Dianam *part. 6. tract. 6. reſolut. 53.* legite illum, qui ad obiecta in contrarium doctè reſpondet. Hucuſque Vidal.

Quæ hic eſt Reſ. antecedens. Et in Reſ. eius vlteriora not & lege etiam §. annot. primæ dictæ Reſ.

2. Sed ego omninò puto, affirmatiuam ſententiam

tiam nota improbabilitatis inurendam esse; & ideò illam deleuit ex operibus Hieronymi Llamas nostrum sacrum Tribunal Inquisitionis Hispaniæ, quæ cum tanta maturitate, & circumspectione procedit in prohibendis libris, & consecrandis opinionibus. Vnde Leandrus *de Sacrament. tom.1. tract.1. disp.4 quæst.9* postquam multa argumenta adduxisset in fauorem probabilitatis dictæ opinionis, tandem sic asserit; His non obstantibus, nunc absolutè, certissimè, & absque vlla hæsitatione respondeo, præfatã sententiam esse omninò improbabilem. Quia, vt talem, (ad minus) delere mandarunt, ex Sũma Hieronymi Llamas, *1.p.c.1.§.5.* Censores fidei, per indicem librorum expurgat. editum in Hispania, pro tota illa, anno Domini 1640. Sic etiam antea, dictam sententiam improbabilem dixerunt Petrus de Ledesma *dub.3. citat.* & Luysius Turrianus *loco cit.* vbi sic ait: Hactenus communis opinio fuit, peccare mortaliter Sacerdotem, qui ministrat Sacramentum Pœnitentiæ in statu peccati mortalis. Referuntur tamen hoc tempore aliqui recentiores asserentes; non esse peccatum mortale, talem administrationem in peccato mortali. Mihi autem doctrina hæc non solùm improbabilis videtur, sed etiam temeraria contra communem sensum Doctorum, sine idoneo fundamento; & multis etiam apparet scandalosa, & quæ parum fauet Sanctitati Ministrorum. Sic Luysius, & nunc ego. Hæc argumenta contraria nunc vrgent, quia omnia (ferè) authoritate nituntur, quæ post decretum Sanctæ Inquisitionis, omninò ruit; Ita Leandrus; & ego. Nota verò hic obiter contra Cardinalem de Lugo, & alios, esse tamen probabile, neque laicum habentem conscientiam peccati mortalis, peccare mortaliter baptizantem (in casu, quo licet alioqnin laicò baptizare) nec Sacerdotem in simili casu ministrantem baptismum, sine solemnitate, etiamsi existant in peccato mortali. Et ita, me citato, tenet Dicastillus *de Sacrament. tom.1. tract.1. disput.3. dub.10. num.220.* & me citato Leandrus *vbi suprà quæst.5. & 6.* & alij. Notant etiam, me citato, Vidal. *n.88.* & Dicastillus *n.243.* Confessarium audientem Confessionem in peccato mortali, si ante absolutionem conteratur, non peccare mortaliter; quia tunc Sacerdos non administrat Sacramentum, sed quando absoluit. Nam licèt tunc apponatur materia, at non apponitur ab illo, sed à pœnitente, & Sacerdos se habet passiuè; Ideò obligatio solum est pro puncto, in quo fit Sacramentum; non fit autem, nisi quando datur absolutio; ita putat Dicastillus, pœnitentem non teneri habere dolorem, nisi pro puncto, quo absoluitur.

Sup. hoc laico infra in Ref.43.&c. Sup hoc Sacerdote infra in Ref.42. & in aliis eius primæ annot.

Sup hoc Cõfessario recitanter infra in tract. 3. ex Ref. 158. §. Itaque si, in fine, & inferius in tr. 7. ex Ref 43.§.2 à lin. 2. vers. Dico igitur. & in alia Resol. eius not. pro verb. pœnitentem, cõtritio in lin. penult. huius §. Sed ego infra in tract.3. Ref. 97. & in aliis eius annot.

3. Et tandem nota etiam hic obiter, quod licet Sacerdos, dum celebrat, tria præstet; primò quidem consecrat; secundò ministrat sibi ipsi; tertiò suscipit Sacramentum, tamen hoc non obstante, non committit nisi vnicum peccatum. Ita probabiliter, me citato, tenet Vidal *num* 102. Et, citato, Pater Dicastillus, *vt suprà n.235.* Ex eo quod illa tria adæquent vnum opus, quod est integrum Sacrificium, ad cuius perfectam integritatem omnia illa concurrunt; nempe consecrare, & sumere, ac proinde sibi ipsi conseruare consecrata. Quidquid in contrarium asserat Cardinalis Lugo, contra quem etiam puto, contrahentes matrimonium in peccato mortali non peccare mortaliter, quatenus conficiunt Sacramentum; sed tantum quatenus suscipiunt. Ita, me citato, tenet Leandrus *vbi suprà quæst.7.* & alij.

Et pro contento in hoc §. vlt. in to.2. tr.1. Ref. 149.

Sup. hoc in tom 2. tr. 6. Ref. 112. & lege doctrinã alterius Ref. eius primæ annot.

RESOL. XII.

An aliquando ex temporis angustia, si quis non possit elicere actum contritionis, possit licitè ministrare, & conficere Sacramentum?

Et notatur an in aliquo casu, sumptio Sacramenti Eucharistiæ possit esse licita in mortali?

Et quid dicendum erit de aliis Sacramentis. Ex part.5. tract.13. & Misc.1. Resol.74.

§. 1. CVriosus, difficilis, & practicalis est casus, & negatiuam sententiam docet Iacobus Marchantius *de Sacrament. tract.1. quæst. Pastoral. cap. 4. quæs. 2.* vbi sic ait. Quid faciendum dum subitò Pastor vocatur ad ægrum morientem, & petentem confessionem, aut in plateis vulneratum, ad quem festinandum est, ne moriatur sine confessione? Respondetur si Pastor sic subitò vocatus extra statum gratiæ sit, ob accelerationem tamen non se reflectat super peccato suo, excusatur à nouo peccato, absoluendo talem moribundum sine contritione, quòd si verò meminerit peccati sui, non excusatur ab elicienda contritione ob festinationem & angustiam temporis, quia sufficit breuissimum tempus ad eliciendam contritionem, ideóque tenetur ad eam eliciendam omnem conatum exercere, ita vt sine peccato nouo non possit ministrare, nisi se eam bona fide putet habere. Ita Marchantius.

Sup. hoc lege Ref.& §. not. seq.

2. Sed in dicto casu Sacerdotem non peccare mortaliter, docent aliqui ex præstantissima Societate IESV doctissimi Theologi, vt patebit. Et in primis agmen ducat vltimò visus Ioannes de Lugo *de Sacram. disp.8. sect.9. n.151.* vbi sic ait: Ab hac tamen communi regula excipio illum, qui vrgenti necessitate Sacramentum confert, nec potest moraliter in eo necessitatis articulo, & breuissima morula disponere se ad iustificationem per actum contritionis, ne interim moriatur, v.g. infans qui iam animam agit absque Baptismo; quia cùm Sacramenta instituta sint in remedium animarum, non videtur irreuerentia, si in extrema illa necessitate, vt subueniatur proximo, ministrentur à peccatore: nam, sicut suprà dicebamus, posse in eo casu ministrari cum materia, vel potestate dubia, quia præponderat necessitas præsens præcepto non conficiendi cum dubio; sic dicendum videtur necessitatem illam præponderare præcepto non conficiendi, nisi in statu gratiæ; sic enim videmus multa fieri circa personam Regis, vel Principis in casu necessitatis, quæ si extra illam fierent, grauissimam irreuerentiam continerent. Hæc autem ratio non solùm probat de Baptismo, sed etiã de absolutione sacramentali, quæ aliquando potest existimari necessaria homini ad salutem, nec potest se Sacerdos in illa temporis angustia præparare per actum contritionis, & frequentiùs potest casus in absolutione euenire, quàm in Baptismo. Ita Lugo, & ante illum Ludouicus Mæratius *tom.3. de Sacrament. in gen. disp.8. sect.1. n.5.* sic asserens. Cæterùm in propositione nostra hanc addimus restrictionem (extra casum necessitatis,) quæ hoc solo sensu intelligenda est, vt si proximo sit ministrandum Sacramentum aliquod ad eius salutem necessarium, tamque sit vrgens eiusdem necessitas, vt Ministro in statu peccati mortalis existenti tempus moraliter non suppetat ad eliciendum actum perfectæ contritionis, possit hic licitè illud ministrare, imò debeat. Ratio autem est, quòd cùm Sacramenta ad

ſalutem hominum inſtituta ſint, ratio poſtulat, & obligat, vt eorum ſaluti conſulatur potius, quam debitæ Sacramento & eius auctori reuerentiæ, quando vtrique ſimul conſuli non poteſt. Quare tunc Sacramenti Miniſter exiſtens in peccato mortali non obligatur conformare ſe eius ſanctitati, ſed ſuccurrere proximi neceſſitati, nec proinde irreuerenter & indignè tunc tractare cenſendus eſt. Nec dicas actum perfectæ contritionis exerceri poſſe in inſtanti, etſi enim abſolutè poſſet, non tamen moraliter ſaltem à pleriſque in ratione propriæ infirmitatis malæ peccandi conſuetudinis, vitioſorúmque habituum multo indigent tempore, quo ſe ad tam perfectum actum præparent. Hæc Mætarius, cui adde Ioannem Præpoſitum *in 3. part. q. 65. art. 6. dub. 1. num. 34.*

3. Non deſinam etiam hîc adnotare quod Suarez *in 3. part. tom. 3. diſp. 62. ſect. 5. in reſponſ. ad 4. argum.* nullum videtur cognoſcere caſum, in quo ſumptio Sacramenti Euchariſtiæ poſſit eſſe licita in peccato mortali; tamen contrarium docet Vaſq. Hurtad. & Ochag. quos citaui *in p. 4. tr. 4. reſ. 98.* quibus adde Ioannem de Lugo *de Sacr. diſp. 9. ſect. 1. n. 8.* vbi fatetur aliquando, licèt rarò, poſſe vt abſque peccato poſſit aliquis ſcienter indiſpoſitus, & in ſtatu peccati Euchariſtiam ſumere, vt ſi quis in Altari recordetur peccati à ſe commiſſi, & ita arctetur anguſtiis temporis, vt non poſſit attendere ad habendam contritionem, niſi ceſſando à ſacrificio inchoato cum ſui honoris diſpendio, tunc enim abſque peccato nouo poſſet ſacrificiũ conſummare, & Euchariſtiam ſumere, quia reuerentia Sacramenti non obligat cum tanto diſpendio proprij honoris. Vnde conſequenter idem à fortiori dicendum videtur de aliis Sacramentis, in quibus propter eadem inconuenientia, licèt rarò occurrere poſſet caſus quo propter anguſtias temporis homo non poſſet ſe ad contritionem præparare, vel excitare, & aliunde non poſſet abſque grauiſſimo detrimento, vel etiam irreuerentia ipſius Sacramenti illud non ſuſcipere. In quibus caſibus licèt Sacramentum non conferret gratiam propter indiſpoſitionem ſubiecti, non tamen contraheretur nouum peccatum, ſed eſſet acceſſus neuter; hoc eſt, abſque fructu, & abſque peccato. Ita Lugo qui *diſp. 14. de ſacr. Euch. ſect. 1. n. 3.* ex eadem ratione docuit, quòd quando in ſubita hæreticorum, vel paganorum irruptione periculum eſſet grauiſſimæ irreuerentiæ Euchariſtiæ, inferendæ, & Catholicus in peccato exiſtens non poſſet pro temporis anguſtiis diſponere ſe per contritionem, aut occultare Sacramentum, tunc enim propter eiuſdem Sacramenti reuerentiam, ſicut poſſet ex omnium ſententia non ieiunus, ſic etiam videtur quòd poſſet in peccato exiſtens Euchariſtiam ſumere ad vitandam eius irreuerentiam. Vnde ex his licèt ego vbi ſuprà contrariam ſententiam tenuerim, adhuc tamen exiſtimo ſupradictorum Doctorum opinionem etiam probabilem eſſe, & valde olim miratus ſum quemdam ſacræ Theologiæ Profeſſorem, virum doctum, hoc noluiſſe admittere; ſed aliqui ita firmiter adhærent opinioni, quæ illis placet, vt omnes alias anathematizent, & deteſtentur, & in eas cenſurando delirent.

Quæ hic eſt infra in tr. 3. Reſ. 167. & in aliis Reſ. & §§. eius primæ, & ſecundæ annot.

Sup. hoc ex doctrina Reſol. annot. præteritæ.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. Vide doctrinam Reſ. 32.

Quoad hoc in tom. 2. tr. 2. lege latam ſuppoſitioné, & doctrinam Reſ. 38. & ſuper non ieiuno ibidem §. vlt. & in alio eius annot.

RESOL. XIII.

Quodnam peccatum committat excommunicatus excommunicatione minori, Miniſtrando Sacramenta?

Et an confeſſus excommunicato minoris excommunicatione teneatur iterare confeſſionem? Ex part. 5. tract. 9. Reſol. 45.

§. 1. Diligenter hoc dubium diſcutit Philippus Faber *de cenſ. in 4. ſent. diſp. 25. q. 2. diſp. 4. cap. 2. num. 22.* vbi ſic ait: Quidam dicunt peccare mortaliter, vt Adrianus & Durand. apud Soto *in hoc 4. diſt. 22. quæſt. 2. art. 3.* & alij apud Suarez *diſp. citat. ſect. 1. num. 5.* ſed hæc opinio reiicitur, quia apertè repugnat textui allegato, ſiquidem ibi dicitur, quòd ligatus minori excommunicatione non videtur remoueri à collatione, ſed a perceptione ſacramentorum. Cùm ergo non ſit illi prohibitum actiuè miniſtrare ſacramenta, nulla eſt ratio quòd peccet mortaliter. Alij aſſerunt ſic excommunicatum non peccare, per ſe loquendo, ſed per accidens, vt Suarez *vbi ſupra*, qui citat alios, & eiuſdem ſententiæ eſt Nauarr. *cap. 27. num. 24.* Sed hæc ſententia quoque eſt falſa, quia repugnat textui, qui aſſerit quòd talis excommunicatus peccat conferendo ſacramenta, licèt ſacramenta valida ſint: ergo per ſe peccat non per accidens. At reſpondet illa verba: *Peccat tamen conferendo Eccleſiaſtica ſacramenta*, eſſe intelligenda de illa collatione, quæ ſimul eſt collatio, & receptio ſacramenti, vt eſt ordinario, quia Epiſcopus ordinat Clericos ad ſacros Ordines, ſimul enim confert, & ſuſcipit ſacramentum; in his ergo peccat, quatenus ſumit, licèt non peccet quatenus confert, at quando ſolùm confert, ſed non ſuſcipit, vt in conferendo ſacramentum Confirmationis, non peccat; verùm hæc reſponſio non ſatisfacit, quia Pontifex vniuerſaliter loquitur, ideo debet intelligi vniuerſaliter de collatione ſacramentorum quorumcumque, vt de ſacramento Pœnitentiæ, non autem de iis ſolùm, quæ dum conferũtur etiam ſuſcipiuntur. Verba enim textus ſunt hæc: *Peccat autem conferendo Eccleſiaſtica ſacramenta, ſed ab eo collata virtutis non carent effectu.* Vult ergo quòd ligatus minori excommunicatione ſit remotus à quacumque ſuſceptione ſacramentorum, non tamen à collatione illorum; non tamen concedit, quòd ſine peccato illa conferat, ſi conferre velit, ſed rem in ſuo ſtatu ſinit. Vnde cùm talis excommunicatio minor aliquam indecentiam ſecum afferat, dicitur non carere aliqua culpa, & ideo peccare: eſt ergo valdè extorta illa expoſitio. Ideo mihi placet opinio illorum, qui aſſerunt, ſic excommunicatum conferendo ſacramenta Eccleſiaſtica peccare venialiter, quam ſequitur Soto *in hoc 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 3.* & indicant Couarr. *vbi ſupra*, & nonnulli alij, quæ ſuadetur vltra rationem adductam contra præcedentem opinionem, quia Pontifex in eo Canone, dum dicit, quòd ſi ligatus excommunicatione minori celebret, peccat; apponit illam particulam, *grauiter*; ſed dum loquitur de collatione actiua ſacramentorum, inquit tantùm, *peccat*, non autem apponit illam particulam, *grauiter*: ergo ſignum eſt, quòd indicat hoc ſecundum eſſe minus peccatum, illud autem primum eſt mortale: ergo hoc ſecundum erit tantum veniale. Verùm Suarez *ead. diſp. 24. ſect. 2. num. 18.* aduersùs hanc ſententiam inſurgit, dicens, quòd ea probabilis eſſet, ſi verum eſſet ſuppoſitum, quod facit, ſcilicet miniſtrare in excommunicatione minori, eſſe peccatum veniale: hoc autem, inquit, eſt falſum, tum quia cenſura hæc per ſe non eſt culpa, ſed pœna, tum quia non ſupponit neceſſariò culpam mortalem. Quòd ſi interdum illam ſupponeret, poſſet per contritionem deleri, & ſic vult, quòd talis cenſura per ſe ſola coram Deo non afferat

Sup. hoc in R-i. ſeq. & in tom 5. tr. 1. Reſol. 181. §. Sed primò.

afferat indignitatem, aut indecentiam, propter quam sit contra rectam rationem in illa conferre sacramentum. Ego non video hanc impugnationem aliquam speciem probabilitatis habere. Nam suppositum illud est verissimum; quis enim non videt, quòd ligatus excommunicatione minori, quam incurrit per communicationem cum excommunicato maiori excommunicatione, vt videbimus nunc *infra*, transgreditur præceptum de vitando excommunicatu, quod est peccatum veniale? Vnde etiam si pœniteat commissi peccati, adhuc non habet omnem decentiam, quam habere debent regulariter ministrantes eadem sacramenta, quia illa pœna est deformitas sufficiens: licet ergo ibi non esset peccatum, sed per contritionem esset deletum, non sequitur quòd illa simplex pœna censuræ non inducat deformitatem, propter quam ministrando in illa peccet. Nam etiam irregularis non habet peccatum, vt puta, quia per contritionem illud deleuit, & tamen peccat celebrando propter illam deformitatem pœnæ irregularitatis. Et hæc omnia docet Faber *loc. cit.*

2. Sed his non obstantibus puto opinionem Suarez probabilem esse, quam tuenit nouissimè Adamus Tannerus *tom. 4. disp. 6. q. 8. dub. 2. n. 25.* Valerus *vbi infra*, qui citat Sotum, Ancharanum, Couarr. & Martinum Ledesm. Verùm ego puto neque peccare venialiter. Vnde Moscoso *in sum. tr. 16. cap. 3. n. 2.* sic ait. [La difficultad que a los Autores trae rebueltos es, si el descomulgado con descomunion menor admitiistrando los Sacramentos peca venialmente? y nace la difficultad del cap. vltim. de Cler. excom. donde dize. Conferendo tamen grauiter peccat. tratando deste descomulgado. Dexadas opiniones y explicaciones parece llano y certissimo, que pues le està prohibida la participacion actiua de lus Sacramentos, que es poderlos administrat por ningun derecho, qne ministrando no peca, ni mortal, ni venialmente, y assi en las palabras referidas del Capitulo sin duda habla el Pontifice del Clerigo que administra el Sacramento, y juntamente celebra, y este tal peca mortalmente, como el texto dize, grauiter, y explicar, que grauiter sea venialmente, no se dexa entender bien.] Ita ille, & ego. Vnde ex his refellendus est Doctor Sahagun, insignis Canonista Salmantinus, qui, teste Valero *ver. excommunicatio, differ. 3. n. 2.* publicè docuit peccare mortaliter excommunicatum minori excommunicatione, administrando aliis Sacramenta, quamuis ea ipse non recipiat.

3. Notandum est tamē hic obiter contra Syluest. *ver. excommunicatio 4. n. 1.* sequutum Paludanum quòd confessus excommunicato minori excommunicatione non tenetur reiterare Confessionem; nam, vt benè obseruat ex Soto Faber *vbi sup.* hoc apertè repugnat verbis textus Canonis, in quibus apertè dicitur quòd Sacramentum collatum ab huiusmodi excommunicato, non caret sua virtute & effectu. Quod etiam dicit *ibidem* Syluest. huiusmodi excommunicatum conferendo sacramenta peccare quoad Deum, non quoad Ecclesiam, est falsum, quia cùm hæc censura sit ab Ecclesia posita, peccat nedum quoad Deum, sed quoad Ecclesiam.

RESOL. XIV.

An qui ministrat Sacramentum Baptismi, Pœnitentiæ, &c. cum excommunicatione minori, peccet mortaliter, vel saltem venialiter? Ex p. 3. tr. 4. Res. 56.

§. 1. PEccare mortaliter docet Vas. *in 3. part. tom. 4. tract. de excom. dub. 4. num. 4.* tum *ex cap. si celebret, de cler. excomm.* tum ex iure diuino; supposita enim excommunicatione in aliquo, irreuerentia grauis erit ita Sacramenta ministrare. Sup. contento in hac Res. & in Res. præterita & in tom. 5. tr. 1. Res. 18. §. Secundo.

2. Secunda opinio putat esse in tali administratione tantùm peccatum veniale, & ita docent Couarruuias *in cap. alma mater, p. 1. §. 8. n. 2.* Sotus *in 4. sent. dist. 12. q. 2. art. 3.* Auila *de cens. part. 2. cap. 6. disp. 11. dub. 3.* Medina *in sum. lib. 1. c. 11. §. 6.* Saytus *de cens. lib. 2. c. 22. n. 17.* Coninch *de Sacram. disp. 14. dub. 17. n. 264.* Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 32. cap. 14. num. 241.* & alij.

3. Sed his non obstantibus aliqui docent, ministrantem Sacramenta cum excommunicatione minori nullam culpam venialem committere. Et ita tenet Filliucius nouissimè *tom. 2. tract. 13. cap. 1. n. 24.* qui respondet *ad cap. si celebret*, idem docent Henriquez *lib. 13. c. 3. n. 5.* & alij; non videtur tamen à priori sententia recedendum, cùm in textu expressè dicatur quòd peccet.

RESOL. XV.

An excommunicatus denunciatus, & euitandus possit conferre Sacramenta?

Et an per accidens in variis casibus etiam nominatim excommunicatus: & euitandus possit excusari à peccato Sacramenta ministrando, qui in textu huius Resolutionis explanantur, & tota doctrina huius Res. est valdè notanda, & in mente tenenda pro praxi?

Et quid dicendum est de excommunicato tolerato, in quo casu sunt etiam multa valdè notanda?

Et docetur, quod excommunicatus etiam non toleratus validè offert Sacrificium Missæ. Si Sacerdos est, eiusque fructum, qui ex opere operato habetur, validè cui voluerit, applicat, modò hic eius sit capax. Ex p. 5. tr. 9. Res. 83.

§. 1. REspondeo excommunicatum denunciatum, qui *vitandus* communiter appellatur, esse priuatum actiua Sacramentorum communicatione, & sacrificij oblatione, *cap. latores, de Clerico excommunicato ministrante. & cap. si celebrat, eodem tit.* idque sub peccato mortali, quia tam grauis materia est actio ministrandi, quàm recipiendi Sacramentum. Excusatur tamen primò per ignorantiam inuincibilem, & naturalem inaduertentiam. *cap. Apostolica, de Cler. excomm. ministrante.* Secundò per necessitatem prouenientem ex vi, aut metu graui, aut articulo, vel periculo mortis, vt constat ex illa, in qua potest esse paruulus non baptizatus. De aliis Sacramentis quidam negant, sed idem probabilius est de sacramento Pœnitentiæ, vtpote medio iuris diuini, & per se ad salutem necessario, nec est improbabile de sacramento Eucharistiæ propter eius summam vtilitatem, & præcepti diuini necessitatem. Ita Mercerus *de Sacr. in 3. p. q. 21. dub. 5.* cui adde Guttierrez *in qq. can. lib. 1. c. 1. n. 65.* Raynaudum *de monitor. p. 2. c. 2. n. 23.* & Præpositum *in 3. p. q. 2. de excomm. dub. 8. nu. 44.* vbi sic ait: Per accidens variis casibus potest excusari à peccato. Primò si excommunicatus etiam nominatim graui metu adigatur ad celebrandum, modò id non fiat in contemptum Censuræ, & Religionis, non peccat celebrando. v. g. si Princeps volens audire Sacrum die Dominico, nec habens alium, quàm nominatim excõmunicatum, illum graui metu adigat, vt celebret, hic si non possit commodè declinare, potest

Sup. hac ignorantia inuincibili, seu inaduertentiâ naturali vi, aut metu graui, articulo, vel periculo mortis, contentis in hoc textu eursim in Res. seq. §. vlt.

Sup. hoc primo in Res. seq à principio, & si places in tom. 7. tr. 1. lege doctrinam §. Secundo Res. 76.

potest non obstante censura celebrare absque peccato. Secundò si excommunicatus non posset abstinere à sacro faciendo absque infamia, vel scandalo, quod non tantùm verum est in eo, cuius excommunicatio est planè occulta, sed etiam in eo, cuius excommunicatio in alio loco est publica, quamuis enim hypothesis non ita possit inueniri respectu loci, in quo publicè constat de excommunicatione, si tamen excommunicatus ad alium locum se transferat, in quo eius censura est ignota, nec possit ibidem sine nota abstinere à Sacro, potest sine peccato & violatione censuræ celebrare. Tertiò si id esset necessarium vt detur communio moribundo, cui aliter non possit succurri, cùm enim in illo articulo communio variis casibus possit esse moribundo necessaria ad salutem, Ecclesia non videtur cum tanto periculo & spirituali detrimento fidelium prohibere excommunicato, ne celebret; propter quam rationem si Sacerdos ipsemet excommunicatus sit morti vicinus, nec habeat alium cui possit confiteri, & à quo possit Eucharistiam recipere, potest celebrare & se ipsum excommunicare. Hæc omnia Præpositus, cui adde Cornejo *in 3. p. tract. 5. de excomm. disp. 10. §. 1. dub. 1.* vbi sic ait. Infero primò excommunicatum denunciatum, cui imminet mortis periculum, nisi Sacramenta ministret, posse licitè ministrare, quod intelligendum est cum duplici limitatione. Prima quòd scandalum non sequatur, nec Religioni inferatur iniuria, vt contingeret, si talis ministratio ex toto quæreretur in contemptum & vilipendium legis Ecclesiasticæ, nam tunc prius deberet mori, quàm Sacramenta ministrare. Altera est, quòd intelligatur de illis Sacramentis dumtaxat, quæ validè possunt ab excommunicato celebrari, de quibus dicemus infrà, nam de pœnitentia, v. g. quam non potest validè ministrare, nullo metu potest eius celebratio excusari. Infero secundò excommunicatum denunciatum in vno loco posse licitè in alio, vbi eius excommunicatio ignoratur, administrare Sacramenta, si ex eo, quòd non ministret, sequatur scandalum, aut eius infamia, vel proprij delicti publicatio, aut aliud graue nocumentum proprium. Infero tertiò Sacerdotem excommunicatum denunciatum, aut publicum Clerici percussorem, si non adsit aliquis, à quo priùs absoluatur imminente probabili periculo mortis, propriè posse licitè ministrare sibi ipsi Sacramentum Eucharistiæ, siue ex præconsecratis, siue celebrando sacrificium Missæ, & maximè in casu, quo deficiat alius Minister, à quo Eucharistiam sumat. Ratio est, quia licèt hoc Sacramentum in re sumptum non sit simpliciter necessarium ad salutem necessitate medij, satis est quòd sit valdè vtile, vt non teneatur tunc ab eo abstinere cum tanto sui detrimento speciali, & præsertim, si talis Sacerdos fortè non esset contritus, sed attritus dumtaxat et æstimatus tantùm contritus, in quo casu tale Sacramentum erit ei vnica causa salutis. Prætetquam quòd pro illo articulo mortis tenetur viaticum recipere ex præcepto diuino, quod strictiùs obligat, quàm Ecclesiasticum, à quo illud sibi ministrare prohibetur. Ita ille. Vnde non est audiendus Auila *de cons. p. 2. c. 6. disp. 3. dub. 3. concl. 3.* & Palarius *in 4. dist. 5. disput. 3.* asserentes excommunicatum non toleratum non posse ministrare Eucharistiam moribundo, si Sacramentum Pœnitentiæ tecceperit; non nego tamen cum Cornejo *vbi supra dub. 4.* hanc sententiam esse probabilem. Sed quod excommunicatos toleratos non definam hîc apponere verba Raynaudi *de monit. p. c. 2. n. 24.* vbi sic ait. Quamuis nonnulli DD. de quocumque ministro

Sup. hoc in Ref. seq.

Sup. hoc in Ref. not. seq. §. vlt. ad medium Vers. docet hanc.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Ref. 134. §. vlt. ad mediu.

Sup. hoc. in Ref. not. præterite.

Sup. hoc, quod hic quæritur infrà in Ref. 19. §. 1. & lege etiam doctrinam §. Verum. & alterius Ref. eius primæ not. & pro excom.

excommunicato pronuncient cum prohiberi ministrare quæcumque Sacramenta, tamen mollior nunc sententia fertur de excommunicato tolerato, quem negat quidem posse se ingerere ad Sacramentorum administrationem, admittit tamen posse illa administrare si adeatur etiam absque necessitate, siue sit Pastor, siue non sit, neque item fideles eum adeuntes & iure suo vtentes peccant, siue aduersus legem de non communicando, quæ post Martinum V. non viget, siue ob cooperationem in peccatum ministri, non enim vlla ibi cernitur cooperatio ad peccatum, quia non peccat minister toleratus, si requisitus ministret. Hæc Raynaudus.

2. Nota etiam cum Coninc *de Sacram. disp. 14. dub. 5. n. 35.* quòd excommunicatus etiam non toleratus validè offert Sacrificium Missæ, si Sacerdos est, eiusque fructum, qui ex opere operato habetur, validè cui voluerit, applicat, modò hic eius sit capax, quia has actiones facit immediatè in persona Christi & potestate ab eo accepta, nec in iis pendet ab Ecclesia.

3. Notandum est etiam hîc excommunicatum toleratum licitè conferre Sacramenta, quoties aut ipsius grauis necessitas, aut notabilis proximi vtilitas id exigit. Hinc Præpositus *vbi supra, num. 44.* obseruat quòd Pastor excommunicatus toleratus potest celebrare vt subditi Sacrum audiant die præcepto, si id requirant alio deficiente, qui possit substitui, quia subditi petendo, non peccant, cùm ius habeant, & per Extrauag. *ad euitanda* non tenentur cum eo communicare. Vnde Sacerdos Sacrum faciens ad illorum instantiam non peccat, nec solùm Pastor, sed etiam alius Sacerdos excommunicatus toleratus rogatus potest ob populi vtilitatem celebrare, nullo tamen modo potest se se ingerere.

4. Vnde Filliuc. *tom. 1. tr. 2. c. 3. n. 71.* docuit etiam quòd Sacerdos, qui non tenetur ex officio, si is qui petit, habet saltem communem necessitatem, & non sit alius, potest sine peccato ministrare Sacramenta. Imò plus addam, nec desinam hîc apponere verba Ioannis Præpositi *loco citato, n. 52.* vbi docet, quòd licèt excommunicatus toleratus, si se ingerat administrationi Sacramentorum, peccet, ita vt vltrò se offerat ad illa conferenda, & etiam non rogatus; si tamen non censeatur se ingerere, sed ea conferat aliis petentibus non peccat; quia cùm alij non teneantur eum vitare, etiam in Sacramentis, non peccant contra censuram, quòd ab eo petant Sacramenta, nec etiam peccant quòd eum inducant ad peccatum, & proinde non apparet, ex quo capite peccet excommunicatus, quia excommunicatus non potest dici peccare in eo, quod iuxta qualitatem actionis, quæ ab eo petitur, conuersetur cum aliis iisdem petentibus. Vnde Sotus *in 4. dist. 22. q. 5. art. 6. in 6. propos.* censet Pastorem excommunicatum posse induci ad Sacramentum ministrandum, quamuis propositione 7. existimet non posse induci eum, qui non est Pastor. Verum ex ratione à nobis facta patet vtrumque posse induci, quia non fundamur in eo quòd Pastor teneatur Sacramenta suo parœciano ministrare, sed in eo, quòd alij possint cum eo conuersari absque violatione censuræ iuxta qualitatem actionis, in qua conuersari cupiunt, & quòd Sacerdos non se ingerens, sed conuersans, rogatus ab aliis non peccet; quæ ratio etiam locum habet in eo, qui non est Pastor. Vnde non solùm Pastor rogatus potest absque peccato præbere Eucharistiam suo parœciano petenti, sed etiam alius Sacerdos toleratus à quo similiter Sacramentum petitur nec est absurdum, imò probabile, etiamsi detur co-

municatis tolerat. Sup. hoc in Ref. seq. §. Non tamen. huius Ref. & aliam Ref. eius not.

Sup. hoc propè finem §. 1. huius Ref. à Vers. Quamuis. & infra in Ref. 17. & 18. aliis eius. et.

Sup. doctrina contenta in hoc textu vsque ad annotationem seq. in Ref. citatæ annot. à §. Petes.

Sup. hoc, & sequentibus in hoc §. 1. et ex Ref. 9. lege doctrinâ § Sed quid. vsque in fin. doctr. Ref. & vide etiam §§. & Ref. eius annot.

pia alterius, à quo Sacramentum posset recipi, nec quicquã probant ea, quæ adfert Vas. *dub. 3. de excom. n. 1. & seq.* Hæc præpositus, quæ sunt valdè notanda.

5. Igitur ex omnibus supradictis apparet in articulo mortis posse excommunicatum etiam non toleratum conferre sacramentum Baptismi, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ. Restat modò inquirere, quid dicendum de aliis quatuor Sacramentis? Respondetur nec licitè peti, nec dari posse in eodem mortis articulo ab excommunicato denunciato. Ratio est, quia non sunt necessaria ad salutem, hoc tamen intelligendum est per se eo regulariter loquendo, nam contingere possunt aliqui casus, in quibus liceat aliqua ex illis Sacramentis ministrare. Primus est, quando existens in articulo mortis non potest sacramentum Pœnitentiæ, neque Eucharistiæ recipere, quia nullum dedit contritionis, neque motus signum, nam tunc probabilius iudico licitum esse ministrare illi à tali excommunicato sacramentum Extremæ Vnctionis, vt si fortè infirmus erat attritus, fiat per tale sacramentum contritus; & ratio est, quia in illo casu iam tale sacramentum est respectu illius infirmi moraliter necessarium ad salutem. Secundus est de sacramento Ordinis in casu, quo in aliqua prouincia remota esset penuria Sacerdotum, & non esset nisi vnus Episcopus, & ille esset excommunicatus, denunciatus, aut publicus Clerici percussor, in quo casu sine damno communi licitè possit sacramentum Ordinis ministrare. Tertius in sacramento matrimonij, quando Parochus excommunicatus denunciatus assistit matrimonio eius, qui articulo mortis duxit vxorem, quam antea habuerat concubinam, quia ita expedit saluti spirituali ipsius infirmi, vel temporali commodo filiorum; tum quia hæc necessitas est grauissima; tum etiam, quia Parochus non est verus Minister huius sacramenti. Et ita docet Cornejo *in 3. part. tr. 5. de excom. §. 1. dub. 4.*

Sup hoc infra in Ref. 19. §. Verum. in fine, & in tom. 2. tr. 4. Ref. 30 31. & 32.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6 ex Ref. 84. §. Vnde. ad mediũ, à vers. Nota.

RESOL. XVI.

An excommunicatus vitandus ex metu mortis possit ministrare Sacramenta? Ex p. 5. tr. 9. Ref. 96.

Sup. hoc cursim in diuersis Vers. §. 1. Ref. præteritæ, & quamuis minimè sup. hoc, si legis tamen in tom. 2. tr. 6. doctrinam Resol. 156. & in tom. 7. tr. 5 Ref. 76 per totã & aliarũ Ref. & §§. earum annotationum doctrina repletis pro solusione huius quæst.

§. 1. Difficultas est post denunciationem & publicationem nominatim factam, & negatiuè respondet Syluester *ver. excommunicatio 5. num. 6.* Nauarrus *cap. inter verba 11. quæst. 3. pract. 3. art.* 8. & alij.

2. Non desunt tamen aliqui, qui dicant posse ad vitandum periculum mortis, quia lex non obligat cum tanto periculo. Verùm Vasquez *dub. 7. num.* 15. docet apertè in sacramentis licitam non esse talem communicationem, neque illi licere administrare, quia semper datur, vel recipitur ab indigno, nempe ab excommunicato, & est de iure diuino naturali hoc præceptum, ac proinde numquam licet, & *tom. 4. in 3. p. q. 93. art. 1. n. 16. & n. 17.* Refert sub distinctione varios modos philosophandi, & citati *dub. 7.* doctrinam tradidit 1. 2. *disp. 161. cap. vlt. num.* 27. addidit tamen: Possemus dicere licitum hoc esse, non quia licitum sit manente excommunicatione, sed quia pro tali euentu Ecclesia non vult aliquem excommunicare; quæ sententiæ mihi placent, & videntur rem hanc exactè explicare. Nec probo id, quod Suar. *disp. 11. sect. 1. n.* 10. videtur dicere, non posse excommunicatum metu mortis communicare alium, & hæc omnia docet Turrianus *lib. 2. disp. 10. dub.* 3.

3. Non desinam tamen hîc etiam apponere verba Philippi Fabri *de cens. in 4. sent. dist. 25. q. 1. disp. 4. cap. 4. n. 165.* vbi sic ait: Certum est excommunicatum, denunciatum, & publicum percussorem Clerici peccare mortaliter administrando aliquod sacramentum. Tamen est difficultas specialis, an in aliquo casu excusetur à peccato, ita quòd possit sine periculo ministrare? Ad quam breuiter respondetur primò excusari per ignorantiam inuincibilem, naturalem obliuionem, vel inaduertentiam, vt *supra* diximus de receptione passiua. Secundò excusatur graui aliqua necessitate. Grauis autem necessitas potest prouenire ex tribus capitibus. Primò ex parte ministri. Secundò ex parte illius, cui ministratur. Ex parte ministri potest vel extrinsecus prouenire, vt si per vim & metum inducatur ad præbendum aliquod sacramentum alicui, vel ad celebrandam Missam, & quoad hoc dicendum est, sicut dictum est *suprà*, quòd quando est timor cadens in constantem virum, excusat, & multò magis vis. Vel potest prouenire intrinsecus, scilicet ne se infamet, aut occultum suum delictum publicet, & aliquid simile, propter quòd licitè possit dimidiare confessionem, vt *supra* de passiua receptione diximus, quia eadem est ratio de actiua, & passiua receptione sacramentorum. Ex parte suscipientis potest esse necessitas quoque quæ excuset à peccato excommunicatum ministrantem actiuè, vt quando aliquis positus in extrema necessitate non potest habere alium ministrum, à quo recipiat sacramentum necessarium ad salutem, vt paruulus positus in articulo mortis, nec habens alium ministrum à quo possit baptizari, nisi excommunicatum, dicitur positus in extrema necessitate recipiendi Baptismum, ideò in tali casu minister excommunicatus baptizans non peccat mortaliter, nec venialiter, quia extrema necessitas suscipientis ipsum excusat. Ita Faber.

Sup. hac ignorantia in Ref. 1. not. præteritæ cursim in principio.

Sup. his sequentibus in hoc §. etiam breuiter. ibidem.

RESOL. XVII.

An sit peccatum mortale petere Sacramenta ab excommunicato tolerato? Ex p. 5. tr. 9. Ref. 133.

§. 1. Respondent communiter non esse licitum fidelibus sine causa necessitatis, aut maioris vtilitatis ab eo Sacramenta petere, si videlicet alius non excommunicatus præstò sit, qui æquè vtiliter ministrare possit. Ratio est, quòd excommunicatus peccet ministrando Sacramenta sine vlla necessitate, si alius æquè idoneus adsit, cùm per se indecens videatur, vt præcisus ab Ecclesia publica ministeria Ecclesiæ sine vlla necessitatis ratione obeat. Consequenter etiam is peccat, qui tale quippiam ab eo petit; & ita docet Conink *de Sacram. q. 64. art. 6. dub. 2. & disp. 13. dub. 1.* Suarez *disp. 11. sect. 4. n.* 10. Auila *part. 2. cap. 6. disp. 8. dub. 1.* & alij.

2. Verùm ego puto contrariam sententiam esse probabilem, & ita hanc sententiam docet Sotus *in 4. dist. 22. q. 2. art. 4. conclus.* 1. & Sanchez *de matrimonio, lib. 7. disp. 9. num.* 8. vnde Layman *lib. 2. tract. 5. part. 2. cap. 5. num.* 5. sic ait: Improbabile non est nullam esse culpam petere Sacramentorum administrationem ab eiusmodi excommunicatis toleratis, propterea quòd Constantiense Concilium fidelibus absolutè concesserit facultatem communicandi cum talibus, tam in sacris, quàm politicis, consequenter neque ipsos excommunicatos præcisè ob censuram peccare, si rogati Sacramenta ministrent, modò se non ingerant. Ita ille, & ego fusiùs alibi.

Sup. hoc in Ref. post præteritam. §. Vnde. à medio vers. Vnde sed lege ibi à §. Notandũ. & si vacat otio lege eam per totam & infra ex Ref. seq. Vide §. sed difficultas. & ex Ref 19. §. Sed quid. vsque in fine dictæ Ref. & cursim ad lin. 4. Ref. 20. & in tom. 5. tr. 1. ex Ref. 14. §. 2. Signãter à lin. 7. & vers. sed etiã.

Alibi in Ref. & §§. not. præteritæ.

RESOL.

RESOL. XVIII.

An liceat petere Sacramentum à malo Miniſtro extra caſum neceſſitatis?

Et quid, ſi eum inuenio paratum ad dandum?

Et quid, ſi Miniſter ſit excommunicatus?

Et an Sacerdos excommunicatus abſoluendo petentem adminiſtrationem Sacramenti, incurrat irregularitatem?

Et an ſit peccatum Miniſtrare Epiſcopo exercenti Ordines in peccato mortali, aut Sacerdoti Miſſam celebranti in peccato? Ex part. 5. tractat. 7. Reſolut. 4.

Sup. contento in hoc §. 1. infra in Reſ. 20 & 21. & in tr. 3. Reſ. 44. & in tom. 2. tr. 3 Reſol. 12. per totam; & ſignanter, §. vlt. &c.

§. 1. AD hoc dubium Azorius, *tom. 2. lib. 12. capit. 17. quæſt. 7.* reſpondet breuiter. Primò, non eſſe licitum petere extra caſum neceſſitatis id à Sacerdote, qui non eſt obligatus ad danda Sacramenta, & non eſt paratus ad dandum, quia eſſet inducere eum ad peccatum. Secundò, eſt licitum petere à Sacerdote ad dandum Sacramentum obligato, aut à Sacerdote parato ad dandum, quia tunc non eſt inducere eum ad peccatum, & poteſt ipſe, ſi velit, atque etiam debet, contritionem habere. Tertiò, in caſu neceſſitatis licitum eſt petere à quocumque Sacerdote, quia tunc habemus ius petendi Sacramenta. Ita Azorius. Vnde ego alibi ſatis probabiliter docui non eſſe peccatum mortale ſcandali accipere Sacramentum à Sacerdote exiſtente in peccato mortali; ſi illum inuenio in loco publico excipientem confeſſiones aliorum, etiamſi poſſem accedere ad alium Miniſtrum bonum, quia reuera id non eſt cooperari peccato Miniſtri, aut illum inducere ad peccatum, cùm ipſe iam ſe offerat ad illud peccatum committendum. Et hanc ſententiam docet, præter Cabreram & Ledeſmam alibi à me citatos, etiam Sotus, quem citat & non improbat Granado *in 3. part. D. Thom. de Sacram. controu. 3. tract. 5. diſp. vltim. num. 6.* in qua fusè pertractat, quando licitum ſit ſumere Sacramenta à malo Miniſtro ſine ſcandali peccato.

Alibi in Reſ. 1. & 3. not. præteritæ.

Alibi ibidem.

Sup. hoc in Reſ. præterita, & in aliis Reſol. & §§. eius annot.

2. Sed difficultas eſt quando Sacramentum petendum eſt ab excommunicato, qui non habet à quo abſoluatur; & tunc Sacramentum non eſſe petendum, docet Vaſquez *opuſc. de charitat. quæſtione 23. artic. 8. dub. 4. num. 42.* Baſil. Pontius *de Matrimon. lib. 5. capit. 18. §. 9. num. 65.* & Granado *vbi ſupra, num. 8.* qui citat Sayrum, quia tunc petitur Sacramentum ab eo, qui acquieſcens petitioni non poteſt benè, aut malè adminiſtrare Sacramentum, ſed neceſſariò malè adminiſtrabit, eo quòd non eſt in ſua poteſtate abſolui ab excommunicatione, propter quam impeditur ab adminiſtratione Sacramenti, & tunc petitio habet rationem ſcandali actiui, quia petit id, quod neceſſariò malè faciendum eſt, ſi fiat.

3. Verùm his non obſtantibus (attendas quæſo amice Lector) contrariam ſententiam probabilem eſſe exiſtimo, quam docuit Sanchez *de matrimon. tom. 2. lib. 7. diſputat. 9. num. 8.* & nouiſſimè docet nunquam ſatis laudatus Hurtado de Mendoz. *in 2. 2. diſputat. 173. ſect. 18. §. 249.* mouetur decreto Concilij Conſtantienſis & Martini V. quo datur facultas Chriſti fidelibus, vt communicent in Sacramentis cum excommunicato ſine ſcrupulo. Quæ facultas non eſt in fauorem excommunicati, ſed aliorum, quia aliis prouiſum eſt ne ſcrupulis irretiantur. Indirectè verò redundat in ipſius excommunicati fauorem, quia eo præcisè quòd mihi datur facultas, vt licite & ſine ſcrupulo poſſim petere à Sacerdote adminiſtrationem ſacramenti, datur indirectè ipſi Sacerdoti facultas illud adminiſtrandi: quia ſi ille peccaret in eo adminiſtrando, non poſſem ego licitè cum illo in ſacramento communicare, quia eſſet cooperari illi in peccatum. Quemadmodum mihi datur facultas, vt omnes mei commenſales poſſint carnibus veſci diebus interdictis, illa facultas mihi datur directè, vt ego poſſim quos velim inuitare: indirectè verò & conſequenter redundat in fauorem commenſalium, quia non poſſem ego illo priuilegio frui, quin illi poſſint licite carnibus veſci, quibus veſci non licèt, niſi à me inuitentur. Ita non licèt Sacerdoti excommunicato tolerato efficere actionem aliquam ſacram, nec adminiſtrare ſacramentum, neque communicare cum aliis, non, inquam, licèt, niſi inuitetur à non excommunicato. Sicut meis commenſalibus non licèt veſci carnibus, niſi à me inuitentur. At verò licèt eiuſmodi Sacerdoti exercere omnes actiones ſacras, quas ego non excommunicatus ab eo petiero, ſicut licet meis commenſalibus veſci carnibus. Si ergo excommunicatus ſit ſine peccato mortali, aut probabiliter exiſtimet ſe habuiſſe contritionem perfectam; aut ſi illam conetur habere, illi non obeſt excommunicatio, quo minùs licitè poſſit Sacramenta adminiſtrare, quoties id petatur à non excommunicato. Quæ clariùs conſtabunt ex ipſo decreto Concilij, his verbis: Inſuper ad euitanda ſcandala, & multa pericula, quæ conſcientiis timoratis contingere poſſunt, Chriſti fidelibus, tenore præſentium miſericorditer indulgemus, quòd nemo deinceps à communione alicuius in ſacramentorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcumque diuinis, vel extra prætextum cuiuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ à iure, vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abſtinere, &c. Cùm igitur hæc verba nullam omnino actionem ſacram mihi interdicant cum excommunicato tolerato, ita vt omnis ſcrupulus mihi euellatur, concluditur apertè excommunicatum, ſi præcisè conſideretur vis excommunicationis, non peccare, quando illa adminiſtrat à me rogatus; ſi enim ille peccaret, non poſſum ego cum illo communicare. Quapropter ſine vlla cauſa poſſum ego petere Sacramenta ab huiuſmodi excommunicato, ſi aliundè prudenter exiſtimo illum non eſſe in peccato mortali, aut ſe Deo reconciliate per contritionem perfectam. Ratio eſt, quia illa excommunicatio non me præſtringit, neque me obligat, vt abſtineam à ſuſcipiendo ſacramento ab ipſo, neque ipſe peccat, ſi præcisè conſideretur vis excommunicationis: vnde non eſt opus alia occaſione. Et hæc omnia docet Hurtado, *vbi ſup.* quæ ſunt valdè notanda. Igitur in tali caſu dicendum eſt contra Granado, *loco cit.* dictum Sacerdotem excommunicatum abſoluendo petentem adminiſtrationem ſacramenti non incurrere irregularitatem.

Sup. hoc curſim ad medium, §. Sed ego. Reſ. ſeq. &c.

4. Non deſinam etiam hîc adnotare, moraliter loquendo, non eſſe peccatum miniſtrare Epiſcopo exercenti Ordines in peccato mortali, aut Sacerdoti celebranti Miſſam, quando alioqui poſſent prædictus Epiſcopus & Sacerdos ea munera peragere bene, ſi contritionem elicerent, aut confiterentur, quia id non eſt inducere vllo modo ad malum, ſed iuuare ad actionem per ſe bonam, quam tamen alius propter ſuam culpam malè exercet. Ita Granado *vbi ſuprà, n. 10.* qui citat Suar. & Henriquez, quibus adde Ochagauiam *tract. de Sacram.*

in genere, *q.* 24. *num.* 5. qui tamen hoc limitat, quando vitare commodè non potest ministerium illud, vt quia famulus expelletur à domo, vel quia causabitur scandalum, si Minister se excuset à ministrando: sed hæc ferè semper euenient: ergo, &c.

RESOL. XIX.

An sit licitum à Ministro excommunicato non solum tolerato, sed etiam à non tolerato ab Ecclesia, id est, nominatim denunciato, vel manifesto percussore Clerici, petere Sacramenta?

Et an talis Minister, si in extrema necessitate ministrat Baptismum, & Pœnitentiam, peccet, & fiat irregularis?

Et quid, si talis Minister excommunicatus sit ab Ecclesia toleratus, & sit tuus Parochus?

Et quid est dicendum, si non est tuus Parochus, nec ad ministrandum paratus?

Et notatur licitum esse sine vlla necessitate petere Sacramentum a quouis excommunicato tolerato, dummodo non sit aliud impedimentum præter excommunicationem; nec peccare Ministrumistum, dum ad petitionem alterius ministrat, secus verò si ipse se inuitaret. Ex part. 10. tract. 14. & Misc. 1. Resolut. 64.

Res. hæc inuenietur in tom. 2. tr. 3. Res. 16.

§. 1. EA, quæ dicta sunt in superiori Resolutione, procedunt, vt dictum est, in ordine ad petenda Sacramenta à malo Ministro, existenti scilicet in statu peccati mortalis. Sed quid dicendum de Ministro, excommunicato non solùm tolerato, sed etiam non tolerato ab Ecclesia, id est, qui nominatim est denunciatus, vel manifestus percussor Clerici, vt nulla tergiuersatione possit negari? Dico in casu extremæ necessitatis licèt ab isto petere Sacramentum Baptismi, & Pœnitentiæ. Ratio est, quia periculosissimum est sine his Sacramentis ex hac vita discedere: vnde non debuit vllus Minister aliquo modo idoneus in hoc articulo excludi. Hinc etiam fit, vt talis Minister neque peccet, (si talem, vt absoluat, contritionem concipiat) neque irregularitatem incurrat.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Res. 60. signãter in § 2. sed lege etiam §. 1. & suprà in Res. 15. §. 1. paulo ante finem, à vers. Vnde nõ est.

2. Verùm difficultas est de Sacramento Eucharistiæ per modum Viatici: & in tali casu non posse à dictis Ministris peti, docet Lessius *in 3. part. quæstione* 64. *articul.* 6. *dub.* 3. *num.* 25. & alij. Sed ego contrarium docui; & me citato nouissimè docet Leandrus *de Sacrament. tom.* 2. *tractat.* 7. *disputatione quarta, quæstione vigesimasecunda*, cum aliis. Imò non deseram hic obseruare cum Magistro Serra, *in 3. part. quæstione sexagesimaquarta, articul.* 6. *dub.* 2. non deesse, qui dicant, si aliquis esset sibi conscius peccati mortalis, & non possent sibi alia Sacramenta conferri, quàm ea, de quibus recipiendis nullum est diuinum præceptum; posse ea suscipere in extrema necessitate à Ministro non tolerato, vt possit per ea iustificari, & fieri ex attrito contritus, si forte solam attritionem habeat; credendum est enim id meritò placere Ecclesiæ, vt tali necessitati subueniatur. Et ideò Hurtadus *de Sacrament. in gener. disputatione quarta, difficul.* 11. tenet, posse à dictis Excommunicatis accipi Sacramentum Extremæ-Vnctionis, quando non potuit suscipi Sacramentum Pœnitentiæ, neque Eucharistiæ.

Sup. hoc in Res. 2. annot. præcedentis, in eius § vlt. vers. Primus. & in aliis eius not.

3. Sed quid dicendum, si Minister ille excommunicatus, sit ab Ecclesia toleratus (id est, si non est denunciatus nominatim, aut manifestus Clerici percussor) & sit tuus Parochus? Potes ab eo liberè Sacramenta petere, non solùm tempore necessitatis, aut præcepti, sed etiam ob magnam vtilitatem spiritalem: modò alterius Ministri non sit tibi facilis copia: Ita Sotus & alij passim. Ratio est, quia iste Minister quamdiu ab Ecclesia toleratur, non est tibi magis vitandus, quàm si non esset excommunicatus. Vnde si sit tuus Parochus, potes ab illo petere Sacramenta, & etiam eum cogere administrare; nam habes ius petendi: ergo ipse potest tibi sine omni peccato administrare, si velit: nemo enim obligatur ad aliquam actionem, quam sine peccato nequit obire. Sufficit autem, vt in eo casu concipiat contritionem, & procuret absolutionem à Censura, si potest: quòd si non potest, permittitur Sacramenta administrare, nec contrahet irregularitatem. Secùs, si facilè poterat interim absolui. Aduerte tamen, talem Parochum non se posse offerre, aut ingerere; tunc enim grauiter peccaret, & irregularis fieret. Ratio est, quia non potest administrare, nisi subdito petente, & vrgente.

Sup. hoc suprà in Res. 17. & in omnibus aliis eius annot.

4. Petes, an possim ob huiusmodi causas etiam petere Sacramenta ab eo, qui non est Parochus; tamen excommunicatus est, & toleratus? Respondeo, non posse me petere, nisi ipse interim possit obtinere absolutionem Censuræ, vel nisi sit extrema necessitas. Ratio est, quia non possum petere aliquid ab alio, quod ille sine peccato non potest mihi præstare. At ille Sacerdos non potest sine peccato Sacramenta administrare, nisi excuset extrema necessitas, vel in potestate eius sit interim obtinere absolutionem. Quidam tamen existimant, si iste Sacerdos sit expositus, actu Confessiones aliorum audiens, vel Eucharistiam administrans, posse me accedere; quia in hoc casu non censeor petere. Sed Lessius, vbi suprà tenet contrarium, præsertim si agatur de Confessione, quia qui accedit confessurus, manifestè petit, & exigit sibi impendi absolutionem: vnde intercedit hîc salem aliqua inductio, & petitio ad hunc actum indiuiduum, qui est necessariò peccatum. Idem videtur de Communione, etsi minor sit ratio.

Sup. hoc suprà in Res. 15 §. Vnde. à principio.

5. Sed ego affirmatiuam sententiam puto esse probabilem & fatetur ipsemet Lessius. Et tandem Granadus *in 3. part. contr.* 3. *tractat.* 5. *disputatione vltim. numer.* 8. sic ait: Si Minister sit excommunicatus toleratus; sed non proprius Pastor, nec sit ad ministrandum paratus; non videtur, licere illum inducere ad præbenda Sacramenta, in quibus exerceat Ordinem: quia sic fieret Minister irregularis; & qui petit, foret causa non solum peccati, sed etiam magnæ pœnæ Ecclesiasticæ, scilicet irregularitatis. In casu autem necessitatis extremæ, id est, in articulo mortis posset sine dubio inducere ad ministrandum, quantumuis non esset paratus; etiam extra hunc articulum liceret petere, cùm adesset magna aliqua vtilitas; quia ipse Minister nouit suum malum statum, & voluntariè denotat culpam, & pœnam, quæ illi imminent, si ministret. Ita ille, & ego.

Sup. hoc infra §. Verum Resol. præteritæ. & in fine §. 11. huius Res. pro articulo mortis, & magis latè in to. 5. tr. 5. Res. 28.

6. Notandum verò, quod Sanchez, *lib.* 7. *de Matrimon. disputat.* 9. *num.* 8. latè probat, licitum esse sine vlla necessitate petere Sacramenta à quouis excommunicato tolerato; dummodò non sit

Sup. contento in hoc §. lege suprà doctrinam. Res. 15. à principio vsque ad §. vlt. signanter propè finem, §. 1. & §. Notandum, & signanter Resol. 47. &c.

ſit aliud impedimentum præter Excommunicationem : nec peccare Miniſtrum iſtum dum ad petitionem alterius miniſtrat ; ſecùs ſi ipſe ſe inuitaret.

RESOL. XX.

An licitum ſit, & abſque peccato mortali recipere Sacramentum Pœnitentia, vel alia à malo Miniſtro, ſed parato miniſtrare ?

Et an hoc non ſolum ex rationabili & iuſta cauſa, ſed etiam extra caſum neceſsitatis, dummodo Miniſter ſit paratus ? Ex part. 3. tractat. 4. Reſolut. 59.

Sup. hoc in Reſ.ſeq. & in Reſ. 1. poſt præteritam, §.1.Et proexcommunicato tolerato contento, in lin. 4. huius textus, ſuprà in Reſ 17. & in alijs eius not. & pro prima diffic. huius Reſ. infra in tract. 3. Reſ. 44. & in tom. 7. tr. 5. Reſ. 54. §. 2. ad medium, & in tom. 2. tr. 3. Reſ. 16. per totam. ſignantes, §. vlt.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Ledeſma *in ſumma, tom. 1. c. 6. de Sacr. in genere, dub. 11. concluſ. 10*, vbi ſic ait. [Licito es recibir los Sacramentos del miniſtro, aunque ſea muy malo, y deſcomulgado, ſi es tolerado de la Igleſia, y el por otra parte eſta aparejado para adminiſtrar los Sacramentos, porque es licito vſar del pecado ageno para proprio comodo y vtilidad, quando el pecador eſta aparejado, como ſe vee claramente en el vſurero aparejado à dar à vſuras, que es licito pedir le dineros à vſuras. Eſto ſe confirma, porque en eſte caſo ceſſa la razon del eſcandalo, y no es induzir le à pecar, porque el ſe eſta aparejado para eſſo: y aunque el tal quando actualmente adminiſtra, peca mortalmente, el tal pecado y a lo tenia cometido come en virtud, pues eſta aparejado para adminiſtrar los Sacramentos.] Ita ille.

2. Sed hanc opinionem ita abſolutè prolatam non admittit alius Hiſpanus, & ideò ſic aſſerit Villalobos *in ſumm. tom. 1. tract. 4. diffic. 15. num. 4.* [Licito es recibir el Sacramento del miniſtro, que eſta en pecado mortal, y no es porque ſe eſta aparejado para adminiſtrarle, aunque el miniſtro peque en la adminiſtracion, mas ha ſe de limitar eſta concluſion, que ſea en caſo de gran neceſſidad, porque ſi eſtuuieſſe otro Confeſſor no ſeria licito, porque ſe le da materia da pecar, y aunque dize Ledeſma, que en eſte caſo no ſeria pecado mortal, es falſo, pues la materia es graue.] Sic Villalobos.

3. His tamen non obſtantibus, non reticeam circa præſentem quæſtionem hîc apponere doctrinam præſtantiſſimi Theologi Gregorij de Valentia *tom. 4. diſp. 3. quaſt. 5. punct. 3.* vbi ponit tres caſus. Primus, ſi miniſter ſit per ſe paratus, & habeat alioqui poteſtatem. Secundus, ſi tibi teneatur Sacramentum conferre ex officio, quia eſt tuus Parochus. Tertius, ſi conſtitutus ſis in neceſſitate. Et in quolibet iſtorum caſuum docet, licitum eſſe, percipere Sacramentum ab improbo miniſtro, ſeruatis tamen duabus conditionibus. Prima eſt, vt miniſter non ſit impeditus per cenſuram. Secunda, vt nunquam quis ab improbo miniſtro ſic accipiat Sacramentum, vt etiam illum directè inducat ad Sacramentum miniſtrandum malè. Concurrentibus igitur his duabus conditionibus, & aliquo ex prædictis tribus caſibus, ſemper licebit Sacramentum recipere ab improbo miniſtro, atque etiam petere; dummodo animus tantùm ſit petere, & accipere ab altero id officium, & miniſterium, quatenus ab illo exerceri poſſit ſine peccato. Hæc omnia Valentia, qui cum Ledeſma concordare videtur.

Sup. hoc in Reſolutionibus not. præteritæ.

4. Notandum eſt etiam Cabreram *in 3. part. de Sacram. q. 64. art. 6. diſp. 1. §. 4. num. 20.* docere, quòd quando quis ex iuſta, & rationabili cauſa petit Sacramentum, poſſe illud petere à quocumque miniſtro malo, dummodo ſit paratus, & hoc extra caſum neceſſitatis : vnde *n. 24.* ſic ait : Quando virtute alicuius Iubilæi, aut priuilegij conceditur facultas eligendi Confeſſarium, & plures ſedent ad audiendas confeſſiones, quorum vnus, v.g. Petrus eſt concubinarius, tunc quamuis eligi poſſit alius Confeſſarius, vir probus, poteſt ſine peccato eligi Petrus, qui ſi cæteris ſit doctior, melius erit eum eligere, tametſi cæteris paribus, ſit peccatum veniale Petrum eligere, ſed nunquam erit mortale, niſi eſſet tam publicus peccator, vt confeſſio illi facta, eſſet ſcandalum allatura. Ita Cabrera, & poſt illum Carthagena *de Sacram. diſp. 7. c. 3. ver. 3.* Sed circa præſentem dubitationem præter DD. citatos vide Coninch. *de Sacr. q. 64. art. 8. dub. 5.* Suarez *in 3. p. tom. 3. diſp. 18. ſect. 2.* & alios penes ipſos.

RESOL. XXI.

An ſi quis ſine neceſſitate petat adminiſtrationem à malo Miniſtro, peccet mortaliter, ſiue Sacerdos, ſiue Miniſter ſit proprius ſuſcipientis Parochus, ſiue non ?

Et infertur quale peccatum ſit exigere iuramentum ab Infideli, parato iurare per falſos Deos, neceſſitate, aut vtilitate deficiente.

Idem eſt de petente mutuum ab vſurario parato.

Et quid, ſi aliquis peteret mutuum à prædicto vſurario ad erogandum meretricibus? Ex part. 7. tr. 12 & Miſc. 3. Reſ. 33. aliàs 31.

§. 1. NOn peccare mortaliter ſed tantùm venialiter cum aliquibus Doctoribus alibi probabiliter adnotaui; ſed quia poſtea rogatus ſum, ſi alios Doctores haberem, vt palam facerem, ideò nunc aſſero hanc ſententiam tanquam probabilem etiam admittere lumen illud fulgentiſſimum inclitæ Academiæ Salmaticenſis Valboa de Magronejo, *tom. 2. in c. 26. de Iureiurando, n. 71. & ſeq.* vbi ſic aſſerit : Dubium autem eſt quale ſit peccatum iuramentum exigere ab infideli parato iurare per falſos Deos neceſſitate, aut vtilitate deficiente. Hanc difficultatem explicant Doctores in ſimili caſu petentis mutuum ab vſurario parato ſub vſuris dare abſque vlla iuſta cauſa, dicentes talem petitionem eſſe peccatum mortale. Et mouentur, nam præceptum charitatis, & fraternæ correctionis obligat quemlibet ſub mortali ad vitandum mortale proximi, quando commodè, & abſque damno facere poteſt, vt aduertit Syluest. *verbo, vſura 7. quaſt. 1.* Aragon. *2. 2. queſtione 89. art. 6. dubio 2. concluſione 3.* vbi expreſsè de petitione iuramenti ab infideli parato iurare per falſos Deos, Molina *tom. 2. de Iuſtitia & Iure diſputat. 335. concl. 4.*

Alibi in Reſ. præterita & ſupra in Reſ. 18. §. 1. & infra in tract. 3. Reſ. 44. &c.

Sup. hac & ſeq. diffic. in tom. 7. tr. 5. ex doctrina, R. ſ. 60. ante & poſt medium, verſ. Docor. & ibi ex doctrina Reſ. 54. & 55. & pro iuramento infidelis contento in hoc textu in tom. 2. tr. 3. Reſ 16. § 2. poſt medium, verſ. Licitum eſt.

2. Quæ ſententia valdè probabilis eſt, & puto etiam probabilem eſſe opinionem ſolam eſſe culpam venialem, niſi aliàs alia adſit mortalis circumſtantia, v.g. ſi peteretur mutuum ad erogandum meretricibus, quo caſu ratione circumſtantiæ erit mortale, & audeo dicere ſolùm eſſe culpam venialem propter multorum Doctorum authoritatem ita dicentium, ſic Caietan. *2. 2. q. 78. artic. 4. & in verbo vſura, capit. penult.* Sotus *lib. 6. de Iuſtitia, & Iure, quaſt. 1. articul. 5. dub. 1.* Nauarro *capit. 17. num. 172.* Ledeſma *ſecundo Tomo, ſumma tract. 8. cap. 33. poſt concluſionem 29. lib. 2.* Bannez *2. 2. à q. 78. art. 4.*

3. Et confirmari poteſt exemplo petentis ſacramentum à malo miniſtro, de quo cognoſcitur

in peccato mortali ministraturum, & tamen is, qui petit etiam sine necessitate solum peccare venialiter, tenet tanquam certum Soto *in quarta distinct.* 1. *q.* 5. *art.* 6. *in vers.* 1. *itaque propositio sit.* Idem ergo dicendum videtur de petenti ab infideli iuramentum, qui paratus est iurare per falsos Deos absque iusta necessitatis, aut vtilitatis causa: Sed quamuis hæc sententia probabilis sit, prior autem, & verior, & probabilior mihi videtur. Ita Valboa.

4. Hanc sententiam absolutè tenet Cutillus *in Addit. ad Pract.* 4. *Mancini, dub.* 42. vbi ita ait: An quis petens Sacramentum ab aliquo Sacerdote veram facultatem illud administrandi habente, sed quem certò scit illud in mortali administraturum, mortaliter peccet, ac proinde Sacramenti receptio nulla sit & inualida.

5. Respondeo negatiuè, etiamsi ex deuotione Sacramentum recipere velit, siue Sacerdos, seu Minister sit proprius suscipientis Parochus, siue non, quia non minister absque vllo peccato, contritionem, v. g. eliciendo, Sacramentum administrare possit, vel si contritionem habere non possit, illius administrationem, se honestè excusando omittere queat, si illud postea cum peccato administret voluntariè omnino peccat, ac proinde sibi tale peccatum, imputare debet, & non petenti, qui hic & nunc exercet actionem licitam petendi, scilicet Sacramentum à vero, ac proprio illius ministro per potestatem ordinariam, vel delegatam ad hoc instituto, & quamuis petens in hoc occasionem peccandi administranti Sacramentum exhibere videatur, tamen huiusmodi occasio est occasio peccandi materialis, id est voluntariè accepta, ex eo quia vitalis ex parte ministri (vt probauimus) non verò formalis & peccaminosa. Quod aliqui intelligi volunt etiamsi Sacramenti susceptor alium Ministrum, qui Sacramentum sine peccato administraret facilè, seu commodè inuenire posset, ratio fortè potest esse, quia quamuis nos proximi peccatum cum aliquo nostro incommodo ex charitate euitare teneamur, id tamen intelligitur de illis peccatis in quibus vitandis proximus nostro adiutorio aliqualiter indigere videtur, quod in casu nostro non accidit, cum minister Sacramenti ex se si velit à peccato, quod tunc committit surgere & Sacramentum sine peccato administrare queat, alioquin si sententia in contrarium, locum habere posset omnes actiones licitæ, illicitæ redderentur, quod nullo modo admitti debet, nam scandalum passiuum, & voluntarium est peccatum proximi, puta iudicia temeraria, suspiciones, & his similia ex nostra licita actione desumpta, ad quod vitandum nullus vnquam dicet nos etiam cum aliquali nostro incommodo teneri, & ab actione hic, & nunc nobis licita cessare debere. Hucusque Cutellus. Ex his ego olim consului Regularem, quòd maximam verecundiam habebat confitendi sua peccata cuidam Confessario ex deputatis à superiore, potuisse sine culpa mortali petere administrationem Sacramenti pœnitentiæ ab alio Confessario deputato etiam à superiore, quem probabiliter timebat esse administraturum Sacramentum in peccato mortali.

RESOL. XXII.

An ad valorem Sacramenti requiratur positiuus consensus illud suscipiendi, maxime in adultis quoad Baptismum, & alia Sacramenta, vel sufficiat, quod non resistat? Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. Resol. 32.

§. 1. Quidam Sacerdos sumpsit Presbyteratus Ordinem, &, vt ipse aiebat, in eius susceptione neque actualiter, neque virtualiter habuit intentionem suscipiendi illum; scrupulis postea angebatur, quia ex D. Thoma *in* 3. *part. q.* 68. *art.* 7. Scoto *in* 4. *dist.* 4. *q.* 4. Coninch. *de Sacram. q.* 64. *art.* 8. *dub.* 5. & alus, communiter ad valorem Sacramenti in adultis requiritur positiuus consensus suscipiendi illud: ergo, &c.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Ref. 60. §. Nota etiam hic, vers. Ac in aliis. & seqq. & in tom. 4. tr. 8. Ref. 41. §. Restat. sed lege eam per totam, & aliá Ref. eius primæ not.

2. Sed ego tunc dictum Sacerdotem ab illa anxietate liberaui, non ex doctrina Caietani *in* 3. *p. quæst.* 68. *artic.* 7. & Ledesmæ *in* 4. *part.* 1. *q.* 9. *artic.* 7. asserentium ad valorem Sacramenti in adultis non requiri positiuum consensum, sed sufficere quòd non resistant, vt videtur expressisse Innocentius III. *in cap. maiores, de Baptismo.* Non, inquam, tunc hanc doctrinam adduxi, sed aliam, nempè quòd licèt in adultis requiratur, vt dictum est, positiuus consensus ad valorem Sacramentorum, sufficit tamen habitualis, id, est, præteritus non reuocatus, vt supponitur *in dict. cap. maiores:* & satis congruenter, quia suscipiens non se habet vt agens & operans, sicut se habet minister, sed tantùm se habet vt patiens, ac proinde non est necessarium consensum esse actualiter, neque virtualiter, vt ex eo tanquam ex efficiente deriuetur, & fiat Sacramentum; sed sufficit, quòd suscipiens aliquo modo consentiat in susceptionem Sacramenti; ad quod sufficit consensus præteritus nondum reuocatus. Et etiam sufficit consensus ex metu coactus, vt supponitur *in dict. cap. maiores,* & in Concilio Toletano IV. *can.* 55. quia consensus iste est simpliciter voluntarius, & liber, quamuis aliquid inuoluntarij habeat admixtum; imò non est necessarius consensus specialis, sed sufficit quilibet etiam generalis, quia quodlibet suscipiens dicitur in susceptionem Sacramenti consentire, vt consensus, quo quis Catholicè viuens desiderat aliquando vti mediis Ecclesiæ, vel ea sibi conferri, quando ipsis indigeat, & hunc ad minus præsumit Ecclesia in moribundo, quem extremè vngit, quamuis id non petierit. Et ita docet Hurtadus *de Sacrament. in genere disput.* 4. *diffic.* 15. doctè vt semper solet.

Quoad hoc in tom. 2. tr. 5 lege latam doctrinam, Resol. 114 à lib. 2. & vide etiam Ref. 5. eius secunda annot.

RESOL. XXIII.

An alia Sacramenta præter Baptismum, & Pœnitentiam aliquando conferant primam gratiam? Et doctrina huius quæstionis sequitur, quod si aliquis, v. g. non possit confiteri, & sumat Eucharistiam, putando se habere contritionem, si habeat tantum attritionem, adhuc ex sumptione Eucharistiæ obtinebit primam gratiam. Ex part. 5. tractat. 13. & Miscell. 1. Resolut. 1.

§. 1. Villalobos *ubi infrà*, & Hurtadus Complutensis ex Gabriele Vasquez *disp.* 3. *de*

Sup. hoc lege doctrinã Resol. not. seq. per totam.

Sacra

Sacram. in genere, diffic. 4. negatiuè reſpondent, ſecluſa Extrema-Vnctione, quia exiſtimat Hurtadus per hanc etiam conferri primam gratiam attritis, & abſque mala fide ſuſcipientibus illam.

2. Verùm ego libenter affirmatiuæ ſententiæ adhæreo. Dico igitur quinque Sacramenta viuorum conferre primam gratiam aliquando, videlicet quando peccator accedit attritus, exiſtimans bona fide ſe eſſe in ſtatu gratiæ abſque peccato mortali, quia de diuina clementia credi poteſt, quòd voluerit ſic accedenti conferri primam gratiam. Id tamen non eodem modo defenditur ab auctoribus huius ſententiæ, quia alij exiſtimant id habere dicta Sacramenta per ſe, & ex primaria inſtitutione eorum ſecundùm rationem genericam Sacramenti, quamuis ſecundùm ſpecificam fuerint inſtituta ad conferendum augmentum gratiæ; alij verò exiſtimant id habere dicta Sacramenta ex inſtitutione ipſorum ſecundùm rationem ſpecificam, ſecundariò tamen, & per accidens. Et hanc ſententiam probabilem eſſe docent ipſimet aduerſarij, & ideo Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 4. *difficult.* 7. *num.* 1. ſic ait: [Es probable que los ſacramentos de los viuos dan primera gracia, porque los Sacramentos de los muertos dan augmento de gracia, quando los recibe vn hombre que eſtà en gracia, loqual parece de per accidens, pues no fueron inſtituydos para eſſo principalamente; luego tambien los Sacramentos de los viuos daran la primera gracia de per accidens al que llegare con ſuficiente diſpoſicion, la qual parece que tiene el que llega con buena fè, y no pone eſtoruo al efeto de los Sacramentos.] Ita ille, & abſolutè noſtram ſententiam docent Coninch. *de Sacram. quaſt.* 62. *art.* 1. *dub.* 2. Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 26. *num.* 45. & alij. Hæc opinio ſatis animarum conſolatoria eſt. Ex illa ſequitur quòd ſi aliquis, v. g. quia non potuit confiteri, ſumeret Eucharistiam, putando ſe habere contritionem, ſi habeat tantùm attritionem: adhuc ex ſumptione Sacramenti obtineret primam gratiam.

Sup. hoc in tom. 2. tt. 2. ex doctrina Reſ. 32. §. 1. in fine, & §. vlt. etiam in fine, ſed lege eam per totam.

RESOL. XXIV.

Quæ Sacramenta fictè ſuſcepta, recedente fictione, conferant gratiam; an ſolus Baptiſmus, & Pœnitentia, vel etiam cætera Sacramenta? Ex part. 5. tract. 13. & Miſc. 1. Reſol. 30.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in tom. 2. et 1. Reſ. 151. §. Sed ego in fine. & in §§. ſeqq. ibi. Sed ne deſeras videre eam per totam, quia curioſa & noua.

§. 1. Dicam breuiter quæ DD. dicunt. Durandus *in* 4. *diſt.* 4. *q.* 4. & Canus *de pœnit. p.* 5. docent Baptiſmum, & pœnitentiam conferre gratiam recedente fictione. Maior. *in* 4. *diſt.* 4. *q.* 2. & Couarruuias *in cap. Alma mater part.* 1. §. 4. *n.* 23. Baptiſmum, Confirmationem, Ordinem, & Matrimonium pro tempore, quo durat vinculum ipſius, & Extremam-vnctionem pro tempore, quo in infirmitate, in qua datur, durat periculum mortis. Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *diſp.* 28. *ſect.* 6. Baptiſmum, Confirmationem, Ordinem, Matrimonium, Extremam-Vnctionem, & Pœnitentiam. Vaſquez *in* 3. *part. tom.* 2. *diſc.* 161. Sotus *in* 4. *diſt.* 6. *quaſt.* 1. *artic.* 8. & alij, conferre gratiam recedente fictione, putant ſoli Baptiſmo conuenire. Sed alter Sotus, Petrus ſcil. *in inſtit. Sacerd. lect.* 5. *de Baptiſmo*, & Caietanus *tom.* 1. *opuſc. tract.* 5. docent omnia ſeptem Sacramenta fictè recepta conferre gratiam, dicta fictione poſteà recedente.

2. Vnde meritò dixit Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 5. *difficult.* 21. *num.* 2. [Que en eſta queſtion no ay coſa cierta.] Ipſe tamen magis probabiliter tenet, [que todos los Sacramentos quitada la ficcion, tienen ſu efeto;] & ratio eſſe poteſt, quia Baptiſmus ideò confert gratiam recedente fictione, quia quamuis gratia Baptiſmi ſuppleri poſſit per contritionem, id tamen eſt melius, & vtilius hominibus; ſed etiam eſt illis melius & vtilius, quòd reliqua Sacramenta fictè ſuſcepta, poſtea recedente fictione conferant gratiam: ergo id etiam eſt illis tribuendum, ſicut & Baptiſmo.

RESOL. XXV.

An omnia Sacramenta, vel ſolus Baptiſmus habeat effectum, recedente fictione? Ex part. 3. tract. 4. Reſolut. 15.

§. 1. Magiſter Sotus *in* 4. *diſt.* 6. *quaſt.* 1. *art.* 8. hoc priuilegium ad ſolum ſacramentum Baptiſmi reſtringit; alij verò extendunt etiam ad ſacramentum Ordinis, & Confirmationis. Ita Syluius *in* 3. *part. quaſt.* 69. *art.* 10. vbi citat Canum, Syluestrum, Paludanum, Gabrielem, & alios. Sed Caietanus *tom.* 1. *opuſc. tract.* 5. *q.* 5. de confeſſione informi; & alij abſolutè docent omnia Sacramenta, ſi cum fictione ſuſcipiantur, illa poſtea recedente conferre ſuum effectum gratiæ ſanctificantis; & ego hanc ſententiam cum Cabrera *vbi ſupr. de Sacr. quaſt.* 69. *art.* 10. *diſp.* 4. *num.* 9. libenter amplector, quia multum extollit, & amplificat dignitatem Sacramentorum, licèt Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 7. *difficult.* 23. *num.* 1. & Suarez *in* 3. *p. tom.* 3. *diſp.* 63. *ſect.* 8. negatiuam ſententiam doceant quo ad ſacramentum Euchariſtiæ; ſed vnuſquiſque (ait Cabrera) eligat quam maluerit.

Sup. in Reſ. præterita, & in tom. 2. tr. 1. ex curioſa doctrina Reſo. 151. §. Sed ego. in fine, & ſeqq.

RESOL. XXVI.

Quæ peccata ſint, quæ remittuntur per Baptiſmum, recedente fictione?

Et quæ peccata ſint, recedente fictione, explicanda, vel non explicanda in confeſſione?

Et an ſola attritio ſine Sacramento Pœnitentiæ ſit ſufficiens ad remouendam fictionem? Ex part. 3. tractat. 4. Reſol. 14.

§. 1. Hæc quæſtio ad mores maximè vtilis eſt, ideo declarabo magis titulum, an per Baptiſmum recedente fictione remittantur omnia peccata, non ſolùm quæ antecedunt Baptiſmum, ſed etiam ipſum peccatum fictionis, & alia quoque peccata, quæ in ipſa reali Baptiſmi ſuſceptione perpetrantur, & denique ea, quæ Baptiſmum ſubſequuntur; an potiùs omnia iſta peccata remittantur per pœnitentiam, per quam tollitur fictio in ordine ad claues Eccleſiæ, ita vt fictè, id eſt, ſine attritione baptizatus, poſtea in confeſſione ſacramentali huiuſmodi peccata confiteri teneatur.

2. Prima opinio eſt Scoti *in* 4. *diſt.* 4. *quaſt.* 5. vbi aſſerit, omnia peccata, quorum homo attritionem non habuit, ſaltem cùm ad Baptiſmum acceſſit, poſtea recedente fictione per pœnitentiam deleri, tenerique ipſum hominem fictè baptizatum de illis peccatis pœnitere, & ratione ſui, & quatenus fuerunt fictionis cauſa in Baptiſmo, & conſequenter

ſequenter in confeſſione ſacramentali erunt explicanda.

3. Secunda ſententia eſt Soti *in 4. diſt. 6. q. 1. art. vlt.* aſſerentis, quòd per Baptiſmum remittuntur recedente fictione, omnia peccata antecedentia ipſum Baptiſmum, non tamen illa, quæ ſunt ſimul cum ipſo Baptiſmo, vel perpetrata poſt illum, quæ omnia neceſſariò in confeſſione ſunt aperienda.

4. Sed ego per concluſiones veram ſententiam explicabo. Prima concluſio. Fictio non remittitur per Baptiſmum, ſed per pœnitentiam in ordine ad claues, atque adeò neceſſariò eſt explicanda in confeſſione ſacramentali. Secunda concluſio. Omnia peccata ante Baptiſmum commiſſa, & omnia etiam quæ in ipſa Baptiſmi ſuſceptione perpetrantur, ſiue ſint ſacrilegia contra Baptiſmum, ſiue non, delentur recedente fictione per Baptiſmum, etiam ſi fictè baptizatus nullam prorſus attritionem habuiſſet in ipſo Baptiſmo, & ideò omnia ſupradicta peccata, non ſunt recedente fictione in confeſſione explicanda. Tertia concluſio; peccata poſt ſuſceptionem Baptiſmi commiſſa, recedente fictione, remittuntur per pœnitentiam in ordine ad claues Eccleſiæ, atque adeò quamdiù in confeſſione non aperiuntur, vt per ſacramentum Pœnitentiæ re ipſa applicatum deleantur, requiritur contritio ad tollendam fictionem, & conſequendum effectum Baptiſmi. Et hæc omnia mutuatus ſum à Cabrera *de Sacram. q. 99. art. 10. diſp. 2. §. 2. 3. 4. & 5.* Syluio *in 3. part. q. 69. art. 10.* Ioan. de la Cruz *in direct. conſcient. part. 2. de Baptiſmo, q. 4. dub. 4. concluſ. 2.* Villalobos *in ſumma, tom. 2. tractat. 5. difficult. 20.* per totam, & Nugno etiam *in 3. part. tom. 1. quæſt. 69. art. 10. dub. 2.* qui etiam pro praxi quærunt,

5. An ſola attritio ſine ſacramento Pœnitentiæ ſit ſufficiens ad remouendam fictionem? Affirmatiuè reſpondent Paludanus *in 4. diſt. 4. q. 5.* & Syluester *verb. Baptiſmus 4.* circa finem, quia fictio eſt obex Baptiſmi, ſed obex Baptiſmi tollitur per attritionem, vt omnes concedunt; ergo illa ſufficit. Si enim attritio eſt ſufficiens diſpoſitio, vt Baptiſmus in actuali ſuſceptione habeat ſuum effectum, cur non erit ſufficiens ad remouendam fictionem, vt poſtea Baptiſmus ſuum effectum conſequatur?

6. Reſpondeo; duobus modis quis cum fictione ad Baptiſmum poteſt accedere. Primò, quia videns, & ſciens ſe accedere in peccato mortali, vel cum ignorantia craſſa vincibili ſuſcipit Baptiſmum & iſte dicitur fictus propriè loquendo, & nouum ſacrilegij peccatum committit. Secundò poteſt accedere cum peccati mortalis complacentia, ſed excuſatur à nouo peccato ſacrilegij, ratione ignorantiæ inuincibilis; vel quia putat non eſſe neceſſariam aliam diſpoſitionem præter fidem, & voluntatem Baptiſmi; vel quia putat ſe eſſe attritum, cùm re vera non ſit. Hoc ſuppoſito, dico quòd fictio primi generis tolli non poteſt per ſolam attritionem ſine Sacramento; ſecus verò ſi fictio ſit ſecundi generis, nam iſta tollitur per attritionem ſine ſacramento Pœnitentiæ, quia in homine ſic accedente ad Baptiſmum non eſt neceſſarium ſacramentum Pœnitentiæ, nam ſuppono omnia illius peccata anteceſſiſſe Baptiſmum. Ergo omnia tollenda ſunt virtute ſolius baptiſmi, atque adeò tollentur cum diſpoſitione ſufficienti per ſe cum ſolo Baptiſmo. Ita Cabrera *vbi ſuprà, diſp. 3. §. 1. 2. & 3.*

RESOL: XXVII.

An habente infantem baptizandum morti vicinum, & Sacerdote recuſante eum baptizare, niſi detur quantitas pecuniæ, nec alia via poſſit conferri baptiſmus, licitum ſit ei præbere pecuniam?

Et an hoc non ſolum pro infante, ſed etiam pro adulto licitum ſit?

Idem dicendum eſt, quando agitur de abſolutione in extrema neceſſitate. Ex p. 5. tr. 3. Reſ. 29.

§. 1. NEgatiuam ſententiam docet D. Thom. *in 4. diſt. 6. q. 2. art. 2. & diſt. 25. q. 3. art. 3.* & inſinuat *in 2. 2. qu. 110. art. 2. ad 1.* Idem docet Alexander de Alex. *part. 2. q. 187. memb. 3. art. 1. §. 1.* Richardus *in 4. diſt. 25. art. 2. q. 1.* Paludanus *eadem diſt. q. 8.* & alij. & ratio eſt, quia emere Sacramentum eſt intrinſecè malum, ſicut & vendere. ergo nullo caſu erit licitum. Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Reſ. 4. & ſignanter §. Verùm.

2. Verùm his non obſtantibus affirmatiuam ſententiam tenendam eſſe puto, quia ſi in iſta pecuniæ enumeratione aliqua eſſet inordinatio, in hoc eſſet, quòd numerando pecuniam videtur quis conſentire venditioni rei ſpiritualis, & pretium temporale exæquare rei ſpirituali; ſed neutrum eſt in hoc caſu, non enim numerans conſentit magis venditioni, quàm petens mutuum, conſentit iniquæ voluntati vſurarij. & ſi conſentiret, tantùm conſentiret tanquam in minus malum; minus enim malum eſt, vt Sacerdos vendat Baptiſmum, quàm vt infantem in æternum perire ſinat. Neque etiam cenſetur æquare pecuniæ ſummam, quamuis notabilem Baptiſmo, quia non dat illam vt pretium Sacramenti, ſed vt medium neceſſarium ad alliciendum Sacerdotis illius animum, & Sacramentum obtinendum. Et confirmatur, quia ſi alius Sacerdotem impediret, ne Baptiſmum conferret, poſſet ei dari pecunia, vt ceſſet impedire, cur non etiam poſſet dari ipſi Sacerdoti, vt tollat impedimentum, quod ipſe ſibi per malitiam, & auaritiam ſuam poſuit? Confirmatur ſecundò, licet Sacerdotem illum ſecundùm Adrianum inducere minis, precibuſque, cur non & pecunia? Confirmatur tandem, quia omnia bona temporalia conceſſa ſunt homini vt iuuent eum ad ſalutem conſequendam; ergo ſi Sacramentum ad ſalutem mihi neceſſarium, non poſſim propter malitiam Miniſtri aliter obtinere, quàm dando mea temporalia, nihil inordinatum committam. Et ita hanc ſententiam docet Leſſius *lib. 2. cap. 35. dub. 7. num. 13.* Igitur in tali caſu licitum eſt offerre pecuniam, non quidem tanquam pretium Sacramenti propriè, ſed tanquam medium alliciendi animum alterius ad dandum Sacramentum. Vnde ex dictis ſequitur non ſolùm pro infante, ſed etiam pro adulto poſſe dari pecuniam ad alliciendum animum Sacerdotis, ſi alioquin abſque Baptiſmo moriturus eſſet, quia illa neceſſitas ſufficiens eſt ad tollendam irreuerentiam, & non minus cenſetur dari ad redimendam vexationem, quàm in caſu infantis, quia eſt iuſtus metus damnationis. Idem dicerem quando agitur de abſolutione in extrema neceſſitate. Sup. hoc in tom. 5. tr. 7. Reſ. 14. §. vlt. & in Reſ. annot. præteritæ §. penult. Sup. hoc in Reſ. not. primæ huius Reſ. ſignanter in eius §. Vnde, & ſeqq.

RESOL.

RESOL. XXVIII.

Vtrùm Parentes quamprimùm teneantur baptizare infantes?

Et explanatur, quomodo intelligendum sit illud quamprimùm. Ex p. 3. tract. 4. Ref. 8.

Sup. contento in hac Ref. in seq. Ref. & quamuis non plenè sup. quæstionibus huius Ref. lege tamen in tom. 3. tr. 1. doctrinam Ref. 7. & quamuis etiam non plenè in hoc casu pro aduerbio *quamprimùm* posito in lin. 3. huius Ref. Vide infrà in tr. 3. ex Ref. 170. §. Ego olim. &c.

§. 1. Communiter affirmatiuè respondent DD. sed quomodo intelligendum sit illud *quamprimùm*, arbitrio prudentis viri committunt Henriquez *lib. 2. c. 4. n. 3.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 25. sect. 2.* & alij, attentis circumstantiis, & cuiusque Ecclesiæ consuetudine.

2. Sed Sotus *in 4. sent. dist. 5. quæst. vnic. 3.* in particulari descendens sic asserit. Cùm puer statim baptizari iubetur, non intelligitur eadem natiuitatis die aut tertia, aut quarta, sed quando commodè potest in Ecclesiam portari, & mergi, quod est octauo die, vt moris est, vel decimo, aut duodecimo die. Ita Sotus qui loquitur absolutè de omnibus baptizandis, & vbi patrinus expectaretur.

3. Non reticebo tamen in nostra Synodo Panormitana celebrata anno 1615. ab Eminentissimo Cardinali ab Auria circa præsentem casum ita determinatum esse *p. 2. cap. 1. num. 2.* Natum infantem ij, quorum ea est cura, ante nonum diem ad suscipiendum in Ecclesia Baptismum deferant, quod si neglexerint, excommunicationis pœnæ subiaceant. Ita Synodus.

RESOL. XXIX.

Quando infantes Christianorum sint baptizandi à parentibus, vel tutoribus?

Sed difficultas est, an consuetudo Ecclesiæ obligans sub mortali parentes ad baptizandum infantes, sit vbique? Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 1.

Sup. hoc in Ref. præterita.

§. 1. In mortis periculo adesse Præceptum diuinum baptizandi infantes, certum est. Difficultas est extra periculum mortis. Et tunc etiam adesse tale Præceptum docet Granado *in 3. par. contr. 4. tract. 4. disp. 4. num. 4.* cum Soto, & Valentia.

Quamuis non plenè sup. hoc. & doctrina seq. in hac Ref. lege tamen in tom. 1. [illegible] 1. Ref[illegible] vide hic infrà doctrinam. Ref. 32.

2. Probatur: quia adulti diuino Præcepto tenentur baptizari, cùm primùm commodè possunt, vt Suarez ipse, & alij concedunt: ergo simile Præceptum obligat ad baptizandos infantes, cùm primùm commodè possint. Patet consequentia: quia, si attendamus Scripturam, & Ecclesiæ traditionem, non magis ex illis colligitur diuinum Præceptum statim baptizandi adultos, quàm infantes: si verò consideretur necessitas recipientium, multò maior est in paruulis, qui per votum Baptismi non possunt obtinere salutem, quàm in adultis, qui sine reali susceptione Baptismi iustificari, & saluari possunt. Ergo non minus, sed magis obligat lex diuina ad pueros baptizandos: & cùm illi non sint obligationis capaces, Præceptum hoc obligauit eos, quibus puerorum cura demandata est.

3. Confirmatur: quia eadem omninò ratio, qua *suprà* probatum est, adultos obligari ad Baptismum statim recipiendum aliquo diuino Præcepto, probat etiam, pueros esse baptizandos statim. Nec est, vnde sufficienter colligatur, Ecclesiam imposuisse Præceptum baptizandi pueros, & non potiùs declarasse ipso vsu, & consuetudine Ius diuinum, quod ex verbis Ioan. 3. sufficienter colligitur. Cùm enim ex Christi Domini institutione Baptismus sit necessarius, non solùm, vt quis gloriam consequatur; sed vt in hac vita iustificetur, & pertineat ad Ecclesiam, sufficienter infertur, non solùm voluisse Christum Dominum obligare, vt recipiatur in mortis articulo; sed etiam extra illum, quando primùm commodè recipi potest: cùm ergo Baptismus commodè recipi possit in infantia, in illa tenebuntur parentes, vel tutores hac diuina lege pueros baptizare.

4. Sed mihi magis placet opinio Suarez *in 3. part. disp. 25. sect. 2.* & aliorum. Dicendum est igitur, extra casum necessitatis nullum extare diuinum Præceptum, quod obliget ad baptizandos hos infantes filios Christianorum ante vsum rationis. Neque enim Scriptura, vel traditione ostendi potest de hac re positiuum Præceptum; neque etiam est naturale, quod ex aliis principiis fidei necessariò sequatur. Dices: Ipsa quotidiana necessitas, & morale periculum, quod est in illa tenera ætate, videtur esse sufficiens causa, vt ex vi institutionis Baptismi orta sit hæc obligatio. Respondetur, hanc quidem rationem ostendere, rem esse valdè conuenientem, non tamen simpliciter necessariam: quia illa necessitas non est tanta, vt ex illa oriatur morale periculum moriendi sine Baptismo præcipuè cum hoc Sacramentum possit tanta facilitate administrari, vt rarissimè possit euenire casus, in quo moraliter ob acceleratam infantis mortem dari non possit.

5. Itaque existimo, Ecclesiastico iure necessarium esse baptizare hos infantes ante vsum rationis. De hac enim re non inuenio Ius Canonicum, quod scriptum sit: tamen recepta Ecclesiæ consuetudo, sufficiens videtur ad hoc Ius introducendum: cuius indicium esse potest, quòd si quis fidelium vellet contra hanc consuetudinem agere, magnum scandalum in aliis generaret, nisi euidens aliqua necessitas ad Baptismum differendum cogeret. Quocirca & Pastores Ecclesiæ tenentur adhibere curam, vt hi paruuli maturè baptizentur, & parentes etiam tenentur eos ad Baptismum offerre. Quòd si ipsi negligentes sint, vel etiam si sint inuiti, Pastores Ecclesiæ eos debent obligare, & cogere, vel, si opus sit, etiam ipsis inuitis filios baptizare: quia neque horum consensus est simpliciter ad Baptismum necessarius, neque habent ius, differendi filiorum Baptismum contra legem, seu consuetudinem Ecclesiæ.

6. Sed difficultas est, an talis consuetudo obligans sub culpa mortali, parentes ad baptizandum infantes, sit vbique. Dubitat nouissimè Marcus Serra *in 3. part. D. Thomæ, qu. 68. art. 3.* vbi sic ait: [Quamuis de hac re nullum sit Ius canonicum scriptum; tamen recepta Ecclesiæ consuetudo, sufficiens videtur ad hoc Ius introducendum. An verò hæc consuetudo sit totius Ecclesiæ, mihi non constat: sed, si verum est, quod fama sparsit, Ludouicum XIII. Galliæ Regem morti proximum præcepisse baptizari Delphinum, filium suum successorem, qui tunc iam septem, vel octo annos compleuerat; suspicor, in Gallia talem consuetudinem non extare, propter quod dixi, vbi est consuetudo.] Ita ille. Verùm eius opinio mihi non placet: nam Doctores absolutè asserunt, consuetudinem obligatoriam baptizandi infantes adesse vbique: & falsum est, quod ipse asserit, talem consuetudinem non extare in Gallia. Et exemplum Ludouici XIII. est falsum, vt mihi fide digni testantur,

7. Restat

Sup. hoc tẽpore in §. 1. Ref. præterita à lin. 2.

7. Restat modò videre, ad complementum quæstionis, quanto tempore parentes possunt differre Baptismum infantium. Granadus *vbi suprà, num.* 2. ex Soto, Valentia, & Henriquez asserit, non licere vsque ad duodecimum diem Baptismum differre sine peccato mortali, nisi vrgeret aliqua grauis causa. Id, quod suadet consuetudo Ecclesiastica baptizandi octauo die; vltra quem dilatio duorum, vel trium dierum, non videtur grauis. Sed plus addit Castrus Palaus *tom.* 4. *tract.* 19. *disp. vnica, punct.* 9. *num.* 4. sic enim asserit: [Quæ autem sit diuturna dilatio sufficiens ad peccatum mortale, arbitrio prudentis iudicanda est, teste Suarez *disp.* 25. *sect.* 2. §. *Sed quæres*: & Henriquez *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Crederem autem, seclusa graui causa, vltra mensem à natiuitate diuturnam esse dilationem: quia est dilatio contra communem praxim, & periculo scandali satis exposita. Stante verò causa graui, qualis fortè est, vt Baptismus maiori cum solemnitate fiat, permitti potest dilatio vltra mensem vnum, sed non duos: adhibita tamen speciali diligentia, ne paruulo periculum contingat decedendi sine Baptismo.] Ita ille. Vide Layman, *lib.* 5. *tractat.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 4. *num.* 2. cui adde, me citato, Leandrum *de Sacram. tom.* 1. *tractat.* 2. *disput.* 1. *quæst.* 14.

RESOL. XXX.

An ad suscipiendum Baptismum sufficiat attritio cognita?

Idem dicendum est quoad Sacramentum Pœnitentiæ.

Et an, vt attritio sufficiens sit ad Baptismum, sit necesse, quod sit supernaturalis obiectiuè, vel sufficiat qualiscumque pœnitentia imperfecta? Ex part. 3. tract. 4. Resolut. 13.

§. 1. NEgatiuè respondet Adrianus *in* 4. *de pœnit. q.* 1. *concl.* 5. *art.* 3. Alexander de Ales, 4. *part. q.* 18. *membr.* 2. *art.* 1. Medina *Cod. de confess. quæst. de confess. ficta iteranda.* Corduba *in quæstionario lib.* 1. *q.* 2. & Vega indicat *lib.* 13. *in Concil. Trident. cap.* 14. Ledesma 2. *p.* 4. *q.* 20. *art.* 1. Victoria *in sum. Sacr. n.* 258. & alij, & septem rationes adducit Cabrera pro hac firmanda opinione.

2. Sed ipse meritò illam impugnat *de Sacram. q.* 69. *art.* 8. *disp.* 2. §. 5. *&* 10. & Villalobos *in summa, tom.* 1. *tract.* 5. *diffic.* 19. *num.* 3. sic ait: [Sufficiente disposicion para este Sacramento es la atricion, y no se requiere contricion, assi lo tienen S. Thomas, Scoto, y es comun. El fundamento es, porque para el Sacramento de la penitencia no es necessario mas que esto, luego lo mismo se ha de dezir aqui, donde se concede mas facilmente el perdon, y no es menester que esta atricion sea tenida por contricion, como tambien diremos en el Sacramento de la Penitencia. Esta atricion es necessario, que sea sobrenatural, porque de otra manera no seria verdadera disposicion para la gracia.] Ita ille, & ante illum docet etiam hanc sententiam Nugnus *in* 3. *part. tom.* 1. *q.* 69. *art.* 9. *dub.* 2. vbi contrariam improbabilem esse affirmat.

Sup contento in hoc versic. vsque ad seq. infra in tr. 3. Ref. 108. §. 1. 2 & 3. & in aliis eorum notationum.

Sup. hac attritione infra in principio, §. vlt. huius Ref.

3. Dicendum est igitur, attritionem cognitam esse sufficientem dispositionem ad Sacramentum Baptismi, vnde si quis videat se non habere contritionem, licitè potest accedere ad hoc Sacramentum, & iustificatur in illo, & idem dicendum est quoad Sacramentum Pœnitentiæ.

4. Sed plus addit Pitigianus *in* 4. *tom.* 1. *dist.* 4. *q.* 4. *art.* 3. *concl.* 3. vbi sic ait, Attritio sufficiens ad effectum Baptismi non est necesse, quòd sit supernaturalis obiectiuè, sed sufficit qualiscumque pœnitentia imperfecta, quæ tamen absolute remoueat affectum ad peccatum, id est, faciat vt ampliùs non vigeat, qualis est illa pœnitentia, quæ est de ipsis peccatis in se, sub quacumque ratione quis illa detestetur, siue ea ratio sit quatenus sunt offensa Dei, siue vt habent reatum pœnæ æternæ, siue vt habent ignominiam, siue ob quemcumque alium eiusmodi respectum, quæ pœnitentia solet nominari attritio imperfecta. Sic Pitigianus, & ante illum Sotus & Cano, quos refert, & meritò impugnant Ioan. de la Cruz *in direct. consc. p.* 2. *de Baptismo, quæst.* 4. *dub.* 3. *conclus.* 2. Nugnus *vbi supra dub.* 4. & Cabrera cum aliis, quia attritio naturalis non est proportionata dispositio ad gratiam, quæ est forma spiritualis.

Sup. hoc & sequenti doctrina infra in tr. 3. Ref. 95. §. vlt. & ex Ref. 107. §. Notandum est & ex Ref. 108. § 1. & 2.

RESOL. XXXI.

An propter imminentem mortem liceat adulto differre susceptionem Baptismi, aut illam prætermittere; cum tamen alioqui possit vitam conseruare, si Baptismum omittat?

Et cursim infertur, an adulto non sit medium necessarium ad salutem Baptismus in re susceptus, sed in voto sufficiat? Ex part. 5. tractat. 3. Resolut. 9.

§. 1. VT, v. g. si quis minaretur mortem adulto, si baptizetur, cùm tamen alioqui posset vitam conseruare, si Baptismum omittat. Et in hoc euentu certum est in primis licere differre Baptismum propter vitandum eiusmodi periculum, si postea creditur adfuturam occasionem recipiendi hoc Sacramentum. Deinde licèt certò sciretur postea non fore suscipiendum Baptismum, nemo, per se loquendo, obligaretur illum recipere cum tanto vitæ periculo; quod quidem ferè omnes Doctores sentire, affirmat Suarez *disp.* 31. *sect.* 3. *paulò post initium*, probarique potest, quia adulto non est medium necessarium ad salutem Baptismus in re susceptus, sed in voto sufficit, vt suprà dictum est; ergo cùm aliunde amor vitæ maximus sit, & magna obligatio illam prudenter conseruandi, non tenebitur adultus subire manifestum vitæ discrimen, vt Sacramentum recipiat, sed satis erit si eliciat contritionem, & poterit æternam adipisci salutem. Denique addo in prædicto casu non teneri adultum omittere Baptismum. Et quidem si ex Baptismi omissione proueniret graue aliquod incommodum contra Catholicam Religionem, ereareturque aliqua infamia Ecclesiæ, non solùm posset, sed teneretur non omittere Baptismum, quia maioris momenti est honor fidei nostræ, quàm vita vnius, imò & plurium hominum; propterèaque dicebam, per se loquendo, non teneri adultum ad Baptismum cum vitæ discrimine, quia per accidens teneri posset, vt in prædicto, & similibus casibus. Verumtamen licèt nullum eiusmodi incommodum ex omissione Baptismi proueniret, non videtur homo teneri omittere hoc Sacramentum propter periculum mortis, si certò sciat non habiturum postea copiam Baptismi. Probatur, quia hoc non est sibi ipsi mortem inferre, quod est intrinsecè malum, sed mortem ab alio infligi permittere, quod quidem sæpè licitum est, vt constat ex materia de homicidio, quando occurrunt

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. ex doctrina Ref. 136. paulo post initii, vers. Secundo. & in tom. 7. tr. 5. Ref. 76. §. Quinto infertur.

runt graues causæ eiusmodi permissionis; in præsenti autem grauis causa occurreret, quia licèt Baptismus in re susceptus, non sit adulto omninò necessarius ad salutem, sed contritio possit eius defectum in necessitate supplere, adhuc tamen est multo facilius per ipsum Baptismum iustificari, & sæpè valdè incertum an homo habeat contritionem, præsertim quando de nouo accedit ad fidem, & prius fuctat infidelis: ergo vt in tanto negotio prospiciatur vitæ spirituali, & eligatur medium longè securius ad salutem, non erit illicitum contemnere vitam temporalem alioqui incertam. Et hæc omnia docet Iacobus Granado, *de Sacrament. contr.4.tract.4.disp.2.num.8.*

RESOL. XXXII.

An adulti sufficienter instructi teneantur quamprimum suscipere Sacramentum Baptismi?

Et quid est huiusmodi tempus?

Et an, si ex incuria Parentum infantes non sint baptizati, & nolint in adulta ætate baptizari, possint ad id compelli?

Et an, si Parentes non baptizarent infantem surdum, cæcum, & mutum, sit baptizandus in adulta ætate?

Et contra Caietanum non ponitur in dubium Constantinum, ante finem vita fuisse baptizatum. Ex part.9. tract.6. Misc. 1. Resol. 2.

Sup. in to. 3. tr. 1. lege doctrinam Ref. 7. & hic supra ex Resolut. 25. §. 2. & 3.

§. 1. AD hanc quæstionem Serra *in 3. part. D. Thomæ, q.68. art.3.* putat, adultis non baptizatis etiam sufficienter instructis; & idoneis nisi periculum mortis immineat, non esse iure diuino determinatum tempus, vltra quod, si Baptismum differant, peccent mortaliter: teneri tamen sub mortali Baptismum non differre vsque ad mortem, & ante illam non differre illum per multum tempus voluntariè, & absque sufficienti ratione. Primam partem docet D. Thomas, *in 4. dist.17. q.3. art.1. quæstiunc. 4.* vbi sic habet: [Ad Baptismum percipiendum non tenetur aliquis statim, postquàm habet propositum Baptismi, ita quòd peccet mortaliter, nisi statim baptizetur: nec est aliquod tempus determinatum, vltra quod, si Baptismum differat, peccatum mortale incurrat, &c.] Si periculum mortis immineat, etiam per se loquendo, obligatur aliquis ad Baptismum suscipiendum.

2. Secundo probatur: nam, quod est huiusmodi tempus? Si dicas esse primam opportunitatem, & occasionem, qua possunt commodè Baptismum recipere: contra hoc est, quod *loco proxime citato*, ait: D. Thomas: Præcepta affirmatiua non obligant ad statim, sed ad tempus determinatum, non quidem ex hoc, quòd tunc commodè impleri possunt, quia sic si non daret aliquis eleemosynam de superfluo, quandocumque pauper offertur, peccaret mortaliter, quod falsum est: sed ex hoc, quòd tempus necessitatem vrgentem adducit. Ergo, cùm Præceptum suscipiendi Baptismum sit affirmatiuum, non obligat, quamprimùm commodè recipi potest, (sicut nec Præceptum diuinum Confessionis Sacramentalis, de quo *ibi* agit D. Thomas, obligat statim oblata opportunitate,) sed quando tempus necessitatem vrgentem adducit.

3. Verùm ego existimo, adultum teneri diuino Præcepto recipere Baptismum, cùm commodè potest: & ita docet Hurtadus, *disp. 1. diffic.16.* Filliucius, *tom.1. tract.2. cap.6. num.131.* Coninch. *in 3. part. q.68. artic.3.* Leander *de Sacrament. tom.1. tract.1. disp.1. num.12.* Suarez *in 3. part. tom.3. disput.31. sect.1.* Valentia *tom.4. q.3. punct.4.* Henriquez, Granadus, Castrus Palaus & alij. Probatur: quia certum est, Præceptum Baptismi obligare: ea autem obligatio, non solùm restringenda est ad articulum mortis, cùm iam tunc finiatur via spiritualis, & ad terminum perueniatur; Baptismus autem institutus sit, vt initium vitæ spiritualis, & ianua Sacramentorum, quibus ad terminum cœlestis patriæ properamus: obligat ergo Præceptum hoc ante mortem, sed non est aliud tempus in vita, quo verisimilius sit obligare, quàm cùm primùm commodè recipi potest Sacramentum: ergo.

4. Confirmatur, quia adultus tenetur credere, cùm primùm ei sufficienter proposita sunt mysteria fidei: ergo etiam tenetur recipere Baptismum, cùm primùm commodè potest. Patet consequentia: quia, sicut fides statim obligat, quia est fundamentum vitæ spiritualis; ita etiam obligat Baptismus, qui est ianua Ecclesiæ, & necessariò prærequisitus ad recipienda alia sacramenta; & vt homo fit particeps orationum Ecclesiæ, gubernatique possit à Pastoribus qui curant Dominicum Gregem, & erga non baptizatos non habent iurisdictionem.

5. Nec obstant rationes dubitandi: nam, licèt in Scriptura, & Patribus non determinetur tempus, sufficienter illud colligitur ex ipsa rei natura, supposita necessitate Baptismi: & quamuis sit affirmatiuum Præceptum, adhuc potest obligare statim, si non adsint rationes peculiares, ob quas differri oporteat: sic enim obligat statim Præceptum recipiendi fidem sufficienter propositam: & tamen est affirmatiuum. Satis ergo est ad rationem Præcepti affirmatiui, si non obliget quoad omnes circumstantias; sed aliquæ occurrere possint, ratione quantum liceat differre executionem: & ita res se habet in præcepto Baptismi: propterea enim addidimus in assertione, obligare præceptum Baptismi, cùm primùm commodè recipi potest: occurrunt enim aliquæ circumstantiæ, ob quas desit ista commoditas, ac proinde cesset obligatio: & ideò excusandi sunt Sanctus Ambrosius, & Sanctus Martinus, qui Baptismum non statim receperunt.

6. Nec supradictis obstat exemplum Constantini Magni, qui in vltimo vitæ fuit baptizatus. Vnde Caietanus *in 3. part. q.69. art.8.* sic ait: [Aduerte, D. Thomam recitatiuè loqui de lepra Constantini: dico autem hoc, quia nullius authoritate constat, Constantinum mundatum à lepra in Baptismo: tum, quia gesta Syluestri (ex quibus hoc videtur haberi) incertum habent Authorem, vt patet in cap. *Sancta Romana dist. 15.* tum, quia nullus, siue Christianus, siue Gentilis, Historicus inuenitur hoc scripsisse, vt testatur Platina *in Vita Marci Papæ*: tum præcipuè, quia Ambrosij authoritas obstat, dum *in oratione de obitu Theodosij* expressè dicit, Constantinum in vltimis constitutum baptizatum fuisse: quod longè distat ab hoc, scilicet, quòd in principio suæ conuersionis fuerit baptizatus. Et proptereà narratio de lepra Constantini non est assertiuè probanda.] Ita Caietanus.

7. Sed meritò aduersùs illum insurgit nouissimè Pater Lessius *in 3. part. q.68. art.3. num.5.* Itaque dicendum est contra Caietanum, falsum esse, Constantinum sub finem vitæ Nicomediæ baptizatum: constat enim, illum initio conuersionis baptizatum Romæ à Syluestro. Pater hoc ex Concil.

Romano,

Romano, quod habitum fuit sub ipso Sylueſtro *cap.1* & ex Damaſo *in Vita Sylueſtri*: ex Adriano I. *in epiſt. ad Conſtantinum. & Irenen.* qua approbatur in 7. Synodo *Act.*... ex Nicolao Papa *in epiſt. ad Michaelem Imperatorem, paulò ante medium,* vbi Sylueſtrum, Conſtantini Magni Baptizatorem appellat. Denique ex Nicephoro *lib.7. Hiſtor.c.35.* vbi refutat ſententiam contrariam, eámque confictam ait à Græcis Arrianis, ſcilicet, Euſebio Cæſarenſi, vt ſic oblique perſuaderent, Conſtantinum Arrianum fuiſſe: nam Euſebius iſte Nicomedienſis, à quo tunc baptizatum dicunt, tunc Arrianorum erat. Et probat Nicephorus: quia multò ante Conſtantinus Concilio Nicæno interfuerat, & cum reliquis Patribus myſteriorum noſtræ Religionis particeps fuerat, quæ Catechumeni non poſſunt percipere.

8. Vnde non deſeram hic ad labefactandam penitùs opinionem Caietani, adducere verba Guillelmi Merceri, Profeſſoris Louanienſis, *de Sacram. queſt.68. art.3. num.4.* qui reſpondet ad authoritatem D.Ambroſij à Caietano adductam, ſic itaque aſſerit: [Quod additur de Conſtantino, benè refellitur à Baronio *tom.3. an.324. n.100. & ſeqq.* vt figmentum Euſebij Cæſarienſis (quem Arrianorum Signiferum vocat S.Hieron. *in Chron.*) dicentis, eum in fine vitæ baptizatum ab Euſebio Nicomedienſi, ſimiliter Arriano, idque ſcribit, ne videretur, Conſtantinum Arrianum, vt deſertorem paternæ religionis, arguere. Nam & Græcorum Eccleſia prædicat eum Sanctum Imperatorem, & Apoſtolis proximum; Romana ſimiliter, ſolita recitare eius nomen in Martyrologio, teſte Nicolao Papa, Epiſtola ad Michaëlem Imperatorem, & Concil. Chalcedonenſ. Martiano Imper. religioſiſſimo acclamat, honoris causâ, vt nouo Conſtantino Imò ipſemet Euſebius *lib.4. Vita eius, cap.22. & 57.* narrat, eum interfuiſſe ſacris Myſteriis tempore Paſchali, quibus Catechumenos interdixerat Synodus Neocæſarienſ. *capit.5.* & more Epiſcoporum ſediſſe in Concil. Nicæno *anno 325.* & orationem habuiſſe, qua profitebatur, ſe eſſe Chriſtianum, & baptizatum. Fauendi ergo hic ſunt Theod. & Sozomenus ſequuti Euſebium, & eis opponendus Niceph. *lib.7. cap.35.* probans, ipſum baptizatum eſſe à S.Sylueſtro; imo & hodie viſitur Romæ Baptiſterium Conſtantini. Quod ergo S. Ambroſius *oratione in obitum Theodoſij*, dicit, Baptiſmi gratiam, Conſtantino in vltimis conſtituto, omnia peccata dimiſiſſe; non eſt intelligendum de vltimo vitæ tempore; ſed de lepra, quam curare Medici deſperabant, iudicantes eum eſſe propterea in fine vitæ. Nam idem S. Ambroſius dicit, eum fuiſſe magni meriti: ergo non putant deceſſiſſe baptizatū ab Arrianis. Rurſus, quod in Chronico S. Hieron. dicitur, Conſtantinum in extremo vitæ tempore ab Euſebio Nicomedienſi baptizatum, declinaſſe in Arrianum dogma, eſt appoſitum ab alio. Nam ſcribens contra Vigilantium ſpernentem Reliquias, infert pro abſurdo: *Ergo ſacrilegus fuit Conſtantinus Imper. qui ſanctas Reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei, tranſtulit Conſtantinopolim.* Verè autem ſacrilegus eſſet, ſi ab Eccleſia defeciſſet. Tertiò, ſimile de Baptiſmo in fine vitæ legitur in Concil. Ariminenſi: ſed corrigendum eſt, vt pro nomine *Conſtantini*, legatur, *Conſtantij*, qui mox à Baptiſmo eſt occiſus per Magnentium, teſte S.Athan. *lib.de Synodis, & in Apologia*, vocante Conſtantem Martyrem, contra Socr. *lib.2. cap.19.* vel legendum eſt, *Conſtantij*, qui in fine vitæ, & ab Euzoio baptizatus eſt, teſte Baron. *ann.361.*] Hucuſque Mercerus. Non debebat itaque Caietanus tam hanc in dubium adducere. Vnde ex his reprobandus etiam venit Nugnus *in 3. part. tom.1. q.68. artic.3.* vbi docet, Conſtantinum baptizatum fuiſſe circa finem vitæ. Dicendum eſt itaque contra Caietanum, D.Thomam non eſſe loquutum recitatiuè, ſed aſſertiuè.

9. Sed pro coronide huius quæſtionis apponam hîc pro curioſis duo dubiola. Primum, an ſi parentes non baptizarent infantem ſurdum, cæcum, & mutum, ſit baptizandus in adulta ætate? Reſpondeo cum Ochagauia *de Sacram. tract. vnico, de Baptiſmo, q.18. num.5.* quòd ſi de voluntate ſupradictorum non conſtat, quia à natura bis ſenſibus carent, minimè poſſunt baptizari: tum, quia, cum ſint capaces conſenſus, & diſſenſus, debet eorum voluntas expectari: tum, quia poſſunt habere aliquem obicem reſpectu gratiæ Sacramentalis, de quo, niſi per verba, aut alia ſigna Catechumeni, conſtare nobis minimè poteſt. Hic autem ſi legem naturalem ſeruaret, interiùs à Deo illuminaretur ad concipiendam contritionem, qua iuſtificaretur.

10. Secundum dubium eſt, an, ſi ex incuria parentum, infantes non ſint baptizati, ſi nolint in adulta ætate baptizari, poſſint ad id compelli? Reſpondeo, quod Sotus *in 4. diſt.5. q. vnica, art.9.* tales ab Eccleſia in ætate adulta ad Baptiſmum poſſe compelli, etiam ſub ignis ſupplicio: ſicuti qui in infantia baptizati fuerunt, poſſunt compelli ad ſeruandam Catholicam Religionem. Verumtamen Henriquez *lib.1. cap.25. §.6.* docet, vſum Eccleſiæ hoc non habere; nec expedire, vt Eccleſia adultum reluctantem, qui nunquam ſe vt Chriſtianum geſſit, duris pœnis compellat; quia, licèt ratione parentum pertineat ad eandem Rempublicam ciuilem; in ſpiritualibus tamen eſt adhuc inter eos, qui foris ſunt extra ouile Eccleſiæ, & ſine charactere. Vnde & Suarez dicit, nec eſſe, nec vnquam fuiſſe præceptum Eccleſiæ reſpectu adultorum, ſine non baptizatorum. Pro quo allegat Concil. Trident. quod *ſeſſ.14.* dicit, Eccleſiam in neminem iudicium exercere, qui non in ipſam per Baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus. Dixi, *qui nunquam ſe pro Chriſtiano geſſit*: quia, qui Chriſtianus fuit habitus, & cum aliis in Sacramentis Eccleſiæ participauit, compelli poteſt; atque adeò ſæpè etiam compelli ſolet ab Eccleſia, vt *loco citato*, notat Rodriquez, ad Baptiſmum, etiam ſub pœna mortis. Et ad huiuſmodi forſan adultum reſpexit Soto, quamuis generaliter loquatur. Et hæc omnia docet etiam Ioannes Vviggers *in 3. part. D. Thomæ, q.68. art.3. num.21.*

RESOL. XXXIII.

An tempore mortis ſit præmittenda inſtructio Infidelibus baptizandis? Ex part.5. tr.3. Reſ.20.

§. 1. Reſpondeo ſupradictos debere inſtrui, & probari per aliquot menſes ante Baptiſmum, vt dicitur *de conſ. d.4. cap. ante Baptiſmum, & ſeq.* ſi tamen vrgeat neceſſitas obſidionis, vel naufragij, vel ſimilis periculi mortis, tunc expoſita fide, vtcumque ſi petens Baptiſmum aſſentiatur, eſt baptizandus, & ita docet Zambranus *de Sacram. Baptiſm. c.1. dub.14.* vbi citat Toletum, quibus ego addo Sancium *in ſeleſ. diſp.44. n.41.*

RESOL. XXXIV.

An, si vnus testis etiam Paganus dicat moribundum postulasse Baptismum, iste sit baptizandus?

Et ex doctrina prædicta quæstionis deducitur idem dicendum esse in dicto casu de postulante Eucharistiam, & confessionem. Ex part. 5. tractat. 3. Resolut. 21.

Sup. hoc in Ref. not. seq. per totam, & in tom. 8 tr. 1. recitantur in 5. eli Ref. 3.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè cum Ioanne Sancio *in selectis disp. 54. num. 39.* vbi sic ait: Baptizandus est adultus, etiamsi vnius testis assertione Baptismum postulasse constet, quod docet Zambranus *de Baptismo cap.* 1. quamuis etiam sit infidelis testis ille eo modo, quo diximus *disp. 34. num.* 8. ministrandam fore Eucharistiam publico peccatori in extremis degenti, licèt signa pœnitentiæ solùm coram vnico teste præstiterit, & sicut asseruimus adesse obligationem absoluendi illum, qui signa doloris ostendere non potest, vnico tantùm teste testimonium ferente ea manifestasse, est enim par ratio in vtroque casu, imò maior in Baptizando, nam in Baptismo actus suscipientis illum non sunt materia Sacramenti, sicut in confessione. Vnde æquius dubitari posset, an valeat impendi absolutio pœnitenti nulla signa doloris ostendenti, quantumuis testis affirmet illa tradidisse, quàm dubitari queat, an baptizari possit, qui Baptismum de præsenti non petit, dum adsit testis affirmans illud petiuisse. Quapropter omnes Doctores affirmantes posse pœnitentem absolui, testificante alio signa doloris manifestasse, tenentur fateri posse adultum baptizari, teste affirmante Baptismum ab illo postulatum fuisse. Confirmantur supradicta ex his, quæ ego adduxi *in 3. part. tractat. 3. resolut.* 5. Reginaldus *in praxi tom. 1. lib. 8. cap. 3. num.* 8.

Quæ hic est infra in tr. 4. Ref. 59. & in 5. not. prætermittæ.

RESOL. XXXV.

An si talis dubitet, an adultus moribundus petierit Baptismum, sit adhuc baptizandus saltem sub conditione?

Præterea, si post petitionem Baptismi, se iam nolle illum dicat adultus, dubitetur tamen à Medicis, an ex phrenesis læsione renuat baptizari, an in dicto casu saltem sub conditione sit baptizandus?

Item, si dubitetur de veritate testis, an verum dicat, an non de postulato Baptismo; aut si audientes non recordentur satis, an testis asseruerit expostulatum esse Baptismum, vel non; nec compareat testis, an sub conditione erit ministrandus Baptismus?

Et discutitur, an vt adultus baptizetur, opus sit explicitè credere in Trinitatis mysterium, & Incarnationis?

Et asseritur, quod si in dubio sit coniectura, vt moribundus petierit Baptismum, baptizandus est sub conditione.

Et quid, si dubitetur, sitnè mortuus adultus, vel non, an baptizandus erit? Ex part. 5. tractat. 3. Resolut. 22.

§. 1. RESpondet affirmatiuè Ioannes Sancius *in selectis disp. 44. num.* 40. vbi sic ait: Et si dubitetur, sitne mortuus adultus, vel non, baptizandus erit, ex *cap. de quibus, de Baptismo.* Et hinc oritur instructio baptizandi sub conditione ex quocumque capite oriatur dubitatio, cùm ratione dubij licitè fiant, quæ aliàs non fierent, vt notat gloss. *ibid.* Immò etsi testis dubitet, petierit, necne adultus Baptismum, sub conditione baptizandum fore iudicamus, cùm vndequaque oriatur ambiguitas apposita conditione sit vincenda. Præterea si post petitionem Baptismi se iam nolle illud dicat adultus, dubitetur tamen, præsertim à Medicis ex phrenesis læsione, an renuat baptizari, sub conditione baptizandus est, vt docet Henriquez, *lib. 2. cap. 24. num.* 4. Item si dubitetur de veritate testis, an verum dicat, vel non de expostulato Baptismo, sub conditione erit baptizandus, aut si audientes non recordentur satis, an testis asseruerit expostulatum esse, vel minus Baptismum, nec compareat testis, à quo sciscitetur, sub conditione erit ministrandum.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. seq & 55. eius annot.

2. Nec obstat si dicas adultum illum non valentem per se ipsum Baptismum petere baptizari non deberi, quia vt baptizaretur opus erat explicitè credere in Trinitatis mysterium, & Incarnationis, vt docet Sanch. *in summ. lib. 2. cap. 3. num.* 24. Villalobos *tom. 2. tr. 1. diffic. 4. n.* 13. eo quòd in illa mysteria credere sit necessarium medium ad salutem. Non, inquam, obstat hoc, quia sunt aliqui non requirentes explicitam fidem illorum mysteriorum, vt medium necessarium, vt docet idem Villalobos *tom. 2. summ. tract. 1. diffic. 3. num.* 7. alios adducens. Tum quia esto necessaria esset explicita fides, non incumbit baptizanti in articulo mortis de illa rogare, quando infirmus respondere non potest, & præsumi debet explicitè actum credendi in mysterium Trinitatis & Incarnationis habuisse adultum, cùm auidè Baptismum postulasset. Et cùm opinionum varietas verseur, an sufficiat implicita, vel explicita fides, sub conditione saltem baptizari debere non dubito, & constat manifestè in Christum implicitè credere, qui ipsi incorporari per Baptismum exoptat. Huc vsque Sancius *loco cit.* cui adde Henriquez *lib. 2. c. 24. n.* 4. vbi asserit, quòd si in dubio sit coniectura, vt moribundus petierit Baptismum, baptizandus sit sub conditione.

RESOL. XXXVI.

An moribundus, qui postulauit Baptismum, si in amentiam, vel lethargiam postea incidit, sit adhuc baptizandus, licet in furia resistat?

Et an possit ligari, vt sic baptizari valeat? Ex part. 5. tract. 3. Resol. 23.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Zambrano *de Sacram. Baptismi, dub. 8. cap. 1. num.* 2. vbi sic ait: Furiosi, amentes & priuati vsu rationis si priùs illum habuerunt, & significauerunt voluntatem Baptismi, sunt baptizandi in periculo mortis, credendo eam voluntatem perseuerasse, quando de contraria non constat: habetur *cap. maiores, de Baptismo, fine.* Sic ille: & post illum Sancius *in selectis disp. 44. n.* 42. Suar. *in 3. p. to. 3. disp. 24. sect. 1. concl.* 2. Henriq. *lib. 2. c. 24. n.* 4. qui addit supradictum esse baptizandum, licèt in furia resistat. Vnde docet Sancius *n.* 42. posse ligari, vt sic baptizari valeat. Vide etiam circa præsentem quæstionem Ludouicum Mæratium *tom. 3. tract. de Sacr. Baptism. disp. 6. sect.* 4.

Sup. cont. in hac Ref. in seq. Ref. § 1. ante medium, vers. dicendũ est. & pro parte, in Ref. præterita, § 1. ad medium, vers. Præterea. & in to. 2. tr. 6. ex doctrina Ref. 61. §. 2. cursim ad medium.

in genere, *q.* 24. *num.* 5. qui tamen hoc limitat, quando vitare commodè non potest ministerium illud, vt quia famulus expelletur à domo, vel quia causabitur scandalum, si Minister se excuset à ministrando: sed hæc ferè semper eueniunt: ergo, &c.

RESOL. XIX.

An sit licitum à Ministro excommunicato non solum tolerato, sed etiam à non tolerato ab Ecclesia, id est, nominatim denunciato, vel manifesto percussore Clerici, petere Sacramenta?

Et an talis Minister, si in extrema necessitate ministrat Baptismum, & Pœnitentiam, peccet, & fiat irregularis?

Et quid, si talis Minister excommunicatus sit ab Ecclesia toleratus, & sit tuus Parochus?

Et quid est dicendum, si non est tuus Parochus, nec ad ministrandum paratus?

Et notatur licitum esse sine vlla necessitate petere Sacramentum a quouis excommunicato tolerato, dummodo non sit aliud impedimentum prater excommunicationem; nec peccare Ministrum istum, dum ad petitionem alterius ministrat, secus verò si ipse se inuitaret. Ex part. 10. tract. 14. & Misc. 1. Resolut. 64.

Res. hæc io ueuietur in tom. 2. tr. 3. Res. 16.

§. 1. EA, quæ dicta sunt in superiori Resolutione, procedunt, vt dictum est, in ordine ad petenda Sacramenta à malo Ministro, existenti scilicet in statu peccati mortalis. Sed quid dicendum de Ministro, excommunicato non solùm tolerato, sed etiam non tolerato ab Ecclesia, id est, qui nominatim est denunciatus, vel manifestus percussor Clerici, vt nulla tergiuersatione possit negari? Dico in casu extremæ necessitatis licèt ab isto petere Sacramentum Baptismi, & Pœnitentiæ. Ratio est, quia periculosissimum est fine his Sacramentis ex hac vita discedere: vnde non debuit vllus Minister aliquo modo idoneus in hoc articulo excludi. Hinc etiam fit, vt talis Minister neque peccet, (si talem, vt absoluat, contritionem concipiat) neque irregularitatem incurrat.

Sup. hoc io tom. 2. tr. 2. Res. 60. signãter in § 2. sed lege etiam §. 1. & suprà io Res. 15. §. 1. paulo ante finem, à vers. Vnde nõ est.

2. Verùm difficultas est de Sacramento Eucharistiæ per modum Viatici: & in tali casu non posse à dictis Ministris peti, docet Lessius *in* 3. *part. quæstione* 64. *articul.* 6. *dub.* 3. *num.* 15. & alij. Sed ego contrarium docui; & me citato nouissimè docet Leandrus *de Sacrament. tom.* 2. *tract.* 7. *disputatione quarta, quæstione vigesimasecunda*, cum aliis. Imò non deseram hic obseruare cum Magistro Serra, *in* 3. *part. quæstione sexagesimaquarta, articul.* 6. *dub.* 1. non deesse, qui dicant, si aliquis esset sibi conscius peccati mortalis, & non possent sibi alia Sacramenta conferri, quàm ea, de quibus recipiendis nullum est diuinum præceptum; posse ea suscipere in extrema necessitate à Ministro non tolerato, vt possit per ea iustificari, & fieri ex attrito contritus, si fortè solam attritionem habeat; credendum est enim id meritò placere Ecclesiæ, vt tali necessitati subueniatur. Et ideò Hurtadus *de Sacrament. in gener. disputatione quarta, difficul.* 12. tenet, posse à dictis Excommunicatis accipi Sacramentum Extremæ-Vnctionis, quando non potuit suscipi Sacramentum Pœnitentiæ, neque Eucharistiæ.

Sup. hoc in Res 2. annot. præcedentis, in eius § vlt. vers. Primus. & in aliis eius not.

3. Sed quid dicendum, si Minister ille excommunicatus, sit ab Ecclesia toleratus (id est, si non est denunciatus nominatim, aut manifestus Clerici percussor) & sit tuus Parochus? Potes ab eo liberè Sacramenta petere, non solùm tempore necessitatis, aut præcepti, sed etiam ob magnam vtilitatem spiritalem: modò alterius Ministri non sit tibi facilis copia: Ita Sotus & alij passim. Ratio est, quia iste Minister quamdiu ab Ecclesia toleratur, non est tibi magis vitandus, quàm si non esset excommunicatus. Vnde si sit tuus Parochus, potes ab illo petere Sacramenta, & etiam eum cogere administrare; nam habes ius petendi: ergo ipse potest tibi sine omni peccato administrare, si velit: nemo enim obligatur ad aliquam actionem, quam sine peccato nequit obire. Sufficit autem, vt in eo casu concipiat contritionem, & procuret absolutionem à Censura, si potest: quòd si non potest, permittitur Sacramenta administrare, nec contrahet irregularitatem. Secùs, si facilè poterat interim absolui. Aduerte tamen, talem Parochum non se posse offerre, aut ingerere; tunc enim grauiter peccaret, & irregularis fieret. Ratio est, quia non potest administrare, nisi subdito petente, & vrgente.

Sup. hoc supra in Res. 17. & in omnibus aliis eius annot.

4. Petes, an possim ob huiusmodi causas etiam petere Sacramenta ab eo, qui non est Parochus; tamen excommunicatus est, & toleratus? Respondeo, non posse me petere, nisi ipse interim possit obtinere absolutionem Censuræ, vel nisi sit extrema necessitas. Ratio est, quia non possum petere aliquid ab alio, quod ille sine peccato non potest mihi præstare. At ille Sacerdos non potest sine peccato Sacramenta administrare, nisi excuset extrema necessitas, vel in potestate eius sit interim obtinere absolutionem. Quidam tamen existimant, si iste Sacerdos sit expositus, actu Confessiones aliorum audiens, vel Eucharistiam administrans, posse me accedere; quia in hoc casu non censeor petere. Sed Lessius, vbi suprà tenet contrarium, præsertim si agatur de Confessione, quia qui accedit confessurus, manifestè petit, & exigit sibi impendi absolutionem: vnde intercedit hîc talem aliqua inductio, & petitio ad hunc actum indiuiduum, qui est necessariò peccatum. Idem videtur de Communione, etsi minor sit ratio.

Sup. hoc supra in Res. 15 §. Vnde. à principio.

5. Sed ego affirmatiuam sententiam puto esse probabilem & fatetur ipsemet Lessius. Et tandem Granadus *in* 3. *part. contr.* 3. *tract.* 5. *disputatione vltim. numer.* 8. sic ait: Si Minister sit excommunicatus toleratus; sed non proprius Pastor, nec sit ad ministrandum paratus; non videtur, licere illum inducere ad præbenda Sacramenta, in quibus exerceat Ordinem: quia sic fieret Minister irregularis; & qui petit, foret causa non solum peccati, sed etiam magnæ pœnæ Ecclesiasticæ, scilicet irregularitatis. In casu autem necessitatis extremæ, id est, in articulo mortis posset sine dubio inducere ad ministrandum, quantumuis non esset paratus; etiam extra hunc articulum liceret petere, cùm adesset magna aliqua vtilitas; quia ipse Minister nouit suum malum statum, & voluntariè denotat culpam, & pœnam, quæ illi imminent, si ministret. Ita ille, & ego.

Sup. hoc infra §. Verum Resol. præteritæ. & in fine §. 11. huius Res. pro articulo mortis, & magis latè in 10. 5. tr. 5. Res. 28.

Sup. contento in hoc §. lege suprà doctrinam. Res. 15. à principio vsque ad §. vlt. signanter propè finem, §. 1. & §. Notandum, & signanter Resol. 47. &c.

6. Notandum verò, quod Sanchez, *lib.* 7. *de Matrimon. disputat.* 9. *num.* 8. latè probat, licitum esse sine vlla necessitate petere Sacramenta à quouis excommunicato tolerato; dummodò non

sit

ſit aliud impedimentum præter Excommunicationem : nec peccare Miniſtrum iſtum dum ad petitionem alterius miniſtrat ; ſecùs ſi ipſe ſe inuitaret.

RESOL. XX.

An licitum ſit, & abſque peccato mortali recipere Sacramentum Pœnitentiæ, vel alia à malo Miniſtro, ſed parato miniſtrare ?

Et an hoc non ſolum ex rationabili & iuſta cauſa, ſed etiam extra caſum neceſsitatis, dummodo Miniſter ſit paratus ? Ex part. 3. tractat. 4. Reſolut. 59.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in Reſ. 1. poſt præteritam, §. 1. Et pro excommunicato tolerato contento, in lin. 4. huius textus, ſuprà in Reſ. 17. & in aliis eius nos. & pro prima diffic. huius Reſ. infra in tract. 3. Reſ. 44. & in tom. 7. tr. 5. Reſ. 54. §. 2. ad medium, & in tom. 2. tr. 3. Reſ. 16. per totam, ſignanter, §. vlt.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Ledeſma *in ſumma, tom. 1. c. 6. de Sacr. in genere, dub. 11. concluſ.* 10. vbi ſic ait. [Licito es recibir los Sacramentos del miniſtro, aunque ſea muy malo, y deſcomulgado, ſi es tolerado de la Igleſia, y el por otra parte eſta aparejado para adminiſtrar los Sacramentos, porque es licito vſar del pecado ageno para proprio comodo y vtilidad, quando el pecador eſta aparejado, como ſe vee claramente en el vſurero aparejado à dar à vſuras, que es licito pedir le dineros à vſuras. Eſto ſe confirma, porque en eſte caſo ceſſa la razon del eſcandalo, y no es induzir le à pecar, porque el ſe eſta aparejado para eſſo: y aunque el tal quando actualmente adminiſtra, peca mortalmente, el tal pecado y a lo tenia cometido come en virtud, pues eſta aparejado para adminiſtrar los Sacramentos.] Ita ille.

2. Sed hanc opinionem ita abſolutè prolatam non admittit alius Hiſpanus, & ideò ſic aſſerit Villalobos *in ſumm. tom. 1. tract. 4. diffic. 15. num. 4.* [Licito es recibir el Sacramento del miniſtro, que eſta en pecado mortal, y no es porque ſe eſta aparejado para adminiſtrarle, aunque el miniſtro peque en la adminiſtracion, mas ha ſe de limitar eſta concluſion, que ſea en caſo de gran neceſſidad, porque ſi eſtuuieſſe otro Confeſſor no ſeria licito, porque ſe le da materia da pecar, y aunque dize Ledeſma, que en eſte caſo no ſeria pecado mortal, es falſo, pues la materia es graue.] Sic Villalobos.

3. His tamen non obſtantibus, non reticeam circa præſentem quæſtionem hîc apponere doctrinam præſtantiſſimi Theologi Gregorij de Valentia *tom. 4. diſp. 3. quæſt. 5. punct.* 3. vbi ponit tres caſus. Primus, ſi miniſter ſit per ſe paratus, & habeat alioqui poteſtatem. Secundus, ſi tibi teneatur Sacramentum conferre ex officio, quia eſt tuus Parochus. Tertius, ſi conſtitutus ſis in neceſſitate. Et in quolibet iſtorum caſuum docet, licitum eſſe percipere Sacramentum ab improbo miniſtro, ſeruatis tamen duabus conditionibus. Prima eſt, vt miniſter non ſit impeditus per cenſuram. Secunda, vt nunquam quis ab improbo miniſtro ſic accipiat Sacramentum, vt etiam illum directè inducat ad Sacramentum miniſtrandum malè. Concurrentibus igitur his duabus conditionibus, & aliquo ex prædictis tribus caſibus, ſemper licebit Sacramentum recipere ab improbo miniſtro, atque etiam petere; dummodo animus tantùm ſit petere, & accipere ab altero id officium, & miniſterium, quatenus ab illo exerceri poſſit ſine peccato. Hæc omnia Valentia, qui cum Ledeſma concordare videtur.

Sup. hoc in Reſolutionibus not. præteritæ.

4. Notandum eſt etiam Cabreram *in 3. part. de Sacram. q. 64. art. 6. diſp. 2. §. 4. num.* 20. docere, quòd quando quis ex iuſta, & rationabili cauſa petit Sacramentum, poſſe illud petere à quocumque miniſtro malo, dummodo ſit paratus, & hoc extra caſum neceſſitatis: vnde *n.* 24. ſic ait : Quando virtute alicuius Iubilæi, aut priuilegij conceditur facultas eligendi Confeſſarium, & plures ſedent ad audiendas confeſſiones, quorum vnus, v. g. Petrus eſt concubinarius, tunc quamuis eligi poſſit alius Confeſſarius, vir probus, poteſt ſine peccato eligi Petrus, qui ſi cæteris ſit doctior, melius erit eum eligere, tametſi cæteris paribus, ſit peccatum veniale Petrum eligere, ſed nunquam erit mortale, niſi eſſet tam publicus peccator, vt confeſſio illi facta, eſſet ſcandalum allatura. Ita Cabrera, & poſt illum Carthagena *de Sacram. diſp. 7. c. 3. ver.* 3. Sed circa præſentem dubitationem præter DD. citatos vide Coninch. *de Sacr. q. 64. art. 8. dub.* 5. Suarez *in 3. p. tom. 3. diſp.* 18. *ſect.* 2. & alios penes ipſos.

RESOL. XXI.

An ſi quis ſine neceſſitate petat adminiſtrationem à malo Miniſtro, peccet mortaliter, ſiue Sacerdos, ſiue Miniſter ſit proprius ſuſcipientis Parochus, ſiue non ?

Et infertur quale peccatum ſit exigere iuramentum ab Infideli, parato iurare per falſos Deos, neceſſitate, aut vtilitate deficiente.

Idem eſt de petente mutuum ab vſurario parato.

Et quid, ſi aliquis peteret mutuum à prædicto vſurario ad erogandum meretricibus ? Ex part. 7. tr. 12 & Miſc. 3. Reſ. 33. aliàs 31.

§. 1. NOn peccare mortaliter ſed tantùm venialiter cum aliquibus Doctoribus alibi probabiliter adnotaui; ſed quia poſtea rogatus ſum, ſi alios Doctores haberem, vt palam facerem, ideò nunc aſſero hanc ſententiam tanquam probabilem etiam admittere lumen illud fulgentiſſimum inclitæ Academiæ Salmaticenſis Valboa de Magtonejo, *tom. 2. in c. 26. de Iureiurando, n. 71. & ſeq.* vbi ſic aſſerit : Dubium autem eſt quale ſit peccatum iuramentum exigere ab infideli parato iurare per falſos Deos neceſſitate, aut vtilitate deficiente. Hanc difficultatem explicant Doctores in ſimili caſu petentis mutuum ab vſurario parato ſub vſuris dare abſque vlla iuſta cauſa, dicentes talem petitionem eſſe peccatum mortale. Et mouentur, nam præceptum charitatis, & fraternæ correctionis obligat quemlibet ſub mortali ad vitandum mortale proximi, quando commodè, & abſque damno facere poteſt, vt aduertit Syluest. *verbo, vſura 7. quæſt.* 1. Aragon. 2. 2. *quæſtione* 89. *art. 6. dubio 2. concluſione* 3. vbi expreſsè de petitione iuramenti ab infideli parato iurare per falſos Deos, Molina *tom. 2. de Iuſtitia & Iure diſputat.* 335. *concl.* 4.

Alibi in Reſ. præterita & ſupra in Reſ. 18. §. 1. & infra in tract. 3. Reſ. 44. &c.

Sup. hac & ſeq. diffic. in tom. 7. tr. 5. ex doctrina, R. ſ. 60. ante & poſt medium, verſ. Docet. & ibi ex doctrina Reſ. 54. & 55. & pro iuramento infidelis contento in hoc textu in tom. 2. tr. 3. Reſ. 16. § 2. poſt medium, verſ. Licitum eſt.

2. Quæ ſententia valdè probabilis eſt, & puto etiam probabilem eſſe opinionem ſolam eſſe culpam venialem, niſi aliàs alia adſit mortalis circumſtantia, v. g. ſi peteretur mutuum ad erogandum meretricibus, quo caſu ratione circumſtantiæ erit mortale, & audeo dicere ſolùm eſſe culpam venialem propter multorum Doctorum authoritatem ita dicentium, ſic Caietan. 2. 2. *q.* 78. *artic. 4. & in verbo vſura, capit. penult.* Sotus *lib. 6. de Iuſtitia, & Iure, quæſt. 1. articul. 5. dub.* 1. Nauarro *capit. 17. num.* 172. Ledeſma *ſecundo Tomo, ſumma tract. 8. cap. 33. poſt concluſionem 29. lib. 2.* Bannez 2. 2. *à q. 78. art.* 4.

3. Et confirmari poteſt exemplo petentis ſacramentum à malo miniſtro, de quo cognoſcitur

in peccato mortali ministraturum, & tamen is, qui petit etiam sine necessitate solum peccare venialiter, tenet tanquam certum Soto *in quarta distinct. 1. q. 5. art. 6. in vers. 1. itaque propositio sit.* Idem ergo dicendum videtur de petenti ab infideli iuramentum, qui paratus est iurare per falsos Deos absque iusta necessitatis, aut vtilitatis causa: Sed quamuis hæc sententia probabilis sit, prior autem, & verior, & probabilior mihi videtur. Ita Valboa.

4. Hanc sententiam absolutè tenet Cutillus *in Addit. ad Pract. 4. Mancini, dub.* 42. vbi ita ait: An quis petens Sacramentum ab aliquo Sacerdore veram facultatem illud administrandi habente, sed quem certò scit illud in mortali administraturum, mortaliter peccet, ac proinde Sacramenti receptio nulla sit & inualida.

5. Respondeo negatiuè, etiamsi ex deuotione Sacramentum recipere velit, siue Sacerdos, seu Minister sit proprius suscipientis Parochus, siue non, quia non minister absque vllo peccato, contritionem, v. g. eliciendo, Sacramentum administrare possit, vel si contritionem habere non possit, illius administrationem, se honestè excusando omittere queat, si illud postea cum peccato administret voluntariè omnino peccat, ac proinde sibi tale peccatum, imputare debet, & non petenti, qui hic & nunc exercet actionem licitam petendi, scilicet Sacramentum à vero, ac proprio illius ministro per potestatem ordinariam, vel delegatam ad hoc instituto, & quamuis petens in hoc occasionem peccandi administranri Sacramentum exhibere videatur, tamen huiusmodi occasio est occasio peccandi materialis, id est voluntariè accepta, ex eo quia vitalis ex parte ministri (vt probauimus) non verò formalis & peccaminosa. Quod aliqui intelligi volunt etiamsi Sacramenti susceptor alium Minstrum, qui Sacramentum sine peccato administraret facilè, seu commodè inuenire posset, ratio fortè potest esse, quia quamuis nos proximi peccatum cum aliquo nostro incommodo ex charitate euitare teneamur, id tamen intelligitur de illis peccatis in quibus vitandis proximus nostro adiutorio aliqualiter indigere videtur, quod in casu nostro non accidit, cum minister Sacramenti ex se si velit à peccato, quod tunc committit surgere & Sacramentum sine peccato administrare queat, alioquin si sententia in contrarium, locum habere posset omnes actiones licitæ, illicitæ redderentur, quod nullo modo admitti debet, nam scandalum passiuum, & voluntarium est peccatum proximi, puta iudicia temeraria, suspiciones, & his similia ex nostra licita actione desumpta, ad quod vitandum nullus vnquam dicet nos etiam cum aliquali nostro incommodo teneri, & ab actione hic, & nunc nobis licita cessare debere. Hucusque Cutellus. Ex his ego olim consului Regolarem, quòd maximam verecundiam habebat confitendi sua peccata cuidam Confessario ex deputatis à superiore, potuisse sine culpa mortali petere administrationem Sacramenti pœnitentiæ ab alio Confessario deputato etiam à superiore, quem probabiliter timebat esse administraturum Sacramentum in peccato mortali.

RESOL. XXII.

An ad valorem Sacramenti requiratur positiuus consensus illud suscipiendi, maxime in adultis quoad Baptismum, & alia Sacramenta, vel sufficiat, quod non resistat? Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. Resol. 32.

§. 1. QVidam Sacerdos sumpsit Presbyteratus Ordinem, &, vt ipse aiebat, in eius susceptione neque actualiter, neque virtualiter habuit intentionem suscipiendi illum; scrupulis postea angebatur, quia ex D. Thoma *in 3. part. q. 68. art. 7.* Scoto *in 4. dist. 4. q. 4.* Coninch. *de Sacram. q. 64. art. 8. dub. 5.* & alus, communiter ad valorem Sacramenti in adultis requiritur positiuus consensus suscipiendi illud: ergo, &c. Sup. hoc in tom. 5. tr 5. Ref. 60. §. Nota. etiam hic, vers. Ac in aliis. & seqq. & in tom. 4. tr. 8. Ref. 48. §. Restat. sed lege eam per totam, & alia Ref. eius primæ not.

2. Sed ego tunc dictum Sacerdotem ab illa anxietate liberaui, non ex doctrina Caietani *in 3. p. quæst. 68. artic. 7.* & Ledesmæ *in 4. part. 1. q. 9. artic. 7.* asserentium ad valorem Sacramenti in adultis non requiri positiuum consensum, sed sufficere quòd non resistant, vt videtur expressisse Innocentius III. *in cap. maiores, de Baptismo.* Non, inquam, tunc hanc doctrinam adduxi, sed aliam, nempè quòd licèt in adultis requiratur, vt dictum est, positiuus consensus ad valorem Sacramentorum, sufficit tamen habitualis, id, est, præteritus non reuocatus, vt supponitur *in dict. cap. maiores:* & satis congruenter, quia suscipiens non se habet vt agens & operans, sicut se habet minister, sed tantùm se habet vt patiens, ac proinde non est necessarium consensum esse actualiter, neque virtualiter, vt ex eo tanquam ex efficiente deriuetur, & fiat Sacramentum; sed sufficit, quòd suscipiens aliquo modo consentiat in susceptionem Sacramenti, ; ad quod sufficit consensus præteritus nondum reuocatus. Et etiam sufficit consensus ex metu coactus, vt supponitur *in dict. cap. maiores,* & in Concilio Toletano IV. *can. 55.* quia consensus iste est simpliciter voluntarius, & liber, quamuis aliquid inuoluntarij habeat admixtum; imò non est necessarius consensus specialis, sed sufficit quilibet etiam generalis, quia quodlibet suscipiens dicitur in susceptionem Sacramenti consentire, vt consensus, quo quis Catholicè viuens desiderat aliquando vti mediis Ecclesiæ, vel ea sibi conferri, quando ipsis indigeat, & hunc ad minus præsumit Ecclesia in moribundo, quem extremè vngit, quamuis id non petierit. Et ita docet Hurtadus *de Sacrament. in genere disput. 4. diffic. 13.* doctè vt semper solet. Quoad hoc in tom. 2. tr. 5 lege latam doctrinam, Resol. 114 à lib. 2. & vide etiam Ref. 5. eius secundæ annot.

RESOL. XXIII.

An alia Sacramenta præter Baptismum, & Pœnitentiam aliquando conferant primam gratiam? Et doctrina huius quæstionis sequitur, quod si aliquis, v. g. non possit confiteri, & sumat Eucharistiam, putando se habere contritionem, si habeat tantùm attritionem, adhuc ex sumptione Eucharistiæ obtinebit, primam gratiam. Ex part. 5. tractat. 13. & Miscell. 1. Resolut. 1.

§. 1. VIllalobos *vbi infrà*, & Hurtadus Complutensis ex Gabriele Vasquez *disp. 3. de* Sup. hoc lege doctrinã Resol. not. seq. per totam.

Sacra

Sacram. in genere, diffic. 4. negatiuè reſpondent, ſecluſa Extrema-Vnctione, quia exiſtimat Hurtadus per hanc etiam conferri primam gratiam attritis, & abſque mala fide ſuſcipientibus illam.

2. Verùm ego libenter affirmatiuæ ſententiæ adhæreo. Dico igitur quinque Sacramenta viuorum conferre primam gratiam aliquando, videlicet quando peccator accedit attritus, exiſtimans bona fide ſe eſſe in ſtatu gratiæ abſque peccato mortali, quia de diuina clementia credi poteſt, quòd voluerit ſic accedenti conferri primam gratiam. Id tamen non eodem modo defenditur ab auctoribus huius ſententiæ, quia alij exiſtimant id habere dicta Sacramenta per ſe, & ex primaria inſtitutione eorum ſecundùm rationem genericam Sacramenti, quamuis ſecundùm ſpecificam fuerint inſtituta ad conferendum augmentum gratiæ; alij verò exiſtimant id habere dicta Sacramenta ex inſtitutione ipſorum ſecundùm rationem ſpecificam, ſecundariò tamen; & per accidens. Et hanc ſententiam probabilem eſſe docent ipſimet aduerſarij, & ideo Villalobos *in ſumm. tom. 1. tract. 4. difficult. 7. num. 1.* ſic ait: [Es probable que los ſacramentos de los viuos dan primera gracia, porque los Sacramentos de los muertos dan augmento de gracia, quando los recibe vn hombre que eſtà en gracia, loqual parece de per accidens, pues no fueron inſtituydos para eſſo principalamente; luego tambien los Sacramentos de los viuos daran la primera gracia de per accidens al que llegare con ſuficiente diſpoſicion, la qual parece que tiene el que llega con buena fè, y no pone eſtoruo al efeto de los Sacramentos.] Ita ille, & abſolutè noſtram ſententiam docent Coninch. *de Sacram. quæſt. 61. art. 1. dub. 2.* Reginaldus *tom. 2. lib. 26. num. 45.* & alij. Hæc opinio ſatis animarum conſolatoria eſt. Ex illa ſequitur quòd ſi aliquis, v. g. quia non potuit confiteri, ſumeret Euchariſtiam, putando ſe habere contritionem, ſi habeat tantùm attritionem: adhuc ex ſumptione Sacramenti obtineret primam gratiam.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 2. ex doctrina Reſ. 32. §. 1. in fine, & §. vlt. etiam in fine, ſed lege eam per totam.

RESOL. XXIV.

Quæ Sacramenta fictè ſuſcepta, recedente fictione, conferant gratiam; an ſolus Baptiſmus, & Pœnitentia, vel etiam cætera Sacramenta? Ex part. 5. tract. 13. & Miſc. 1. Reſol. 30.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in tom. 2. tr. 1. Reſ. 151. §. Sed ego in fine. & in §§. ſeqq. ibi. Sed ne deſeras videre eam per totam, quia curioſa & noua.

§. 1. Dicam breuiter quæ DD. dicunt. Durandus *in 4. diſt. 4. q. 4.* & Canus *de pœnit. p. 5.* docent Baptiſmum, & pœnitentiam conferre gratiam recedente fictione. Maior. *in 4. diſt. 4. qu.* & Couarruuias *in cap. Alma mater part. 1. §. 4. n. 23.* Baptiſmum, Confirmationem, Ordinem, & Matrimonium pro tempore, quo durat vinculum ipſius, & Extremam-vnctionem pro tempore, quo in infirmitate, in qua datur, durat periculum mortis. Suarez *in 3. part. tom. 3. diſp. 28. ſect. 6.* Baptiſmum, Confirmationem, Ordinem, Matrimonium, Extremam-Vnctionem, & Pœnitentiam. Vaſquez *in 3. part. tom. 2. diſp. 161.* Sotus *in 4. diſt. 6. quæſt. 1. artic. 8.* & alij, conferre gratiam recedente fictione, putant ſoli Baptiſmo conuenire. Sed alter Sotus, Petrus ſcil. *in inſtit. Sacerd. lect. 5. de Baptiſmo*, & Caietanus *tom. 1. opuſc. tract. 5.* docent omnia ſeptem Sacramenta fictè recepta conferre gratiam, dicta fictione poſteà recedente.

2. Vnde meritò dixit Villalobos *in ſumma tom. 1. tract. 5. difficult. 23. num. 2.* [Que en eſta queſtion no ay coſa cierta.] Ipſe tamen magis probabiliter tenet, [que todos los Sacramentos quitada la fiecion, tienen ſu efeto;] & ratio eſſe poteſt, quia Baptiſmus ideò confert gratiam recedente fictione, quia quamuis gratia Baptiſmi ſuppleri poſſit per contritionem, id tamen eſt melius, & vtilius hominibus; ſed etiam eſt illis melius & vtilius, quòd reliqua Sacramenta fictè ſuſcepta, poſtea recedente fictione conferant gratiam: ergo id etiam eſt illis tribuendum, ſicut & Baptiſmo.

RESOL. XXV.

An omnia Sacramenta, vel ſolus Baptiſmus habeat effectum, recedente fictione? Ex part. 3. tract. 4. Reſolut. 15.

§. 1. Magiſter Sotus *in 4. diſt. 6. quæſt. 1. art. 8.* hoc priuilegium ad ſolum ſacramentum Baptiſmi reſtringit; alij verò extendunt etiam ad ſacramentum Ordinis, & Confirmationis. Ita Syluius *in 3. part. quæſt. 69. art. 10.* vbi citat Canum, Syluestrum, Paludanum, Gabrielem, & alios. Sed Caietanus *tom. 1. opuſc. tract. 5. q. 5.* de confeſſione informi; & alij abſolutè docent omnia Sacramenta, ſi cum fictione ſuſcipiantur, illa poſtea recedente conferre ſuum effectum gratiæ ſanctificantis; & ego hanc ſententiam cum Cabrera *vbi ſupr. de Sacr. quæſt. 69. art. 10. diſp. 4. num. 9.* libenter amplector, quia multum extollit, & amplificat dignitatem Sacramentorum, licèt Villalobos *in ſumm. tom. 1. tract. 7. difficult. 23. num. 1.* & Suarez *in 3. p. tom. 3. diſp. 63. ſect. 8.* negatiuam ſententiam doceant quo ad ſacramentum Euchariſtiæ; ſed vnuſquiſque (ait Cabrera) eligat quam maluerit.

Sup. in Reſ. præterita, & in tom. 2. tr. 4. ex curioſa doctrina Reſo 151. §. Sed ego. in fine, & ſeqq.

RESOL. XXVI.

Quæ peccata ſint, quæ remittuntur per Baptiſmum, recedente fictione?

Et quæ peccata ſint, recedente fictione, explicanda, vel non explicanda in confeſſione?

Et an ſola attritio ſine Sacramento Pœnitentiæ ſit ſufficiens ad remouendam fictionem? Ex part. 3. tractat. 4. Reſol. 14.

§. 1. Hæc quæſtio ad mores maximè vtilis eſt, ideo declarabo magis titulum, an per Baptiſmum recedente fictione remittantur omnia peccata, non ſolùm quæ antecedunt Baptiſmum, ſed etiam ipſum peccatum fictionis, & alia quoque peccata, quæ in ipſa reali Baptiſmi ſuſceptione perpetrantur, & denique ea, quæ Baptiſmum ſubſequuntur; an potiùs omnia iſta peccata remittantur per pœnitentiam, per quam tollitur fictio in ordine ad claues Eccleſiæ, ita vt fictè, id eſt, ſine attritione baptizatus, poſtea in confeſſione ſacramentali huiuſmodi peccata confiteri teneatur.

2. Prima opinio eſt Scoti *in 4. diſt. 4. quæſt. 5.* vbi aſſerit, omnia peccata, quorum homo attritionem non habuit, ſaltem cùm ad Baptiſmum acceſſit, poſtea recedente fictione per pœnitentiam deleri, tenerique ipſum hominem fictè baptizatum de illis peccatis pœnitere, & ratione ſui, & quatenus fuerunt fictionis cauſa in Baptiſmo, & con-

sequenter in confessione sacramentali erunt explicanda.

3. Secunda sententia est Soti *in 4. dist. 6. q. 1. art. vlt.* asserentis, quòd per Baptismum remittuntur recedente fictione, omnia peccata antecedentia ipsum Baptismum, non tamen illa, quæ sunt simul cum ipso Baptismo, vel perpetrata post illum, quæ omnia necessariò in confessione sunt aperienda.

4. Sed ego per conclusiones veram sententiam explicabo. Prima conclusio. Fictio non remittitur per Baptismum, sed per pœnitentiam in ordine ad claues, atque adeò necessariò est explicanda in confessione sacramentali. Secunda conclusio. Omnia peccata ante Baptismum commissa, & omnia etiam quæ in ipsa Baptismi susceptione perpetrantur, siue sint sacrilegia contra Baptismum, siue non, delentur recedente fictione per Baptismum, etiam si fictè baptizatus nullam prorsus attritionem habuisset in ipso Baptismo, & ideò omnia supradicta peccata, non sunt recedente fictione in confessione explicanda. Tertia conclusio; peccata post susceptionem Baptismi commissa, recedente fictione, remittuntur per pœnitentiam in ordine ad claues Ecclesiæ, atq; re adeò quamdiù in confessione non aperiuntur, vt per sacramentum Pœnitentiæ te ipsa applicatum deleantur, requiritur contritio ad tollendam fictionem, & consequendum effectum Baptismi. Et hæc omnia mutuatus sum à Cabrera *de Sacram. q. 99. art.* 10. *disp.* 1. §. 2. 3. 4. & 5. Sylvio *in 3. part. q. 69. art.* 10. Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part. 1. de Baptismo, q. 4. dub. 4. conclus.* 1. Villalobos *in summa, tom. 1. tractat. 5. difficult.* 10. per totam, & Nugno etiam *in 3. part. tom. 1. quæst. 69. art.* 10. *dub.* 2. qui etiam pro praxi quærunt,

5. An sola attritio sine sacramento Pœnitentiæ sit sufficiens ad remouendam fictionem? Affirmatiuè respondent Paludanus *in 4. dist. 4. q. 5.* & Sylvester *verb. Baptismus 4.* circa finem, quia fictio est obex Baptismi, sed obex Baptismi tollitur per attritionem, vt omnes concedunt; ergo illa sufficit. Si enim attritio est sufficiens dispositio, vt Baptismus in actuali susceptione habeat suum effectum, cur non erit sufficiens ad remouendam fictionem, vt postea Baptismus suum effectum consequatur?

6. Respondeo; duobus modis quis cum fictione ad Baptismum potest accedere. Primò, quia videns, & sciens se accedere in peccato mortali, vel cum ignorantia crassa vincibili suscipit Baptismum & iste dicitur fictus propriè loquendo, & nouum sacrilegij peccatum committit. Secundò potest accedere cum peccati mortalis complacentia, sed excusatur à nouo peccato sacrilegij, ratione ignorantiæ inuincibilis; vel quia putat non esse necessariam aliam dispositionem præter fidem, & voluntatem Baptismi; vel quia putat se esse attritum, cùm re vera non sit. Hoc supposito, dico quòd fictio primi generis tolli non potest per solam attritionem sine Sacramento; secus verò si fictio sit secundi generis, nam ista tollitur per attritionem sine sacramento Pœnitentiæ, quia in homine sic accedente ad Baptismum non est necessarium sacramentum Pœnitentiæ, nam suppono omnia illius peccata antecessisse Baptismum. Ergo omnia tollenda sunt virtute solius baptismi, atque adeò tollentur cum dispositione sufficienti per se cum solo Baptismo. Ita Cabrera *vbi suprà, disp. 3. §. 1. 2. & 3.*

RESOL. XXVII.

An habente infantem baptizandum morti vicinum, & Sacerdote recusante eum baptizare, nisi detur quantitas pecuniæ, nec alia via possit conferri baptismus, licitum sit ei præbere pecuniam?

Et an hoc non solum pro infante, sed etiam pro adulto licitum sit?

Idem dicendum est, quando agitur de absolutione in extrema necessitate. Ex p. 5. tr. 3. Res. 29.

§. 1. Negatiuam sententiam docet D. Thom. *in 4. dist. 6. q. 1. art. 1. & dist. 25. q. 3. art. 3.* & insinuat *in 2. 2. qu. 110. art. 1. ad 1.* Idem docet Alexander de Alex. *part. 2. q. 187. memb. 3. art. 1. §. 1.* Richardus *in 4. dist. 25. art. 2. q. 1.* Paludanus *eadem dist. q. 8.* & alij. & ratio est, quia emere Sacramentum est intrinsecè malum, sicut & vendere. ergo nullo casu erit licitum. Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Res. 4. & signanter §. Verum.

2. Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, quia si in ista pecuniæ enumeratione aliqua esset inordinatio, in hoc esset, quòd numerando pecuniam videtur quis consentire venditioni rei spiritualis, & pretium temporale exæquare rei spirituali; sed neutrum est in hoc casu, non enim numerans consentit magis venditioni, quàm petens mutuum, consentit iniquæ voluntati vsurarij. & si consentiret, tantùm consentiret tanquam in minus malum; minus enim malum est, vt Sacerdos vendat Baptismum, quàm vt infantem in æternum perire sinat. Neque etiam censetur æquare pecuniæ summam, quamuis notabilem Baptismo, quia non dat illam vt pretium Sacramenti, sed vt medium necessarium ad alliciendum Sacerdotis illius animum, & Sacramentum obtinendum. Et confirmatur, quia si alius Sacerdotem impediret, ne Baptismum conferret, posset ei dari pecunia, vt cesset impedire, cur non etiam posset dari ipsi Sacerdoti, vt tollat impedimentum, quod ipse sibi per malitiam, & auaritiam suam posuit? Confirmatur secundò, licet Sacerdotem illum secundùm Adrianum inducere minis, precibusque, cur non & pecunia? Confirmatur tandem, quia omnia bona temporalia concessa sunt homini vt iuuent eum ad salutem consequendam; ergo si Sacramentum ad salutem mihi necessarium, non possim propter malitiam Ministri aliter obtinere, quàm dando mea temporalia, nihil inordinatum committam. Et ita hanc sententiam docet Lessius *lib. 2. cap. 35. dub. 7. num.* 13. Igitur in tali casu licitum est offerre pecuniam, non quidem tanquam pretium Sacramenti propriè, sed tanquam medium alliciendi animum alterius ad dandum Sacramentum. Vnde ex dictis sequitur non solùm pro infante, sed etiam pro adulto posse dari pecuniam ad alliciendum animum Sacerdotis, si alioquin absque Baptismo moriturus esset, quia illa necessitas sufficiens est ad tollendam irreuerentiam, & non minus censetur dari ad redimendam vexationem, quàm in casu infantis, quia est iustus metus damnationis. Idem dicerem quando agitur de absolutione in extrema necessitate. Sup. hoc in tom. 5. tr. 7. Res. 14. §. vlt. & in Res. anno. præteritæ §. penult. Sup. hoc in Res. not. primæ huius Res. signanter in eius §. Vnde, & seqq.

RESOL.

RESOL. XXVIII.

Vtrùm Parentes quamprimùm teneantur baptizare infantes?

Et explanatur, quomodo intelligendum sit illud quamprimùm. Ex p. 3. tract. 4. Res. 8.

Sup. contento in hac Res. in seq. Res. & quamuis non plenè sup. quæstionibus huius Res. lege tamen in tom. 3. tr. 1. doctrinam Res. 7. & quamuis etiam non plenè in hoc casu pro aduerbio *quamprimùm* posito in lin. 3. huius Res. Vide infrà in tr. 3. ex Res. 170. §. Ego olim. &c.

§. 1. COmmuniter affirmatiuè respondent DD. sed quomodo intelligendum sit illud *quamprimùm*, arbitrio prudentis viri committunt Henriquez *lib. 2. c. 4. n. 3.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 25. sect. 2.* & alij, attentis circumstantiis, & cuiusque Ecclesiæ consuetudine.

2. Sed Sotus *in 4. sent. dist. 5. quæst. vnic. 3.* in particulari descendens sic asserit. Cùm, puer statim baptizari iubetur, non intelligitur eadem natiuitatis die aut tertia, aut quarta, sed quando commodè potest in Ecclesiam portari, & mergi, quod est octauo die, vt moris est, vel decimo, aut duodecimo die. Ita Sotus qui loquitur absolutè de omnibus baptizandis, & vbi patrinus expectaretur.

3. Non reticebo tamen in nostra Synodo Panormitana celebrata anno 1615. ab Eminentissimo Cardinali ab Auria circa præsentem casum ita determinatum esse *p. 2. cap. 1. num. 2.* Natum infantem ij, quorum ea est cura, ante nonum diem ad suscipiendum in Ecclesia Baptismum deferant, quod si neglexerint, excommunicationis pœnæ subiaceant. Ita Synodus.

RESOL. XXIX.

Quando infantes Christianorum sint baptizandi à parentibus, vel tutoribus?

Sed difficultas est, an consuetudo Ecclesiæ obligans sub mortali parentes ad baptizandum infantes, sit vbique? Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. Res. 1.

Sup. hoc in Res. præterita.

§. 1. IN mortis periculo adesse Præceptum diuinum baptizandi infantes, certum est. Difficultas est extra periculum mortis. Et tùnc etiam adesse tale Præceptum docet Granado *in 3. par. contr. 4. tract. 4. disp. 4. num. 4.* cum Soto, & Valentia.

Quamuis non plenè sup. hoc. & doctrina seq. in hac Res. lege tamen in tom. 1 [illegible] 1. Res[illegible] vide hic [illegible] frà doctrinam. Res. 32.

2. Probatur: quia adulti diuino Præcepto tenentur baptizari, cùm primùm commodè possunt, vt Suarez ipse, & alij concedunt: ergo simile Præceptum obligat ad baptizandos infantes, cùm primùm commodè possint. Patet consequentia: quia, si attendamus Scripturam, & Ecclesiæ traditionem, non magis ex illis colligitur diuinum Præceptum statim baptizandi adultos, quàm infantes: si verò consideretur necessitas recipientium, multò maior est in paruulis, qui per votum Baptismi non possunt obtinere salutem, quàm in adultis, qui sine reali susceptione Baptismi iustificari, & saluari possunt. Ergo non minùs, sed magis obligat lex diuina ad pueros baptizandos: & cùm illi non sint obligationis capaces, Præceptum hoc obligauit eos, quibus puerorum cura demandata est.

3. Confirmatur: quia eadem omninò ratio, qua *suprà* probatum est, adultos obligari ad Baptismum statim recipiendum aliquo diuino Præcepto, probat etiam, pueros esse baptizandos statim. Nec est, vnde sufficienter colligatur, Ecclesiam imposuisse Præceptum baptizandi pueros, & non potiùs declarasse ipso vsu, & consuetudine Ius diuinum, quod ex verbis Ioan. 3. sufficienter colligitur. Cùm enim ex Christi Domini institutione Baptismus sit necessarius, non solùm, vt quis gloriam consequatur; sed vt in hac vita iustificetur, & pertineat ad Ecclesiam, sufficienter infertur, non solùm voluisse Christum Dominum obligare, vt recipiatur in mortis articulo; sed etiam extra illum, quando primùm commodè recipi potest: cùm ergo Baptismus commodè recipi possit in infantia, in illa tenebuntur parentes, vel tutores hac diuina lege pueros baptizare.

4. Sed mihi magis placet opinio Suarez *in 3. part. disp. 25. sect. 2.* & aliorum. Dicendum est igitur, extra casum necessitatis nullum extare diuinum Præceptum, quod obliget ad baptizandos hos infantes filios Christianorum ante vsum rationis. Neque enim Scriptura, vel traditione ostendi potest de hac re positiuum Præceptum, neque etiam est naturale, quod ex aliis principiis fidei necessariò sequatur. Dices: Ipsa quotidiana necessitas, & morale periculum, quod est in illa tenera ætate, videtur esse sufficiens causa, vt ex vi institutionis Baptismi orta sit hæc obligatio. Respondetur, hanc quidem rationem ostendere, rem esse valdè conuenientem, non tamen simpliciter necessariam: quia illa necessitas non est tanta, vt ex illa oriatur morale periculum moriendi sine Baptismo præcipuè cum hoc Sacramentum possit tanta facilitate administrari, vt rarissimè possit euenire casus, in quo moraliter ob acceleratam infantis mortem dari non possit.

5. Itaque existimo, Ecclesiastico iure necessarium esse baptizare hos infantes ante vsum rationis. De hac enim re non inuenio Ius Canonicum, quod scriptum sit: tamen recepta Ecclesiæ consuetudo, sufficiens videtur ad hoc Ius introducendum: cuius indicium esse potest, quòd si quis fidelium vellet contra hanc consuetudinem agere, magnum scandalum in aliis generaret, nisi euidens aliqua necessitas ad Baptismum differendum cogeret. Quocirca & Pastores Ecclesiæ tenentur adhibere curam, vt hi paruuli maturè baptizentur, & parentes etiam tenentur eos ad Baptismum offerre. Quòd si ipsi negligentes sint, vel etiam si sint inuiti, Pastores Ecclesiæ eos debent obligare, & cogere, vel, si opus sit, etiam ipsis inuitis filios baptizare: quia neque horum consensus est simpliciter ad Baptismum necessarius, neque habent ius differendi filiorum Baptismum contra legem, seu consuetudinem Ecclesiæ.

6. Sed difficultas est, an talis consuetudo obligans sub culpa mortali, parentes ad baptizandum infantes, sit vbique. Dubitat nouissimè Marcus Serra *in 3. part. D. Thomæ, qu. 68. art. 3.* vbi sic ait: [Quamuis de hac re nullum sit Ius canonicum scriptum; tamen recepta Ecclesiæ consuetudo, sufficiens videtur ad hoc Ius introducendum. An verò hæc consuetudo sit totius Ecclesiæ, mihi non constat: sed, si verum est, quod fama sparsit, Ludouicum XIII. Galliæ Regem morti proximum præcepisse baptizari Delphinum, filium suum successorem, qui tunc iam septem, vel octo annos compleuerat; suspicor, in Gallia talem consuetudinem non extare, propter quod dixi, vbi est consuetudo.] Ita ille. Verùm eius opinio mihi non placet: nam Doctores absolutè asserunt, consuetudinem obligatoriam baptizandi infantes adesse vbique: & falsum est, quod ipse asserit, talem consuetudinem non extare in Gallia. Et exemplum Ludouici XIII. est falsum, vt mihi fide digni testantur,

7. Restat

Sup. hoc tẽpore in §. 1. Ref. præteritæ à lin. 2.

7. Restat modò videre, ad complementum quæstionis, quanto tempore parentes possint differre Baptismum infantium. Granadus *vbi suprà, num.* 2. ex Soto, Valentia, & Henriquez asserit, non licere vsque ad duodecimum diem Baptismum differre sine peccato mortali, nisi vrgeret aliqua grauis causa. Id, quod suadet consuetudo Ecclesiastica baptizandi octauo die; vltra quem dilatio duorum, vel trium dierum, non videtur grauis. Sed plus addit Castrus Palaus *tom.* 4. *tract.* 19. *disp. vnica, punct.* 9. *num.* 4. sic enim asserit: [Quæ autem sit diuturna dilatio sufficiens ad peccatum mortale, arbitrio prudentis iudicanda est, teste Suarez *disp.* 15. *sect.* 2. §. *Sed quæres:* & Henriquez *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Crederem autem, seclusa graui causa, vltra mensem à natiuitate diuturnam esse dilationem: quia est dilatio contra communem praxim, & periculo scandali satis exposita. Stante verò causa graui, qualis fortè est, vt Baptismus maiori cum solemnitate fiat, permitti potest dilatio vltra mensem vnum, sed non duos: adhibita tamen speciali diligentia, ne paruulo periculum contingat decedendi sine Baptismo.] Ita ille. Vide Layman, *lib.* 5. *tractat.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 4. *num.* 2. cui adde, me citato, Leandrum *de Sacram. tom.* 1. *tractat.* 2. *disput.* 1. *quæst.* 14.

RESOL. XXX.

An ad suscipiendum Baptismum sufficiat attritio cognita?

Idem dicendum est quoad Sacramentum Pœnitentiæ?

Et an, vt attritio sufficiens sit ad Baptismum, sit necesse, quod sit supernaturalis obiectiuè, vel sufficiat qualiscumque pœnitentia imperfecta? Ex part. 3, tract. 4. Resolut. 13.

§. 1. NEgatiuè respondet Adrianus *in* 4. *de pœnit. q.* 1. *concl.* 5. *art.* 3. Alexander de Ales, 4. *part. q.* 18. *membr.* 1. *art.* 1. Medina *Cod. de confess. quæst. de confess. ficta iteranda.* Corduba *in quæstionario lib.* 1. *q.* 1. & Vega indicat *lib.* 13. *in Concil. Trident. cap.* 14. Ledesma 2. *p.* 4. *q.* 20. *art.* 1. Victoria *in sum. Sacr. n.* 258. & alij, & septem rationes adducit Cabrera pro hac firmanda opinione.

2. Sed ipse meritò illam impugnat *de Sacram. q.* 69. *art.* 8. *disp.* 2. §. 5. & 10. & Villalobos *in summa, tom.* 1. *tract.* 5. *diffic.* 49. *num.* 3. sic ait: [Sufficiente disposicion para este Sacramento es la atricion, y no se requiere contricion, assi lo tienen S. Thomas, Scoto, y es comun. El fundamento es, porque para el Sacramento de la penitencia no es necessario mas que esto, luego lo mismo se ha de dezir aqui, donde se concede mas facilmente el perdon, y no es menester que esta atricion sea tenida por contricion, como tambien diremos en el Sacramento de la Penitencia. Esta atricion es necessario, que sea sobrenatural, porque de otra manera no seria verdadera disposicion para la gracia.] Ita ille, & ante illum docet etiam hanc sententiam Nugnus *in* 3. *part. tom.* 1. *q.* 69. *art.* 9. *dub.* 2. vbi contrariam improbabilem esse affirmat.

Sup contento in hoc versic. vsque ad seq. infra in tr. 3. Ref. 108. §. 1. 2 & 3. & in aliis eorum notationum.

Sup. hac attritione infra in principio, §. vlt. huius Ref.

3. Dicendum est igitur, attritionem cognitam esse sufficientem dispositionem ad Sacramentum Baptismi, vnde si quis videat se non habere contritionem, licitè potest accedere ad hoc Sacramentum, & iustificatur in illo, & idem dicendum est quoad Sacramentum Pœnitentiæ.

4. Sed plus addit Pitigianus *in* 4. *tom.* 1. *dist.* 4. *q.* 4. *art.* 3. *concl.* 3. vbi sic ait. Attritio sufficiens ad effectum Baptismi non est necesse, quòd sit supernaturalis obiectiuè, sed sufficit qualiscumque pœnitentia imperfecta, quæ tamen absolutè remoueat affectum ad peccatum, id est, faciat vt ampliùs non vigeat, qualis est illa pœnitentia, quæ est de ipsis peccatis in se, sub quacumque ratione quis illa detestetur, siue ea ratio sit quatenus sunt offensa Dei, siue vt habent reatum pœnæ æternæ, siue vt habent ignominiam, siue ob quemcumque alium eiusmodi respectum, quæ pœnitentia solet nominari attritio imperfecta. Sic Pitigianus, & ante illum Sotus & Cano, quos refert, & meritò impugnant Ioan. de la Cruz *in direct. consc. p.* 1. *de Baptismo, quæst.* 4. *dub.* 3. *conclus.* 2. Nugnus *vbi suprà dub.* 4. & Cabrera cum aliis, quia attritio naturalis non est proportionata dispositio ad gratiam, quæ est forma spiritualis.

Sup. hoc & sequenti doctrina infra in tr. 3. Ref. 95. §. vlt. & ex Ref. 107. §. Notandum est & ex Ref. 108. § 1. & 2.

RESOL. XXXI.

An propter imminentem mortem liceat adulto differre susceptionem Baptismi, aut illam prætermittere; cum tamen alioqui possit vitam conseruare, si Baptismum omittat?

Et cursim infertur, an adulto non sit medium necessarium ad salutem Baptismus in re susceptus, sed in voto sufficiat? Ex part. 5. tractat. 3. Resolut. 9.

§. 1. VT, v. g. si quis minaretur mortem adulto, si baptizetur, cùm tamen alioqui posset vitam conseruare, si Baptismum omittat. Et in hoc euentu certum est in primis licere differre Baptismum propter vitandum eiusmodi periculum, si postea creditur adfuturam occasionem recipiendi hoc Sacramentum. Deinde licèt certò sciretur postea non fore suscipiendum Baptismum, nemo, per se loquendo, obligaretur illum recipere cum tanto vitæ periculo; quod quidem ferè omnes Doctores sentire, affirmat Suarez *disp.* 31. *sect.* 3. *paulò post initium*, probarique potest, quia adulto non est medium necessarium ad salutem Baptismus in re susceptus, sed in voto sufficit, vt suprà dictum est; ergo cùm aliunde amor vitæ maximus sit, & magna obligatio illam prudenter conseruandi, non tenebitur adultus subire manifestum vitæ discrimen, vt Sacramentum recipiat, sed satis erit si eliciat contritionem, & poterit æternam adipisci salutem. Denique addo in prædicto casu non teneri adultum omittere Baptismum. Et quidem si ex Baptismi omissione proueniret graue aliquod incommodum contra Catholicam Religionem, crearetúrque aliqua infamia Ecclesiæ, non solùm posset, sed teneretur non omittere Baptismum, quia maioris momenti est honor fidei nostræ, quàm vita vnius, imò & plurium hominum; proptereáque dicebam, per se loquendo, non teneri adultum ad Baptismum cum vitæ discrimine, quia per accidens teneri posset, vt in prædicto, & similibus casibus. Verumtamen licèt nullum eiusmodi incommodum ex omissione Baptismi proueniret, non videtur homo teneri omittere hoc Sacramentum propter periculum mortis, si certò sciat non habiturum postea copiam Baptismi. Probatur, quia hoc non est sibi ipsi mortem inferre, quod est intrinsecè malum, sed mortem ab alio infligi permittere, quod quidem sæpè licitum est, vt constat ex materia de homicidio, quando occur-

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. ex doctrina Ref. 136. paulo post initiũ, vers. Secũdo. & in tom. 7. tr. 5. Ref. 76. §. Quinto, infertur.

runt

runt graues causæ eiusmodi permissionis; in præsenti autem grauis causa occurreret, quia licèt Baptismus in re susceptus, non sit adulto omninò necessarius ad salutem, sed contritio possit eius defectum in necessitate supplere, adhuc tamen est multo facilius per ipsum Baptismum iustificari, & sæpè valdè incertum an homo habeat contritionem, præsertim quando de nouo accedit ad fidem, & priùs fuerat infidelis: ergo vt in tanto negotio prospiciatur vitæ spirituali, & eligatur medium longè securius ad salutem, non erit illicitum contemnere vitam temporalem alioqui incertam. Et hæc omnia docet Iacobus Granado, *de Sacrament. contr. 4. tract. 4. disp. 2. num. 8.*

RESOL. XXXII.

An adulti sufficienter instructi teneantur quamprimum suscipere Sacramentum Baptismi?

Et quid est huiusmodi tempus?

Et an, si ex incuria Parentum infantes non sint baptizati, & nolint in adulta ætate baptizari, possint ad id compelli?

Et an, si Parentes non baptizarent infantem surdum, cæcum, & mutum, sit baptizandus in adulta ætate?

Et contra Caietanum non ponitur in dubium Constantinum, ante finem vitæ fuisse baptizatum.

Ex part. 9. tract. 6. Misc. 1. Resol. 2.

Sup. in to. 3. tr. 1. lege doctrinam Res. 7. & hic suprà ex Resolut. 29. §. 2. & 3.

§. 1. AD hanc quæstionem Serra *in 3. part. D. Thomæ, q. 68. art. 3.* putat, adultis non baptizatis etiam sufficienter instructis, & idoneis nisi periculum mortis immineat, non esse iure diuino determinatum tempus, vltra quod, si Baptismum differant, peccent mortaliter: teneri tamen sub mortali Baptismum non differre vsque ad mortem, & ante illam non differre illum per multum tempus voluntariè, & absque sufficienti ratione. Primam partem docet D. Thomas, *in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. quæstiunc. 4.* vbi sic habet: [Ad Baptismum percipiendum non tenetur aliquis statim, postquàm habet propositum Baptismi, ita quòd peccet mortaliter, nisi statim baptizetur: nec est aliquod tempus determinatum, vltra quod, si Baptismum differat, peccatum mortale incurrat, &c.] Si periculum mortis immineat, etiam per se loquendo, obligatur aliquis ad Baptismum suscipiendum.

2. Secundo probatur: nam, quod est huiusmodi tempus? Si dicas esse primam opportunitatem, & occasionem, qua possunt commodè Baptismum recipere: contra hoc est, quod *loco proximè citato*, ait: D. Thomas: Præcepta affirmatiua non obligant ad statim, sed ad tempus determinatum, non quidem ex hoc, quòd tunc commodè impleri possunt, quia sic si non daret aliquis eleemosynam de superfluo, quandocumque pauper offertur, peccaret mortaliter, quod falsum est: sed ex hoc, quòd tempus necessitatem vrgentem adducit. Ergo, cùm Præceptum suscipiendi Baptismum sit affirmatiuum, non obligat, quamprimùm commodè recipi potest, (sicut nec Præceptum diuinum Confessionis Sacramentalis, de quo *ibi* agit D. Thomas, obligat statim oblata opportunitate,) sed quando tempus necessitatem vrgentem adducit.

3. Verùm ego existimo, adultum teneri diuino Præcepto recipere Baptismum, cùm commodè potest: & ita docet Hurtadus, *disp. 1. diffic. 16.* Fillincius, *tom. 1. tract. 2. cap. 6. num. 131.* Coninch. *in 3. part. q. 68. artic. 3.* Leander *de Sacramen. tom. 1. tract. 1. disp. 1. num. 12.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disput. 31. sect. 1.* Valentia *tom. 4. q. 1. punct. 4.* Henriquez, Granadus, Castrus Palaus & alij. Probatur: quia certum est, Præceptum Baptismi obligare: ea autem obligatio, non solùm restringenda est ad articulum mortis, cùm iam tunc finiatur via spiritualis, & ad terminum perueniatur; Baptismus autem institutus sit, vt initium vitæ spiritualis, & ianua Sacramentorum, quibus ad terminum cœlestis patriæ properamus: obligat ergo Præceptum hoc ante mortem, sed non est aliud tempus in vita, quo verisimilius sit obligare, quàm cùm primùm commodè recipi potest Sacramentum: ergo.

4. Confirmatur: quia adultus tenetur credere, cùm primùm ei sufficienter proposita sunt mysteria fidei: ergo etiam tenetur recipere Baptismum, cùm primùm commodè potest. Patet consequentia: quia, sicut fides statim obligat, quia est fundamentum vitæ spiritualis; ita etiam obligat Baptismus, qui est ianua Ecclesiæ, & necessariò prærequisitus ad recipienda alia sacramenta; & vt homo sit particeps orationum Ecclesiæ, gubernaríque possit à Pastoribus qui curant Dominicum Gregem, & erga non baptizatos non habent iurisdictionem.

5. Nec obstant rationes dubitandi: nam, licèt in Scriptura, & Patribus non determinetur tempus, sufficienter illud colligitur ex ipsa rei natura, supposita necessitate Baptismi: & quamuis sit affirmatiuum Præceptum, adhuc potest obligare statim, si non adsint rationes peculiares, ob quas differri oporteat: sic enim obligat statim Præceptum recipiendi fidem sufficienter propositam: & tamen est affirmatiuum. Satis ergo est ad rationem Præcepti affirmatiui, si non obliget quoad omnes circumstantias; sed aliquæ occurrere possint, ratione quantum liceat differre executionem: & ita res se habet in præcepto Baptismi: propterà enim addidimus in assertione, obligare præceptum Baptismi, cùm primùm commodè recipi potest: occurrunt enim aliquæ circumstantiæ, ob quas desit ista commoditas, ac proinde cesset obligatio: & ideò excusandi sunt Sanctus Ambrosius, & Sanctus Martinus, qui Baptismum non statim receperunt.

6. Nec supradictis obstat exemplum Constantini Magni, qui in vltimo vitæ fuit baptizatus: Vnde Caietanus *in 3. part. q. 69. art. 8.* sic ait: [Aduerte, D. Thomam recitatiuè loqui de lepra Constantini: dico autem hoc, quia nullius authoritate constat, Constantinum mundatum à lepra in Baptismo: tum, quia gesta Syluestri (ex quibus hoc videtur haberi) incertum habent Authorem, vt patet in cap. *Sancta Romana dist. 15.* tum, quia nullus, siue Christianus, siue Gentilis, Historicus inuenitur hoc scripsisse, vt testatur Platina *in Vita Marci Papæ*: tum præcipuè, quia Ambrosij authoritas obstat, dum *in oratione de obitu Theodosij* expressè dicit, Constantinum in vltimis constitutum baptizatum fuisse: quod longè distat ab hoc, scilicet, quòd in principio suæ conuersionis fuerit baptizatus. Et propterea narratio de lepra Cõstantini non est assertiuè probanda.] Ita Caietanus.

7. Sed meritò aduersùs illum insurgit nouissimè Pater Lessius *in 3. part. q. 68. art. 3. num. 5.* Itaque dicendum est contra Caietanum, falsum esse, Constantinum sub finem vitæ Nicomediæ baptizatum: constat enim, illum initio conuersionis baptizatum Romæ à Syluestro. Patet hoc ex Concil.

Romano,

RESOL. XXXIV.

An, ſi vnus teſtis etiam Paganus dicat moribundum poſtulaſſe Baptiſmum, iſte ſit baptizandus?

Et ex doctrina prædicta quæſtionis deducitur idem dicendum eſſe in dicto caſu de poſtulante Euchariſtiam, & confeſſionem. Ex part. 5. tractat. 3. Reſolut. 21.

Sup. hoc in Reſ. not. ſeq. per totam, & in tom. 8 tr. 1. recitantes in §. vlt Reſ. 3.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè cum Ioanne Sancio *in ſelectis diſp.* 54. *num.* 39. vbi ſic ait: Baptizandus eſt adultus, etiamſi vnius teſtis aſſertione Baptiſmum poſtulaſſe conſtet, quod docet Zambranus *de Baptiſmo cap.* 1. quamuis etiam ſit infidelis teſtis ille eo modo, quo diximus *diſp.* 34. *num.* 8. miniſtrandam fore Euchariſtiam publico peccatori in extremis degenti, licèt ſigna pœnitentiæ ſolùm coràm vnico teſte præſtiterit, & ſicut aſſeruimus adeſſe obligationem abſoluendi illum, qui ſigna doloris oſtendere non poteſt, vnico tantùm teſte teſtimonium ferente ea manifeſtaſſe, eſt enim par ratio in vtroque caſu, imò maior in Baptizando, nam in Baptiſmo actus ſuſcipientis illum non ſunt materia Sacramenti, ſicut in confeſſione. Vnde æquius dubitari poſſet, an valeat impendi abſolutio pœnitenti nulla ſigna doloris oſtendenti, quantumuis teſtis affirmet illa tradidiſſe, quàm dubitari queat, an baptizari poſſit, qui Baptiſmum de præſenti non petit, dum adſit teſtis affirmans illud petiuiſſe. Quapropter omnes Doctores affirmantes poſſe pœnitentem abſolui, teſtificante alio ſigna doloris manifeſtaſſe, tenentur fateri poſſe adultum baptizari, teſte affirmante Baptiſmum ab illo poſtulatum fuiſſe. Confirmantur ſupradicta ex his, quæ ego adduxi *in* 3. *part. tractat.* 3. *reſolut.* 5. Reginaldus *in praxi tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 8.

Quæ hic eſt infra in tr. 4. Reſ. 59. & in §. not. præteritæ.

RESOL. XXXV.

An ſi talis dubitet, an adultus moribundus petierit Baptiſmum, ſit adhuc baptizandus ſaltem ſub conditione?

Præterea, ſi poſt petitionem Baptiſmi, ſe iam nolle illum dicat adultus, dubitetur tamen à Medicis, an ex phreneſis læſione renuat baptizari, an in dicto caſu ſaltem ſub conditione ſit baptizandus?

Item, ſi dubitetur de veritate teſtis, an verum dicat, an non de poſtulato Baptiſmo; aut ſi audientes non recordentur ſatis, an teſtis aſſeruerit expoſtulatum eſſe Baptiſmum, vel non; nec compareat teſtis, an ſub conditione erit miniſtrandus Baptiſmus?

Et diſcutitur, an vt adultus baptizetur, opus ſit explicitè credere in Trinitatis myſterium, & Incarnationis?

Et aſſeritur, quod ſi in dubio ſit coniectura, vt moribundus petierit Baptiſmum, baptizandus eſt ſub conditione.

Et quid, ſi dubitetur, ſitnè mortuus adultus, vel non, an baptizandus erit? Ex part. 5. tractat. 3. Reſolut. 22.

§. 1. REſpondet affirmatiuè Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 44. *num.* 40. vbi ſic ait: Et ſi dubitetur, ſitne mortuus adultus, vel non, baptizandus erit, ex *cap. de quibus, de Baptiſmo.* Et hinc oritur inſtructio baptizandi ſub conditione ex quocumque capite oriatur dubitatio, cùm ratione dubij licitè fiant, quæ alias non fierent, vt notat gloſſ. *ibid.* Immò etſi teſtis dubitet, petierit, necne adultus Baptiſmum, ſub conditione baptizandum fore iudicamus, cùm vndequaque oriatur ambiguitas appoſita conditione ſit vincenda. Præterea ſi poſt petitionem Baptiſmi ſe iam nolle illud dicat adultus, dubitetur tamen, præſertim à Medicis ex phreneſis læſione, an renuat baptizari, ſub conditione baptizandus eſt, vt docet Henriquez, *lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 4. Item ſi dubitetur de veritate teſtis, an verum dicat, vel non de expoſtulato Baptiſmo, ſub conditione erit baptizandus, aut ſi audientes non recordentur ſatis, an teſtis aſſeruerit expoſtulatum eſſe, vel minus Baptiſmum, nec compareat teſtis, à quo ſciſcitetur, ſub conditione erit miniſtrandum.

Sup. hoc lege doctrinam Reſ. ſeq & §§. eius annot.

2. Nec obſtat ſi dicas adultum illum non valentem per ſe ipſum Baptiſmum petere baptizari non deberi, quia vt baptizaretur opus erat explicitè credere in Trinitatis myſterium, & Incarnationis, vt docet Sanch. *in ſumm. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 24. Villalobos *tom.* 2. *tr.* 1. *diffic.* 4. *n.* 13. eo quòd in illa myſteria credere ſit neceſſarium medium ad ſalutem. Non, inquam, obſtat hoc, quia ſunt aliqui non requirentes explicitam fidem illorum myſteriorum, vt medium neceſſarium, vt docet idem Villalobos *tom.* 2. *ſumm. tract.* 1. *diffic.* 3. *num.* 7. alios adducens. Tum quia eſto neceſſaria eſſet explicita fides, non incumbit baptizanti in articulo mortis de illa rogare, quando infirmus reſpondere non poteſt, & præſumi debet explicitè actum credendi in myſterium Trinitatis & Incarnationis habuiſſe adultum, cùm auidè Baptiſmum poſtulaſſet. Et cùm opinionum varietas verſetur, an ſufficiat implicita, vel explicita fides, ſub conditione ſaltem baptizari debere non dubito, & conſtat manifeſtè in Chriſtum implicitè credere, qui ipſi incorporari per Baptiſmum exoptat. Huc vſque Sancius *loco cit.* cui adde Henriquez *lib.* 2. *c.* 24. *n.* 4. vbi aſſerit, quòd ſi in dubio ſit coniectura, vt moribundus petierit Baptiſmum, baptizandus ſit ſub conditione.

RESOL. XXXVI.

An moribundus, qui poſtulauit Baptiſmum, ſi in amentiam, vel lethargiam poſtea incidit, ſit adhuc baptizandus, licet in furia reſiſtat?

Et an poſſit ligari, vt ſic baptizari valeat? Ex part. 5. tract. 3. Reſol. 23.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondeo cum Zambrano *de Sacram. Baptiſmi, dub.* 8. *cap.* 1. *num.* 2. vbi ſic ait: Furioſi, amentes & priuati vſu rationis ſi priùs illum habuerunt, & ſignificauerunt voluntatem Baptiſmi, ſunt baptizandi in periculo mortis, credendo eam voluntatem perſeueraſſe, quando de contraria non conſtat: habetur *cap. maiores, de Baptiſmo, fine.* Sic ille: & poſt illum Sancius *in ſelectis diſp.* 44. *n.* 42. Suar. *in* 3. *p. q.* 10. 3. *diſp.* 24. *ſect.* 1. *concl.* 2. Henriq. *lib.* 2. *c.* 24. *n.* 4. qui addit ſupradictum eſſe baptizandum, licèt in furia reſiſtat. Vnde docet Sancius *n.* 42. poſſe ligari, vt ſic baptizari valeat. Vide etiam circa præſentem quæſtionem Ludouicum Mæratium *tom.* 3. *tract. de Sacr. Baptiſm. diſp.* 6. *ſect.* 4.

Sup. cont. in hac Reſ. in ſeq. Reſ. § 1. ante medium, verſ. dicendũ eſt. & pro parte, in Reſ. præterita, § 1. ad medium, verſ. Præterea. & in tr. 2. tr. 6. ex doctrina Reſ. 61. §. 2. curſim ad medium.

RESOL. XXXVII.

An sit validus Baptismus collatus dormienti, qui illum petierat ante somnum?

Idem est dicendum de amente, qui ante amentiam, & de furioso, qui dum haberet dilucida interualla, petierunt Baptismum, etiamsi postea dum baptizantur, resistere videantur.

Et discutitur, an Minister, qui ante somnum habuit voluntatem baptizandi aliquem, si illum dormiens baptizet, conficiat Sacramentum? Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 12

§. 1. REspondeo affirmatiuè, & ita determinat Innocent. III. *in cap. maiores de Baptismo*, & sumitur ex Concil. Carthagin. III. *can.* 34. & Arausic. I. *can.* 12. quia voluntas, & propositum praecedens sufficit, vt illa susceptio Baptismi censeatur voluntaria, & vt censeatur non ponere obicem, & idem, vt ex pluribus notauit Barbosa *in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 4. c. 3. n. 16.* Syluius *in 3. part. q. 68. art. 7.* dicendum est de amente, qui ante dementiam, & de furioso, qui dum haberet dilucida interualla, petierunt Baptismum, etiam si postea dum baptizantur, resistere videantur, nam illa resistentia non repugnat intentioni antea elicitae, cùm ipsa resistentia, quae tunc temporis contingit, non sit actus humanus. Sed dices, minister, qui ante somnum habuit voluntatem illum baptizandi, si illum dormiens baptizet, non conficeret Sacramentum; ergo neque similis voluntas sufficiet ex parte baptizati.

Sup. hoc amente in Ref. praeterita, & in aliis eius not.

2. Respondet Cabrera *de Sacr. in 3. p. q. 68. art. 7.* quòd aliqui Theologi probabiliter dicunt in tali casu verum confici Sacramentum, sufficeréque virtualem voluntatem ministri, praesertim si illa actio, quam dormiens exequitur, ortum habeat ex efficaci voluntate conferendi Baptismum, quam in vigilia habuit. Haec solutio procul dubio est probabilis, nec poterit facilè falsitatis conuinci, quoniam illa actio quae fit à dormiente, videtur voluntaria virtualiter in sua causa, nempè in voluntare habita in vigilia. Quare in tali casu puto Baptismum exercendum esse sub condirione. Ita Cabrera; sed ego puto maiorem voluntatem, & intentionem requiri in Ministro ad Baptismum, quàm in suscipiente; & ta est dispar ratio inter vtrumque casum.

RESOL. XXXVIII.

An mutus & surdus, si in terris Infidelium se misceat cum aliis ad suscipiendum Baptismum, sit baptizandus? Ex part. 5. tractat. 6. Resolut. 1.

§. 1. HIc casus olim torsit Doctorum ingenia, & de illo agit Lopez *in Instr. conscient. part. 1. cap. 12.* vbi sic asserit: Et adhuc paululum pergimus immorari in hac scitu digna quaestione ab hac non abhorrenti materia, scilicet qui natus est surdus & mutus inter infideles, qui nunc conuertuntur in Indiarum nouo Orbe, qui iam adultus euasit, si Baptismum perit, quia alios videt baptizari, an sit ei conferendus? Et quidem non tam patens est quaestio vt statim succurrat menti quid sit dicendum. Nam aliqui Thomistae, quibus ad manus casus hic euenit, in regionibus Indiarum non ausi sunt tali conferre Baptismum: nam pro parte negatiua hae rationes vrgere videntur. Prima; quia cum in adultis ad Baptismum requiratur dispositio fidei absolutè, & contritionis, aut attritionis, si baptizandus mortalis peccati est conscius, iste quia mutus & surdus à natiuitate fuit; vnde iuxta praeceptum Domini, *Ite, docete omnes gentes baptizantes eos*, edoceri non potuit vt baptizaretur, fide explicita, & implicita videtur carere, est ergo indispositus. Item demus quòd possibile & verisimile est furatum fuisse, cum vxore aliena coiisse, quae acta mala esse etiam nemine docente exteriùs, lumen naturale, quod signatum est super nos, ei dictat. Quorum peccatorum contritione, aut dolore videtur carere, quia de necessitate doloris ad Baptismum necessarij edoceri nequit: ergo ne indisposito & in peccato complacenti detur Baptismus, non est ad Baptismum recipiendus, ne sacrilega sit receptio.

2. Sed in contrarium hae quoque premunt rationes. Prima, quia non est in via aliquis relinquendus, dum viator est extra statum salutis. Negare autem huic petenti Baptismum, videtur illum tanquam sine spe remedij relinquere: ergo. Item praesumendum est talem surdum à natiuitate, & élinguem, si cum signis perit Baptismum à Deo, de quo D. Ioannes ait, quòd illuminat hominem venientem in mundum, fuisse illuminatum de fide supernaturali saltem implicita, & de dolore necessario, quia Deus non deficit in necessariis: ergo est baptizandus. Et confirmatur ex D. Augustino, vbi Catechumenos retinentes adulterina consortia, si desperati, & intra se poenitentes iacuerint, neque pro se respondere potuerint, quia amiserunt vsum linguae, alio modo baptizandos, inquit, huiusmodi puto: ergo simili ratione huiusmodi mutos & surdos à natiuitate, si signa contritionis, tundendo pectus, vel aliter ostenderent, baptizandos esse censeret. Sed quia rationes hae pro parte affirmatiua solutiones planas habent, & quia rationes pro parte negatiua vrgentiores sunt, si quis velit huiusmodi baptizare surdum & elinguem, me authore non faciet, sed expectabit iudicium saltem Episcopi, qui cum doctis sibi adiunctis personis inuestigare curet, an talis ex viuacitate iudicij, ex inspiratione Dei, vel exterioribus Religionis Christianae exercitiis, & Sacramentis à se visis dari, apprehenderit pro salute animae talia suscipi remedia, diuináque esse, & ab vno Deo coeli, & terrae instituta, si haec signis exterioribus se intelligere significanerit, simúlque fidem de Deo se habere, doloremque de peccatis. Tunc his praehabitis si baptizaretur, non damnare ausim, aliàs affirmatiuam relinquens, negatiuam citiùs complecterer. Huc vsque Lopez.

3. Sed si Episcopus longè distaret, ego puto in tali casu posse Parochum cùm aliis viris doctis dictum mutum & surdum examinare, illúmque baptizare; & ita docet Episcopus Moscoso *in summa tract. 2. cap. 5. num. 7.* vbi sic ait. [En el caso del Padre Lopez del sordo y mudo infiel, que veniesse adonde los Christianos se estan bautizando (como sucedio en las Indias) y por señas pidiesse el Bautismo, tengo por acertado se siga su parecer, que es, que se consulte al Obispo o Prelado para que se examine con su autoridad, si el mudo llega bien dispuesto para recibir el Sacramento del Bautismo y su efeto, y se bautize. Verdad es que si el Cura sabe bien lo que haze, y puede examinar por señas al mudo por su

persona

persona y con acuerdo de algunos hombres doctos, particularmente siendo difficultoso acudir al Obispo, pues no se acude à el por tener jurisdicion, sino solo por el examen, Tambien es verdad assentada que si sin examen le bautizasse, aunque seria pecado mortal, quedaria verdadetamente bautizado.] Ita ille, & ego.

RESOL. XXXIX.

An in naufragio, vel alio casu ob periculum mortis possit quis plures baptizare?

Et an, si quis ita plures baptizauit in statu peccati mortalis, committat tot peccata mortalia, vel vnum tantum?

Et an, qui ita plures baptizat extra casum necessitatis, non peccet mortaliter, secluso scandalo. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 27.

Sup. hac prima doctrina huius Ref. lege §. 1. Ref. seq. & infra in tr. 4. ex Ref. 3. §. Sed difficultas. cursim prope finem.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum D. Th. *in 3. part. qu. 66. art. 5. ad 4.* quia in tali casu nihil deficit ad valorem Sacramenti; & extrema necessitas facit, quòd talis modus baptizandi sit licitus. Et ita hanc sententiam docet Coninch *de sacr. q. 67. art. 6. dub. 2. n. 51.* vbi sic ait: Vrgente graui necessitate, vti quando immineret subitò multis mortis periculum, licitè hoc modo plures baptizantur; est communis Doctorum. Ratio est, quia cùm Baptismus possit validè ita conferri, nulla fit ei irreuerentia, si in tanta necessitate contra consuetum ritum conferatur. Ita ille, licèt Sotus *in 4. sent. dist. 4. q. vn. art. 4. §. secundò sequitur*, etiam extra casum necessitatis existimet plures baptizantes non peccare mortaliter, si citra scandalum fiat; sed hanc sententiam refellit Coninch. *vbi suprà*, & Hurtadus *de Sacrament. Baptismi, disput. 2. diffic. 7.* vbi etiam docet ex communi Doctorum sententia, in tali casu adesse plures Baptismos, & plura Sacramenta, quia sunt plures ablutiones formaliter & expressè, & sunt plures formæ, quamuis non formaliter & expressè, sed æquiualenter, quia, Ego vos baptizo, æquiualet bis, Ego te baptizo, & Ego te baptizo, æquiualet illis, Ego vos baptizo. quia illis verbis, Ego vos baptizo, verè significantur omnes ablutiones quibus Minister sub his verbis baptizat, quod sufficit, vt ex dicta forma, quæ æquiualenter est plures, & ex dictis pluribus ablutionibus plures fiant Baptismi, & plura Sacramenta.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ in §. 2. & 3.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Notandum est.

Sup. hoc infra in Ref. 42. & 43. & in aliis earũ annot.

2. Sed in hoc casu si esset vera sententia Vasquez, & aliorum asserentium etiam laicos ministrantes in periculo mortis Baptismum in peccato mortali, peccare mortaliter; si, inquam, vera esset hæc sententia, posset quis quærere, an si quis plures baptizaret in statu peccati mortalis, committeret tot peccata; nam, vt dictum est, in tali casu sunt plures Baptismi, & plura Sacramenta. Verùm, saluo meliori iudicio, etiam in sententia Vasquez, puto in tali casu non adesse nisi vnum peccatum mortale, quia illa plura Sacramenta conferuntur per modum vnius.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Sed an, & infra in tract. 7. Ref. 40. §. 1. cursim ad lin. 3.

RESOL. XL.

An vnus possit plures baptizare absque necessitate sine peccato mortali?

Et notatur, quod in tali casu non vnum, sed plura Sacramenta conficerentur.

Et an ita baptizans, si esset in peccato mortali, committat tot peccata, quot personas baptizauit?

Et aduertitur, quod si sit aliquod monstrum, puta, si nascitur homo cum duobus capitibus, atque duobus dorsis, ita vt certum sit esse distinctas personas, & distinctis animabus constare, singulas earum baptizandas esse cum forma illa Ego te baptizo, *&c.*

Sed aduerte etiam, obsecro, quid faciendum sit, si certò deprehendi nequeat, esse duas personas, & duabus animabus informari? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 29. aliàs 30.

Sup. contento in hoc §. ex Ref. præterita; lege doctrinam à principio §. 1. vsque ad medium, & alterius §. not. primæ dictæ Ref.

§. 1. Respondeo, te posse simul plures baptizare, si plures abluas, & formam omnes comprehendentem proferas,, sicuti si plures abluendo, diceres: *Ego te baptizo*; quia ablutio non est vnica, sed multiplex, iuxta multiplicitatem subiectorum, qui abluuntur: forma verò, esto, videatur physicè vna, moraliter multiplex est, quia eundem sensum præstat ea forma: *Ego vos baptizo.* super plures prolata, ac si super singulos diceres: *Ego te baptizo.* Et ita docet D. Thom. *in 3. part. q. 66. art. 5. ad 4.* & ibi Araujo, Serra, & alij eius scholæ: Alexander de Ales *4. part. qu. 8. mem. 6. art. 7.* & Paludanus *in 4. disp. 3. quæst. 2. num. 4.*

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. ad medium, Vers. Etiam extra casum.

2. Sed difficultas est, an ita baptizare sine necessitate, sit peccatum mortale. Et negatiuam sententiam docet Sotus *in 4 dist. 4. qu. vnic. art. 4. §. Secundò arguitur.* Solùm enim censet, in tali casu veniale peccatum adesse, si secretò, & citra scandalum fieret.

3. Sed ego puto, in tali casu sic baptizantem peccare mortaliter, quod docuit Sotus *in 4. dist. 6. qu. 2. §. Respondeo.* & Gabriel *qu. 1. art. 2. concl. 7.* quos citat, & sequitur Pater Vasquez *in 3. part. tom. 3. disput. 148. cap. 7. num. 50.* quia administrare Sacramentum contra vsum & modum consuetum, secundùm se materia grauis est, nec leuis iudicari debet. Et ita hanc sententiam tenet etiam Coninch *de Sacram. quæst. 67. art. 6. dub. 2.*

Sup. hoc ibid. in §. 1. post medium Vers. Vbi etiam.

4. Notandum est tamen hîc obiter, quòd in tali casu, non vnum Sacramentum, sed plura conficerentur, vt optimè probat Coninch *loco citato, concl. 3.* & Vasquez *n. 51.* nam, licèt in prædicto casu non sint diuersa verba, & orationes; sed vna tantùm super omnes baptizatos proferatur: ea tamen vim habet diuersarum formarum; non, quia in ea expressæ sint plures significationes, (vt quidam dixerunt, quorum sententiam refellit Paludanus *disp. 3. q. 2. num. 10.*) Sed, quia illa vna significatio ad plures refertur, & hac ratione plurium rationem habet, & singulis integrè accommodari potest; siquidem pluribus formis æquiualet: & hoc satis est, vt plura Sacramenta constituere possit.

Sup. hoc in Ref. præterita §. vlt. à lin. 5. & in alio eius vltimæ not.

5. Sed, an ita baptizans, si esset in peccato mortali, committeret tot peccata, quot personas baptizauit? Respondeo, committere vnum solùm peccatum: nam, licèt diuersa ministrauit Sacramenta, censentur verè ministrata per modum vnius, atque ideò in genere moris non plura, sed vnum constituunt peccatum.

6. Notant etiam Marsilius *in 4. q. 4. art. 4. dub. 18.* Gabriel *d. 6. q. 1. art. 3. dub. 5.* & Scotus *q. 2. §. De quarto membro:* quòd si sit aliquod monstrum, puta, si nascatur homo cum duobus capitibus, atque duobus dorsis, ita vt certum sit, esse distinctas personas, & distinctis animabus constare, singulas illo-

rum seorsim baptizandas esse cum forma illa, *Ego te baptizo*,&c. Si autem certò deprehendi nequeat esse duas personas, & duabus animabus informari, tunc absolutè baptizandas esse partes illas, quæ videntur præcipuè ad vnam animam pertinere; reliquas verò, de quibus dubitatur, an habeant aliam animam, sub conditione baptizandas esse eadem forma verborum, non autem absolutè propter periculum iterandi Baptismum. Vide Vasq. *vbi suprà*.

RESOL. XLI.

An possint plures eundem hominem baptizare tanquam causæ partiales, quorum singuli applicent materiam, & proferant formam?

Et an hoc modo baptizatus, vt minimum sub conditione esset denuo baptizandus?

Et notatur, quod si plures aliquem baptizarent, seu abluerent, & quilibet eorum diceret, Ego te baptizo, *quamuis hoc illicitè agerent, & puniendi essent, qui prius tamen verba proferret, verum Baptismi Sacramentum conficeret.*

Et quid, si omnino simul verba proferrent, & abluerent, etiam si vnus vnam partem baptizati abluat, alius aliam, &c. an plures Baptismi, & plura fiant Sacramenta, vel tantum vnum? Ex part. 9. tractat. 6. & Misc. 1. Resolut. 30. aliàs 31.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Durandus *in 4. distinct. 3. quæst. 3. num. 16.* Paludanus *ibidem, quæst. 2. articul. 1.* Caietanus *in 3. part. vbi infrà.* Et hanc sententiam, speculatiuè loquendo, non videri improbabilem putauit Præpositus *in 3. part. quæstione 67. articul. 6. dub. 2. num.* 11. & absolutè docet Valentia *quæst. 2. punct. 2.* quia plures possunt simul baptizare, si simul abluant, & proferant verba, *Ego te baptizo*: sed idem significant illa verba: *Nos te baptizamus*: ac si singuli dicerent: *Ego te baptizo*,&c. ergo validus erit Baptismus sub illa forma. Secundò, quia, cùm plures Iudices sententiam ferunt, perinde est, si nomine omnium dicatur, *Nos iudicamus*, ac si singuli dicerent, *Ego iudico*: similiter cùm idem poterat ducere simul plures vxores, validum esset Matrimonium, si simul omnes dicerent: *Accipimus te in coniugem*: cùm ergo ex dictis certum sit, posse à pluribus eundem baptizari, ratum erit Sacramentum, si nomine omnium dicatur: *Nos te baptizamus*.

2. Sed negatiuam sententiam docet D. Thomas *in dicto artic. 6.* & omnes eius Expositores. Et ideò hoc modo baptizatum, vt minimum sub conditione esse denuò baptizandum, dicendum est. Et ratio communis opinionis est, & peti debet ex institutione Christi, quæ potissimùm inde probatur, quòd Ecclesia semper intellexerit hoc Sacramentum ita à Christo institutum fuisse, vt ab vno, & eodem deberent forma, & verba pronunciari, & baptizandus ablui. Colligitur in primis ex perpetuo eius tali vsu: hactenus enim nunquam in praxi habuit, quòd aliter quàm ab vno Baptismus totus administraretur. Secundò, idem colligitur ex vnanimi sententiā Doctorum, qui concorditer omnes iudicarunt, Baptismum à duobus collatum, esse inualidum, exceptis duobus iam citatis; qui tamen, neque constanter, & firmiter audent oppositum asseuerare. Rationem autem congruentiæ assignat D. Thomas hic in corpore: quia homo baptizat vt minister Christi: quare sicut Christus est vnus in persona; ita oportet Ministrum Baptismi esse vnam personam, qui Christum repræsentet.

3. Notandum est tamen, quoòd si plures aliquem baptizarent, seu abluerent, & quilibet eorum diceret: *Ego te baptizo*: quamuis hoc illicitè agerent, & puniendi essent; qui prius tamen verba proferret, verum Baptismi Sacramentum conficeret. Si verò omninò simul verba proferrent, & abluerent; omnes verè baptizarent, & vnum tantùm Sacramentum efficerent. Omnes huius conclusionis partes docet D. Thomas *vbi suprà.* Primam illis verbis: *Essent puniendi de inordinato modo baptizandi.* Quæ etiam probatur: quia baptizant contra modum baptizandi ordinatum ab Ecclesia, quæ ordinauit, vt vnus solus baptizet: ergo inordinatè, & illicitè agunt, sicque puniendi sunt.

4. Secundam illis verbis: *Ille, qui prius verba proferret, daret Baptismi Sacramentū.* Quæ etiam probatur: qui prius verba profert, legitimā formam, & materiā apponit: ergo, si intentionem baptizandi habet, verum Baptismi Sacramētum conficit: & alter; qui posteà verba pronuntiare præsumeret, nihil faceret, & tanquam rebaptizator puniendus esset.

5. Tertiam illis verbis: *Si autem omninò simul ambo verba proferrent, & hominem immergerent, aut aspergerent, &c. vterque, quantùm in se est, baptizarent.* Quæ etiam probatur. Omnes sufficienter omnia requisita ponunt: ergo, sicut recenter ordinati Sacerdotes, omnes simul cum Episcopo verè consecrant, si simul verba consecrationis proferunt, ita & in nostro casu, omnes verè baptizant.

6. Quartam illis verbis: *Nec traderent aliud, & aliud Sacramentum: sed Christus, qui est vnus interiùs baptizans, vnum Sacramentum per vtrumque conferret.* Quæ etiam probatur contra quosdam recentiores illam negantes. Tum, quia ideò dicitur vnum Baptisma, quia vnus homo non potest nisi vnum suscipere. Tum etiam, quia tunc vna est ablutio ob vnitatem subiecti, etiamsi vnus vnam partem baptizati abluat, & alter aliam: non secùs ac quando vnus solus baptizat, etiamsi duas distinctas partes ablueret, non contiguas, media non abluta, vna esset ablutio: ergo vnum Baptismi Sacramentum, hoc enim pro ablutione supponit. Tum deinde, quia, si quis à pluribus prædicto modo baptizaretur, plura reciperet Baptismi Sacramenta; maiorem gratiam reciperet, quàm si solùm baptizaretur ab vno: plura enim Sacramenta maiorem gratiam conferunt, quàm vnum solùm. Sed hoc est falsum: ergo, &c. Tum denique, quia, sicut, quando plures Sacerdotes eandem Hostiam consecrant, vnum solùm Eucharistiæ Sacramentum efficiunt: ita quando plures eundem hominem baptizant, vnum Sacramentum Baptismi debent efficere.

7. Neque huic obstat pluralitas numerica verborum, formarum, & actionum. Respondetur namque, sicut quando vnus baptizat plures, dicendo, *Ego vos baptizo*, sunt plura Baptismata, quāuis forma, & actio ministri sit vna numero: ita quādo plures vnum baptizant prædicto modo, est vnus Baptismus, licèt formæ, & actiones Ministrorum sint plures: propter hoc enim plures baptizantes, sunt plures causæ totales instrumentariæ eiusdem Sacramenti Baptismi; sicut plures Sacerdotes, simul consecrantes eandem Hostiam, sunt plures causę instrumentariæ totales eiusdem Sacrementi Eucharistiæ. Et hæc omnia docet Magister Serra, *in tertiam partem. D. Thomæ, q. 67. art. 6. concl. 2.*

His tamen non obstantibus, ego puto, opinionem agnoscentem in tali casu non vnicum, sed plura

Sacra

Sacramenta, satis probabilem esse. Quia, quamuis non possit Baptismus multiplicari per iterationem; non est tamen contra Christi institutionem, vt si in aliquo casu rarissimo plures simul ponant omnia ad valorem Sacramenti requisita, Sacramentum multiplicetur, cùm ratio fundata in principijs fieri id suadeat: vnde, cùm dicitur, vnicum in vno esse Baptismum ex Christi institutione, si per hoc intelligatur, quòd Christus noluerit vllo vnquam casu licitè multiplicari, verum est; similiter verum est, quòd secundùm communem modum procedendi, non multiplicetur: idque ex Christi institutione; quia moraliter non contingit, plures eodem modo complere omnia ad substantiam Baptismi necessaria: si tamen intelligatur, quòd ita repugnet illi institutioni, vt etiam in casu rarissimo non ponatur sæpiùs Sacramentum, quamuis omnia requisita multiplicentur, videtur negandum.

8. Nec obstat dicere, si plures eandem hostiam consecrent, idem conficitur Sacramentum: ergo & in præsenti casu. Respondeo negando consequentiam: quia Baptismus non debet comparari cum Sacramento Eucharistiæ, quod est effectus consecrationis; sed cum ipsa consecratione, quæ in dicto casu multiplicatur.

9. Item, non valet dicere: Ex pluribus illis actionibus exsurgit vnicum signum: ergo & vnicum Sacramentum. Ita Vasquez *disp.148.c.1.§. Ratio igitur huius.* Respondeo negando antecedens: quamuis enim sint signa vnius gratiæ, non inde efficitur non esse plura, cùm materia ab vno adhibita, & forma prolata, nullam habeant subordinationem respectu alterius materiæ, & formæ: & non repugnet in vno eodem plura esse einsdem rei signa. Et ideò ex his omnibus, vt dixi, puto vtramque sententiam probabilem esse; seu potiùs, vt optimè obseruat Vuigers *in 3.part.q.67.art.6.n.17.* & Granadus *contr.4.tract.1.disp.3.n.3.* vtramque sententiam conciliari posse: si enim metaphysicè loquamur, rationes posterioris opinionis omninò, nisi fallor, persuadent, in prædicto casu esse plures Baptismos, seu plura Sacramenta. Moraliter verò dici possunt vnum: quia simul concurrunt in eodem subiecto, ad eundem finem ordinantur, nec magis sanctificant, quàm si vnicus [illegible]t Baptismus.

10. Vnde, vt verum fateat, puto, Nugnum *de Sacram.tom.1.q.67.art.6.diffic.2.* excessisse, asserendo, esse improbabile in casu supradicto docere, esse duo Baptismata: nam hanc opinonem, præter rationes *suprà* adductas in sui fauorem, sustinent viri doctissimi, vt Hurtadus *de Sacr.disp.2. diffic.5.* qui citat Gabrielem, Coninch, & Caietanum; Imò Ioannes Præpositus *in 3.part.q.67.art.6.dub.1.n.9.* dicit, esse probabilem. Videat modò Nugnus, si illam vocare potuerit improbabilem.

RESOL. XLII.

Quidam Sacerdos in peccato mortali existens baptizauit infantem in casu necessitatis, quæritur, an peccauerit mortaliter?

Et an laici baptizantes in peccato mortali peccent mortaliter? Ex part.3.tract.4. Resol.10.

Sup contento in hac Res. in seq Res. & infra in tr. 2. Res.5.§. Ex his. paulo post initium,

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent Layman *in Theol.mor.lib.5.tr.1.c.5.n.8.* Vasq. *in 3.p.to.3.disp.136.c.3.* Coninch. *de Sacr.q.64.art.6.dub.4.n.36.* & alij. Et ratio est, quia tunc ille exercet hanc Sacramenti ministrationem ex officio ratione suæ ordinationis. Hæc opinio est probabilis.

2. Sed mihi contraria sententia etiam probabilis videtur, quam tuentur Ioann. de la Cruz *in direct. conscient.p.2.de Sacr.in genere,q.4.dub.3.concl.1.* Fernandez de Heredia *dis.de Sacram.in genere,part.10.dub.3.n.4.* Nugnus *in 3.p.q.64.art.6.* Ledesma *in sum. c.6.de Sacram.in genere,concl.8.* Syluester *vers. Baptismus 3.n.5.* Caietanus *in 3.p.q.64.art.6.* Suarez *in 3.p.tom.3.disp.16.sect.4.* & Henriquez *lib.1.c.19.n.4.* vbi sic asserit: Sacerdos peccator in necessitate baptizans sine solemnitate non peccat; quia non agit vt minister ex officio, sed perinde ac laicus: etiam si aduertat suum peccati statum, aut aduertere debuisset. Ita ille, & nouissimè docet hanc sententiam Syluius *in 3.p.q.64.art.6.quæritur 1.concl.2.* vnde patet responsio ad argumentum contrariæ sententiæ; nam Sacerdos in tali casu baptizans, id non agit vt minister ex officio, sed vt necessitati patientis subueniens; neque exercet vllum actum, aut ordinis spiritualis alicuius sacræ potestatis, sed eum, qui omnibus omnino nominibus diuina institutione est permissus. Simile aliquid est in humanis, vbi nullus, aut certè paruus ornatus requiritur in eo, qui Regi subseruit in casu necessitatis vrgentis, quamuis magnus in eo requiri soleat numerus, qui ad ministerium specialiter est commissus. Ex his apparet, non esse amplectendam sententiam Vasq. *in 3.p.to.3.disp.136.c.3.n.30.* vbi asserit, etiam laicos baptizantes in casu necessitatis cum peccato mortali, peccare mortaliter. Sed si hoc esset verũ, væ væ obstetricibus, & aliis laicis in tali casu adstantibus.

à vers. Imò ergo. & in to. 3.tr.1.ea Res. 2.§. Sed plus.

Sup. hoc in Res. seq. & in alijs eius ante ios.

RESOL. XLIII.

An non solum Sacerdos, sed etiam laici baptizantes in peccato mortali infantem moribundum, peccent mortaliter?

Et an Sacerdos, & laicus in dicto casu peccent saltem venialiter? Ex part.5.tract.3.Res.24.

§. 1. PEccare mortaliter docet ex Vasquez Hurtadus *de Sacram.in gener. disp.4. difficul.9.* Mæratius *tom.3. tract. de Sacram. in gener. disp.ut.8. sect.2.* Ochagauia *de Sacram.in gene. q.19.num.6.* Durand. *in 4. dist.5.q.6.* Gabriel, *quæst.vnic.artic.3.dub.1.* Adrianus *in 4.q.3.de Baptismo, §.ad rationem,* qui est *in fine q.vers. obijcitur.* Kellisonius *in 3.part. tom.1.q.64. art.6. dub.2.* & alij, quia quicumque valide efficiens Sacramentum, quamuis laicus, & in extrema necessitate, & Minister à Christo deputatus, & institutus ad id, & est contra reuerentiam Sacramenti ipsum effeci à Ministro instituto ad id in statu peccati mortalis, quod maiorem vim habet in Sacerdote peccatore efficiente Sacramentum, quamuis in extrema necessitate, & quamuis non solemniter, quia etiam efficitur à Ministro non solùm ad id instituto, sed etiam ad id consecrato.

Sup. hoc in Res. præterita, & cursim, & rectian ex supra princip. §. vlt Res. 19 & in Re. 11.§.2. post medium, vers. Non a vero. & infra in tr. 2 Res.5 §. Ex his cursim ad lin.3. & in tom 3.tr. 1. Res 8 §. Tertiò notandum, & seqq.

2. Sed licèt hæc opinio sit probabilis, contrariæ tanquam probabiliori adhæreo, quam ex Caietano, Soto, Valentia, Henriquez, Suarez & Sayro, tuetur nouissimè Iacobus Granadu *de Sacrament. in 3.part. contr.3. tr.5. disp.5.n.6.* cui adde Ioannem Præpositum *in 3.part.q.64.art.6.dub.1.num.36.* Marchantium *in resol. Pastor. de Sacram. tract.1.cap.3.* Mercerum *de Sacrament. in 3.part.q.64.art.6.dub.1.* Zannetum *tom.4. disput.3.q.4.dub.2.num.63.& 64.* & Petrum de Cabreta *de Sacrament. quæst.64. artic.6. disp.1.§.4.num.17.* vbi sic ait. Minister necessitatis, siue sit laicus, siue Sacerdos, qui in mortali administrat Sacramentum, etiamsi videns, &

ſciens faciat, non peccat mortaliter, immò verò neque venialiter, ſi aliqualem adhibeat reuerentiam, & cum aliquo timore, & pudore id faciat. Sic eſt communiter receptum a Theologis, paucis exceptis, & probatur; quia omnia argumenta adducta ad probandum eſſe peccatum mortale miniſtrare Sacramenta in culpa mortali, procedunt tantùm de Miniſtro, qui ex officio, & cum ſolemnitate religioſa miniſtrat Sacramentum; ergo ſine ratione dicitur Miniſtrum neceſſitatis peccare mortaliter, aut venialiter. Probatur etiam efficaci ratione inſinuata à D. Thom. *ad* 3. quia miniſter neceſſitatis miniſtrans Sacramentum, non ſe gerit vt Miniſtrum Chriſti & Eccleſiæ, ſed tantùm vt Miniſtrum neceſſitatis: ergo obligari non debet, vt conformetur ſanctitati Chriſti & Eccleſiæ, & de laico eſt quidem euidens, cùm ipſe nullam gratiam ſuſceperit vt Sacramenta conferret, ac proinde non tenetur tam arctè ſimilitudinem principalis agentis imitari, ſicut Sacerdos, qui eſt Miniſter Sacramentorum ex officio. Idem autem dicendum eſt de Sacerdote miniſtrante Baptiſmum in caſu neceſſitatis, quia licèt Sacerdos ſit miniſter ex officio, in caſu autem neceſſitatis non miniſtrat Baptiſmum, vt miniſter ex officio, ſed vt miniſter neceſſitatis, ſicut laïcus & fœmina. Et character Sacerdotalis non concurrit ad illud miniſterium, ſed habet ſe quaſi per accidens, & concomitanter, & ideo Sacerdos in eo caſu non aliter ſe habet, quàm laicus. Etenim is dicitur Sacramentum ex officio miniſtrare, qui actionem ſacram ita exercet, vt nullus eam ſaltem illo modo exercere queat, niſi eam conſecrationem habeat. Cùm igitur Sacerdos in neceſſitate baptizat, ſine ſolemnitate, eo dumtaxat modo baptizat, quo laicus baptizare poteſt, & ideo non baptizat ex officio, id eſt, vt miniſter Eccleſiæ peculiari conſecratione ad ſic miniſtrandum Sacramentum deputatus, ac propterea non peccat mortaliter.

RESOL. XLIV.

An, ſi Sacerdos ſit excommunicatus, & adſint alij; ſit tamen ab ipſo petenda adminiſtratio Baptiſmi in neceſſitate? Ex part. 5. tractat. 9. Reſolut. 87.

Quamuis nõ plenè ſup. hoc lege tamen pro firmãda doctrina huius Ref. duas Ref. ſequentes.

§. 1. RESpondet negatiuè Suar. *de cenſ. diſp.* 11. *ſect.* 1. *n.* 11. *&* 12. & alij, quia exiſtimant duo debere concurrere ad extremam neceſſitatem, quæ habilitant excommunicatum ad licitum miniſterium ſacramenti Baptiſmi, alterum quod ſe tenet ex parte ipſius baptizandi, nempe quòd ſit in articulo mortis: alterum ex parte ipſius Miniſtri, videlicet quòd non ſit alius, qui poſſit, & velit illud Sacramentum conferre; nam ſi alius adſit iam baptizandus, non eſt in neceſſitate ſuſcipiendi Baptiſmum ab excommunicato, cùm habeat alium, à quo poſſit baptizari.

2. Sed ego contrariam ſententiam teneo cum Cornejo *in* 3. *part. tract.* 5. *de excomm.* §. 1. *dub.* 2. *q.* 4. quia quandu pluribus conceditur priuilegium, ſeruandum eſt inter ipſos ius commune *l. aſſiduis, C. qui potiores in pignore habeantur*, ſed iure communi ratione ſuæ conſecrationis munus baptizandi competit ſolis Sacerdotibus, *cap. Diaconos, diſt.* 93. *conſtat. de conſecrationib. diſt.* 4. ergo cùm in extrema neceſſitate, v. g. in articulo mortis concedatur vniuerſis facultas licitè baptizandi, ſiue excommunicati ſint ſiue non, ſeruandum eſt ius commune & eligendus Sacerdos.

3. Ad rationem verò Suarez reſpondendum eſt negando neceſſitatem extremam, in qua datur libera facultas baptizandi etiam excommunicatis, integrati ex illis duobus, nam ſufficit alterum ex parte ipſius baptizandi, videlicet quòd ratione mortis imminentis ſit in neceſſitate recipiendi Baptiſmum, quamuis non ſit in neceſſitate recipiendi illum præcisè ab iſto excommunicato potius, quàm à quocumque alio, & ex inſtantia in Sacramento Pœnitentiæ, vbi extrema neceſſitas, in qua datur ſimplici Sacerdoti iuriſdictio abſoluendi etiam à peccatis reſeruatis, eſt ſolus articulus mortis ipſius pœnitentis, vnde ex pluribus Sacerdotibus ſimplicibus aſſiſtentibus morituro, poteſt validè, & licitè abſolui à quocumque, aliàs ſi ex duobus aſſiſtentibus vterque vellet abſoluere, neuter poſſet, quia pœnitens non eſt in extrema neceſſitate ſuſcipiendi abſolutionem ab illo præcisè, cùm poſſit eam recipere ab altero.

RESOL. XLV.

An, quando baptizatur aliquis in periculo mortis, debeant adſtantes ſeruare ordinem inter eos ſub pœna peccati mortalis?

Et aduertitur, quod, quando baptizat aliquis idiota, dicat formam vulgari ſermone, potius quam Latino, ne erret, niſi conſtet Latinè bene proferendam. Ex part. 5. tractat. 3. Reſolut. 18.

§. 1. SVppono teneri ſeruare ordinem eos, qui non ſunt Sacerdotes, quando in neceſſitate miniſtrandus eſt Baptiſmus, ita vt Diaconus præferatur Subdiacono, Clericus laïco, vir fœminæ, &c. Sed difficultas eſt an peruertere hunc ordinem ſit peccatum mortale? & affirmatiuè reſpondet Vaſquez *in* 3. *part. tom.* 3. *diſp.* 147. *cap.* 5. §. *Poſtremò hoc idem.* Mæratius *tom.* 3. *tract. de Sacr. Baptiſm. diſp.* 5. *ſect.* 5. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 4. *quæſt.* 2. *punct.* 1. Turrianus *in ſum[illegible] part.* 2. *cap.* 13. *dub.* 4. *concl.* 2. quibus adde Ochagauiam *de Sacram. tract. vn. de Baptiſmo, q.* 12. *num.* 19. quia prædictum ordinem in baptizando ſeruandum eſſe non iure aliquo humano, quin potiùs diuino, ſtatutum eſt, quia cùm ius diuinum ob neceſſitatem extremam concedit, vt licitè baptizent illi, qui aliàs baptizare non poterant licitè, ſiue dubio hanc facultatem ideo concedit, vt qui magis aptus eſt, inepto præferatur in adminiſtratione Baptiſmi; vnde videmus in præſentia Sacerdotis Diaconum baptizare non poſſe; ſed mulier minùs apta eſt, quàm vir; & laïcus, quàm Clericus; & Clericus, quàm Sacerdos: ergo in præſentia aptioris minùs aptus non poteſt baptizare ſub pœna peccati mortalis, quia materia hæc grauis eſt, & cadens ſub præcepto diuino. Ita Ochagauia.

Sup. hoc diffic. & vſque ad §. Tertio huius Ref in ſeq. Ref. §. 1. & 2. & in 10. 3. 11. 1. ex Ref. 8 § Poſtremò. tãdus. & ſeq. & ne prætermittas legere hic doctrinam Reſol. præcitat.

2. Secunda opinio docet inuerſionem, qua inferiores Diacono ei præferuntur, eſſe mortalem, non verò inter alios Diacono inferiores. Ita Hurtadus *de Sacr. Baptiſm. diſp.* 1. *diffic.* 3. Coninch. *de Sacram. q.* 67. *art.* 5. *dub.* 2. Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 17. *cap.* 6. *n.* 44. & Præpoſitus *in* 3. *part. q.* 67. *art.* 5. *dub.* 2. *num.* 7. quia ex vna parte Diaconus iure diuino præfertur aliis inferioribus ſe, quia ex vi ſui Ordinis eſt magis aptus ad id, quàm alij inferiores, & ex altera hæc prælatio eſt materia grauis, &

consi

considerabilis; ergo opposita inuersio & prælatio erit mortalis, vtpote grauis vsurpatio cuiusdam prælationis, & inchoationis officij.

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ, & in Res. 2. in fine. §. Primò notandus.

3. Tertia opinio sentit in tali inuersione non adesse peccatum mortale, etiamsi negligatur Diaconus. Ita Sotus *in 4. distinct. 4. q. vnic. art. 1. §. circa tertiam.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disput. 31. sect. 4. §. Vnde tertiò addendum.* Layman. *lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 4.* Zambranus *de Sacram. Baptism. c. 1. dub. 15. num. 3.* Ioannes Henriquez *in comp. cap. 23. num. 4.* Granadus *de Sacram. in 3. part. contron. 4. tract. 2. disput. 2. num. 6.* vbi sic ait: Non est mortale hunc ordinem inuertere, vt si laicus coram Diacono, vel fœmina coram viro ministraret Baptismum, quia cùm nullus istorum sit ex officio minister Baptismi, quòd vnus potius, quàm alter baptizet, non est grauis inordinatio. Sic ille. Atque hanc opinionem docet etiam doctus Episcopus Moscosus *in summ. tract. 1. capit. 4. num. 2.* vbi ita asserit. [Tambien me parece que pecaria mortalmente el lego bautizando delante de vn Presbytero consagrado, y con potestad de Ordenes para aquel ministerio, mas si el lego fuesse mas habil, como vn Doctor Iurista, que el Sacerdote, no pecaria bautizando delante del, pero entre los Diaconos, y Subdiaconos, y Clerigos de menores Ordenes, y seglares hombres, y mugeres, atento que ninguno dellos es ministro propio, ni consagrado para este ministerio, no parece seria pecado mortal bautizar contra el orden arriba dicho, sino indecencia grande. Mas lo que en este caso conuiene aduertir, es consejo laudable, y saludable, y acertado poner los ojos en la persona que sepa mejor administrar este Sacramento, para que la tal le administre, y por esta razon algunas vezes, y no pocas estando presentes diuersas personas, y aun graues, las comadres diestras en este ministerio son las que bautizan los niños, quando estan en peligro de muerte.] Ita Moscosus, & huic tertiæ sententiæ ego libenter adhæreo. Vide etiam me ipsum, & Doctores, quos citaui *in 3. part. tract. 4. res. 4.*

Quæ nunc hîc sequuntur, & aliis §§. eius primæ not.

4. Cauendum est igitur maximè ex his, ne ille à quo petitur, vt ministret in periculo mortis Baptismum, propter scrupulos, relinquat morientem sine Baptismo, expectans ministrum magis idoneum, sed si dubitet an opportunè veniet, vel non, talis idoneus ministret Baptismum, quia ea pars est tutior. Et idem est, si dubitet, an sit periculum mortis, vel non, & si pro rei qualitate & tempore non possit rem examinare, nunquam discedat à loco, in quo est baptizandus periclitans, sed mittat alium, qui vocet idoneum ministrum, vt si interim necessitas vrgeat, ipsemet baptizaret. Deinde notandum est etiam, quando baptizat aliquis idiota, dicat formam vulgari sermone potius, quàm Latino, ne erret, nisi constaret Latinè bene proferendam, & hæc omnia docet Zambranus *de Sacrament. Baptismi, capit. 1. dub. 15. num. 5. & 7.*

RESOL. XLVI.

An peccet mortaliter laicus, si præsente Diacono, in casu necessitatis baptizat infantem?
Et quid, præsente Sacerdote?
Et quid est dicendum, quando laicus baptizat extra casum necessitatis, an peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem? Ex part. 3, tr. 4. Res. 4.

Sup. hoc & contento in hoc & seq. §. in Res præteri a 3 in 4. & in aliis eius primæ not.

§. 1. Affirmatiuè respondent Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part. 2. de Sacrament. Baptismi, q. 2. dub. 1. concl. 3.* Nugnus *in 3. part. q. 67. art. 5. diffic. 2.* & Coninch. *de Sacram. q. 67. dub. 1. concl. 3.* qui pro hac sententia citat Suarez, licèt malè; nam ipse contrarium, & meritò docet *in 3. part. tom. 3. disp. 31. sect. 4.* & ita etiam hanc negatiuam sententiam tuentur Layman. *in Theol. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 4.* Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 5. diffic. 8. num. 10.* Chamerota *de Sacrament. tract. 2. cap. 4. dub. 5.* Pitigianus *in 4. sentent. tom. 1. distinct. 6. q. 1. art. 1. post concl. 5.* & Syluius *in 3. p. q. 67. art. 3.* & alij, vbi asserunt esse mortale, si absque legitima causa prætermittatur in tali casu Sacerdos præsens; si autem Diaconus, vel vnus ex inferioribus prætermittatur, esse solùm veniale, aut nullum, si mulier peritior sit laico prætermisso, vt communiter solent esse obstetrices. Ex his apparet, me olim rectè consuluisse obstetricem quandam non peccasse mortaliter, dum in casu necessitatis baptizauit infantem, dum aderant alij Religiosi in sacris constituti, non tamen Sacerdotes qui hoc facere potuissent.

Sup. hoc in Res. not. præteritæ.

2. Non desinam etiam hîc adnotare Valentiam *tom. 4. disputat. 4. quæst. 2. punct. 1.* & Ioannem Suarez *in enchiridio casuum conscientia lib. 5. ver. baptismus, §. in necessitate*, docuisse laicum baptizantem præsente Sacerdote, secluso contemptu, & minimè renuente Sacerdote, peccare tantùm venialiter.

3. Nota tamen hîc obiter contra Paludanum *in 4. sentent. dist. 5. q. 2.* Syluestrum *ver. Baptismus 3.* & alios, laicum baptizantem extra casum necessitatis, peccare quidem mortaliter, sed non incurrere irregularitatem; & ita docent Nugnus *in 3. part. q. 6. art. 5. diffic. 3.* Pitigianus *in 4. sent. tom. 1. dist. 6. q. 1. art. 1.* & alij. Nec valet dicere, quòd qui baptizat sine necessitate, baptizat ex officio, sed propter hoc ponitur laico irregularitas. Ergo. Secundò laicus si conficit aliud Sacramentum, est irregularis; ergo etiam si administrat Baptismum. Nam respondetur ad primum negando maiorem, quoniam cùm in hoc Sacramento distinguatur minister solemnitatis, & necessitatis, cùm non baptizat ex solemnitate, tantùm baptizat tanquam minister necessitatis, atque adeò non tanquam ex officio. Et per hoc patet responsio ad secundum negando consequentiam, quoniam in aliis Sacramentis non distinguuntur minister solemnitatis, & necessitatis, atque adeò quomodocumque conficiat, conficit quasi ex officio, & ideo est irregularis, quod non accidit in casu nostro. Ergo.

RESOL. XLVII.

An Diaconus, si baptizet aliquem in articulo mortis, possit aliquando solemniter illum baptizare?
Et an, si Diaconus sine commissione solemniter baptizat, sit irregularis? Ex part. 5, tract. 3. Resolut. 28.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. ex Res. 8. lege doctrinam à in 5 §. 1. vers. Quod autem, & aliquid in duobus §§. seqq. præcitatæ Res.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Suarez *in 3. part. tom. 3. disp. 23. sect. 3.* vbi sic ait. In ordine ad solemnem Baptismi administrationem hæc ex rationabili causa potest Diacono committi in casu necessitatis, imò si necessitas vrgeat, & Sacerdos sit absens, potest ipse iure suo ministerium vsurpare, vt docet glossa *in c. Diaconus, ver. necessitas 93. dist.* Ita Suarez.

2. Sed hanc sententiam refellit Coninch. *de Sacrament. q 67. art. 5 dub. 3. num. 27.* ex *cap. Diaconos*, vbi clare innuitur sine commissione Sacerdotis Diaconum non aliter posse baptizare, quam laicos baptizare posse; nec glossa contrarium docet; sed tantùm ait hoc casu posse eum suo iure baptizare, imò docet potiùs in Ecclesia, siue solemniter sine commissione non posse baptizare. Et ratio videtur esse, quam insinuat Caietanus, quia nimirum Diacono propriè conuenit inseruire Sacerdoti, atque ita quæcunque facit vt Diaconus, debet ea facere vt inseruiens Sacerdoti; quòd si autem aliquando sine commissione posset solemniter baptizare, non faceret hoc vt inseruiens Sacerdoti, sed quasi suo iure. Nam ea in re non posset dici inseruire Sacerdoti, secus est, quando id facit ex commissione Sacerdotis quia tunc quodammodo ei inseruit, dum eius mandato obsequitur. Nec refert, quòd in extrema necessitate possit baptizare sine commissione non solemniter, quia hoc non facit propriè vt Diaconus, cùm eo casu etiam laici possint baptizare, si ipse abesset: quòd autem cæteris omnibus præferatur, hoc non facit vt ille actus sit Ordinis. Quare Diaconus sine commissione solemniter baptizans esset irregularis, quia vsurparet actionem Ordinis, quem non habet, neque necessitas excusat, quia nulla est necessitas baptizandi solemniter. Et hæc omnia docet Coninch *loco citato*, & post illum nominatim contra Suarez tenet etiam hanc sententiam Gaspar Hurtadus *de sacrament. Baptism, disput. 2. difficult.* 4. Nota tamen quòd Coninch. *vbi supra num.* 26. suam opinionem vocat tantùm probabiliorem; ergo videtur sententiam Suarez tanquam probabilem admittere.

Sup. hoc in tom. 5 tr. 5. si lepis doctrinam Ref. 24 & 25. facile hanc quæst. dissolues.

RESOL. XLVIII.

An Monachi peccent mortaliter extra casum necessitatis aliquem baptizando? Ex p. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref 58.

Alibi infra in tr. 5. Ref. 62. cursim in §. Tertio Religiosus.

§. 1. DE hoc casu alibi dictum est. Non reticeam tamen hic apponere sententiam Iacobi Granado *de Sacram. in 3. part. controuers.* 4. *tract.* 2. *disp.* 1. *num.* 3. vbi sic ait. Notandum est *in can. placuit* 2. 16. *quæst.* 1. Monacho præcipi ne baptizet, & ideo videri id prohibitum Religiosis. Emanuel verò Rodriquez *tom. 1. quæstionum Regularium, q. 31. art. 1.* ait, in hoc canone solùm prohiberi Monachis ne baptizent sine licentia Ordinarij; & glossa *in can. peruenit.* 18. *quæst.* 2. etiam existimat id licere. Ego crediderim id non præcipi sub mortali in iure, & fieri posse saltem aliquando sine veniali. Ita Iacobus Granado.

RESOL. XLIX.

An in aliquo casu cum vitæ periculo teneatur quis baptizare puerum moribundum?

Et quid, si tantum esset dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri è vita?

Et quid est dicendum, si puer habet vsum rationis, sed nondum est structus in Fide?

Et quid, si supradictus structus sit in Fide?

Et quid est agendum in casu, quo pactum intercessisset de non omittenda cura animæ proximi, etiam cum periculo vitæ?

Et cursim infertur, an mater grauida teneatur permittere se secari, vt fœtus baptizetur, aliàs sine Baptismo moriturus? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 16.

§. 1. AD hanc quæstionem ita respondet Ochagauia *de Sacram. tract. vn. de Baptismo, q. 7. num.* 3. Sit casus, quem adducit Syluester *in summa ver. Bellum* 2. Sacerdos vult baptizare puerum animam efflantem in eo casu, quo nullus alius adsit, & tunc inuaditur ab hostibus, qui iniustè volunt eum occidere, si se defendat fugiendo, vel alia via puer moritur sine Baptismo, quòd si baptizet puerum, non potest se defendere, sed sine dubio occidetur ab hostibus. Ad hunc casum respondetur primò tunc non esse necesse Baptismum cum solemnitate ministrare, sed sine illa posse licitè ministrari, quia Ecclesia non obligat ad cæremonias illas accidentales, quæ in Baptismo solemni reperiuntur cum tanto periculo obseruandas, cùm Ecclesia in suis præceptis mitissima sit. Secundò respondetur si mors Sacerdotis immineat, etiam ministrando Sacramentum sine solemnitate, tunc potius Sacerdotem debere eligere mortem propriam corporalem pati, quam alienam spiritualem pueri prætermittere, eum non baptizando; quia vita spiritualis pueri in tanto periculo constituti pluris facienda est, quam vita corporalis propria. Ad quod Parochus ex iustitia obligabitur ratione officij, alius verò quilibet ex charitate. Immò addit Syluester *vbi supra*, si tantùm esset dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri è vita, in eo casu, quo Sacerdos defenderet se, & aliàs si non se defenderet, sed baptizaret puerum, certò sequeretur mors Sacerdotis; adhuc Sacerdos potius tenetur subire mortem, quàm puerum sine remedio Baptismi relinquere, propter rationem proximè assignatam. Quam resolutionem ita ego intelligendam puto, scilicet dummodo puer ille non habeat vsum rationis, si enim talem vsum haberet, & instructus esset in fide, posset sine Baptismo relinqui, vt Sacerdotis vitæ consuleretur, tunc enim puer sine Baptismo, & per contritionem iustificari posset apud Deum, aliàs si non esset puer instructus in fide, & animam ageret, deberet eum Sacerdos instruere in rebus fidei cum periculo propriæ vitæ in prædicto casu, præcipiendo ei vt haberet actum contritionis, si eum propter periculum mortis non posset baptizare. Et hæc omnia docet Ochagauia *vbi suprà*, cui adde Iacobum Granado *de Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 4. disput. 4. num.* 5.

Sup. hoc supra lege doctrinam Ref. 2 §. 1 & 2 & § eius not. & in tom 7 tr. 4. Ref 19 & in tom. 5. tr. 6. ex Ref. 42. in fine, & signanter pro primis diffic. huius Ref. in tom. 8. tr. 10. Ref. 3. §. Notandum.

Sup. hoc in Ref. 2. tot. prætersitæ. §. vlt.

2. Non desinam tamen hic adnotare verba Emanuelis Sa *ver. Charitas*, vbi sic asserit. Infantem alioqui moriturum sine Baptismo, teneris cum tuæ vitæ periculo baptizare, secundùm quosdam, quod alij probabiliter negant, nec enim cum tanto detrimento debetur ei tale officium, alioqui & mater grauida teneretur permittere se secari vt fœtus baptizaretur, aliàs sine Baptismo moriturus, quod nemo dicet. Ita ille, cui adde Sotum *de secret. memb. 2. quæst. 2 post 6. conclusionem.* Arenalum *de correctione fraterna*, & Sancium *in selectis disput. 10. num. 9.* docentem non aduersari D. Thom. 2. *quæst.* 26. *art.* 5. asserentem obstrictos esse nos plus proximi animam amore prosequi, quàm proprium corpus, id est, vitam. Nam intelligi debet, quòd quis amore suæ conseruandæ vitæ proximo non præstet consilium patrandi scelus, siue quòd positiuè ad necem spiritualem ipsius non concurrat, quia tunc amans vitam corporalem, æternam perdit peccato deprauati consilij intercedente: at quòd non omittat proui

Sup. hoc lege infra doctrinam §. 1. Ref. 73. & §§. eius auct. & ex Ref. 74. §. vlt. & eam eodem Sup. hic infrà citato, in t. 7. tr. 4. Ref. 19. in fine, § Imo.

prouidere animæ proximi ob conseruandam propriam vitam, non affirmat D. Thom. nisi fortè in casu, quo pactum intercessisset de non omittenda cura animæ proximi, etiam cum periculo propriæ vitæ, sicut deuinctus esset ratione pecuniæ acceptæ prospicere vitæ corporali proximi, etiam cum periculo amittendi propriam, qua ratione Parochos reddi obnoxios Sacramenta ministrare suis omnibus cum periculo vitæ, præcipuè pœnitentiæ, cùm ob id decimas & cætera percipiant emolumenta, censent DD. vnde tenemur ob propriam vitam conseruandam damnum spirituale proximo non inferre, non autem illud impedire, nisi intercedat conuentio. Vnde DD. indistinctè loquentes de obligatione diligendi vitam spiritualem proximi, posthabita propria corporali, aberrant sanè, & quod ipsi nequaquam exequerentur, cæteros exequi obnoxios esse docent. Hæc Sancius.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 4. Ref. 26 §. 2 ad lin. 5. & §. vlt. ad lin. 3. & lege etiam doctrinam Ref. & §§. not. primæ huius Ref.

3. Sed supradictæ sententiæ aduersatur Ledesma *in summa, tom. 2. tract. 4. cap. 4. concl.* 15. vbi sic ait: [Acerca desto queda toda via difficultad si vn niño se està muriendo, y con pecado original, si estarà obligado vn hombre particular à bautizarle, aunque probablemente tema que algun tirano le quitara la vida, y le matara porque le bautiza: la razon de dudar es, porque entonces aquel niño està en estrema necessidad espiritual. A esta duda se responde, que de lo dicho se conuence, que estoy obligado a bautiaarle no obstante el tal peligro. Antes parece que estoy mas obligado à socorrer al niño, que al adulto, que esta en estrema necessitad espiritual, porque el adulto tiene otro remedio, que es disponerse por sus proprias obras, y no ay certidumbre, que apro nechara la correcion fraterna, como la ay, de que aprouechera el bautismo.] Sic ille, & Bañez *in 2. 2. quæst. 26. art. 2.* & hæc sunt placita Doctorum.

RESOL. L.

Notabilia quædam circa materiam Baptismi. Ex p. 3. tr. 4. Ref. 5.

Sup. hoc in Ref. seq. & in alio vers. eius primæ not.

§. 1. QVæritur primò, an minima quantitas aquæ, vt gutta vna, vel duæ sufficiant ad conficiendum Baptismum. Negatiuè respondet Zambranus *in decis. cas. occur. temp. mor. c. 1. dub. 4.* qui citat Valentiam, Suarez, & alios. Idem docent Reginaldus *tom. 2. lib. 27. c. 3. n. 15.* Bonac. *de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 3. n. 18.* & alij; sed affirmatiuam sententiam docet Henriquez *lib. 2. c. 21. n. 4.* & post illum Vasquez *in 3. p. tom. 2. dis. 245. c. 4. n. 32.*

2. Dicendum est igitur illam quantitatem aquæ esse ad Baptismum sufficientem, quæ potest contingere corpus, & successiuè fluere per partem corporis, quod facere potest exigua quantitas aquæ: vndè rectè Paulus Comitolus *in resp. mor. lib. 1. q. 12.* & post illum Filliucius *tom. 1. tr. 2. c. 2. n. 34.* asserunt verum fuisse Baptismum, quem contulit quædam mulier moribundo infanti, baptizando illum signo crucis impresso in fronte, digito aqua madefacto.

Sup. hoc infrà prope finem Ref. 52. vers. vt v. g.

3. Quæritur secundò, an aquâ ex sale resoluta sit sufficiens materia ad conferendum Baptismum. Negatiuè respondet Coninch *de Sacr. q. 66. art. 4. dub. 1. n. 22.* quia non videtur probabile eiusmodi aquam esse eiusdem speciei cum aqua naturali, & elementari, & consequenter non videtur probabile, quòd possit esse materia Baptismi. Ita ille, quod antea docuerat Angelus *ver. Baptismus 4. n. 3.* & Syluester *eodem verbo 2 in fine.*

4. Sed affirmatiuam sententiam, & meritò docet Henriquez *lib. 2. cap. 6. num. 1.* qui *in glossa litera F*, testatur de communi, quia sal efficitur ex aqua salsa; vt experimento constat, & docet Aristoteles *2. meteor. c. 3.* Eandem sententiam docet etiam ex neotericis Antonius Fernandez *in exam. Theol. moral. part. 3. cap. 2. §. 4. num. 5.* vbi ita asserit: Idem de sale, atque niue, geluque dicendum arbitror; est enim essentialiter aqua maris gelata æstiuo sole, ac proinde si liquefiat, apta erit materia ad abluendum, & baptizandum. Sic ille. Vide Tabienam *verb. baptis. 4. n. 8.* & Armillam *eodem verb. n. 23.*

Sup. his infrà in Ref. 53. cursim ad lin. 7. & in Ref. 54. lege § penult. & vlt.

5. Quæritur tertiò, an aqua, quæ distillat ex vite, vel aliqua arbore, sit materia apta pro conficiendo Baptismo. Affirmatiuè respondet ex neotericis Io. de la Cruz *direct. consc. part. 2. de sacram. Baptismi, q. 1. dub. 1. concl. 2.* vbi sic asserit: Aqua ista debet esse simplex, & elementaris, etsi ex arbore, aut alio corpore, vt glacie resoluta. Ita ille, & aliqui, quos tacito nomine citat Coninch *de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. n. 23.* in casu tamèn extremæ necessitatis, quia non omnino constat, an supradicta aqua expressa ab arboribus, seu plantis, aut herbis differat specie ab aqua naturali. Sed hanc opinionem ipse Coninch refellit, & communiter cum ipso multi DD. & ita docet Antonius Fernandez *vbi infra* Filliucius *tom. 1. tract. 1. c. 2. n. 6.* Henriquez *lib. 2. c. 6. num. 2.* Zanardus *in direct. confess. part. 1. de Sacramento Baptismi, c. 3.* Et ratio est, quia ille humor non est aqua, quamuis propter perspicuitatem, & similitudinem appelletur aqua, sed substantialiter succus est.

Sup. his infrà lege doctrinam Ref. 53. per totam & Ref. & §§ omnium eius annotationum.

6. Notandum est tamen cum Antonio Fernandez *in exam. Theol. mor. par. 3. c. 11. §. 2. n. 3.* esse aquam sufficientem & elementarem pro efficiendo Baptismo illam, quæ colligitur ex vaporibus densatis, cùm ex ollæ ore euaporantur, & in testaceo tegmento reperiuntur. Item quæ hyemali tempore ex parietibus lapidibusque fluit, nam vapores essentialiter aqua sunt; aqua verò è parietibus manans, aqua est, aëre humido in aquam verso. Ita ille.

RESOL. LI.

An sufficiat ad baptizandum moribundum vna gutta aquæ? Ex p. 5. tr. 3, Ref. 5.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Mæratio *in D. Thom. tom. 3. de Sacramento Baptismi, disp. 2. sect. 4.* Ochagauia *de Sacram. tr. vn. de Bapt. q. 4. n. 8.* vbi sic ait: Quæres secundò quæ quantitas aquæ sit necessaria ad valorem Baptismi? Respondeo cum Panormitano & Innoc. IV. *in c. debitum de Baptismo*, quamcumque guttam aquæ sufficere ad valorem. Probatur, quia quæcumque gutta aquæ satis est vt dicatur homo ablutus, & tinctus aqua; ergo quælibet gutta aquæ sufficit, ad valorem Baptismi: debet tamen aqua per corpus, vel per aliquam partem eius defluere, aliàs non lauabit, neque enim immota aqua dicitur corpus lauari. Ita ille, & alij, quos ego alibi sum sequutus.

Sup. hoc in Ref. prætærita § 1. & 2. & infrà in Ref. 54. § 2. ad medium, vers. Ioânes enim.

Alibi in Ref. annot. prætæritæ.

2. Sed licèt hanc opinionem aliqui non admittant, vt Granadus *de Sacram. in 3. p. contr. 4. tr. 1. disp. 4. n. 12.* Gamachæus *in summ. Theol. tom. 3. in 3. part. q. 66. art. 7.* Moscosus *in summ. tract. 2. cap. 1. n. 4.* Layman *lib. 5. tract. 2. cap. 3. num. 1. concl. 3.* Zambranus *de Sacram. Baptismi, c. 1. dub. 4.* tamen tempore mortis posse cum gutta aquæ Baptismum ministrari concedunt, & ita docet Hurtadus

dus

dus *de sacram. Baptismi, disput.* 1. *diffic.* 6. & supponit Ioannes Præpositus *in* 3. *part, de Sacram. q.*66. *art.* 8. *dub.* 3. *num.* 93. quia ex opinione probabili in tali administratione Sacramenti nulla ei fit iniuria, & moribundo datur remedium eo modò, quo dari potest, si, v.g. alia quantitas aquæ non adesset.

RESOL. LII.

An moribundo debeat Baptismus adhiberi in dubio, si aqua est naturalis, puta, in iure carnium, lixiuio, &c?

Et an hoc à fortiori procedat, quando circa materiam Baptismi adsunt opiniones probabiles? Ex p. 5. tr. 3. Res. 1.

Sup. hoc. ex Res. seq. lege doctrinam §. Nec solus. & etiam §. vlt. & in tom. 3. tr. 1. ex Res. §. 1. 2. & §. Imo plus.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè, cum Iacobo Granado *de Sacr. in* 3. *p. controu.* 4. *tract.* 1. *disp.* 3. *dub.* 2. vbi sic ait: In dubio autem an aliqua aqua sit naturalis, necne, non potest licitè adhiberi Sacramento, nisi in casu necessitatis, tunc enim sub conditione poterit conferri Baptismus, & iterum postea sub conditione poterit repeti, si baptizatus fuerit superstes. Ista ille. & idem etiam docet Chapeauilla *de sacramento Baptismi, q.* 15. Kellisonius *in* 3. *part. D. Thom. q.* 66. *art.* 4. Bonacina *de Sacram. disp.* 2. *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 9. Marchantius *in resolut. pastoral. de Sacram. tract.* 1. *cap.* 1. *q.* 3. *& tract.* 2. *cap.* 1. *punct.* 1. *post. cas.* 6. Hurtadus *de sacram. Baptismi, disput.* 1. *diffic.* 2. Ludouicus de San Iuan *de sacrament. Baptismi, q.* 1. *art.* 2. *diffic.* 2. *concl.* 1. Mercerus *de Sacrament. in* 3. *part. q.* 66. *art.* 4. Posseuinus *de Officio Curati, cap.* 6. *num.* 5. & Henriquez *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. Cui tandem adde Cabreram *de Sacram. in* 3. *part. q.* 66. *art.* 4. quorum doctrina à fortiori procedit, quando circa materiam Baptismi adsunt opiniones probabiles, tunc enim sub conditione Baptismus moribundo adhibendus est: vt, v. g. cum aqua ex sale resoluta, quam materiam aptam Baptismi esse tradit Ochagauia *de sacram. Baptismi, tract. vn. q.* 3. *num.* 4. & Hurtadus *de sacram. Baptismi, diffic.* 2. *disp.* 1. contra Coninch. *de Sacram. q.* 66. *art.* 4. *dub.* 1. *num.* 22. & in casibus similibus. Sed ex his oritur in particulari pulchra quæstio.

Sup. hoc supra in Res. 50. § Quæritur secundo.

RESOL. LIII.

An moribundo, deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptismus cum aqua rosacea, vel ex alijs plantis, & herbis expressa sub conditione exterius, vel mentaliter apposita, si materia hæc est idonea?

Idem est dicendum de niue.

Et in dicto casu, non inuenta aqua certa, sed aliquo liquore, de quo dubium esset, an esset aqua, nec possit id examinari; an possit in tali casu moribundus sub conditione baptizari?

Et an in suprà dictis casibus, veniente aqua elementari, vel sublato tamen periculo, baptizandus sit etiam sub conditione? Ex p. 5. tr. 3. Res. 2.

Sup. his liquoribus infrà prope finem huius §. à vers. dicendum. & in alijs eius not. & in Res. 1. not. seq. in eod. in §. 1. Sup. hac aqua rosacea in tom. 3. tr. 1. Res. 3. §. Tertiò posset. & lege etiam doctrinam §. Imo, & in t. 2. tr. 1. Res. 207 §. Quæro igitur.

§. 1. CVriosum est dubium, (attendas quæso amice Lector,) & negatiuè respondet Coninch. *de Sacram. q.* 66. *art.* 4. *dub.* 1. *num.* 23. vbi sic ait: Liquores ex plantis, aut herbis expressi non sunt materia Baptismi. Aliqui tamen putant hos in extrema necessitate posse adhiberi, quia non omnino constat an differant specie ab aqua naturali, idémque quibusdam videtur de niue, quæ non facilè ausim approbare, quia Concilia requirunt aquam naturalem, qualis non videtur artificialis expressa è plantis. Ita ille. Et reuera aquam rosaceam differre ab aqua naturali, patet ex D. Thom. *in* 3. *part. q.* 66. *art.* 4. *ad* 3. & omnibus Expositoribus *ibi*, Kellisonio Cabrera, Mercero Syluio, Pesantio, & Nugno, quibus adde Vasquez *in* 3. *part. tom.* 2. *disput.* 141. *cap.* 1. *num.* 9. Ochagauiam *de Sacram. tract. vnic. de Baptismo. q.* 3. *num.* 5. Moscosum *in summ. tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. Villalobos *in summ. tom.* 1. *tract.* 4. *difficult.* 3. *num.* 2. Ledesmam *in summ. tom.* 1. *de sacrament. Baptismi, c.* 3. *concl.* 1. Ludouicum de San Iuan *in summ. de Baptismo, q.* 1. *art.* 2. *dub.* 1. *concl.* 2 Hurtadum *de Sacram. tract. de Baptismo, difficult.* 2. *in fine.* Reginaldum *tom.* 2. *lib.* 27. *cap.* 3. *num.* 11. Valentiam *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 1. *punct.* 2. Becanum *de Sacrament. cap.* 8. *q.* 2. *conclus.* 2 *n.* 2. Ioannem de la Cruz *in Director. conscien. part.* 2. *q.* 1. *de Baptismo, dub.* 1. *conclus.* 2. Bizozerum *de Sacrament. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. Zanardum *in Director. Theolog. part.* 1. *de sacram. Baptismi. cap.* 3. Murtinum *in Theologia mor. de sacram. Baptism. q.* 3. *conclus.* 3. Zechium *de Sacram. cap.* 2. *de Baptism.* Vegam *in speculo Parochorum, part.* 1. *c.* 8. §. 4. *num.* 14. Molfesium *in summa tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 1. *num.* 33. Lorichium *in Thesauro Theol. ver. sacramentum Baptismi*, §. 4. *in fine.* Bonacinam *de Sacrament. disput.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. *num.* 2. Bartholomæum ab Angelis *in exam. Confess. dial.* 2 §. 82. Henriq. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. Fernandez de Heredia *in disput. Theol. ad repet. sextus in can.* 1. *de Consecr. distinct.* 4. *part.* 3. *dub.* 1. *num.* 13. Fernandez de Moure *in Medulla cas. conscient. part.* 3. *cap.* 2. §. 2. *num.* 3. Michaëlem Zambranum *de casibus tempore mortis, cap.* 1. *de Baptismo, n.* 2. Binsfeldium *in Enchirid. Theolog. part.* 1. *cap.* 4 §. 2. Homobonum *in consult. cas. conscien. tom.* 2. *resp.* 3. Pitigianum *in* 4. *sent. tom.* 1. *dist.* 3. *q.* 3. *art.* 3. *conclus.* 2. Ragucium *in lucerna Parochi de sacram. Baptismi, q.* 11. Yribarne *in* 4. *sent. tom.* 1. *disp.* 10. *sect. vn.* §. *Quartò dico.* Petrum à sancto Ioseph *de Sacram. part.* 2. *disp.* 1. *sect.* 2. §. *hinc collige primò.* Vallensem *in Decret. lib.* 3. *tit.* 92. *num.* 3. Posseuinum *de officio Curati, cap.* 6. *qu.* 2. Marchantium *in Candelab. Sacram. resol. qq. pastor. tract.* 2. *de Baptismo, cap.* 1. *cas.* 3. Rodriguez *in summ. tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 1. Barbosam *de officio Parochi, cap.* 18. *num.* 43. Guilielmum Estium *in* 4. *sentent. dist.* 3. §. 7. Archangelum Rubeum *de Sacrament. disp.* 3. §. *aqua duplex.* Layman. *in Theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. Granado *in* 3. *part. D. Thom. contr.* 4. *tract.* 1. *disput.* 3. *num.* 2. Alabardum *in Tyrocinio Sacrament. de materia Baptismi, fol.* 162. Philippum de la Cruz *en su Norte de Confessores, tract.* 10. §. 1. Petrum Milhaldum *en la Guide des Curez part.* 1. *de sacrament. Baptism. cap.* 8. *num.* 4. Philippum Gamachæum *in summa Theologica, tom.* 3. *q.* 66. *cap.* 2. Ioan. Baptistam Conradum *in respons. cas. conscient. part.* 2. *q.* 78. Carillum *in itinerario Ordinandorum, sect.* 3. *cap.* 2. *num.* 11. Victoriam *in summa de Sacrament. q.* 12. Anglez *in floribus, tom.* 1. *q.* 1. *de Baptism. art.* 2. *conclus.* 3. Antonium de Litteratis *in summ. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. Viualdum *in Candelabro tit. de Baptismo*, §. *de materia, num.* 3. Berarducium *in summa Corona, part.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. Sotum *in* 4. *dist.* 3. *q. vn. art.* 4. Martinum Funez *in speculo morali part.* 2. *c.* 2. *n.* 1. & alios. Dicendum est igitur, nullam aquam, vel succum

Sup. his omnibus ſuprà in principio huius Reſ. & in tom. 3. tr. 1. ex Reſ. 3. §. Tertiò poſſet. & lege etiam ibi §. Imò plus & hic ſuprà in. Reſ. 50. §. penult. & vlt.

cum ex herbis, floribus, radicibus, frondibus, aliiſque mixtis perfectis per diſtillationem elicitum poſſe eſſe materiam Baptiſmi, quia nempe ſubſtantialiter ſucci huiuſmodi differunt ab elementari aqua, materia neceſſaria ſacramenti Baptiſmi, ex Concilio Florentino ſub Eugenio IV. & Trid. *ſeſſ. 7. de fide Catholica.* Et ſicuti materia idonea Euchariſtiæ nequit eſſe niſi panis, & vinum vniuocè, non verò illa, quæ ſunt æquiuocè talia, ſic materia Baptiſmi nihil poterit eſſe, niſi id, quod eſt aqua vniuocè, ſed artificiales, vt roſacea, &c. quæ fiunt per ſtillicidia, æquiuocè ſunt aquæ, & non vniuocè: ergo.

Sup. hoc ſuprà, & in Reſ. not. ſecundæ huius Reſ.

2. His tamen non obſtantibus non deſinam hîc adnotare ad dubium præſentis reſolutionis, affirmatiuè reſpondere aliquos Doctores recentiores, vt Ioannem Puteanum Profeſſorem Regium ſacræ Theologiæ in Academia Tholoſana *in 3. p. D. Thom. q. 66. art. 4. n. 5.* vbi ſic ait: Moneo, ſi daretur, v. g. aqua roſacea, & nullo modo aqua naturalis, nec poteſt haberi, & periclitaretur baptizandus, poſſet Baptiſmus conferri in aqua roſacea, quia licèt Concilia exigant ad validitatem Baptiſmi aquas naturales, quales ſunt pluuiales, maris, & quorumcumque fontium, & fluminum, non tamen definiuit hactenus Eccleſia in nullo planè caſu vllam aliam aquam à naturali non ſufficere ad validitatem Baptiſmi. Deinde, quia aqua roſacea maiorem affinitatem videtur habere cum aqua naturali, quàm aqua quorumcumque fontium. Ita Puteanus.

3. Nec ſolus Puteanus ſupradicta docet; ſed nouiſſimè hanc ſententiam tenet Ioannes Præpoſitus *in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 4. n. 22.* vbi ſic aſſerit: Aduerte quòd quia Baptiſmi ſacramentum eſt maximæ neceſſitatis, ſi occurrat extrema neceſſitas Baptiſmi alicui conferendi, vtpotè aliàs ſine illo morituro, poſſet Baptiſmus ſaltem ſub conditione eidem conferri in materia dubia, deficiente indubitata, quia nulla irreuerentia cenſeretur irrogari Sacramento, quòd proximo alioquin morituro per medium etiam dubium ſuccurratur, & de cætero charitas in tali circumſtantia obligat, vt adhibeamus omne medium, quo fortè poterimus eidem proximo ſuccurrere. Hinc eſt, quòd licèt ea, quæ notabili ſecundo diximus, non eſſe materiam conuenientem Baptiſmi, ſint conformia communiori Doctorum ſententiæ, quia tamen de quibuſdam aliqui dubitant, vt de aqua roſacea, &c. in extrema neceſſitate deficiente materia certa, liceret in huiuſmodi baptizare ſaltem ſub conditione, ſublato tamen periculo, Baptiſmus ſaltem ſub conditione eſſet repetendus. Hæc Præpoſitus Societatis IESV inſignis Theologus, *vbi ſuprà.* Et hanc ſententiam ex eadem Societate docet etiam Adamus Tannerus *in Theolog. Schol. tom 4. diſp. 4. q. 1. dub. 2. n. 41.* quibus etiam adde Chamerotam *de Sacram. tract. 2. de Baptiſm. cap. 2. dub. 1.* vbi ſic ait: Eſt opinio recentiorum poſſe per alambicum, vel per artificialem ſtillationem ex ſuccis herbarum elici aquam veram elementatem, licèt admixtam ſecundis qualitatibus; & ego vrgente neceſſitate in his aquis baptizarem, ſed rebaptizarem cum conditione, adueniente aqua elementati. Sic ille. Vnde ſecundùm hanc opinionem ſi aliquis deficiente aqua naturali periclitaretur, baptizari poſſet ſub conditione, non ſolùm cum aqua roſacea, vel aliorum florum per diſtillationem elicita, ſed etiam cum ſucco expreſſo ex herbis, & frondibus, vt obſeruat Tannerus *loco citato.* Et hæc dicta eſſe volo ſecundùm mentem ſupradictorum Doctorum: nam

Sup. hac materia dubia in Reſ. prætermiſſa, & lege etiā doctrinam Reſ. ſeq. & in tom. 3. tr. 1. ex Reſ. 3. §. 1. & 2. & vide etiam §. Imò.

Sup. hoc ſuprà Reſ. 78. & lege eius annotationē, & ſignanter in tom. 1. tr. 2. vide §. Non deſinā. Reſ. 1.

ego prorſus puto non eſſe diſcedendum à prima ſententia negatiua,

4. Non deſinam tamen hîc adnotare, rectè P. Ioannem de Lugo *de Sacram. diſp. 8. ſect. 9. n. 140.* docere in extrema neceſſitate, non inuenta aqua certa, ſed liquore aliquo, de quo dubium eſſet, an eſſet aqua, nec poſſet id examinari; pone enim eſſe locum obſcurum, nec odore, aut guſtu poſſe id percipi, poſſe in tali caſu exiſtentem in periculo mortis ſub conditione baptizari; Qua cùm præceptum illud non baptizandi abſque tali materia oriatur ex reuerentia ſacramenti, ſequitur, vt in prædicto caſu non obliget tale præceptum, eo quod ſumma indigentia proximi, cui aliter ſubuenire non poſſumus, præponderet illi reuerentiæ, & reddat licitam talem operationem, propter neceſſitatem.

RESOL. LIV.

An in extrema neceſſitate, deficiente aqua naturali, ſit adhibendus Baptiſmus ſub conditione cum glacie, pruina, rore, niue, vel ſale, quandiu reſoluta non ſunt?

Et an ad valitatem Baptiſmi ſufficiat, quod aqua attingat baptizatum, ſi eum non abluat?

Et an, ſi in ipſa applicatione nix, glacies, &c. reſoluantur, ſint materia ſufficiens Sacramenti Baptiſmi? Exp. 5. tr. 3. Reſ. 3.

Sup. hoc lege §. penult. Reſ. prætermiſſæ, & in tom. 3. tr. 1. ex Reſ. 3. lege doctrinam §. 1. & 2. & §. Imò.

§. 1. NEgatiuam ſententiam docet Petrus à Sancto Ioſeph *de Sacr. part. 2. diſput. 1. ſect. 2. in fine,* vbi ſic ait: In neceſſitate poteſt aſſumi materia dubia, & tunc Baptiſmus conferri. Non probo tamen, quod nonnulli dicunt, ſatius eſſe in extrema neceſſitate, deficiente aqua, Baptiſmum applicare cum niue, aut glacie. Ita ille. Et ratio eſt, nam glacies, pruina, grando, nix, quamuis ſint ſubſtantialiter aqua, attamen quando talia ſunt, & non reſoluta, materia Baptiſmi eſſe non poſſunt, quia non ſunt apta materia ad abluendum. Et ita docent ferè omnes Doctores in ſuperiori reſolutione pro prima ſententia adducti, & in ſpecie Coninch. *de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. num.* 23. & hanc ſententiam ego teneo.

2. Sed his non obſtantibus affirmatiuam ſententiam docet Puteanus *in 3. p. D. Thom. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 5.* vbi ſic ait: Extra controuerſiam eſt, glaciem, niuem, grandinem, & ſalem non ſufficere ad confectionem Baptiſmi, licèt enim hæc ſint eiuſdem rationis cum aqua naturali, non tamen apta ſunt ad abluendum proximè: eſt autem ſimpliciter neceſſarium ad hoc vt aliquid rationem Baptiſmi habeat, quod proximè poſſit abluere. Probatum eſt enim Baptiſmum eſſe ablutionem, in extrema tamen neceſſitate ſatius eſſet applicare cum niue, vel glacie ſacramentum Baptiſmatis, quàm adminiſtrationem prætermittere. Ioannes enim Maior, & alij putant ſufficere ad validitatem Baptiſmi, quòd aqua attingat baptizatum, etiamſi eundem non abluat. Ita Puteanus, quod etiam loquens de niue docet Ioannes Præpoſitus *in 3. p. D. Thom. q. 66. art. 4. num.* 22. & nouiſſimè doctus Hurtadus *de Sacram. tract. de Baptiſm. diſp. 1. diffic. 2.* vbi ſic aſſerit: In extrema neceſſitate licitum eſt vti aqua, quamuis notabiliter permixta, imò & dubia, vt niue nondum reſoluta ſub hac conditione ſiue exteriùs, ſiue mentaliter tantùm appoſita, nempe ſi materia hæc eſt idonea, quia extrema neceſſitas excuſat irreuerentiam, quæ aliàs fieret conficiendo Sacramentum ſub conditione. Sic ille.

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 50. & 51.

3. Sed

Quo ad contentum in hoc & seq § suprà ex Res. 50. lege §. Sed affirmatiuum a medio.

3. Sed ex his oritur alia curiosa dubitatio, an si in ipsa applicatione nix, seu glacies resoluantur, sint materia sufficiens sacramenti Baptismi? Adamus Tannerus *in Theol. Schol. tom. 4. quæst. 1. dub. 2. num. 44.* respondet, quòd si dum subsunt manibus adhuc, vel applicationi baptizantis resoluantur ante ipsam receptionem in corpore baptizandi, tunc vtique docet, sufficientem fore materiam Baptismi; si verò resolutio primùm fiat in corpore baptizandi, tunc non videtur valere Baptismus, quia reuera is, qui baptizat, non adhibet materiam ablutioni aptam, ideóque nec propriè abluit, sed si qua fit ablutio, fit potius ab eo, qui baptizatur. Ita Tannerus.

4. Verùm non desunt Doctores asserentes materiam proximam Baptismi sitam esse in ablutione, vt passiua, & non vt actiua & ita docet Suarex *in 3. p. tom. 3. disp. 20. sect. 2.* Sotus *in 4. dist. 3. art. 1. §. ex quo fit.* & alij. licet Vasquez *in 3. part. tom. 2. disp. 141. cap. 2.* Petrus Ochagauia *de Sacram. tract. de Bapt. sm. quæst. 3.* Coninch. *de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 2.* & alij asserant ablutionem tam vt actiuam, quàm vt passiuam, vtrouis modo esse materiam Baptismi. Vnde vtraque opinio est probabilis.

RESOL. LV.

An Sacerdos baptizans cum aqua non benedicta peccet mortaliter?

Et quid, si alij exteriores ritus, insufflationes, vnctiones, & similes cæremoniæ deessent in solemni Baptismo; vel si sine stola, aut superpelliceo fieret Baptismus? Ex part. 9. tr. 6. & Misc. 1. Res. 32. alias 33.

§. 1 NEgatiuam sententiam tenet Quintanadueñas *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 1. singul. 22. num. 2.* [Quia nullum extat Præceptum, nec diuinum, nec positiuum, de baptismalis aquæ benedictione præmittenda. Secundò, quia ex grauitate, vel leuitate materiæ colligitur grauitas, vel leuitas peccati in transgressione cuiusuis Præcepti, & nominatim in omissione Rituum, qui præscribuntur in celebratione Missarum, vt docent omnes Doctores relati: si autem omissio fiat alicuius cæremoniæ grauioris, continentísque specialem significationem, materia erit grauis, vt si quis omitteret mixtionem aquæ, & vini, fractionem Hostiæ, aut mixtionem; vel signa omnia, vel plura, quæ fiunt super oblata, & alia huiusmodi: ergo, ex grauitate materiæ censenda erit lethalis, vel non lethalis, omissio alicuius ritus in celebratione solemnis Baptismi; sed materia grauis non videtur, quòd aqua sit benedicta, cùm solùm ab maiorem decentiam benedictio addatur aquæ: ergo &c.

2. Consonat his Granado: Peccabit grauiter, inquit *contr. 4. de Bapt. tract. 2. dist. 1. num. 5.* si baptizans conferat Baptismum sine debita solemnitate, id est, sine illis cæremoniis, quas Ecclesia præscripsit: si autem vnam, vel alteram rem minimam prætermitteret, culpa esset leuis. Aqua non benedicta baptizare, quid leue debet existimari; cùm benedictio, nec ad essentiã, nec ad integritatem Sacramẽti, nec ad iustificationem, intentionemve baptizandi, nec ad essentialem Baptismi solemnitatem, nec ad grauis significationem mysterij pertineat. Nec leuissimum suborietur scandalum, si aqua non benedicta fiat Baptismus: sicut orietur, si alij exteriores ritus, insufflationes, vnctiones, & similes deessent in solemni Baptismo; vel sine stola, aut superpelliceo fieret: ergo, &c.] Hæc omnia Quintanadueñas ingeniosè, vt semper solet.

3. Sed ego, Sacerdotem cum aqua non benedicta baptizantem, reum culpæ lethalis esse existimo: nec talis benedictio leuis materia censenda est, vt de se patet. Primò, quia versatur circa materiam ipsius Sacramenti. Secundò, quia habetur in Manuali specialis benedictio. Tertiò, quia talis benedictio non efficitur, nisi in Sabbatho Paschæ, & Pentecostes. Quartò, quia in ipsa benedictione adhibetur trina infusio Sacri Chrismatis in modum Crucis; quæ omnia satis demonstrant, talem benedictionem rem leuem non esse, vt vult Quintanadueñas: & de illa mentionem fecerunt Dionysius *de cælest. Hier. cap. 2. punct. 1.* Augustinus *homil. 27. & 30. & lib. 6. contra Iulianum, cap. 8.* & Ambrosius *lib. 1. de Sacrament. cap. 5.* & Rabanus *lib. de instit. Cleric. cap. 28.* relatus *in cap. Deinde. de consf. dist. 4.* Vnde Lessius *in 3. part. quæst. 71. num. 6.* ex D. Basilio *lib. de Spiritu Sancto, cap. 2.* dicit, consecrationem aquæ esse traditionem Apostolicam.

Super his infrà in tr. 1. Res 9 §. Confirmantur.

4. Et ideò nostram sententiam, præter Nugnum Suarez, & Bonacinam à Quintanadueñas citatos, tenet ex Societate Iesu Castr. Palaus *tom. 4. tract. 19. disp. vnica, punct. 12. num. 3.* Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 71. art. 4. dub. 1. n. 5.* vbi sic ait: [Notandum, quòd licèt materia sufficiens Baptismi sit quæuis aqua naturalis; non possit tamen absque peccato extra necessitatem conferri in aqua non benedicta secundùm ritum Ecclesiæ. Itaque Baptismus debet administrari in aqua, quæ solet pridie Paschatis, & Pentecostes consecrari, cum infusione Chrismatis: quæ si deficiat, alia etiam extra illa tempora est consecranda: imò, si talis commodè possit haberi, est adhibenda in Baptismo, etiam non solemni, in quo tamen non videtur magnus scrupulus faciendus.] Ita ille, cui adde Hurtadum *de Sacram. Baptis. dispm. 5. difficult. 2.* ita aientem: [Aqua naturalis, quæ necessaria est ad valorem Baptismi, debet esse benedicta peculiaribus inuocationibus, & consecratione, trina Chrismatis perfusione, vt habetur in Rituali, non necessitate Sacramenti, sed tantùm Præcepti Ecclesiastici, orta ex antiquissima Ecclesiæ consuetudine.] Hæc Hurtadus. Vide etiam Mercetum *in 3. par. D. Thoma, q. 71. art. 4. propos.* 4. Rectè itaque dixit D. Cyprianus *lib. 1. Epist. 12.* [Oportet ergo mundari, & sanctificari aquam priùs à Sacerdote, vt possit Baptismo suo, peccata hominis, qui baptizatur, abluere.]

RESOL. LVI.

Vtrùm obstetrices teneantur scire formas Baptismi, & modum baptizandi?

Et an Sacerdos peccet saltem venialiter, si proferat formam Baptismi in lingua vulgari; quia de obstetricibus, & sæcularibus non est dubitandum? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 2. Res. 46.

§. 1. TEneri putat Paludan. *in 4. sent. disp. 5. q. 2. art. 1. num. 7* De Anton. *p. 3. c. 15. §. 4.* Turrecrem. *in cap. si mulier. de consecr. dist. 4. in fin.* & ex neotericis Nauarr. *in mann. c. 22. n. 6* Henriquez *lib. 2. c. 29. n. vlt.* Sà *ver. Baptismus num. 12.* Zambran. *in suis decis. c. 1. dub. 16.* Reginald. *tom. 1. lib. 17. c. 6. n. 45.* & nouissimè Rodriq. *in sum. Hispan. tom. 3. c. 26. n. 5.* vbi ait: [Vista la necessidad del Baptismo, y que muchas vezes no suffre dilacion, por muy pequeña, que sea, y que ninguno mejor, y con mas breuedad

breuedad puede acudir a ella ſi no es la partera, no puedo dexar de tener, que la charidad las obliga à ſaber la dicha forma, pues ſu officio es eſtar mas propinquas al parto, que las demas perſonas, y por reſpeto de la dicha propinquidad pueden en vn punto remodiar la criatura, que no perezca eternamente; y para la ſalud eterna della obligacion tiene ſaber la dicha forma.] Putant igitur hi authores, cùm caſus iſte ſit nimis frequens, vt experientia docet, & tali neceſſitati extremæ vix poſſit ſuccurri, præterquam ab obſtetrice, maximè quando puer nondum integrè eſt natus teneri dictas obſtetricis ratione ſui officij ſuccurrere neceſſitati extremæ; quæ annexa eſt ſæpiſſimè tali officio, ac conſequenter ſcire formam Baptiſmi, ſaltem lingua vernacula, & modum baptizandi.

2. Sed licèt hæc opinio ſit pia, & conſulenda, tamen probabilem puto contrariam ſententiam, quam tuentur Suarez *in 3. part. tom. 3. diſput. 21. ſect. 6.* vbi ait: Aliqui aſſerunt teneri fœminas, quæ ex officio ſunt obſtetrices, ad ſcienda ea, quæ ſunt ſubſtantialia ad Baptiſmum, ſcilicet materiam, & formam, ſaltem vernacula lingua quæ opinio eſt pia, & conſulenda, tamen in rigore non video, quale ſit hoc præceptum, quia non eſt poſitiuum Eccleſiaſticum, vt conſtat, nullibi enim reperitur ſcriptum. Neque eſt naturale, quia non pertinet ad iuſtitiam, quia ex vi ſui muneris non obligatur obſtetrix, ad curandam ſalutem animæ pueri, ſed ſolùm ad rectè cooperandum natiuitati corporali eius. Neque etiam pertinet ad charitatem, quia licèt ſuppoſita neceſſitate pueri, teneatur quilibet illum baptizare, ſi poteſt, non tamen tenetur vnuſquiſque eſſe paratus, aut inſtructus ad dandum Baptiſmum, ſi fortaſſe inueniat proximum in neceſſitate conſtitutum. Ergo, neque charitas obligat obſtetricem ad huiuſmodi præparationem, ſeu diſpoſitionem.

3. Ad argumentum Rodriquez, & Zambrani reſpondetur, quòd licèt fortaſſe ſæpiùs in eo munere accidat talis neceſſitas, tamen rariſſimè euenit, vel non adeſſe aliquem alium, à quo poſſit infans baptizari, vel neceſſitatem eſſe tantam, vt non poſſit citò vocari, & expectari. Ergo propter rariſſimum euentum non obligabit charitas ad prædictam ſcientiam. Vide Poſſeuin. *de officio Curati, capit. 6. num. 26.*

4. Nota verò, quòd non ſolùm obſtetrices, & laici poſſunt baptizare ſine vllo peccato in vernacula lingua, ſed Sacerdotes peccant ſolùm venialiter, proferendo formam Baptiſmi in lingua vulgari. Sic Nugnus *in 3. part. tom. 1. quæſt. 60. artic. 8. difficul. 3.* & Bonacina *de Sacrament. diſput. 2. q. 2. punct. 4. num. 27.*

RESOL. LVII.

Quidam Parochus olim quæſiuit à me, an qui in forma Baptiſmi reliquerit illas particulas In, & *dicendo* Ego te baptizo nomine Patris, Filij, Spiritus Sancti, *conficeret Sacramentum?*

Et ſi conficiat, an ita baptizando peccet mortaliter? Ex part. 2. tract. 15. & Miſc. 1. Reſ. 47.

Sup. contento in hac Reſ. lege ſup. Reſ. 4. per totam, & ſignanter pro particula *in*,

§. 1. QVoad particulam *in*, Reginald. *tom. 2. lib. 24. cap. 1. num. 30.* Comitolus *in reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 9. num. 3.* Tolet. *lib. 2. capit. 19. num. 2.* Barthol. ab Angelis *vbi infrà*, & alij putant, ſi in forma Baptiſmi omittatur, Sacerdotem non conficere Sacramentum, & conſequenter peccare mortaliter. Sed mihi placet opinio Henriquez *in ſumm. lib. 2. capit. 6.* Bonacin. *de Sacrament. diſput. 2. quæſt. 2. punct. 4. num. 16.* Coninch. *vbi infrà*, & aliorum; nam relicta illa particula, *in* non deſtruitur ſenſus formæ. Ergo validum erit Sacramentum. Probatur antecedens; nam idem omninò eſt ſenſus, ſiue dicas, In nomine Patris, ſiue nomine Patris. Immo, *in*, videtur, tanquam per Hebraiſmum adiungi, ſicut quando dicimus, Credo in Deum, pulſo, vel cano in cithara, quæ phraſi Hebræa, idem ſignificant, quod Credo Deum, & cano citharâ.

in to. 2. tr. 1 ex Reſ. 222. §. 2. propè finem, à verſ. Et ſecundum.

2. Quantum verò ad particulam, *&*, Viuald. *in Candelabro aur. tract. de forma Baptiſmi, num. 11.* Barthol. ab Angelis *in ſuo exam. confeſſ. dial. 2. §. 113.* Conrad. *in reſponſ. caſ. conſ. tom. 1. quæſt. 84.* Reginald. *vbi ſuprà*, qui citat Syluestrum, & Innocentium, putant eſſe de eſſentia formæ. Et ratio eſt, quia perſonæ diuinæ conſtituuntur, & diſtinguuntur per relationes paternitatis, filiationis, & ſpirationis paſſiuæ, quæ quidem perſonæ debent in forma Baptiſmi exprimi, ſecundùm eas maximè rationes, quibus conſtituuntur, & inter ſe diſtinguuntur, ad quam diſtinctionem indicandam particula, *&*, facit aliquid; ergo non eſt relinquenda in forma Baptiſmi.

3. Ego verò contrariam ſequor ſententiam; cum Comitolo *vbi ſuprà num. 5.* & Toleto, quam ſequutus eſt etiam Coninch. *de Sacrament. tom. 1. q. 66. artic. 6. num. 61.* & Pitigian. *in 4. ſent. part. 1. diſt. 3. q. 2. artic. 12.* Nam in forma, quæ caret coniunctione, *&*, ſignificatur, & inuocatur tota Trinitas. Ergo erit verum Sacramentum; relicta enim illa particula, *&*, remanet adhuc integer ſenſus formæ. Ex his igitur apparet, Sacerdotem conficere Sacramentum, ſi baptizaret hac forma; Ego te baptizo nomine Patris, Filij, Spiritus ſancti, relinquendo particulam, *in*, cum, *&*; nam mutatio non eſt ſubſtantialis; nec deſtruit ſenſum formæ.

4. Quantum attinet ad peccatum ratione paruitatis materiæ, excuſarem à culpa lethali; ſic Bonacina *ſuprà*; ſicuti etiam de omittente particulam, *enim*, in forma Euchariſtiæ diximus *ſuprà*; & licèt hoc ſit contra communem vſum Eccleſiæ, tamen ſi hæ particulæ omittantur, ſine ſcandalo, & contemptu; non erit, niſi peccatum veniale, vt in caſu ſimili notauit Vaſquez *in 3. part. tom. 2. diſput. 142. num. 30.* & Sotus *in 4. diſtinct. 3. quæſt. vnic. articul. 5. §. quod ſi*, & Rubeus *de Sacram. in 4. ſentent. diſt. 3.* cum ſumma Corona *part. 4. de forma baptizandi, num. 14.*

Sup. hac particula *enim*, in to. 2. tr. 2. Reſ. 222. & in aliis eius not. primæ.

RESOL. LVIII.

An ſi quis adderet aliquid formæ Baptiſmi; dicendo v. g. Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & B. Virginis, vel omnium Sanctorum, *conficeret Sacramentum?* Ex part. 2. tract. 15. & Miſc. 1. Reſol. 48.

§. 1. IAcobus de Graſſis *in ſuis dec. aur. part. 1. lib. 1. cap. 3. num. 24.* reſpondet negatiuè; ait enim: Additio ſemper vitiat Baptiſmum, quia formæ nihil addendum eſt, ſiue detrahendum, *cap. firmiſſimè, cap. ſi non ſignificatur. & cap. de Arrianis, de conſecr. diſt. 4.* & in hoc Hoſt. *in ſum.* concordat, dicens, quòd ſi quis dicat, *Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, &*

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 4. & lege eam per totam, & ſignanter eius §. 2. & 3.

omnium Sanctorum, non est baptixatus, quia nihil debet iungi formæ. Ita etiam tenet Archidiaconus *in d.cap.si non significatur*. Hæc Graffius.

2. Sed hæc sententia, ita absolutè prolata, non est vera, non enim semper, vt vult Graffius, additio vitiat formam. Dico igitur distinguendo, cum Bonac. *de Sacrament. disp.2.q.2.punct.4.n.16.* Barthol.ab Angelis *in suo exam.confess.dial.2.§.116.* Suarez *tom. 3. in 3. part. disp.2. sect.j.* Henriquex *lib.2. cap.8. num.2.* Coninch. *de Sacram. q.60. artic.8.dub.1. num.70.* Summa Corona *part.4. de forma Baptismi, num.14.* Durand. *in 4.dist.3.quæst.2.* & Paludano *q. 1.* & Yribarne *in 4. sent. tom. 1. disput. 3. sect. 6.* si Sacerdos, si baptizans intelligit in nomine B. Virginis baptizare, sicut in nomine Trinitatis, talis sensus est contrarius veræ fidei, & per consequens tollit veritatem Sacramenti. Sed si addit in Baptismo, vt eius intercessio prosit baptizato ad conseruandam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio Sacramenti. Sic D.Thom. *in 3.p. q.90.art.8.tom.2 disp.129.cap.7.num.107.* putat illa verba, in nomine B. Virginis, non esse æquiuoca ad vtrumque sensum, quem suprà diximus ex D. Thoma, sed semper falsum continere, eo quòd illud, *in nomine*, denotat authoritatem, neque enim quis dicitur facere aliquid in nomine alterius, nisi authoris. Hæc namque vox hoc communi vsu significat, ac proinde eius significatio non pendet ex intentione ministri. Hinc Rubeus *in Sacram.in 4.sent.dist.2.* valde dubitat de Baptismo sub hac forma lato; nam, ait, talis additio, (nempè in nomine B.Virginis) ex se prorsus tollit significationem, ac mutat formæ sensum; atque perinde non obstante ministri legitima intentione, aufert veritatem Sacramenti. Hæc ille, & Pitigian. *in 4.sent. part.1. dist.3.q.2. art.12.* sed non rectè; nam, etsi verba illa omnia simul sumpta significent errorem contrarium formæ, verba tamen essentialia etiam, vt hîc, & nunc proferuntur, tam ex intentione proferentis quàm secundùm commune Christianorum audientium iudicium, prius tempore, quàm illa additio fiat, habent perfectam suam significationem, & consequenter operantur eodem instanti suum effectum, qui per verba subsequentia tolli nequit, qualemcumque hæc errorem significent. Non ergo à communi sententia recedendum, quæ asserit, vt diximus, sacerdotem conficere Sacramentum, etiamsi addat formæ Baptismi, *in nomine B. Virginis*, dummodo per illa verba non intendat baptizare in nomine Virginis, sicuti in nomine Patris, &c. sed tantùm executione intendat auxilium B.Virginis baptizato implorare.

3. Ad argumentum verò Iacobi de Graffis respondetur, additionem non semper vitiare Baptismum, si non tollat prorsus significationem formæ, quod non accidit ex dictis in nostro casu. Vide Alciat. *in l.1. §. Sed si mihi, num.6. ff.de verb.oblig.* & Gasparum Caballinum *in suo milleloquio iuris, part.1. milleloq.248.*

RESOL. LIX.

Mulier quædam domi puerum baptizauit Italicè, hac verba pronuncians, Io te battezo, co'l nome del Padre, co'lnome del Figliuolo, & co'l nome dello Spirito santo, *statim à me quæsitum fuit, an Sacramentum sub tali forma administratum fuerit validum?* Ex part.2. tractat.17. & Miscell.3. Resol.15.

§. 1. MArtinus Bonacina, vir huius litteraturæ consultissimus, *de Sacr.disp.2.q.2.punct.4.n.5.* negatiuè respondet; nam, ait ille, dicendo, *in nomine Patris, in nomine Filij*, &c. licet exprimatur trinitas personarum, non exprimitur tamen vnitas essentiæ, quæ in forma Baptismi est de substantia. Ergo. Vnde si aliquis baptizaret in nominibus Patris, & Filij, & Spiritus sancti, non conficeret Sacramentum; quia illa dictio *in nominibus*, non importat vnitatem essentiæ & virtutis, sed potiùs numerat personas, & relationes. Et quamuis huiusmodi numeratio sit vera, quia tamen vnitas personarum in deitate non explicatur, ideo talis forma non est sufficiens. Sic communiter DD. Item si aliquis baptizaret, vt olim quædam mulier apud Comitolum *in resp.mor.lib.1.q.20.* sub hac forma, *Io te battezo co'l Padre, co'l Figliuolo, & con lo Spirito santo*, inualidum esset Sacramentum, quia in his verbis non exprimitur vnitas diuinæ essentiæ. Ergo. Vide etiam Didacum Nugnum *in 3.p. tom.1.q.66. art.5.diffic.4.fol.157.* (Quoad hoc suprà vide doctrinam Res.4. per totam. & signãter eius §.2. & 3.)

2. Sed quidquid dicat Bonac. contraria sententia est prorsus amplectenda; nam vt asserit Suar. *tom.3.disp.21. sect.3.* Coninch. *in 3.part.q.66.art.6. n.58.* & Petr. Cabrera *de Sacr. q.66. art.5. n.22.* & alij, qui baptizat sub hac forma, *Ego te baptizo, in nomine Patris, in nomine Filij*, &c. non ideo asserit esse plura nomina: sicut, qui diceret *in nominibus*, sed idem essentiale Dei nomen commune tribus, ter repetit, quod rectè fieri potest absque pluralitate, sicut verè dicitur Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus, sed Dij nuncupari non possunt, quia hoc significat naturarum pluralitatem, illud verò minimè, quia sunt verus, & idem Deus. Et sic in nostro casu consului dictum infantem fuisse, & esse verè baptizatum.

RESOL. LX.

An Baptismus sit validus, si conferatur hac forma, Baptizata est, *vel* Baptizatus est in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, *qua forma vtuntur Chaldæi?*

Et an in Sacramento Baptismi, Confirmationis, Pænitentiæ Ordinis & Extremæ Vnctionis exprimenda sit persona suscipiens ista Sacramenta?

Et an sit certum pronomen illud ego, *& dictionem illam* Amen, *non esse de necessitate Sacramenti?*

Et cursim docetur, quod Baptismus datus ab Apostolis in nomine Christi validus fuit, & nunc validus esset, si in eadem forma conferretur.

Et quæritur, an Baptismus datus in nomine vnius personæ Diuinæ, quæcumque illa sit, validus sit, dummodo vera Fides omnium trium retineatur?

Et an Baptismus datus sub hac forma, Baptizo te, in nomine Dei, & Sanctæ Crucis, *sit validus?*

Et tandem quæritur, an sit valida forma Baptismi, qua vtuntur in Dalmatia, videlicet Ego te Christizo, *seu*, Christianum facio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti? Ex part 10. tract.16. & Misc.6. Res.92.

§. 1. HAc forma in baptizando vtuntur Chaldæi, & de illa dubitatum fuit Romæ ann. 1630. vt patet apud Nazarium, *vbi infrà*. Et inualidum Baptismum sic collatum esse patet ex rationibus. Primò, Quia alioqui actus baptizandi non significabitur, quatenus hic, & nunc fit in particulari; quod tamen est necessarium: nam (Sup. hoc suprà lege doctrinam Resol.4. signanter eius §. 2. & 3.)

Sacra

Sacramentum consistit in actu particulari, qui hic, & nunc fit circa certum subiectum, vt homo intelligat, se hic, & nunc sanctificari. Secundò, quia effectus baptizati non est remissio peccatorum in communi, sed hinc collata: ergo vt Sacramentum significet huic conferri gratiam, & remissionem, debet exprimi persona, cui confertur. Quam ob causam etiam Sacramento Confirmationis, Pœnitentiæ, Ordinis, & Extremæ-Vnctionis exprimenda est persona suscipiens. Tertiò, quia baptismus est spiritualis quædam regeneratio: generatio autem requirit distinctionem inter generantem, & genitum; quam distinctionem oportebat exprimi. Et ita docet Diuus Thomas *in 3. part. quæst. 66. artic. 5. ad 4.* Vasquez *tom. 2. disput. 142.* Trullench. *de Sacrament. lib. 1. capit. 3. dub. 4. num. 6.* Præpositus *in 3. part. q. 66. articul. 5. dub. 3. num. 43.* Leandrus *de Sacrament. tom. 1. tract. 2. disput. 3. q. 7.* Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 1. de Baptismo, num. 3.* Reginaldus *tom. 1. lib. 27. n. 35.* Toletus *lib. 2. cap. 19. num. 5.* Sayrus *de Sacrament. lib. 1. c. 4. art. 4.* Sotus *in 4. dist. 3. q. vnic. art. 5.* Auersa *de Sacrament. Baptismi, q. 66. sect. 5.* Bonacina *de Sacrament. disp. 2. q. 2. punct. 4. num. 2.* Gesualdus *in Theolog. Moral. tom. 1. tract. 3. cap. 5.* Surianus *de Sacrament. tom. 1. lib. 2. cap. 3.* Henriquez *lib. 2. cap. 8. §. 4. in Glossa littera K.* Bellarminus *de Baptismo, lib. 1. cap. 3.* Filliucius *tom. 1. tract. 2. cap. 3. num. 53.* Stephanus à San Gregorio *de Sacrament. lib. 3. capit. 12. num. 7.* Petrus à Sancto Ioseph *in Idea Sacrament. cap. 9. resolut. 4.* Opatauius *de Sacrament. tract. de Baptismo, disp. 1. quæst. 4. num. 28.* Bizozerus *de Sacrament. part. 2. cap. 3. num. 5.* Ochagauia *de Sacrament. tractat. de Baptismo, quæst. 8. num. 7.* Syluius *in 3. part. D. Thomæ q. 66. artic. 5. conclus. 3.* Bassæus *in For. Theolog. vers. Baptismus 11. num. 13.* Layman. *in Theolog. lib. 5. tractat. 2. cap. 4. num. 2.* Nugnus *in 3. part. tom. 1. quæst. 66. artic. 5.* Barbosa *de Potest. Parochi, part. 2. capit. 18. num. 50.* Calpensis *in Curs. Theolog. tom. 2. tractat. 17. disput. 1. sect. 3. num. 23.* Escobar *in Theolog. Moral. tract. 7. exam. 2. cap. 2. num. 10.* Fernandez *in Medulla Cas. part. 2. capit. 2. §. 4. num. 3.* Martinus Ledesma *in prima 4. q. 7. artic. 6. dub. 5.* Petrus Ledesma *de Sacrament. tom. 1. cap. 4. consil. dub. 3.* Machadus *tom. 1. lib. 3. part. 1. tract. 2. document. 3. num. 3.* Ludouicus à San Iuan. *in Summa q. 1. art. 3. de Sacrament. Baptism. dub. 1. diffic. 1.* Candidus *tom. 1. disquisit. 16. artic. 3. dub. 4.* Ioann. de la Cruz *in direct. conscient. part. 1. de Sacram. Baptismi, quæst. 1. conclus. 3.* Tannerus *tom. 4. disput. 4. q. 3. dub. 5. num. 86.* Valentia *tom. 4. disp. 1. quæst. 1. punct. 4.* Cabrera *in 3. part. q. 66. articul. 5.* Baunius *in Theolog. Moral. tom. 1. tract. 2. quæst. 6. assert. 2.* Marcus Senius *tom. 1. de officio Parochi disp. 3. diffic. vnica, q. 2. num. 5.* Raguccius *in Lucerna Parochorum de Sacram. Baptism. q. 29.* Estius *in 4. sentent. distinct. 3. §. 3.* Martinon. *de Sacrament. tom. 4. disputat. 23. sect. 3. num. 17.* Castrus Palaus *tom. 4. tract. 19. disput. vnic. punct. 5. num. 5.* Lessius *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 66. articul. 5. dub. 2. num. 18.* Vvigers *de Sacrament. quæst. 66. articul. 6. conclus. 4. num. 26.* Senna *in 3. part. quæst. 66. articul. 5.* Mercetia *de Sacrament. q. 66. articul. 5.* Araujo *in 3. part. q. 66. disput. 5. artic. 1. de Baptismo diffic. 7.*

Sup. his pro Sacram Confirmationis infra in tr. 2. ex Res. 3. cursim in §. Et rursum; & in tom. 3. tr. 1. Res. 16. §. Obseruandum secundo. & pro Baptismo latè infra in Res. seq. signātes à §. sed circa & pro Pœnitentia inferius in tr. 4. Res. 3. §. vltim. & in Res. 5. §. etiam vlt.

2. Dicendum est itaque, quod ad essentiam, & valorem formæ Baptismi necessarium est exprimere personam baptizati, quod constat ex traditione Ecclesiæ, quæ ita intellexit verba illa Matthæi vltimo, baptizantes eos, vt Christus non solum voluerit, quod non baptizati, significati particula, *eos*, re ipsa baptizentur, sed quod etiam verbis exprimantur: & satis congruenter; & aliàs si persona baptizati non exprimatur, actus baptizandi non significabitur, neque denotabitur determinatus in indiuiduo, quia determinatur per personam, quæ baptizatur: sed significabitur, & denotabitur indeterminatus, & indifferens ad hanc, & ad illam personam, & ad personam ipsius baptizati, & ad personam alterius. Quia quamuis persona baptizati sit quæ Baptizatur, ea tamen non expressa, nihil in forma profertur, quo actu baptizandi denotetur determinatus: quamuis forma proferatur, personam illam baptizando. Concedo quod tamen necessarium est ad essentiam formæ Baptismi, personam baptizati exprimere, vt sufficiat eam quouis modo exprimere, siue pronomine, *te*, siue pronomine, *vos*, authoritatis baptizati causa, siue proprio nomine demonstratiuo, *hunc*, siue nomine proprio, siue nomine appellatiuo: in quo Doctores conueniunt.

3. Verùm Ioan. Paulus Nazarius ex Ordine Prædicatorum præstantissimus Theologus interrogatus de hoc casu licèt nostræ sententiæ superiùs adductæ adhæserit *tom. 8. opusc. 3. cas. 2. fol. 338.* tamen postea *casu 3.* conatur talem formā Baptismi defendere; sic itaque asserit *fol. 342.* Dico primò, formas illas, licèt verbo præteriti temporis sint expressæ, posse tamen vt veras defendi in eo, aut consimili sensu, quo veritas defenditur formæ Sacramenti Eucharistiæ sub specie panis, quia dicitur: *Hoc est Corpus meum.* Vt enim ait Sanctus Thomas *in 3. part. q. 78. art. 5.* Verba illa virtutem habent factiuam conuersionis panis in Corpus Christi, & ideò comparantur ad aliis locutiones, quæ habent solùm vim significatiuam, & non factiuam, sicut comparatur conceptio intellectus practici, quæ est factiua rei, conceptioni intellectus nostri speculatiui; quæ est accepta à rebus; & ideò, sicut conceptio intellectus practici non præsupponit rem conceptam, sed facit eam; ita veritas huius locutionis non præsupponit rem significatam; sic enim se habet Verbum Dei ad res factas per verbum. Hæc autem conuersio non fit successiuè, sed in instanti; & ideò oportet intelligere prædictam locutionem, secundum vltimum instans prolationis verborum. Quam doctrinam explicat egregiè Caietanus in suo Commentario ad dictum articulum, quem alij sequuntur discipuli D. Thomæ. Similiter ergo dicendum est, verba illa: quibus in baptizandis mulieribus, aut viris vtuntur Chaldæi, vt formis, intelligenda esse secundum vltimum instans, in quo terminantur, & in quo baptizato confertur effectus Sacramenti; sunt enim verba practica non minus, quam illa: *Hoc est Corpus meum.* Igitur secundum illud instans suam habent veritatem.

4. Secundò dico, ex solo textu scripturæ Diuinæ Matthæi vltimo clarè non haberi necessarium esse in forma Sacramenti Baptismi, exprimere personam baptizatam per eius proprium nomen, aut per pronomen, & multo minus personam Ministri. Sed ex illis Christi Domini verbis, Baptizantes eos, Catholica Ecclesia Diuinitus edocta, intellexit in forma Sacramenti Baptismi, actionem Ministri, & personam baptizati exprimendam esse, vt habetur in Catechismo ad Parochos iussu Pij V. edito ex decreto Concilij Trident. Quam doctrinam Noster Doctor Sanctus Thomas diuinè, vt solet, ante Concilium ex-

presserat in sua *3. part. q.66. art. 5.* & alij Concilio Antiquiores.

5. Tertiò dico, nullam me hactenus inuenire potuisse alicuius Summi Pontificis definitionem, asserentem, Baptismum nullum esse, si in eius forma non exprimatur persona baptizati. Nam licèt in titulo de baptismo, & eius effectu *capit. 1.* sic definiat Alexander III. si quis puerum in aqua merserit, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen, & non dixerit: *Ego te baptizo*, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen, non est puer baptizatus; Non tamen affirmat, hæc singula verba esse de necessitate Sacramenti (Certum est enim pronomen illud, *Ego* & dictionem illam, *Amen*, non esse de necessitate Sacramenti) sed intendit excludere modum illum baptizandi absque expressione actus baptizandi: Vndè etiam in Romano Catechismo non reprobatur, sed magis approbatur forma in Ecclesia Græcorum consueta, videlicet, Baptizetur seruus Christi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, in qua nec persona baptizantis, nec persona baptizati exprimitur per nomen, aut pronomen aliquod singularem personam à cæteris distinctam significans. Nec obstat, quod in forma Græcis ab Eugenio præscripta, ponatur dictio illa, *talis*, qua significatur determinandam esse personam baptizati per nomen proprium, aut pronomen: Nam dici potest, expressionem illam non fuisse appositam, vt omninò necessariam, sed ad maiorem expressionem, & professionem accidentalem; secundum quam similior esset formæ Ecclesiæ Latinorum, quæ est omnium perfectissima.

Sup. hoc pronomine: Ego, suprà ex doctrina Ref. 4. eiusdem in fine, §. 1. & in tom. 2. tr. 1. ex Ref. 222. §. Sed ego. in fine, vers. Et secundum Et productione. *Amen*, contēta in hoc textu ibidem in dicto §. Ex vers.

6. Quartò dico, in forma, siue formis Chaldæorum satis benè intelligi posse personam tam baptizantis, quàm baptizati, vt implicitè significatio: Cùm enim, vt ante dictum est, verba, quibus formæ Sacramentorum integrantur, non sint speculatiua, sed practica, & vt talis formaliter à ministro proferantur (alioquin nihil efficerent) æquipollere videntur verbis imperatiuis; quibus imperium agentis particularis, & determinati defertur ad passum particulare, & determinatum, non solùm ea ratione, quod actiones omnes sint alicuius agentis particularis, & determinati circa passum singulare, & determinatum, sed etiam ex ipso modo significandi, quod verbo imperatiuo denotatur, seu importatur; vt patet in forma Græcorum vtente verbo, *Baptizetur*. Cùm igitur verba formæ Chaldæorum practicè, seu vt practica formaliter prolata æquiualeant verbis imperatiuis, videtur in eis vtraque persona tam baptizantis quam baptizati, saltem virtualiter, & implicitè significari.

7. Postremò dico, mihi ob dictas rationes satis probabile esse prædictas Chaldæorum formas, vt in substantialibus sufficientes posse Summi Pontificis auctoritate, ad euitanda scandala tolerari, quod posset ex aliis formis Sacramenti Baptismi consimiles, aut etiam maiores habentibus defectus significationis confirmari, quas tamen nonnulli ex præcipuis Doctoribus validas esse iudicarunt.

8. Nam, vt definit Nicolaus Papa respondens ad consulta Bulgarorum, & habetur de consecratione *distinct. 4. can. 4.* Baptismus ab Apostolis datus in nomine Christi validus fuit eo quod implicitè continebat inuocationem Sanctissimæ Trinitatis; & Gloss. *in primum capit. de Baptismo, & eius effectu*, dicit validum etiam nunc futurum esse Baptismum, si in eadem forma conferretur, quæ fuit sententia Ambrosij *in lib. de Spiritu sancto cap. 3.* Bedæ *in Actis Apostolorum cap. 10.* Bernardi *Epist. 430.* Hugonis de Sancto Victore *lib. 2. de Sacramentis, part. 6. cap. 2.* Magistri *in 4. sent. dist. 3.* Adriani *quæst. 2.* de Baptismo; quam etiam videtur approbare Caietanus *in 3. part. q. 66. art. 5.* licèt omnes alij Patres, & scholastici cùm D. Thoma *in alleg. q. art. 6.* oppositum teneant; quorum loca, & dicta diligenter adnotauit Suarez *in dict. art. 6. d. 21. sect. 3.* & Vasquez *d. 143.* Præterea Sanctus Ambrosius *loco notato*, censuit, baptismum datum in nomine vnius Personæ Diuinæ, quæcumque illa sit, validum esse dummodò vera fides omnium trium retineatur; quia in vna persona tres omnes virtute continentur; quod tamen D. Thomas *in d. art. 6.* reprobatur. Insuper S. Bernardus, *loco citato*, affirmat baptismum datum sub hac forma: *Baptizo te in nomine Dei, & Sanctæ Crucis validum esse, quia nimirum in nomine Dei, tres omnes Diuinæ Personæ implicitè significantur.* Ex quibus probabilis aliquo modo reddi videtur eorum sententia, qui dicunt ad validum baptismi Sacramentum non esse necessariam explicitam, sed sufficere implicitam Sanctissimæ Trinitatis inuocationem. Ex quo sequitur, multo magis esse probabile valere baptisma, in quo solum implicitè significatur persona baptizata. Hæc dixi, vt iteratæ vestræ petitioni satisfaciam, sub censura Sanctæ Sedis Apostolicæ, cuius iudicio hæc, & omnia mea subiicio.

9. Hæc omnia docet Nazarius, acutè quidem excogitata, & quæ satis curiosa Lectoribus visa non dubito; Et in eorum gratiam conabor hanc sententiam ita confirmare. Hæc forma baptismi Chaldæorum esset inualida, vel quia non exprimit personam baptizantis; vel quia non exprimit personam baptizati, vel quia actionem baptizandi significat præteritam, sed hæc omnia non obstant, ergo baptismus cum tali forma collatus erit validus. Probatur prima pars, nempe non esse inualidam talem formam, quia non exprimit personam baptizatam; Nam alioqui esset inualida forma Græcorum approbata ab Eugenio IV. in Concilio Florentino, videlicet, baptizetur seruus Christi; in qua licèt persona baptizati significetur in generali, seu vagè, satis determinatur ablutio practicè, prout hic, & nunc exercetur circa talem personam. Nec amplius significat in rigore forma Græcorum, quam refert Florentinum; nam vox, *talis*, significat solum indiuiduum vagum: & alij Doctores ponunt illam formam per hæc verba duntaxat *Baptizetur seruus Christi*, &c. Vbi solum in generali significatur persona baptizata. Sic docent Layman *suprà*, & Paulus *tom. 3. tractat. 19. punct. 5. num. 5.* quibus adde Franciscum Lugo *de Sacrament. lib. 2. capit. 7. quæstione secunda, numer. 14.* Sed in nostro casu idem accidit, quia mulier baptizata, licèt vagè determinetur, satis in particulari practicè per ablutionem designatur. Ergo talis forma erit licita.

Sup. hoc latè in Ref. seq.

10. Quod autem sit licita quoad secundam partem, non obstante quod actionem baptizandi significet vt præteritam; Probatur ex auctoritate D. Thomæ, *vbi suprà*, quia hæc verba: baptizata est., non præsupponunt rem conceptam, sed illam faciunt, & veritas dictorum verborum non supponunt rem significatam, sed intelligenda sunt secundùm vltimum instans in quo terminantur.

nantur, vt in Sacramento Eucharistiæ illa verba: *Hoc eſt Corpus meum*: vt obſeruat Serra *in 3. part. D. Thomæ, quæſtione ſeptuageſima prima, articul. quinto*, & ibi Leſſius *numero decimoquarto.* Sed hæc omnia poſſunt applicari in caſu noſtro; nam verba illa, *Baptizatus eſt*, vel *Baptizatus eſt*, intelligenda ſunt ſecundùm vltimum inſtans, in quo à Miniſtro proferuntur, & in quo gratia Sacramentalis profertur. Ergo Baptiſmus cum tali forma collatus erit validus. Confirmatur. Nam forma Græcorum dicitur: Baptizetur ſeruus Chriſti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; & tamen, vt rectè obſeruat, ſapientiſſimus Leſſius *in tert.part. D. Thomæ, quæſt.66. art.5. dub. 1. num. 18.* is qui baptizatur nondum eſt ſeruus Chriſti, ergo illa verba (ait Leſſius) non videntur verè prolata; Sed ego reſpondeo, quod ille talis efficitur ſeruus Chriſti per Baptiſmum in vltimo illo inſtanti, quo profertur forma, ideò pro illo inſtanti intelligenda ſunt dicta verba, licèt antea prolata, & ideò optimè vocatur ſeruus Chriſti. Sic & in caſu noſtro dicendum eſt, verba illa, *Baptizatus eſt*, vel *Baptizata eſt*, non eſſe falſa, nec tempus præteritum reſpicere, ſed vltimum inſtans, in quo terminantur verba formæ, & in quo verè dicitur, *Baptizata eſt*, vel *Baptizatus eſt*. Itaque in caſu noſtro dicendum eſt, quod Miniſtri Chaldæi vtantur verbo illo actum ablutionis ſignificante, prout modum habet imperantis, cùm ſignificet actum ablutionis, vt exeuntem à baptizante, & vt directum ad ſingularem illam perſonam; quæ actu abluitur à Miniſtro; & cum inuocatione Sanctiſſimæ Trinitatis videtur legitima.

11. Sed his minimè ſuffragantibus, ego puto non eſſe admittendam ſententiam Nazarij, ex rationibus ſuperius adductis, & ſtante Praxi, Declaratione, ſeu Traditione Eccleſiæ, quæ ita interpretauit verba illa Matth. vltim. *Baptizantes eos*, &c. vbi profectò perſonæ, quæ erant baptizandæ fuerunt expreſſæ. Vide Dicaſtillum cuius verba adducam in ſequenti Reſolutione. Deinde Nazarius pro firmanda ſua ſententia admittit tanquam probabiles aliquas opiniones, quas communiter Doctores tanquam improbabiles refellunt; & ideò vide Tannerum *tom. 4. diſputatione quarta, quæſt. 1. dub. 3. num. 91.* & alios *vbi ſuprà.* Ergo, &c. (Adducit in § vlt. Reſ. ſeq.)

12. Nota hîc obiter Eminentiſſimum Cardinalem de Lugo, *in Reſpond. Moral. lib. 1. dub. 3.* per totam latè diſputare; An ſit valida forma baptiſmi, qua vtuntur in Dalmatia, Ego te Chriſtizo, ſeu Chriſtianum facio, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti; & eius doctrinæ ego adhæreo.

RESOL. LXI.

An forma Baptiſmi in Eccleſia Græca ſit iſta? Baptizetur, *vel* Baptizatur ſeruus Chriſti, &c.

Et difficultas eſt, an validè in vtraque forma baptizetur?

Et an in ipſis formis exprimendum ſit nomen ſuſcipientis Baptiſmum in particulari?

Ex quo deducitur, Baptiſmum apud Græcos factum ſine expreſſione perſonæ baptizatæ per nomen, aut pronomen eſſe ſub conditione iterandum.

Et an ita baptizans ſine expreſſione perſonæ & nominis baptizati peccet mortaliter? Ex part. 10. tract. 16. & Miſc. 6. Reſ. 93.

§. 1. Eſſe hanc vltimam obſeruat ex Filliucio, Pater Geſualdus *in Theolog. Moral. tom. 1. tractat. 1. capit. 5.* vbi ſic ait: Notandum, quod Græci non dicunt, (vt aliqui putant) Βαπτίζου, id eſt, Baptizetur per ſubiunctiuum (vt quidam Latinorum exiſtimarunt) ſed dicunt Βαπτίζεται: id eſt, Baptizatur, per modum Indicatiuum temporis præſentis; ita enim habetur in Rituali Græco, quod benè admittit Filliucius *tom. 1. tract. 1. de Bapt. cap. 3.* & alij. (Sup concretis in hac Reſol. lege latam doctrinam Reſ. præteritæ.)

2. Et hæc forma ſufficiens eſt ad perficiendum verum Sacramentum, ſecundum omnes vt patet per Concilium Florentinum, in decreto Eugenij, & ex vſu antiquiſſimo Eccleſiæ Græcæ; Vnde credibile eſt, eam accepiſſe à Sanctis Patribus Epiſcopis Catholicis, qui conſueuerunt ita baptizare, ne Miniſtri viderentur ſibi arrogare efficaciam Sacramenti; & illius ſchiſmatis occaſionem fugerent, cuius fit mentio *Epiſtol. 1. ad Corinth. capit. 3.* Quando vnuſquiſque de ſuo Miniſtro Baptiſmi gloriabatur dicens: *Ego ſum Pauli, ego Cephæ.* Quapropter increpauit eos Paulus dicens; *Nunquid in nomine Pauli baptizati eſtis?* Et ſic introducta fuit huiuſmodi forma, quæ in eſſentialibus non differt à forma Eccleſiæ Latinæ; niſi tantùm materialiter. Ita Geſualdus: cui adde Eminentiſſimum Dominum meum Cardinalem Lugo *de Sacrament. in genere diſput. 2. ſect. 6. n.42.* & Petrum à Sancto Ioſeph *in Theol. Sacram. c.9. reſol.4.*

3. Verùm alij aſſerunt, formam Baptiſmi Græcorum eſſe, baptizetur ſeruus Chriſti. Et ita docet nouiſſimè Franciſcus Lugo *vbi ſuprà*, Nazarius *tom. 8. opuſc. 3. caſ. 1.* Trullench. *de Sacram. lib.2. cap. 1. dub.4. num.2.* Martinon *de Sacrament. tom. 4. diſput. 23. ſect. 2. num.17.* & alij communiter. Difficultas eſt, An validè in vtraque forma baptizetur, & negatiuè reſpondet Hurtadus, *de Sacrament. Baptiſm. diſputat. 1. diffic. 8.* vbi ſic ait: Vnde in forma Græcorum, baptizetur talis ſeruus Chriſti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, nequit ſubintelligi, à Chriſto, vel à Deo, ſed à me, quia baptizans loquitur ſecum, quaſi cum altero, vti non rarò fit. Et id denotatur verbo illo Imperatiui, baptizetur, quia eo ipſo quod imperatiuè baptizat, dicendo, baptizetur, denotat ſe habere poteſtatem ad baptizandum, & eſſe qui baptizat: quia ſi eam poteſtatem non haberet, ineptè diceret, baptizetur, quia imperare proprium eſt habentis poteſtatem. Dirigitur autem dictum imperium non ad effectum ipſum, quia effectus non ſignificatur à verbo, baptizetur, quia in primis non ſignificatione verbali, quam habet ex hominum impoſitione, vt patet, nec ſignificatione Sacramentali, quia hæc ſignificatio conuenit toti formæ, & toti materiæ proximæ indiuiſibiliter; ſed dirigitur ad ipſummet Miniſtrum actu exercentem actum baptizandi, non imperium ſtrictè, & propriè, ſed latè, & impropriè, quòd ſolùm poteſt eo verbo ſignificari, ad quemcumque dirigatur. Qui autem baptizaret abſque imperio, dicendo, baptizatur talis ſeruus Chriſti, vel baptizaris, non denotaret eum Baptiſmum ab ipſo procedere, quia non baptizat imperatiuè, nec proferendo aliquid, quo id denotetur, ac proinde inualidè baptizaret. Ita ille.

4. Sed ego contra illum teneo sententiam Vasquez, quam etiam tenet Cardinalis Lugo, *vbi suprà*, Gulielmus Estius, *vbi infrà*, & nouissimè doctus Pater Leandrus *de Sacram, tom. 1. tract. 2. disput. 3. quæst.* 48. vbi sic ait: Dicendum, quod vtraque forma sit vera: & quouis modo prononcietur, validus fiat Baptismus: Quia in decreto Eugenij citato sic habetur: Non tamen negamus, quin & per illa verba, baptizetur (vel vt habetur in margine (baptizatur, talis seruus Christi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: vel, baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris, & & Filij, & Spiritus sancti, verum perficiatur Baptisma, &c. Ex Eugenio ergo, vtroque modo ex dictis, pronunciatur forma; ergo quouis modo pronuncietur, validè efficietur Baptisma. Ita Ille.

Sup. sequentibus abhinc vique in fine huius Ref. late Ref. præcetita;& lege etiam doctissimam aliorum §§. 2 ius secundæ not.

5. Sed circa dictam formam Græcorum adest alia difficultas, An in ipsa exprimendum sit nomen suscipientis Baptismum in particulari, & affirmatiuè respondet Estius *in 4. sent. dist. 3. §. 3.* vbi sic ait. Forma baptismi perpetuò, & constanter in Ecclesia fertur hæc est, Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; tametsi pro eo quod in Latina Ecclesia, dicitur, Ego te baptizo; in Græca, baptizetur, vel baptizatur N. seruus Christi, addito etiam eius, qui baptizatur nomine, dici solet. Ita ille: Cui adde Cabreram *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 66. art. 5.* asserentem, ex Concilio Florentino, in forma baptismi apud Græcos non satis esse, si persona baptizata explicetur in communi, sed esse in particulari designandam, etiam in forma Græcorum dicendo: baptizetur hic seruus Christi, forma namque Græcis ibi præscripta non est: *Baptizetur seruus Christi*, sed hæc, *Baptizetur talis seruus Christi*. Ex quo deducit, baptismum apud Græcos factum sine expressione personæ baptizatæ per nomen, aut pronomen esse sub conditione iterandum. Et ideò Petrus de Ledesma, *de Sacram. tom. 1. cap. 4. concl. 1. dub. 3.* sic ait: Digo lo segundo, que me parece casu necessaria, declarar la persona del que se baptiza, diziendo no solo en commun, baptizatur seruus Christi: sea baptizado el sieruo de Christo, sino tambien en particular. Esto prueuan los argumentos, y razones hechas por la conclusion passada. Esto se conuence, porque en la forma que vsan los Griegos se dize, sea baptizado el sieruo de Christo, Pedro, ò Pablo. A cerca desto se ha aduertir, que si alguno fuesse baptizado, no declarando en la forma la persona del que se baptiza en particular, peca mortalmente el, que lo baptiza, y ha de boluer à baptizarse de baxo de condicion: porque por lo menos es dudoso el Sacramento.

6. An non desunt adhærentes negatiuæ sententiæ, & ita nouissimè docet Pater Franciscus Lugo *de Sacrament. lib. 2. cap. 3. quæst. 1. num. 14.* vbi sic ait: Licèt persona baptizati significetur in generali, seu vagè, satis determinatur ablutio practicè, provt hic, & nunc exercetur circa talem personam. Nec amplius significat in rigore forma Græcorum, quam refert Florentinum 3. Nam vox, *talis*, significat solum indiuiduum vagum: & alij Doctores ponunt illam formam per hæc verba dumtaxat, *Baptizetur Seruus Christi*, &c. Vbi solùm in generali significatur persona baptizata, Hæc Franciscus Lugo, adde Nazarium *in tom. 8. Suorum operum, opusc. 3. cas. 3.* vbi docet, quod in Romano Catechismo non reprobatur, sed magis approbatur forma in Ecclesia Græcorum consueta: videlicet: baptizetur Seruus Christi in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, in qua nec persona baptizantis, nec persona baptizati exprimitur per nomen, aut pronomen aliquod singularem personam à cæteris distinctam significans. Nec obstat, quod, in forma Græcis ab Eugenio præscripta ponatur dictio illa, talis, qua significatur determinandam esse personam baptizati per nomen proprium, aut pronomen: Nam dici potest expressionem non fuisse appositam, vt omninò necessariam, sed ad maiorem expressionem, & perfectionem accidentalem; secundum quam similior esset formæ Ecclesiæ Latinorum, quæ est omnium perfectissima. Vndè Trullench. *de Sacrament. lib. 2. capit. 1. dub. 4. num. 6.* & alij asserunt formam sufficientem Baptismi Græcorum esse, Baptizetur Seruus Christi. Et ideò non deseram hic apponere verba Castri Palai, *tom. 4. tractat. 19. punct. 5. num. 5.* sic asserentis: Ad Baptismum enim necessario requiritur ea expressio, & determinatio personæ baptizandæ, vt ex ea expressione satis constet, neminem se ipsum, sed alium à se distinctum baptizare. Quod fieri non potest, nisi speciatim, seu generatim; directè tamen persona baptizanda exprimatur. Exprimitur autem speciatim, si dicas, Ego te baptizo, Ego baptizo Caium generatim, si sub forma Græcorum baptismum conficias, vt si dicas: baptizo seruum Christi; seruus Christi baptizetur. Ita ille.

7. Sed Ego, vt consequenter loquar ad ea, quæ dixi in Superiori Resolutione, puto in forma Græcorum exprimendam esse personam baptizatam; vnde Pater Dicastillus *de Sacrament. tom. 1. tractat. 2. disput. 1. dub. 5. num.* 83. sic ait: Circa secundum de persona, quæ baptizatur, conueniunt Doctores, ad essentiam, & valorem baptismi, necessariò esse exprimendam, siue dicatur, baptizo te, siue, baptizo hunc, siue, baptizo Petrum, siue, tu baptizaris à me; &c. siue baptizetur seruus Christi Petrus, &c. iuxta Græcos. Constat hoc ex traditione, & vsu Ecclesiæ, quæ ita intellexit verba illa Matthæi vltimo, baptizantes eos, &c. vt Christus non solum voluerit, vt re ipsa baptizentur non baptizati, sed etiam quod exprimantur in ipsa forma Baptismi quod satis congruens videtur; nam, si persona baptizati non exprimatur, nec actus ipse baptizandi sufficienter significabitur, nec denotabitur actus determinatus in indiuiduo, qui determinatur per personam quæ baptizatur; sed solum significabitur indeterminatus, & indifferens ad hanc, vel illam personam, & ad personam ipsius baptizati, & alterius; quamuis enim persona baptizati, sit determinata hîc, & nunc, si tamen ea non exprimatur, nihil in forma profertur, quo actus baptizandi denotetur determinatus, etiamsi profteratur, personam illam baptizando. Hæc Dicastillus, & ego.

RESOL. LXII.

Quidam Parochus, si post ablutionem statim pronunciauit formam Baptismi, quæritur, an validè baptizauerit?

Et doctrina huius quæstionis infertur, idem esse dicendum de Sacramento Ordinis, & Extrema-Vnctionis. Ex part. 3. tract. 4. Resol. 6.

§. 1. Nega

Sup. hoc supra lege doctrinam, Ref. 5. & in tom. 2. tr. 5. Ref. 16. & recitantur in tom. 7. tr. 2. ex Resol. vnica §. Nec valet, & §. Respondeo, non esse. Et cum multis aliis DD. in tom. 4. tr. 8. Resol. 36. per totam.

§. 1. NEgatiuè respondent Scotus *in 4. dist. 6. q. 2. art. 2.* Richard. *dist. 5. art. 4. q. 2.* Caiet. *tom. 1. opusc. tract. 26. de collat. ordinis.* Nauarr. *cap. 22. n. 7.* Zambranus *de casibus occur. temp. mor. c. 1. dub. 2. dict. 3.* & alij. Et ratio est, quia verba quæ Sacramentum efficiunt, idem etiam significant, nisi autem cum verbis eodem tempore concurrat ablutio, falsa est enuntiatio verborum, *Ego te baptizo.* Ergo nihil efficitur, atque adeò inualidum erit Sacramentum.

2. Sed mihi contraria sententia probabilior videtur, quam docet Henriq. *lib. 1. de Sacram. in genere, cap. 9. n.* 10. vbi sic asserit: In conficiendis Sacramentis generaliter requiritur quædam coniunctio, quia forma non actuat materiam, nisi aliqualiter coniunctam, & præsentem, idque maximè curandum est in Sacramento Baptismi, sine quo nihil prodest aliorum Sacramentorum receptio, & in sacramento Ordinis sacerdotalis, sine quo confert ablutio, vel consecratio Eucharistiæ, vt dum quis aqua tingitur, vel dum tangit, aut acceptat vasa sacra, qui sacerdotio initiatur, debet minister proferre saltem partem aliquam verborum formæ, si tamen finita ablutione, profert statim formam, vel finita forma ablueret, censetur simul moraliter, neque est repetendus Baptismus. Ita Henriquez; & post illum docent etiam hanc sententiam Villalobos *in summ. tom. 1. tr. 4. diffic. 2. n. 6.* Layman *in Theol. mor. lib. 5. tr. 2. c. 7. n. 5.* vbi ait, satis esse ad valorem Sacramenti, si moraliter, id est, secundùm humanum agendi, & loquendi morem concurrant actio ministri, & proxima materia, videlicet ablutio, vnctio, &c. sicuti in simili verè dicere censetur, Ego bibo, qui poculum in manu capit, statim illud ori applicaturus bibendi causa, neque enim credibile est, quòd Christus Sacramenta ad moralem hominum vsum accommodata, metaphysico rigori adstringere voluerit.

3. Quamobrem quanta debeat esse coniunctio inter materiam, & formam Sacramenti moraliter æstimari debet, & obseruari, ne fiat magna interruptio, vt ex modo agendi, & verba proferendi intelligatur vnum alteri accommodatum esse: ita optimè Layman, qui pro hac opinione citat etiam Victoriam, & Suarez, duo lumina Religionis Dominicanæ, & Societatis IESV: sed pro curiosis ponam hîc verba Vincentij Fernandez de Heredia *in disp. de Sacram. in genere, p. 6. dub. 2. n.* 8. vbi ita ait. Qui baptizatur, potest ablui in totum ante inchoatam formam, quinimò interposita breui morula, exempli gratia, in qua possit (vt ita dicam) oratio Dominica recitari, adiici potest forma Baptismi, & vice versa, quæ doctrina communis est sacramentis Confirmationis, Ordinis, & Extremæ-Vnctionis. Ita ille. Sed hæc sententia videtur nimis laxa, ac proinde non admittenda.

RESOL. LXIII.

An si finita forma, antequam finiatur ablutio, infans moriatur, sit adhuc baptizatus?

Idem est de sacramento Confirmationis, & Extremæ-Vnctionis. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 17.

§. 1. QVando verba formæ prolata sunt, sed ablutio continuatur, adhuc Paludanus *in 4. dist. 5. quæst. 3. ad fin.* existimauit non haberi Sacramentum ante perfectam ablutionem, seu vltimam immersionem, quod etiam docere videtur *ibi* S. Thom. *art. 4. q. 3. ad 3.* suaderíque potest, quia ad minimum pertinet determinare quantitatem materiæ, & illi applicare formam: ergo quamdiu ipse continuat ablutionem, censetur nondum applicuisse formam, sed adhuc intendere illam applicare vlteriori ablutioni; ergo donec perficiatur ablutio, non est integer Baptismus, nec proinde sortitur effectum. Confirmatur primò, quia in consecratione minister potest determinare hanc, vel illam panis quantitatem, & consecratio non cadit nisi supra materiam ab ipso designatam: ergo in Baptismo similiter potest determinare ablutionem, & supra illam solùm cadet forma; sed eo ipso quòd continuet ablutionem, censetur totam illam determinare vt materiam Sacramenti: ergo donec perficiatur, non est Sacramentum perfectum. Confirmatur secundò, quia si peracta prima immersione, v. g. perfectum esset Sacramentum, conferrétque suum effectum, frustrà adderentur aliæ duæ: ergo donec accedat vltima, non consistit Baptismus.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam tuetur Hurtadus *de sacram. Baptismi, disput. 1. difficult. 6.* Ochagauia *de Sacram. tract. vn. de sacram. Baptism. q. 4. num. 9.* Granadus *de Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 1. disp. 4. num. 14.* vbi citat Suarez, Caietanum, Sotum, Valentiam, & alios. Nam eo ipso quòd finitur forma, Baptismi perficitur Baptismus, antequam finiatur ablutio, si quando finitur forma, sit ablutio inchoata, quamuis post finitam formam perseueret, quia quæcunque pars ablutionis, vtpote homogeneæ, est vera ablutio: positis autem forma, & sufficienti materia, statim perficitur Sacramentum, ita vt non sit in potestate Ministri perfectionem Sacramenti, seu sacramentalem significationem differre. Et idem sentiendum est de sacramento Confirmationis, & Vnctionis, cùm enim primò habetur Vnctio sufficiens ad Sacramentum, & prolata est forma, intelligitur perfectum.

RESOL. LXIV.

An vbi mutus, & orbatus manibus occurrunt, & infans est in articulo mortis, debeat ille abluere, & hic verba proferre, & sic dictum infantem baptizare?

Et an hoc saltem sub conditione faciendum sit?

Et si postea occurrat opportunitas, an etiam sub conditione Baptismus sit iterandus? Ex p. 3. tr. 4. Ref. 11.

§. 1. NEgatiuè videtur respondendum, quia licèt vnus possit multos vnica simul aspersione in casu necessitatis baptizare, ita duo, vel plures non possunt simul baptizare, vt docent communiter DD. sed hoc accidit in casu nostro. Ergo.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. Et infra in Ref. 70. §. vlt. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 3. §. Secundò.

2. Sed, ait Fernandez de Heredia *disp. de sacram. Baptismi, par. 5. dub. 9.* quia nonnulli graues DD. contrarium in hoc necessitatis conflictu sentiunt, non dedecet in casu proposito sub hac conditione interiùs concepta (si ita conferri Baptismus potest,) applicare Baptismum, melius enim est (vt ne solus in hoc casu iudicem) dubium Baptismum, quàm omnino nullum accipere. Cæterùm, si infans ille mortis euaderet periculum, esset iterum sub conditione baptizandus. Ita Fernandez. Hæc sententia non videtur probabilis, cùm Doctores communiter oppositum sentiant.

Sup. hoc infra lege doctrinam, Ref. 73. & alia cum eius annot.

RESOL. LXV.

An mutus, si alij non inuenirentur, possit in articulo mortis baptizare infantem illum abluendo, si aliter manibus carens proferat verba formæ? Ex part, 5. tr.6. Res.2.

Sup. hoc in Res. præterita & in Res. seq. & infra in Res. 70 §. vlt. & in tom. 3. tr.1. Res. 3. §. Secundò posset.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent communiter Doctores, & nouissimè Mæratius *tom.3. de sacram. Baptismi, disput.5. sect.* 4. vbi sic ait: De tertio baptizandi modo Marsilius *in 4. quæst.4. art. 6. dub.* 11. validum censet fore Baptismum eo modo collatum in casu extremæ necessitatis: vt si puero mox morituro nullus adesset præter duos, quorum vnus mutus esset, alter membris omnibus captus, hoc enim formæ verba proferente, illo altero abluente, validum fore Baptismi sacramentum affirmat. Sed repugnat hac in parte cæteris communiter Theologis, tam antiquioribus, quàm recentioribus, nominatímque sancto Thomæ, quæstionis huius 97. *art. 6. ad 3.* & præcedentis quæstionis *art. 5. ad quartum.* Ita Mæratius, cui adde Ochagauiam *de sacram. Baptismi tr. vn.q.13.n.*10. Probatur hæc opinio. Primò, quia Sacramentum quod in extrema necessitate validum est, etiam extra illam est validum, & è contra; sed Baptismus in isto casu collatus, etiam iuxta auctores oppositæ sententiæ, nullum valorem sortitur extra casum necessitatis: ergo neque etiam in illo collatus valorem sortiri poterit. Roboratur secundò hæc opinio, quia in primis non valet Baptismus ille collatus catechumeno in extremis constituto sub hac forma. Ego te Baptizo, quia si denotent actionem abluendi exteriùs corpus illa verba, & significent interiorem animi ablutionem, forma est falsa, quia ille, qui profert verba, & qui pronunciat se abluere non abluit corpus, vt supponitur: ergo cum hac forma nullum omnino redditur Sacramentum.

2. Si verò præfata forma denotet collationem sacramenti Baptismi, eodem modo falsa est forma, quia ad hoc sine dubio requiritur eundem Ministrum & proferre verba, & abluere exteriùs, quia vtrumque denotatur per verba formæ secundùm illam significationem desumpta. Quia autem in prædicto casu vnus & idem Minister vtrumque non exhibet, hinc est nullum inde resultare Sacramentum. Deinde non valebit prædictus Baptismus, si vterque ille Minister baptizet sub hac forma; Nos te baptizamus, quia ad hoc vt esset vera hæc forma, vterque deberet abluere, sumpto verbo *baptizamus* in prima significatione, vel vterque deberet abluere, & proferre verba formæ, sumpta forma verborum in secunda significatione. Sed neque tunc vterque ablueret, quia vterque manus non haberet. Neque vterque verba proferret, quia vterque linguæ vsum non haberet; sequitur ergo neque etiam hoc modo Baptismum validum esse: ergo, &c.

3. Sed affirmatiuam sententiam præter Marsilium citatum tenet Fernandez de Heredia, & Ioannes Chapeauilla, quos adduxi supra *in tractatu de casibus occurrentibus tempore mortis*, vbi hanc quæstionem etiam agitaui, *& in 3. part. tract.* 4. *Resol.* 11. Sed ego negatiuæ sententiæ adhæreo. Verùm ad magis practicabilia, vt nostri moris est, deueniamus.

Supra in Res. 2. not. præteritæ.

Quæ hic est Res. antecedens.

RESOL. LXVI.

An tempore mortis, si quis accessum ad puerum non haberet, possit de longinquo proferre formam, sub conditione, & iubere, vt alius illum aqua abluat?

Et si postea occurrat opportunitas, an etiam sub conditione Baptismus sit iterandus?

Et inter alia explanatur Baptismum à tribus ministratum omnium iudicio esse inualidum, videlicet vno abluente, altero hæc verba proferente, Ego te baptizo, *tertio ista subiungente,* In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Et cursim infertur ordinem datum ab Episcopo, & Presbytero simul; Episcopo videlicet imponente manus, Presbytero autem benedicente, seu proferente formam, irritum esse. Ex p.5.tr.3.Res.26.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. & infra in Res. 70. §. vlt. & in tom. 3. tr.1. Res. 3. §. Secundò posset.

§. 1. HVnc Baptismum esse inualidum, probatur ex D.Thom. *in 3.part.q.67.art.6.ad 3.* & ex tribus absurdis, quorum vnum est, validum quoque fore Baptismum, illo modo collatum extra casum etiam necessitatis, cùm ex supradictis constet eam materiam & formam, quæ aliquo in casu ad Baptismi validitatem sufficit, ad ipsam quoque quouis alio in casu sufficere. Alterum est dici pari ratione debere validum fore Baptismum sine verbis vllis ore prolatis, aut in alio, quàm naturalis aquæ liquore collatum in eo extremæ necessitatis casu, quo vel elementaris aqua deesset, sed adesset alius liquor, quo puer mox moriturus tingi posset, aut quo nullus adesset, qui puerum abluens loqui posset. Si enim, quia Baptismus puero ad salutem necessarius est eo casu, quo non aliter ipsi conferri potest, quàm vno abluente, altero formæ verba proferente validus est, ob eandem causam validus esse debebit eo casu, quo non nisi in alio, quàm naturalis aquæ liquore, vel per eum, qui solis nutibus, & huiusmodi signis loqui potest, conferri poterit. Tertium est, eadem ratione validum Baptismum futurum, qui à tribus ministraretur, vno abluente, altero verba hæc proferente, *Ego te baptizo*, tertio ista subiungente, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, qua validus foret, qui ministraretur à duobus, vno abluente, altero formam proferente, quoniam disparitatis nulla legitima ratio adferri potest. Sicut autem Baptismus sic à tribus ministratus omnium iudicio esset inualidus, quia idem, qui verbis iis, *Ego te baptizo*, profitetur se aliquem baptizare, profiteri etiam debet se eum, non in suo, sed in sanctæ Trinitatis nomine baptizare; ita sic ministratus à duobus censeri pari certitudine debet inualidus, quia idem, qui abluit, significare verbis debet se abluere, & qui hoc verbis significat, re ipsa debet abluere. Et tandem hæc sententia probatur. Nam qui verba formæ proferret, nec exteriùs ablueret, falsitatem diceret, & ideo nullum efficeret Sacramentum, vtpote cuius ad essentiam, validitatémque formæ veritas necessaria est, ideo autem non nisi falsò proferret, quia siue diceret, *Ego te baptizo*, siue, *Nos te baptizamus*, siue more Græcorum, *baptizetur seruus Christi*, semper his verbis significaret, se externæ ablutionis actum exercere, neque tamen exerceret. Et ideo hæc omnia docet doctus Mæratius *in D. Thom. tom 3. tract. de Baptism. disp.5. sect.3.* & Hurtadus *de Sacram. disput.2. diffic 6.* vbi citat Vasquez, Suarez, & Coninx, quibus etiam adde Iacobum Granado *in 3. part. de Sacram.*

cram. contr. 4. tract. 2. disp. 3. n. 9. dub. 1. n. 13. Tannerum *tom. 4. disp. 4. q. 2. dub. 1. n. 37.* & Filliucium *tom. 1. tract. 2. cap. 5. num. 77.*

2. Sed his non obstantibus, in periculo mortis ita puerum esse sub conditione baptizandum, adnotaui *in 3. part. tract. 4. resolut. 11.* docuisse Fernandez de Heredia, cui nunc addo Caietanum *in 3. p. q. 67. art. 6.* teste Hurtado *vbi supra*, ac Marsilium *in 4. sent. q. 4. art. 6. dub. 11.* putantes fore talem Baptismum validum in casu extremæ necessitatis, vt si puero morituro nullus adesset præter duos, quorum vnus mutus esset, alter membris omnibus captus, hoc enim formæ verba proferente, illo altero abluente, validum fore Baptismum affirmant, & casus posset occurrere: & ideo etiam hanc sententiam docet nouissime Ioannes Chapeauilla *de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis, q. 20. de Baptismo.* vbi sic ait: Potest occurrere casus, quo Pastor non possit abluere, possit autem formam proferre, puta si nullus sit accessus ad puerum, quia ædes infectæ sunt à Magistratu occlusæ, neque permittit accessum, quamuis iniussè, vel si ipse truncatus sit manibus, & alter qui adest non possit formam proferre, in illo casu extremæ necessitatis licebit iuxta alteram sententiam hoc modo conferre Baptismum, quia melius est in tali extrema necessitate accipere Baptismum dubium, & aliquo modo probabilem, quàm nullum. Erit tamen ille Baptismus sub conditione iterandus, si postea occurreret opportunitas recipiendi indubitatum Sacramentum ab vno & eodem Ministro.

Quæ hic supra Res. 64.

3. Dices, iure Canonico ordo datus ab Episcopo & Presbytero simul, Episcopo videlicet imponente manus, Presbytero autem benedicente, seu proferente formam, irritus esse declaratur; ergo nulli licebit hoc modo baptizare, vt vnus abluat, alter verò formam proferat. Respondetur, negando consequentiam, non enim similis est casus ei, de quo agimus, quia in sacramento Ordinis conferendo Presbyter non potest esse Minister, & ideo cum Episcopo non potest componere vnum Ministrum; & ex hoc solo capite euidens est illam ordinationem fuisse irritam, & nullam; in nostro autem casu quælibet persona concurrens posset esse sufficiens Minister sacramenti Baptismi. Hæc omnia docet Chapeauilla *vbi suprà*, & hæc sunt placita Doctorum circa præsentem quæstionem, de qua tamen infrà *in tract. de mortis*, iterum sermo redibit.

RESOL. LXVII.

An infans moribundus, si ad illum non esset accessus, sit baptizandus, aspergendo eum aqua?

Et an consuetudo Ecclesiarum baptizandi per immersionem seruanda sit?

Et si in aliqua Ecclesia trina mersio vsitata sit, an vna tantum adhiberi poterit cum integra prolatione formæ? Ex part. 5. tr. 3. Res. 19.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Chapeauilla *de sacram. Baptismi, q. 19.* vbi etiam docet, quòd si Pastor certò sibi persuadeat se caput pueri aqua aspergere posse, licebit illi ad vitandum contagionis periculum huiusmodi baptizare, quia tunc cessat periculum nullitatis Baptismi, cùm constet per veram aspersionem verum conferri Baptismum.

2. Dicendum est igitur quamcumque ablutionem siue fiat immersione, vel infusione, siue aspersione, quantum ex se sufficere ad valorem, & essentiam Baptismi, quia quæcumque ex his est vera ablutio, quæ verbis formæ Baptismi significatur, quod etiam constat ex vsu Ecclesiæ, quæ omnibus dictis modis vsa est baptizare, nempe infusione, vt modò fit, & immersione, vt olim fiebat, & vt modò in Manuali Romano fieri permittitur, & aspersione, vt ex sancto Laurentio *in eius legenda* dicitur instante martyrio quemdam aspersione aquæ baptizasse, & de Apostolis creditur aspersione baptizasse, quando vna die quinque millia baptizarunt vt dicitur *Actor. 4.* & idem est de ablutione facta tinctione, & idem docet Hurtadus *de sacram. Baptism. disp. 1. diffic. 4.* & alij communiter. In praxi tamen, secluso vt diximus, casu necessitatis, vt ablutio licitè fiat, seruandus est modus in vnaquaque Ecclesia pro tempore præscriptus, & vsitatus: licèt Possevinus *de officio Curati, cap. 16. num. 6.* Sotus & Henriquez, vt obseruat, nec improbat Granadus *de Sacram. contr. 4. tract. 1. disp. 4. num. 6.* doceant non esse peccatum mortale vno, vel altero modo baptizare, secluso contemptu. Sed hanc sententiam non approbat Ochagauia *de Sacram. tract. de Baptismo. q. 5. n. 8.*

3. Notandum est tamen consuetudinem Ecclesiarum baptizandi per immersionem seruandam esse, vt obseruat Layman *lib. 5. tract. 2. cap. 4. n. 4.* excepto casu necessitatis, propter quem affusione aquæ vtendum etiam in Ecclesiis, quibus alioquin ordinarius baptizandi modus est per immersionem, sicuti suprà ex S. Thoma intelleximus. Deinde si in aliqua Ecclesia trina mersio vsitata sit, vna tantùm adhiberi poterit cum integra prolatione formæ ob periculum moræ, ne infantem priùs mori contingat, quàm tres mersiones fiant. Ita etiam docet Zambranus *de sacr. Baptismi c. 1. dub. 12. n. 9.*

RESOL. LXVIII.

An debeat omitti Baptismus propter periculum infantis morituri, vt v. g. si puer sit ita tener & delicatus, vt credatur Baptismum fore causam mortis illius?

Et an baptizans in dicto casu sit irregularis?

Et cur sim dedicitur, quod licitè potest Parochus audire confessionem hominis qui alioqui morietur in statu peccati mortalis, licet sciat inde sibi mortem prouenturam. Ex part. 5. tr. 3. Res. 8.

§. 1. Vt v. g. si puer sit ita tener, & delicatus, vt credatur Baptismum fore causam mortis illius, & tunc si Baptismus differri sine periculo potest, licitum, imò & obligatorium est: si verò sit periculum in mora. Sotus *in 4. dist. 5. q. vn. art. 8. in fin.* & Ledesma *2. 4. q. 7. art. 8. dub. 3.* cum Scoto, Maiore, & Gabriele, existimant non licere tunc baptizare puerum, saltem si propterea mors nimium acceleranda sit, asserique possunt Scotus *dist. 5. quæst. 3.* & Gabriel. *dist. 4. quæst. 2. art. 3. dub. 4.* dicentes non esse baptizandum infantem, quando inde mors esset prouentura. Existimo tamen longè probabilius puerum in prædicto casu posse baptizari, licèt propterea mortis acceleratio magna futura esset. Ita sentiunt Paludanus *in 4. dist. 3. q. 3. num. 9. in fine.* Zambranus *cap. 1. de Baptismo dub. 12.* & docti recentiores. Pro cuius explicatione & probatione aduertendum est, esse posse aliquos baptizandi modos, qui directè, & per se videntur ordinari ad occidendum infantem, v. g. abluere aqua omnino venenata, proiicere in flumen,

Sup. hoc infra in Ref. 70. lege doctrinam §. Sed vt verum, paulò post initium, à vers. Sed quæro.

flumen,& similes,& hi nunquam licent, quia directè occidere innocentem est intrinsecè malum, nunquam autem sunt facienda mala, vt eueniant bona temporalia, aut spiritualia. Deinde certum est, curandum esse diligentissimè, vt tam in modo abluendi, quàm in quantitate, aut qualitate aquæ naturalis prospiciatur vitæ infantis, cui sanè vix potest moraliter nimium nocere Baptismus, si circumspectè fiat. In casu ergo, quo adhibita omni diligentia crederetur mortem illius accelerandam propter Baptismum, licebit nihilominus eum baptizare, si alioqui credatur absque Baptismo moriturus. Probatur, quia id non est directè occidere, sed indirectè, permittendo scilicet vitæ detrimentum, quod aliqua ratione proueniet ex actione bona, nempe ex Baptismo; rectè autem potest quis exponere vitam manifesto vitæ discrimini, propter maximum bonum spirituale. Cùm ergo ex Baptismo pendeat in prædicto casu salus æterna infantis, licitè permitti potest vitæ temporalis detrimentum. Confirmatur, quia licitè potest Parochus audire confessionem hominis, qui alioqui morietur in statu peccati mortalis, licèt sciat inde sibi mortem prouenturam, vt bene Nauarra *lib. 2. de restit. cap. 5. part. 1. diff. 3.* ergo licebit etiam ne puer in originali decedat, baptizare illum, quamuis propterea sit moriturus, ipse enim infans si foret sui compos, deberet ita velle, ac proinde nulla ei irrogatur iniuria. Et hæc omnia docet Granadus *de Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 4. disp. 4. n. 6. & 7.* & ante illum Zambranus *de sacram. Baptismi, cap. 1. dub. 2. n. 11.* & Moscosus *in summa tract. 2. cap. 1. num. 5. in fine.* [Si por desnudar vn niño para bautizarle en el cuerpo, o por echarle agua en la cabeça peligrasse su salud, u vida, no se ha de dexar de bautizar, porque esta muy puesto en razon, que se posponga su salud, y veda temporal en peligro por alcançar la eterna.] Ita ille. Vide etiam circa præsentem quæstionem *de Sacram. in 3. part. quæst. 66. art. 8. dub. 1. n. 84.* Ex his sequitur baptizantem in nostro casu non esse irregularem. Ita Zambranus *vbi supra n. 76.* & alij.

Quamuis nō plenè sup. hoc, sed an teneatur, lege supra ex Re. 8. distinam eius § 1. & 2. & alter us Ref. eius primæ not.

Sup. hoc. in Ref. not. primæ huius Ref. in eodem §. etiam cursim in fine.

RESOL. LXIX.

An si Tyrannus velit infantem occidere vel si dum agit animam, alio modo non potest baptizari, liceat eum in puteum, vel flumen proiicere; & an ita sit baptizatus.

Et an hoc idem dicendum sit de adulto Catechumeno? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 14.

§. 1. TAlem non esse baptizatum docet Cabrera *de Sacram. in 3. part. q. 66. art. 7. n. 17.* Ledesma, Henriquez, Syluester, & Sotus penes Villalobos, *in summ. tom. 1. tract. 5. diffic. 4. n. 7.* Sed ipse meritò affirmatiuam sententiam tenet, cui adde Ochagauiam *de Sacram. tr. 1. de Baptismo. q. 6. n. 2.* & Ioannem Præpositum *in 3. part. q. 66. art. 8. dub. 1. n. 81.* vbi citat Suarez, Vasquez, Gabrielem, & Victoriam. Idem etiam docet Ludouicus de San Juan *q. 1. art. 3. de sacram. Baptism. dub. 1.* Gamachæus *in summ. Theol. tom. 3. in 3. p. q. 66. cap. 2.* Layman *lib. 5. tract. 2. c. 3. n. 5.* Mæratius *in 3. part. tom. 3. tract. de Sacram. Baptism. disp. 2. sect. 3.* & ratio est, quia in hoc casu non deest forma, vt supponitur ab omnibus, nec deest materia, nec sufficiens intentio Ministri ad Baptismum conferendum: ergo. Secunda pars antecedentis probatur. Materia huius Sacramenti est ablutio, quæ, vt ostensum est, potest inueniri sine emersione, & absque eo, quòd pars, quæ dicitur ablui, detergatur aqua; ergo ex parte materiæ in eo casu nihil deest. Vnde ex his contra Scotum *in 4. distinct. 5. q. 3.* Paludanum *distinct. 6. q. 2. art. 3.* Marsilium *q. 4. art. 4.* Sotum *distinct. 3. quæst. vnic. art. 8* & Syluestrum *ver. Baptismus, q. 10.* sequitur quòd ad valorem Baptismi, qui submersione fit, non sit necessaria emersio ipsi submersioni succedens, vt tradunt Rosella *ver. Baptismus 4. n.* . Suarez *in 3. part. tom. 3. disput. 20. sect. 3.* Vasquez *disput. 145. cap. 3.* Coninch. *de Sacram. q. 6. art. 7. dub. 1.* & alij, quia submersio corporis, quamuis ei non succedat emersio, seu extractio illius est vera ablutio, quia tunc aqua ita mouetur supra superficiem corporis, dum eam intrat, vt si sordidum esset verè illud emundaret, ergo sufficiens est ad valorem Baptismi.

Sup.hac validitate Baptism. in Ref. seq. in eius primis lin. & in aliis vers. dictæ Ref. & pro peccato à lin. 6. præ citatæ Ref.

2. Sed difficultas est in casu, de quo loquimur, an licitè dictus infans in puteum, vel in flumen proiiciatur? & affirmatiuam sententiam docet Ochagauia *de Sacram. tract. vn. de Baptism. q. 7. n. 2.* vbi sic asserit: Cùm puer baptizandus iamiam animam agit, & non est alia via illum baptizandi, nisi is in puteum suffocandus proiiciatur; tunc licitè potest in puteum proiici cum intentione eum baptizandi. Ita communiter Doctores, & præsertim insinuat Vasquez *tom. 2. in 3. part. disp. 34. cap. 3.* & probatur ratione, quia in moralibus parum pro nihilo reputatur: ergo illa parua, & penè insensibilis mortis acceleratio nihil pendenda est in isto casu, & idem credo propter eandem rationem posse contingere in adulto catechumeno, quia ei difficilis est per contritionem iustificatio, & medio Baptismo facilis. Ita Ochagauia. Sed aduersùs illum insurgit Hurtadus *de sacram. Baptismi disput. 12. diffic. 2.* Gamachæus *in summ. Theol. tract. 3. in 3. part. D. Thom. q. 66. c. 2.* Layman *lib. 5. tract. 2. c. 4. n. 5.* Mæratius *tom. 3. de sacram. Baptismi, disp. 2. sect. 4.* & Præpositus *in 3. part. q. 66. art. 8. dub. 2. n. 82.* sic asserens: Petes an liceat puerum animam agentem aliàs sine Baptismo moriturum proiicere in flumen, vt baptizetur, & saluetur? Respondetur non licere, vt communiter Doctores. Ratio est, quòd nulli liceat priuata authoritate quempiam occidere citra sui defensionem, etiamsi alteri commodum aliquod accidat, cùm non liceat facere mala, vt eueniant bona: si tamen aqua non posset aliter haberi, posset puer per funem, vel canistrum in aquam demitti, & forma prolata extrahi. Hæc Ioannes Præpositus.

Sup. hoc latè in Ref. seq. à lin. 6.

RESOL. LXX.

An aliquis baptizaret infantem moriturum proiiciendo eum in flumen, vel puteum, quando aliter baptizari non posset, peccaret mortaliter peccato homicidij, & irregularitatem incurreret?

Et supponitur talem Baptismum esse validum.

Et quæritur, an saltem liceat tibi Baptismum proximè morituro ministrare, ex cuius administratione cognoscis mortem accelerandam esse?

Et an sic baptizans maneat irregularis?

Et notatur non valere Baptismum, si quis videat puerum ab alio proiici in flumine, vel puteo, & proferat verba formæ.

Sed quid est dicendum, si puer è manibus baptizantis fortè elapsus esset, & tunc ipse baptizans verba formæ proferret?

Et an valeat Baptismus, si quis aqua defluenti è

tecto

tecto ſubmittit puerum abluendum, & verba baptiſmi proferat?

Et an mulier, quæ damnatur ad mortem, & eſt periculum, ne ex aliquo morbo vna cum prole moriatur, poſſit, ſeruato iuris ordine, prius ſecari, ſi ſpes eſt, vt textus ita baptizari valeat? Ex part. 1. tr. 16. & Miſc. 6. Reſ. 21. aliàs 20.

Sup. hoc ſuppoſito in Reſ. præterita, à principio.

§. 1. SVppono tale Baptiſmum eſſe validum, ita Amicus, *in Cur. Theol. tom. 7. diſp. 11. vol. 2. n. 28.* & alij. Difficultas eſt, an ſi puer ſtatim ſit moriturus, ita vt acceleratio mortis non ſit notabilis, ſi aliquis miniſtraret tale Baptiſmum, incurreret irregularitatem, & peccaret mortaliter, & affirmatiuè videtur reſpondendum; vnde Caſtrus Palaus, *tom. 4. tract. 19. punct. 4. n. 12.* ſic ait: Omninò certum eſt, hanc Baptiſmi miniſtrationem proiiciendo baptizandum in flumen, vel puteum eſſe illicitam, & graue peccatum homicidij, tametſi alia via infanti miniſtrari Baptiſmus non poſſit, & timeatur ſtatim moriturus: quia ea immeritò æquè per ſe, & directè tendit ad occiſionem, ac ad infantis ablutionem, imò potius ad ablutionem per accidens dirigitur ex ſola intentione mergentis, ad occiſionem autem, per ſe, & directè. Vnde hic caſus eſt longè diuerſus ab eo, qui oppugnans Ciuitatem Bellicum tormentum proiicit, quo cognoſcit ibi aſtantem innocentem eſſe occidendum, & ab eo, qui fugiens mortem ſibi imminentem puerum in via poſitum pedibus equi conculcat, & à muliere prægnante, quæ potionem ſumit, ex qua præuidet infantem in vtero moriturum: quia mors ex his euentibus contingens contingit per accidens, cùm per accidens ſit, eo loci eſſe innocentem, quo bellicum tormentum proiicis, & qua mortem tibi ab inimico imminentem fugis. Neque enim ex bellici tormenti proiectione, neque ex fuga, neque ex ſumptione potionis ad ſalutem conuenientis mors alicuius per ſe infertur, ſed ſolùm per accidens. Secus eſt ex immerſione infantis in flumen, vel puteum, ex hac enim per ſe directè, & neceſſariò mors infantis ſuccedit. Non igitur eſſe poteſt licita. Ita Palaus, & magis indiuidualiter Gaſpar Hurtadus *de Sacram. Baptiſm. diſput. 1. difficult. 5.* ſic aſſerens: Obſeruandum tamen eſt, vt optimè Vaſquez, & Ægidius; Baptiſmum factum proiectione, ſeu ſubmerſione baptizandi in puteum, aut in flumen, in quo moriturus eſt, quamuis validum, eſſe illicitum, quamuis baptizandus nequeat aliter baptizari, &, ſi eo modo non baptizetur, ſit abſque baptiſmo moriturus; quia proiectio hæc per ſe, & ſeclußs circumſtantiis, eſt directa occiſio innocentis, imò inhumana, quæ adhuc ob ſalutem illius nequit à malitia excuſari (quod ob rationem dictam contra Ochagauiam *quæſt. 7.* verum exiſtimamus, quamuis baptizandus iam iam animam agat) ac proinde baptizans in caſu dicto erit irregularis. Ita ille: cui adde Auerſam *de Sacramento Baptiſm. quæſt. 66. ſect. 4.* qui etiam nominatim Ochagauiam impugnat. Vide etiam. Diaſtillum *de Sacram. tom. 1. tract. 2. diſp. 1. dub. 3. n. 66.* & Baſſæum *in flor. Theol. ver. Baptiſm. 2. n. 7.*

Sup. hoc peccato ibidem §. Sed difficultas.

2. Sed contra Hurtadum, & Auerſam in fauorem ſententiæ Ochagauiæ, aſſero illam etiam tenere Sotum, *in 4. ſent. diſt. 3. quæſt. vnica art. 7.* Settam *in 3. part. D. Thom. quæſt. 66. art. 7.* & Mercerum *de Sacram. quæſt. 66. art. princ. quæſt. 3.* vbi ſic ait. Notandum tamen eſt nullo modo ita eſſe baptizandum, vt ſcilicet Baptiſmus mortem corporalem cauſet, vel notabiliter acceleret; quia ſic baptizando committitur homicidium, & incurritur irregularitas; non ſunt autem facienda mala, vt eueniant bona. Addit tamen Sotus non cenſeri homicidium, quando minima eſſet mortis acceleratio per talem immerſionem, propter certò imminentem mortem, quia minimum reputatur pro nihilo. Ita ille: & tandem nouiſſimè inuenio, hanc ſententiam docuiſſe ſapientiſſimum Leſſium *in 3. part. D. Thomæ. quæſt. 66. art. 7. dub. 3. num. 33. & 34.* vbi hæc aſſerit: Hinc omninò conſequi videtur, verè fuiſſe baptizatum infantem illum, de quo narrat Panormitanus, *in cap. non vt apponeres, de Baptiſmo, & eius effectu*, qui inſtante morte cùm portaretur ad Baptiſmum, aqua haberi non poſſet in via, proiectus eſt in puteum, adhibita legitima verborum forma. Ita enim ſentit Panormitanus *ibidem*. & Gabriel *ſuprà*, & Summa Roſella *verb. Baptiſmus 4. num. 1.* quamuis plerique alij in contraria ſint ſententia. Probatur, in priori caſu infans eſt verè baptizatus: cur non etiam in hoc? Vtrobique enim aquis mergitur, ſed non emergitur: vtrobique mors ſequitur: vtrobique adeſt legitima neceſſaria forma, & intentio miniſtri. Nec refert, quod miniſter non immergat illum immediatè, ſed ex loco remoto proiiciant: quia ſi fune eum dimitteret in calatho, eſſet verè baptizatus, etiam illorum iudicio: item ſi eminus eum aqua perfunderet. Neque etiam requiritur intentio eleuandi ex aqua, nam in ſola merſione, ſeu contactu aquæ perficitur ablutio. Denique non refert, quod ex tali proiectione mors ſequatur, & Baptiſmus ordinetur ad ſalutem infantis. Nam etiamſi fontem baptiſmalem veneno inficeres, vel aqua feruente ad occidendum infantem vtereris; nihilominus ſi verè intendas baptizare, erit ratus Baptiſmus: nam ablutio antecedit mortem. Auertere tamen contrahi peccatum homicidij, ſi infans futurus erat ſuperſtes. Quod ſi mors omninò inſtabat, & aliter baptizari non poterat, non videtur homicidij crimen. Hucuſque Leſſius.

3. Sed vt verùm fatear, difficilis hæc opinio mihi videtur, nam vt rectè obſeruat Ioannes Vrigers *in 3. part. D. Thom. quæſt. 66. art. 8. n. 43.* Id in praxi minimè tutum eſſet, quia incertum eſt de periculo tam inſtantis mortis. Deinde difficile eſſet apud Iudicem hoc probare; & quamuis probaretur, forſitan nec ſic ſatisfieret. Non audeo tamen ſententiam adductam Leſſij, & aliorum tanquam improbabilem damnare; Sed quæro, an ſaltem tibi liceat Baptiſmum infanti proximè morituro miniſtrare, ex cuius miniſtratione cognoſcis mortem accelerandam eſſe? Reſpondeo primò cum Doctoribus ſtatim referendis, caſum moraliter eſſe impoſſibilem: nam cùm Baptiſmus minima aquæ tepefactæ effuſione confici poſſit, vix credi poteſt, ex ea mortem accelerandam eſſe. Sed gratis admiſſo accelerari, reſpondeo Baptiſmum adminiſtrandum eſſe. Tum quia non per ſe, ſed per accidens ex illa actione mors ſuccedit, cùm per accidens ſit prædictæ Baptiſmi adminiſtrationi baptizandum in ea eſſe diſpoſitione, vt actio ita humana, & temperata illi nocere poſſit. Tum quia nocumentum illud ita leue contemnendum eſt, ne baptizandus in æternum pereat. Et ita ex Vaſquez, Coninch, & Layman, docet Caſtrus Palaus *tom. 4. tract. 19. punct. 4. num. 14.* quibus adde Hurtadum, & Auerſam, *vbi ſupra*, &

Sup. hoc ſupra lege doctrinam Reſ. 68.

Caſpen

Caſpenſem *in Cur. Theol. tom. 2. tract. 27. diſput. 1. ſect. 2. num. 16.* dicendum eſt itaque, quod quamuis baptizandus adeò infirmus ſit, vt exiguam aquæ aſperſionem, qua baptizetur, ferre non poſſit, abſque periculo vitæ (quod moraliter accidere nequit) baptizandus eſt, ne moriatur abſque Baptiſmo, quia acceleratio illa mortis hominis aliàs morituri, cui ratione dictæ aſperſionis exponitur, adeò exigua, & inſenſibilis eſt, & fit modo ita humano, vt ob ſalutem æternam non ſit contra rationem, ac proinde ſic baptizans non manet irregularis, quamuis re ipſa ſequatur dicta acceleratio.

Sup. hac irregularitate in fine Ref. not. præteritæ.

Sup. hoc ſupra lege doctrinam, Ref. 64. 65. & 66. & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 13. Vide § Secundò poſſet.

4. Nota verò hîc obiter, non valere Baptiſmum ſi quis videat, puerum ab alio proiici, & proferat verba formæ; neque enim ille puer poteſt dici baptizatus, ſeu ablutus ab eo, qui illa verba protulit. Ita Dicaſtillus, *vbi ſupra*, Sed contrariam ſententiam non minùs probabilem exiſtimat Leandrus *de Sacramento tom. 1. tract. 2. diſputat. 2. quæſt.* 30. Primò, quia ſi puer è manibus baptizantis fortè elapſus eſſet, & tunc ipſe baptizans proferret verba Baptiſmi, verè efficeret validum Baptiſmum: ergo & baptizans in noſtro caſu. Secundò, quia formaliter tunc verificarentur verba Baptiſmi, licet materialiter ab ipſo baptizante non eſſet puer abſolutus. Sed ego non recedo à ſententia Dicaſtilli: Puto tamen quod valeat Baptiſmus quando quis aquæ defluenti è tecto, ſubmittit puerum abluendum, & verba Baptiſmi profert: quia in hoc caſu, verè formaliter, & materialiter, infans denominatur ablutus à ſobmittente, & proferente verba Baptiſmi; ſicut denominatur à proiiciente in flumen. Ita Leandrus, *vbi ſuprà, quæſt.* 30. & ante illum Bonacina *de Sacram. diſputat. 2. quæſt. 2. punct. 4. num.* 25. Nota verè hîc obiter quod ex Coninch, & Suarez, docet amiciſſimus, & doctiſſimus Pater Antonius Eſcobar, & Mendoza *in Theol. mor. tract. 7. exam. 1. cap. 4. n.* 13. mulierem, quæ damnatur ad mortem, & eſt periculum, ne ex aliquo morbo vna cum prole moriatur, poſſe ſeruato iuris ordine prius ſecari, ſi ſpes ſit, vt fœtus baptizari valeat.

Sup. hoc vltimo notato magis latè infra in Ref. 73. & 74.

RESOL. LXXI.

An ſi pueri moriantur in vtero matris, poſſint ibi baptizari?

Et quid, ſi mors matris inde ſequatur, vel præuideatur ſequutura?

Imo, an mater eo caſu teneatur permittere, vt proles baptizetur? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 12.

Sup. hoc loco in Ref. ſeq. & in tom. 3. tr. 1. ex doctrina §. Primò. vt in articulo, Ref. 3.

§. 1. NEgatiuè videtur reſpondendum, ex Villalobos *in ſumm. tom. 1. tract. 5. difficult. 4. num.* 4. vbi ita aſſerit. [Los niños, que eſtan en los vientres de ſus madres no ſe pueden alli bautizar.] & ideo Ochagauia *de Sacrament. tract. de Baptiſmo, quæſt. 4 num.* 5. ita aſſerit. Puer dum eſt in vtero matris, etiamſi arte obſtetricis eum aqua pertingat, nequit baptizari, quod expreſsè patet ex *cap. qui in maternis, de conſecr. diſt.* 4 vbi dicitur, non poſſe renaſci ſecundùm Deum, qui non eſt natus ſecundùm Adam. Hæc ille, & plures diſcipuli D. Thom. cum ipſo *in 3. par. q. 68. art. 11.*

2. Sed ego puto cum Ioanne Præpoſito *in 3. part. q. 66. art. 8. dub. 3. num.* 91. quòd ſi actio miniſtri poſſit ad ipſum puerum, etiam in vtero matris exiſtentem, peruenire, nihil obſtaret, quo minus poſſet baptizari; vt ſi fiſtula poſſit pertingere ad ipſum infantis corpuſculum, vel ſi propter apertam matris cicatricem aſperſio aquæ poſſit ad illud pertingere. Probatur, infans in eo ſtatu eſt homo diſtinctus à matre, & ſufficienter natus ex nihilo, contraxitque peccatum originale; igitur ſi in eo ſtatu aqua poſſit ad eum pertingere, baptizari poteſt. Vnde ſequitur, quòd in neceſſitate poſſet hoc modo baptizari, quando ſcil. non affulget ſpes, quòd proles poſſit viua educi ex vtero, & iuxta modum à nobis poſitum poſſit illi ſuccurri. Ita Præpoſitus. Vide etiam Marchantium *in reſol. Paſtoral. de Sacram. tr. 2. c. 1. q. 2. caſ.* 4. vbi teſtatur aliquos Theologos hanc ſententiam docere.

3. Non deſinam tamen hîc adnotare eundem Præpoſitum docere, quòd licet mater viua exſcindi non poſſit, vt proles baptizetur, quia non licet directè aliquem occidere, vt etiam bono ſpirituali eiuſdem, vel alterius proſpiciatur, poſſit tamen baptizari eo modo, quo diximus, ſi aqua ad eum pertingere valeat, etiamſi mors matris inde ſequatur, & præuideatur ſequutura, quia in noſtro caſu actio miniſtri non reſpicit interitum matris pro ſuo termino, ſed in executione habet alium terminum, ſcilicet ablutionem prolis, quæ in ratione ablutionis materialis, eſt quid indifferens: in ratione verò cæremoniæ ſacramentalis eſt honeſta, & ſubſequens mors matris ſolùm eſt permiſſa, atque adeò non imputatur ad peccatum; imò mater eo caſu tenetur permittere, vt proles baptizetur, nam ſi cum certo vitæ corporalis periculo tenemur ſuccurrere ſaluti proximi, quando moraliter certum eſt nos poſſe ſoccurrere, & certum eſt eum aliàs periturum, eadem ratione tenemur in ſimilibus circumſtantiis permittere, vt cum aperto noſtræ vitæ periculo alius ſuccurrat; quamdiu tamen ex vna parte non apparet morale periculum, quòd proles non poterit naſci viua ex vtero, & ex altera parte moralis ſpes, quòd efficaciter poterit ei ſuccurri in vtero, Baptiſmum re ipſa conferendo, mater non tenetur ſeſe aperto vitæ diſcrimini exponere, & proinde raRò tenetur exponere ſe iſti periculo, cùm raRò omnes illæ circumſtantiæ occurrant. Huc vſque Præpoſitus.

Sup. hoc primo infra lege doctrinam, Ref. 79. ſignanter §. 1. & Ref. 74 & ſupra ex doctrina Reſol. 49. §. Non deſinam. ad lit. 6. & in tom. 7. tr. 4. ex Ref. 19. §. Imò. in fine, & in tom. 8. tr. 10. ex Ref. 3. §. Notandum eſt. in fine, à verſ. alioquin & mater grauida.

RESOL. LXXII.

An puer exiſtens in vtero matris poſſit baptizari? Ex part. 2. tr. 15. & Miſc. 1. Ref. 43.

Sup. hoc in Ref. præterita, & curſim in alio §. eius primæ not.

§. 1. NEgat Bonacina *de Sacram. diſp. 2. q. 2. punct. 6. n. 6.* & Comitolus *in reſp. mor. lib. 1. q. 13. num* 2. Alexander de Ales *p. 4. q. 8. membr. 7. art. 2.* §. 1. Richard. *in 4. diſt. 6. art. 2. q. 1.* D. Anton. *part. 3. tit. 14. cap. 15.* §. 1. Syluest. *ver. Baptiſmus 6. n. 3.* & alij. Nam, vt ait D. Thom. *in 3. p. q. 68. art. 11. ex D. Auguſt. Epiſt. ad Dardanum*, nemo renaſcitur ſpiritualiter, niſi priùs naſcatur naturaliter. Sed Baptiſmus eſt quædam ſpiritualis regeneratio; ergo non debet aliquis baptizari, priuſquam ex vtero naſcatur.

2. Sed ego puto, poſſe puerum in vtero matris baptizari, ſi in aliqua ſui parte aqua lauari poſſit. Ita contra Comitolum, qui mordicùs contrariam ſententiam tenet, ſentiunt hi omnes, Zambran. *in ſuis deciſ. caſ. conſc. c. 1. dub. 3. n. 6.* Ledeſma *in 4.*

q. 9.

*q.9 art.*11.Suarez *tom.*3 *in* 3.*part. q.* 68. *art.* 11. Valent. *tom.*4.*diſp.*4 *q.*1. *punct.*1. Alphonſ.Viuald. *in Candelabro aur.p.*1.*c.*16. Victoria *in ſum.q.*32. Gabriel *in* 4.*diſt.*4.*q.* *art.*3.*dub.*2 & Coninch.*de Sacr. quæſt.*68. *art.*11.*n.* 90. Nam in tali caſu reperiuntur omnia eſſentialia ad Baptiſmum requiſita, nempè ablutio cum debita forma verborum.

3. Ad argumentum verò Comitoli, & aliorum reſpondetur, vt quis poſſit per Baptiſmum renaſci, ſufficit, vt ea præcedat natiuitas, qua quis de non homine fit homo, modò poſſit lauari, vt patet in iis, qui tantùm manum exerunt, aut exſecantur ex vtero matris mortuæ, quo caſu non naſcerentur naturaliter. Ergo cùm dicitur debere hominem priùs naſci ex vtero matris, vel ex parte antequam baptizetur, hoc non eſt intelligendum de propria natiuitate. Quacumque enim ratione fieri poſſit, vt abluatur, id ſatis erit ad valorem Baptiſmi, etiamſi propria natiuitas humana non præcedat, quia ſubſtantia Sacramenti conſiſtit in ablutione cum debita forma verborum; quæ quidem ſubſtantialia, vt diximus, adſunt in noſtro caſu.

RESOL. LXXIII.

An mulier condemnata ad mortem poſſit prius ſecari, ſi adſit periculum, ne ex aliquo morbo ante partum vna cum prole moreretur, & ſpes adſit, vt infans hoc modo poſſit baptizari?

Et an ſaltem mortua matre ſtatim ſecanda ſit, vt puer baptizari poſſit, ſi adhuc viuat?

Et notatur non licere matri conſentire ſe adhuc viuam ſecari ad hunc effectum.

Et aduertitur in ſuprà dicto caſu differendam eſſe executionem ſententiæ, donec mater pepererit? Ex part. 2.tr. 15. & Miſc. 1. Ref. 44.

§.1. NOtandum primò ex Coninch.*de Sacr.t.*1. *q.*66.*art.*7. *dub.*1.*n.*65. ſecundùm communem ſententiam DD. non licere matri conſentire ſe adhuc viuam ſecari, vt poſſit puer baptizari, quia illa ſectio eſſet directa occiſio matris, mortua autem ſtatim ſecanda eſt, vt puer baptizari poſſit, ſi adhuc viuat.

Sup. hoc notando ſuprà in Ref. 71. in principio §. vlt. & in aliis eius not.

2. Notandum ſecundò, ex Couarr. *lib.*4. *var. reſol. cap.* 4. Reginald. Viualdo, Barth. ab Angelis, Victoria, & aliis, quos citat, & ſequitur Bonac. *de Sacr. diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 6. *n.* 9. ſi mater grauida per iudicis ſententiam damnetur ad mortem, differendam eſſe executionem ſententiæ, donec mater pepererit. His notatis ad propoſitam quæſtionem negatiuè reſpondet Comitol.*in reſp.mor.lib.*1 *q.*14. *n.* 2.& Malder. *in* 2.2.*tract.*3.*cap.* 1. *dub.*16.nam in maximum diſcrimen partus adduceretur, ſi è viuentis matris vtero excidendus eſſet.

Sup hoc ſecundo notando in Ref. 1. not. ſeq. & in principio. & in §. vlt.

Sup. hoc in Ref. ſeq. & ſupra prope finem Ref. 70. à verſ. Nota vero.

3. Sed Ægidius de Coninch. *de Sacr.tom.*1.*q.* 68. *art.* 11. *num.* 92. aſſerit hoc fieri poſſe, ait enim: Si aliqua mulier eſſet merita mortem, & ad eam iam condemnata, eſſétque periculum, ne ex aliquo morbo ante partum, vnà cum prole moreretur, poſſet ſeruato iuris ordine priùs ſecari, ſi eſſet ſpes, fore vt proles hoc modo poſſet baptizari. Ratio eſt, quia in hoc facto, nihil fit contra vllum ius. Hanc ſententiam priùs docuerat Suarez *in* 3. *p. tom.*3.*q.*68.*a.*11. Ad argumentum Comitoli, reſpondetur hanc opinionem tunc eſſe practicandam ex mente Suarez, quem ipſe tacito nomine impugnat, quando ſpes ſit infantem non eſſe moriturum.

RESOL. LXXIV.

An matrem ad mortem condemnatam, ſi morbo lethali corripiatur, liceat ſecari, vt infans etiam moriturus baptizetur? Ex part.5.tr.3.Ref.13.

§.1. AD hanc quæſtionem affirmatiuè reſpondet Ochagauia *de Sacram.tr.vn. de Bapt. q.*4.*n.*6. vbi ſic ait: Neque mater etiam volens eſſet ſecanda & aperienda, etiamſi ſit in articulo mortis, vt filius eruatur, & baptizetur, quia non ſunt facienda mala, &c. ſi tamen eſſet ad mortem damnata mater, eſſétque periculum ne ex aliquo morbo ante partum vnà cum prole moreretur, poſſet ſeruato iuris ordine priùs ſecari, ſi eſſet ſpes quòd proles hoc modo baptizaretur. Ita ille, qui citat Suarez & Coninch. alibi à me citatos *in* 1. *part. tract.* 1. *Miſcel. reſol.* 44. quibus etiam addo Ioan. Præpoſitum *in* 3 *part.q.*66.*art.*8.*dub.*3. *num.* 93. & Layman *lib.*4.*tract.*2.*cap.* 3.*num.* 2.

Sup hoc in §. 1. Ref. not. ſeq.& in aliis §§. eius annot.

Quæ hic eſt Ref. antecedens, & in alia Ref. eius tertiæ annot.

2. Non deſinam tamen hìc adnotare contrariam ſententiam docere Epiſcopum Moſcoſum *in ſumm. tr.*2.*c.*2.*n.*2. vbi ſic ait: [Eſtando la madre preñada y condenada à muerte, el derecho ciuil diſpone que no ſe execute la ſentencia haſta deſpues del parto, y ſi por alguna graue enfermedad, ò por razon del mal parto eſtà en peligro declarado de muerte, y los Medicos dizen, que no puede viuir en ninguna manera ſe ha de abrir, para ſacar fuera la creatura, aunque no hayan faltados algunos Doctores, que digan lo contrario.] Ita ille.

Sup. hoc in Ref. præterita §.1.

RESOL. LXXV.

An infans moribundus ſit baptizandus in qualibet minima parte ſui corporis, v. g. Capillorum vnguium, pellis, quam Medici Secundinam *appellant, digiti, &c?*

Et an vero, ſi puer euaſerit periculum, eſſet ſaltem ſub conditione repetendus Baptiſmus?

Et cum puer eſt in mortis articulo, an poſſit baptizari cum forma dubia, ſi nemo adeſt, qui ſciat certam formam? Ex part.5.tr.3.Ref.4.

§.1. REſpondeo affirmatiuè cum Baſilio Pontio *de matrimonio lib.*4.*c.*25.*n.* 7. & Ochagauia *de Sacram.tr.vn.de Baptiſmo,q.*4.*n.* 3. vbi ſic aſſerit: Ablutio cuiuſcumque partis etiam minimæ, ſufficit ad hoc vt ſacramentum Baptiſmi valeat. Probatur, quia illa ablutio ſufficit ad rationem Baptiſmi, per quam homo abſolutè, & ſimpliciter dicitur ablutus, ſeu tinctus; ſed contingente aqua quamlibet minimam partem hominis, homo dicitur ſimpliciter lotus, & tinctus: ergo ablutio cuiuſlibet minimæ partis ſufficit ad valorem Baptiſmi; quæ doctrina adeò extendenda eſt, vt ad valorem Baptiſmi ſufficiat aquam contingere tantùm capillos, vt notarunt Sotus *in* 4.*diſt.*3.*q. vnic. art.*7. §.3. *arg.* & Vaſquez *tom.* 2. *in* 3. *part. diſput.* 146. Non quia capilli viuant, cùm non augeantur per intus ſumptionem, vt loquuntur Philoſophi, diſputantes de augmentatione viuentium, qua ratione augentur viuentia; ſed augentur per iuxta poſitionem, ſicut augentur omnia non viuentia, ſed ex eo capillorum ablutio ſatis apta ad Baptiſmum iudicatur, quia illi reputantur tanquam partes hominis: vnde illis ablutis homo ſimpliciter dicitur ablutus. Ob quam etiam rationem, ſi aqua

Sup. doctrina contenta in hac Ref. vſque ad eius §.vlt. in to. 3. tr.1.ex Ref.3. §.Primo vt in articulo.

Sup. his capillis in §.not. præterea, & curſim infra in §.ſeq. huius Ref. poſt medium, & breuiter in principio Ref.ſeq.

Sup. hoc prope finem Ref. seq. & lege §. not. primæ huius Ref. Et sup. hac secundina in § Et licet huius Ref. & in principio Ref. seq. & lege §. not. primæ huius Ref. & in tom. 8. tr. 8. vide doctrinam Ref. 6.

Baptismi solùm contingeret vngues, qui non viuunt, confiteretur verum Baptismi sacramentum, & eodem modo iudico affirmandum puerum nascentem inclusum in pelle, quam Medici *secundinam* appellant, baptizari validè posse, etiamsi aqua tantùm eam pellem attingeret, quia pellis illa secundina reputatur veluti pars pueri, & veluti cutis eius, & ea lota puer dicitur lotus. Huc vsque Ochagauia.

2. Et licèt aliqui supradicta non esse vera contendant, vt Villalobos *in summ. tom. 1. tr. 5. diffic. 4. n. 2.* Zambranus *de sacram. Bapt. c. 1. dub. 1. num. 7. & seq.* cum aliis, tamen concedendum est tempore mortis sic adhibendum esse Baptismum cum conditione, & ideo Ioan. Præpositus *in 3. p. q. 66. art. 8. dub. 3. n 90.* sic ait: Tempore necessitatis, quando maior pars corporis aqua tingi non potest, estque periculum, ne infans aliàs decedat absque Baptismo,

Sup. his in §. not. primæ huius Ref.

potest sine vllo peccato in manu, pede, similique parte minore baptizari, imò & debet, quia nulla irreuerentia erga Sacramentum censebitur committi, quòd proximo alioquin perituro consulatur per medium probabile, quamuis incertum, cum melius sit puero tale medium adhibere, quod fortè poterit prodesse, quàm nullum; si tamen puer euaderet periculum, esset saltem sub conditione baptizandus, ne eius salus magno periculo exponatur, si fortè prior Baptismus fuerit inualidus. Idem dico de digito, licèt de ea parte maius sit dubium, & aliqui asserentes de manu, negent de digito, quia ex eius ablutione homo non videtur posse dici simpliciter ablui. Dico tamen, vrgente necessitate, de qua suprà, posse puerum in digito baptizari, si solus is appareret, propter sententiam variorum, quæ in re satis obscura non est improbabilis, transacto tamen periculo longè potiori in hoc casu repetendus erit Baptismus. Idem dico de capillis. Ita varij, quamuis enim communi sententia Philosophorum non sint animati, sunt tamen hominis pars, & illis aspersis homo dicitur ablui; vnde necessitate non occurrente parte certiore, potest in illis baptizari, qua transacta Baptismus, vt suprà, est repetendus. Posset etiam inuolutus secundinis in necessitate baptizari, quia huiusmodi pellis, & tegumentum censetur pars hominis, & ea abluta homo censetur ablui. Et hæc omnia docet Præpositus *vbi suprà*, vide etiam Granatum *de Sacram. in 3. parte contron. 4. tract. 1. disput. 4. num. 10.* Hurtadum *de Sacram. Baptismi, disput. 1. diffic. 6.* Cabretam *de Sacram. in 3. part. q. 66. art. 7.* Moscosum *in sum. tract. 2. cap. 2. n. 1.* Layman *lib. 5. tract. 2. cap. 3. num. 3.* & me citato, Torreblancam *in pract. lib. 2. cap. 4. num. 32.*

Sup. hoc infra in Ref. 78. &c.

Sup hoc digito in Ref. seq. cursim ad medium, & finem, vel quia ait & in alio §. eius not.

Sup. his capillis, suprà ad medium, §. 1. huius Ref. & in aliis eius not.

Sup. his secundinis in fine §. 1. huius Ref. & in aliis eius annot.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 3. §. Imo plus.

3. Notandum est etiam hîc obiter, cùm puer est in mortis periculo, posse baptizari cum forma dubia, si nemo adest, qui sciat formam certam. Ita Ochagauia *tract. de Sacram. in gen. q. 5. num. 17.*

RESOL. LXXVI.

An Baptismus collatus in extrema parte comæ, vel in secũdina, si iã deflueret, & quasi penderet, sit validus?

Et supponitur Baptismum collatum in capillis, & super secundinam circundantem corpusculum infantis esse validum.

Sed notatur, quod Baptismus collatus in capillis debet postea iterari sub conditione.

Et quid est dicendum, si aqua Baptismi solum contingeret vngues? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 19. aliàs 18.

§. 1. SVppono baptismum collatum in capillis, & super secundinam esse validum, sic ego cum pluribus alibi docui, & Castrus Palaus *tom. 4. tract. 19. punct. 4. num. 7. & 8.* Sed difficultas est, si aqua solùm effunderetur super extremam partem capillorum pendentium ab vtroque capitis latere, & extra ipsum caput, quæ pars ab aliquibus ligari solet in crinem serica vitta, vel aliter. Casus est curiosus, & non passim obuius, & videtur prima facie affirmatiuè respondendum, quia sicut est pars corporis, & sicut viuit, & vegetat capillus breuis, ita & capillus longus, sed baptismus collatus in capillo breui est validus, vt diximus, ita & baptismus collatus in vltima parte comæ pendentis. Sed ego negatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Dicastillus *de Sacr. tom. 1. tract. 11. disp. 1. num. 52. & 53.* vbi sic ait: Capilli etiamsi non viuant vita hominis, sunt tamen partes homini naturaliter coniunctæ, sicut etiam vngues, atque hoc satis esse, vt homo dicatur ablui, & aspergi per ablutionem, & & aspersionem illarum partium; quod ego maximè verum puto, quando capilli breues, & detonsi ipsi capiti insistunt; tunc enim magis mihi clarum videtur, quod homo illis ablutis, & aspersis dicatur lauari, aut aspergi, non tamen ita mihi certum apparet, quando capillamentum defluit vsque ad talos, vel vsque ad genua, aut suras, extrema tantum capillorum madefiant. Eodem modo notat Vasquez ex Rosella, & Siluestro, valere Sacramentum quando infans recens natus baptizaretur in secundina, idest pellicula illa, in qua nasci solet; quamuis enim alioquin inclusus corio, si supra corium infunderetur aqua non valeret baptismus, nisi penetraret aqua vsque ad carnes, iuxta nuper dicta; tamen, quia secundina est veluti pars infantis etiamsi illa non penetretur, valebit baptismus. Verùm ex hoc ipso confirmarem ego quod nuper dicebam de capillis, si enim pars quædam secundinæ non præcisa à reliquis non circundaret partem corpusculi, sed iam deflueret, & quasi penderet, durum mihi videtur, baptismum in illa parte defluente factum dicere esse validum, quamuis validum sit in parte inexistente, aut circumdante corpusculum: ergo pari ratione in extremo defluentis comæ, seu capillitij baptismus non erit validus; certè mihi valde dubium est, & multò mihi minùs videtur Baptismus validus collatus in solis capillis, quàm in manu, aut pede, & tamen plerique de illo valdè dubitant, vt paulò post videbimus. Hucusque Dicastillus, cuius sententiam inuenio nouissimè firmatam ab Eminentiss. Card. Lugo *in Resp. moralibus lib. 1. dub. 1. n. 9.* quia ait, ille si ablutio vnius digiti pedis non sufficit ad baptismum, iuxta communem sentẽtiã, multò minus sufficit ablutio extremæ partis comæ pendentis, quæ minus videtur pertinere ad hominis complementum, quàm digitus. Est autem magna differentia inter capillos illos, qui caput ipsum tegunt, & illos, qui ex capite pendent per humeros, qui certè non sunt capitis pars, nec qui illos tangit dicitur caput tetigisse; quare nec qui illos abluit dicitur caput abluere. Secùs dicendum est de illis, qui in capite sunt, & illud tegunt; sunt enim quasi pellis, & cutis externa ipsius capitis: quare sicut tangens cutem capitis, vel illam abluens; dicitur tangere, vel abluere caput, ita & qui capillos tangit, vel abluit. Quod à posteriori constare potest, quia si aliquis videret extremitatẽ solam comæ Petri ex humeris pendentis, & nihil aliud, non diceretur vidisse Petri caput: si tamẽ vidisset caput ipsum ita capillis coopertum, vt cutem, aut carnem non videret, adhuc diceretur caput vidisse: Vnde apparet cæsariem pendentem ad humeros non esse partem capitis, sicut sunt capilli in ipso capite positi, &

Alibi in Ref. præterita, & in alio §. eius primæ not. & pro secundina, ibi signanter in fine §. 1. & prope, finem §. 2. dictæ Ref. & in tom. 8. tr. 8. vide doctrinam. Ref. 6.

Sup. hoc digito in Ref. præterita, §. 2. ad medium, vers. Idem dico de digito. & cursim in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 3. §. Primo vt in articulo.

Sup. hoc notato in Reſ. 1. poſt ſeq. & in aliis eius annot.

& illud tégentes. Nota verò, quod baptiſmus, collatus in capillis, debet poſtea reiterari ſub conditione, vt me citato probat Lugo, *vbi ſupr. num.* 10. *cum ſeq.* Magiſter Surra *in 3. par. D. Thomæ quæſt. 66. art.* 7. Sed quid dicendum, ſi aqua baptiſmi ſolùm contingeret vngues; Ochagauia, quem citat, & ſequitur Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 2. diſp. 2. quæſt. 24.* putant dicendum id, quod dictum eſt de capillis, ſed negat Martinus de Sancto Ioſeph. *t. 1. lib. 1. tract. 1. de Baptiſm. num.* 12. ſicut negat de capillis, fatetur tamen in vtroque caſu, Baptiſmum ſic collatum in neceſſitate, eſſe, vt diximus, poſteà reiterandum ſub conditione.

Sup. hoc in Reſ. præterita §. 1. prope finem, verſ. oè quam.

Sup. hoc in Reſ. 1. poſt ſeq. &c.

RESOL. LXXVII.

An in mortis articulo infans ſit baptizandus in vmbilico, per quem à matre ſugit infans, & illi coniungitur?

Et in dicto caſu ita baptizatus, an ſepeliendus Eccleſiaſtica ſepultura? Ex part. 5. tr. 3. Reſ. 15.

Quoad hoc in tom. 3. tr. 1. ex Reſ. 3. lege doctrinam §. Primo vt in articulo.

§. 1. Reſolutio huius caſus accipi poteſt ex Iacobo Marchantio *in Candelabr. Sacram. de reſolut. qq. paſtoral. tract. 1. de baptiſmo, cap. 1. q. 1. caſ. 2.* vbi ſic ait; Quædam obſtetrix retulit mihi ſe, cùm non poſſet extra vterum habere aliam partem, quàm vmbilicum, per quem infans ſugit alimentum à matre, & illi coniungitur, baptizaſſe infantem in vmbilico, an ſit validus Baptiſmus? Exiſtimo quòd non, quia vmbilicus non cenſetur pars hominis, ideóque præſcinditur. Sed quærebatur, an talis infans deberet priuari Eccleſiaſtica ſepultura? Conſequenter reſpondeo videtur, quòd ſic. Tamen contrariam opinionem poſſet quis cum aliqua fortè probabilitate tueri, dicendo vmbilicum non minus cenſeri aliquid infantis in tali ſtatu, quàm capilli cenſeantur aliquid hominis, licèt ſint quædam excrementa, ſicut & vmbilicus, & ita ſicut per capillos cenſetur homo ablutus (vt multi docent) ſimiliter videtur per vmbilicum dici poſſe infantem ablui, tanquam per aliquid ſui, quia etiam per illum aqua ad corpus infantis cenſeri poſſet pertingere. Ob has & ſimiles rationes, quæ afferri poſſent in fauorem pueri, & Baptiſmi dati, non planè condemnarem, ſi talis ſepeliatur in loco ſacro, quia ſaltem apparens aliquod ius ei poſſit adſcribi ratione talis Baptiſmi diſputabilis. Et quamuis longè infirmior ſit pars fauens, cur tamen debeat priuari iure loci ſacri, niſi manifeſtè, & irrefragabiliter conſtet priuandum, ſi ei illi tale ius non competeret? Sic ille.

RESOL. LXXVIII.

An qui recipit in periculo mortis Baptiſmum ex opinione probabili, v. g. in digito, capillis, pedibus, manibus &c. & in materia dubia cum gutta aqua, &c. deberet, ſi vixerit, iterum ſub conditione baptizari? Ex part. 5. tr. 3. Reſ. 11.

Sup. hoc ſupra in fine Reſ. 70. & in Reſ. 75. § Et licet, eiuſm ante medium verſ. ſi tamen ei. & infra in principio Reſ. ſeq. re citatum, & generaliter

§. 1. Aliqui videntur negare, quia ſatis fecit obligationi ſuſcipiendi Sacramentum, ſuſcipiens illud iuxta ſententiam probabilem, & ita ex Vaſquez docet doctus Hurtado *de ſacram. Baptiſm, diſp. 1. difficult.* 12. Sed contrarium videtur omninò verius, nam qui recipit dubium Sacramentum, cùm teneatur Sacramentum ſuſcipere videtur grauiter peccare; ergo etiam is, qui in eo dubio permanet. Confirmatur, niſi moraliter conſtet de valore Baptiſmi, alia Sacramenta ſacrilegè recipientur; igitur ad hæc ſacrilegia impedienda homo tenetur Baptiſmum iteratò ſub conditione recipere.

2. Dices, aliquis in ſua operatione poteſt ſequi ſententiam probabilem. ergo, &c. Reſpondeo negando conſequentiam, & dico, aſſumptum præſenti propoſito minùs ſolidè applicari: nam cùm Doctores aſſerunt aliquem relicta ſententia probabili poſſe adhærere contrariæ etiam probabili, non volunt id eſſe verum, quando probabilitas ſolùm verſatur circa rei naturam, aut conditionem, ſed quando ſententiæ inter ſe ſunt contrariæ in ordine ad praxim, quarum vna aſſerit aliquid citra peccatum fieri poſſe, alia negat? in noſtro verò caſu Doctores non cenſent aliquem (ſaltem extra caſum neceſſitatis, quando Sacramentum non poteſt aliter conferri, vel recipi) poſſe abſque peccato conferre, vel recipere Baptiſmum in ſolo digito, v. g. capillis, manibus, &c Sed ſolùm aſſerunt eſſe probabile talem Baptiſmum eſſe validum, quo non obſtante homo poteſt obligari ad ſuſcipiendum iteratò ſaltem ſub conditione, propter rationes allatas; & ita docet Ioannes Præpoſitus *in 3. q. 66. art. 9. dub. 2. n.* 101 cum eo etiam adde omnino videndum Ochagauiam *de ſacram. Baptiſm. tract. vnico, quæſt.* 11. *num.* 11. & Coninch. *de Sacram. quæſt. 66. art. 9. dub. vnico.*

in aliis Reſ. eius primæ not. & ſignãter propè ma dif. huius Reſ. in tom. 3. tr. 1. lege à §. Non deſinam. vſque in finem Reſ. 3. & hic ſupra in Reſ. 53. §. Nec ſolus. ad medium, verſ. ſublato tamen & in fine Reſ. 64. verſ. cæterum.

RESOL. LXXIX.

An ſi quis probabiliter putet ſe non fuiſſe baptizatum, poſſit adhuc recipere Sacramenta?

Et ſupponitur eſſe iterandos omnes Baptiſmos ſub conditione, in quibus baptizans vſus eſt opinione probabili circa ſubſtantialia, v. g. circa formam, vt ſi baptizaret in nomine Chriſti, vel Genitoris, Geniti, & Procedentis ab vtroque & ſic de aliis formis dubiis.

Idem eſt circa materiam, vt ſi quis baptizaret cum gutta aqua, cum lixiuio, glacie, rore, vel niue nondum reſolutis; aut ſi baptizaretur infans non in capite, pectore, aut ſcapulis, ſed in manu, pede, brachio, vel alia ſui corporis parte.

Item ſi detur ſolum probabilis applicatio materiæ, vel formæ, aut aliorum eſſentialium, inter quæ intentio Miniſtri eſt, iterandum eſt Sacramentum ſub conditione.

Et in §. penult. huius Reſ. *aliqui caſus notantur pro baptizatis à diuerſis perſonis, & gentibus in caſu neceſſitatis, in quibus aduertitur, quod Baptiſmus debet iterari ſub conditione.*

Sed iam omnes dicti caſus magis latè in ſuis ſpecialibus Reſolutionibus in hoc nouo Ordine ad hunc tractatum ſunt conducti, & in eo pertractati.

Sed adhuc ſuper eſt difficultas, quid præſtare debeant Epiſcopus, Sacerdos, & Confeſſarius, ita quilibet eorum dubius de ſuo Baptiſmo; an Baptiſmum iterari ſub conditione neceſſarium ſit?

Et quid etiam præſtare tenentur, qui Ordines ab Epiſcopo, & abſolutionem Sacramentalem perceperunt à Confeſſario, de ſuo Baptiſmo dubiis? Ex part. 10. tr. 16. & Miſc. 6. Reſ. 20. aliàs 19.

Sup. his ſuppoſitis & ſeqq. magis latè in ſuis ſpecialibus Reſ. ſupra à Reſ. 50 vſque ad hanc Reſ. & in tribus Reſ. ſeqq. & ſignanter in Reſ. proximè præterita, & in tom. 3. tr. 1. Reſ. 3. per totam.

§. 1. Svppono cum communi Theologorum ſententia eſſe iterandos ſub conditione omnes Baptiſmos, in quibus Baptizans vſus eſt opinione probabili circa eſſẽtialia, v. g. circa formam; vt ſi baptizaret in nomine Chriſti, vel Genitoris, Geniti, & Procedentis ab vtroque, & ſic de aliis formis dubiis: idem eſt circa materiam; ſi baptizet cum gutta aquæ, cum lixiuio, glacie, rore, vel niue nondum reſolutis; aut ſi baptizatur Infans non in capite, pectore, aut ſcapulis; ſed in manu, pede, brachio,

brachio, vel alia sui corporis parte. Similiter si datur solũ probabilis applicatio materiæ, vel formæ, etiam in casu necessitatis, aut aliorum essentialium, inter quæ intẽtio ministri est, iterandum est Sacramentum. Hoc supposito, ad propositum dubium sic respondet Dicastillus *tom. 1. de Sacram. tr. 2. disp. 2. dub. 9. num. 216.* qui habet baptisma tantum probabile, eo quòd sint probabiles opiniones ex vtraque parte, interim circa periculum mortis, eadem probabilitate potest aliqua Sacramenta recipere, maximè illa, quæ non sunt, aut possunt esse in damnum aliorum, v. g. Matrimonium, Pœnitentiam, Confirmationem, Eucharistiam; hæc enim omnia, interim dum non est periculum mortis qua probabilitate potest se gerere pro baptizato, potest recipere, sicut enim probabile est illum esse baptizatum, & præcisè quantum attinet ad reuerentiam Sacramenti, non est peccatum, in eo baptismo permanere; eadem ratione non erit peccatum illa facere, ad quæ facienda ius habet baptizatus; qualis est vsus prædictorum Sacramentorum; non tamen licet recip.re Sacramentum ordinis. Ratio disparitatis est, qu a Sacramentum ordinis, maximè Sacerdotij (de hoc enim loquor) ex se est ordinatum ad exercenda munera Ecclesiæ, quæ pertinent ad salutem animarum; qualia sunt, non solùm Sacrificia; sed administratio Sacramenti pœnitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ vnctionis, & multò potiori ratione, si fiat Episcopus à quo plures alij Sacerdotes ordinentur; in quibus omnibus erit idem periculum cum eo ipso, quod ille non sit certo, sed tantùm probabiliter baptizatus, eadem ratione cæteri ab illo ordinati tantum erunt probabiliter ordinandi, solumque erit probabile Sacramentum quodcumque ab illis conferatur, quod in damnum multarum animarum vergere potest; atque adeò, licèt præcisè propter reuerentiam Sacramenti esset eadem ratio huius, & aliorum Sacramentorum, tamen propter damnum, quod inde oriri potest, non videtur licitum. Hæc refert, si dicas, posse prædictum initiandum abstinere ab iis omnibus muneribus præstandis, quæ vergunt in damnum aliorum: contra hoc enim est, in eo ipso apparere, non leuem deordinationem, stultitiam, aut imprudentiam: quòd cùm facilè possit baptizari sub conditione baptismo certo, & indubitato, velit in has tricas se implicare. Præterea, valdè absonum videtur, Sacerdotij Sacramentum suscipere, cuius nulla munera possit exercere sine aliquo detrimento sui, & proximorum, si enim absoluat alium, maximè in articulo mortis, & quando est alius, qui sine illo dubio sit Sacerdos, satis constat ex principiis traditis, illum peccare contra Charitatem proximi, quam tanto periculo exponit conferendo absolutionem non certam. Si verò tantum sacrificet, in hoc ipso etiam apparet non leue nocumentum exhibendo Sacrificia dubia in Ecclesia Dei, & quasi decipiendo fideles, qui sæpè alium potius Sacerdotem, & aliud Sacrificium, cui interessent, eligerent. Accedit, quod prædicto Sacerdoti non videtur licitum, quamtumuis aliàs apto, admittere munus Parochi, aut alterius habentis curam animarum, cui incumbit ex officio ministrare Sacramenta; id enim esset in damnum ouium, quas exponeret, periculo suscipiendi Sacramenta, quæ forte non sint vera: ergo nec cum animo abstinendi à muneribus, in quibus periculum proximorum esse possit, licebit prædictum Sacramentum ordinis admittere; cum vix imò ne vix quidem possit aliquod munus exercere proprium ordinis, in quo non sit periculum alicuius damni. Hucusque Dicastilius.

2. Notandum est hîc obiter, Quintanaducñ. *in Theol. mor. tom. 1. tractat. 1. singul. 3. num. 3.* docere quod omnes infantes, & adulti à Paganis, Iudæis, Sarracenis, aut Hæreticis baptizati, iterum baptizandi sunt sub conditione. Deinde *in singul. 9. num 2.* patet, idem dicendum esse de omnibus infantibus à parentibus, cognatis, obstetricibus, vel ab aliis laicis, viris, aut fœminis ob mortis periculum, aut aliam causam domi, vel alibi baptizatis, & tandem *singul. 9. n. 3.* docet, Infantem inter Catholicos expositum ad Ecclesiæ, vel alicuius domus valuas, scriptum habentem collo appensum, baptizatum esse testificans, esse adhuc sub conditione baptizandum; Sed aliqua ex his nimis scrupulosè dicta videntur.

Sup. hoc pro Hæreticis in Res. 1. post seq. §. Sed quæres.

Sup. hoc pro parte infra in Res. 82. & in alio §. eius not.

Sup. hoc infra, in Res. 80 àlin. 9. & in Res. 81. & in tom. 5. tr. 5. Res. 19. à lin. 2.

3. Verùm, quid dicendum de Episcopo, Sacerdote, aut Confessario ita dubiis de suo baptismo, vt iterari sub conditione necessarium sit; Quintan. *vbi suprà singul. 10. n. 2.* tenet, & bene quod quicumque Episcopus, vel Sacerdos, qui probabiliter, aut prudenter dubius est de sui baptismi valore, omnes ordines susceptos, vel saltem Sacerdotalem, & Episcopalem, potest, imò & sub graui culpa tenetur sub conditione, iterum suscipere. At si autem aliquis curiosus inquirat, quid præstare debeant ij, qui ordines ab Episcopo, & absolutionem Sacramentalem perceperunt à Confessore, de suo baptismo dubiis; Pater Quintana. *loco citato singul. 11.* respondet, quod iterari debent sub conditione, tam Sacerdotium, quàm Diaconatus, aut saltem in omnium sententia Sacerdotium est repetendum. Qui verò Sacramentalem absolutionem mortalium receperunt à Confessore, de cuius baptismo dubitatur, repetere debent omnes huiusmodi confessiones: sicut enim ille, de cuius baptismo dubitatur, sub eodem dubij gradu caret potestate ordinis, & iurisdictionis sine qua validè pœnitentiæ Sacramentum administrare non valet, sic etiam sub eodem dubio inualidæ omninò sunt absolutiones ab ipso datæ, & ita debent hæ confessiones repeti, sicut iterum confitenda sunt peccata mortalia, de quibus dubitatum, an absolutè, vel ritè probata sint legitimo Confessario: aliter enim periculo se exponit pœnitens non accipiendi verum Sacramentum, & permanendi in mortali. Nec obstat dicere, quod pœnitens potuerit per contritionem iustificari; vel confessionem postea factam alteri legitimo Confessario (si forsan prior non fuisset verè baptizatus) quia de priori iustificatione quis erit sine metu, cùm certus esse nequeat, an ad veram contritionem peruenerit. Nec posterior confessio tollet, quod cùm cognouerit defectum primi Confessoris, teneatur repetere confessiones illi factas; sicut tenetur confiteri peccata mortalia, quorum oblitus est in aliqua confessione valida, etiamsi indirectè ab illis sit absolutus, imò, & illa de quibus dubitat, an confessus fuerit, nec ne, vel quæ confessus fuerit coram Sacerdote, de quo prudenter dubitat an legitimam habeat iurisdictionem, nisi adesset opinio probabilis, aut cum errore communi titulus coloratus iurisdictionem supplens.

RESOL. LXXX.

An infans repertus in valuis Ecclesiæ, vel alicuius domus sit baptizandus sub conditione?

Et

Et quid, ſi ſcriptum habeat collo appenſum eſſe baptizatum?

Et an etiam in dicto caſu baptizandus eſt ſub conditione, ſi prædictus infans repertus fuerit in terris Infidelium. Ex part. 5. tr. 13. & Miſc. 1. Reſ. 85.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. ex Reſ. 42. §. Sed an. & §. Difficultas, & in alio §. annot. primæ dicti §. Sup. hoc ſcti, pro ſatè in Reſ. ſeq & curſim in fine §. penult. Reſ. præteritæ. & in tom. 5. tr. 5. Reſ. 19 àlin. 2. & ne deſeras §§ not. primæ huius Reſ.

§. 1. QVia caſus ſæpiùs accidit, ſæpiùs de illo agendum eſt, & ideo in gratiam ſtudioſorum apponam hìc ea, quæ circa illum docet Marchantius *in Candel. Sacr. qq. Paſt. tr. 1. de Baptiſ. c. qu.* 4. vbi ſic ait: Quæritur an ſub conditione repeti debeat Baptiſmus ſuper pueris, qui reperiuntur apud portas Eccleſiæ, vel Hoſpitalis? Reſpondeo primò, ſi nullum teſtimonium de Baptiſmo eorum poſſit haberi, baptizandos eſſe ſaltem ſub conditione. Reſpondeo ſecundò, ſi ſcriptum habeant collo appenſum, quo indicentur eſſe baptizati, res magis videtur dubia, multi enim tunc putant ne quidem ſub conditione baptizandum; attamen Synodus Cameracenſis, (ſi res aliter non poſſet conſtare) ſtatuit ſub conditione baptizari poſſe. Ratio eſſe poteſt, quia tale teſtimonium non eſt ita certum, vt fidem indubiam faciat, ergo cùm in caſu dubij ſemper inclinandum ſit in fauorem baptizandi, ne periculo exponatur eius ſalus ob carentiam Baptiſmi, & altera ex parte examine diligenti præmiſſo, & conditione appoſita non videtur periculum reiterationis Baptiſmi, nulla videtur fieri tunc iniuria Sacramento. Fauent aliqua iuris cap. *de conſecr. diſt. 6. c. placuit, cum ſeq.* Addo ego quòd licèt illud ſcriptum aliquam faceret fidem, quòd ſit baptizatus talis infans, cùm tamen ignoretur à quo, & quomodo, ſiue an debita forma, & à perſona, quæ ſciret Baptiſmi ritum eſſentialem, imò contingat talibus caſibus quæri tenebras, & ab idiotis mulierculis rem occultè, & cum defectu eſſentiali peragi, non mirum ſi dicatur hìc aliquid ambiguitatis remanere, quæ ſufficiat ad reiterationem ſub conditione, cùm non poſſint ſciri & examinari perſonæ, quæ Baptiſmo adfuerint, vel illud adminiſtrarint, vt ſciatur an ritè collatus fuerit. Sic enim quando obſtetrix baptizauit, volumus vt ſtrictè & diligenter examinentur, ne error aliquis contigerit, quanto magis timeri poteſt, ne in ſimilibus caſibus muliercula magis ignorans baptizarit. Hæc Marchantius.

2. Sed aliqua ex ſupradictis non placent Ochagauiæ *de ſacr. Baptiſmi, q. 11. n.* 8. vbi ſic aſſerit: Loquendo de paruulis expoſitis tenendum eſt in eo caſu quo teſtimonium ſui Baptiſmi in aliqua charta ſcriptum ſecum haberent, licèt non eſſet nomine alicuius ſubſcriptum, nullo modo baptizandus eſſe etiam cum conditione, eo quòd certiſſimum ſit parentes eius voluiſſe reiterationem Baptiſmi euitare media ſchedula, quod verum eſt, quando illi expoſiti eſſent inter Chriſticolas; & non crederentur eſſe filij infidelium. Nam ſi exponerentur inter infideles & Iudæos, qui Baptiſmum execrantur, tunc etiamſi ſecum haberent teſtimonium, aſſeuerans eos eſſe baptizatos, eſſent ſaltem ſub conditione baptizandi, quia tale teſtimonium ſuſpectum eſſe poſſet. Cùm verò paruuli ſine tali teſtimonio Baptiſmi, inter Chriſtianos exponerentur, ſi aliunde eos non conſtet eſſe baptizatos, baptizandi eſſent ſub conditione. Ratio cur non ſint baptizandi abſolutè, ea eſt, quia fortaſſe patres obliti ſunt apponere ſchedulam, etiamſi ſint pueri baptizati, vel præ anguſtia temporis, vt peccatum adulterij, v. g. occultarent; ſchedulam apponere puero non potuerunt. Niſi fortè pueri expoſiti inter Chriſtianos, & qui creduntur eſſe filij Chriſtianorum excolere, & ex alio indicio in ea ætate eſſent; quòd ſi in nemore eſſent pueri inuenti, de quibus dubitaretur quibus eſſent parentibus nati, an fidelibus, vel infidelibus, deberent ſub conditione baptizari, vt ſalutis æternæ amittēdæ periculum vitaretur. Et hæc omnia docet Ochagauia, quæ alibi à me ſatis confirmata ſunt *in addit. reſol.* 6. & nunc ad magis confirmandum apponam etiam authoritatem P. Hurtadi *de ſacram. Baptiſmi diſp.* 1. *difficult.* 12. vbi ita habet. Non eſt baptizandus neque ſub conditione infans expoſitus in terris Chriſtianorum, quando ſcripto aliquo dicitur baptizatus, ſi aliàs in oppoſitum non adſit prudens aliquis timor; ſecus verò quando abſque dicto teſtimonio, ſeu ſcripto expoſitus eſt, quia tunc ſub conditione eſt baptizandus; abſolutè verò quandò adſit ſcriptura, qua dicatur non eſſe baptizatus, quia tunc eſt omnino moraliter certum eſſe baptizatum. Ita Hurtadus. Sed ſi caſus acciderit, ne deſeras etiam recognoſcere me ipſum *in addit. reſol.* 6.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. ex Reſ. 19. §. 1. poſt medium, à verſ. ſi vero. & ex Reſ. 21. § His tamen. ante medium verſ. quod ſi infantes. & in Reſ. 41. §. Difficultas. prope finem à verſ. Idem etiam.

Sup. hoc curſim in Reſ. ſeq. §. Ex his. ad medium, & ſignanter in Reſ. 3. not. præteritæ. §. Difficultas. Quæ nunc inuenietur in tom. 5. tr. 5. Reſ. 42.

Vt in annot. præterita.

RESOL. LXXXI.

An infans expoſitus ad Eccleſia, vel domus alicuius valuas cum ſcriptura collo appenſa baptizatum eſſe teſtificante, ſit baptizandus ſub conditione?

Et infertur, quid ſentiendum ſit de baptizatis domi ab obſtetricibus?

Et quid, ſi quæras, an baptizatos ab hæreticis liceat ſub conditione iterum baptizare? Ex part. 9. tr. 6. & Miſc. 1. Reſ 34. aliàs 35.

§. 1. DOctus, ingenioſus, & acutus Author eſt Antonius Quintanadueñas, Societatis Ieſu. Is *in Theol. mor. tom. 1. tract. 1. ſingul. 9. num.* 3 mordicùs affirmatiuā ſententiā tenet. Probat hoc primò ex cap. *Placuit, diſtinct. 4. de conſecr.* ibi: *Placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certiſſimi teſtes, qui eos baptizatos eſſe ſine dubio reſtentur,* &c. *abſque vllo ſcrupulo eos baptizandos eſſe.* Et in Rituali Romano Pauli V. §. *De bapt. parā.* ſtatuitur: *Infātes expoſiti, & inuenti, ſi re diligenter inueſtigata, de eorum Baptiſmo non conſtet, ſub conditione baptizentur.* Vbi notandum verbum, *conſtet*, quod ſignificat claram probationem vt notat Machardus *de probat. conſil. 75. num.* 21. At ſchedulam, nec noto ſigillo, aut ſubſcriptione formatam, quæ à quo ſcripta indicet, firmum, aut certiſſimum teſtem, aut conſtans teſtimoniū non eſſe, nec in vllo foro, & tribunali fidem humanā facere; imò & nullo modo probare, docent Romanus *conſ.* 204. *n.* 3. & Cardinalis Tuſchus *l. 7. concl. 74. n.* 25.

Sup. hoc in Reſ. præterita àlin. 9. & verſ. Reſpondeo, & curſim cum Quintanadueñas hic citato ſuprà in fine §. penult. Reſ. 79. & in tom. 5. tr. 19. àlin. 2.

2. Probatur ſecundò, ex nonnullis Conciliorum, ac Prælatorum decretis, in quibus ſtatutum eſt conſilio grauiſſimorum Epiſcoporum, & doctiſſimorum virorum, vt huiuſmodi infantes, etiamſi collo appēſam afferant hanc ſchedulam, dummodo alia via de Baptiſmo non conſtet, iterum baptizandos eſſe ſub conditione. Sic in III. Concilio Mediolanenſi, ſub S. Carolo Borromæo *tit. de Baptiſ. ſ. fā. fine*, ibi: [Infās expoſitus, licèt appenſum collo ſcriptū habeat, quo ille baptizatus ſignificetur; ſi tamē re diligēter præquiſita, quemadmodum in Concilio Romano, ad hoc dubium ſit, eum baptizatum eſſe, ea conditionis forma baptizetur; *Si tu es baptizatus, ego te iterum non baptizo*, &c.] Vnde colliges, ſchedulam non exiſtimari in hoc Concilio teſtimonium adeò ſufficiens, vt à rebaptizatione conditionali excuſet. Idem ſtatutum eſſe in Synodo Camarenſi teſtatur Marchantius *Candelab. Sacrament. tr. 2. de Bapt. c. 2. qu.* 4. In Hiſpalenſi Archiepiſcopatu tempore ſapientiſſimi, & digniſſimi Præſulis D. Petri Caſtro, &

Quiñones, consilio sapientium virorum idem sancitum, & obseruarum fuit; sicut etiam Illustris D. Fr. Didacus Mardones in sua Cordubeosi Diœcesi, idem obseruandum iussit post sedulas doctissimorum Theologorum consultationes, ac affixum fuit Decretum hoc in S. Hyacinthi Xenodochio, nec non in Orphanotrophio Ciuitatis Toletanæ, pro his expositis infantibus assignato. Sic etiam censêre aliqui Theologi à Venetiarum Patriarcha congregati; licèt alij oppositum affirmarint, vt testatur Comitolus *respons. lib. 1. q. 1.*

3. Probatur tertiò authoritate plurium Doctorum ex nostra Societate, qui de hac re consulti sunt, & quorum subscriptiones apud me habeo. Ij ergo asserebant hos pueros, siue schedulam afferant, siue non, sine dubio baptizandos esse sub conditione; ab Episcopisque in suis Diœcesibus hoc statuendum, & obseruandum. Sic docuerunt, & subscripserant sapientissimi Didacus Ruiz de Montoia, Michaël Vasquez, Didacus de Cordoua, Franciscus Ruiz, Ioannes Baptista Gonçalez, Franciscus de Aleman, Gundisaluus, Ramirez, Petrus Malgarejo, Ioannes Baptista Lanzebeche, Ildefonsus Fernandez de Cordoua, Ioannes Monus, Ferdinandus de Mendoça, Matthæus Rodericus, ac ferè omnes rem ex professo discusserunt. Hucusque Quintanadueñas, qui postcà respondet ad rationes in contrarium: dicit enim, credi posse vni vetulæ, seu testi afferenti alicuius Baptismum, non verò huic schedulæ. Primò, quia si vetula, seu testis, cognoscitur, quis & qualis fuerit, & si ille fide dignus existat, dubium morale de Baptismi valore tollerur: si non cognoscitur, vt contingit ex schedula, quomodo dignus fide existimandus. Quomodo ei credendum? quoque pacto moralem certitudinem generabit? Porrò scripturæ huic eadem fides, quæ scribenti, aut proferenti habenda est: & cùm de scriptore non constet, neque de authoritate schedulæ, vt fidem faciat constare potest.

4. Ex his colligit, iterum baptizandos esse conditionaliter, non solùm deinceps exponendos; sed qui hactenus expositi sunt cum huiusmodi schedula; etiamsi senes modò, & Sacerdotes, aut Episcopi sint: in omnibus enim eadem est dubitandi ratio, ac periculum salutionis perseuerat. Quæ omnia procedere putat, etiamsi viginti, aut triginta diebus à natiuitate exponantur infantes cum schedula; quòd, scilicet, baptizari debent: adhuc enim perseuerant, rationes dubitandi *suprà* allatæ. Sic viri docti à me consulti, Hæc omnia Quintanadueñas.

Quoad hoc lege vers. Nisi forte, §. vlt. Ref. 1. not. præteritæ, & alterum §. eius ancor. Prima Ref. citata in lin. 2. huius §. lectel. suprà R. f. 80. Secunda vero, inuenietur in tom. 5. tr. 5. Ref. 42.

5. Sed communis sententia Doctorum, quibus ego adhæsi *in par. 5. tr. 13. resol. 85. & in Addit. ad par. 1. resol. 85.* 6. est in contrarium. Ideò nouissimè dixit Baunius *in Theol. mor. tom. 1. tr. 2. q. 18 in fine*, [quòd dubium facti est, cùm absolutè incertum est, vtrùm Baptismus verè fuerit vnquam datus, putà, quia puer expositus in via est, nulla ipsi adiecta schedula, quæ de Baptismo eius testificetur: in euentu vtriusque dubij est hic iterandus sub conditione: quòd si tale dubium non suppetat, est baptismi geminatio mortalis, vtpote sacrilega secundùm D. Leonem, & Augustinum.] Sic ille.

6. Verùm, quia Pater Quintanadueñas pro sua sententia ex Authoribus impressis citat solùm Marchantinum à me citatum; ego in eius gratiam adducam virum doctissimum, S. Theologiæ Professorem in Academia Cracouiensi: & is est, Adamus Opatouius *de Sacr. tr. de Baptis. dis. 1. c. 6. n. 49.* vbi sic asserit: [Forma conditionata semper est licitum vti, quando est dubium, an fit ritè Baptismus collatus. Sed, quando obstetrix baptizat domi, semper est dubium: nam perturbata ex subito casu, potuit in forma errare. Et experientia testis est, multas & in materia, & in forma errare. Tum pleræque venesicæ, quæ infantes sine Baptismo, tanquam hostias Diabolo, oblatas esse volùt. Vnde, cum illis dico qui affirmant securius esse, vt pueros domi baptizatos ab obstetricibus, sub conditione baptizent ministri.

Sup. hac obstetrice in Ref. seq. & in alto §. eius annot.

7. Sed quæres, an baptizatos ab Hæreticis liceat sub conditione baptizare? Respondeo, quamuis (vt iam determinatum est) sit Baptismus validus, qui ab Hæreticis confertur; præsertim si cum intentione Ecclesiæ debitam formam, & materiam adhibeant. Sed, quia sæpenumerò dubitatio exoritur de veritate Baptismi collati ab Hæreticis: nam magno odio Ecclesiam prosequuntur; tum, quia sæpè formas immutant, & materias Sacramentorum contemnunt, & sicut ab Ecclesia, ita ab eius intentione animum auersum gerunt: ideò Molanus *sua Practica tract. 4. c. 3. n. 30.* ait: Sæpè deprehensum est, necessariam eis in baptizando intentionem defuisse: vnde tales sub conditione baptizandi.

Sup. hoc suprà in Ref. 79. cursim in §. penult. in principio.

8. De pueris verò expositis, siue habeant in collo scriptum appensum, siue non, quòd fuerint baptizati, dico, sub conditione esse baptizandos, ne manifestè pereant.] Hæc omnia Quintanadueñas, quæ confirmant ea, quæ idem Quintanadueñas asserit *singul. 4. & 5.* Itaque ex his omnibus apparet, sententiam P. Quintanæ esse satis probabilem, & præsertim ex subscriptione doctissimorum illorum virorum ex Societate, quos ipse adducit.

RESOL. LXXXII.

An infans in domo baptizatus ab obstetricibus possit iterum in Ecclesia baptizari sub conditione?

Et ita baptizans an peccet, & sit irregularis? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 86.

§. 1. AD hunc casum affirmatiuè respondet Franciscus Sylvius *in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 9. dub. 1.* vbi sic ait: Et si qui baptizatum domi ab obstetrice postea sub conditione baptizat, non fit irregularis, quæritur tamen an peccet? Verius arbitramur non peccare, quia semper licet ea forma conditionata vti, quando est dubium de Baptismo ritè collato. Quando autem obstetrices domi baptizarunt, semper est eiusmodi dubium, ne vel subito necessitatis casu turbatæ, aliter quàm referant, dixerint, vel fecerint; aut semel & iterum deprehensæ, quod bene baptixarint, deinceps malitiosè errent, ac nihilominus asserant, se more solito baptizasse. Experientia enim notum est multas in materia, vel forma errare, interdum per ignorantiam, vel turbationem, interdum verò per malitiam, quia sunt sortilegæ, siue ob aliud. Vt igitur paruulorum saluti consulatur, securius est eos, tametsi ab obstetricibus domi baptizatos, postea baptizare sub conditione, nec potest in iterationis crimen venire, quòd factum esse omnino nescitur, vt ait sanctus Leo *epist. 37.* Hinc Molanus, vt *sua practica tract. 4. cap. 3.* sic loquitur. Et si obstetrices asserant se baptizasse infantem, potest tamen cùm in templum defertur sub vsitata conditione baptizari. Pastorale autem Mechlinense sic habet. Si re diligenter requisita dubium fuerit, vtrùm puer sit baptixatus, vel si sit baptizatus ab obstetrice sub conditione baptizetur. Et iterum conditionalis baptizatio facienda est circa infantes, qui ab obstetricibus baptizati esse referuntur. Consentit & Synodus Iprensis sub Martino Rythouio *tit. 12. cap. 5.* Huc vsque Sylvius.

Sup. hoc suprà in Ref. 79. §. penul. ad medium, & in Ref. 81. §. Verum, ad medium, vers. Sed quido obstetrix.

2. Sed

2. Sed quicquid sit in illis partibus Germaniæ vbi sæpiùs obstetrices sunt sortilegæ, tamen in nostris partibus Sylui doctrina non admittitur. Sed obstetrices diligenter examinantur, ne error aliquis contigerit, & non comperto, postea in Ecclesia supplentur solemnitates omissæ; diligentia verò cum supradictis facienda est à viris doctis, & interrogandi sunt indiuidualiter de omnibus necessariis ad conficiendum Baptismum, videlicet de verbis formæ, de quantitate aquæ, & de parte corporis, vbi infans fuit baptizatus.

RESOL. LXXXIII.

An baptizati in periculo mortis debeant postea in Ecclesiis cæremonias omissas supplere?

Et an, si quis omitteret supplere in Ecclesia solemnitates omissas in priuato Baptismo secluso scandalo, non peccet nisi venialiter? Ex part. 5. tr. 3. Res. 6.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, vt constat ex vsu Ecclesiæ, & colligitur ex *c. 1. de Sacr. non iterandis.* Atque hoc etiam de exorcismis intelligendum esse docet Richardus *in 4. disp. 6. art. 6. q. 1.* Viualdus *in candelabro de Bapt. c. vlt. nu. 18.* Victoria *de Bapt. n. 38.* & habetur in Pastorali Romano, eo obseruato, vt cùm Minister homini baptizato dæmonis eiectionem, atque gratiæ cælestis donum precatur, intentionem suam referat ad perfectiorem diaboli, qui nunquam omninò infestare desistit, repulsam, vberioremque gratiæ cœlestis communicationem; vt proinde non intelligam, cur dixerit Paulus Comitolus *lib. 1. resp. moral. q. 12.* sacrilegium fore, & maximam Sacramenti iniuriam, si Parochus puero priuatim baptizato, postea in Ecclesia exorcismos ad dæmonem profligandum adhibeat; atque hæc quidem doctrina de supplendis cæremoniis obseruari debet tempore pestilentiæ cessantis; cùm enim infantes ex matribus peste infectis editi, in magno repentinæ mortis periculo versentur, frequenter accidit, vt priuatim baptizari debeant, neque tunc vacat semper Sacerdotibus omissas cæremonias in templo supplere, ideòque post pestilentiam, si superuiuant, ad Ecclesiam ducendi erunt. & hæc omnia docet Layman *lib. 5. tract. 2. cap. 8. n. 9.*

2. Notandum est tamen, Possetinum *de Officio Curati, cap. 6. n. 23.* docere, quòd si quis omitteret supplere in Ecclesia solemnitates, omissas in priuato Baptismo, secluso contemptu non esse nisi peccatum veniale.

RESOL. LXXXIV.

Qui sub nomine Principum in Rituali Romano Pauli V. & in Clementina vnica de Baptismo intelligantur, vt eorum filij extra Ecclesiam in domo baptizari possint? Ex part. 9. tract. 6. & Misc. 1. Res. 37. aliàs 38.

§. 1. Puto sub nomine Principis etiam intelligi Duces non recognoscentes Superiores, vt Dux Mutinæ, Dux Parmensis. Sed Pater Quintanaduenas *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 1. singul. 21. num. 3.* ampliat vocabulum Principis: ait enim: [Non ita strictè sumendum esse nomen Principis, nonnulli indicabunt, cùm Priuilegium Principis latè sit interpretandum: sed filij Ducum, seu los hijos de los Duques, y grandes de España, ò de otros grandes Potentados de otros Reynos; seu, vt loquitur Granado *tract. 4. dub. 4.* Potentatus nobiles, possent vti hoc priuilegio: præsertim si adsit dispensatio, vel potiùs interpretatio: aut epicheia iuris communis ab Episcopo facta, cùm illud ob eximiam nobilitatem, & domus splendorem Principibus concedatur, vt innuit Glossa hîc: & Vocabularia vtriusque Iuris, Principum nomine quemlibet sæcularem Dominum, vt *35. quæst. 5.* & Prælatum Ecclesiæ, vt *dist. 33. cap. Ecclesia,* comprehendi doceant. Vnde omnes filios, ac nepotes Ducum, Marchionum, Comitum, ò de otros Señores de titulo, con dominio superior, y vassallos, vel eorum, qui ratione muneris Principatum, seu præexcellentem honorem, aut prærogatiuam habent, vt Viceteges, Oratores Regum, vel Pontificum, vulgo, *los Embaxadores,* necnon supremi Præsides Senatus Regij Castellæ, & forsan aliorum, vt Ordinum, Indiarum, Belli, & Iustitiæ, dum hoc honore, ac familiæ splendore fruuntur; ac his similes, sub hoc nomine non improbabiliter contineri aliqui fortè existimabunt.] Ita ille.

2. Sed eius opinio mihi non placet, & oppono Granadum ab ipso citatum *in 3. part. contr. 4. tr. 6. n. 2.* vbi sub nomine Principum asserit, quòd comprehenduntur Potentatus nobiles, qui Regibus æquiparantur, vt sunt Dux Venetiarum, Dux Florentiæ, Dux Mutinæ, & alij, quos dixi *suprà*; non autem, vt vult Quintanaduenas, licèt cum formidine, Magnates Hispaniarum, Oratores Regum, Præsides, Senatus Regij Castellæ, & Ordinum, Indiarum, Belli, & Iustitiæ; tum istæ personæ non æquiparantur Regibus, vt loquitur Granado, imò subiecti sunt Regibus, vt eorum vassalli. Ergo non possunt includi sub nomine Principum. Et ideò Castrus Palaus *tom. 4. tr. 19. disp. vnica, punct. 12. num. 16.* sic ait: [Graue peccatum committeret, seclusa necessitate, qui extra Ecclesiam in priuatis Oratoriis hoc Sacramentum solemniter ministraret. Excipiuntur Regum, & Principum liberi, id est, filij, & nepotes, tam naturales, quam legitimi supremorum Principum, hoc est, illorum, qui alteri subiecti non sunt.] Ita ille, cui etiam adde Franciscum Sylium *var. resol. tom. 1. verb. Baptismus, 4. concl. 1. in fine.* Ergo omnes personæ numeratæ à Quintanaduenas non includuntur sub nomine Principum; quia, vt dixi, alteri subiecti sunt. Et pro hac sententia Palaus adduxit Glossam, Sà, Vasquez, Layman, Coninch, & Suarez: verùm in gratiam Patris Quintanæ asserto, post ipsum eandem sententiam docere doctum Zipæum *tom. 2. lib. 3. tit. de Baptismo, respons. 1. num. 2.* vbi ait, quòd in nostro casu sub nomine magni Principis, non tantùm supremi, & his ferè proximi; sed & tituli eminentes intelligi posse videntur.

RESOL. LXXXV.

An licitè baptizentur filij Hæreticorum, si sub cura parentum probabiliter timeatur periculum peruersionis eorum? Ex part. 3. tract. 4. Res. 7.

§. 1. Negatiuam sententiam docent Fernandez de Heredia *disput. de sacram. Baptismi, part. 7. dub. 3. n. 8.* & Coninch. *de Sacr. quæst. 68. art. 10. dub. vnico num. 81.* vbi sic asserit: Quando aliqui hæretici, vel apostatæ habitant in iis locis, in quibus liberè exercent suam Religionem extra periculum mortis, eorum filij non sunt baptizandi, nisi Sup. hoc infra in Ref. 88. §. Vnde. & latè in tom. 3. tr. 1. Ref. 6. à §. 2.

niſi per ſeparationem, vel aliam rationem poſſit caueri, ne parentes eos impiis ſacris, & doctrinis imbuant, quia aliàs fieret contra dignitatem Sacramenti, quod probabilius magis obeſſet, quàm prodeſſet. Ita Coninch, & Suarez *in 3. tom. 3. diſp. 42. ſect. 5.*

2. Sed ait Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 12.* contraria praxis apud nos à viris doctis, ac piis ſæpè obſeruata fuit, & rectè quidem, quia periculum peruerſionis non eſt adeò propinquum, aut certum, cùm fieri poſſit, vt infantes ante vſum rationis moriantur, & per Baptiſmum ſaluentur, tum, quia plerumque ſpes non parua eſt, vt hæreticorum liberi aliquando in fide Catholica inſtruantur, quam idcirco libentius recipiunt, ſi ſciant à Catholico Sacerdote ſe baptizatos fuiſſe. Addi etiam poteſt, tametſi à parentibus, & miniſtris ſuis hæreticis falſa dogmata edoceantur, interdum ignorantia difficulter vincibili laborare, & pertinaces hæreticos non eſſe: vt proinde tales dogmata fidei baptiſmalis retineant, & ſaluari poſſint, ſi de peccatis poſt Baptiſmum commiſſis verá conuerſione doleant, per ea, quæ dixi *lib. 2. tract. 1. cap. 12. num. 3.* Hæc omnia Layman, & ſatis quidem probabiliter.

RESOL. LXXXVI.

An in mortis articulo filij Infidelium ſint, inuitis parentibus, baptizandi?

Et an, ſecluſo mortis periculo, non ſit licitum, inuitis parentibus, baptizari à dominis ſuis filios ſeruorum infidelium? Ex part. 5. tr. 3. Reſ. 10.

Sup. hoc infrà in Reſ. 88. §. Excipe & in Reſ. 90. §. 2. paulò poſt initium à verſ. Primum eſt.

§. 1. Affirmatiuam ſententiam, cum formidine tamen, docet Sotus *in 4. diſt. 5. in fine, art. 10.* Sed valde miror. Dico igitur audacter in tali caſu filios infidelium eſſe inuitis parentibus baptizandos. Et ita ex Soto, Aragonio, Acoſta, Suarez, Henriquez & D. Antonino docet Iacobus Granado *de Sacrament. in 3. part. contr. 4. tract. 4. diſp. 5. ſect. 4. num. 19.* quia cum eſt in mortis articulo, cenſetur extra parentum poteſtatem, quia quod parum diſtat, nihil diſtare videtur, nec timeri poteſt periculum apoſtaſiæ, & deceptionis, præſertim cùm puer tunc ſit in extrema neceſſitate ſpirituali, in qua non eſt cenſendus ita dependens à parentibus, vt propter illorum contradictionem damnandus ſit in æternum. Et ita hanc ſententiam præter Doctores citatos docet etiam Hurtadus *de Sacram. Baptiſmi, diſp. 3. diffic. 3.* qui etiam *diffic. 5.* rectè probat cum Coninch *de Sacram. q. 98. num. 10. dub. vnic. num. 76.* Valentia *tom. 4. diſput. 4. q. 3. punct. 3.* Zambranus *de Sacram. Bapt. cap. 1. dub. 11. num. 5.* Azorius *tom. 1. lib. 8. cap. 25. q. 10.* ſecluſo periculo mortis illicitum eſſe inuitis parentibus baptizari à dominis filios ſeruorum infidelium.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in aliis eius primæ annot.

RESOL. LXXXVII.

Sup. prima diffic. huius tituli in Reſ. ſeq. §. Secunda & magis latè in tom. 3. tract. 1. ex Reſ. 6. §. Sed quid.

Vtrùm liceat baptizare infantes filios Infidelium, inuitis parentibus, etiam ſi parentes infideles ſubditi ſint Principibus Chriſtianis: imo ſi fuerint Chriſtianorum ſerui?

Et an, domini teneantur hoc facere? Ex part. 2. tr. 15. & Miſc. 1. Reſ. 45.

§. 1. Prima ſententia ex D. Thom. qui aſſerit *in 3. p. q. 68. art. 10. & 2. 2. q. 10. art. 10.* id non licere, etiamſi parentes infideles ſint ſubditi Principibus Chriſtianis; imò etiamſi fuerint Chriſtianorum ſerui: nam parentes iure naturali habent cuſtodiam, & curam ſuorum filiorum, antequam ad vſum rationis perueniant. Ergo nulla authoritate humana, ſiue Principum, & Dominorum, poſſunt hoc iure licitè priuari; priuarentur autem, ſi ipſis inuitis eorum filij baptizarentur, &c. Hanc ſententiam amplectuntur omnes diſcipuli Diui Thom. Caietanus, Sotus, Capreolus, Paludanus, Victoria & alij.

Sup. hoc curſim in fine Reſ. præcedentis, & in Reſ. ſeq. & in tom. 3. tract. 1. ex Reſ. 6. §. Sed magis. & ſeq.

2. Secunda ſententia eſt Suarez *in 3. part. tom. 3. diſp. 25. ſect. 4.* Petri de Cabrera *de Sacr. q. 68. a. 10. diſp. vnic. conc. 4. §. 7.* Nugni *tom. 1. in 3. p. qu. 69. art. 20. diffic. 2. concl. 3.* Qui aſſerunt, paruulos infidelium, qui ſunt mancipia Chriſtianorum, poſſe à dominis ſuis vendi, ſeu donari; & poſtquam hac via fuerint à parentibus ſubtracti, licitè baptizari poſſunt, etiam parentibus inconſultis, & reluctantibus; etiamſi ipſi domini hac intétione, & fine venderent, ſeu donarent tales paruulos, vt à parentum cura ſubſtracti baptizentur. Prior pars concluſionis eſt certa; nam qui eſt dominus alicuius rei, poteſt illam pro libito donare, & vendere. Secunda pars concluſionis probatur, quia illi paruuli tunc non ſunt ſub cura parentum, ſed ſub cura illorum, quibus venditi, vel donati ſunt; ergo parentibus inconſultis, ex conſenſu eorum, qui illorum curam gerunt, poterunt baptizari.

3. Tertia eſt ſententia Vaſquez *in 3. p. tom. 3. diſp. 155. c. 4. num. 50.* Luiſij Turriani *in 2. 2. tom. 1. diſp. 54. dub. 2.* Greg. Ruiz *in ſuis contron. theol. controuerſ. 19.* vbi ait: Non modò filios ſeruorum infidelium vendi, & ſeparari poſſe à parentibus vt baptizentur, & ita ſeparatos baptizari rectè poſſe, ſi diligentia adhibeatur, ne à parentibus aliquo modo poſſint conueniri, & ſubuerti. Verùm etiam antequam ſeparentur, & vendantur, ſub cura parentum exiſtentes, ſine peccato baptizari poſſe, ſi res ipſa ex ſe conſideretur. Et ad incommoda, quæ ex iſta ſententia ſequi videntur, reſpondet *num. 55. & 57.* Nam ante adultam ætatem à parentibus ſeparari poſſunt, & ſic nullam memoriam habebunt paternæ infidelitatis, & cæremoniarum, quibus contra Religionem noſtram parentes vti conſueuerant. Alterum incommodum, quoad ſcandalum patris, quia ipſe videns filium baptizatum contra voluntatem ſuam, Iudaicis, aut Mahumetanis cæremoniis, circa filium vtetur in Baptiſmi opprobrium, & Religionis noſtræ; ipſum circumcidendo, nihil obſtare poteſt, quoniam neceſſaria non ſunt omittenda propter ſcandalum, huiuſmodi autem eſt Baptiſmus, quem tanquam neceſſarium, dictis infantibus tribuimus. Hæc Vaſquez, qui in *capite 7.* cum Turriano *vbi ſuprà*, probat dominos præcepto charitatis teneri tales paruulos ſub cura parentum exiſtentes baptizare.

Sup. hoc magis latè infrà in Reſ. 90. à lin. 3. & in Reſ. 91.

4. Ad argumentum primæ ſententiæ reſpondetur, ipſos parentes fieri indignos tali iure naturali, ratione abuſus, ideò nulli irrogatur iniuria, dum à dominis deſtituuntur ſuo iure iniuſtè poſſeſſo. Vnde Vaſquez *vbi ſuprà*, probat, parentes infideles non habere ius, vt ipſi ſolùm curam gerant ſalutis ſpiritualis filiorum, nec permittant vllum alium in filio emendare id, in quo ipſi errant. Neque enim ius paternum naturale id concedere poteſt, neque diuinum id conceſſiſſe conſtat.

5. Omnes iſtæ tres ſententiæ ſunt probabiles, ſed vltimam Vaſquez libenter amplector, propter fauorem animarum dictorum infantium. De tota hac quæſtione vide Lorcam *in 2. 2.* Reginaldum

tom. 2. lib. 27. cap. vlt. à n. 68 Bonac. *de Sacr. disp. 2. quæst. 2. punct.* 6. Valent. *tom. 4. disp. 4. quæst. 3. punct.* 3. Barthol. ab Angelis *in exam. confess. dial. 2.* §. 27. Vegam *in sum. tom. 1. cap. 33. cas. 17.* Syluium *in 3. part. D. Thom. q. 68. art. 10. concl. 1. & seq.* Azeued. *tom. 5. lib. 8. tit. 2. leg. 1. num. 5.* Afflict. *dec. Neapol.* 151. Ferretum *vol. 1. cons. 76. num. 4. & 5.* Perez *leg. 1. tit. 4. lib. 8. ordin. fol.* 117. Sot. *in 4. dist. 15. quæst. 1. art.* 10. Ledesmam *in sum. tom. 1. de sacr. Baptismi, cap. 8. à concl. 10. vsque ad concl.* 16. Coninch *de Sacr. tom. 1. quæst. 68. art. 10. num.* 63. Henriquez *lib. 1. cap. 25. per totum.* Zambran. *in suis decis. cas. consc. cap. 1. dub.* 11. Yribarne *in 4. sent. tom. 1. disp. 18. sect.* 1. Molfesium *in sum. tom. 1. tract. 4. cap. 1. n.* 50. Muttinum *in sua Theolog. mor. de Sacramento Baptismi, quæstione* 14. Posseuin. *de officio Curati, capit. 6. num.* 14. & Azor *part. 1. lib. 8. capit. 25. quæstione* 2.

RESOL. LXXXVIII.

An filij infidelium, qui mancipia sunt Christianorum, possint baptizari, inuitis parentibus?

Et quid dicendum in casu, quod infans esset in certo periculo mortis?

Et an infantes baptizatorum, quamuis hæreticorum, & apostatarum, validè possint baptizari, inuitis eorum parentibus?

Et an liceat baptizare filios infidelium, etiam si in potestate Christianorum per iniuriam veniant, quando eorum parentibus restitutio non est possibilis? Ex parte 7. tractatu 7. Resolutiooe 68, aliàs 67.

Sup. hoc suprà cursim in fine Res. 86. & in Res. 87. à linea 4. & in tom. 3. tr. 1. ex Res. 6. §. Sed magis. & seq.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet Caietanus *in 3. part. quæst. 68. art.* 10. & pauci alij. Sed ego respondeo affirmatiuè: Vnde nouissimè Caspensis *in cursu Theol. tom. 1. tract. 27. disp. 1. sect. 5. num.* 47. sic ait: Infantes filij infidelium validè baptizantur eorum parentibus inuitis, quamuis id fiat eum iniuria parentum; non tamen licitè, ita Hurtad. *de Bapt. disput. 3. diffic.* 3. & est communior sententia Recentiorum. Prior pars probatur, quia huiusmodi infantes capaces sunt Baptismi, & possunt eis applicari omnia essentialiter requisita ad eius valorem, materia, & forma cum debita intentione: nec requiritur proprius consensus, quia non est possibilis, neque parentum, vel aliorum, quia in his, quæ spectant ad iustificationem, voluntas parentum non censetur voluntas filij, nisi in iure ciuili ad aliquos effectus ciuiles à voluntate Reipublicæ pendentes: ergo possunt validè baptizari.

2. Secunda pars quòd id licitè non fiat, ostenditur. Quia in eo casu deberet infans extrahi ab educatione, & consortio parentum, ob manifestum periculum Apostasiæ, quando ad adultam ætatem peruenerit, quod fieri nequit absque iniuria parentum, & contra patriam potestatem, parentes enim iure naturæ habent ius educandi apud se filios, quo iure licitè absque culpa priuari non possunt. Et confirmatur ex consuetudine, & vsu Ecclesiæ, quæ nunquam solet tales baptizare inuitis illorum parentibus, quamuis ipsi ciuiliter subiecti sint Principibus Christianis.

Sup. hoc in principio Res. 2. not. prætermitæ, &c.

Sup. hoc supra in Res. 86. & infrà in Res. 90 § 2. paulò post initium. Vers. Prius est.

3. Excipe, nisi in casu, in quo infans esset in certo periculo mortis, de cuius vita desperatum est, tunc enim non esset necessarium, vt vi à parentibus extraheretur, nec ob instantem mortem periculum Apostasiæ, & quòd à patre peruerteretur; in eo ergo casu licitè baptizari posset.

4. Excipienda etiam sunt mancipia, quia infantes mancipiorum infidelium absolute sunt res ipsius domini, qui habet absolutum ius ad prolem à patre abstrahendam, vendendam, aut pro suo libito educandam; atque adeò absque vlla serui iniuria potest curare vt baptizetur, & in Christiano ritu educetur.

Sup. hoc supra in Res. 85. & latè in tom. 3. tr. 1. Res. 6. à §. 2.

5. Vnde sequitur, infantes baptizatorum, quamuis hæreticorum, & Apostatarum, validè baptizari inuitis eorum parentibus; hi enim, cum ratione Baptismi subditi sint Ecclesiæ, possint cogi ad seruanda eius præcepta; ac proinde ad baptizandos suos infantes, ac proinde si hoc non faciant, eosdem (ipsis inuitis) baptizari posse.

6. Secundò sequitur, licere etiam baptizare filios infidelium, etiamsi in potestatem Christianorum per iniuriam veniant, quando eorum parentibus restitutio non est possibilis, quia, vt rectè Coninch, *quæstione 68. art. 10. dubio vnico*, per hoc nihil, aut parum præiudicatur iuri parentum, quia ius, quod habent ad educandam prolem, in hoc casu illis omninò inutile est. Hucvsque Caspensis.

7. Dices primò, Potestas herilis solùm se extendit ad officia ciuilia, vnde quantumcumque proles separetur, non potest dominus illi procurare Baptismum qui est iuris diuini. Ita Cajetanus.

8. Resp. negando assumptum, & dico eum qui habet mancipium posse, non tantùm quoad corpus de eo disponere, sed etiam secundùm rationem gubernare quoad animam. Quamuis enim per seruitutem prolis non adimatur parenti facultas procurandi eidem spiritualia, tamen eadem facultas conceditur domino qui mancipium potest humano, & Christiano modo gubernare, nullumque habet fundamentum quod ea cura soli parenti competat, non etiam domino.

9. Hæc ratio non tantùm ostendit prolem abstractam posse baptizari, sed etiam posse in illum finem abstrahi; quod est contra Sotum, quia si actio ex se sit licita, non potest dici infici, & reddi illicita propter illum finem ex se honestum, & religiosum, neque dici potest parenti fieri iniuriam si proles, quæ sine eius iniuria potest ex alio fine indifferenti vendi, vendatur eo fine vt baptizetur.

10. Dices secundò, facilè fieri potest vt tales infantes postmodum recedant à fide si intelligant se à parentibus abstractos vt baptizarentur.

11. Resp. Primò, idem incommodum sequi posse ex Baptismo collato filiis hæreticorum, propter quod tamen non negatur Ecclesiæ potestas illos inuitis parentibus baptizandi.

12. Resp. Secundò posse curari, vt cùm adoleuerint, in fide bene instruantur, & nulla parentum mentio ingeratur, vnde non debet censeri morale periculum, propter quod moraliter loquendo non liceat tales paruulos baptizare.

RESOL. LXXXIX

An in tali casu liceat dominis baptizare filios Infidelium, non separando illos à patribus? Ex parte 7. tractatu 7. Resolutione 69. aliàs 68.

§. 1.

§. 1. Esse hoc illicitum,& cõtra Religionem docet Suarez *in 3.par.disp 25.sect.5.* Sed Vasquez *disp. 155.* censet per se loquendo non esse illicitum, & quidem non esse contra iustitiam facilè potest ex dictis colligi; cùm enim dominus habeat potestatem suum mancipium gubernandi, nullam patenti infert iniuriam Baptismum illo inuito procurando; non peccat etiam per se contra reuerentiam Baptismo debitam, quia potest diligenter curare ne proles seducatur à parente, cùm accesserit vsus rationis, vel prolem, vel parentem vendendo, vel aliter occurrendo malo impendenti. Quòd si aliquis in particulari non possit sufficienter periculis occurrere, nullo modo debet prolem baptizare inuito parente infideli.

RESOL. XC.

An in casibus, in quibus licitum est baptizare filios Infidelium, teneantur domini hoc facere sub onere peccati mortalis? Ex parte 3. tractatu 4. Resolutione 1.

Quæ hic, est supra Ref. 87.

§. 1. Satis probatum est *in resolut. 45. tract. 1. miscellanei*, posse dominos inuitis parẽtibus baptizare filios infidelium, quæritur modò, an domini in tali casu teneantur, sub onere peccati mortalis, illos baptizare. Affirmatiuè respondent Vasquez *in 3. part. tom. 3. disput. 155. cap. 7.* Turrianus *in 2.2. tom. 1. disput. 54. dub. 2.* & ego *vbi supra*; & hoc ratione charitatis.

Sup. hac obligatione in Ref. seq. & cursim in fin. § Tertia. Ref. non prætérit.

2. Non reticeam tamen contrarium docere doctissimum Lorcam *in 2.2. quæst. 10. art. 12. disput. 37. n. 22.* vbi sic asserit: Est dubium, vtrùm in omnibus casibus, in quibus concessimus filios infidelium baptizari posse, non solùm liceat, sed etiam subsit obligatio baptizandi; videtur enim subesse obligationem: quia in his, in quibus prodesse possumus saluti spirituali proximi, tenemur prodesse lege charitatis, præsertim in re tanti momenti, qualis est susceptio Baptismi, & iis qui adcò indigent, vt sunt infidelium filij. Respondeo, in tribus casibus concessimus posse pueros infidelium baptizari. Primus est in articulo mortis. Secundus, si inueniantur separati à parentibus. Tertius, si filius serui separatur hac intentione. In primo casu videri potest subesse obligationem baptizandi propter extremam pueri necessitatem; probabilius tamen censeo non esse, neque aliquis hanc obligationem adstruit, quia totum negotium salutis pueri ante vsum rationis commissum est parentibus, & ideò nullus alius tenetur de eius salute sollicitus esse, neque puer extremè indiget, quamdiu per parentes illi prouideri potest; & baptizare puerum infidelis occultè, aut cum dissensu patris, extraordinarium medium est, & extraordinaria diligentia: ea verò, quæ extraordinaria sunt, potius sunt supererogationis, quàm debiti. In secundo casu solùm potest esse dubium, an puerũ semel abstractum à parẽtibus liceat iterum parentibus reddere sine Baptismo; nam si perpetuò permãsurus est apud Christianos, neque est copia reducẽdi illũ ad proprios, non dubito, debitum esse eum baptizare. Et quidem si puer à parentibus iniustè abstractus fuit, & potest illis restitui, debitum est restituere, quia iniuria illa semper (dum potest) resarcienda est, & ideò tantum abest, vt necessarium sit puerum baptizare, vt potius existimem non licere: si autem iustè à parentibus abstractus est, puta quia fuit in bello captus, aut emptus, probabilius censeo posse iterum parentibus restitui sine Baptismo, quia ea quæ ad salutem spiritualem pueri pertinent, semper remitti possunt parentibus, quibus ex natura rei incumbit, quamuis præuideatur eorum negligentia, aut malitia, neque obligat alium hæc cura ipsis valentibus, neque magis tenetur dominus retinere puerum, vt baptizetur, quàm adultum. In tertio casu dicendum est, non teneri dominos ad illam extraordinariam diligentiam alienandi seruos, vt baptizentur, satis est si conseruando eos in propria potestate, inducant parentes benigna persuasione ad suam, & filiorum conuersationem. Hæc omnia Lorca, *vbi suprà*, sed an probabiliter iudicent viri docti; nam aliqui, doctrinam eius in primo casu ab ipso positam, falsam esse existimant.

Sup. hoc primo casu, supra in Ref. 56 & ex Ref. 88 §. Excipe.

RESOL. XCI.

An domini, qui possunt proles suorum mancipiorum, illis inuitis, baptizare, ad id teneantur? Ex part. 7. tract. 70. alias 69.

§. 1. Negatiuè respondet Suarez *in 3. part. disp. 25. sect. 6.* Sed affirmatiuæ sententiæ adhæret Vasquez *disp. 155. cap. 7.* quæ sententia per se loquendo videtur probabilior; quia supposito iure Domini quod præbet facultatem procurandi Baptismum paruulo, charitas videtur obligare, vt res adeo necessaria illi procuretur, nec verum est hanc obligationem ad solos parentes spectare, nam potest spectare etiam ad alios respectu quorum paruulus est in graui necessitate; ergo etiam ad Dominos, qui si reddant paruulum parentibus, vel vendant aliis Ethnicis, de æterna salute periclitabitur, de qua bene separari poterit si procuretur ei Baptismus, & inter Christianos educetur. Argumenta Suarez non tam videntur probare Dominum non teneri procurare Baptismum, quando potest licitè, quàm non posse procurare sine peccato in circumstantiis ab eo positis, vt facilè patebit ea consideranti.

Sup. hoc supra in Ref. 90. & cursim in Ref. 87. in fine §. Tertia.

RESOL. XCII.

An filij Infidelium post septennium, si sit dubium, sint, necne rationis compotes, sint inuitis parentibus baptizandi? Ex part. 7. tractatu 11. & Misc. 2. Resol. 40.

§. 1. Negatiuè respondet Azorius *part. 1. libro 8. capit. 25. quæstione 11.* vbi sic ait: An filij infidelium statim atque sint rationis compotes possint iure baptismate ablui, si id petierint etiam si annos pubertatis non excesserint, & licèt renuant eorum parentes. Respondeo, posse quia sunt facti sui iuris in iis, quæ ad suam salutem spiritualem spectant, D. Thom. *part. 3. quæst. 68. articul. 10.* Tab. *verbo Baptismus. 7. quæst. 10.* Quæres; an iure queant Baptismo donari, si dubitemus sint necne rationis compotes cum petunt Baptismum. Respondeo, in dubio meliorem esse conditionem possidentis vnde inuitis parentibus qui possident, non sunt Baptismo abluendi.

2. Ioannes Antonius Nouarius *in summa Bullarum parte 2. titulo de Baptismo, numero sexto, & septimo*, affirmatiuam sententiam docet; putat tamen hanc sententiam intelligendam esse cum grano salis,

salis, nempe quod in tali materia debeat versari Iudicis arbitrium, in animaduertendo si puer huius ætatis septem annorum sit viuacis ingenij, & malitiosus, vt intelligat quid petat, vel si sit obtusus, ita vt quid petat ignoret; quamuis si coniecturæ essent ambiguæ, tunc mihi suaderem esse faciendam interpretationem in fauorem fidei, & sic pro Baptismo. Ita Nouarius.

RESOL. XCIII.

An cognatio spiritualis contrahatur in Baptismo à Patrinis, si non fuerunt designati etiam à Parocho, sed tantum à parentibus vel tutoribus baptizandi?

Ex quo alia dicuntur in textu huius Resolutionis circa prædictum casum. Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Res. 50.

§. 1. SVfficere tantùm, vt sint designati ad munus patrini à parentibus baptizandi, & non simul à Parocho, docet Sanchez *libro 7. disp. 57. numero 15.* & alij.

2. Sed Texeda *in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 2. contr. 22. num. 25.* putat hanc sententiam verbis Concil. Trident. *sess. 24 de reform. matrim. cap. 2.* contrariari: nam ibi dicitur sic: *Eos, qui à parentibus baptizandi designati sunt, vt officium patrini exerceant, debere etiam à Paroche admitti.* Ex quibus verbis sic deducit argumentum contra hos Authores: Quoties in iure petitur aliquid, tanquàm forma ad valorem actus, illud ad vnguem obseruandum est: sed ad exercendum munus patrini in Concilio Tridentino exigitur, tanquàm forma, vt ij, qui debent esse patrini, designentur à parentibus baptizandi, & quòd etiam admittantur à Parocho, vt receptores baptizati: ergo vtrumque requiritur, & vnum sine alio non sufficit. Confirmatur: quia eodem modo loquitur Concilium de necessitate consignandi patrinos à parentibus baptizati, ac admittendi eos à Parocho.

3. Verùm nouissimè Castrus Palaus *tom. 4 tract. 19. disp. vnica. punct. 11. §. 2. n. 9.* putat, neque designationem parentum, seu tutorem baptizati necessariam esse, vt verus patrinus sis, verámque cognationem spiritualem contrahas, & in primis necessaria non est, quando vnus tantùm assumitur, qui tamen à parentibus baptizati designatus non sit. Contingere enim potest, parentes baptizandi Petrum in patrinum designare; Parochum verò, eo illegitimè repulso, te in patrinum admittere: tunc eo casu verus patrinus es, verámque cognationem spiritualem contrahis; vt rectè docuit Ludouicus Vega *2. par. cas. conf. casu 4. vers. Alterum.* Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 11. num. 3.* Quia nullus est textus eam susceptionem irritam reddens: neque credendum est, Ecclesiam velle eo casu Baptismum sine fideiussore celebrari. Deinde, si nullus est à parentibus, vel Parocho designatus, vel ex malitia, vel ex ignorantia; tu verò munus susceptoris obeas; quis negare poterit, te verum esse patrinum? siquidem intentioni Ecclesiæ te conformas. Neque præsumi potest, voluisse Concilium Baptismum solemniter celebrari sine patrino. Ob quam causam existimo, cùm nullus est à parentibus designatus, & plures simul baptizatum suscipiunt; omnes patrinos esse, verámque cognationem spiritualem contrahere; quia ex duobus malis minus est eligendum. Etenim, cùm eo casu vnum de duobus debeat contingere, vel Baptismum solemnem celebratum esse absque patrino, vel omnes suscipientes patrinos esse; fatendum est, Ecclesiam velle hoc secundum, ne Baptismus solemnis contra consuetudinem à tempore Apostolorum probatam de patrino adhibendo celebretur, præcipuè cùm hæc sententio conformis sit antiquis sacrorum Canonum institutis, cap. *Non plures, de consecr. dist. 4* & c. fin. *de cogn. spirit. in 6* à quorum decisione recedendum non est, nisi nouis statutis derogatum sit, l. *Præcipimus. C. appellationib.* Sed nouo Trident. Decreto derogatum non est quoad hanc partem, Textus in cap. fin. *de cognat. spirit.* Si quidem Concilium solùm à patrini munere, cognationisque spiritualis impedimento exclusit eos, qui vltra designatos baptizatum tetigerint; supponens manifestè, designatos tangere, & veram cognationem spiritualem contrahere. De illis verò; qui baptizatum tangerent, nullis designatis tangentibus, Concilium nihil expressit. Ergo de illis iudicium est ferendum iuxta antiquorum Canonum instituta, ac proinde affirmandum veros patrinos esse, verámque spiritualem cognationem contrahere. Hæc omnia Palaus, qui citat Coninch, Rebellium, Poncium, Layman, & alios.

4. Verùm ego cum Martino Perez *de matrim. disp. 29. sect. 5. n. 5.* & communi sententia Doctorum dicendum puto, designationem patrinorum spectare ad parentes, vel ad illos, quibus incumbit cura baptizandi. Sic innuitur in Trident. & ita habet vsus, & praxis Ecclesiarum. In horum verò defectum pertinet ad baptizantem: quia ei incumbit, vt legitimè Baptismus celebretur; quod non fieret absque patrino. Vnde fit, vt si parentes ritè vnum, vel duos designassent, non possent isti validè à Parocho reiici, vel alios designare: si enim id faceret, irritè faceret, nec ipsi fierent cognati. Si verò parentes nullum designare vellent, spectaret ad Parochum; vel si non ritè designarent, vt si designarent Hæreticos, non baptizatos, vel alios inutiles. Et ita puto contra sententiam Texedæ.

5. Contra verò opinionem Castri Palai, & aliorum vide Suarez *in 3. par. tom. 3. q. 67. art.* 8. Mœratium *tr. de matrim. disp. 9. sect. 9. n.* 8. & Perez *vbi suprà, n.* 9. asserentes, quòd si nulli patrini designati sunt, omnes tangentes non contrahere cognationem spiritualem: quia concilium simpliciter voluit, vt non possent esse plures susceptores, quàm duo, nempe vir, & fœmina; & adhuc voluit, vt qui futurus esset susceptor, esset specialiter designatus, & ad id munus admissus; & ideò designatus non est, nec ad id officium admissus, iam non est susceptor, & consequenter nec contrahit impedimentum: alioqui non euitarentur incommoda, quæ Tridentinum euitare intendit, si possent esse susceptores non designati ad hoc munus, vel plures quàm designati. Firmo hoc idem: nam Decretum Tridentini irritat cognationem inter patrinos non designatos, cùm illam restringat ad pauciores personas: ergo petit designationem, tanquàm formam, qua non seruata corruat cognatio. Patet consequentia: quia Decretum irritans semper inducit nouam actus formam.

RESOL. XCIV.

Aliqua curiosa circa Patrinum Baptismi notantur?

Primò, quod vxor simul cum marito filium alterius in Baptismo suscipiens, nulla authoritate reperitur prohibitum.

Secundò, quod duo viri etiam soli, aut duæ mulieres etiam solæ, non possunt esse susceptores in Baptismo: ex quo colligitur Parochum contra

contra hoc ex Decreto Concilij facientem peccare mortaliter.

Tertiò, quod Hæreticus possit in patrinum admitti, cùm Catholicus commodè reperiri non possit.

Quartò, quod quando baptizatur filius parentum infidelium, Minister baptizans, & tenens contrahit cognationem spiritualem cum his parentibus non baptizatis. Ex parte 9. tractatu 7. & Misc. 2. Ref. 51.

Sup. hoc magis latè infrà ex Ref. 101. §. Quæro secundò, & seq.

§. 1. VXorem simul cum marito filium alterius in Baptismate suscipere, nulla authoritate reperitur prolnbitum, vt dicitur in can. *Quod autem.30.qu.4.* subditur tamen ibi: *Sed dignum esse decernimus, vt vtrique insimul ad hoc aspirare minimè præsumant.* Quod præterea quidam veniale peccatum esse existimant. Alij nullum peccatum esse dicunt, sed solùm minùs decens.

Sup. hoc infrà, lege doctrinam § 1. Ref. 96.

2. Notandum est etiam, quod statuit Concilium Tridentinum *sess.24 c.2.de reform. matrim.* vt vnus tantùm, siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna baptizatum de Baptismo suscipiant, &c. Si Parochi culpa, vel negligentia secùs factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniatur. Ex quo rectè colligunt aliqui, duos viros etiam solos, aut duas mulieres, etiam solas, non posse esse susceptores. Alij colligunt, Parochum contra hoc Decretum facientem peccare mortaliter, Nonnulli tamen solùm venialiter peccare existimant. Et omnia obseruat hæc etiam Serra *in 3.par. D.Thom.q.67. art.7.* & Perez *de matrim. disp.19.sect.5.n.3.& 4.*

Sup. hoc in fine §. not. præteritæ.

3. Nota secundò, Hæreticum posse in patrinum admitti, cùm Catholicus commodè reperiri non potest. Docet Layman *lib.5.tr.2.c.9.q.3.in fin.* Sed hæc opinio admittitur à Castro Palao *to.4 tr.19.disp.vn. punct.11.§.1 n.9.* [Si Sacerdos timet probabiliter, parentes baptizati grauiter esse offendendos ob patrini hæretici repulsam, vel timet delaturos esse filium ministro Hæretico baptizandum: quia eo casu Sacerdos minus malum permittit, vt grauiora euitet. Verùm si absque graui offensione parentum potest Sacerdos Catholicus Baptismum expulso patrino hæretico ministrare, nollo tamen adhibito patrino: quia Catholicum adhibere non potest; crederem potiùs debere ministrare Baptismum absque patrino, quàm Patrinum hæreticum admittere.] Ita Palaus, quod rationibus confirmat.

Quod hoc lege doctrinam §. Et post Ref. seq & lege eam per totã, & si placet. Vide etiam Ref. eius annotationum.

4. Nota tertiò, quando baptizatur filius parentum infidelium, ministrum baptizantem, & tenentem, non contrahere cognationem spiritualem cum iis parentibus oon baptizatis; sed posse liberè ex hac parte inire cum iis matrimonium, si conuertantur ad fidem, & baptizentur, censent Durandus *in 4. dist.42.q.1 n.9* Sotus *q.1.art.3.* Palatius *disp.1.* Bartholomæus Ledesma *de matrim.dub.46.concl.2.not.1.* Petrus Ledesma *quæst.56.art.3.* Sanc. *lib.7.disp.60.* Pontius *lib.7.c.40.* Bonacina *qu.3.punct.5.§.2.n.20.* Rebellius *de oblig. iust. par. 1. lib.2.q.6.* & quidam alij. Quorum fundamentum est: quia cognatio spiritualis est tanquàm mutua relatio: sed infideles ex parte sua non sunt capaces huius cognationis: ergo nec etiam fideles, qui fuerunt ministri in Baptismo, contrahunt hanc cognationem cum infidelibus parentibus filij baptizati. Alij verò putant, supradictos suo modo cognationem spiritualem contrahere, ita, scilicet, vt non possint validè matrimonium cum iis inire, si conuertantur, & baptizẽtur. Ita sentiunt D.Antoninus *in 3. p.tit.1.c.15.§.3.* Orbellius *in 4. dist. 42. q. 1.§.5.* Coninch. *hac 3. part.tom.2. disp.32. dubio 2. n. 27.* Syluester *in Summ. verbo, matrimonium, 8. quæst. 7. conclus. 12.* cum aliis.

5. Nec obstat incapacitas ex parte ipsorum infidelium. Tum, quia in tali casu cognatio noo esset mutua eodem modo ex parte vtriusque extremi, sed esset veluti subiectiuè in personis fidelibus, & tantùm terminatiuè ex parte infidelium. Tum, quia esset, & euaderet mutua pro eo tempore & statu, quo infideles ipsi venirent ad fidem, & baptismum. Quod est dicere, lege Ecclesiasticâ impediri fideles ad incundum matrimonium cum parentibus filij baptizati; & subdendos esse etiam huic impedimento ipsos parentes, quando venient ad fidem. Et ideò vtraque opinio videtur mihi probabilis.

RESOL. XCV.

An non baptizatus possit esse patrinus in Baptismo, & cognationem contrahat?

Idem est in Confirmatione.

Et an recipiens postea Fidem, & Baptismum possit validè coniugari cum persona baptizata, aut cum parentibus eius?

Idem est dicendum in hoc vltimo casu, si persona infidelis baptizaret infantem.

Et quid de Catechumeno, Hæretico, & de aliis diuersis personis baptizantibus, vel rebaptizantibus, aut suscipientibus baptizatum? Ex part.10.tract.16.& Misc. 6. Ref. 89.

Sup hoc cursim infrà in tr.2. Ref. 21. ex doctrina §. 2. ad fin. 5. vers. Sed in Baptismo. & ex Ref.21. §.2. ante medium. vers. In Baptismate. Et pro Confirmatione in hoc casu latè in Ref. 2 huius annotat. & in aliis eius annotat. primæ.

§.1. AFfirmatiuè respondet P. Auersa *in 3. D. Thomæ, quæst. 67. sect. 1. conclus. 5.* qui adducit Archidiaconum, Toletum, Paludanum, & alios; ita vt recipiens postea Fidem & Baptismum, non possit validè coniugari cum persona baptizata, aut cum parentibus eius. Et ratio est, quia optimè poterat Ecclesia statuere tale vinculum, seu matrimonij impedimentum inter vnam personam fidelem, & alteram infidelem, si & quando veniat ad fidem: & in hoc genere ita videtur statuisse hoc impedimentum cognationis absque distinctione & exceptione. Quare si potuit statuere, ac de facto statuit, quando Minister in Baptismo est fidelis, in ordine ad alias personas infideles: ita pariter dici potest, quandu Minister ipse est infidelis in ordine ad personas fideles. Et sanè in hoc etiam apparet talis decentia, vt vir infidelis, qui baptizauit puellam, si postea conuertatur, non posset eam ducere in vxorem, & ita nec matrem eius, & sic in quocumque huiusmodi casu. In qua re babemus exemplum in aliis quoque impedimentis matrimonij. Vbi crimen adulterij, & machinationis cum promissione futuri matrimonij inter vnam personam infidelem, & alteram fidelem, pariter inducit impedimentum matrimonij, sicut inter duas personas fideles, *ex capite 1. de conuersione infidelium*: Et consanguinitas, atque affinitas non solum ex copula, sed etiam illicita, & publica honestas, siue ex matrimonio rato, siue ex sponsalibus, non solùm inter vnam personam infidelem, & alteram fidelem, sed etiam inter ambas infideles, valet adhuc inducere tale impedimentum ex iure ipso Ecclesiastico, vt si conuertantur ad fidem, non possint inter se coniugari, sicut non possunt aliæ personæ fideles cum his impedimentis. Et crimen etiam machinationis, vel adulterij inter ipsas personas infideles, videtur impedire inter illas matrimonium, si conuertantur ad fidem. Quare sic tandem, etiam si vnus infidelis sit Minister

ster in Baptismo filij aliorum pariter infidelium; si postea omnes conuertantur, adhuc dici potest inter eos adesse impedimentum, ne ad inuicem coniugari valeant.

2. Verùm his non obstantibus sententiæ docti, & amicissimi viri non adhæreo, sed negatiuam teneo cum Pontio, Filliucio, Henriquez, Candido, Ledesma, Nauarro, & aliis, quos citat & sequitur Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 7. quæst. 13. & 14.* quibus ego addo Coninch. *in 3. part. q. 72. artic. 10* Reginaldum *tom. 2. lib. 32. num. 157.* Sanchez *de matrimon. lib. 7. disput 60. num. 7.* Rebellum *part. 2. lib. 3. quæst. 6. num. 6.* Martinum Perez *de matrim. disp. 29. sect. 2. num....* Castrum Palaum *tom. 4. tract. 19. punct. 11. §. 1. num. 4.* Estium *in 4. sent. dist. 6. §. 3.* Ledesmam *de matrimon. quæst. 56. artic. 1.* Emanuelem Sà *verb. matrimonium, vbi de impediment. diriment. num. 5.* Valentiam *tom. 4. disput. 4. quæst. 2. punct. 3.* Palacium *in 4. dist. 7. disput. 3.* & alios penes ipsos.

3. Probatur hæc opinio; nam cognatio spiritualis non est de iure diuino naturali, neque de iure naturali positiuo, sed tantum de iure Ecclesiastico, vnde eius obligatio eos tantum constringit, qui Ecclesiæ legibus subiiciuntur; sed infideles legibus Ecclesiæ minimè sunt subiecti: ergo cognationem spiritualem contrahere non possunt. Secundò ex cognatione carnali, ad cognationem spiritualem possumus similitudinem trahere, sicut enim ex vita carnali, cognatio carnalis; ita ex vita spirituali cognatio spiritualis exoritur; & quemadmodum non habens vitam carnalem, alteri eam dare non potest; sic non habens vitam spiritualem, eam alteri tribuere nequit. Manifestum est autem, infidelem non habere vitam spiritualem, per quam in gratia Christi viuit; ergo eam dare non potest, & per consequens spirituales non generat; ex quo cognatio spiritualis oriri potest. Ergo, &c. Quod si contingat, infidelem aliquando filium fidelis baptizare, equidem Baptismum ab ipso collatum, esse validum, & ratum minimè negamus; sed non per hoc habendus est tanquam Pater spiritualis baptizati: sed tanquam instrumentum necessitatis, quo sancta, & pia mater Ecclesia vtitur in casu extremæ necessitatis; quando dignior minister haberi non potest; quod non sine magno pietatis affectu consuluit; ne videlicet infantes filij Christianorum absque Baptismi Sacramento decederent, ac proinde Regni cœlestis hæreditatem amittent. Tertiò ex cognatione spirituali obligatio exoritur, per quam patrinus baptizatum instruere tenetur: quemadmodum colligitur ex Concilio Tridentino, *sess. 24. cons. 2. de reformat. & ex cap. in Catechismo, & seqq. de consecr. dist. 4.* & nos *in cap. 1. lib. 5. ver. præcipuum autem munus,* sufficienter probauimus. Sed quomodo infidelis poterit baptizatum opportuno tempore de rebus fidei Christianæ instituere, cum hæc ipse penitus ignoret? Dicendum est ergo, quemlibet infidelem huius cognationis spiritualis esse omnino incapacem.

4. Et post hæc scripta, præter Doctores citatos, inueni, nominatim contra P. Auersam, nostram sententiam docere etiam P. Lugo *de Sacram. lib. 2. cap. 7. quæst. 7. num. 52.* Vnde ex his colligo primò, Infidelem, siue baptizet, siue susceptor sit in Baptismo, aut Confirmatione, nullo modo hanc cognationem contrahere, quia, vt dixi, illius incapax est. Colligo secundò, Hæreticum baptizantem, vel personam in Baptismo, aut Confirmatione suscipientem, contrahere hanc cognationem; quia charactere Baptismi insignitus est, atque ideò capax est cognationis spiritualis, & legibus Ecclesiæ subiicitur. Colligo tertiò, Catechumenum esse incapacem prædictæ cognationis, sicut nec Sacramentorum esse capacem; quia non procedit ab eodem stipite, nempe Christo, per spiritualem regenerationem, mediante visibili Sacramento Baptismi. Colligo quartò, si Christianus vna cum infideli suscipiat puerum, vel alter suscipiat, altero baptizante, non contrahi cognationem cum infideli, vtpore qui illius expers est: bene tamen cum Christiano; quia vtile non vitiatur per inutile, quando commodè separari possunt, *reg. vtile, de regul. iur. in 6.* Colligo quintò, Infidelem baptizantem, vel suscipientem, non contracturum cognationem ex eo actu tempore infidelitatis, quamuis postea baptizetur dictus infidelis. Ratio est, quia quod à principio nullum fuit, conualescere nequit. Quare ille infidelis postea baptizatus, poterit matrimonia contrahere cum persona à se baptizata, vel suscepta, & cum eius matre; quia cum neutra contraxit cognationem spiritualem, tanquam illius incapax. Colligo vltimò, esse capacem spiritualis cognationis adultum, qui Baptismum re suscepit, tametsi ob indispositionem suam sanctificantis gratiæ spiritualem vitam non acceperit; quia vtrum eam acceperit, necne; certò Ecclesiæ constare non posset, constat autem certò, quod baptismum re susceperit, sicque proinde regeneratus à Christo spiritualiter. Et etiam ex dictis colligi potest, cognationem spiritualem compaternitatis non conualescere, nec oriri cum parentibus illis infidelibus, licèt postea illi baptizentur. Quia quod à principio irritum fuit, conualescere nequit, *reg. non firmatur, de regulis iuris in 6. & reg. quod ab initio, ff. de regul. iur.* Deinde potest etiam colligi inter infidelem sic baptizantem, vel suscipientem, & parentes illos infideles, etiamsi postea baptizentur, posse consistere matrimonium. Quia nulla inter eos spiritualis cognatio est suborta. Non verò poterit iste fidelis matrimonium inire cum persona à se baptizata, vel suscepta. Quia cum illa verè contraxit cognationem spiritualem. In quo differt ab illo alio casu, in quo baptizans, vel suscipiens est infidelis, iste enim nequit contrahere vllam cognationem spiritualem, cum sit illius incapax, quia est infidelis; at in hoc casu baptizans, vel suscipiens est infidelis.

Sup. hoc pro Baptismo in Resol. præterita, §. Nota tertio. & pro Confirmatione infra in tr. 2 Resol. 22. & in 2 iis eius primæ annot.

RESOL. XCVI.

Possintnè in Baptismo assumi in Patrinos duo viri, vnus vt interueniat nomine proprio, alter Procuratorio nomine mulieris?

Et supponitur, quod numerus Patrini in Baptismo designatus, & quoad summum ex Concilio Trid. debent esse duo, vir, & fœmina.

Et an supra id Episcopus dispensare possit?

Et an quilibet puer in quacumque ætate, dummodo sit capax rationis ad mortale peccatum committendum, possit obire munus Patrini?

Et notatur, quod, quando quis suscipit aliquem in Baptismo per Procuratorem, neque ipse, neque Procurator contrahunt cognationem spiritualem.

Idem est, quando quis mittit Nuncium, aut Procuratorem, vt in nomine suo alium baptizet, aut confirmet.

Et an munus Patrini, & impedimentum ex eo proueniens ſolum in Baptiſmo ſolemni locum habeat, tametſi ſuſceptor in Baptiſmo priuato vellet munus Patrini exercere?

Et curſim docetur, quod baptizans priuatim ſpiritualem cognationem contrahit cum baptizato eiuſque patre, & matre.

Et quid, ſi laïcus baptizat in neceſſitate? Ex part. 10. tract. 16. & Miſc. 6. Reſ. 30. aliàs 29.

Sup. hoc, quod hic ſupponitur, curſim ſuprà in Reſ. 94 §. 2.

§. 1. SVppono quod de numero ſuſceptorum in Baptiſmo extat deciſio Higinij Papæ, *cap. in Catechiſmo*: & Leonis primi, *cap. non plures, de conſec. diſtinct.* 4. ne plures quam vnus ſuſceptor ſit. Idipſum confirmauit Metenſe Concilium ſub Stephano IV. *can.* 3. dicens; Infantem nequaquam duo, vel plures, ſed vnus à fonte Baptiſmaris ſuſcipiat, quia in huiuſmodi ſecta diabolo datur locus, & tanti miniſterij reuerentia vileſcit. Nam vnus Deus, vnum Baptiſma, vnus qui à fonte ſuſcipit debet eſſe pater, vel mater infantis. Poſtea ſucceſſu temporis plures adhibiti fuerunt, vt colligitur ex cap. *q. amuis, de cognat. ſpirituali in* 6. Sed Concilium Moguntinum ſub Paulo III. & nouiſſimè Tridentinum, *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. iuxta priſtina inſtituta ſtatuerunt, vt vnus tantùm ſiue vir, ſiue fœmina deſignetur, & ad ſummum duo, vir, & fæmina, qui baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant. Hoc ſuppoſito, ad dubium propoſitum affirmatiuè reſpondet Farinacius *in deciſ. part. 4. in declaratione ſeſſ. 24. Concilij* per hæc verba: Procurator non contrahit cognationem ſpiritualem ſibi, ſed mandanti. Hinc eſt, quod vnus qui ſit vir, & alter qui ſit procurator mulieris baptizatum de Sacro fonte ſuſcipere poſſunt, ſed non duo viri, vel duæ mulieres, vnuſquiſque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri. Sic ille. Idem docet Naldus *in Summa, verb. Cognatio. num.* 6. vbi ſic aſſerit: Cognatio ſpiritualis contrahitur, quamuis vnus vir nomine alterius viri, & alter vir nomine mulieris teneant baptizatum, vel confirmatum, non tamen duo viri nomine ſuo, vel duæ mulieres nomine itidem ſuo tenere poſſunt. Sic Naldus.

Sup. hoc in Reſ. & §. not. præteritæ ad medium.

2. Sed fallitur noſter bonus ſenex, nam contrarium firmatur in Rituali Romano edito iuſſu, & approbatione Pauli V. *titul. de Patrinis. §. penult.* Et ita in terminis docet Ioannes Præpoſitus *in 3. part. D. Thomæ, quæſt. 68. art. 3. dub. 1. n. 3.* & Antonius Fernandez de Moure *in exam. Theol. mor. part. 3. articul. 2. §. 9. num. 2.* vbi ſic ait: Poſſunt ne aſſumi duo viri, vt vnus vicem ſuppleat mulieris? Reſpond. minimè. Notat Tolet. *lib. 2. capit. 23. num.* 4. Explicuit Congregatio Cardinal. *num.* 490. Suadet ratio. Quoniam Baptiſmus eſt generatio quædam ſpiritualis, & ideò debet conformari generationi naturali; atqui ad generationem naturalem requiritur mas, & fœmina; ergo ad generationem ſpiritualem, vir & mulier. Neque in hoc Epiſcopus diſpenſare poteſt. Quia non eſt ſupra Concilium, oppoſitum decernens. Ita ille.

3. Notandum eſt hìc obiter contra Abbatem, Ancharanum, Lopez, Poſſeuinum, & alios, quod quilibet puer in quacumque ætate, dummodo ſit capax rationis ad peccatum mortale committendum, poſſit obire munus Patrini. Primò, quia nullo iure determinatur ætas ad huiuſmodi munus exequendum. Secundò, quia licèt puer, vſque ad 14. annum nequeat eſſe pater naturalis, benè tamen poteſt eſſe pater ſpiritualis, ante dictam ætatem, dummodo habeat vſum rationis ſufficientem ad exercendam illam ſuſceptionem cum legitima intentione faciendi quod alij Patrini faciunt. Vide Sanchez *de Matrimon. lib. 3. diſput. 61. num. 3. & 4.* Baſilium Pontium *lib. 3. capit. 37. num. 5.* Ochagauiam *tract. 3. de matrim. q. 57. num. 2.* & alios.

4. Nota etiam, me olim docuiſſe tanquam probabile, quod quando quis ſuſcipit aliquem in Baptiſmo per procuratorem, quod neque ipſe, neque procurator contrahunt cognationem ſpiritualem; hæc ſententia viſa eſt cuidam Miniſtro huius Curiæ Romanæ nimis laxa, ſed ſi eſt probabilis, nihil officit, quod ſit laxa. Et ideò illam, præter Sanchez, Filliucium Reginaldum, Villalobos, & Vegam, quos, me etiam citato adducit, & ſequitur Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 2. diſp. 7. q. 22.* tenet nouiſſimè, me citato, præſtantiſſimus Theologus Societatis Ieſu Pater Dicaſtillo *de Sacram. tom. 1. tractat. 2. diſp. 2. dub. 5. num. 56.* Et hanc ſententiam latè, & ſolidè probat etiam Corneio Carmelita Profeſſor inclytæ Salmanticenſis Academiæ *in 3. part. D. Thomæ, tract. 6. de impediment. matrim. diſput. 7. dub. 16. quæſt. 1.* qui reſpondet ad omnia argumenta, quæ in contrarium adducit nouiſſimè Caſtrus Palaus *tom. 4. tractat. 19. punct. 11. §. 2. num. 15. cum ſeq.* Et ratio eſt, quia iura quibus huiuſmodi cognatio inducitur exigere videntur actionem perſonalem ipſius patrini, ergo non ſufficit actio ipſius procuratoris, præſertim, cum ea, quæ odioſa ſunt, in impedimenta dirimentia induci non debeant, niſi vbi ius eſt expreſſum. Confirmatur, quia ad cognationem naturalem requiritur actio perſonalis parentum: ergo etiam ad ſpiritualem; patet conſequentia, quia iſtæ duæ cognationes, & paternitates parificantur, *cap. debitum, de Baptiſmo.* Confirmatur ſecundò, quia cognatio legalis non acquiritur adoptando per procuratorem, *leg. poſt mortem, licèt nec adoptare, ff. de adoptionibus.* Ergo nec ſpiritualis; patet conſequentia, quia cognatio ſpiritualis imitatur naturalem, & legalem. Confirmatur tertiò, quia qui mittit nuncium, aut procuratorem, vt nomine ſuo alium baptizet, vel confirmet, non contrahit cum eo cognationem ſpiritualem, vt omnes admittunt; ergo nec qui mittit nuncium vt procuratorem, aut nomine ſuo officium patrini exercet; patet conſequentia ex paritate rationis. Nec obſtat dicere, quod verè cenſeatur faciens qui per nuncium, aut epiſtolam facit, *leg. licèt, ff. de conſtituenda pecunia, & ex reg.* 68. poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum, *de regulis iuris in* 6. Ergo hæc actio patrini poteſt per nuncium exerceri, & idem dicendum videtur de procuratore, cum ad omnia negotia procurator conſtitui poſſit, *l. 1. ff. de procurat.* Reſpondetur, nego conſequentiam, neque illæ leges probant oppoſitum, quia procedunt in actionibus, quæ ſolum conſenſu perficiuntur, & non ſunt perſonales, ad cognationem autem ſpiritualem contrahendam actio perſonalis neceſſaria eſt, & hæc eſt ratio propter quam poſſet etiam contrahi matrimonium per procuratorem, & non ſpiritualis cognatio. Cæteras rationes, & reſponſiones ad argumenta contraria videbis apud Cornejum *vbi ſuprà.* His tamen non obſtantibus, ſententiam aduerſariorum puto probabiliſſimam eſſe, id quod contendo eſt, noſtram ſententiam ſua non carere probabilitate.

Docuit infrà in Reſ. 99.

5. Notandum eſt hìc obiter, quod munus Patrini, & impedimentum ex eo proueniens, ſolùm in Baptiſmo ſolemni locum habet, quod verum eſt,

Sup. contento in hoc, & §§. ſeqq. in ſtibus Reſ. ſeqq.

vt

in prima in §. Difficultas, in ſecūda à medio §. 1. verſ. Verum, in tertia in fine §. Notandum. & ſeq.

vt notat Hurtadus, *de matrim. diſp.* 18. *diffic.* 6. & alij, tametſi ſuſceptor in Baptiſmo priuato vellet munus Patrini exercere, quia adhuc non exercebit illud, qualiter ab Eccleſia præſcribitur, ad cognationem ſpiritualem contrahendam. Nec obſtat dicere, quod iura ſtatuentia impedimentum cognationis ſpiritualis, æquè de Baptiſmo ſolemni, ac priuato loquuntur, vt conſtat ex *cap. 1. & fin. de cognat. ſpirituali in 6.*

6. Etenim baptizatus priuatim æquè indiget inſtructore, ac baptizatus ſolemniter. Deinde baptizans priuatim ſpiritualem cognationem contrahit cum baptizato, eiúſque patre, & matre: ergo ſimiliter contrahere poterit ſuſceptor in eo Baptiſmo. Ob has rationes hanc ſententiam defendunt Nauarrus *Summ. capit.* 23. *num.* 40. Ægid. de Coninch. *diſp.* 32. *de matrim. num.* 59. Baſil. Ponce *lib.* 7. *cap.* 40. *num.* 5. Sed hæc non vrgent, vt recedamus à communi ſententia. Nam eſto iura æquè de baptizante ac de ſuſcipiente loquantur, quoad impedimentum cognationis, intelligi debet ſingula ſingulis tribuendo, de baptizante, quoties fuerit Baptiſmus, quia Baptiſmus ſolemnis, & priuatus formaliter, & in ſe ipſis non differunt, ſed in cæremoniis extrinſecis, & accidentibus, ideóque baptizans, ſiue baptizet ſolemniter, ſiue priuatim, cognationem ſpiritualem contrahit. At ſuſceptor ſolemnis, & priuatus formaliter differunt, quia eſſe ſuſceptorem habetur ex Eccleſiæ inſtitutione, quæ de ſuſceptore priuato vix vnquam contingente, mentionem non fecit, ſed ſolùm de ſuſceptore ſolemni, ſeu pro baptiſmo ſolemniter facto.

7. Sed ſi aliquis hic inquirat, an Laïcus in neceſſitate baptizans contrahat cognationem. Reſpondeo affirmatiuè, quia verum Sacramentum confert, nec refert, quod ratione neceſſitatis teneatur miniſtrare, quia etiam Parochus tenetur ratione officij miniſtrare ſolemniter, & nihilominus cognationem contrahit. Sed obiicies parentes, qui in caſu neceſſitatis proprios filios baptizant, non contrahunt cognationem, quæ vſum matrimonij contracti impediat, capit. *ad limina.* 33. *quæſt.* 1. ergo nec Laicus in neceſſitate baptizans contrahat cognationem, quæ futurum matrimonium impediat.

8. Reſpondeo negando conſequentiam, & ratio diſcriminis eſt, quod in parente proprium filium, & vxoris in caſu neceſſitatis baptizante, cognatio ſpiritualis, quæ vſum matrimonij iam contracti impediret, haberet rationem pœnæ, ſi quidem priuaret illum poteſtate petendi debitum, ad quod habet ius in re ratione matrimonij, ideò ſpeciali iure in dict. cap. *ad limina*, excipitur ille caſus, & meritò, quia conſentaneum eſt rationi, vt propter obſeruantiam præcepti non incurratur pœna aliqua, qualis eſſet expoliari proprio iure petendi debitum, at verò cognatio ſpiritualis ante matrimonium contracta, non habet rationem pœnæ, ſed potius pertinet ad quoddam concordiæ, & vnitatis vinculum inter homines ratione cuius Eccleſia prohibuit matrimonium inter illos, vt charitas inter alios dilataretur, & ita poteſt optimè contrahi hæc cognatio, propter exercitium actus præcepti, ſicut & contrahitur irregularitas à Iudice, qui latronem ſuſpendit, quamuis ad id ex officio teneatur, quia huiuſmodi irregularitas, non inducitur in pœnam delicti, ſed propter alias cauſas.

RESOL. XCVII.

An in priuato Baptiſmo tempore neceſſitatis, ſit adhibendus Patrinus, & an contrahat cognationem ſpiritualem?

Et quid, ſi quis teneat talem infantem in dicto caſu ex propoſito, vt Patrini munus obeat, an contrahat cognationem ſpiritualem?

Et an improbanda ſit conſuetudo, ſecundum quam quibuſdam in locis Catholici Patrini exiſtunt filij Hæreticorum, baptizante illos Miniſtro hæretico in forma Sanctæ Trinitatis? Ex part. 3. tract. 4. Reſol. 18.

§. 1. QVoad primum affirmatiuè reſpondent Melchior, Zambranus *de caſ. occur. tempore mortis, cap. 1. de Sacrament. Baptiſm. dub.* 18. *num.* 17. quia eſſe patrinum non pertinet tantùm ad ſolemnitatem, ſed requiritur, vt ſit, qui inſtruat baptizatum, & qui adiuuet ad eius ſpiritualem regenerationem; deinde vix fieri poteſt Baptiſmus priuatus, ſaltem in pueris, niſi ſit qui illum teneat, quando abluitur, in Baptiſmo. Ergo credendum eſt, Eccleſiam vniuerſaliter ſenſiſſe, in omni Baptiſmo etiam priuato requiri patrinum. Sup. hoc in principio §. 1. Reſol. 1. not. ſeq.

2. Sed ego puto nullum eſſe Eccleſiæ præceptum, vt in tali Baptiſmo patrinus adhibeatur. Et ita docent Sotus *in 4. diſt. 42. q. 1. art. 1.* Henriquez *lib. 2. cap. 18. in fine.* Suarez, Sanchez, Rodriquez, & alij. Et ratio eſt, quia cùm in iſto caſu neceſſitatis, parentes fermè non poſſint idoneos eligere ad munus patrini, incredibile non eſt, Eccleſiam talem eis obligationem imponere voluiſſe: & ideò licèt aliquis in hoc caſu materialiter teneat infantem, non ideo patrinus eius efficitur,

3. Difficultas verò eſt, an ſi aliquis talem infantem teneat ex propoſito, vt patrini munus obeat, an contrahat cognationem ſpiritualem. Affirmant Zambranus *vbi ſuprà n.* 4. Nauarrus *in manual. c.* 22. *n.* 40. Coninch. *de Sacram. diſp.* 32. *dub.* 2. *concl.* 2. Armilla *ver. Matrimonium, n.* 14. Suarez, Viualdus, Sà, & alij. Sup. hoc in Reſ. à medio §. 1. à verſ. Verum, & in Reſol. prima poſt ſeq. in fine §. Notandum, & ſeq. & in Reſol. præterita à §. Notãdum eſt obiter quod

4. Sed mihi contraria ſententia videtur etiam probabilis, quam docet Sanchez *de Matrimon. tom. 2. lib. 7. diſput.* 62. *num.* 15. Rodriquez, & alij. Notandum eſt tamen hîc obiter, non eſſe improbandam conſuetudinem, ſecundùm quam quibuſdam in locis Catholici, patrini exiſtunt filiis Hæreticorum, baptizante illos miniſtro hæretico in formâ SS. Trinitatis; & ita docet Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 2. cap.* 89. *n.* 6. contra Azorium *part. 1. lib. 8. cap. 11. q. 9.*

RESOL. XCVIII.

An infanti moribundo, quando confertur Baptiſmus, ſit adhibendus Patrinus?

Et an in dicto caſu, ſi quis materialiter teneat infantem, ideo Patrinus efficiatur?

Et quid dicendum, ſi infantem teneat ex propoſito. Vt Patrini munus obeat, an ſit verus Patrinus, & cognationem ſpiritualem contrahat, vel neceſſarium ſit, vt Baptiſmus debeat eſſe ſolemnis ad contrahendam dictam cognationem ſpiritualem? Ex part. 4. tract. 3. Reſ. 7.

Sup. hoc in §. 1. & 2. Resolut. 2. not. seq.

§. 1. Respondeo quòd nullum est Ecclesiæ præceptum vt in tali Baptismo patrinus adhibeatur. Ita Sotus *in 4. dist. 42. q. 1. art. 1.* Henriq. *lib. 2. cap. 18. in fin.* Sanchez *lib. 7. disp. 61.* Suarez *q. 67. art. 8.* Rodriquez & Zambranus. Cùm enim in tali casu necessitatis parentes fermè non possint viros idoneos eligere ad munus patrini, credibile non est Ecclesiam talem eis obligationem imponere voluisse. Sed etsi aliquis in hoc casu materialiter teneat infantem baptizandum, non ideo patrinus eius efficitur. Verùm si aliquis in priuato Baptismo infantem teneat ex proposito, vt patrini munus obeat, vetus patrinus efficitur, atque cognationem spiritualem contrahit. Ita Coninch *de Sacrament. disput. 52. dub. 2. conclus. 5.* & Layman. *lib. 5. tractat. 2. capit. 9. num. 5.* qui citat Nauarrum, Viualdum, Armillam, Suarez, & Zambranum.

Sup. hoc sup. in Ref. 96. à §. Notandū est hic obiter quod. & in Ref. 97 § Difficultas. & in Resol. seq. §. Notandum. in fine, & seq.

2. Non desinam tamen hîc adnotare id, quod alibi docuimus, nempe Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 61. num. 5.* & alios docere, quòd si verè & propriè in Baptismo collato ex periculo mortis adhibeatur patrinus, & tenens velit munus susceptoris obire, adhuc non contrahi cognationem spiritualem, cùm non sit in potestate tenentis sibi hanc cognationem contrahere, nisi petita ab Ecclesia seruentur: at munus susceptoris non obitur propriè, nisi quando Baptismus est solemnis, vt docent Sotus, Gallegus, Emanuel, Vega, & ipsemet Suarez. Nec obstat baptizantem in ea necessitate contrahere, quia baptizans confert verum Sacramentum: at qui sic tenet, vel suscipit, non dicitur propriè tenere, vel suscipere eo modo, quo ab Ecclesia statutum est. Susceptio enim est cæremonia ab Ecclesia instituta ad Baptismum solemnem, ac proinde solemnitate deficiente, deficit quoque vera susceptoris ratio. Vide etiam Granadum *de Sacrament. in 3. part. controu. 4. tract. 2. disp. 5. num. 4.*

RESOL. XCIX.

An qui tenet infantem in Baptismo nomine alterius, contrahat ipse cognationem spiritualem, vel ille, qui eum misit?

Et an dicta cognatio spiritualis contrahatur ex Baptismo, siue in Ecclesia, siue domi, siue cum caremoniis, siue sine illis Ministro?

Et an, qui tunc assumuntur in Patrinos eandem contrahant cognationem, si prolem offerant ad Baptismum tanquam Patrini, & vt tales eius curam suscipiant?

Et quid, si quis non tetigit infantem in Baptismo, quamuis in Patrinum assumatur; quod idem est dicendum de Confirmatione?

Et quando post Baptismum domi collatum propter necessitatem, tunc quando solemnes caremonia in Ecclesia suppleatur, aliquis adhibeatur, vt Patrinus; an in tali casu contrahat etiam aliquam propinquitatem?

Et quid de illo, qui adhiberetur, dum quis scienter, vel ignoranter rebaptizaretur? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 2.

Sup. hoc supra in Ref. 96. § Nota etiā.

§. 1. Ipsum procuratorem cognationem contrahere putant Sotus *in 4. sent dist. 42. q. 1. art. 2. propè finem.* Toletus *lib. 7. c. 8. n. 5.* & alij.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo, quia talis in tali casu non suo, sed alieno nomine tenet, [illegible] patrinus non est, sed loco patrini fungens, & ita docent Syluester *ver. Matrim. 8. q. 7. dicto 15.* Emanuel Sà *de impedimentis matrimonij, n. 5. verb. cùm quis per procuratorem.* Conarruuias, & alij quos citat, & sequitur Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. disput. 59. num. 2.* quibus ego addo Syluium *in addit. ad 3. part. q. 56. art. 5. ad 4.*

5. Imò ego puto probabiliter contra Layman *in Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 4. n. 5.* Coninch. *de Sacrament. disp. 32. dub. 2. n. 40.* Rebellium *part. 2. lib. 3. q. 6. n. 11.* Philiarchum *de offic. Sacerd. tom. 1. lib. 2. c. 11.* Emanuelem Sà citatum, Abbatem *in c. veniens, n. 4. de cognat. Spir.* & alios, neque ipsum principalem, qui legatum mittit, cognationem vllam contrahere. Et ita docet Couarruuias *vbi supra, n. 6.* Sanchez *num. 4.* Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 31. c. 10. sent. 3. n. 156.* & Villalobos *in sum. tom. 1. tr. 14. diffic. 9. num. 18.* vbi sic asserit. [El Principe, que se hizo padrino de vn infante por procurador, embiando qui eo lo sea en su nombre, al tiempo que le baptizan, no contrae cognacion espiritual, porque no es verdaderamente padrino, porque no saca al niño de pila, ni le tiene quando le baptizan que es atto personal, ni basta hazerle por tercera persona, ni tampoco contra este parentesco espiritual el procurador, porque en nombre del principe saca el niño de pila, porque esse no tiene intento de ser padrino, lo qual es necessario, como queda dicho.] Sed in tali casu principalem, qui procuratorem constituit, cognationem contrahere, magis probabiliter tenet nouissimè Basilius Pontius *de matrim. lib. 7. cap. 39 n. 10.*

4. Notandum est tamen hîc obiter, me consuluisse rectè his diebus contra Sotum *in 4. dist. 42. q. 1. art. 2.* & alios, quemdam non contraxisse cognationem spiritualem, quia non tetigerat in Confirmatione infantem, quod etiam in Baptismo est dicendum; nam ad illam contrahendam requiritur contactus physicus. Ita Sanchez, & Villalobos *vbi supra, n. 9.* qui etiam, *n. 7.* cum aliis docet contra Angelum *verb. Matrim. n. 7.* Lopez *in instruct. p. 2. cap. 51.* & alios tenentes pueros in Baptismo in casu necessitatis extra Ecclesiam, cognationem supradictam non contrahere.

Sup. hoc, quod hic docetur, & in principio seq. § Suprà, in Ref. 96. à §. Notādum est hic obiter quod. & in Ref. 97. §. Difficultas. & in Ref. 91. à medio §. 1. vers. Verum.

5. Non reticeam tamen. Syloium *in addit. ad 3. part. q. 56. art. 3. ad 1.* putare, quòd contrahitur propinquitas hæc ex Baptismo, siue domi, siue in Ecclesia, siue cum cæremoniis, siue sine illis ministro, & qui tunc assumuntur in patrinos, eandem contrahunt, si prolem offerant ad Baptismum tanquam patrini, & vt tales eius curam suscipiant: si autem offerant, non vt patrini, sed solùm vt subseruientes necessitati, probabile est quòd nullam contrahant. Et similiter si post Baptismum domi propter necessitatem collatum, adhibeatur vt patrinus, tunc quando solemnes cæremoniæ supplentur, nullam etiam contrahit propinquitatem, sicut nec ille, qui adhibetetur, dum quis, vel scienter, vel ignoranter rebaptizaretur. Ita Syluius.

Sup. hoc magis latè in Ref. seq. & per contento in duabus vltimis lin. huius Ref. infrà in Ref. 101. magis late.

RESOL. C.

Qui in Ecclesia instar Patrini tenuit puerum in domo iam baptizatum, quæritur, an contraxerit impedimentum Catechismi non dirimens, sed impediens?

Et an hodie contrahatur hoc impedimentum, vel sublatum sit per Concilium Trid. sess. 22. cap. 2. de reformat. matrim.

Et an Parochus in supra dicto casu debeat, & ad id teneatur scribere in libro, quod sint illi Patrini in solo

ſolo Catechiſmo, & quod puer fuit in domo baptizatus? Ex part. 3. tract. 4. Reſ. 259. aliàs 260.

§. 1. Hic caſus in praxi ſæpiùs ſolet accidere, ideò notandum eſt, quòd tale impedimentum contrahitur, quando quis tenet aliquem in Catechiſmo, qui ſolet præmitti Baptiſmo, reſpondendo eius nomine Sacerdoti interroganti, an credat, an renunciet diabolo, &c. Sed nota, quòd quando hæ cæremoniæ ſolent baptiſmum comitari, communiter ſit idem, qui tenet in Catechiſmo, & in Baptiſmo; tamen quandoque ſunt diuerſi, vt quando in neceſſitate puer ſubitò ab obſtetrice baptizatur, & cæremoniæ poſtea in Eccleſia ſupplentur, tunc enim quis inſtar Patrini pro eo reſpondet & tunc talis ex *c. 1. de regenerat. ſpirit. in 6.* contrahit impedimentum Catechiſmi non dirimens, ſed impediens. Hoc ſuppoſito, quæritur an hodie contrahatur hoc impedimentum, vel ſit ſublatum per Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 2. de reform. matrimon.* Aliqui negant eſſe ſublatum, Ita tenet Palaius *in 4. diſt. 42. diſt. vnica.* & Bartholomæus de Ledeſma *de matrim. dub. 46. in priori editione*, & alij, qui poſt Tridentinum ſcribentes, aſſerunt eſſe impedimentum, vt Toletus, Vega, Lopez, Cucchus, Anglex, & alij, & ita ex neotericis Societatis Ieſu tenet etiam hanc ſententiam Rebellius *part. 2. lib. 3. q. 18. num. 20.* & Valentia *tom 4. diſp. 10. q. 5. punct. 4.*

Sup. hoc cur. ſim propè finem Reſ. præteritæ.

2. Sed ego puto cum Baſilio Pontio *de matrim. lib. 6. cap. 11. num. 3.* qui citat Sanchez, hoc impedimentum eſſe ſublatum per Concilium Tridentinum, vbi in Baptiſmo, vel Confirmatione vult tantùm contrahi cognationem ſpiritualem inter baptizatum, eiuſque patrem, & matrem ex vna parte, & baptizatum, ac ſuſceptores ex fonte ex alia parte, omni alia cognatione ſpirituali ſublata: verba Concilij ſunt hæc; *Omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis*. Et quia exiſtimare aliquis poſſet Concilium ſolum agere de impedimento cognationis ſpiritualis prouenientis ex Baptiſmo, quod volt non extendi ad alias perſonas, ſicut olim extendebatur, ideo Pontius adducit declarationem ſacræ Congregationis, quæ Concilij ſenſum eſſe hunc, quem diximus, apertè demonſtrat, ſic enim habet. Qui in Eccleſia fuit præſens ei, qui domi vere fuit baptizatus, ſi deinde in Eccleſia fuerunt ſeruatæ ſolemnitates, nulla cognationem ſpiritualem contraxit. Itaque committantur Ordinario, vt ſi legitimis probationibus comperecit D. N. filium priùs fuiſſe baptizatum, declaret nullum inter N. ipſum, & dictum filium adeſſe impedimentum cognationis ſpiritualis. Ita ſacra Congregatio. Et hanc opinionem eſſe probabilem, tenet Coninch. *de Sacrament. diſputat. 30. dub. 3. num. 24.* & illam tenet etiam Filliucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. capit. 9. num. 173.* & Villalobos *in ſumma, tom. 1. tract. 14. diffic. 2. n. 5.*

3. Sed quia contraria opinio eſt etiam probabilis, deducit Sanch. *de matr. tom. 2. lib. 7. diſp. 10. n. 13.* expedire, vt Parochus deſcribat in libro (quem habere debet ad deſcribendum nomina patrinorum, iuxta Tridentinum *ſeſſ. 24. de matrim. cap. 3.*) an ſint illi patrini in ſolo Catechiſmo, quòd puer ſit iam domi baptizatus. Ita Nauarrus, & alij. Et quamuis hi non explicent, an Parochus ad id teneatur, at exiſtimo eum teneri, quia Tridentinum patrinorum nomina deſcribi iubet, quo ſciatur, qui cognationem ſpiritualem contrahant, ne matrimonia iniquè contrahantur: At latiſſima eſt differentia, num in Baptiſmo tenuerint, an in Catechiſmo. Nam priori caſu eſt impedimentum dirimens, poſteriori autem ad ſummum impediens, & iuxta noſtram ſententiam eſt nullum impedimentum. Vnde non fideliter id deſcriberet Parochus, niſi annotaret ſolius Catechiſmi patrinos fuiſſe, defraudaret enim Concilij intentionem, anſámque præberet diſſoluendi matrimonia valida, cum eo ſolo impedimento inita, cuius ego teſtis ſum oculatus in caſu Granatæ contingenti. Hæc Sanchez. Verùm Guttierez *de matrimon. cap. 84. num. 7.* præciſè, & in rigore non videtur hoc onus ſub peccato mortali Parochis imponere.

RESOL. CI.

Infans fuit propter neceſſitatem baptizatus v. g. in capillis, manu pede, &c. quæritur, an poſtea: dum rebaptizatur in Eccleſia ſub conditione, Patrinus contrahat cognationem ſpiritualem?

Et hoc procedit in omnibus caſibus, in quibus neceſſe eſt rebaptizare puerum ſub conditione.

Et an hoc etiam procedat in prædictis caſibus in rebaptizante?

Et an ſi quis v. g. teneat vt Patrinus filium Petri, credens eſſe Pauli, contrahat cognationem ſpiritualem?

Et quid ſit dicendum de vxore, quæ per ignorantiam leuat filium mariti, &c.

Et an maritus, & vxor poſſint abſque vllo peccato eſſe Patrini alienæ prolis? Ex part. 11. tract. 8. & Miſc. 8. Reſ. 57.

§. 1. Quæſtio curioſa, & procedit in omnibus caſibus, in quibus neceſſe eſt rebaptizare puerum ſub conditione, ideò ad illam ſic reſpondet Dicaſtillus *de Sacr. tom. 3. tr. 10. diſp. 2. 7. n. 260.* Si non omninò moraliter certum ſit priorem Baptiſmum validum fuiſſe, & ideo infans rebaptizetur ſub conditione, contrahitur cognatio, & conſequenter non poteſt contrahi matrimonium inter perſonas aliàs in Baptiſmo certo impeditas, quia dum non conſtat de Baptiſmo, præſumit Eccleſia cognationem; ceſſabit autem talis præſumptio, ſi poſtea conſtet Baptiſmum fuiſſe validum.

Sup. hoc curſim ſuprà in duabus vlt. lin. Reſ. 99.

2. Ex quo infertur, quid dicendum ſit quando quis rebaptizatur, eo quod nondum integrè natus, fuerat baptizatus, tunc enim (quidquid alij dicant) ſi baptiſmus collatus fuerit prius in ea parte, vbi ita certum ſit eum fuiſſe validum, vt non ſit ſub conditione iterandus, ex priore Baptiſmo contraheretur cognatio, non ex poſteriore, è contra verò ſi inter doctos ſit dubium aut quæſtio, an in ea parte collatus Baptiſmus valeat, eadem dubitatio erit pro cognatione ſpirituali. Si verò ſint pro vtraque parte opiniones probabiles, quarum altera neget valere priorem Baptiſmum, altera affirmet; poterit tuta conſcientia quis vtramuis eligere, & ſecundùm vnum probabile erit ex tali Baptiſmo non oriri cognationem. Quod totum mihi placet, quamuis hæc omnia non tam pertineant ad Patrinum, de quo nunc agimus, quàm ad baptizantem. Nam in tali Baptiſmo vix aut nunquam poteſt, aut ſolet eſſe mentio nedum præſentia Patrini. Ita Dicaſtillus, & ego.

3. Sed hic quæro primò, an ſi quis verbi gratia teneat vt patrinus filium Petri, credens eſſe Pauli, contrahat cognationem ſpiritualem? Negatiuè reſpondet ex Sanchez Reginaldus *tom. 2. lib. 3. n. 155.* & alij. Quia reuera hic non intendebat exercere actionem

Sup. hoc in Reſ. ſeq.

actionem erga hunc, quem leuauit; ergo deficit intentio. Hæc enim ratio non prohat, facilè enim respondetur, . putare quidem illum esse filium Petri, & non Pauli: nihilominus intentionem dirigi ad eum; qui hic, & nunc illi proponitur, sicut in simili de baptizante dicebat opposita sententia; Er ideò alibi diximus errorem personæ in cæteris Sacramentis, præter matrimonium, non irritare Sacramentum; Vnde videtur colligi, causari etiam effectum inde resultantem qualis est hic, de quo agimus; & eadem ratio locum habet pro Patrino, qui dirigit intentionem ad eum, quem leuat de præsenti.

4. Verùm contra hoc opponit Sanchez, quod Ministri Sacramentorum teneantur habere intentionem ministrandi Sacramentum præsenti, quicumque ille sit; ac proinde quamuis erretur in persona eùm verus sit Baptismus, vera cognatio contrahitur, Patrinus verò non tenetur habere eam intentionem, & verè elicitur ad personam determinatam.

5. Hanc opinionem, quam mordicus contra me sustinebat quidem Theologus his diebus, ego puto satis probabilem, sed non recedo à sententia affirmatiua, quam olim docui, & quam tuetur Martinus Perez *de Matrimon. disputat. 29. sect. 4. num. 4.* Dicastillus *vbi suprà num. 271.* & aliis penes ipsos.

6. Probatur; quia iste error non est circa substantiam actus, sed circa accidentia. Vnde susceptor non secus, ac baptizans solùm habere debet intentionem suscipiendi eum, quem hic, & nunc habet tunc præsentem; atque adeo sicut ea intentio satis est, vt baptizans eum præsentem baptizet, etiam eum simili errore, ita similiter ea intentio est sufficiens, vt Patrinus verè suscipiat. Excipitur tamen casus peculiaris de vxore, quæ per ignorantiam leuauit filium mariti, de quo est expressa iuris decisio *cap. 2. de cognatione spirituali*, vbi deciditur, Coniugem, qui per ignorantiam leuauit filium mariti, non arceri à debiti petitione. Cùm enim id superueniat Matrimonio contracto, non mirum si ignorantia excuset à cognatione. Itaque non est cur negemus, quod sicut baptizans debet habere intentionem baptizandi illum quem præsentem habet, talemque censetur habere, quoties non habet intentionem contrariam, ita similiter tenens, seu leuans è fonte Sacro, debeat velle tenere, & leuare illum, quem præsentem habet, idque censetur velle quoties non habet oppositam voluntatem. Et ideo hanc sententiam me citato tenet Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 2. disp. 7. quæst. 28.*

Sup. hoc in Resol. seq. à lin 3.

7. Quæro secundò, an maritus, & vxor possint absque vllo peccato esse Patrini alienæ prolis? In tali casu peccare venialiter Suarez *in 3. part. q. 67. artic. 8.* Filliucius *tom. 1. tract. 2. num. 161.* Sed ego puto supradictos posse absque vllo peccato esse Patrinos, nisi aliàs in aliqua Diœcesi iure speciali sit prohibitum. Primò, quia id nullibi prohibetur, vt fatetur Vrbanus Secundus *in cap. final. 30. quæst. 4.* Secundò, quia quamuis idem Pontifex in eodem capite videatur statuere quod non sint Patrini; hoc tamen non prohibet sub præcepto, vel si prohibet non esse vsu receptum; vel potius esse sublatum per Concilium Tridentinum. Et ita ex Vasquez, Layman, Hurtado, & aliis docet Leander *de Sacrament. tom. 1. tractat. 2. disputat. 7. quæst. 20.* Et tandem in hanc sententiam velit, nolit, descendit Dicastillus *de Sacrament. tom. 3. tractat. 10. disput. 57. dub. 27. num. 271.* vbi sic:

Sup. hoc suprà in §. 1. Resol. 94.

Aduerto cum Suario probabilius esse quod si maritus, & vxor alienum filium de sacro fonte leuent, peccent saltem venialiter. Quia Vrbanus Secundus *in capit. Quod autem trigesima, quæstione quarta*, quamuis dicat nulla auctoritate id reperiri prohibitum; Ipse tamen potens tunc id prohibere, sic decernit, vt puritas spiritualis paternitatis ab omni labe, & infamia conseruetur immunis, dignum esse decernimus, vt vtrique in simul ad hoc aspirare minimè præsumat. Non putat verò Suarius, & ex illo Perez *disput. 29. sectione quinta, numero tertio*, esse grauem culpam propter leuitatem materiæ, quod propter eorum, & aliorum auctoritatem non ausim improbare; sed vt verum fatear, verba Pontificis graue quid sonant tum ex fine, vt puritas, &c. ab omni labe, & infamia, &c. tum ex ipsorum verborum significatione. Nam labes, infamia, præsumptio, & similia verba non sum memor in legibus (maximè Canonicis) pro rebus leuibus vsurpari, aut leuibus actionibus tribui; vtcumque sit illud, placet quod Glossa ad eum Textum notat (nec alieni sunt ab hoc prædicti Auctores) nempè consuetudine posse fieri, vt omninò liceat, quia vt ait Glossa, de consuetudine est in quibusdam locis, quod vtrque simul suscipit. Qua ratione olim de hac re interrogatus hic in Germania pro casu occurrente, inter magnos imò supremos Principes censui posse fieri, quia iam sæpè constabat pridem factum in similibus. Huc vsque Dicastillus.

RESOL. CII.

An qui per errorem leuauit filium Petri, existimans se filium Pauli leuare, contrahat cognationem spiritualem?

Et an coniux, qua per ignorantiam leuauit filium mariti, teneatur arceri à debiti petitione? Ex part. 3. tract. 4. Res. 16.

§. 1. NEgatiuè respondet Sanchez *de matrim. tom. 2. lib 7. disput. 58. n. 7. ex cap. 2. de cognat. spirit.* vbi deciditur coniugem, quæ per ignorantiam leuauit filium mariti, non arceri à debiti petitione, ex quo textu Abbas *ibi n. 4.* & Alexander de Nouo *n. 6.* colligunt requiri scientiam, & animum ad contrahendam cognationem.

Sup. contento in hac Res. in præteritis Resol. 2. §. Sed hic quæro, vsque ad §. Quæro secundo.

2. At his oon obstantibus contrariam sententiam docent Basil. Pootius *de matr. lib. 7. c. 39. n. 9.* vbi sic asserit: Si quis per errorem leuet filium Petri, existimans esse filium Ioannis, reuera contraxit cognationem, error enim ille non impedit fideiussoris, & partis spiritualis officium, quidquid alij dicant: est enim error personæ in hoc casu circa accidentalia. Neque eadem ratio est de vxore, quæ per ignorantiam leuat mariti filium; tum quia de eo est expressa iuris decisio, ex quo totum impedimentum pendet; tum etiam, quia superuenit matrimonio contracto, & ita non mirum si ignorantia excuset à cognatione. Ita Pontius. Vnde patet responsio ad argumentum quod Sanchez adducit, cuius sententia hoc non obstante probabilis etiam mihi videtur, & illam nouissimè cum Sanchez tenet Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 14. difficul. 19. num. 17.*

RESOL.

RESOL. CIII.

Dum quis poſt partum vxoris ſtatim ob periculum baptizauit infantem, adſtantibus tamen multis, qui hoc facere poterant; dubitatum fuit, (etiam ſi grauiter peccauit) an priuatus remanſerit iure petendi debitum?

Eadem eſt ratio vxoris erga virum.

Et an Epiſcopus, Commiſſarius Bullæ Cruciatæ, & Confeſſarij Regulares ex commiſſione ſuorum Prouincialium poſſint diſpenſare circa ſupradictum impedimentum ad petendum debitum? Ex part. 3. tr. 4. Reſ. 3.

Sup. hoc in duabus Reſ. ſeqq. & in tom. 3. tr. 1. ex Reſ. 8. §. Secundò notandum.

§. 1. AFfirmatiuè tunc reſpondit quidam Theologus, & probabiliter quidem; nam hanc ſententiam tenent multi DD. quos citant, & ſequuntur Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 9. diſp. 36. n. 7.* & Villalobos *in ſumm. tom. 1. tract. 13. diffic. 51. n. 1.*

2. Sed mihi contraria ſententia placuit, & illam conſului, quam tuentur gloſſa *cap. 2. de cognat. ſpir. ver. debitum.* Fernandez de Heredia *diſp. de ſacram. Baptiſmi, part. 6. dub. 2. num. 6.* Suarez *in 3. part. q. 67. art. 8. §. penult. in fine.* Durandus *in 4. diſt. 42. quæſt. 1. art. 3.* & nouiſſimè Coninch *de Sacram. diſp. 34. dub. 8. num. 69.* vbi ſic aſſerit: Probabilius eſt eum, qui etiam ſua culpa hanc cognationem cum ſua vxore contraxit (eadem eſt ratio vxoris erga virum) etſi grauiter peccarit, poſſe nihilominus petere debitum, quia tam grauis pœna ſine textu non eſt inducenda, ex nullo autem textu probari poteſt. Ergo, &c. Ita hanc ſententiam probabilem eſſe putat Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 10. part. 4. c. 8. n. 8.*

Sup. contentis in hoc §. Pro Epiſcopis in tom. 2. tr. 6. ex Reſ. 245. §. penult. prope finem, verſ. Quam diſpenſationem. & pro Regularibus in fine præcitati §. & in aliis eius not.

3. Nota etiam, quòd ſtando in prima opinione aduertit Villalobos *vbi ſuprà*, quòd in tali caſu, [Pueden diſpenſar para pedir el debito el Comiſſario de la Cruzada el Obiſpo, y los Confeſſores Regulares, como tengan para eſto comiſion de ſus Prouinciales, como dize Rodriquez per vna viuæ vocis oraculo de Pio V. por ſer la cognacion eſpiritual impropriamente inceſto, y el priuilegio dicho, que ſolo habla de la affinidad que nace de copula fornicaria, dize, que ſe ha de eſtender à eſto por ſer fauorable.] Ita ille.

RESOL. CIV.

An Pater baptizans, aut tenens filium in periculo mortis impediatur poſtea petere debitum ab vxore?

Et quid, ſi baptizet ex malitia, vel ignorantia extra caſum neceſſitatis, an peccet grauiſſimè, & ſit puniendus, & impediatur petere debitum? Ex part. 5. tr. 3. Reſ. 25.

Sup. hoc in Reſ. præterita, & pro omni contento in hac Reſ. lege doctrinam per totã Reſ. ſeq. & in tom. 3. tr. 1. ex Reſ. 8. §. Secundò notandum.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet, ſi ſuſcitat filium, Henriquez *lib. 2. cap. 18. n. 3* & etiamſi baptizet ex malitia, vel ignorantia extra neceſſitatem, docent Doctores, quos citat Zambranus *de modo miniſtrandi Sacramentum Baptiſmi, cap. 1. dub. 18. num. 8* Sed ipſe ibi meritò contrariam ſententiam docet, & ideo *num. 24.* ſic ait. Ex dictis patet, quantum errent aliqui minus docti, examinando nimis ſcrupuloſè eos, qui bona fide baptizarunt in neceſſitate, vel ſuſceperunt proprium filium, an talis neceſſitas eſſet præciſa, vel omninò ignorantia inuincibilis, vt negent eis petitionem debiti, cùm conſtet ex dictis, etiamſi ex malitia proceſſerint, peccare quidem grauiſſimè, eſſéque puniendos, ſatis tamen probabiliter non impediri à petitione debiti. Sic ille. Cui adde Iacobum Granado *de Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 2. diſput. 5. num. 5.* & Præpoſ. *in 3. part. q. 67. art. 6. dub. 2. num. 7.*

RESOL. CV.

An coniuges amittant ius petendi debitum, ſi eis ſuperueniat cognatio ſpiritualis, vt quando alteruter, vel vterque coniugum culpabiliter baptizat, aut tenet filium in Baptiſmo?

Et an hoc procedat in caſu, quo coniux baptizat filium ſolius alterius coniugis in neceſſitate?

Idem eſt, ſi coniux iam ad fidem conuerſus vxorem, quam in infidelitate duxerat, baptizat, occurrente eadem neceſſitate.

Item idem eſt, ſi in præſenti mortis periculo Parens miſeratione motus, ne abſque Baptiſmo infans decedat, quamuis adeſſent alij, filium baptizat.

Idem etiam dicendum eſt in caſu neceſſitatis, quando nullus adeſt, qui Patrinus ſit, pater, aut mater id munus obeat erga communem filium, aut ſolius alterius coniugis. Ex part. 11. tr. 5. & Miſc. 5. Reſ. 39.

Sup. omni contento in hac Reſ. lege duas antecedentes Reſ. & in tom. 3. tr. 1. ex Reſ. 8. §. Secundò notandum.

§. 1. VT quando alteruter, vel vterque coniugum culpabiliter baptizat, aut tenet, contrahítque cognationem, tunc nocens alter, vel vterque impediatur à petendo debito?

2. De hoc caſu his diebus interrogatus fui, & ad illum ex Sanchez affirmatiuè reſpondet quidam Theologus Societatis Ieſu, ſatis quidem probabiliter ex *can. 1. & 2. cauſa q. 1.* vbi dicitur non eſſe ſeparandos coniuges, ſi leuatio de Sacro fonte non fuerit facta vtriuſque conſenſu: ergo à contrario ſenſu, ſi vtriuſque conſenſu fiat, ſeparandi ſunt, neque ob aliam cauſam ſeparatio fit, niſi vt neuter petat; atque adeò etiamſi vnius tantùm conſenſu fiat, ille ſaltem petere non poteſt. Probant vlterius *ex cap. ad limina cauſa, & qu.* vbi dicitur, eum, qui filium in neceſſitate baptizauerat, non eſſe à coniuge ſeparandum; quia id laudabiliter fecit: ergo à contrario ſenſu, qui id culpabiliter fecit, ſeparandus eſt, ne videlicet petat. Deinde prædictus coniux voluntariè, & ſine neceſſitate munus illud illicitè ſuſcipit: ergo contrahit impedimentum cognationis quantum iure contrahere poteſt: poteſt autem meritò priuari iure petendi: ergo.

3. Sed ego negatiuæ ſententiæ adhæſi, & nunc adhæreo, & ita docet Hurtadus *de matrimon. diſp. 10. difficult. 6. num. 24.* Coninch *de Sacrament. diſput. 34. dub. 8. num. 66.* Perez *de matrimon. diſput. 19. ſect. 6. num. 8.* & Dicaſtillus *de Sacramentis tom. 3. tract. 10. diſput. 9. dub. 8. num. 90.* & ratio eſt, quia ſi quid antiquiora iura in hac re durum ſtatuerunt, correcta ſunt per alia poſteriora iura. Patet, quia *cap. 1. & 2. 30. quæſt. 1.* correcta ſunt per dictum caput *ſi vir, de cognatione ſpirituali*, vt notauit Gloſſa ibi, *verb. inſtitutum.* Præterea *cap. noſſe 30. quæſt. 1.* vbi deciditur coniuges eſſe inuicem defraudandos ac ſe-



TRACTATVS SECVNDVS DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

RESOL. I.

An Balsamum requiratur, in Confirmatione de necessitate Sacramenti?

Et an sit de necessitate Sacramenti Confirmationis, vt Chrisma sit per Episcopum consecratum?

Et an Summus Pontifex posit simplici Sacerdoti talem consecrationem committere?

Et an simplex Sacerdos posit hoc Sacramentum ministrare? Ex part.3.tr.4.Ref.23.

Sup. hoc in Ref. seq. in §. penult. & ad medium §. vlt. & in tom. 3.tr.1.ex Ref. 3. §. Quinto poster. & laté in Ref. 19. à lin. 2. vsque ad §. penult. & in Ref. not. seq.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent Zanar. *in dict. Theol. p. 1. de sacram. Confirmat. cap.* 2. Philiarchus *de officio Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 11. Estius *in* 4. *sent. dist.* 7. §. 8. Valentia *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 1. *punct.* 2. Angles *in floribus in* 4. *sent. de Confirm. art.* 2. *concl.* 2. Victoria *in sum. n.* 40. Viualdus *in candelabro cap. de mater. confirmationis, n.* 2. Fernandez *in exam. Theol. mor. part.* 3. *cap.* 3. §. 2. Petrus de Reyna *in summa Sacram. de Confirmat. n.* 3. Carrillo *in itiner. ord. sect.* 3. *c.* 1. *n.* 6. Barbosa *in collect. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 16. *c.* 1. *n.* 1. Caiet. *in* 3. *part. q.* 72. *art.* 2. Sotus *in* 4. *dist. part.* 1. *art.* 2. Rubeus *de Sacram. in* 4. *sent. distinct.* 7. §. *balsamum* 7. P. Ledesma *in sum. tit. de Confirmat. dub.* 3. Nauarrus *cap.* 22. *n.* 8. Couarruuias *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *num.* 4. & alij. Et ratio est, quia Innocent. III. *cap. pastoralis, de Sacram. non iterandis*, rogatus si Sacramentum Confirmationis in eo deberet iterari, qui per errorem non fuerat chrismate, sed oleo delinitus, respondit, non esse aliquid iterandum, sed cautè supplendum quod incautè fuerat non esse essentiale; alioquin Sacramentum fuisset nullum, ideóque denuo conferendum. Confirmatur: quia iisdem verbis respondet ad alteram quæstionem, an permitti deberet ministrare, qui sine impositione manuum fuerat ad ordinem Subdiaconatus assumptus, sed in Subdiaconatu defectus ille solùm erat accidentalis; ergo, & alter in Confirmatione. Et hanc sententiam probabilem esse putat Filliucius *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 1. *num.* 11. & alij.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ §. vlt. in principio, & in Ref. 2. §. Potissimum. & in tom. 4. tr. 8. Ref. 84. à lin. 2. & lege etiã ibi Ref. 86. à lin. 4.

2. Sed alij contrariam sententiam, nempe Chrisma ex oleo, & balsamo compositum, esse materiam, & de essentia Confirmationis docent, vt Fernandez de Heredia *in dispmationib. mixtis, de sacram. Confirmat. dist.* 3. *p.* 3. *dub.* 1. *concl.* 1. Coninch *de Sacram. q.* 72. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 30. Syluius *in* 3. *p. q.* 72. *art.* 2. Pitigianus *in* 4. *sent. tom.* 1. *dist.* 7. *q.* 1. *art.* 3. Nugnus *in* 3. *part. tom.* 1. *q.* 72. *art.* 3. Emanuel de la Cerda *in qq. pro laurea Salmantina q.* 9. *scholastica, art.* 3. *n.* 6. Zambranus *de casibus temp. mor. c.* 2. *n.* 1. Layman *in Theol. mor. lib.* 5. *tract.* 3. *c.* 2. *not.* & Villalobos *in summa tom.* 1. *tr.* 6. *difficult.* 2. *n.* 1. Ledesma *in sum. tom.* 1. *de confirm. c.* 2. *concl.* 7. Et ratio est, quia Concil. Florent. affirmat huius Sacramenti materiam esse Chrisma confectum ex oleo, & balsamo. Ergo si alterutrum desit, deerit materia. Nec obstat, quòd materia Calicis etiam sit vinum aqua mixtum, quia Concil. non ita loquitur, sed dicit materiam esse vinum, cui aqua modicissima debet adhiberi, vnde patet manifesta differentia.

3. Sed quia prima opinio est probabilis (vt dictum est) ideò optimè asserit Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p.* 12. *de sacram. Confirm. quæst.* 72. *dub.* 2. *concl.* 1. quod si hoc Sacramentum ministratur cum oleo simplici, non est iterandum absolutè, sed sub conditione, adhibita materia indubitata.

4. Notandum est hîc, quòd est etiam de necessitate Sacramenti, vt Chrisma sit per Episcopum consecratum sic DD. citati; an verò Summus Pontifex possit simplici Sacerdoti talem consecrationem committere, affirmat Valentia *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 1. *punct.* 2. & alij, sed negant Coninch *de Sacram. disp.* 72. *art.* 3 *dub.* 1. *concl.* 4. & Doctores *vbi supra*, quibus adde Barbosam *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 30. *n.* 6. & alios penes ipsum, & an simplex Sacerdos possit hoc Sacramentum ministrare, negant aliqui, & aliqui affirmant, quos videre potes apud Fernandez *in exam. Theol. mor. p.* 3. *cap.* 2. §. 3. *n.* 3. sed quia ad praxim parum deseruiunt, ad alia magis practicabilia deueniamus.

Sup hoc primo & secundo contento in hoc §. 11. tom. 2. tr. 4. ex Ref. 14. ex doctrina §. vlt. & signanter in fine & laté in tom. 3. tr. 1. Ref. 15. à lin. 4. & Ref. 20. & pro vltimo contento in hoc §. ibidem in Ref. 21. & in aliis earum annotationum pro qualibet istarum quæstionum.

RESOL. II.

Quanta balsami quantitas sufficiat pro materia Sacramenti Confirmotionis, vt admisceatur oleo?

Et an si fortè subsidente balsamo ex oleo supernatante conferatur Sacramentum, validè, & licitè conferatur?

Et quid è contra?

Et notatur, quod si Sacramentum Confirmationis collatum fuerit tantum cum oleo sine balsamo, esset tamen reiterandum non tamen absolutè, sed sub conditione.

Et an balsamum non sit de necessitate Sacramenti, sed præcepti?

Et docetur non peccare Episcopum, qui in Confirmatione vngeret alio digito, quam dextero pollice. Ex part. 10. tr. 11. & Misc. 1. Ref. 13.

§. 1. CAsus est nimis practicabilis; & ad illum sic respondet Coninch *de Sacram. quæst.* 72. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 39. Nota, ad essentiam Chrismatis, siue materiæ Confirmationis, non esse necessarium, vt singulæ eius partes contineant formaliter aliquid Balsami: sed sufficit quòd toti misto saltem tantum insit Balsami, vt omnes eius partes aliquo modo alterentur; recipiendo in se eius odorem, aliásque qualitates: hoc enim sufficit, vt tota massa, & consequenter singulæ eius partes dican-

tur

tur confectæ, siue mixtæ, ex oleo & Balsamo: sicut corpora mista dicuntur confecta ex elementis, tantùm virtualiter in iis remanentibus: Vnde ad illud sufficit, modicum Balsami multò maiori quantitati olei misceri. Hinc Patres sæpè Chrisma vocant absolutè oleum: sumendo denominationem à maiore parte. Tantum tamen semper Balsami necessarium est, vt possit oleum dicto modo alterare, communicando ei suas qualitates, & præsertim odorem. Ita Coninch.

2. Sed mihi non displicet opinio Patris Dicastilli, *de Sacram. tom. 1. tract. 3. disp. unica, dub. 5. n. 62.* vbi sic ait: Quanta quantitas Balsami sufficiat, vt admisceatur oleo? Communiter dicunt Doctores, sufficere quantitatem, qua Balsamum possit suas qualitates, præsertim odorem, oleo communicare. Ego sanè satis probabile putarem, non tantum ad valorem Sacramenti (ad id enim non requiri Balsamum iam probauimus) sed etiam ad implendum præceptum Christi sufficere modicam quantitatem Balsami pro magna quantitate olei. Neque puto necessarium esse, vt qualitates Balsami toti oleo communicentur: valebit enim Confirmatio, & absque vllo peccato fiet, etiamsi fortè qualitates illas suas alicui parti olei non communicauerit. Essétque nimis scrupulosum, velle hæc adamussim examinare; sat enim est, quòd prudentis arbitrio, moraliter fiat mixtio vtriusque liquoris. Imò hanc puto differentiam esse inter Balsamum, & oleum; vt si fortè subsidente Balsamo (quod dicitur esse grauius) ex oleo supernatante conferatur Sacramentum; & validè & licitè conferatur: etiamsi in illo nihil fragrantiæ, aut alterius qualitatis Balsami agnoscatur; neque aliquid Balsami appareat. E contrà verò, si vnctio fiat ex illa parte Balsami subsidentis, ita vt absolutè illa vnctio censeatur Balsamum, aut non valere, aut satis dubium esse puto valorem Sacramenti; debet enim absolutè materia esse oleum. Ita vt quamuis vera esset sententia Auctorum, qui dicunt, Balsamum esse de necessitate Sacramenti; non sufficeret, si esset Chrisma absolutè ex Balsamo habente aliquid olei admixtum: cùm tamen è conuersò sufficiat etiam in eorum sententia; quando absolutè est oleum, & aliquid habet Balsami. Hæc Dicastillus.

Sup. hoc magis latè in Ref. 1. not. seq. & in aliis eius primæ annot.

3. Notandum est hic obiter, quòd si Sacramentum Confirmationis fuerit collatum tantùm cum oleo sine Balsamo; esset quidem reiterandum, non tamen absolutè, sed sub conditione; vt rectè obseruat Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 3. disput. 3. quæst. 3.* stante probabilitate opinionis aliquorum Doctorum, asserentium, Balsamum non esse de necessitate Sacramenti, sed præcepti. Obseruat etiam dictus Leandrus, *disput. 4. quæst.* 13. ante citato, non peccare mortaliter Episcopum, qui in Confirmatione vrgeret alio digito, quàm dextero pollice: quod etiam, me citato, tenet Dicastillus, *vbi suprà dub. 12. num.* 149. & me citato, Auersa *de Sacram. Confirmat. quæst. 2. sect. 3. §. Vt Fernandez.* & me citato Trullench *de Sacram. Confirmat. lib. 2. cap. vnico num. 7.*

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. ad medium, à vers. Et ratio est. & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 19. § 2. &c.

Sup. hoc Balsamo in Ref. præterita à principio, & in aliis §§. eius not. primæ.

Et pro digito alio contento ad lin. 11. huius §. infra in Ref. 6. §. vlt. & in Ref. 7. & 8. & in tom. 4. tr. 8. ex Ref. 60. § vlt. à lin. 4. & latè ibidem in Ref. 82. à lin. 9.

RESOL. III.

De forma Sacramenti Confirmationis.

Et in textu huius Resolutionis aliqua dubia, & difficultates decidentur pro praxi suprà dicta quæstionis. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 27.

Sup. hoc & omnibus sequent. vsque ad §. Formatio. huius Ref. exclusiuè in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 16. à principio vsque ad §. Obseruandum quintò exclusiuè, & in eius § penult. & vlt. & in Ref. 17. à §. Qui etiam. vsque in finem præcitatæ Ref.

§. 1. VErba formæ huius Sacramenti sunt ista: Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vt autem intelligatur, quæ verba sint essentialia, dicendum est sicut in Baptismo, sic & in Confirmatione, expressam sanctæ Trinitatis inuocationem esse essentialem, vt indicat Concil. Florent. quia Confirmatio ordinatur ad perficiendam fidem in Baptismo acceptam, eámque fortiter profitendam. Cætera verò Sacramenta cùm non ordinentur ad fidem profitendam, non requirunt necessariò istam trium personarum inuocationem.

2. Actio ministri necessariò etiam exprimenda est, & quidem sic, vt vtrumque verbum non improbabiliter putetur esse essentiale *signo*, & *confirmo*, quia non sunt æquipollentia, non enim omnes, qui signant, continuò confirmant, neque qui confirmant, hoc facere intelliguntur per signationem, nisi addatur verbum *signo*.

3. Et quamuis apud Christianos signatio intelligatur de signatione Crucis, quia tamen generalior est illius verbi significatio, ideò probabilius est necessariam esse illam particulam, *signo Crucis*.

4. Et similiter, quia in verbo *confirmo*, non satis exprimitur materia, & effectus, sicut in Baptismo significatur per verbum *baptizo*, ideo probabiliter dicitur, necessarium esse addere *chrismate salutis*, vel *sanctificationis*.

5. Et rursum, quia debet exprimi subiectum, ideò pronomen, *te*, non potest omitti.

Sup. hoc suprà in tr. 1. Ref. 60.

6. Formatio etiam signi Crucis est essentialis, quia alioquin falsificarentur verba formæ; hoc autem signum Crucis necessariò debet fieri de chrismate in fronte, & hæc omnia asserunt Coninch *de Sacram. q. 72. art. 4. n. 65. & seq.* Filliucius *tom. 1. tract. 3. cap. 1. n. 20. & seq.* & alij.

Sup. hoc infra ex Ref. 6. §. 1. & 2. prope finem, vers. Præter quam. & in §. vlt. à lin. 8 &c.

7. Notandum est etiam hic obiter cum Nugno *in 3. p. tom. 1. q. 72. art. 4. diffic.* 1. quòd licet non sit necessarium exprimere personam ministri formaliter, exprimenda est tamen virtualiter; itaque peccatum mortale esset, confirmare sub hac forma, *Consignetur seruus Christi*, &c. Patet hoc ex vsu vniuersali totius Ecclesiæ, tam Latinæ quàm Græcæ; licèt enim concessa fuerit facultas Græcis baptizandi sub hac forma, *Baptizetur seruus Christi*; non tamen est concessa illis similis facultas in sacramento Confirmationis.

Sup. contento in hoc §. vlt. in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 17. §. Secundò obiicitur.

RESOL. IV.

An Episcopus non confirmatus ministrans Sacramentum Confirmationis peccet mortaliter?

Ex quo infertur, an sit peccatum mortale suscipere, vel conferre Ordinem ante Confirmationem, vel antequam Ordinem conferens sit confirmatus? Ex part. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 46. aliàs 47.

Sup. prima diffic. huius tituli in tom. 4. tr. 8. ex Ref. 46. §. vlt. & in Ref. 1. & 1. not. seq. §§. vlt. & in Ref. 3. § 2. in fine, & infra in §. penult. & vlt. huius Ref. & in Ref. 4. not. seq §. 2. in fine, &c.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Tannerus *tom. 4. disp. 4. dub. 2. num. 48. & 49.* sed non desunt negatiuam docentes, quibus adhæreo. Et ideò Serra *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 72. art* 8. sic asserit: [Nonnulli existimant, peccatum mortale esse, suscipere Ordines, præsertim maiores, ante Confirmationem; hócque certius esse, si quis ordinaretur Episcopus: quia Episcopus tenetur alios confirmare; peccatum autem mortale est, vt non confirmatus, alios confirmet. Sed Magister Soto *in 4. dist 7. quæst. vnica art.* 6. inquit: Licèt, vbi commodè fieri potest, aliqua sit culpa aliud quippiam Sacramentum sine Confirmatione suscipere: non tamen est mortalis, nisi ex contemptu fiat.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. ex Ref. 99 §. vlt. & in Ref. 100. §. 1. & 2. & in Ref 101. §. 1. & 2. & in Ref. 102. § 1. & hic infra in Ref. 12. § Notaui, & in

tom. 3. tr. 1. Ref. 9. §. Sed difficultas. & latè in tom. 4. tr. 8. Ref. 46. à lin. 3 & in tom. 6. tr. 1. ex Ref. 27. §. Itaque ad medium. à vers. In ipso, & hic infra in tr. 3. ex Ref. 26. §. 2.

fiat, Et *art.* 8. ait : Sacros Ordines conferre nullus debet Episcopus nisi confirmatis. Quanquam, si oppositum fieret, asseuerare non auderem esse peccatum mortale. Illum sequuntur Nauarrus *cap.* 22. *num.* 9. & alij recentiores, qui & dicunt, Episcopum non peccare mortaliter ordinando non confirmatum; aut etiam antequàm ipse confirmatus sit, Confirmationem, aut Ordines conferendo. Et ad verba Concilij Tridentini respondent, *ibi* nihil præcipi initiandis, sed præscribi Episcopis, quid facere debeant; quamuis, nec stricta aliqua obligatio imponatur : quia nullum est verbum, quo strictum præceptum iudicetur.] Ita Ille. Et quidem hæc omnia satis probabiliter dicta sunt.

2. Vnde omnia *superiùs* dicta à Magistro Serra, confirmat contra Tannerum Pater Granado *in* 3. *part*, *controu.* 5. *tract.* 4. *disp.* 1. *num.* 8. vbi sic ait : [Dubitari potest, an aliquo præcepto teneatur suscipere Confirmationem, qui prima Tonsura, & potiori iure, minoribus, aut maioribus Ordinibus initiandus est. Tannerus *suprà* existimat, esse graue peccatum, ac proinde peccare lethaliter eum, qui, antequàm confirmetur, initiatur prima Tonsura. Probatur primò authoritate Tridentini *sess.* 23. *de reformat. cap.* 4. id præcipientis : *Prima* (inquit) *Tonsura, non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint.* Quod cùm sit materia grauis, obligat sub mortali. Probatur secundò : quia qui initiantur, eo ipso ascendunt ad gradum sublimem in Ecclesia, eorúmque munus est alios in fide roborare : ergo grauiter delinquunt, si non recipiant Sacramentum, virtute cuius confortetur hoc robur.

3. Meliùs tamen Suarez *in fine sect.* 1. cum Soto, Victoria, & Nauarra docet, hoc non esse peccatum, saltem mortale, Imò, & Ægidius Coninch, si attentè legatur, putat nec esse peccatum veniale; quòd certè mihi sufficienter probabile videtur, quia nullum extat præceptum non solùm graue, sed nec leue. Si enim aliquod extaret, maximè illud ex argumentis Tanneri colligeretur. Sed ex illis nullum colligi probatur : quia in primis ex Tridentino non colligitur præceptum graue, cùm nulla ibi sint verba, quæ iuxta dicta *in materia de Legibus*, indicent grauem obligationem; nec vlla grauis pœna infligitur; sed simpliciter dicitur, *ne id fiat*. Nec est, cur res ista ex se grauis censeri debeat, vt contendit Tannerus. Nec colligitur præceptum leue : quia, vt optimè notat Ægidius, Tridentinum *ibi* loquitur cum Episcopis, & eis præcipit, ne conferant primam Tonsuram non confirmatis; non verò ipsis, qui illam suscepturi sunt. Vnde peccabit Episcopus admittens non confirmatum, quamuis non nisi venialiter : sed, qui initiatur nullum peccatum committit.

Sup. hoc in omnibus Ref. & §§. not. prætceritæ.

4. Deinde ratio Tanneri non vrget : quia, qui initiantur, possunt docere, & roborare alios suis sermonibus, hortationibus, & orationibus : & consequenter non obligantur recipere Confirmationem, vt alios roborent.

5. Postremò docent communiter iidem Authores, quamuis contrà sentiat Tannerus, non peccare lethaliter Episcopum, qui, cùm non sit confirmatus, alios confirmat, aut ordinat. A peccato autem veniali illum excusare non audeo : quia nonnulla ordinatio, & indecentia est ministrare hoc Sacramentum ex officio, & illud nolle suscipere; tenerique ex Tridentino *suprà*, nullum admittere ad primam etiam Tonsuram, qui non sit confirmatus, & tamen nolle confirmari.] Hucvsque Granado, cui adde nouissimè Patrem Lessium *in* 3. *part. q.* 72. *art.* 8. *dub.* 2. *n.* 32. vbi docet non videri obligationem sub peccato mortifero, vt is, qui ordinatur, aut etiam qui confert hoc Sacramentum, sit confirmatus.

6. Puto tamen, Episcopum non confirmatum, & ordinandum, debere confirmari, non enim à peccato veniali excusari potest Episcopus non confirmatus, si Sacramentum Confirmationis administret : neque quiuis non confirmatus recipiens primam Tonsuram, & Ordines, vt *alibi* probatum est.

Alibi in omnibus Ref. & §§. annotationum huius Ref.

RESOL. V.

An Episcopus existens in peccato mortali, si Sacramentum Confirmationis in eodem tempore v. g. centum personis conferat, committat centum peccata mortalia?

Ex quo infertur idem esse dicendum de Confessario in peccato plures confessiones eodem tempore excipiendo.

Et quid de Sacerdote ministrante Eucharistiam in peccato?

Et an laicus in peccato mortali ministrans Eucharistiam in necessitate moribundo non peccet, sicuti non peccaret, si ministraret Baptismum in peccato?

Imo, neque Sacerdos in extrema necessitate baptizans in peccato mortali non peccat.

Et an qui ministrat Sacramentum in peccato, committat duo peccata, vnum omissionis, quia non conteritur, alterum commissionis, quia indignè ministrat?

Et quid de Subdiacono, & Diacono canentibus Epistolam, & Euangelium ex consuetudine in peccato: an peccent mortaliter, vel tantum venialiter? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 58.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo, sicuti Confessarius in peccato mortali existens, si in eodem tempore centum personas absolueret, centum committeret peccata. Non nego tamen, probabiliter sustineri posse, Episcopum in tali casu vnum tantùm peccatum committere : nam, licèt illæ ministrationes Sacramenti sint numero distinctæ; tamen, quia successiuè ministrantur, videntur collatæ per modum vnius, ita vt vnum constituant peccatum mortale in genere moris, sicuti probabiliter Fagundez, & alij à me *alibi* citati asserunt, Confessarium plures confessiones eodem tempore excipiendo, vnum solum peccatum committere. Affirmatiuæ tamen sententiæ, vt dixi, ego adhæreo.

Alibi infra in tr. 7. ex Ref. 27. §. Nec obstat. & in Ref. 42. & in multis aliis earum annotationum.

2. Hinc à fortiori dicendum est, ministrantem Eucharistiam pluribus in peccato mortali, non committere plura peccata : imò ego absolutè assero, ministrantem Eucharistiam in peccato mortali, non peccare mortaliter. Sed hanc sententiam nouissimè nominatim contra me acriter impugnat Bordonos *in consil. Regul. tom.* 2. *resol.* 64. *num.* 23. [Quia, ait ipse, Sacerdos ad id munus est consecratus, & deputatus per Ordinem sacerdotalem, per quod in ipsa Ordinatione recipit gratiam, insinuando Sacerdotem in administratione omnium Sacramentorum debere esse in gratia, vt sanctè illa tractare possit. Et quia collatio Eucharistiæ non est actio minùs sancta, & minùs excellens actionibus

Et sup. consento in hoc §. 1. Hinc, in tom. 2. tr. 2. Ref. 25. & in multis aliis eius annot.

nibus aliorum Sacramentotum: ergo, ficut administrantes alia in peccato mortali peccant mortaliter; ita & Eucharistiam conferentes conscij peccati mortalis grauiter lædunt animam suam. Et quia Sacerdos in collatione huius Sacramenti ministerialiter concurrit ad gratiam sacramentalem, sicut in aliis: Doctores ergo cum S. Thoma *part. 3. quæst. 64. art. 1. & 5.* simpliciter, & indistinctè probant Sacramenta conferri à ministris Ecclesiæ, qui ministerialiter concurrunt ad gratiam sacramentalem. Et quia simpliciter illud tangens in peccato mortali peccat venialiter, vt dixit Paludanus *in 4. distinct. 5. quæst. 2. concl. 3* cum Suarez *in part. 3. de Sacram. Euchar. disp. 72. sect. 4.* Ergo à fortiori illud tangens cum administratione peccat plusquàm venialiter. Denum, cùm inter alia Sacramenta id sit excellentissimum, & præstantissimum, continens ipsum Christum, authorem omnium Sacramentorum, cum omni reuerentia, munditia, & puritate conscientiæ, & animæ fidelibus dispensandum est: ergo, qui illud administrat in peccato mortali, fungitur hoc munere cum magna irreuerentia, & immunditia, consequenter peccat mortaliter; ex maiore etenim perfectione Sacramenti arguitur maior imperfectio in ministro dispensante in peccato mortali.] Ita Bordonus, qui pro sua sententia plures Doctores adducit, quibus ego addo Castr. Palaum *tom. 4. tract. 19. disp. vnic punct. 5. n. 12.* Præposit. *in 3. part. quæst. 64. art. 6. dub. 1. n 35.* Franc. de Lugo *tract. de Sacr. in gen. c. 2. q. 5. n. 40.* Mercer. *de Sacram q. 64. art. 6. dub. 1. n. 8.* Granad. *in 3 part. contr. 3. tract. 5 disp. 5. n. 12.*

Alibi in Ref. not. præteritæ, &c.

3. Sed ego non recedo à sententia, quam docui, & præter Vasquez, qui fuit ingeniorum Phœnix, & alios *alibi* à me adductos, nostram sententiam tenet ex Patribus Dominicanis Magister Serra *in 3. part. D. Thomæ, q. 64. art. 6. dub. 1.* vbi sic ait: [Mihi tamen cum plerisque asserendum videtur, per actionem sacramentalem intelligendam esse eam, qua conficitur Sacramentum. Ex quo colligo primò, illum, qui ministrat Sacramentum iam confectum; vt Sacerdos, qui alios communicat, Hostiam consecratam eis conferendo; non peccare mortaliter, etiamsi in peccato mortali id faciat: quia tale ministerium non est actio sacramentalis, hoc est, confectiua Sacramenti; imò nec propriè, & in rigore constituit ministrum Dei, cùm sic ministrans non sit causa instrumentalis gratiæ, sed solùm se habeat vt conditio, & vt applicans Sacramentum ad conferendam gratiam.] Ita ille, cui adde Amicum *in Cursu Theologico, tom. 7. disp. 9. sect. 1. n. 8.* Quia, ait ipse, quamuis actio ministrandi Eucharistiam applicet Sacramentum, quod est sanctificatiuum subiecti; per se tamen non integrat vnum cum actione per se sanctificatiua subiecti. Idem etiam tenet Hurtado *de Sacram. in gen. disp. 4. diffic. 9.* & Caspens. *in Cursu Theol. tom. 2. tr. 21. disp. 5. sect. 3. n. 31.* Dico igitur, Sacerdotem existentem in mortali non peccare mortaliter, si Eucharistiam iam confectam, & consecratam ministret alicui extra Missam, communicando, v. g. aliquem, aut dando alicui Viaticum; quia, licèt ministrare Eucharistiam per se pertineat ad potestatem characteris, & ad ministrum ex officio; non tamen est actio sacramentalis gratiæ causatiua deferre Sacramentum, & illud dare: minister enim in tali casu non est per se causa gratiæ, sed solùm se habet, vt conditio sine qua non, seu, vt causa applicãs actiua passiuis. Nam, vt benè notat Vasquez *disp. 136. c. 30.* in aliis Sacramentis ex ministro, & Sacramento vnum conficitur instrumentum Dei ad sanctificationem: at verò ex ministro deferente Sacramentum Eucharistiæ antea consecratum, & ex ipso Sacramento, non fit vnum instrumentum: & ita Sacerdos, licèt quando conficit Sacramentum, peccet mortaliter, si non existat in gratia; non tamen quando solùm se habet vt deferens. Concedo tamen, sententiam Patris Bordoni, & aliorum esse satis probabilem.

Sup. hoc primo, pro laico in tom. 1. tr. 2. ex Ref. 67. in principio, & in § vlt. &c. Et pro Baptismo magis latè suprà in tr. 1. Ref. 43. & pro Sacerdote ibi in Ref. 41. & in aliis earum annotationum.

4. Ex his etiam à fortiori infertur in sententia probabili Doctorum asserentium, posse laicum in extrema necessitate ministrare moribundo Eucharistiam, si hoc efficiat in statu peccati mortalis non peccare mortaliter, sicuti non peccaret, si ministraret Baptismum in peccato mortali, tempore necessitatis. Imò egó puto, in tali casu neque Sacerdotem baptizantem in extrema necessitate cum peccato mortali peccare mortaliter: quod olim docui, & docet nouissimè Lessius *in 3. part. quæst. 64. art. 6. dub. 1. n. 11.* Licèt negatiuam sententiam doceat Castr. Pal. *tom. 4. tract. 18. disp. vnica, punct. 5. n. 10.* Quia Sacerdos, ratione consecrationis, deputatur ad quorumlibet Sacramentorum dispensationem; ac proinde quotiescumque, & quomodocumque ministret, ministrat ex officio. Si enim, cùm solemniter baptizat, censetur esse Minister publicus ab ipsa Ordinis susceptione deputatus; etiam cùm absque solemnitate ob occurrentem necessitatem baptizat, debet censeri publicus Minister, & ex officio ad id deputatus: quia Baptismus solemnis à priuato solùm differt in cæremoniis, & ritibus ab Ecclesia institutis. Ergo, si Sacerdos ex vi suscepti Ordinis consecratur ad ministrandum Baptismum solemniter: & ad ministrandum priuatè consecratur, neque ex vi consecrationis vnum præ alio spectari potest, aliàs solemnitas à iure diuino esset. Sed, licèt hæc omnia probabiliter dicta sint, nostra sententia probabilitate non caret. Et hanc sententiam, præter Lessium, & alios, docet etiam Ioan. Vviggers *vbi infrà, concl. 2. n. 25.*

Quamuis sit plenè sup. hoc lege tamen suprà in tr. 1. doctrinam Ref. 10 & alterius Ref. eius primæ annot.

5. Et tandem, si quis quærat, an qui in peccato mortali administrat Sacramentum, committat duo peccata; vnum omissionis, quia non conteritur; alterum commissionis, quia indignè administrat? Respondetur, vnicum esse peccatum commissionis: quia tunc non est absolutè præceptum pœnitendi, sed tractandi dignè Sacramentum: proinde omissio pœnitentiæ non habet per se suam malitiam, sed est tantùm circumstantia actus mali. Et ita docet Mercerus *de Sacr. q. 64. art. 6.* & alij.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. in Ref. 118 & in alia Ref. & vers. eius annot. primæ

6. Nota hîc obiter, Lessium *vbi suprà num. 10.* & alios docere, Diaconos, & Subdiaconos canendo Epistolam, & Euangelium in statu peccati mortalis per longum tempus, & ex consuetudine, & cum intentione frequenter ministrandi, peccare quidem mortaliter: nam illud obiectum ita sumptum satis graue videtur, & illa consuetudo, vel propositum oriri videtur ex quodam contemptu formali, seu virtuali. Sed hoc mihi non placet, sicuti non placet Patri Francisco de Lugo *de Sacram. in genere, cap. 2. quæst. 6. num. 51.* Quia velle sæpiùs peccare venialiter non constituit mortale, nisi quando ratione læsionis illatæ, vel alia simili causa, materia violationis continuatur, vt contingit in furtis minimis, in comestionibus paruis intra diem ieiunij, vel similibus, quod non euenit in præsenti. Nam actus isti planè separantur inter se, nec relinquunt effectum post se, ratione cuius prior coalescat cum posteriori. Porrò contemptum virtualem non facere de veniali mortale, censet Vasquez: Coninch verò negat, hîc reperiri contemptum virtualem, aut implicitum; sicut non includitur

ditur in frequentatione mendacij iocosi, vel verbi otiosi, similisve venialis culpæ: non enim apparet hîc maior ratio, quàm in aliis. Vnde concluditur Diaconum, & Subdiaconum in mortali exercentes sua ministeria solemniter, & frequenter, solùm peccaturos venialiter contra naturale præceptum.

7. Imò patet Vasquez *in 3. part. disput. 136. cap 4. num. 4.* putat, Diaconum, & Subdiaconum cantantem Epistolam, & Euangelium in peccato mortali, neque venialiter peccare. Quia nullum peccatum, etiam veniale, dari potest, quin sit contra præceptum aliquod, vt ipse tradit 1. 2. *disput.* 143. *cap.* 3. Cùm ergo non detur hîc præceptum, nullum erit peccatum. Confirmat: quia, si peccatum aliquod committeretur, nun esset veniale, sed mortale, cùm materia sit grauis, alioquin Diaconi, vel Subdiaconi suspensi, vel excommunicati non peccarent mortaliter, exercendo solemniter actum Ordinis sui, nec incurrerent irregularitatem, quod nullus concedet. Sed meliùs docet Conlnch *de Sacrament. quæst.* 34. *art.* 6. *num.* 38. *&* 39. Lugo, & alij, in tali casu Diaconos, & Subdiaconos committere peccatum veniale irreuerentiæ contra naturale præceptum sanctè tractandi res, & actiones sacras: quod alij communiter supponunt, & mihi fit verosimilius. Consonat sanctus Thomas *in 4. distinct. 5. quæst. 2. art. 2. quæstiunc.* 4. dicens, quòd quicunque in peccato mortali se ministrum exhibet Ecclesiæ in quocunque spirituali, peccat. Non desunt tamen Doctores, vt Ioannes Vvigers *in 3. part. Diu. Thomæ, quæst. 64. art. 6. concl. 5. num.* 30. & alij firmantes, quòd Diaconus in statu peccati mortalis solemniter cantans Euangeliom, & ministrans in Sacrificio Missæ, committit peccatum mortale: quod & de Subdiacono in tali statu cantante Epistolam, & solemniter ministrante videtur quoque dicendum. Sumitur ex D. Thoma *in 4. d. 24. art.* 3. & docent Angelus *verbo, Clericus,* 8. Syloester *verbo, Clericus,* 2. Caietanus 2. 2. *q. 6. art.* 2. & Victoria *de ministro Baptismi, q.* 29. Et ratio assignari potest: quia peculiariter sacramentali consecratione ad hoc munus sunt deputati, & in se ministerium magnum est: quia valdè accedit ad ipsum Sacrificium; præsertim ipsius Diaconi, qui etiam cum Sacerdote tetiens eius brachium, aut pedem Calicis, simul præsentat, & offert materiam Sanguinis Domini, secundùm eam rationem, qua mox in Sanguinem Christi mutanda est. Vnde hæc actio speciali reuerentia est digna. Quare de Diacono conclusio est certior, quàm de Subdiacono: nam & de Diaconis scribit Apostolus 1. ad Timoth. c. t. *Hi autem probentur primùm, & sic ministrent, nullum crimen habentes.* Sed his non obstantibus, non est recedendum à communi sententia Doctorum asserentium, vt diximus, Diaconos, & Subdiaconos Epistolam, & Euangelium cantantes in peccato mortali, tantùm peccatum veniale committere.

RESOL. VI.

An sit de necessitate Sacramenti, vt Vnctio in Confirmatione adhibeatur ab Episcopo in fronte?

Et an peccet mortaliter Episcopus, si saltem talem vnctionem non faciat in fronte, & efficiat Sacramentum nullum?

Et an etiam de necessitate Sacramenti sit adhibenda prædicta vnctio immediatè manu propria Episcopi, nullo medio instrumento, & in figura Crucis? Ex part. 8. & Misc. 3. Res. 30.

§. 1. NEgatiuam sententiam docuit Martinus Ledesma *in 4. Senten. tom. 1. q. 13. art.* 12. vbi sic ait: [Nota, quòd puto non esse de substantia Sacramenti Confirmationis, vt in fronte consecratur; sed teneret factum, esto, in alia principali parte conferretur: peccaret tamen Episcopus, qui ritum Ecclesiæ mutaret.] Ita ille, & post illum ex eadem Religione Victoria *in Summa de Confirmat. q.* 18.

Sup. hoc quæuis non plenè & distinctè, lege tamen §. vlt. Res. seq. & suprà ex Res. 3. §. Formatio.

2. Sed Viri doctissimi in hoc fœdè lapsi sunt: nam Episcopus, non solùm peccaret mortaliter, sed efficeret Sacramentum nullum, si frontem confirmandi non vngeret. Et ideò sententiam Ledesmæ, & Victoriæ omninò falsam, & plusquàm temerariam, imò oppositam existimat de fide Basilius Poncet in sua doctissima prælectione *de Sacram. Confirmat. part. 2. cap. 5. n.* 5. Probatur manifestè ex vsu Ecclesiæ ab antiquis Patribus comprobato, præcipuè Tertulliano *lib. de præscription. c.* 40. Dionysio *de Ecclesiast. hierarch. cap. 2. part.* 2. Cyril. Ierosolymit. *catechesi. 3. & 4. mystagogica.* Gregorio Turonen. *lib. 2. de gestis Francor. cap.* 31. Augustino *Psal.* 141. super illa verba: *In via hac, qua ambulabam.* Sed præcipuè id constat ex Innocentio III. *in cap. vnico, de sacra Vnctione,* & ex Concilio Florent. Decreto de Armenis, declarante huius institutionis rationem: [Ideò in fronte (inquit Concilium) vbi verecundiæ sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipuè Crucem eius, quæ Iudæis est scandalum, gentibus autem stultitia, secundùm Apostolum. Propter quod Crucis signo signatur.] Et licèt antiqui Patres expressè non dixerint, hanc in fronte signationem esse essentialem; satis id indicarunt absque vlla varietate conuenientes, ita faciendam esse. Præterquàm quòd eodem modo requirunt vnctionem in fronte, ac in figura Crucis: sed vnctionem in Crucis figuram reputant essentialem: ergo etiam in fronte reputare debent. Denique, ex fine huius Sacramenti qui est ad confitendum Christum absque vlla erubescentia, & timore, non leue argumentum desumitur, ad probandum vnctionem in fronte necessariam esse huius Sacramenti valori. Et ita tenet D. Thomas *in 3. part. quæst. 72. art.* 9. & tradunt, pluribus relatis, Suarez *q. 72. art. 4. disp. 33. sect. 1. in medio.* Coninch *art. 3. dub. 1. concl. 5. num.* 53. Layman *lib. 5. Sum. tract. 3. cap. 2. n. 4. circa finem.*

3. Nota tamen, quòd licèt sit essentiale, vt ea vnctio fiat in fronte, ita vt si in ea non fiat, nullum sit Sacramentum Confirmationis: at non est essentiale, vt fiat in sola fronte, sed possunt etiam vngi Chrismate aliæ partes, & sensus corporis iuxta diuersas Ecclesiarum consuetudines. Hæc pars constat manifestè ex recepta consuetudine Ecclesiæ Græcæ à primis temporibus, & approbata ab Ecclesia Romana, iuxta quam consuetudinem non solùm frons baptizati, sed & aliæ partes corporis inunguntur, cùm hoc Sacramentum ministratur. Id conuincitur primò ex Concilio II. generali, quod est Constantinopolitanum I. *Can.* 7. vbi statutum est, quosdam Hæreticos à certis quibusdam hæresibus ad Ecclesiam redeuntes recipiendos, & obsignandos sancto Chrismate in fronte, oculis, naribus, & ore, & auribus. In quibus verbis planè de Sacramento Confirmationis sermo est: Græci enim quemadmodum in sacro Fonte baptizandos in aquam to-

Sup hoc etiã cursim infrà in §. vlt. huius Res. ad lin. 6. & in aliis eius annot.

tos immergunt, ita etiam in Confirmatione diuersas corporis partes iuungunt, toties repetita forma; qui tamen actus ex multis particularibus collectus, moraliter loquendo, vnus censendus est, quamuis in prima vnctione frontis, Sacramentum Confirmationis perfici, & effectum sortiri, indubitatum esse debeat.

Sup. hoc in Ref. assignatis in annotatione vlt. huius Ref. Sup. hoc etiã cursim suprà prope finem §. 2. huius Ref. vers. Sed vnctionem. & supra in Ref. 3. §. Formatio.

4. Cùm itaque vnctio sit adhibenda, de necessitate Sacramenti, in fronte, quæritur, an etiam de necessitate Sacramenti sit adhibenda immediatè manu propria Episcopi, nullo medio instrumento. Et aliqui negant: vnde Serra *in 3. part. D.Thomæ. q.82. art.4.* sic ait: [Communiter asserunt Theologi, de necessitate Sacramenti esse, vt vnctio fiat in figura Crucis, & Crux formetur Chrismatis vnctione. Quòd autem hæc vnctio fiat immediatè manu ipsius Episcopi, & non medio aliquo instrumento, non est ita certum esse de necessitate Sacramenti: nam, quamuis multi hoc satis probabile esse dicant; alij tamen oppositum docent.] Ita ille. Et hanc sententiam nouissimè tenet Pater Quintanaduceñas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 2. singul. 3. n. 5.* qui citat Leandrum, Hurtadum & Henediam. Probatur hæc opinio. Facta enim vnctione medio aliquo instrumento, vtpote pénicillo, seu calamo, forma huius Sacramenti verificatur: non igitur esse potest necessarium fieri manu Pontificis immediatè. Neque ex vsu, & consuetudine Ecclesiæ ea necessitas colligi potest: aliàs fieri pollice manus dextræ necessarium esse. Nihilominùs dicendum est, necessarium esse fieri vnctionem manu Episcopi immediatè: quia impositione manus hoc Sacramentum à primis Ecclesiæ exordiis conficitur, vt constat ex Apostolorum vsu. Et ita docent Poncius, *vbi supra, n. 7.* Pitigianus *in 4. tom. 1. dist. 7. q. 3. art. 6. in fine.* Reginaldus *in Praxi tom. 2. lib. 28. c. 2. n. 10.* Filliucius *tom. 1. tr. 3. c. 1. q. 7.* Cast. Pal. *tom. 4. tr. 20. disp. vnica, punct. 3. n. 4* & alij. Sed de hac difficultate *alibi* etiam aliquid tetigimus.

Alibi in duabus Ref. seqq & suprà in fine Ref. 2. & in tom. 4. tr. 8. ex Ref. 60. §. vlt. & latè ibi in Ref. 82. à lin. 9.

RESOL. VII.

An Episcopus, qui in Confirmatione vngeret alio digito, quam dextero pollice, peccaret mortaliter?

Et vtrum talis variatio sit materia grauis aut leuis?

Et an sit de necessitate præcepti, & Sacramenti, quod vnctio Confirmationis fiat immediatè manu Confirmantis sub signo Crucis, vnde nunquam sit efficienda medio aliquo instrumento, vt tempore pestis potest dari Sacramentum Extrema-Vnctionis? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 22.

Sup. in Ref. seq. & in aliis eius not. primæ.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam videtur docere Melchior Zambranus *de casibus occurrentibus tempore mortis c. 2. dub. 1. n. 1* vbi sic asserit. Certum est obligari Episcopum sub præcepto vngere immediatè dextero pollice, quia ita præcepit Pontificale. Sic ille; & hoc etiam docere videtur Layman *in Theol. moral. lib. 5. tract. 3. cap. 2. num. 5.* qui citat Suarez.

Sup. hoc in fine Ref. seq.

2. Verùm, vt rectè obseruat Didacus Nugnus *in 3. part. tom. 1. q. 61. art. 4. dist. 5. concl. 4.* hoc non est ita certum, quia non constat, vtrùm materia grauis, vel leuis sit talis variatio, videtur enim parùm referre, quòd vnctio fiat indice, vel pollice: quòd fiat manu dextera, vel sinistra. Ita Nugnus, & ego (vt verum fatear) difficulter de peccato mortali damnarem Episcopum, qui indice v.g. vnxerit aliquem in infirmitate.

3. Notandum est verò hîc obiter, non solùm necessarium esse necessitate præcepti, quòd vnctio Confirmationis fiat manu immediatè confirmantis in fronte sub signo Crucis, sed etiam necessarium esse necessitate Sacramenti; vnde nunquam erit efficienda medio aliquo instrumento, vt tempore pestis potest dari sacramentum Extremæ-Vnctionis.

Sup. hoc in Ref. seq. & in aliis eius primæ not. & pro parte frontis in Ref. præterita à principio, & in alio §. eius primæ annot.

RESOL. VIII.

An hoc Sacramentum Confirmationis sit conferendum immediatè manu Episcopi, ita vt sit nullum, si conferatur pollice sinistro, & non dextero, vel alio digito, vel quouis alio instrumento siue coniuncto, siue separato? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 28.

§. 1. SAcramentum in tali casu esse nullum docent Suarez, & Coninch, quos citat, & sequitur Layman *in Theol. moral. lib. 5. tract. 3. cap. 2. num. 5.* quibus ego addo Reginaldum *tom. 2. lib. 28. cap. 2. num. 10.* Fillincium *tom. 1. tract. 3. cap. 1. num. 17.* Nugnum *in 3. part tom. 1. q. 72. art. 4. concl. 2.* quia manus impositio est de ratione huius Sacramenti, atque adeò debet fieri, quando fit Sacramentum ipsum, sed si fiat vnctio medio instrumento, non est vera manus impositio. Ergo neque erit verum Sacramentum.

Sup. hoc suprà in § vlt. Ref. 6. & in Ref. 7. & in fine Ref. 2. & in tom. 4. tr. 8. ex Ref. 60 §. vlt. à lin. 4. & latè ibi in Ref. 82. à lin. 9.

2. Non desunt tamen DD. contrariam sententes, & sic ait Fernandez de Heredia *in dispensationibus de sacrament. Confirmat. diff. 5. part. 5. dub. vnico, num. 2.* Non æstimamus pertinere ad necessitatem Sacramenti, quòd vnctio fiat pollice dextero, vel sinistro, vel alio digito, vel quouis alio instrumento, siue coniuncto, siue separato, quippe nihil videtur deesse, neque ex parte materiæ, neque ex parte significationis formæ, quocunque ex his modis fiat chrismatio. Neque ideo minus Sacramentum hoc dicetur manus impositio, si fiat vnctio penna, vel alio instrumento, quo quidem mediante manus propriæ imponi dicuntur, sicut & manus violentæ in clericum iniici dicuntur, si baculo, lapidéve, & similibus percutiatur. Pertinebit igitur ad necessitatem præcepti, quod sine graui peccato omitti nequit. Ita Fernandez. Sed prima opinio & probabilis, & tutior est.

Sup. hoc graui peccato lege §. 2. Ref. 1. not. præteritæ.

RESOL. IX.

An Episcopus ministrans publicè in Ecclesia Sacramentum Confirmationis sine Pluuiali, Mitra, & Baculo Pastorali peccet mortaliter?

Et quid dicendum, si Episcopus confirmando omitteret tantum vnum ex indumentis sacris?

Ex quo deducitur, an Sacerdos faciendo Sacrum, excusetur à mortali omittendo cingulum, aut manipulum ratione paruitatis materiæ?

Et quid si Episcopus omitteret infligere alapam, quando ministrat sacrament. Confirmationis?

Et ex consequentiis huius Resolutionis patet resolutio alterius casus, nempe Episcopum ministrantem Ordines sacros statim post Missam sine aliis indumentis peccare mortaliter, sicut Sacerdotem ministrantem sacramentum Baptismi, & Extrema-Vnctionis sine vestibus sacris. Ex part. 7. tr. 10. & Misc. 1. Ref. 31.

§. 1. PRima facie videtur respondendum partem affirmatiuam non esse certam: nam Nugnus

Nugnus *tom. 1. in 3. part. qu. 72. art. 12.* ait: Tertius ritus est, quòd Episcopus sit indutus vestibus sacris, pruvt habetur in Pontificali Rom. quam cæremoniam omittere esset graue peccatum, & forsan mortale. Ita ille, cui adde Candidum *tom. 2. disp. 1. art. 10. dub. 27.* ergo hi Doctores non audent damnare de peccato mortali Episcopum ministrantem sacramentum Confirmationis non indutum vestibus sacris, nam formidolosè loquuntur.

2. *Secundò*, probatur hæc opinio ex auctoritate Villalub. *in sum. tom. 1. tract. 6. diffic. 8. n. 3. & in Man. Conf. cap. 3. num. 6.* vbi asserit: cæremonias accidentales in administratione sacramenti Confirmationis non esse obseruandas sub mortali. Sed cæremonia sacrarum vestium est accidentalis, vt ait Præpos. *in 3. p. qu. 72. art. 12. num. 54. & ibi* Nugnus cum aliis: Ergo, &c. Hinc si Episcopus omitteret infligere alapam quando administrat sacrament. Confirmat. non peccaret mortaliter, vt docet Mercer. *de Sacram. in 3. p. qu. 72. art. 12. num. 8.* & alij, quia est cæremonia accidentalis, Ergo & idem dicendum erit in casu nostro.

3. *Tertiò*, dicendum est, quòd cæremonia indumentorum in Confirmatione, non habet specialem significationem, sed pertinet tantum ad decentiam & ornatum. Et ideo non videtur esse materia grauis, per ea quæ docet Suarez *in 3. p. tom. 3. disp. 15. sect. 5.* Ergo, &c.

4. Sed pro resolutione huius quæst. suppono 1. Episcopum in administratione Confirmat. debere esse indutum vestibus sacris, nempe Stola, Pluuiali, Mitra, & Baculo Pastorali, Ita docet Alzed. *in praxi part. 2. cap. 4. num. 23.* Scip. de Rubeis *in Aphor. Episcop. ver. Confirmatio, num. 6.* Castald. *in praxi Carem. lib.... c....* Borbosa *de potest. Episcop. part. 2. alleg. 30. num. 11.* & sic respondet sacra Congregatio Episcopo suffraganeo Britanniensi die 10. Februarij anno 1585.

5. Suppono 2. ritus Sacramentorum non solum substantiales, de quo non est dubium, sed etiam accidentales esse obseruandos, vt docet Bonacina *de sacrament. disputat. 1. quæst. 6. punct. 5. quæst. vlt. num. 2.* Reginald. *tom. 2. lib. 26. cap. 4. num. 28.* & alij communiter ex Concil. Trident. *sess. 7. can. 13.*

6. His suppositis, respondeo ad casum propositum, Episcopum administrantem Confirmationem absque Pluuiali, Mitra, & Baculo Pastorali, peccare mortaliter. Probatur hæc opinio, quia vestes sacræ in administratione huius Sacramenti pertinent ad eius ornamentum, decentiam, & reuerentiam, quòd in Rom. Pontificali præscribitur, & consuetudo inueterata Ecclesiæ obseruat. Sed Minister Sacramenti tenetur obseruare ritus Ecclesiasticos præscriptos in administratione Sacramentorum. Ergo Episcopus, qui Minister est ordinarius huius Sacramenti, debet indui vestibus sacris, ab Ecclesia, & consuetudine præscriptis, & aliter faciendo peccabit mortaliter, transgrediens ritum præscriptum, & consuetudinem Ecclesiæ in re graui, vt est reuerentia debita sacramento.

Sup. hoc pro Baptismo supra in tr. 1. ex Ref. 15. §. 2. in fine.

7. Confirmantur supradicta ex doctrina Ioan. Petit, *in Theol. Sacrament. tract. 2. lect. 29.* & aliorum asserentium peccare mortaliter Sacerdotem ministrando sacramentum Baptismi sine sacris vestibus, nisi excusetur ex paruitate materiæ. Quod etiam patet in administratione aliorum sacramentorum; vnde docet Auersa *de sacrament. Extrema-Vnctionis sect. 4. in fin.* Suarez *in 3. part. num. 4. disp. 44. sect. 2. num. 7.* & alij communiter, Sacerdotem administrantem Extrem. Vnct. sine vestibus sacris peccare mortaliter.

Sup. hoc pro Extrema-Vnctione, in seq. §§. & infrà in §. Restat. huius Ref. & in tom. 2. tr. 4. ex Ref. 19 §. Item administranda. & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 2. §. Sed pro.

8. Si ergo secundum communem opinionem Doctorum, Sacerdos administrans sacramentum Baptism. & Extr. Vnct. sine vestibus sacris peccat mortaliter; quare non peccabit mortaliter Episcopus administrans sacramentum Confirmationis absque indumentis ab Ecclesia & à consuetudine præscriptis.

9. Et nota ritus administrandi sacramenta cum vestibus sacris ab Ecclesia præscriptis adeo esse rem grauem propter reuerentiam debitam sacramentis, vt Suarez vbi supra, putauerit, administrare sacramentum Extr. Vnct. sine stola, & superpelliceo, etiam vrgente necessitate, esse peccatum mortale, quia illud sacramentum non est de necessariis, vnde præferenda est reuerentia sacramenti; quantò magis dicendum est in casu nostro in quo ab Episcopo gratis indumenta sacra relinquuntur.

10. Nec valet instare asserendo doctrinam superiùs allatam non officere; nam concedendum est Episcopum peccare mortaliter, confirmando absque omnibus vestimentis sacris; sed in casu nostro Episcopus non administrat Confirmationem sine omnibus vestibus sacris, sed tantum sine aliquibus. Ergo peccabit tantum venialiter.

Sup. hac omissione in tom. 4. tr. 8. ex Ref. 70. §. vlt. ...

11. Nam respond. quòd si Episcopus confirmando omitteret vnum ex indumentis sacris, non peccaret quidem mortaliter, ratione paruitatis materiæ, vt in casu simili dixit Auersa *vbi supra*. At in nostro casu Episcopus omittit maiorem partem indumentorum. Ergo non potest ex paruitate materiæ à peccato mortali excusari; sicut Sacerdos in faciendo sacro, secundum aliquos excusaretur à peccato mortali, omittendo manipulum, vel cingulum, ratione paruitatis materiæ, vt me cit. tenet Marchin. *de sacr. Ord. tr. 3. p. 3. c. 15. n. 2.* non autem si omitteret cum manipulo, aut cingulo aliud indumentum. Ergo, &c.

Sup. hoc latè in tom. 2. tr. 1. Ref. 167. in principio, & in Ref. 169. §. 2. cursim ad medium, vers. nisi quoad cingulum, & ex doctrina Ref. 170. & 171.

12. Restat modò respondere ad ea quæ suprà in contrarium adducta sunt. Dico igitur ad primum non esse audiendos Nugnum, & Candid. loquentes dubitatiuè, circa præsens dubium, nam eorum pace, non loquuntur consequenter ad ea, quæ docuerunt posteà: nam Candidus *tom. 3. disq. 3. art. 9. dub 9.* & Nugnus penes ipsum asserunt absolutè, & sine formidine Sacerdotem ministrantem Extr. Vnct. absque vestibus sacris peccare mortaliter: Quæro ab ipsis, quare non peccabit mortaliter Episcopus ministrans Confirmationem absque indumentis præscriptis; cùm in administratione vtriusque sacramenti eadem sit ratio, nempe ornatum, & reuerentiam debitam sacramentis adhibendam esse secundum ritum præscriptum ab Ecclesia, & indefessa consuetudine approbatum? Itaque Nugnus, & Candidus, si absolutè dixerunt Sacerdotem, lethale crimen incurrere, ministrando sacramentum Extremæ-Vnctionis sine habitu consueto, debeant etiam absolutè, & non dubitatiuè asserere, peccare etiam mortaliter Episcopum confirmantem sine vestibus sacris.

Sup. hoc supra in fine §. Confirmantur huius Ref. & in aliis eius not. quæ est secunda dicti §.

13. Ad 2. argum. ex authoritate Villalobos, Respond. illum loqui de cæremoniis accidentalibus, quæ non versantur circa materiam grauem,

uem, vt v. g. inflictio alapæ, quæ cæremonia ratione paruitatis materiæ, non inducit obligationem peccati mortalis: secus dicendum de cæremoniis accidentalibus in materia graui, vt est obligatio ministrandi Sacramenta cum vestibus sacris præscripta ab Ecclesia propter reuerentiam sacramentis debitam., & ad exteriorem ornatum, & existimationem seruata. Ergo, &c.

14. Ad 3. arg. Resp. cæremoniam quoad ornatum, & decentiam, quatenus pertinet ad reuerentiam debitam in administratione sacramentorũ inducere materiam grauem, & solum ratione paruitatis materiæ, eius omissionem excusari posse à mortali, vt obseruat Præpos. *in 3. p. qu. 81. art. 5. num.* 187. & patet ex dictis. Negandum etiam supradicta indumenta non habere suum significatum, vt patet ex S. Th. *in Add. ad 3. p. q. 40. art. 7. in corp.*

15. Vnde ex his patet Resolutio alterius casus, nempe Episcopum ministrantem Ordines sacros statim post Missam, sine aliis indumentis peccare mortaliter; nam conficit Sacramentũ Ordinis absque vestibus præscriptis ab Ecclesia, & à consuetudine pro ornatu & reuerenti eius administratione. Indumenta verò Missæ fuerunt ab Ecclesia præscripta pro digna administratione Sacramenti Ordinis & ideo dicuntur indumenta Sacerdotalia, non Pontificalia, vnde habent diuersum significatum. Ergo aliter facere esset miscere, & peruertere sacros ritus, & cæremonias in re graui. Ergo, &c.

RESOL. X.

An Episcopus in sua Diœcesi peccet, si confirmet subditos alterius Episcopi, & hoc extra Ecclesiam, & post prandium?

Et an cæteris paribus per Sacramentum Confirmationis maior gratia conferatur, quam per Baptismum, & per vllum aliud Sacramentum, excepto Ordine?

Et notatur non esse peccatum veniale recipere Eucharistiam ante hoc Confirmationis Sacramentum. Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Res. 50.

Sup. hoc in Res. seq., & in Res 1. post seq. § Adde. & in tom. 2. tr. 5. ex Res. 100. § Adde. & in tom. 3. tr. 3. Res. 61. post medium à vers. Notandum est.

§. 1. Hic casus frequenter potest accidere, & affirmatiuam sententiam docet Martinus Bonacina *de Sacrament. disput. 3. punct. 2. num.* 10. vbi citat Petrum Ledesmam, Viualdum & Bartholomæum ab Angelis. Ratio est, quia mittit falcem in messem alienam, nec constat de voluntate proprij Episcopi.

2. Verùm me consulente sine vllo scrupolo Doctores, Episcopi confirmare possunt alienos subditos, & ita docet Petrus Ochagauia *de Sacrament. tract. vnic. de confirmat. quæst. 11. numer.* 1. vbi sic asserit: Potest Episcopus sine vlla pœna, aut culpa, dum in sua Diœcesi suos confirmat, alienos subditos ibi concurrentes confirmare, quia præsumendum est id gratum futurum alieno Episcopo; & probatur ratione, quia cùm actus confirmandi non petat (ad valorem) necessariò iurisdictionem, facilè præsumitur ratihabitio alieni Episcopi. Ita ille, qui citat Caietanum, Paludanum, & Henriquez, quibus ego addo Tannerum *in 3. part. Diu. Thom. disputat. 4. dub. 3. num.* 56. vide etiam Barbosam *de iure Pontificio lib. 1. cap. 3. numer.* 47. Præpositum *in 3. part. Diu. Thom. quæst. 72. art. 8. dub. 2. num.* 39. Sà *ver. Confirmatio, num.* 2. Henriquez *lib. 3. cap. 6. num. 6.* & Layman *in Theol. moral. lib. 5. tract. 3. cap. 5. num.* 2.

3. Notandum est etiam hîc obiter primò contra Nugnum *in 3. part. tom. 1. quæst. 78. art.* 2. non peccare mortaliter Episcopum, qui sacramentum Confirmationis administraret extra Ecclesiam. Ita Bonacina *vbi suprà num.* 14. non enim consuetudo confirmandi in Ecclesia recepta est cum tanto onere, vt reum mortalis culpæ constituat Episcopum alio in loco confirmantem, & hanc sententiam tenet etiam Præpositus *loco citato, in 3. part. quæst. 72. artic. 12. numer.* 54. vbi sic ait: Sacramentum Confirmationis potest conferri post prandium, & quamuis conferri debeat decenti loco, non tamen necessariò in Ecclesia. Ita ille.

Sup. hoc in Res. 2. not præteritæ, §. Nec etiam & in tom. 4. tr. 8. Res. 81. ad lin. 6. & vers. nam primò.

4. Nota secundò contra Sotum *in 4. distinct. 7. quæst. vnic. artic. 7. propos.* 3. non esse peccatum veniale recipere Eucharistiam ante hoc Sacramentum, si enim hoc esset, multa peccata venialia circa hoc efficerentur, & nulla ratione id ostendi potest, & antiqua consuetudo Ecclesiæ, qua statim post Baptismum succedebat Confirmatio, deinde Eucharistia, iam exoleuit. Ita Præpositus *vbi suprà art. 8. numer.* 38.

5. Et tandem vt Christiani non sint negligentes, vt plures sunt circa susceptionem huius Sacramenti, sciant, cæteris paribus, per Sacramentum Confirmationis maiorem gratiam conferri, quàm per Baptismum & per vllum aliud Sacramentum, excepto Ordine, per quem aliquis constituitur Dux in Ecclesia. Sic Præpositus *artic. 7. dub. 1. numer. 35. in fine*, contra Scotum *in 4. distinct. 7. quæst.* 1. Sed hanc sententiam tenet etiam Sotus *vbi suprà*. Suarez *in 3. part. tom. 3. disputat. 34. sect. 2.* Ochagauia *de Sacrament. tract. vnico de Confirmat. quæst. 7. numer. 5.* & alij.

RESOL. XI.

Quidam Episcopus in sua Diœcesi confirmauit subditum alterius Episcopi, & hoc extra Ecclesiam, quæritur, an peccauerit?

Et an ita confirmatus etiam peccet?

Et cursim aduertitur esse peccatum mortale baptizare aliquem extra Ecclesiam sine necessitate. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 17.

Sup. hoc in Res. præterita, & in aliis eius annot. primæ.

§. 1. Peccasse mortaliter, putat Pet. de Ledesma *in sum. tom. 1. de Sacrament. Confirmat. cap.* 9. cuius verba sunt. [El Obispo de vn Obispado, si confirma aquel que es de otro Obispado sin licentia del otro Obispo, peca mortalmente, como pecaria mortalmente el Obispo, que ordenasse vn subdito del otro Obispo sin su licentia. Tambien pecaria mortalmente, el que en el tal caso se confirmasse, sino es que tuuiesse ignorancia inuincible.] Hæc ille; quam opinionem sequitur etiam Bartholomæus ab Angelo *dialog. 3. §. 62.* Aloysius Riccius *in praxi var. resol. part. 2. resol. 24.* Tolet. *lib. 2. c. 24. n. 5.* Viualdus & alij.

2. At mihi probabilior semper visa est contraria senten-

ſententia, quam tuentur Henriq. *lib. 3. cap. 6. n. 6.* & Emanuel Sa *verb. confirmatio num 2.* Ratio eſt, quia licèt ſuſcipiens Sacramentum Confirmationis, ſit ſubditus alterius Epiſcopi; tamen præſumitur hoc ratum, & gratum fore proprio Epiſcopo. Sed ſeclusa ratihabitione, erit mortale, vt docet prima opinio.

Sup. hoc in Ref. præterita § Notandũ eſt. & in to. 4. tr. 8. Ref. 81. ad lin. 6. & verſ. nam primo.

3. Nec etiam peccauit mortaliter, quia miniſtrauit hoc Sacramentum extra Eccleſiam. Nam licèt Didacus Nugnus *in 3. part. tom. 1. quaſt. 72. art. 12.* teneat affirmatiuam ſententiam, quia excellentius eſt hoc Sacramentum, quàm Baptiſmus, ſed peccatum mortale eſt baptizare aliquem extra Eccleſiam, ſine neceſſitate: ergo etiam confirmare. Deinde probatur ex vniuerſali conſuetudine totius Eccleſiæ, quæ in re graui obligat ſub peccato mortali.

4. Attamen mihi ſemper placuit contraria ſententia, quam ſequitur ex antiquis Paludanus *in 4. q. 3. art. 3.* & ex recentioribus Suarez *in 3. part. tom. 3. diſp. 38. ſect. 2.* ait eſſe probabilem; & Martinus Bonac. *de Sacram. diſp. 3. quaſt. vnica, punct. 2.* exiſtimat, conſuetudinem confirmandi in Eccleſia, non eſſe receptam cum tanto onere, vt reum lethalis culpæ conſtituat; nimis ergo rigidè in hac re loquutus eſt Nugnus.

RESOL. XII.

An Epiſcopus poſſit confirmare aliquem afferentem dimiſſorias ſui Epiſcopi, vt ordinetur?

Et notatur Epiſcopum confirmantem in ſua Diœceſi ſubditum alterius nullam cenſuram, aut culpam incurrere.

Et ſi Epiſcopus ordinet aliquem non confirmatum, quæritur, an peccauerit mortaliter; ſicut etiam idem dicendum eſt de illo, qui vult ſuſcipere Ordines, ſi non ſit confirmatus? Ex part. 3. tract. 4. Reſolut. 24.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. ex Reſol. 100 § Sed cum caſus. & in to. 3. tr. 3. Ref. 61, à lin. 5. verſ. An ſi quis.

§. 1. DE hoc caſu olim interrogatus fui ab Illuſtriſſimo Marco la Caua Epiſcopo Mazarienſi, & affirmatiuè reſpondi cum Zambrano *de caſibus occurrentibus in art. mortis c. 2. dub. 2. n. 3.* vbi ſic aſſerit: Quando Epiſcopus vult ordinare aliquem offerentem dimiſſorias literas ſui Epiſcopi, poteſt licitè eum confirmare, ſi non eſt confirmatus; quia qui concedit finem, concedit neceſſaria ad finem talem: at Confirmatio præmittenda eſt Ordinibus; ergo. Ita Zambranus, qui citat Henriq. *lib. 3. c. 6. n. 6.* & nouiſſimè inueni hanc ſententiam docere etiam Layman *lib. 5. tr. 3. c. 6. n. 2.* & Fagund. *precept. 5. lib. 3. cap. ... n. 8.*

Sup. hoc in duabus Ref. præcedentibus. & in Ref. 2. not. præterita. §. Adde. & in tom. 3. tr. 3. Ref. 61. poſt medium

2. Adde etiam, vt *ſuprà* notauimus, Epiſcopum confirmantem in ſua diœceſi ſubditum alterius, in nullam cenſuram, aut culpam incurrere, cùm præſumendum ſit, hoc gratum fore proprio Epiſcopo, Ita Genuenſis *in manuali Prælatorum c. 54. n. 7.* & alij, quos citat; & ſequitur doctus Barboſa *de poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 30. n. 12.* quidquid in contrarium aſſerant Bartholomæus ab Angelis *in exam. confeſſ.* & alij, quos citat, & ſequitur Bonacina *de Sacram. diſp. 3. q. vnica punct. 2. n. 11.*

Sup contento io hoc § ſuprà in Ref. 4. a lin. 4 §. 1. & verſ. Nonnulli, vſque in finẽ § Melius. & in aliis poſitis in notationibus dicti verſ. Nonnulli. & § Melius. & in to. 2. tr. 5. ex Reſol. 112. §. 2. à lin. 10. vſque in finem dicti §. & in aliis eius annot. primæ & ſecundæ.

3. notaui etiam tunc interrogatus circa ſupradictum caſum, quòd ſi Epiſcopus ordinet aliquem non confirmatum, non peccat mortaliter. Ita Zambranus *vbi ſupra, dub. 3. num. 3.* cum multis aliis. Sicuti etiam dicendum puto, cum eodem Zambrano. de illo, qui vult ſuſcipere Ordines, etiam ſi non ſit confirmatus, non enim peccat

mortaliter. Et ratio horum omnium erit, quia nullibi reperitur de hoc præceptum obligans ſub mortali; nec vſus, nec Concilium Tridentinum, *ſeſſ. 23. de confirm. cap. 4.* vtitur verbis talem obligationem ſignificantibus: erit igitur hoc peccatum veniale tantùm. Vide etiam Molfeſium *in ſumm. tom. 1. tract. 4. cap. 1. num. 21.* & Reginaldum *tom. 2. lib. 28. cap. 5. num. 24.* quidquid in contrarium videatur docere Nugnus *in 3. part. tom. 1. quaſt. 72. art. 8. concl. 7.* vbi ait: Grauiſſimum peccatum veniale, & fortè mortale peccatum eſt ſuſcipere Ordines minores ante Confirmationem, ſed retene noſtram ſententiam.

RESOL. XIII.

An infantibus ante vſum rationis morituris poſſit conferri Sacramentum Confirmationis?

Et notatur, quod confirmare infantes non eſt prohibitum etiam ſine cauſa. Ex part. 5. tractat. 3. Reſolut. 31.

Sup. hoc in Ref. ſeq. § 1. verſ. Tertio. & in Reſol. 1. poſt ſeq. § 1. & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 10. § Non deſinam. & lege etiam ibi §. Sed rem. & non pigebit.

§. 1. VIdetur negatiuè reſpondendum; nam hiſce temporibus prohibitum eſſe videtur miniſtrari Sacramentum Confirmationis infantibus ante vſum rationis; eam amplecti videtur Gregor. de Valent. *quaſt. 2. de Confirmat. punct. 2.* quatenus abſolutè negat pueros eſſe confirmandos ante vſum rationis; fauet Suarez *diſputat. 35. sect. 2. §. vtraque*, ex his opinionibus, quatenus in fine ait: Non admodum peccaturum Epiſcopum ſi ex ſola beneuolentia, aut ob aliam ſimilem cauſam confirmet infantem, ex quo videtur inferri aliquantulum ſaltem peccaturum, ac proinde venialiter, & conſequenter id eſſe ſaltem leuiter prohibitum. Afferri etiam poteſt Petrus de Ledeſma *in ſumm. de Confirmat. capit. 70.* quatenus ait oportere infantes non confirmari, licèt non ſit peccatum mortale; indicat ergo eſſe veniale. Probatur primò authoritate Pontificalis Romani, vbi ſic habetur. Nullus Chriſtianæ fidei Rudimentis non edoctus ingerat ſe ad percipiendum hoc Sacramentum Confirmationis. Præcipitur ergo confirmandis vt ſciant doctrinam Chriſtianam, quam ante rationis vſum non poſſunt addiſcere; ſimiliter præcipit, vt accedant ieiuni, quod in infantes non aptè conuenit; idémque Epiſcopus inſtruitur, vel alapam leuem impingat confirmato, ſcilicet vt recordetur Sacramenti: infans autem non videtur percutiendus, vt non excidat memoria, quod non intelligit. Secundò probatur authoritate Concilij Mediolanenſis 1. quod ſic habet, Minori ſeptennio nemini præbeatur Confirmatio. Infantes autem, qui ſeptennium attigerunt, ratione vtuntur, ſaltem regulariter loquendo; ergo ante vſum rationis nemo eſt confirmandus. Tertiò probatur, quia conſuetudo obtinet vim legis; ſed hac tempeſtate conſuetudo fert, vt ante vſum rationis non confirmentur pueri: ergo lex eſt id præcipiens, ac proinde obligans, ſaltem ſub veniali, imò cùm materia ſit magni momenti, cenſendum eſt præceptum graue, ac proinde obligans ſub mortali.

2. Sed his non obſtantibus in caſu noſtro affirmatiuam ſententiam docet Zambranus *de Sacrament. Confirmationis, cap. 2. dub. 5. num. 4.* cui adde Granadum *de Sacram. in 3. part. contron. 5. tract. 2. diſp. 2. num. 10* vbi ſic ait: placet mihi quod tenet Suarez, nimirum in articulo mortis expedire Con-

firmationem ministrare eiusmodi infantibus, si commodè fieri posset, quia quamuis non sint professuri fidem coram Tyranno, recipient gratiam sanctificantem, cui maior gloria respondebit, & non est cur tanto beneficio priuentur. Ita ille, & ante omnes Magister omnium, D. Thomas *in* 2. 2. *q.* 72. *art.* 8. *ad* 4 quem citat, & sequitur Layman *lib.* 5. *tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. cum Sancio *in select. disp.* 40.

Sup. hoc in ref. seq. §. Sed. & in Ref. 1. post seq. §. Nota tamen. & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 10. §. vlt.

3. Non desinam tamen hîc obiter adnotare, quòd confirmare infantes non est prohibitum, etiam sine causa. Ita Hurtadus *de sacram. Confirm. difficult.* 10. & Granadus *vbi suprà.*

RESOL. XIV.

Vtrum pueri ante septennium possint aliquando Sacramentum Confirmationis accipere?

Et an sit peccatum mortale confirmare infantem ante septennium sine aliqua iusta causa? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 19.

Sup. aliquibus causis huius §. 1. in Ref. seq. & in tom. 3. tr. 1 ex Ref. in §. Non desinam. & vide etiam §. Sed rem.

Sup. hoc tertio in Ref. præterita, & in aliis eius primæ not.

§. 1. POsse interdum ante dictam ætatem Sacramentum hoc licitè suscipi, docet Paulus Layman *in Theol. mor. lib.* 5. *tractat.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. Primò, si manifestum sit puerum ante ætatis septennium vsu rationis præditum esse. Secundò, si non confirmatus, diu non habiturus sit occasionem Sacramenti accipiendi. Tertiò, si puer in periculo mortis existens opportunè istud Sacramentum consequi possit. Quartò, si Diœcesis consuetudo vigeat, vt pueri ante dictam ætatem confirmentur. Ita Layman, vide etiam Villalobos *in summ. tom.* 1. *tract.* 6. *difficult.* 6. *num.* 1. Filliucium *tom.* 1. *tract.* 3. *c.* 2. *num.* 36. Syluium *in* 3. *part. q.* 72. *art.* 8. & alios.

Sup. hoc in §. vlt. Ref. præteritæ, & in aliis eius annot.

2. Sed quæres, an sit peccatum mortale confirmare infantem ante septennium sine aliqua iusta causa ex supradictis. Respondeo negatiuè cum Didaco Nugno *in* 3. *part. q.* 72. *art.* 8. *concl.* 4. vbi sic asserit. Non est peccatum mortale confirmare infantes ante vsum rationis. Probatur; quia etiam DD. tenentes non esse infantes confirmandos ante septennium, solùm dicunt hoc non conuenire. Deinde probatur, quia cùm dispositio non sit ita necessaria ad hoc Sacramentum, non videtur res grauis, quòd conferatur infantibus, quando neque habent dispositionem, neque etiam impedimentum.

RESOL. XV.

An infantes filij Principum, vel si periculum mortis immineat, vel ob alias honestas causas ante vsum rationis possint ab Episcopo confirmari?

Et an sit peccatum mortale confirmare infantes ante septennium, & vsum rationis?

Et an sit licitum confirmare non solum amentem qui aliquando vsum rationis habuit, si alioquin non constet incidisse in amentiam in statu peccati mortalis, sed etiam perpetuò amentes, atque adeo etiam illos, qui sunt in articulo mortis constituti?

Et notatur, quod Episcopus non est damnandus de peccato, si hoc facere permittat. Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 93.

§. 1. AFfirmatiuè respondeo cum Tannero *tom.* 4. *disp.* 4. *quæst.* 4. *dub.* 2. *n.* 37. vbi sic asserit. Colligitur ob honestas causas decenter quoque infantes nonnunquam confirmari posse, vt si propter distantiam rariùs in eo loco confirmet Episcopus, si filius Principis sit, si periculum mortis immineat infanti, &c. Ita ille, qui citat Henriquez, & Suarez.

Sup. causis positis in hoc §. in Ref. præterita, & in aliis §§. eius primæ not. & in Ref. 1. post præteritam.

2. Nota tamen hîc obiter, vt alibi notauimus, per se loquendo non esse peccatum confirmare infantes ante vsum rationis, vt signat D. Thomas *in* 3. *part. quæst.* 77. *art.* 8. *ad* 2. & expressiùs *in* 4. *sent. dist.* 7. *q.* 3. *art.* 2. *quæstiunc.* 2. Alensis *in* 4. *part. quæst.* 28. *membr.* 2. *&* 3. Bonauentura *in* 4. *dist.* 7. *art.* 3. *quæst.* 1. Richardus *art.* 3. *quæst.* 2. Gabriel *art.* 3. *dub.* 7. Petrus Sotus *lect.* 2. *de confirmat.* & alij. Consultius tamen est, vt infantes non confirmentur ante vsum rationis, vt probant communiter DD. & Ecclesiæ consuetudo, quam tamen sub peccato non obligare existimat Suarez, quem citat, & sequitur Tannerus *vbi suprà.*

Sup. hoc supra in §. vlt. in Ref. 13. & in aliis eius annot.

3. Nota etiam non solùm licitè confirmari amentem, qui aliquando rationis vsum habuit, si alioqui non constet incidisse in amentiam in statu peccati mortalis, sed etiam perpetuò amentes, atque adeò etiam illos, qui sunt in articulo mortis constituti, quidquid in contrarium asserat Emanuel Sà *ver. confirmatio*, & Valentia *quæst.* 2. *punct.* 2. & alij, & ita docet Henriquez, Suarez cum Tannero *loco citato, num.* 39. & ego alibi. Sed quia, vt diximus, nonnulli Theologi oppositum sentiunt, non est Episcopus damnandus de peccato, si hoc facere prætermittat.

Sup. contento in hoc §. in Ref. seq. signanter in §. Et hæc.

Alibi in Ref. seq.

RESOL. XVI.

An perpetuò amentes sint confirmandi?

Et infertur licitum esse confirmare amentem, qui aliquando vsum rationis habuerit, si alioquin non constet incidisse in amentiam in statu peccati mortalis.

Et an, secluso scandalo, & contemptu, non peccet mortaliter, si quis Sacramentum Confirmationis non accipiat, etiam si ad recipiendum illud adsit notabilis negligentia? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 20.

§. 1. NEgatiuè respondent Valentia *tom.* 4 *disp.* 5. *q.* 2. *punct.* 2. Sa *ver. Confirmatio, n.* 5. Chamerota *de Sacram. tr.* 3. *cap.* 6. *dub.* 3. Sotus *in* 4. *dist.* 7. *q. vnica, art.* 8. Ledesma *in summ. tom.* 1. *de sacram. Confirm. cap.* 7. *in fine*, & alij; quia hoc Sacramentum datur ad militandum in vita spirituali, sed amentes non sunt capaces talis militiæ. Ergo neque Sacramenti.

Sup. hoc in §. vlt. præcedentis Ref.

2. Sed contrariam sententiam omninò sustinendam esse puto cum Zambrano *de cas. tempore mortis, cap.* 2. *dub.* 5. *n.* 3. Nugno *in* 3. *part. q.* 72. *art.* 8. *concl.* 7. Pitigiano *in* 4. *sent. tom.* 1. *dist.* 7. *q.* 1. *art.* 8. Villalobos *in summ. tom.* 1. *tract.* 6. *diffic.* 6. *num.* 2. Layman *in Theol. mor. lib.* 5. *tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. Filliucio *tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 2. *n.* 38. Syluio *in* 3. *part. q.* 72. *art.* 8. Suarez *in* 3. *part. t.* 3. *disp.* 35 *sent.* 2. Coninch *de Sacram. q.* 72. *art.* 8. *a.* 83. & alij. Et ratio est, quia non debent priuari gratia huius Sacramenti, & per accidens est nunquam esse spiritualiter pugnaturos. Datur etiam hoc Sacramentum, vt augeatur gratia, cuius effectus amentes sunt capaces, expeditque vt conferatur illis, vt habeant maiorem gloriam. Ex quibus patet responsio ad argumentum contrariæ sententiæ.

3. Et

Sup. hoc in Rel. & § not. præteritæ.

3. Et hæc omnia à fortiori procedunt, si quis vsum rationis habuerit, & postea in amentiam inciderit; quia adest in tali casu interpretatiua hominis voluntas suscipiendi tempore opportuno Sacramenta, nisi constet alioquin cum peccato mortali in amentiam incidisse. Ita Layman, Nugnus, & alij *vbi supra*. Igitur tales sunt confirmandi, quia semper præsumitur bonus, qui non probatur malus, neque requiritur, vt diximus, quòd aliquando tales petierint hoc Sacramentum, sufficit enim virtualis voluntas, quam quilibet homo habet circa beneficia suæ salutis.

Sup. hoc in Ref. seq. & infra in Ref. 18. §. vlt. & in Ref. 29. ad lin. 4. Et nota pro aduerbio *alibi*, posito in lin. 1. huius §. quod in nulla alia Ref. antea sup. hoc clarè, & specialiter ali quid dixit, sed postea in præcitatis Ref. hic annotatis, & latè infra in Ref. 24. & in aliis positis in annotatione § Nota. dictæ Ref.

4. Nota verò, vt nos alibi diximus, secluso scandalo, & contemptu non peccare mortaliter, si quis sacramentum Confirmationis non recipiat, etiam si ad recipiendum adsit notabilis negligentia, quam, sed malè, contemptum censent Richardus *in 4. dist. 17. art. 5. q. 1.* Gabriel *q. vnica, art. 3. dub. 3.* Syluester *ver. Confirmat. num. 3.* & Toletus *lib. 2. cap. 24. in fine*; vide Layman *vbi suprà n. 4.* sententiam horum Doctorum refellentem; vide Zanard. *in direct. confessar: p. 1. de sacram. Confirmat. cap. 5.*

RESOL. XVII.

An quis peccet mortaliter non suscipiens Sacramentum Confirmationis, dummodo non adsit contemptus?

Et an notabilis negligentia contemptus censeatur, vt si quis data opportunitate suscipiendi illud Sacramentum, qualem postea facile non habiturus sit, illud suscipere intermittat?

Et notatur, quod per accidens, vt ratione scandali, posit omissio huius Sacramenti esse peccatum mortale. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 25.

Alibi in §. vlt. Ref. præteritæ, & in § vlt. Ref. seq. & in Ref. 1. post seq. ad lin. 4. & infra in Ref. 24. §. vlt. & in tom. 3. tr. 2. ex Ref. 9. §. Prima sententia. sed lege eam à principio & in tom. 2. tr 4 Ref. 24. à lin. 4.

§. 1. EGo alibi negatiuam sentẽtiam docui cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Valentiam *tom. 4. disp. 5. q. 2. punct. 3.* Molfesium *in summa, tom. 1. tract. 4. cap. 1. n. 11.* Fernandez de Heredia *in disputationibus mixtis, de confirm. dist. 5. part. 2. dub. 1. num. 6.* Estium *in 4. sent. dist. 7. § 18.* Zambranum *de casibus occurrentibus in art. mortis, cap. 2. dub. 4. num. 1.* qui citat Henriquez, Adrianum, Sotum, Ledesmam, Nauarrum, Rodriquez, Couarruuiam, & Suarez, dummodò non adsit contemptus.

2. Sed difficultas est, an notabilis negligentia contemptus censeatur, vt si quis data opportunitate suscipiendi istud Sacramentum, qualem postea non facile habiturus sit, illud suscipere intermittat. Affirmatiuè respondent Richardus, Bonauentura, Durandus, Marsilius, Paludanus, Maior, Syluester, Toletus, & alij apud Fernandez *in exam. Theol. mor. part. 3. §. 5. n. 1.* & Layman *in Theol. mor. lib. 1. tract. 3. cap. 5. n. 4.*

3. Sed ipsi meritò negatiuam sententiam docent cum Caietano, Soto, Nauarro, Victoria, & aliis. Et ratio est, quia ait Layman, multa animæ salubria facere intermittimus, quia cogitamus absolutè ad salutem nobis necessaria non esse, quæ tamen non contemnimus; sed hoc accidit in casu nostro; ergo. Notandum est tamen, per accidens, vt ratione scandali, posse amissionem huius Sacramenti esse peccatum mortale, igitur secluso scandalo, & contemptu illud omittere non erit crimen lethale.

RESOL. XVIII.

An adultis in articulo mortis posit ministrari Sacramentum Confirmationis?

Et an sit præceptum, data opportunitate, suscipiendi Confirmationem? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 30.

Sup. hoc supra in Ref. 16. §. vlt. & in Ref. 17. per totam. & in aliis eius annot.

§. 1. REspondeo affirmatiuè cum Sancio *in select. disput. 40. num. 4.* Igitur ægroti in periculo mortis, si antea confirmati non fuerint, optimum esset eos per Episcopum consignati, *c. vt Episcopi, de Consecr. dist. 5.* Idem docet Hugo S. Vict. *2. de Sacr. p. 7. c. 3.* D. Th. *hic art. 8.* D. Bonauentura, Soto, & alij *in 4. dist. 7.* fauétque ratio: nam etiamsi fortè non conualescant, tamen Sacramentum iis prodest simpliciter ad augmentum gratiæ, quæ est per se aliquid præstantissimum, prodest quoque ad pugnam cum carne propria, & cum dæmone ipso in articulo mortis, imò ad molestias morbi faciliùs tolerandas; quamuis enim fateamur aliud Sacramentum fuisse institutum contra tentationes mortis, nimirum Extremam-Vnctionem, sed tamen bonum bono additum efficit aliquid melius, & funiculus duplex fortiùs adstringit. Adde quòd morbi aliquando sunt valde diuturni, & multorum nunc mensium, nunc annorum. Aliqui citant hîc Innocentium I. *ep. 1.* sed malè, non enim ibi agit de Sacramento Confirmationis, sed Extremæ-Vnctionis, quod quidem ait Episcopos ægrotis conferre posse, & licet vtatur vocabulo *Chrismatis*, tamen vel accipit Chrisma impropriè pro qualibet sacri olei vnctione, vel intelligit Episcopos vti posse sacro Chrismate ad Extremam-Vnctionem, quod non licet Sacerdotibus. Vnde ex his Adrianus *in 4. de Confirmatione, ar. 1.* putat obligari sub mortali infirmos sacramentum Confirmationis sumere, vbi esset consuetudo obligatoria, sed Zambranus *de sacram. Confirm. cap. 2. dub. 5. num. 4.* credit dictam consuetudinem modò non reperiri alicubi.

2. Sed dices, non solùm ex consuetudine, sed ex præcepto teneri adultos Confirmationem sumere, vt docet Scotus *in 4. distinct. 7. quæst. 2.* D. Bonauent. *art. 3. qu. 2.* D. Anton. *in 3. part. tit. 14. c. 14.* VValdensis *lib. 2. de Sacram. cap. 111* Syluester *ver. Confirmatio, num. 3.* Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacrament. part. 3. cap. 3*, & Petrus Sotus *lect. 2. de Confirmatione*, & probatur ex D. Cypriano *ep. 70*, vbi ait, necessarium esse, vt baptizati vngantur Chrismate: ista enim necessitas præ se fert aliquod præceptum; eodémque modo loquitur D. Melchiades *epist. ad Episcopos Hispaniæ*. Etiamsi morituris sufficiant regenerationis auxilia, tamen victuris necessaria sunt Confirmationis beneficia: & duo hæc Sacramenta ita iuncta sunt, vt ab inuicem, nisi morte præueniente, separari nullatenus possint; & vnum sine altero ritè perfici nequeat. *cap. de his, de consecrat. distinct. 5.* Concilium Aurelian. *can. 3.* baptizatus non censetur Christianus, nisi post Confirmationem Episcopalem, intellige planè ac perfectè Christianus. Huc quoque pertinet *cap. omnes fideles de Consecrat. distinct. 5.* ex Epistola Vrbani. Omnes inquit, fideles post Baptismum debent accipere Spiritum sanctum per impositionem manuum Episcopi, vt plenè Christiani inueniantur. Accedit ratio, etenim vita hæc plena est innumeris tentationibus, & militia est vita hominis super terram: ergo qui potest hoc Sacramentum suscipere, nec ta-

men vnquam suscipit, per totam vitam exponit se periculo, ac proinde peccat nunc mortaliter, nunc venialiter ratione circumstantiarum, & sunt res morales cum circumstantiis accipiendæ; peccat, inquam, nisi per aliquam ignorantiam excusetur. Taceo quòd Sacramentum hoc non videtur omitti posse deliberatè per totum vitæ tempus sine aliquo contemptu, aut scandalo. Et ita hanc sententiam ex rationibus supradictis tenet nouissimè ex insigni Vniuersitate Sorbonica Philippus Gamachæus *in summa Theol. tom. 3. q. 69. c. 9.*

Sup. hoc vide præcedentem Res. & alias Res. & §§. eius not. & signã. ter leg. infra. §. vlt Res. 24.

3. Verùm his non obstantibus, ego puto nullum adesse præceptum per se suscipiendi Confirmationem, adhuc data opportunitate. Ita D. Thom. *in 3. part. q. 72. artic.* 8. *ad* 4. Ochagauia *de Sacrament. Confirmat. q.* 12. *num.* 3. Præpositus *in 3. part. q. 72. art.* 8 *num.* 38. Granadus *de Sacrament. in 3. part. controu. 5. tract. 4. disput. 1. num. 4.* & ita etiam ex Soto, Couarruuias, Vasquez, Suarez & Coninch. tenet Hurtadus *de Sacrament. Confirm. difficult.* 11. quia prædicti Pontifices non agunt de necessitate simpliciter, quæ efficit præceptum, sed de necessitate secu dùm quid, quæ indicat quamdam vtilitatem. Præterea hoc præceptum nec scriptura, neque Ecclesia imposuit, quia Ecclesia circa Sacramenta tantùm solet determinare tempus, in quo debeant recipi, vt videmus in Sacramento Eucharistiæ, & Pœnitentiæ. Sed circa hoc Sacramentum nullum tempus determinauit Ecclesia, in quo debeat recipi; ergo non est aliquod præceptum obligans ad receptionem illius.

RESOL. XIX.

An in aliquo casu in articulo mortis teneatur quis sumere Sacramentum Confirmationis?

Et an sit peccatum saltem veniale omittere hoc Sacramentum? Ex part. 5. tract. 3. Resol. 32.

§. 1. HAnc quæstionem non ita facilè apud multos inuenies, & ad illam affirmatiuè respondet Ochagauia *de Sacrament. Confirmat. quæst.* 12. *num.* 4. vbi sic ait: Absolutè, & simpliciter loquendo, neque erit peccatum mortale, neque veniale, omittere hoc Sacramentum, quia nullum extat præceptum de illo recipiendo: per accidens tamen poterit esse peccatum veniale, omittere Confirmationem, si censeatur esse aliqua prodigalitas in ea omittenda, vel nonnulla temeritas in aggrediendo sine illa, pericula mortis, imò erit peccatum mortale, si relinquatur Confirmatio per contemptum, aut si quis eam relinqueret in articulo mortis, quando haberet conscientiam peccati mortalis, & non posset recipere aliud Sacramentum, quia tunc cum sola attritione existimata contritione posset saluari per hoc Sacramentum, quia maxima temeritas videretur remedium ita facilè relinquere, & expectare contritionem, quæ valdè difficilis est. Ita Ochagauia.

Sup. hoc doctrina suprà in Res 17. & in aliis eius. not.

Sup. hoc ibidem §. Sed difficultas. & infra in fine, Res. 24. §. vlt.

RESOL. XX.

An liceat ministrare hoc Sacramentum Confirmationis personaliter interdicto, qui causam dederit?

Et an, hoc idem dicendum sit de Sacramento Baptismi?

Et an, qui sic ministraret vtrumque horum Sacramentorum, non peccaret per violationem interdicti, sed quia ministraret in peccato mortali, & proinde non faceret duo peccata; primum, quia ministraret in peccato, secundum, quia violaret interdictum? Ex part. 5. tract. 10. Res. 63.

§. 1. POnam hîc id, quod sentit circa præsentem quæstionem Faber *de cens. in 4. sent. dist. 15. quæst. 1. disp. 5. cap. 2. num.* 17. vbi sic ait. Quod dictum est de Sacramento Baptismi, dicendum est quoque de Sacramento Confirmationis. Ratio est, quia, *cap. quoniam, de sentent. excom. in 6.* æquipatantur Baptismus, Confirmatio, quoad eorum ministerium in interdicto; dicitur enim ibi: Quoniam cum Baptismo, & Confirmatione, quæ nedum paruulis, sed adultis propter moræ periculum exhiberi possunt licitè tempore interdicti, &c. In quocumque ergo interdicto tam locali, quàm personali licitum est ministrare hæc duo Sacramenta, & cùm non distinguatur de interdicto personali, & gratiæ sint ampliandæ, & pœnæ restringendæ, mihi videtur quòd etiam personaliter interdictus, qui causam dedit interdicto, possit vtrumque Sacramentum dare propter moræ periculum. Velle autem excipere interdictum personale, videtur fieri sine ratione. Quod autem ait Suarez, quia, *in cap. Alma* interdictus personaliter ob causam datam interdicto eximi à concessione ministrationis Sacramenti Pœnitentiæ, & consequenter à ministratione Sacramenti Baptismi, & Confirmationis, quia hæc sine præuio Sacramento Pœnitentiæ ministrare licitè non possunt, hoc est accidentarium, & oritur ex alia radice, scilicet; quia non licet ministrare Sacramentum in peccato mortali, non autem quia hoc sit prohibitum vi interdicti. Item qui sic ministraret vtrumque horum Sacramentorum non peccaret per violationem interdicti, sed quia ministraret in peccato mortali, & proinde non faceret duo peccata. Secundùm Suarez autem faceret duo peccata. Primò, quia ministraret in peccato mortali. Secundò, quia violaret interdictum, ideò illa opinio Suarez mihi non probatur. Ita Phil. Faber, an probabiliter, iudicent alij.

Sup. contenta in hac Resol. vsque ad eius vers. Item. & in tom 3. tr. 1. Res. 2. à lit. 6

RESOL. XXI.

Notabilia quedam circa Patrinum in Sacramento Confirmationis.

Et inter alia tandem quæritur, an Religiosi Mendicantes possint esse Patrini in hoc Sacramento?

Et quid de Episcopus Religiosis? Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 21.

§. 1. PRimò nota, dictum patrinum non contrahere obligationem instruendi confirmatum, quia id iure statutum non reperitur, sicuti de patrino Baptismi. Ita Coninch. *de Sacrament. q. 72. art. 10.* Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 3. c. 6. n. 1.* qui citat Henriquez, quidquid dicat Syluius *in 3. part. q. 72. art. 10.*

2. Secundò est valdè probabile, quòd si non confirmatus teneat alterum in hoc Sacramento, non contrahat cognationem spiritualem, quia ille non est legitimus susceptor, vt patet *in cap. in Baptismate, de consecratione. dist. 4.* sed in Baptismo illegitimus susceptor nullam contrahit cognationem spiritualem, vt patet. Ergo idem est dicendum in Sacramento Confirmationis. Ita Coninch. *de Sacrament. q. 72. artic. 10. n. 94.* qui citat Suarez, Nugnus *in 3. part. q. 72. artic.* 10. qui citat Victoriam, quidquid

Sup. hoc in Res. seq. & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc in Res. seq. §. 1. ante medium, vers. In Baptismo. & in aliis eius an. not.

Sup hoc in fine Ref. seq. & in tom. 3. tr.1.ex Ref 9. §. Sed difficultas.cursim ad medium, vers.Imo.

quidquid in contrarium asserant Syluius *in 3. part. q.72.art.10.* Sotus *in 4.dist.41.q.1.art.3.* Syluester *verb. Matrimonium* 8.*q.7.* & alij. Sed an in tali casu susceptor non confirmatus, licèt contrahat affinitatem, peccet mortaliter? Affirmatiuè respondent Nugnus, Suarez, & Syluius *in 3.p.q.72. art.10.* sed contrariam sententiam probabilem esse ex ipsis etiam deducitur, vt legenti patebit.

3. Tertiò nota, quòd susceptor Confirmationis debet esse alius ab illo qui suscepit in Baptismo, nisi necessitas aliter cogat, vt docent Doctores citati, quibus adde Richardum *in 3.dist.7. q.7. art.2.* Sed an secus qui fecerit, peccet mortaliter, negatiuè respondet Bartholomæus ab Angel. *in exam. confess. dial.3.§.45.*

Sup. hoc in Resol.1. post seq.

4. Quartò Religiosi mendicantes secundùm Coninch, *de Sacram. q.67. art.7.n.56.* possunt esse patrini in Sacramento Confirmationis, & Baptismi, quia *in cap. Monachi, de consecr. dist.4.* sub nomine Monachorum ij tantùm intelligendi sunt, qui solitudinem colunt, non autem Religiosi mendicantes, & hanc sententiam etiam docet Chamerota *de Sacram.tract.2.cap.4.dub.8.*

Sup. hoc infra in Ref. 23. §. Nulla. & in alia Ref. eius annot.

5. Sed contrarium docet Layman *in Theol. mor. tr.2. c.9. n.3.* & in Synodo Panormitana Eminentissimi Card. ad Auria edita 1615.*p.2.n.3.* interdicitur hoc officij genus Monachis, & Regularibus. Non est tamen dubitandum, quòd Episcopus Religiosus compater fieri possit, vt notant Sanch. *in summ.tom.2.lib.6.c.6.n.24.* & alij.

RESOL. XXII.

An non confirmatus suscipiens, in Confirmatione puerum contrahat cum illo, eiusque parentibus cognationem spiritualem?

Et quid de non baptizato in Sacramento Baptismi? Ex part.3. tract.4. Ref.26.

Sup. hoc in Ref. præterita, § Secũdo, & suprà in tr.1. Ref. 95. à principio. & in §. Et post.ad lin.6. & in tom. 6. tr.1.ex Ref. 30 §. Confirmatur suprà dicta, & in tom.9.tr.1.ex Ref.9. §. pen. ad medium, vers.Imo.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent noster Molsesius *in sum.tom.1.tract.3.c.2.n.43.* Syluius *in 3.p.q.72.art.10.* cum Paludano, Rosella, Tabiena, Soto, Sà, Rodriquez, Lopez, Salliego, & aliis apud Sanchez *vbi infrà.*

2. Sed ego alibi meritò negatiuam sententiam docui, & præter DD. quos citat, & sequitur Sanch. *de matr.tom.2.lib.7. disp.60.n.19.* tenet etiam hanc opinionem Reginaldus *in praxi, tom.2. lib.31.c.20. n.157.* Fernandez *in exam. Theol.moral. part.3.cap.2. §.9.n.4.& §.10.n.4.* Vgolinus *de potest. Episcop.c.25. §.1.n.2.* Rebellius *de oblig.part.2.lib.3.q.6.n.6.& 7.* Basilius Pontius *de impedim.matrim.cap.24.§.1.ver. Illud*, & alij, *ex cap. in baptismate, de consecr. dist.4.* vbi sic habetur. In baptismate, vel in chrismate non potest alium suscipere in filium ipse, qui non est baptizatus, vel confirmatus. Et ideò hanc sententiam præter citatos Doctores tenet etiam Coninch. *de Sacr.q.72. art.10.n.94.* vbi sic ait: Non confirmatum non posse tenere confirmandum, habetur *in c. in baptismate*; vnde patet eum inualidè hoc facturum, qui id tentaret, quia secundùm communem sententiam Iuristarum, inualidè quis id tentat facere, quod dicitur in iure non posse facere: & confirmatur, quia similiter talis dicitur non posse tenere confirmandum, atque non baptizatus baptizandum, at hic hoc inualidè faceret: ergò & illi. Vnde sequitur, eum grauiter peccaturum, quia redderet eam cæremoniam irritam, nec contracturum cognationem spiritualem. Ita Coninch. Non sunt igitur audiendi Molsesius, & alij.

Sup. hoc cursim Ref præterita, § 2. ad lin.5. vers. In Baptismo, & suprà in tr.1. Resol.95. per totam.

Sup. hoc in Resol.1. not. præteritæ in fine eiusdem §. & vers. Sed an & in alio §. & vers. eius not.

RESOL. XXIII.

An omnes Religiosi tam Medicantes quàm non Mendicantes, & Sanctimoniales etiam licitè possent obire munus Patrini in Baptismo, & Confirmatione?

Et quid de Canonicis Regularibus?

Et notatur, quod si Abbates, & Monachi in Baptismo, & Confirmatione aliquem susciperent, licèt peccarent mortaliter, spiritualem tamen cognationem contraherent.

Nulla tamen est difficultas Episcopos, & Cardinales Religiosos posse munus Patrini in Baptismo, & Confirmatione exercere. Ex part.9. tract.6. & Misc.1. Ref. 31. aliàs 32.

§. 1. Negatiua sententia extat in cap. *Licèt.dist.1.*cap. *Monachi de consecr.dist.4.*cap. *Peruenit.el.181.q.2.*

Sed difficultas est, an sub nomine Monachorum omnes Religiosi, tam Mendicantes, quàm Canonici regulares veniant: & licèt affirmatiuè respondeat Vvigers *in 3.part.q.67.art.8. num.20.* qui citat Tannerum, quibus adde Layman *lib.5. tract.2. c.9. n.3.* tamen, vt *alibi* adnotaui, negatiuæ sententiæ adhærent Hurtadus, & Coninch, quem nouissimè sequitur Castrus Palaus *tom.4. tract.19. disp.vnicâ, punct.11.§.1.n.4.* & nouissimè Leander *de Sacram. tom.1. tract.2. disp.1. q. 16.* qui citat nostrum Molsesium, quibus etiam adde, me citato, Ioannem Henriq. *in qq.pract. sect.19. q7.* Quia, esto, eadem ratio prohibitionis procedat in Religiosis Mendicantibus, & Canonicis Regularibus, ac in Monachis; indè solùm infertur, posse prohibitionem ad omnes extendi, non tamen de facto extensam esse. Non enim sub nomine Monachorum veniunt Mendicantes, & Canonici regulares in decreto prohibitiuo, odioso, & correctorio. Neque item eadem ratio adæquatè in Mendicantibus, Canonicisque regularibus, ac in Monachis procedit: nam Monachis magis indecens est familiaritatem habere cum parentibus baptizati, eò quòd sibi soli viuant, à sæcularium conuersatione, & communicatione separari. At Mendicantes, Canonicique regulares passim cum sæcularibus communicant; ob quam causam Monachi facti Episcopi, tametsi non desinant esse Religiosi, à munere susceptoris non excluduntur: quia in eo statu constituti non sibi tantùm viuunt, sed aliis, ideóque non dedecet compaternitatem, tum baptizando, tum leuando contrahere. Et hanc sententiam tenet etiam Ioannes Præpositus *in 3.p.q.67. art.6. dub.2.n.13.* Lessius etiam *in 3.part.q.67. art.6 dub.2. n.12.* Chamerota *de Sacram. tract.2. c.4. dub.8.* Vide Auersam *de Sacram. Baptismi, q.69. sect.3.*

Alibi suprà in Resol. prima post præteritam, §. Quarto.

2. Verùm sententiam affirmatiuam tenet, præter Doctores citatos, Serra *in 3.part. D.Thomæ, q.67. art. 7.* vbi sic ait: [An verò contrahat Monachus cognationem spiritualem, non conueniunt omnes. Quidam negant: quia non est legitimus susceptor, sicut nec non baptizatus. Affirmant alij: quia verus susceptor est: nam, quamuis factum prohibeatur, non tamen irritatur. Monachorum autem nomine quidam dicunt non comprehendi Religiosos Mendicantes, qui etiam aliis erudiendis vacant. Sed puto nec his etiam permitti susceptores esse, nisi fortè in sæcularium defectum, & de licentia suorum Prælatorum.] Ita ille. At ego vtramque sententiam probabilem esse puto.

3. Sed

3. Sed omnibus supradictis plus addit (attende, Lector,) nouissimè Quintanaduenas *in Theol. mor. tom. 1. tract. 1. sing. vlt. per totum*, vbi probat, omnes Religiosos, tam Mendicantes, quam non Mendicantes, & Sanctimoniales etiam, posse esse Patrinos in Baptismo, absque licentia, & peccato: Quia, si ob aliquam causam Religiosis non liceret hoc munus, esset propter relatas prohibitiones: sed hæ non obstant; ergo, &c. Maior est certa, cùm nullam malitiam, nec indecentiam intrinsecam afferat hic actus. Minor probatur: quia prohibitio in cap. *Non licet:* sicut & aliæ iuri insertæ, eam authoritatem, aut vim præceptiuam solùm habent in decreto Canonico, non extra illud, vt de omnibus sapienter probat Ioan. Ant. Ecclesiæ Mediolanensis Præpositus *Proœm. decr. f. 1. pag.* 1. Cùm igitur hæc habeatur ex Concilio Altisiodorensi, celebrato anno 614. quod est Prouinciale, nec à Papa approbatum, non potest omnes obligare. Et licèt Generalis Concilij esset, culpam grauem non induceret, ex verbo, *Non licet*: cùm sæpiùs cum illo sine ea prohibitiones similes inueniamus. Sic in eodem Concilio *can. 15.* non licèt mortuum super mortuum mittere; & *can.* 18. non licet Presbytero, Diacono, vel Subdiacono in Ecclesia, dum Missæ dicuntur, stare.

4. Præterquàm quòd, licèt ex vtroque capite grauiter hæc prohibitio olim obligaret: modò autem non ita. Quia, cùm causa illius esset, vt verbis Emanuelis Roderici, *tom. 1. q. 13. artic. 1.* vtar, quam tangit quidem Glossa *d. cap. Monachi, verb. Osculentur*, scilicet, ne osculentur fœminas: in quibus tangitur, vt inquit Glossa, consuetudo aliquorum locorum, in quibus Compatres osculabantur Commatres. Propter quam consuetudinem decreuerunt Concilium, & Pontifices, ne Monachi Compatres fierent. Cùm ergo iam hæc consuetudo cessauerit, ob quam hæc lex prohibitiua emersit; lex etiam cessabit: nam legis ratione cessante, cessat quoque eius dispositio, vt ex l. *In omni. ff. de adop.* l. *Quod dictum. ff. de pactis.*

5. Alias etiam rationes adducit Quintanaduenas, & tandem sic concludit: [Igitur, cùm ex dictis, vel nullam, vel leuissimam culpam committant Religiosi, etiam ex Ordine Monachali, de sacro Fonte infantem suscipientes, etiam sine causa; si hæc adsit, à veniali etiam culpa liberantur; sicut qui ex causa Officij diuini tempus, & horas anteponeret, vel postponeret: vel orationes ante Sacrificium, vel post illud, iuxta Missalis Rubricas dicendas, omitteret, nullum committeret peccatum; licèt sine illa veniale foret. Causa autem sufficiens esset petitio, aut deuotio parentum baptizandi, ob virtutem, ac egregiam Religiosi famam, patriæ vsus, sumptuum excusatio, aliúmve non ita commodè inuenire Patrinum prole dignum, aut ad id munus nolle alium infantis baptizandi parentes adstringere, vel quid simile rationi consonum, quamuis graue non videatur. Facultas Ordinarij, licèt necessaria non sit, nec Prælati regularis, nisi in Religione prohibitio vigeat; exposci tamen consultum, ne Parocho aliquod nocumentum emergat, cui in Rituali, ac sæpè ex suæ Diœcesis Synodo indicitur, ne Religiosos ad hoc munus admittat; hancque liberaliter absque vllo scrupulo, etiam leuissima ex causa, Ordinarij, ac Prælati concedere possunt.] Ita ille, cui tamen non adhæret Lezana *in qq. Regul. tom. 1. c. 9. num.* 31. & Leander à Murcia *in qq. Regul. in c. 4. ad c. 11. Regula D. Francisci*, & alij communiter.

6. Nulla tamen est difficultas, Episcopos, & Cardinales regulares, posse munus Patrini in Baptismo exercere. Ita, me citato, & aliis docet Lezana *in qq. Regul. tom. 3. verb. Baptismus, num.* 1. & Leander *vbi supra*.

Sup. his in Ref. 5. post præteritã, in fine eius, §. vlt. & in to. 9. tr. 7. Ref. 37.

7. Nota verò, quòd Doctores, qui sententiam Quintanaduenas impugnant, fatentur tamen, quòd si Abbates, & Monachi in Baptismo, aut Confirmatione aliquem susciperent, licèt peccarent mortaliter; spiritualem tamen cognationem contraherent: quia citata iura non statuunt factum contrarium irritum esse. Ita Tamburinus *de iure Abbatum, tom. 2. disp. 4. q. 2. n. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 70. n. 21.* Reginaldus *lib. 31. num.* 137. & alij penes ipsos.

RESOL. XXIV.

An in Confirmatione vnus solus possit adhiberi Patrinus?

Et an si plures de facto teneant Confirmatum, omnes contrahant cognationem, quamuis non plures, quam vnus vir, aut fœmina accedere debeat?

Et notatur, quod Pontificale Romanum vult, quod masculi fœminis Patrini esse non possint, & è contra.

Et quæritur, an sit præceptum sumendi Sacramentum Confirmationis?

Et an nec venialiter peccet, qui, secluso scandalo, & contemptu, hoc Sacramentum omitteret? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Res. 90.

§. 1. Affirmatiuè respondet Gaspar Hurtadus *de Sacr. matrim. disp. 18. diffic. 4. n. 13.* vbi sic asserit: Quamuis iure antiquo, *can. plures, de consecr. dist. 4. & cap. fin. de cognatione spirituali, in 6.* prohibitum fuerit, plures Patrinos in Baptismo, & Confirmatione adhiberi, & fuerit decretum, quod si, ea prohibitione non obstante, plures essent Patrini, omnes dictam cognationem spiritualem contraherent. Iam tamen iure nouo Tridentini *sess. 24. c. 2.* permittitur, quòd in Baptismo possint duo, vnus, & vna tenere, aut suscipere in Baptismo; vbi additur eos designandos esse ab eis, ad quos designatio spectet, & quod ab aliis vltra designatur, quamuis efficiant actus Patrini, non contrahatur cognatio spiritualis. Quod verò docet Sancius *lib. 7. disp. 56. n. 9.* nempe id quod addidit Tridentinum, & restrinxit circa Patrinos in Baptismo, etiam extendi ad Patrinos in Confirmatione, absque fundamento dicitur; ac proinde ius antiquum quoad Patrinos in Confirmatione in suo robore manet. Hucvsque Hurtadus.

2. Sed sententiam Sanchez tuetur P. Martinus Perez *de matrim. disp. 29. sect. 5. n. 21.* vbi docet; in Sacramento Confirmationis posse adhiberi duos Patrinos diuersi sexus, & nullum alium suscipientem, vel tangentem, præter Patrinos designatos, spiritualem cognationem cõtrahere. Quia fuit manifesta mens Tridentini eodem modo vtramque cognationem restringere, vt constat ex proœmio dicti capitis secundi, vbi declarat, velle se impedimentum cognationis restringere. Constat etiam ex fine, vbi cognationem ortam ex Confirmatione ad easdem personas restringit, ad quas restrinxerat cognationem ortam ex Baptismo. Quòd sanè non fieret, si omnes confirmatum tangentes contraherent, cum non omnes tangentes baptizatum, sed solum designati contrahant. Sed licèt hæc opinio sit probabilis, vt notat Franciscus Lugo *de Sacram. lib. 3. cap. 5.*

cap.5.q.3.n.12. & illam præter Sanchez, & Perez teneat Vallensis *in decret. lib.1. tit.15.§.2.n.7.* Regin. *tom.2.lib.31.num.152.* Toletus *lib.2.c.24. n.6.* Nauarrus *in Man.c.22.n.40.* Ego tamen non recedo à sententia negatiua Hurtadi, quam tuentur Baunius *in Theol.mor.tom.1.tract.3.q.9.* Pæpositus *in 3.p.q.72.art.10.n.40.* Leandrus *de Sacr.tom.1.tr.3. disp.5.q.2.* Auersa *in 3.p.q.72.sect.5.* Rebellius *p.2. lib.3.q.6.num.6.* Barbosa *de Potest. Parochi, part.2. alleg.30.n.43.* Castrus Palaus *tom.4 tract.20.disp.1. punct.10.n.2.* Bassæus *in Flor. Theol.ver. Confirmatio, n.11.* & alij.

3. Dico itaqne Patrinum Confirmationis, vnicum futurum esse, virum, aut fœminam, vt habetur *cap. non plures, de consecr. dist.5.* dum in confirmatione posuit tenentem in singulari dumtaxat, cum de Patrinis Baptismi locutum fuerit in plurali. Quare decretum Tridentini quatenus concedit duos Patrinos in Baptismo, non videtur extendi ad Confirmationem, cuius quoad hoc mentionem non facit; nec iuris correctio sine graui fundamento debet admitti. Non ergo derogat Tridentinum illi capiti, non plures. Et ideò si plures de facto teneant Confirmatum, omnes contrahere cognationem. Cum enim ex hoc Patrini munere nascatur spiritualis cognatio. *cap. si quis filiastrum, cap.de his 30. quæst.1. cap.1. de cognatione spirituali, in 6.* subdit textus *in cap. fin.eod. tit.* Quamuis non plures, quam vnus vir, aut vna mulier accedere debent ad suscipiendum de Baptismo, vel Confirmatione; si tamen plures accesserint, spiritualem cognationem omnes inde contrahere. Nota etiam, quod Pontificale Romanum vult, vt in Confirmatione, masculi fœminis Patrini esse non possint, neque fœminæ masculis, & quod vnus non possit esse Patrinus plurium.

4. Nota tamen hic obiter nouissimè doctum Patrem Martinon *de Sacram. tom.4. disput.27. sect.5. num. 39.* docere, adesse præceptum sub mortali, sumendi Sacramentum Confirmationis: sed ego non recedo à sententia, quam docui, tale præceptum non esse datum, & ideo, secluso scandalo, & contemptu, non peccare mortaliter, qui hoc Sacramentum omitteret. Et ita me citato, tenet Leandrus *de Sacrament.tom.1.tract.3.disput.1.q.6.* & me citato Stephanus à San Gregorio *de Sacram. lib.3. c.18.n.4.* & me citato Machadus *tom.1. lib.3.cap.1. tract.3. docum.5. num.4.* & me citato Bassæus *ver. Confirmatio, n.3.* & me citato Trullench *de Sacr. lib.2.cap.vnic. de Confirmatione, num.5.* & me citato P. Lugo *de Sacram. lib.3.c.2. q.1.n.5.& 8.* & me citato Dicastillus *de Sacr. tom.1. tract.3. disput. vnica, dub.10.n.99.* Idem etiam docet Estius *tom.2. 4.sentent. dist.7. §.18.* Martinus de San Ioseph. *in Mon.Confess.tom.1.lib.1. tract.1. de Confirmatione, n.4.* Caspensis *in Cur. Theol. tom.2. tract.23.disp.2. sect.2.n.13.* Gesualdus *in Theol. Mor.tom.1.tract.5. c.3.n.7.* & doctus, ac amicissimus P. Antonius Escobar, & Mendoza *in Theol. Mor. tract.7.exam.3. c.3.n.18.* Imò plus addunt aliqui per se loquendo, nec veniale peccatum esse confirmationem omittere; quia cum nullum sit præceptum, nulla committitur omissionis culpa per se; sic asserit Petrus de Ledesma *tom.1.tract.de Confir.c.8.concl.3.* Sed hæc opinio mihi non placet; quia vix continget, omitti Confirmationem sine veniali culpa, quando commodè recipi potest. Quippe talis omissio sine causa priuat nos magnis bonis spiritualibus, ac subinde continet prodigalitatem quandam spiritualem, quæ culpabilis sit. Ita Lessius *in 3.p.D.Thom.q.72.art.8. dub.2.n.31.* vbi sic ait: Vix vnquam potest hoc Sacramentum omitti sine aliquo peccato, quia vix potest adesse iusta causa tanti boni negligendi, quod tam facilè potest haberi. Ita ille, & ego.

Sup. hoc supra in Ref.16. §. vltim. & in Ref. 17. per totam, & in Ref.18.§. vlt. & in Ref. 19. ad lin.4. & in tom.3 tr.1. ex Ref.9 §. Prima sententia, sed lege eam à principio, & in tom. 2. tr 4 Ref.14.à lin.4.



TRACTATVS



TRACTATVS TERTIVS DE SACRAMENTO POENITENTIÆ;

ATQVE

DE CASIBVS EXCVSANTIBVS à Confeſſione ante Euchariſtiam.

Ad ornatum Concilij Tridentini, *ſeſſ.13. cap.7. & Can.11.*

RESOL. I.

An aqua benedicta deleat peccata venialia ex opere operato?

Et an idem dicendum ſit de aliis Sacramentalibus? Ex part.3. tract.4. Reſol.61.

§.1. NEGATIVAM ſententiam docent Suarez *in 3.part.tom.4.diſput.12. ſect.5.num.5.* Villalobos *in ſumm. tom.1. tractat.4. diffic.11. num.4.* Coninch. *de Sacram.q.71, art.3.dub.vnico, num.24.* & alij penes ipſos.

2. Sed affirmatiuam ſententiam tenendam eſſe puto, quam probabilem putat Filliucius *tom.1. tract.6. cap.5. num.129.* & fortè probabiliorem Fagund.*prac.2.lib.2.c.1.n.11.*& illam abſolutè docent Henriquez *lib.1.de Pœnit.cap.15.num.*8.Bellarmin. *tom.3. de Sacram.lib.2.c.31.§.tertia propoſitio.* Toletus *lib.3.cap.3. in fine*, & ex ſchola D.Thom. Sotus *in 4.diſt.15.q.2.art.3.* Canus *de locis Theolog. lib.2. cap.13.ad arg.9.* Victoria *num.99.& 110.*nouiſſimè Didacus Nugnus *in 3.part. tom.2. quaſt.87. art.3. diff.2.* vbi ſic aſſerit: Sicut Sacramenta nouæ legis eleuantur à Deo ad cauſandam gratiam phyſicè, & realiter per verum contactum phyſicum realem ad modum rerum naturalium, quia ſcilicet materia ſenſibilis verè tangit animam tactu reali, non quidem contactu quantitatiuo, propter quod appellatur contactus virtualis, eſt nihilominus contactus realis, & entitatiuus, ſicut Angelus verè, & realiter tangit cœlum, quando illud mouet. Ita ſimiliter aqua benedicta eleuatur à Deo, vt & realiter tangat animam tactu illo, qui appellatur virtualis, propterea quòd non eſt quantitatiuus, & nihilominus ille contactus eſt realis & entitatiuus, quo medio aqua mouet ipſam animam, remittendo & realiter corrumpendo veniale peccatum. Et ſicut in adultis ſemper requiritur aliquis actus, vt Sacramenta cauſent gratiam; qui tamen actus, vel non eſt ſecundùm ſe ſufficiens ad gratiam, vel ſaltem non eſt ſufficiens ad tantam gratiam, quanta eſt illa, quæ cauſatur de facto in Sacramento. Et ſic verum eſt, quòd Sacramenta cauſant gratiam ex opere operato. Ita ſimiliter licèt ad hoc, quòd aqua benedicta remittat peccata venialia, ſemper requiritur aliquis actus, tamen vel actus non eſt ſufficiens ad peccata venialia remittenda, vel ſaltem non eſt ſufficiens ad omnia illa, quæ de facto remittuntur per aquam benedictam. Et ſic verificatur propriè & rigorosè, ipſa aqua benedicta ex opere operato remittit peccata venialia; ad quod tamen non eſt neceſſarium, quòd maneat in illa aliqua qualitas permanens, ſed ſufficit ipſa eleuatio diuina, quæ eſt motus tranſiens. Ita Nugnus *vbi ſuprà*, quæ omnia debent in nobis excitare magnum deſiderium attingendi die ac nocte aquam benedictam. Sed an idem dicendum ſit de aliis ſacramentalibus, vide Nugnum *loco citato diffic.3.* & Doctores *citatos.*

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Reſ. 153. curſim etiam in fine.

RESOL. II.

An Sacerdos ordinarius ab Epiſcopo ſine forma contenta in illis verbis: Accipe Spiritum Sanctum, &c. *ſi exponeretur ad audiendas confeſſiones, conficeret Sacramentum Pœnitentiæ?* Ex part.9. tractat.6. & Miſc.1. Reſ.9.

§.1. AFfirmatiuam ſententiam tenendam eſſe, ſequitur ex doctrina Soti *in 4. diſt. 24. quaſt. 1. artic.4. concluſ.5.* Nugni *in 3. part. tom.2. quaſt.37. articul.5.* Valentiæ *tom.4. diſp.9. quaſt. 1. punct. 5.* & aliorum. Vnde Reuerendiſſimus Magiſter Candidus *tom.4. diſquiſ.4. artic.1. dub.5.* ſic ait: Ordinatio Sacerdotis eſſentialiter perficitur in prolatione primæ formæ in illis verbis prolatis ab Epiſcopo: *Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium in Eccleſia pro viuis. & mortuis.* Verba autem illa, quæ ſecundo loco proferuntur ab Epiſcopo: *Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiſeris peccata, remittuntur eis*, &c. non ſunt de eſſentia Ordinationis Sacerdotis, ſed quaſi integrantia Ordinationem Sacerdotis, ſeu, vt meliùs dicam, ſunt quaſi declaratoria eius poteſtatis, quæ anteà per prima illa verba: *Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium in Eccleſia pro viuis, & mortuis*: data fuit.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. lege doctrinã Reſ. 6. & ſequẽter in to. 4.tr.2. ex Reſol.12.§. Nec obſtat. ſed vide eã à principio. & ex Reſol.67. §. Et licet. & in to. 4 tr.8. ex Reſol.22. §. vlt. curſim ad medium.

2. Vnde, ſi caſu aliquo Epiſcopus impediretur, puta, morbo, vel morte repentina, quominùs imponeret manus ſuper ordinaro, & diceret: *Accipe poteſtatem remittendi*, &c. Miniſter ille Sacerdos, cui iam poteſtas offerendi data eſſet, & traditus calix cum vino, & patena cum pane, verus

eſſet

esset Sacerdos, habens potestatem, quantùm est ex parte Ordinis, remittendi peccata, si iurisdictio accederet: quia potestas illa principalis consecrandi, & offerendi ipsum Corpus Christi verum, necessariò habet coniunctam potestatem in Corpus Christi mysticum: ergo in illa traditione Calicis cum vino, & patenæ cum pane, sub illa forma verborum: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis* intelligendum est consequenter etiam tribui potestatem remittendi peccata, quantùm est ex parte Ordinis: ergo, si in casu aliquo Episcopus ordinans, illa verba omitteret: *Accipe spiritum Sanctum, quorum retinueris, peccata*, &c. talis homo per illa verba: *Accipe potestatem offerendi*, &c. remaneret vere ordinatus: vnde, si posteà obtineret beneficium curatum, vel expositionem ad audiendas Confessiones, tales Confessiones essent validæ.] Ita ille.

3. Sed ego negatiuæ sententiæ adhæreo: nam Sacerdotes in sua Ordinatione, sicut recipiunt duplicem potestatem consecrandi, & absoluendi; ita duos illis dicendum est imprimi Characteres realiter distinctos, quorum vnus sine alio consistere potest. Probatur: quia Character est potestas exercendi Ordines: sed hîc potestates sunt distinctæ, distinctisque temporibus collatæ: ergo etiam Characteres distincti erunt. Quare, si quis Sacerdos priorem, sed non posteriorem potestatem reciperet, nullo modo (quidquid dicat Sotus) absoluere potest: quamuis in Parochum, vel in Episcopum eligeretur; vel hanc potestatem remittendi peccata à Summo Pontifice haberet, cùm sit substantialis Sacramento, & de iure diuino, quidquid Paludanus *in 4. dist. 25. qu. 2. art. 1. num. 7.* in oppositum minùs consideratè docuerit. Multò minùs probatur à nobis opinio Vasquez *disput. 39. cap. 6. versic. Verùm quia*, asserentis, potestatem remittendi peccata superaddere potestati conficiendi Corpus Christi solam extrinsecam denominationem à diuina destinatione ad aliud officium exercendum: nam potestas remittendi peccata, est potestas realis effectus ordinata, non secùs ac potestas consecrandi est realis: ergo non erit sola denominatio extrinseca. Secundò, idem manens idem semper est natum facere idem: ergo, si Sacerdos nihil reale acquirit per potestatem remittendi peccata, sequitur ipsum non posse absoluere à peccatis. Tertiò, omnis forma Sacramenti efficit, quod significat: sed forma huius potestatis sunt illa verba: *Accipe potestatem remittendi peccata.* ergo hæc verba talem effectum in anima habebunt: secùs dicendum esset, Characterem non esse quid reale animæ impressum, sed extrinsecam denominationem à diuina destinatione ad hoc, & ad illud munus exercendum.

4. Hinc deducitur, potestatem consecrandi esse independentem à potestate remittendi peccata: tum, quia omne prius est independens à suo posteriori: tù, quia nouus Sacerdos vtitur potestate cósecrandi simul cum Episcopo, antequàm potestatem remittendi peccata recipiat. At è contra potestas absoluendi adeò pendet à potestate consecrandi, vt inualida prorsus foret, si ipsa conferretur non habenti potestatem consecrandi. Ratio est: quia illam, tanquam suum fudamentum, præsupponit, & ablato fundamento tota fabrica corruit; non secùs ac Character Episcopalis necessariò præsupponit sacerdotem, sine quo consistere nequit.

5. Itaque ex omnibus supradictis apparet, completam Sacerdotis Ordinationem constare duabus partialibus Ordinationibus; vna, per quam datur illi potestas offerendi, & conficiendi verum Christi Corpus, & Sanguinem, per quam ordinatur respectu veri Corporis Christi; altera, per quam datur eidem potestas supra Corpus Christi mysticum, seu qua datur potestas fideles sanctificandi, & ad legitimam Eucharistiæ susceptionem disponédi. Has Ordinationes esse distinctas, constat primò ex diuersa materia, & forma. Secundò ex diuerso fine. Tertio, ex tempore, quo conferuntur: nam, vt patet ex Romano Pontificali, secunda Ordinatio fit aliquanto tempore post primam. Quartò, ex diuerso tempore, quo sunt à Christo institutæ. Prior est instituta ante Passionem in vltima Cœna, posterior Ioan. 20. post Resurrectionem. Quinto, ex eo, quòd prior consecratio possit subsistere sine posteriore: nam, si Episcopus peracta priore Ordinatione, vel ex malitia, vel ex impotentia, non procederet ad posteriorem; ita ordinatus validè consecraret, & offerret Sacrificium; & satis patet in Apostolis priorem consecrationem, & potestatem fuisse aliquanto tempore ante posteriore.

6. Ex quibus patet, has Ordinationes posse dici duo partialia Sacramenta, per quorum singula peculiaris potestas conferatur, ita vt solùm ordinatus priori Ordinatione non possit etiam validè exercere actus posterioris, vt colligi potest ex Trident. *sess.* 14. *locis citatis*, v.g. non possit validè absoluere, & conferre Sacramentum extremæ vnctionis: quia tamen huiusmodi potestates sunt subordinatæ, ex illis Ordinationibus conflatur vnum Sacramentum, per quod Sacerdos perfectus statuitur.

7. Nec ex eo, quòd sint duæ illæ Ordinationes Sacerdotis, augetur numerus Ordinum: quia secunda ita intrinsecè supponit priorem, vt si quis tentet secundam conferre non ordinato priori Ordinatione, nihil sit facturus: neque is, circa quem huiusmodi Ordinatio est attentata, sit recepturus vllam potestatem Ordinis ad fideles sanctificandos; & proinde non possit validè conficere vllum Sacramentum requirens Ordinem: eo quòd potestas Ordinis in Corpus Christi mysticum ex diuina institutione supponat potestatem in Corpus Christi verum. Et hæc omnia docet Ioan. Præposit. *in 3. par. D. Thomæ, de Sacr. Ordin. §. vnica, dub. 5. n. 25.* Lessius *in 3. de Sacr. Or. c. 1. dub. 6. n. 13. & seq.* Hurtadus *de Sacram. Ordin. diff. n.* 21. & alij. Itaque in casu nostro, talis Sacerdos esset, vt ita dicam dimidiatus Sacerdos: nam haberet potestatem conficiendi Corpus Christi, non autem absoluendi peccata.

8. Non obstat dicere, quòd Characteri sacerdotali annexa est potestas remittendi peccata: sed hic Character imprimitur porrectione Calicis, ergo etiam tunc datur potestas remittendi peccata. Respondeo: integro Characteri sacerdotali annexa est potestas remittendi peccata: qui autem porrectione Calicis imprimitur, non est integer: nam integer ex duobus constat Characteribus, sicut integra Sacerdotis potestas duabus potestatibus constat, quæ diuersis symbolis externis conferuntur. Neque hoc est absurdum, aut contra communem sententiam, vt Sotus existimat. Quando enim datur potestas consecrandi, datur solùm Character huic potestati respondens, in quo hæc potestas fundatur: & quando datur potestas remittendi peccata, datur alius Character, cùm sit alia potestas, quæ proinde in alio Charactere fundari debet. Neque est vlla ratio, cur non sint duo Characteres, sicut sunt duæ potestates.

9. Puto tamen sententiam Magistri Candidi, & aliorum, esse satis probabilem; sed nostram existimo probabiliorem.

RESOL. III.

An notorie sufficiens possit ab Episcopo sine examine ad audiendas confessiones admitti?

Et an admisso ad audiendas confessiones sine examine possit licentia sine causa reuocari, quia illud fuit priuilegium penitus gratiosum? Ex part. 7. tr. 11. & Misc. 2. Ref. 33.

§. 1. NEgatiuè respondet Ioannes Antonius Nouarius *in summa Bullarum tomo* 2. *tit. de Regularibus audientibus Confessiones secularium: num.* 9. vbi sic ait: Ampliatur septimò, vt Episcopus non possit impertiri licentiam regularibus audiendi Confessiones absque quod illi examini exponantur, & hoc sumitur ex Conc. Trid. *sess.* 23. *Can.* 15. in quo disponitur nullum etiam regularem posse Confessiones secularium audire, aut ad id idoneum reputari, nisi Parochiale beneficium habuerit, aut ab Episcopo post examen si illi videbitur necessarium, sit approbatus: ex quibus verbis patet euidenter non posse Episcopum examen remittere, & fortificantur ex eo quod in approbandis Confessoribus manifestè debet constare de eorum scientia, vt notat Gloss. communiter recepta *in Clem. dudum §. statuimus de sepul.* vbi ponit eas qualitates necessarias, vide notata in *c. disciplina* 45. *dist. Arch. in cap. pænitentia de pænitentiis, distinct. prima*, Panor. *in c. omnis vtriusque sexus, num.* 7. *& seqq. eod. tit.* vnde Gloss. *in cap. consider. de pænit. dist...* dicit, confessario debere inesse sapientiam & consequenter examen quæ est forma si sapientia habetur pro materia in Confessario, & forma omitti non potest. Paris. *in tr. de recip. benef. lib.* 7. *q.* 9. Gonzalez, *gloss.* 5. §. 3. *num.* 8. *& seq.* & sic quando examen requiritur pro forma non sufficit præsentatio virtualis, sed personalis. Baldus *in cap. constituetus, il secundo, num.* 4. *de appellat.* & *ibi* Decius Felin. Anan. &c. Ita Nouarius.

2. Sed eius sententiam minimè admittendam esse puto vt patet ex praxi multorum Episcoporum admittentium ad sacras Confessiones aliquos sine prænio examine; vt fui ego admissus Panormi, Romæ, & etiam Neapoli, vbi Nouarius degit à Felici Tamburellio nunc Soræ Episcopo meritissimo. Dicendum est igitur contra Nouarium posse Episcopum Sacerdotibus concedere licentiam audiendi confessiones, quamuis examini non exponantur. Et patet ex verbis Concilij ibi. Si illi videbitur esse necessarium; & docet Reginaldus *lib.* 1. *numero* 197. Coninch *de Sacram. disput.* 8. *num.* 49. Fagundez *in Pracep. Eccles. lib.* 7. *capite* 2. *num.* 70. Barbosa *in Concil. Trid. sess.* 23. *cap.* 15. *num.* 37. & alij. Nota tamen hîc obiter quod admisso ad confessiones sine examine, Episcopus potest sine causa reuocare licentiam confitendi; quia illud fuit priuilegium penitus gratiosum. Ergo & gratis reuocari potest. Tum quia gratificatus nullum per hoc ius acquirit irreuocabile, ergo reuocari potest. Ita tenet Bordonus *in consil. Regular. resol.* 36. *quæst.* 2. *numer.* 9. vbi citat Bossium, Megalium, & Barbosam. Et ita declarasse sacram Cardinalium Congregationem die 31. Iulij 1615. testatur Gauantus *in Man. Episc. ver. Confessarius num.* 11.

RESOL. IV.

An Confessarius valide absoluat, antequam licentia habita ab Episcopo, vel Vicario ducatur in scriptis?

Et an licentia confitendi obtenta mediante pecunia sit valida? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 41.

§. 1. NEgatiuè videtur respondendum ex nostra Synodo Panormitana Eminentissimi Cardinalis ab Auria *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 11. vbi sic habetur: Ad audiendas confessiones nullus accedat, quin se priùs Archiepiscopo sistat, eiúsque examinatoribus, & ab eo facultatem solitis subscriptionibus, ac sigillo consignatam obtineat. Hæc tibi.

2. Verùm contrarium tenendum est; nam non est de essentia vt approbatio facienda per Episcopum, vel Vicarium, reducatur in scriptis, sed sufficit quòd voce habeatur; nam scriptura non est de necessitate gratiæ. Et ita docet Reginaldus *in praxi, lib.* 1. *cap.* 16. *quæst.* 6. *num.* 198. Grassius *part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 51. Nouarius *in nouo iure Pontificio, conclus.* 68. *num.* 8. & alij; neque ex Synodo Panormitana contrarium deducitur, nam ibi solùm prohibetur, ne Confessarij audiant confessiones sine licentia in scriptis redacta; quæ quidem prohibitio neque imposita est cum verbis importantibus culpam mortalem, licet hoc Confessarius facere non debeat, & possit ab Episcopo puniri.

3. Sed non desinam hîc obiter apponere dubiolum, an videlicet licentia confitendi obtenta mediante pecunia sit inualida? prima facie affirmatiuè respondendum, quia Concilium requirit vt talis licentia gratis detur, & collatio beneficij pecunia obtenta inualida est; ergo. Sed tu contrariam sententiam tene; nam, vt ex Suarez obseruat Reginaldus *vbi suprà*, verba illa Concilij non imponunt conditionem, quæ si expleta non fuerit, approbatio non valeat, quia id non fuit necessarium, nec fortè expediens, sed tantùm continet præceptum datum Episcopis, vt gratis, talem approbationem concedant.

RESOL. V.

An ad suscipiendam confessionem sufficiat ratihabitio de præsenti?

Et an Sacerdos peccet, si ita confessionem audire incipiat.

Et an sit probabilis opinio, quæ docet ex præsumpta voluntate Superioris quod possit vnus aliquem absoluere? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 63.

§. 1. NEgatiuam sententiam ita mordicus docet Didacus Nugnus *in addit. ad* 3. *part. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 5. *dub.* 2. vt contrariam parùm probabilitatis habere existimet.

2. Sed fallitur quidem. nam ego probabilissimam puto, & illam præter Syluestrum *ver. confessor.* 1. *q.* 6. & Sotum *in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 3. sequitur etiam Becanus *de Sacram. c.* 38. *q.* 8. *n.* 3. Homobonus *in exam. Eccles. part.* 1. *tract.* 4. *cap.* 11. *q.* 105. Fagundex *pr.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 71. Toletus *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 3. Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 3. *disp.* 35. *num.*

Sup. hoc infr. in tr. 5. et Ref. 14 §. Vide. & in tom 3. tr. 2. leg doctrinam Ref. 44 & signanter §. 2. ad lin 9. vers. licet id torum. & tom. 7. tr. 1. ex doctrina Ref. 120. in fine §. 2. à vers. affe- rens.

num. 22. Henriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 13. *num.* 13. Villalobos *in ſumma, tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 51. *num.* 2. vbi ſic aſſerit. [Si la ratihabicion fueſſe de preſente, porqoe el Obiſpo lo ve y conſiente, en el tal caſo valdria, porque eſta no es propriamente ratihabicion ſioo conſentimiento tacito, ò interpretarino, qual baſta.] Ita ille; An verò Sacerdos grauiter peccaret, ſi ita confeſſionem audire incipiat, affirmatiuè reſpondet Coninch. *de Sacrom. dip.* 8. *dub....num.* 36. quia à principio inualidè confeſſionem audit.

Sop. hoc in Reſ. 1. not. præteritæ late à principio. & in alia Reſ. & §. eius noe & in Reſ. 4. etiam late à principio.

2. Sciendum tamen eſt, quod eſt valde notandum, Filiucium *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *num.* 242. docere eſſe probabilem illam opinionem, quæ tenet ex præſumpta voluntate Superioris, poſſe vnum aliquem abſoluere, etiamſi talis præſumptio fundetur in aliquibus ſignis, quæ indicent præſentem voluntatem Superioris concedendi facultatem, quod coincidit cum ratihabitione de futuro, quam non eſſe ſufficiéntem probauimus. At his non obſtantibus, vt dixi Filliucios docet hanc ſeotenriam eſſe probabilem, & citat Medinam Richardum, Syluestrum, D. Bonauenturam, & alios. Sed an ita ſit, videant viri docti; mihi enim non placet, & alibi contra Peregrinum illam reprobo.

Alibi in Reſ. 4 not. primæ huius Reſ. à principio.

RESOL. VI.

An reuocatio ſine iuſta cauſa facta Sacerdotibus ſæcularibus non audiendi amplius confeſſiones, ſit nulla?

Idem eſt de Religioſis.

Et an ſæculares Sacerdotes approbati etiam ſine cauſa ab eodem Epiſcopo poſſint iterum ad examen vocari, ſed non reprobari?

Et quid circa hoc de Regularibus? Ex part. 5. tr. 14. & Miſc. 2. Reſ. 21.

Sup. hoc in tom 7. tr. 1. lege doctrinam §. vlt. Reſ. 74. & ex doctrina Reſ. 76. §. 2. ante mediũ, verſ. Et licet, & in Reſ. 78. & vide etiam alias Reſ. eius primæ not. pro hac quæſt. & quamuis recenter in tom. 3. tr... lege §. Notandum ſecundò.

§. 1. ALiqui negatiuè reſpondent. Verum nouiſſimè affirmatiuam ſententiam docet Boſſius de *Iubil. lect.* 3. *cap.* 2. *fol.* 196. §. 4. *num.* 164. vbi ſic ait: Mihi videtur probabilior ſententia affirmans approbationem Sacerdori ſæculari ſemel abſolutè datam, & iniuſtè, ac ſine cauſa ab Epiſcopo reuocatam, per huiuſmodi reuocationem non irritari; ſed reuocationem eſſe nullam. Probatur, quia talis reuocatio ſine iuſta cauſa facta eſt quædam ablatio iuris acquiſiri, vel quaſi reuocatio iuſtæ ſententiæ ſine cauſa reuccandi facta; ergo eſt inualida. Nam ſententia à legirimo iudice data ſine noua cauſa non poteſt validè reuocari. Confirmatur, quia Sacerdos ille ſic approbatus & declaratus idoneus, ſi nulla ſuperueniat cauſa, vel mutatio ex parte ipſius, quoad ſcientiam & mores, iam habet quidquid à Concilio requiritur, vt idoneus ad confeſſiones reputetur, ſi aliunde nanciſcatur iuriſdictionem. Confirmatur ſecundò, quia cùm approbatio per ſe ſumpta abſque delegatione iuriſdictionis, non ſit gratia & fauor, vt diximus §. 1. ſed declaratio per modum iuſtæ ſententiæ debita ex iuſtitia ſaltem, poſtquam eſt ſemel rationabiliter conceſſa pro illo tempore, quo fuit conceſſa, non pendet à libera voluntate concedentis, vt per ſolam retractionem illius ceſſet, ſi ex parte Sacerdotis approbati nulla datur mutatio quoad ſcientiam, & mores, quæ iuſtam cauſam præbeat Epiſcopo reuocandi talem approbationem; & in hoc nulla eſt differentia inter Sacerdotes ſeculares & regulares ſemel ritè approbatos; licèt hi vltra rationem fundatam in ratione iuſtitiæ habeant etiam priuilegium, quod priuilegium non ſolùm operatur, vt approbatio ſemel ſimpliciter illi data non poſſit ſine cauſa validè reuocari; ſed vt nec poſſint ab eodem Epiſcopo approbatore vocari ad nouum examen, niſi cauſa ſuperuenerit ad ipſius confeſſiones pertinens; ſeculares autem Sacerdotes approbati etiam abſque cauſa ab eodem Epiſcopo poſſint iterum ad examen vocari, ſed non reprobari. Ita ille. Sed tu circa præſentem quæſtionem vide me ipſum *in* 3. *part. tract.* 2. *reſol.* 22. *&* 4. *part. tract.* 4. *reſol.* 200.

Sup. hoc in Reſ. not. vlt. huius Reſ.

Sup. hoc lege in tom. 7. tr. 1. Reſ. 78. & in aliis eius primæ annot.

Quæ nunc inueniuntur in tom. 7. tr. 1. Reſ. 76 & 77. & in aliis earum notationum.

RESOL. VII.

An in approbatione Confeſſariorum requiratur iudicium interius Epiſcopi de eorum ſufficientia?

Et an hoc idem dicendum ſit de examinatore?

Et notatur, quod melior eſt Ruſticis pænitentibus habere aliquos confeſſarios ab Epiſcopo approbatos etiam inſufficientis doctrinæ, quam nullos.

Et ſic Epiſcopus non peccat, quando carens Sacerdotibus ſufficientis doctrinæ etiam pro Ruſticis approbat aliquos Sacerdotes in Confeſſarios pro excipiendis eorum, aut alterius generis hominum confeſſionibus, vt illos ſacramentaliter abſoluant? Ex part. 11. tr. 4. & Miſc. 4. Reſ. 17.

§. 1. CAſus poſſet accidere, quando Epiſcopus approbaret illicitè aliquem Confeſſarium, & affirmatiuè reſpondet Bonacina *de Sacr. pœni. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 4. §. 1. *n.* 19. vbi ſic ait: Quæres vtrum ille cénſeatur approbatus, & conſequenter idoneus audiendis confeſſionibus, qui fuit approbatus, & admiſſus ab Epiſcopo ſciente illum non idoneum.

2. Reſp. negatiuè iuxta probabiliorem ſententiam, nam Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *c.* 15. exigit, vt Confeſſarius qui non habet parochiale beneficium, iudicetur idoneus; hic autem verè non iudicatur idoneus, ſed fictè, cùm Epiſcopus interius ſentiat, & iudicet non idoneum, vnde Concilium videtur requirere approbationem cum iudicio, & iudicium cum approbatione.

3. Et paulo infrà *n.* . t. hæc ſubdit; Hinc colligi poteſt ſolutio illius difficultatis, qua quæritur, vtrum præter iudicium, quò Sacerdos iudicatur idoneus, requiratur etiam approbatio diſtincta à iudicio. Ratio dubitandi eſt, quia in Concilio Tridentino *loco citato* habentur hæc verba: *Aut iudicetur idoneus, & approbationem obtineat.*

4. Reſp. vtrumque requiri; quatenus Epiſcopus debet Confeſſarium non ſolum interius iudicare idoneum, verum etiam exterius approbare, & iuriſdictionem concedere, vt patet ex verbis Tridentini citatis.

5. Ita Bonacina, cui adde Barboſam *de poteſtat. Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 25. *n.* 19. & Boſſium *de Iubileo ſect.* 3. *caſu* 2. §. 1. *num.* 3.

6. Sed hæc opinio non eſt admittenda, & illam refellit Leander *de Sacr. to.* 1. *tr.* 5. *diſp.* 11 *q.* 74. Cardinalis Lugo *de Sacr. pœnit. diſp.* 21. *ſect.* 1. *n.* 25. & Nicolaus Iſambert *to.* 3. *in* 3. *part. D. Thomæ diſput.* 21. *de Sacr. pœnit. artic.* 4. vbi ſic ait: Difficultas eſt, an ad validitatem huius approbationis ſufficiat, quòd Epiſcopus, ſeu Ordinarius det illam exterius; itaut ſi verè, & in conſcientia iudicet hunc Sacerdotem non eſſe idoneum audiendis confeſſionibus; immò nolit interius eum approbare, nihilominus exterius

& actu externo siue verbo, siue scripto illum probat, an tunc, inquam, Sacerdos ille instructus sufficienti iurisdictione, possit validè hoc Sacramentum pœnitentiæ ministrare?

7. Respondetur, concessionẽ huius approbationis esse quendam actũ iurisdictionis exterioris, & veluti quamdam sententiæ in foro exteriori prolationem, at prolatio sententiæ facta iuridicè in foro exteriori, non postulat sui confirmationem ad internum iudicium, illam iuridicè pronunriantis, quia potest dari casus, in quo iudex aliquis agat contra suam conscientiam, tam vt est publica persona, quam vt est priuata vt omnes satis norunt.

8. Deindè sufficit, quòd iudicium hoc de idoneitate Sacerdotis sit tale, quale significatur per verba Concilij Tridentini illud constituentis: sed verba Concilij Tridentini superius relata, significant satis esse quòd iudicium hoc Episcopi sit externum; nam eo ipso, quo relinquit liberum Episcopis eiusmodi Sacerdotes deputandos audiendis confessionibus subiicere examini, vel non subiicere, & verbis expressis ait, sufficere quòd aliàs iudicentur ab Episcopo ad illud munus idonei, & approbationem obtineant, innuit quòd quemadmodum hæc approbatio, vt tali modo obtenta respicit forum externum, in quo si reuocetur in dubium, probari debet, ita etiam, & solum iudicium externum Episcopi de hac idoneitate Sacerdotis sufficere (quantum requiritur ex parte huius conditionis) quòd sit externum. Vnde ratio huius iudicij, & veræ intentionis in Episcopo ad conferendum alicui hanc approbationem, est distincta à ratione intentionis essentialiter requisitæ in administratione huius Sacramenti, vel alicuius alterius; Ita Ifambertus.

9 Itaque dicendum est, quod in Concilio Tridentino *sess. 25. c. 15. de reform.* non agitur de iudicio interno, sed de externo, quod per approbationem profertur: nam iudex, licet fortassè aliquando contra conscientiam, verè tamen exercet iudicium, cùm iudicet in fauorem alterius ex litigantibus, & in omni rigore iudicat causam applicandam esse huic, alioquin nunquam posset iniustè iudicare, vel contra conscientiam, quod est contra omnes Theologos, & Iutistas. Iudicium ergo solum significat prolationem sententiæ, quæ certè sententia est, & actus iuridicus, licet fiat contra conscientiam: quare Episcopus approbans confessarium; eo ipso profert sententiam, & iudicat illum habendum esse pro idoneo. Vnde à fortiori fit, illum omninò validè absoluere, qui reuera idoneus est, & approbatus ab Episcopo, licet Episcopus putaret eum non esse idoneum.

10. Et ideò rectè Basilius Pontius *de matr. lib. 5. c. 19. n. 14.* docuit, valere confessionem factam Sacerdoti, cui Episcopus facultatem audiendi confessiones fictè concessit, nempè solis externis verbis absque vera intentione.

11. Vide etiam Suarez *de matr. lib. 3. disp. 25. n. 14.* Vnde ex his patet responsio ad rationem, quam pro sua firmanda sententia adducit Bonacina, & alij.

12. Nota verò cũ Cardinali Lugo, *vbi supra*, quòd etiam stando in opinione Bonacinæ, videlicet, quòd requireretur iudicium internum Episcopi vltra approbationem externam, non esset idem dicendum de examinatore; nam licet hic interius non iudicaret idoneum, quem contra conscientiam approbat; adhuc accedente Episcopi approbatione, ille haberet totum quod à Concilio requiritur: nam Concilium non petit, quòd iudicetur idoneus ab aliis, sed ab Episcopo, tunc autem Episcopus ita iudicaret, etiam interius, licet deceptus ab examinatore; ergo haberet totum, quod Concilium requirit, vt validè absoluat.

13. Nota hic obiter, quoniam melius est rusticis pœnitentibus habere aliquos Sacerdotes Confessarios ab Episcopo approbatos, etiam insufficientis doctrinæ; quam nullos (nam si tales rustici habeant, quæ pro eorum conditione sufficiunt ex parte pœnitentis, validè & fructuose absoluentur) sic etiam Episcopus non peccat, quando carens Sacerdotibus sufficientis doctrinæ etiam pro rusticis, approbat aliquos Sacerdotes in Confessarios pro excipiendis eorum, aut alterius generis hominum confessionibus, & vt illos Sacramentaliter absoluant, cum nemo teneatur ad impossibile. Sed ei sufficit, vt vel alios erudiriores, si possit, quærat, vel curet illos, qoos approbauit, instrui de iis, quæ tales Confessarij tenentur scire pro Sacramento pœnitentiæ eiusmodi hominibus administrando.

14. Et ita docet Isambert. *vbi suprà disp. 22.* & Cardinalis Lugo *de pœn. disp. 21. sect. 4. n. 74.* quæ omnia multos scrupulos ab Episcopis eiicient.

RESOL. VIII.

Si detur licentia ad audiendas confessiones alicuius specialis, quæritur, an expiret morte concedentis re integra?

Idem est de facultate dispensandi.

Et docetur hoc procedere a fortiori in facultate eligendi Confessarium data per Iubileum, & Bullam Cruciata, & in facultate excipiendi Ordines extra tempora, vel non seruatis interstitijs, celebrandi in priuato oratorio, & in aliis similibus? Ex part. 11. tr. 7. & Misc. 7. Ref. 7.

§. 1. Affirmatiuè respondet Sanchez *de matrimon. lib. octauo, disput. 28. num. 73.* vbi sic ait: Quando tamen licentia esset concessa Sacerdoti audiendi confessiones pœnitentis determinati in illius pœnitentis fauorem, expiraret facultas morte concedentis re integra, idest quoad confessionem nondum antea cœptam. Quia, cùm illa gratia fit in illius pœnitentis fauorem, & nondum sit perfecta, sed per confessarium exequenda, non habet gratiæ factæ rationem, sed faciendæ; quam morte concedentis re integra expirare diximus *numero 64.* Et ita tenet Gaëta *capit. ad limina 30. quæstione prima, §. 106. numero 312.* Et idem apertè colligitur ex Doctoribus, quos *numero 81.* referam, asserentibus facultatem dispensandi cum determinata persona in illius fauorem expirare morte concedentis re integra. Ita Sanchez.

(Sup. hòc in tom. 5. 7. 10. lege doctrinam Ref. 2. vt doctrinam cõfirmes huius Ref. & signanter in t. 3. tr. 1. ex Ref. 144. §. Verum circa, ante medium, à vers. si facultas. Sed lege eam per totam, & non pigebit.)

2. Sed ego negatiuam sententiam satis probabilem, & tutam existimo cum Basilio Pontio *de matrimon. libro octauo, capit. 19. §. primo, numero quinto, & octauo*, qui nominatim Sanchez impugnat, & ideo sic asserit; Nouissimè sufficienti fundamento dici posset etiam facultatem concessam alicui, vt dispenset cum aliquo determinatè non expirare morte concedentis. Sequitur Emanuel Sà *verbo dispensatio numero 6.* estque in ptaxi secura sententia. Nam correctio Romana, quæ abstulit ab eo auctore etiam omnia, quæ in praxi oon erant omnino tuta, hanc sententiam in eo auctore intacta reliquit. Fauet Salas *de legibus disp. 20. sect. 17. con. 6.* Probabilem putat Suarez *dicto cap. 31. num. 14. & 15.* Solùm oportet explicare

care *textum in dicto cap. si cui nulla.* In cuius explicatiouem multa dici possent, valdè enim in hac doctrina explicanda torqoentur Doctores. Ego tamen dixerim vniuersè loquendo omnem licentiam vel facultatem, vel rescriptum concessum vni in ordioe ad effectum causandum ab alio, censeri gratiam statim factam ex vi priuilegij ante quemcumque eius vsum, si materia gratiæ sit spiritualis: imò & in quacumque materia dummodo non sit iure prohibita, vel excepta. Itaqne habebit locum nostra doctrina in omnibus casibus, in quibus contrariom non statuatur ipso iure. Reperimus autem iure ipso aliter statutum in duplici casu. Primus est materia ambitiosa, qualis est beneficialis, vt *in dicto cap. si cui nulla, cap. si super gratia, de officio deleg. in 6.* Alter est in materia fori contentiosi, vt *in capit. gratum, & cap. relatum de offic. delegat.* ad quam etiam reducuntur leges, quæ statuunt mandatum expirare morte mandantis re integra. Quare ea decisio non est ad omnes casus extendenda.

3. Solùm ergo superest, an iuxta hanc doctrinam dicendum etiam sit, potestatem datam alicui confessori ad audiendam confessionem determinatæ personæ expirare re integra morte concedentis? Affirmat expirare Thomas Sanchez *loco citato*; Salas limitat communem doctrinam in hoc casu, & excipit à generali regula nescio quo fundamento; Suarez *capit.* 31. citato negat habere locum in hoc casu, quia istud iudicium magis est gratiæ, quam iustitiæ. At non sufficiens videtur assignari ratio, cùm in aliis indultis, quæ dantur determinatæ personæ, & in ordine ad determinatam personam, etiam reperiatur ratio gratiæ potius, quàm iustitiæ, & nihilominus expirare censeantur morte concedentis. Quare ego dixerim si nihil speciale in concessione exprimatur, non censetur expirare morte concedentis, idquè spectato ipso iure Pontificis *in dict. capit. si cui nulla,* & attentè animaduerso. Consultò enim dixit Pontifex, si non ob suam, sed eius cui prouideri mandatur gratiam, & fauorem. Vt ergo expiret ea gratia concessa alicui in ordine ad determinatam personam, debet esse ob solam gratiam tertij, his enim æquiualet illa vox, *non ob suam.* Quare si simul sit in gratiam, & fauorem vtriusque, non expirabit. Quia, cùm ex ea parte sit gratia facta, & gratia facta non expiret, neque possit claudicare ex aliqua parte, necessario per consequentiam fit, vt ex omni parte maneat. Versari autem in ea concessione gratiam, & fauorem vtriusque tam confessoris, quàm pœnitentis communiter loquendo, planum videtur esse. Et hæc omnia docet Ponrius vbi supra, cui adde post hæc scripta visum Patrem Antonium Escobar & Mendoza *in Theolog. mor. to.* 1. *sect.* 2. *cap.* 15. *Prob.* 27. *num.* 177. qui etiam optimè *Prob.* 28. obseruat contra Angelum Philiarchum, & alios, quòd quando conceditur tibi priuilegium eligendi confessarium siue determinatum, siue indeterminatum, qui te à reseruatis absoluat, vel tecum dispenset, hæc facultas, vel priuilegium non perit concedentis morte re integra, quia est gratia iam facta tibi, & beneficium legitimè à te possessum, ratione cuius potes confessarium eligere; Sic Henriquez *l.* 7. *capit.* 21. §. 6. Suar. *tom.* 4. *de pœnit. disputat.* 26. *sect.* 3. *num.* 7. *& lib.* 8. *de legib. cap.* 31. *num.* 3. *&* 19. Sanch. *de matrimon. l.* 8. *disp.* 28. *num.* 72. *&* 75.

4. Et addit Escobar hanc sententiam sine vlla limitatione tenendam esse, & procedere à fortiori in facultate eligendi confessarium data per Iubilæum, quia huiusmodi facultas est accessoria facultati lucrandi indulgentiam, quæ cùm sit gratia iam facta, & concedentis morte non expirat; neque etiam priuilegium eligendi confessarium, quod illi est accessorium. Deinde addiderim à fortiori procedere in facultate concessa eligendi confessarium per Bullam Cruciatæ; quia est gratia iam facta Regi, in cuius fauorem pro expeditione belli contra infideles conceditur. Et in facultatem recipiendi ordines extra tempora, vel non seruatis interstitiis, celebrandi in priuato oratorio, comedendi carnes diebus prohibitis, & aliis similibus: quia hæ omnes sunt gratiæ factæ ipsi, cui huiusmodi priuilegia conceduntur, ac proinde non possunt concedentis morte deperire.

RESOL. IX.

An Confessarius hic Panormi ab Episcopo approbatus possit Panormitanum absoluere Romæ, Neapoli, vel alijs locis extra Diœcesim?

Et quid de proprio Parocho, & de Religiosis, qui per approbationem æquiparantur Parocho? Ex part. 3. tr. 4. Res. 143. aliàs 144.

§. 1. DE proprio Parocho, & de Religiosis, qui per approbationem æquiparantur Parocho, non dubitant Doctores; difficultas est de aliis Sacerdotibus approbatis, & negatiuè respondent Ioannes Guttierrez *qq. Canon.* 1. *cap.* 27. cum Zerola, & Sorbo, quos citat, & sequitur Garsias *de beneficijs, tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 8. *num.* 132. quia delegatus etiam Ecclesiæ Romanæ non potest extra prouinciam sibi decretam absoluere subditum ex manuum iniectione in Clericum, vt patet *in cap. penult. de officio legati*; iurisdictio enim delegatorum terminatur territorio.

Sup. hac diffic. in Res. seq. & lege etiam doctrinam alterius §. eius secundæ not. quãuis nihil exponat specialiter pro Cõfessarius sæcularibus, & infrà ex Res. 26. §. Sed quarto.

2. Verùm affirmatiua sententia mihi placet, quam communiter tuentur Doctores, vt Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 3. *disput.* 34. *n.* 2. Megala *in* 1. *part. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 25. *& c.* 9. *n.* 12 Henriquez *lib.* 6. *c.* 6. *n.* 7. *& lib.* 7. *c.* 1. *n.* 4. Peirinus *de relig. subdito, tom.* 1. *q.* 1. *c.* 21. §. 2. Vega *in summ. tom.* 1. *c.* 62. *cas.* 41. Gomez *in explicat. bull. Cruc. clans.* 10. *n.* 8. Suar. *in* 3. *part. tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 6. *&* 7. Nugnus *in* 3. *p. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 5. *dub.* 8. Et ratio est, quia isti Confessores delegati habent iurisdictionem in personas pœnitentium. Ergo non attenditur territorium, vel præsentia localis, sed tantùm persona. Adde, quòd iurisdictio voluntaria potest exerceri extra territorium à quocumque illam habente, vt patet ex *l.* 2. *ff. de offic. Proconf.*

3. Nec obstant declarationes Cardinalium, & Doctores, quos affert Garzias etiam nouissimè in Additionibus; nam respondeo, quòd loquuntur in casu, quo, v. g. Confessarius approbatus hic Panormi, vellet absoluere extra hanc diœcesim Messanenses, vel Neapolitanos. Nam quisque per approbationem habitam in vna diœcesi, non potest absoluere vbique. Non autem loquuntur, quando talis Confessarius extra territorium absoluit subditos Episcopi, qui illum approbauit. Vide Acostam *in Bull. Cruciat. q.* 18. Vgolinum *de potest. Episcop. c.* 7. §. 2. *n.* 7. & alios. Vnde est dispar ratio inter vtrumqoe casum. Ad text. verò *in cap. pen. de officio delegati*, respondeo, quòd loquitur, quando delegatus vult exercere iurisdictionem externam in foro contentioso, quæ exerceri minimè potest extra territorium, quod non accidit in casu nostro.

RESOL. X.

An Confessarius etiam Regularis approbatus, v.g. ab Episcopo Neapolitano possit excipere confessiones Neapolitanorum in aliena Diœcesi? Ex part. 10. tr. 14. & Misc. 4. Res. 41. aliàs 39.

Sup. hoc pro Confessariis sæcularibus in Res. præterita & pro Regularibus in §. not. seq. & pro Confessariis Regularibus & sæcularibus infrà ex Res. 24 lege §. sed eurio & seqq.

§. 1. NEgatiuè respondet Io. Marias Nouarius *in Lucerna Regularium Confessarius, num.* 14. vbi sic ait: Confessarij etiam Regulares ab Episcopo approbati ad Confessiones audiendas, nequeunt illas audire extra Diœcesim Episcopi approbantis, quamuis illi, qui confiteri velint; sint eidem Episcopo subiecti, ità quidem determinauit Sacra Congregatio *in vna Cremonen. 22. May.* 1610. Ita Nouarius; cui adde nouissimè Io. Baptistam Ventrigliam, *in Praxi Fori, Ecclesiastici, Annot.* 48. §. *Vnico, num.* 46. sic asserentem: Vltimò nota, quod Confessores Regulares ac etiam Sæculares approbati ab Episcopo ad audiendas Confessiones, non possunt audire Confessiones extrà Diœcesim Episcopi approbantis, etiam si confiteri volentes sint subditi Episcopi approbantis. Ità ille.

Sup hoc cursim, & recitanter in duabus ultim. primis Res. præteritæ, & signanter in tom. 7. tr. 1. ex Res. 83. § vlt. &c. & lege etiam doctrinam §§. Res. 2 not. præteritæ.

2. Sed ego puto Declarationem Cardinalium non esse authenticam, & falsò illis tribui, cùm sit contrà communem sententiam Doctorum; & ideò me citato affirmatiuam sententiam tenet Bordonus *in Conf. Regular. tom.* 1. *resol.* 6. *num.* 4. vbi sic ait: An Confessarij Regulares vbique non solùm in Diœcesi, in qua admissi sunt, sed etiam extrà illam audire possint subditos Episcopi illo approbantis. Respondetur: Possunt non solùm vbique in Diœcesi; sed etiam extrà illam vbique locorum. Et hoc procedit non solùm si Regularis sit in itinere, sed etiam quando mutauit domicilium, & translatus fuit ab vno ad aliud Monasterium, extra Diœcesim eius Episcopi, qui illum approbauerat, intellige modò duret eius approbatio: Quod amplia, licèt in secundo Monasterio nondum sit approbatus ab Episcopo eius loci, vbi moram trahit de familia, in hoc enim stat punctus quæstionis. Pares ergo in hoc sunt Confessarij Regulares, & Parochi, qui vbique locorum suas oues audire possunt Sacramentaliter. Nec obstat, quod in literis testimonialibus approbationis habeatur illa clausula: In Ecclesia sui Ordinis, quasi iurisdictio restringatur ad Ecclesiam, & locum expressum, ità quod non possit hoc ministerium exerceri in aliis Ecclesiis Diœcesis, ne dum extra ipsam Diœcesim; Quia ea non aufert potestatem, si extrà Sacramentum exerceatur, sed designat locum, in quo ordinariè hoc Sacramentum exercendum est. Ita ille: & post illum Marcus Viual *in Arca Theol. Mor. tit. de iurisd. Inquis.* 6. *num.* 158. quibus adde Beiam *part.* 4. *cas.* 20. §. *Colliges.* Peregrinum, *in Compend. Priuil. verb. Absolutio.* Mirandam *tom.* 1. *quæstio.* 45. *art.* 14. *concl.* 3. Rodriquez *in Compend. Resol.* 32. *num.* 14. Portel *in Dubiis Regul. verb. Confessor. num.* . & hoc non solùm procedit quoad Confessarios Regulares, sed etiam quoad Sæculares; vt patet ex Sanchez *de Matrimon. tom.* 1. *lib.* 3. *disput.* 34. & aliis, quos citat & sequitur Bariola *in Aphorismis lit. C. verb. Confessarius, fol.* 63. asserens absolutè Confessarium legitimè approbatum ab Ordinario, posse illius subditorum audire Confessiones etiam extrà propriam Diœcesim.

RESOL. XI.

Vtrum Parochus, v.g. Messanensis possit ex licentia Parochi Panormitani confessiones Panormitanorum in eius Parochia recipere absque approbatione Archiepiscopi Panormitani? Ex part. 3. tr. 4. Res. 159. alias 160.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Beia *part.* 1. *cas.* 16. & nouissimè Alphonsus Regius *in suis resolutionibus, cas.* 61. *n.* 9. qui citat Guttierrez, Tolenum, & Rodriquez. Ratio est, quia Curatus extrà suam parochiam & diœcesim censetur persona priuata, & nihil amplius habere videtur, quàm simplex Sacerdos; ergo quamuis per beneficium parochiale iudicetur idoneus in sua diœcesi, tamen extra illam tale beneficium nihil ei suffragatur quoad confessiones alienarum ouium audiendas, sicuti neque alteri Sacerdori approbato à suo Episcopo: & ideo Concilium Tridentinum æquiparat beneficium parochiale approbationi Episcopi; asserit enim quemlibet illorum modorum esse per se sufficientem, & alterutrum esse necessarium, sed approbatus in vno Episcopatu non est vbique approbatus; seu idoneus, nec is qui beneficium habet parochiale. Ita Regius *vbi suprà.*

Sup. hoc infrà in §. vlt. Res. 13 & in Res. 23 §. Concedo, & in tom. 4. tr. 4. ex Res. 6. §. 1. prope finem, à vers. porque decista se figura. & recitatur in alio §. & vers. eius annot.

2. Sed contrariam sententiam docet Suarez *tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 4. *n.* 18. *& seq.* cum Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 3 *dub.* 4. *num.* 2. vbi sic asserit. Existimo ex Concilio Tridentino apertè reputari idoneum ipso iure, quicumque parochiale habet beneficium, vt non tantùm in sua diœcesi, in alia audire possit confessiones, iurisdictione tamen sibi commissa, quam tamen iure ipso habet solùm in sua parochia, nec indiget extra suam diœcesim approbatione Episcopi illius diœcesis, vt censeatur idoneus, sed commissa sibi iurisdictione ab eo, qui potest, vt à proprio Parocho existenti in alia diœcesi, potest ille quemcumque absoluere, quia iam iure ipso idoneus sine alia Episcopi cuiuscumque approbatione reputatur, sic enim ex Concilio, vt duo diuersa, vnde aliquis censeatur idoneus, ponuntur; alterum habere parochiale beneficium, alterum approbatum esse ab Episcopo. Ita Vasquez, satis quidem probabiliter, vnde contra Regium *vbi suprà, n.* 12. qui sequitur hanc opinionem, non se exponit periculo efficiendi irritum valorem Sacramenti; nam, vt alibi probatum est, qui cum opinione probabili administrat Sacramentum, quoad suam iurisdictionem semper illud conficit, nam Ecclesia in tali casu ratione opinionis probabilis confert illi iurisdictionem.

Alibi in tom. 8. tr. 1. ex Res. 2. § 2. ad medium, à vers. Et tandem & in omnibus aliis eius not.

RESOL. XII.

An Parochus possit exponere ad confessiones audiendas approbatos à quocumque Episcopo?

Et quid, si Episcopus prohibet suis Parochis, aut Superioribus Regularium, ne Sacerdotes alibi approbatos ad audiendas confessiones in sua Diœcesi exponant?

Et

Et an supradicti Confessarij ex consensu parochorum audientes confessiones, possint puniri ab Episcopo, eo quod in aliena Diœcesi confessiones ausculent?
Et quid dicendum, si virtute Cruciatæ hoc faciant absque noua approbatione?
Et an parochus possit concedere facultatem simplici Sacerdoti ad excipiendas suorum parochianorum confessiones?
Et notatur, quod superior non potest iuste punire subditum non obedientem ductum ad id probabili opinione. Ex part. 3. tract. 4. Res. 109. aliàs 110.

Sup. contento in hoc §. 1. Pro simplici Sacerdote in Ref. seq. & in aliis eius annot. primæ. §. 1. POsse parochum concedere facultatem simplici Sacerdoti ad excipiendas suorum parochianorum confessiones, putant Ledesma *in sum. tom. 1. de Sacrament. Pœnit. 12. mediatè ad 5. concl.* & Ludouic. de San Iuan *in summa quæst. 7. articul. 2. de pœnit. diffic. 11.* cum aliis.

2. Sed hanc opinionem reiiciunt Fagundez *præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 23.* Zanardus *in direct. p. 1. de sacram. Pœnit. c. 26.* Nugnus *infrà* cum aliis communiter, & patet ex Concilio Trident. Difficultas est, an hoc possint efficere eum Sacerdotibus saltem approbatis ab aliquo Episcopo. Negatiuè respondet Nugnus *in addit. ad 3. p. q. 8. art. 5. dub. 7. ad 4. argum.* Sed sententiam affirmatiuam sustinet Ioannes de la Cruz, Dominicanus *in direct. p. 2. de sacram. Pœnit. q. 5. dub. 6. conclus. 3.* vbi sic asserit: Ex dictis patet, potestatem concessam parochis *in c. omnis vtriusque sexus*, delegandi suam iurisdictionem aliis Sacerdotibus alias idoneis, non esse ablatam in Concilio Tridentino, sed solùm, quòd parochi non possint iudicare de idoneitate requisita pro confessionibus audiendis. Vnde patet posse Parochum delegare suam iurisdictionem Sacerdoti semel approbato à suo, aut extraneo Parocho pro suis ouibus, & pro se in eisdem casibus. Ita ille, & ante illum Henriquez *lib. 7. capit. 12. numer. 4.* & nouissimè Ægidius Coninch Societatis Iesu *de Sacrament. disputat. 8. dub. 7. numer. 57.* docet etiam hanc sententiam, seclusa tamen prohibitione Episcopi, itaque sic ait: Quamdiu Episcopus non prohibet suis Parochis, aut Superioribus Religiosorum, ne Sacerdotes alibi approbatos ad audiendas confessiones in sua diœcesi exponant, hi validè assumuntur, & exponuntur, quia habent conditionem à Concilio Tridentino requisitam, quod scilicet à suis Ordinariis sint approbati. Ita Coninch.

Sup. hac diff. infrà in Ref. 14. §. Et tandem. & lege etiam ibi §. vlt. & §§. eius annot. & vide doctr. nam Ref. 17. & alterius Ref. eius annot. & in tom. 4. tr. 4 ex Ref. 3. §. vlt. & in tom. 7. tr. 1. ex Ref. 84. §. Vnde.

3. Ex quibus patet, maximè non extante prohibitione Episcopi, quòd approbatus, v. g. in diœcesi Messanensi, si transferat se in diœcesim Panormitanam, possit ibi à Parocho, vel Superiori Regularium assumi, vt eum adiuuet in audiendis confessionibus sine noua approbatione Archiepiscopi Panormitani. Neque aduersùs hanc sententiam faciunt aliquæ declarationes Cardinalium; nam ad illas, & argumenta contraria optimè respondet Coninch *vbi supra*.

Quoad hoc lege doctrinam. §§. not. Præterea. 4. Notandum est etiam hic obiter, supradictos Confessarios ex consensu Parochorum audientes confessiones, non esse puniendos ab Episcopis, eo quòd in alia diœcesi confessiones auscultent, quidquid in contrarium asserant Ledesma *in sum. tom. 1. de Sacram. Pœnit. c. 12. immediatè ad 5. conclus.* & Ludouic. de San Iuan. *in sum. qu. 7. art. 2. de pœnit. disp. 12.* & ita docet contra illos Ioan. Sancius *in select. disp. 48. num. 52.* qui etiam notat *disp. 44. num. 27.* quòd Episcopus iustè non poterit punire Confessarios alibi approbatos, audientes confessiones in sua diœcesi virtute Bullæ Cruciatæ, absque noua approbatione. Nam secundùm opinionem Doctorum probabilem, si non committunt culpam, digni nequaquam erunt pœna. Sed in casu de quo loquimur, Confessarij sequuntur opinionem probabilem. Ergo digni non erunt vt ab Episcopis puniantur. Et ideo idem Sancius *disp. 33. num. 43.* asserit, non posse iustè Superiorem punire subditum non obedientem, ductum ad id probabili opinione, quia cùm tunc non obediendo, minimè delinquat, & nullus dignus sit pœna, nisi ob culpam, sit tunc non habere ius Superiorem punitionis dandæ subdito. Sed totum hoc accidit in casu nostro. Ergo. Sed his non obstantibus omnia supradicta, disputationis causa dicta esse volo, nam negatiuam sententiam in praxi obseruandam esse puto.

Sup. hoc eum eodem Sancio tantùm hic citato in tom. 8. tr. 1. Ref. 15. in fine, sed lege eum per totam, & alias Ref. & verb eius primæ annot.

RESOL. XIII.

An post Concilium Tridentinum Parochi possint exponere ad confessiones suorum subditorum audiendas simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum?
Et an saltem Parochus possit exponere alium Parochum ad confessiones audiendas in sua Parochia?
Et an Parochi per Bullam Cruciatæ, Iubilæum, &c. sint eligibiles per totum mundum, ad confessiones audiendas sine approbatione Episcopi? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 145. aliàs 146.

§. 1. REm difficillimam explicandam aggredior, de qua cursim alibi nos aliqua diximus. Affirmatiuam sententiam docuit ex Dominicanorum familia Magister Ioannes Gallo, qui Concilio Tridentino interfuit, & Magister Ioannes Orellana, Professores publici sacræ Theologiæ in Academia Salmanticensi, quos refert, & sequitur nouissimè Petrus de Ledesma *in sum. tom. 1. de Sacr. Pœnit. c. 22. concl. 5. §. La secunda sententia*; & Ludouicus de San Iuan *in sum. de pœnit. qu. 7. art. 2. diff. 12.* & hanc sententiam probabilem esse docet etiam nouissimè Ioan. de la Cruz *in direct. consc. part. 1. de Sacr. Pœnit. q. 5. dub. 6. concl. 2.* Probatur; quia cùm Parochus sit proprius Sacerdos, & Pastor suorum subditorum, habet iure diuino potestatem delegandi Confessores pro suis subditis, imò & iure Ecclesiastico antiquo, vt patet *in cap. omnis vtriusque sexus*, & quia hæc potestas non est ablata per decretum Concil. Trident. *sess. 23. de reform. c. 15.* quod solum intendit abrogare priuilegia Bullæ, & consuetudines audiendi confessiones, sine approbatione Episcopi, etiam immemorabiles; quòd autem Parochus possit delegare Confessores pro suis subditis, non habetur ex priuilegio aliquo, sed ex iure diuino, aut Ecclesiastico antiquo. Et sic quando dicitur in Concilio: Nullus audiat confessiones, &c. nisi sit Parochus, &c. statim reuocantur priuilegia, & consuetudines immemorabiles in contrarium. Vide etiam omnino Ledesmam, qui textum Concilij minutatim exponit, & probat non tollere iurisdictionem Parochis.

Alibi in §. 1. Ref. præterit. Sed lege latã doctrinam Ref. seq. & infrà ex Ref. 23 §. Quarto quintò. & in tom. 4. tr. 4. Ref. 3. in sex primis eius lin.

2. Verùm ego hanc sententiam probabilem iudicarem, nisi obstaret in contrarium declaratio DD. Cardin. Concilij interpretum, quam affert, & sequitur Petrus Fay *in addition. ad 3. part. question. 8. articul. 5. disputat. 1.* quæ declaratio, vt ipse ait conformis est valdè textui Concilij, quod præcisè, & priuatiuè duos tantùm ponit titulos excipiendi Confessio-

nes sæcularium,& Sacerdotum expositionem; scilicet approbationem Episcopi, & beneficium parochiale; ergo qui neutrum habuerit, confessionem audire non poterit. Voluit ergo Concilium auferre abusum plurimorum Parochorum, qui vt commodiùs se otio darent, exponebant quoscumque etiam idoneos, imò plerique illorum non ita vigebant prudentia, quæ ad debitum tam graue debitè peragendum requiritur; iudicauitque id reseruandum Episcopis, in quibus regulariter maior est prudentia, & circumspectio. Et ita hanc sententiam docent etiam nouissimè Villalobos *in summa tom. 1. tract. 9. diffic. 49. num. 9.* Sancius *in select. disp. 48. num. 51.* Regius *in resolut. cas. 61. num. 2.* & Fagundez *præcept. 2. lib. 7. num. 41.* qui alias adducunt rationes, quas tu apud illos videbis.

Sup. hoc supra in Ref. 11. &c. Sup. hoc per Bullam in to. 4. tr. 3. Ref. 18. & per Iubilæum hic in tr. 4. ex Ref. 2. §. Sed quidquid.

3. Notandum est tamen hîc, Parochum posse exponere alium Parochum ad confessiones audiendas in sua parochia. Et ita Parochi per Bullam, Iubilæum, &c. sunt eligibiles per totum mundum ad confessiones audiendas, sine approbatione Episcopi: vide Fagundez *præc. 2. lib. 7. c. 1. n. 35.* Filliucium *tom. 1. tract. 7. n. 257.* Suarez *tom. 4. disp. 28. sect. 4.* Toletum *lib. 3. c. 13. n. 6.* licèt contrarium asserat P. Leone *tract. de offic. & potest. Confessar. tom. 1. recollect. 4. num. 79.* Sed tu tene nostram sententiam.

RESOL. XIV.

An sit opinio probabilis aliquorum Doctorum asserentium posse Parochum simplicem Sacerdotem ab Episcopo non approbatum exponere ad confessiones audiendas suorum subditorum?

Et notatur, quod Parochus non potest eligere sibi Confessorem, nisi ab Episcopo approbatum?

Et an saltem possit Parochus deputare simplicem Sacerdotem non approbatum ab Episcopo in aliquo casu, v. g. vt si nimiùm fatigatus sit in hebdomada sancta, vel tempore Iubilæi, in quo concurrunt plures confessiones, & approbare Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ad Episcopum longè distantem?

Et an saltem possit Parochus exponere ad confessiones suorum subditorum Sacerdotem approbatum à quocumque Episcopo?

Et vtrùm Regulares quicumque etiam ex Societate Iesu non possint administrare Sacramentum Pœnitentiæ sæcularibus absque licentia Episcopi Diœcesani, etiam si in alia Diœcesi approbati sint? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Ref. 75.

Alibi suprà in Ref. 12. §. 1. & magis latè in Ref. 13. & infrà in Ref. 23. §. Quæro quintò, & in tom. 4. tr. 4. Ref. 3. in sex primis eius lin.

§. 1. NOn posse hoc facere ego alibi probaui contra Ledesmam, & alios; nunc quæro, an saltem opinio affirmatiua sit probabilis; & præter Ioan. de la Cruz illam tanquam probabilem nouissimè admittit Leandrus *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 11. q. 56.* Et ratio, quia hoc ius Parochorum non videtur esse à Concilio sublatum, in quo solum dicitur, non obstantibus priuilegiis, & quacumque consuetudine: hoc autem ius non competebat Parochis ex priuilegio, aut mera consuetudine, sed ex officio, & potestate sua.

2. Verùm ego puto dictam sententiam esse improbabilem, & ita illam vocant Suarez *disp. 28. sect. 4. num. 12. & 13.* Fagundez *part. 2. lib 7. c. 2. n. 43.* Sancius *in selectis, disp. 48. n. 11.* & me citato Caspensis *in Cur. Theol. tom. 2. tract. 24. disp. 5. sect. 7. nu. 64.* & Martinus de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 24. de Pœnit. n. 5.* vbi sic ait: Despues del decreto referido, *num.* 2. del Concilio Trident, no pueden los Parocos aprobar à los simples Sacerdotes para confessar sus subditos, porque forçosamente han da tener la vna de las dos aprobaciones del Coocilio ò del Obispo, ò la del Beneficio Paroquial. Es opinion comun, y la contraria tiene mas poco de probabilidad. Quod etiam obseruat Nugnus *ex addit. ad 3. p. q. 8. art. 5. dub. 5.* & ideò nostram sententiam, me citato Cardinalis Lugo *de Pœnit. disput. 21. sect. 1. n. 6.* vocat omnino veram. Dicendum est itaque, quod post decretum Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 25. de reform.* non licet Parochis delegare iurisdictionem suam Sacerdotibus non approbatis ab Episcopo, quia sine vlla exceptione requirit in omnibus Confessariis sæcularium approbationem Episcopi. Nec obstat Parochos ratione sui muneris habere potestatem ordinariam delegandi vices suas alteri Sacerdoti, & non constare hanc potestatem sublatam illis esse à Concilio; tum quia satis intelligi potest sublata, cum in re tanti momenti in generali requirat approbationem: tum præcipuè, quia Tridentinum non tollit à Parocho hanc potestatem, sed in Confessariis requirit approbationem, vt conditionem requisitam ad exercendum hoc munus: vnde cùm Parochus non possit delegare vices suas, nec vnquam delegare potuerit, nisi Sacerdoti idoneo ad confessiones, nec modo poterit delegare, nisi approbato ab Episcopo, cum sine hac approbatione non sit idoneus, sicut nec sunt Doctores, Magistri, aut Licentiati idonei Ministri confessionis sine approbatione. Imò Parochus non potest sibi Confessarium eligere, nisi ab Episcopo deputatum, sicut & alij Fideles: quia facultas sibi eligendi Confessarium est propria Prælatorum, vel eorum qui de consuetudine eam habent. Confirmo magis clarè, & euidenter nostram sententiam; quia in Tridentino vniuersaliter dicitur, nullum esse aptum, vel posse confessiones sæcularium audire de cætero, nisi vel Parochum, vel approbatum ab Episcopo. Et hoc potissimum fuit inductum ad tollendum Parochorum abusum, qui ineptis suas oues committebant. Ergo non debuit manere eadem facultas, sicut antea, in Parochia: ad quid enim Concilij decretum deseruiret? Certum quippe est, neque etiam antea potuisse Sacerdotem simplicem audire confessiones sæcularium, nisi ex commissione Parochi, vel Episcopi, vel Pontificis; si ergo nunc etiam possunt ex commissione Parochi eas audire, poterunt à fortiori ex commissione Episcopi, ac Papæ, qui est magis vnus Pastor earum ouium; & per consequens nihil innouatum erit per Tridentinum. Vnde ex his ego puto posse Episcopum punire Parochum, & Confessarium, si Ledesmæ, & aliorum opinionem ad praxim deducerent. Sed miraberis fortasse Lector, me hanc quæstionem pertractasse, qui tamen in aliis operibus difficilè Doctorum opiniones nota improbabilitatis inuro. At hoc feci coactus ex scriptura parum modesta cuiusdam Parochi effrontis.

3. Verùm ex his oritur dubium, an saltem Parochus possit deputare simplicem Sacerdotem non approbatum ab Episcopo in aliquo casu, vt si v. g. nimium fatigatus sit in hebdomada sancta, vel tempore Iubilæi, in quo concurrunt plures confessiones, approbare Sacerdotem doctum, si non sit facilis recursus ab Episcopum longè distantem. Et affirmatiuè docet Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 2. in Glossa, littera* F. & G. cum Ludouico à Cruce *in Bulla Cruciata, disp. 1. cap. 2. dub. 3. num. 2.* quod probat, quia vt communiter omnes

Sup. hoc in tom. 4. tr. 4. Ref. 3. & signanter à lin. 7. §. 1.

concedunt

concedunt in materia de matrimonio, & de voto, quando difficilis est recursus ad summum Pontificem propter inopiam personæ, aut alio iusto titulo, Episcopus potest dispensare in votis & aliis reseruatis Summo Pontifici; ergo similiter in proposito, quando non est facilis recursus ad Episcopum, & vrget necessitas ob multitudinem confessionum, poterit Parochus idoneum Sacerdotem approbare. Deinde potest dici, quod in tali casu talis approbatio Parochi valet propter ratihabitionem, & epikeiam, quia rationabiliter credi potest, quod Episcopus, si adesset, approbaret illum, & quod ratam habiturus sit talem approbationem: vnde rectè Henriquez *loco suprà citato* ait, hanc sententiam esse probabilem, ex ratihabitione.

4. Verùm, his non obstantibus ego etiam in tali casu non concederem Parochis hanc authoritatem; vnde Trullench *in Bullam Cruciatæ, libr. 1. §. 7. capit. 1. dub. 2. num. 2.* sic ait: Aduerte tamen Henriquez tenere posse Parochum defatigatum tempore Paschæ, aut Iubilæi in quo concurrunt plures confessiones, approbare confessorem doctum, si non est facilis recursus ad Episcopum, quod in casu necessitatis, & non aliàs satis probabile existimat Ludouicus à Cruce, hoc autem ego in praxi admittere non auderem, videtur enim apertè repugnare dispositioni Tridentini. Ita ille, & ego.

Sup. hoc suprà in Res. 12. § 2. à n. 4. & seqq. Sed lege Res. not. seq. & in tom. 4. tr. 4. ex Res. 3. §. vlt. & vide infrà doctrinam Res. 17. & alterius Res. eius annot. & in tom. 7. tr. 1. ex Res. 84. §. Vnde.

5. Et tandem hîc quæro, an saltem possit Parochus exponere ad confessiones suorum subditorum Sacerdotem approbatum à quocumque Episcopo. Et affirmatiue nominatim contra me respondet Leandrus *de Sacram. vbi suprà quæst. 59.* qui citat Henriqu. Coninch, Ioan. de la Cruz, Candidum, & alios, quibus ego addo Amicum *in Cur. Theolog. tom. 8. disp. 15. sect. 3. n.* 119. vbi docet, approbatum ab vno Episcopo censeri approbatum pro tota Ecclesia, licet fateatur posse Episcopum vnius Diœcesis, vt illi suas oues committat. Ergo dum Episcopus non prohibet Sacerdotes ab aliis Episcopis approbatos, non posse absque suo nouo examine in sua Diœcesi excipere confessiones, dum hoc inquam, non prohibetur, sequitur posse Parochum dictum Sacerdotem in sua Parochia ad confessiones exponere.

6. Verùm contra Leandrum, & alios non discedo à sententia negatiua, quam olim docui, & hodiè puto ab illa sine temeritate non posse discedi, stante Bulla Sanctissimi Domini nostri Innocentij X. in causa Angelopolitana Iurisdictionis, sub die 9. Maij 1648. in qua responsione ad nouum dubium sic habetur; Nonò, vtrùm Regularis quicumque, etiam Societatis Iesu possit administrare Sacramentum Pœnitentiæ Sæcularibus absque licentia Episcopi Diœcesani, etiamsi in aliena Diœcesi approbatus sit? Respondetur, Regulares etiam Societatis Iesu in vna Diœcesi ab Episcopo approbatos ad confessiones personarum sæcularium audiendas nequaquam posse in alia Diœcesi huiusmodi confessiones audire sine approbatione Episcopi Diœcesani. Ita ibi. Vnde cessat hodiè quæstio superiùs apposita, & de qua dissensio aliqua erat inter Doctores, vtrùm approbatus ab vno Episcopo, esset approbatus pro omnibus Diœcesibus; nam, vt apertè patet ex suprà citatis verbis Pontificis, negatiuè omnino respondendum est, & opinio affirmatiua hodiè nullam speciem probabilitatis habere potest, Imò ego puto etiam, ante Bullam Innocentij X. dictam sententiam non fuisse probabilem, stante alio decreto Vrbani VIII. anno 1628. vt bene obseruat

Sup. hoc nonò infrà ex Res. 24. §. Probatur. & latè in tom. 7. tr. 2. Res. 83. 84. 85. & 86. & ne deseras legere doctrinam Res. & 55. not. prætetit.

Sup. hoc decreto infrà in

Cardinalis Lugo *vbi supr. num. 29.* Sed de his ego etiam alibi. Vnde caueant in posterum Confessarij, sententiam Henriquez, Coninch, Amici, & aliorum ad praxim deducere.

Res. 24. §. Probatur.

RESOL. XV.

An iam Parochos possint Episcopi aliquoties examinare? Ex part. 4. tractat. 4. & Miscell. Resol. 59.

§. 1. HAnc quæstionem non inuenies ita facilè apud Doctores, & affirmatiuam sententiam docet Ægidius Trullench *in expos. Bullæ Cruciatæ lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 5. num. 3.* & Ioan. Sancius *in selectis disp. 50. per totam*, pro cuius explicatione suppono certum esse, posse Episcopum vnum, vel alterum Parochum examinare quando defectus scientiæ adeò notus esset, quòd vel nullatenus posset celari, vel errores admissi a Parocho id ostenderent, tunc enim cùm errores, vel fama publica se gerant tanquam accusatores, in Parochum ius habet Episcopus vocandi illum ad suum Tribunal, & confessionem iuridicam ab eo excipiendo (hoc est, per examinationem) scientiæ quantitatem mensurandi, quam si minus sufficientem, quàm oportet, habere Parochum inuenerit, poterit absque dubio vel ab officio suspendere, aut illi coadiutorem designare, vt constat ex Trident. *sess. 21. cap. 6.* Verùm difficultas est, an valeat Episcopus vocare ad examen omnes Parochos generaliter, quamuis nulla præcedat infamia imperitiæ ipsorum? &, vt dixi, affirmatiuè respondet Sancius; nam potest Episcopus vocare ad examen, vt omnes concedunt, Confessarios tam sæculares, quàm Regulares, vt experiatur an sufficientes sint, vel non, quia fundamentum sufficientiæ mutabile & variabile est, qualis est sufficientia & boni mores, & quia leges, seu facta ab vno legislatore, seu Superiore potest successor derogare, nisi superius ius, aut legislator obsit. Propter eamdem igitur rationem fas erit illi vocare ad examen Parochos vniuersos, vt ei per experientiam innotescat, an illorum scientia sit extenuata, & boni mores mutati, cùm Parochi nullo modo possint iuuari iure, aut exemptione magis, quàm cæteri Confessarij. Deinde non minoris esse momenti visitare Parochus in externis, quàm internis, neminem credo in dubium reuocare. Sed Episcopus habet ius visitandi annis singulis, vt ex Concil. Trident. *sess. 21. cap. 8.* constat, Parochorum vitam & mores; quare igitur impeditus erit illorum scientiam perquirere? Porrò nisi examinentur Parochi, non posse verba Concilij plenè seruari reor, ait enim Concilium debere Episcopum visitare beneficia curata, & prospicere an cura animarum rectè exerceatur: at nisi præuio examine non posse prospicere num rectè minúsve exerceatur animarum cura, arbitror. Nam animarum cura non præcipuè sita est in eo quòd Parochus Sacramenta petentibus ministret, sed etiam in eo quòd rectè ministret; at nisi perquiratur Parochorum scientia, sciri nequaquam poterit, num rectè ministrentur Sacramenta, vel non, præcipuè Pœnitentiæ: Igitur vt mens & Concilij verba verificentur, contendentis teneri Episcopos explorare an animarum cura rectè exerceatur, vel non, opus esse videtur Parochorum scientiam per examen mensurari, & ita hæc omnia docet Sancius *loc. cit. n. 11. & 12.* vbi etiam testatur hanc opinionem in praxi his temporibus deduxisse D. Andream Pacheco Episcopum Segouiẽsem virum

doctissi-

doctissimum, D. Ioannem Manuel Episcopum Siguntinum, & D. Castillo Episcopum Calegutitanum, & ante omnes Ioannem à Ribera Archiepiscopum Valentinum, vt testatur Trullench, qui omnes examinauerunt Parochos.

2. Sed his non obstantibus non desunt Doctores contrariam sententiam docentes, & ideo contra Hispanum, alium Hispanum opponamus, & is est Ludouicus de San Iuan *in summa*, seu Luz de Sacerdotes *quæst. de Sacrament. Pœnit. art. 2. dub. 3.* vbi sic asserit. [No puede el obispo compeler à los Curas à nueuo examen, porque ipso iure son los curas confessores idoneos.] Vnde non bene dixit Sancius *num.* 15. Nullum vsque modò inueni docentem, non posse Episcopum Parochos examinare, nam poterat legere supradictum auctorem hanc sententiam docentem, quam etiam nouissimè tenet & docet Homobonus de Bonis *in Exam. Eccles. part. 3. tract. 15. cap. 9. quæst. 31. resol.* 1. vbi sic ait: Successori in Episcopatu integrum est omnes, quamuis simpliciter & absolutè approbatos, generatim ad examen aduocare, & quos idoneos non inuenerit reiicere. Quo autem ad Parochos dico Episcopum ad nouum examen eos vocare non posse, si quidem animarum curatores, qui perpetuum titulum habent, à iure approbationem obtinent, quam locorum Ordinarij ab eis reuocare non valent, quamuis ex noua causa ob demerita à munere eos suspendere & aliquando punire integrum sit. Ita ille, & ante illum Reginaldus *in praxi tom. 1. lib. 1. cap. 16. num.* 201. Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam ego teneo, vnde Barbosa *de potest. Parochi capit. 2. numer.* 10. sic ait: Post electionem factam & collatam sibi Parochialem non existimet Parochus se non ampliùs de doctrina & litteratura rationem redditurum, quia sacra Congregatio Concilij *in vna Placentina sub die 6. Augusti* 1628. censuit liberum esse Episcopis, tam in visitatione, quàm extrà iterum examinare super doctrina & litteratura Parochos approbatos ab Antecessore tempore prouisionis Parochialium, nec non superueniente rationabili causa & suspicione ignorantiæ posse examinare ad effectum *capit. 6. sess. 21. de reformat.* Ita Barbosa, vnde stante dicta declaratione sacræ Congregationis opinio Homoboni & aliorum non est admittenda. Dico igitur Episcopum posse iterum examinare Parochos ab Episcopis antecessoribus approbatis & examinatis.

RESOL. XVI.

An Confessarius dubius de sua iurisdictione possit confessiones excipere?

Et aduertitur, quod in tali casu non sint peccata iterum confitenda Sacerdoti habenti certam iurisdictionem.

Et notatur, quod confessarius possit aliquando absoluere sub conditione de præsenti dicens: Ego te absoluo, si habes vsum rationis.

Idem dicendum est, si iudicare non possit, an pœnitens præbeat sufficientem materiam absolutioni sacramentali.

Et an sufficiat in his casibus habere huiusmodi intentionem, seu conditionem in mente retentam, absque exteriori prolatione verborum? Ex part. 4. tract. 3. Res. 38.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet noster amicissimus P. Naldus *in summa ver. confessio numero* 32. Confessarius dubitans an habeat facultatem absoluendi, puta quia mortuus sit Delegatus, vel priuilegium aequaliter dubium, & in similibus, & adeò dubitat, quòd non potest intellectus in neutram partem determinari, sed anceps, & suspensus remaneat, tunc duobus simul concurrentibus potest absoluere. Primò vt adsit necessitas pœnitentis, puta suscipiendi Eucharistiam, vel per longum tempus confiteri non possit. Secundò vt absolutio detur sub conditione, si possum, & cum onere iterum confitendi habenti certam iurisdictionem; in his enim casibus nihil fit temerè, & irrationabiliter, & si Sacramentum re vera non subsistat, nulla ei fit iniuria, quia conditio nihil ponit in esse. Et similiter potest Confessarius absoluere aliquando sub conditione de præsenti, & quæ non est actu suspensiua, quando scilicet dubitaret an pœnitens ob ætatis imbecillitatem haberet perfectum vsum rationis, nec ne, dicens: Ego te absoluo, si habes vsum rationis; & idem erit si diiudicare non posset, an pœnitens præbeat sufficientem materiam absolutioni sacramentali, vt contingit in conscientiis valdè timoratis, & sufficeret in his casibus habere eiusmodi intentionem, seu conditionem in mente retentam, absque alia exteriori prolatione verborum. hæc omnia Naldus, & ante illum Reginaldus *in praxi tom. 1 lib. 1. cap.* 8. *numer.* 102. Coninch *de Sacrament. disp. 8. dub. 6. num.* 43. Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 26. sect. 6.* & alij.

Sup. hoc à Res. seq. & lege §§. cum annot. & aliorum notanorum præd. ctorum §§.

Sup. hoc pro puero, & aliis, &c. ege infrà in tr. 4. Res. 21. per totam. & lege inter al medium.

Sup. hoc infrà in tr. 4. latè in Res. 23. & in tom. 4. tr. 3. Res. 156 à medio, signanter in vers. quod si infirmus. & ibi ex Res. 157. §. 2. & lib. 4. & in tom. 3. tr. 2 ex Res. 149 § 1. propè finem, à vers. & volunt. & in Res. 156. à principio.

2. Non desinam tamen hic adnotare in tali casu non esse peccata iterum confitenda Sacerdoti habenti certam iurisdictionem, docere Ioannem Salas *in 1. 2. tract. 8. disput. vnica, sect. 27. num.* 283. vbi sic ait: Dico, in necessitate, & sub conditione licitum est vti iurisdictione dubia sine onere confitendi iterum eadem peccata Sacerdoti habenti iurisdictionem certam; durum enim, & intolerabile esset cogi hominem partim necessitate eligendi Confessorem dubium, partim lege Dei, seu onere, quod à Sacerdote necessariò imponendum pœnitenti sit, ad confitendum bis eadem peccata; ergo sine tali onere absolutio est valida. Confirmatur primò, quia etiamsi Sacerdos tale onus non imponeret pœnitenti, siue quia oblitus est, siue quia noluit, siue quia existimauit necessarium non esse, probabile est absolutionem validam fuisse. Ergo non tenetur Sacerdoti habenti certam iurisdictionem peccata eadem confiteri. Confirmatur secundò, quia in dubio iurisdictionis impropriè dicto, seu non excludente iudicium probabile, confessio facta non est repetenda Sacerdoti habenti certam iurisdictionem nacta opportunitate. Ergo nec in dubio propriè dicto; eadem enim ratio quantum ad hoc esse videtur in vtroque euentu. Ita Salas.

3. Sed tu ne discedas à contraria sententia, quam præter Doctores citatos, tenet etiam Villalobos *in summa tom. 1. tractat. 9. difficultat. 51. numer.* 3. Vbi sic asserit: [Digo que si huuiere iurisdicion dubia, tambien aura duda en si se se puede administrar este Sacramento; y assi necessidad graue, y entonces ha de ser de baxo de condicion, y con carga de que despues hauiendo oportunidad, se confiesse con quien tenga iurisdicion cierta.] Sic ille.

RESOL.

RESOL. XVII.

An quis teneatur aliquando confiteri cum Confessario, de quo dubitat, & an habeat iurisdictionem, v. g. si non adest nisi Confessarius approbatus in aliena Diœcesi? Ex part. 5. tractat. 14. & Misc. 2. Resol. 111.

Quoad hoc lege doctrinam Res. præteritæ, & vt magis clarescat solutio huius Res. vide suprà §. penult. & vlt. Res. 14. & alias Res. & 55. eorum annot.

§. 1. CAsus potest frequenter accidere; vt, verbi gratiâ, quis ratione scandali, vel præcepti teneatur celebrare, vel communicare, & non adsit nisi Confessarius approbatus in aliena Diœcesi, quæritur an in hoc casu sit cum dicto Confessario ante celebrationem, vel communionem præmittenda confessio? & affirmatiuam sententiam docet Cornejo *in* 1. 2. *D. Thom. tractat.* 8. *disput.* 4. *dub.* 2. *in fine*, vbi sic ait: Colligitur vltimò non licere Confessario, nec pœnitenti vti iurisdictione dubia sine magna necessitate, & ad euitandum graue damnum, & tunc sub conditione. Ita Suarez 3. *part. tom.* 4. *disp.* 26. *sect.* 6. quòd non liceat regulariter, & per se loquendo; patet ex dictis, quia vterque exponeret se periculo sacrilegij efficiendo Sacramentum nullum; in quo dubio tenetur partem tutiorem eligere; quod verò liceat per accidens in casu necessitatis, & nocumenti vitandi, probatur, quia positis his duabus conditionibus aufertur obliquitas actus; nam necessitas est causa vt non fiat temerè, nec ex mera, & irrationabili voluntate; conditio verò sub qua Confessarius vtitur tali iurisdictione, tollit periculum; nam si adest vera iurisdictio, fiet Sacramentum; si verò non adsit, non fit iniuria Sacramento, quia conditionalis nihil ponit in esse; vbi nota non solùm in his casibus esse licitum vt in iurisdictione dubia, sed etiam esse necessarium ad euitandum scandalum, aut graue aliquod inconueniens: vt si scandalum sequatur ex eo, quòd pœnitens non communicet, aut non celebret, tunc enim tenetur præmittere confessionem dubiam, si non potest certam, & confiteri peccata sua dubio Confessori, si non habet copiam alterius, nec solus actus contritionis sufficit. Hæc omnia Cornejo.

2. Sed aduersùs illum insurgit Sanchez *in select. edit. Lugd. disp.* 44. *num.* 13. vbi ita asserit: Obiter aduertendum maximè erit Sacerdotem habentem lethale crimen, & volentem celebrare, neque inuenientem Confessarium, qui sit ab Ordinario proprio approbatus, non fore constrictum sua crimina aperire approbato in aliena Diœcesi, quia tunc meritò arbitratur copiam Confessarij deficere, nec tenetur quis aliorum opinionem sequi, propria deserta, & multo minus in materia Sacramentorum, vbi sacrilegij periculum euenire poterit. Sic ille. Putat igitur in tali casu deficiente Confessario certo, non esse præmittendam confessionem cum Confessario dubio.

RESOL. XVIII.

An Sacerdos surdus, non autem mutus possit aliquando Sacramentum Pœnitentiæ ministrare, vt v. g. si quis necessitate pressus adimplendi præceptum annuæ confessionis, non habens alium Confessarium nisi surdum, teneatur per signa confiteri, vel scribere sua peccata, vt absolutionem obtineat?

Et an pœnitens in tali casu excusetur ab obligatione confessionis quadragesimalis, quando non potest confiteri nisi per scriptum? Ex part. 5. tract. 6. Resol. 19.

§. 1. VT si quis, v. g. necessitate pressus adimplendi præceptum annuæ confessionis non habens alium Confessarium, nisi surdum, teneatur signis confiteri, vt ab illo absolutionem obtineat? Et respondeo affirmatiuè; nam adest obligatio præcepti, quod potest pœnitens adimplere; ergo tenetur. & ita docet Hurtadus *de Pœnitent. disputat.* 8. *difficult.* 4. *in principio.* quia, ait ille, confessio potest fieri sine inconueniente dictis signis. Sed an in tali casu pœnitens teneatur scribere sua peccata, & præbere illa Sacerdoti surdo vt absolutionem ei imperriat, tam affirmatiuè, quàm negatiuè probabiliter responderi potest, vt tradit Fagundez *pr.* 2. *libr.* 1. *capit.* 6. *numer.* 9. vbi sic ait: Dubium tamen est, vtrùm excusetur pœnitens ab obligatione confessionis Quadragesimæ, quando non potest confiteri nisi per scriptum, præsente Confessario, quia, v. g. Confessor surdus est, & non potest se aliis nutibus ipse pœnitens explicare, & certè hac de re opinio est pro vtraque parte probabilis. Ita ille. & patet ex rationibus adductis *in resol.* 3.

Quoad hoc insià lege doctrinam Ref. 71. & §. & Res. eius annot. secundæ.

Sup. hoc infrà lege doctrinam Res. 72. & aliarum eius not.

Quæ hic est infra Res. 72.

RESOL. XIX.

An Ecclesia tribuat iurisdictionem, quando adest communis error, sine titulo collato. Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Resol. 43. aliàs 45.

§. 1. VT gesta valeant, non satis est communis error, sed necessarius est titulus collatus à superiori, quamuis inualidus sit ob aliquod vitium latens; quare dum aliquis sine titulo, & authoritate superioris in officium Iudicis, Parochi, aut Confessoris se intrusit, licèt communis error facti accedat, gesta per illum ad vtrumque forum pertinentia, sunt prorsus inualida; ita ex *cap. infamis, ver. veruntamen* 3. *q.* 7. *& ex l. Barbarius, de offic. Præt.* probat Sanchez *de matr. lib.* 3. *disp.* 22. *n.* 49. & præter Doctores, quos ipse citat, docet etiam hanc sententiam Lessius *lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 8. *n.* 68. Suarez *in* 3. *p. tom.* 4. *disp.* 26. *sect.* 6. *n.* 7. Reginald. *in praxi tom.* 1. *lib.* 1. *n.* 102. *&* 103. Coninch *de Sacram. disp.* 8. *dub.* 3. *n.* 22. *& dub.* 6. *nu.* 47. Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 1. *diffic.* 13. *n.* 5. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *n.* 227. Ioan. Valerus *in differentiis vtriusque fori, ver. nullitas, differ.* 7. *n.* 2. & nouissimè Fagund. *præc.* 2. *lib.* 7. *c.* 2. *n.* 73. & alij.

Sup. hoc in Res. seq. §. Imò. & in Res. 1. post. seq. & latè in tom. 3. tr. 1. ex Res. 5. §. Sed difficultas. & in tom. 2. tr. 6. Res. 81. & 91. §. Et tandem. & in tom. 8. tr. 1. ex Res. 5. §. Sed audiamus. cursim ad medium. Vers. Insuper.

2. At his minimè obstantibus, quod est valdè notandum, non desunt viri doctissimi asserentes, quòd vt gesta valeant, tam in foro externo, quàm conscientiæ, satis sit haberi communem errorem, nec necessarium esse, titulum collatum à superiore legitimo. Et ita docet Basilius Pontius *de matr. lib.* 3. *c.* 22. *n.* 46. & post illum Ioan. Sancius *in selectis, disp.* 44. *num.* 3.

3. Notent hoc Confessarij, quia hæc opinio est noua, & satis probabilis, & ex illa bono communi magis consulitur, quàm si præter communem errorem titulus quoque foret necessarius. Rationes huius sententiæ adducit Basilius Pontius *vbi suprà.*

RESOL.

RESOL. XX.

De quibusdam confessionibus quoad earum validitatem.

Et deducitur solum errorem communem absque titulo colorato sufficere ad validitatem confessionis, & iurisdictionis ad Sacramenta.

Et obseruatur, quod in Germania excusantur, qui non obseruant leges Concilij Tridentini à suis maioribus non acceptatas.

Et asseritur, quod in dubio an lex fuerit vsu recepta, non obligat.

Et deducitur, quod superiores Regularium, qui habent annexam Parochiam, & designant Vicarium, possunt illum designare absque Episcopi approbatione. Ex part. 11, tractat. 2. & Misc. 2, Resolutione 69.

§. 1. AD hoc dubium Eminentissimo Domino meo Cardinali N. ex Germania transmissum, Respondeo breuiter: Dico igitur Confessiones factas non fuisse inualidas, & ideò non reiterandas. Probatur, quia fuerunt factæ cum habentibus titulum coloratum, & errorem communem. Vnde in hoc casu pia Mater Ecclesia supplet defectum iurisdictionis, quæ illi deest; Nam Ecclesia non est minus pia, neque prouida circa solicitudinem suorum fidelium, quàm sit lex ciuilis, quæ non patitur suos subditos ab officiali potestate casu carente decipi, sed eius gesta, vtilitatem subditorum respiciendo, decernit valida & firma supplendo potestatem, quæ in suis ministris defuit *l. Barbarius ff. de officio Prætor.* Ita Sanchez *de matrim. libr. 3. disput. 22.* & alij penes ipsum.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1 ex Ref. 4. § Ex his. & ex Ref. 5. § 1. & infra in tr. 4. ex Ref. 11. § penult. ad medium, à vers. Sacerdos, qui in Hispania.

2. Imò ego puto contra Sanchez, sufficere in tali casu solum errorem communem absque titulo colorato, ita me citato docuit Basilius Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 20. num. 7.* & postea docuerunt, me citato Bordonus *in consil. reg. tom. 1. resol. 86. numer.* 50. & me citato Syluius *in resolut. var. verbo matrimonium* 11. & me citato Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 11. quæst.* 102. & me citato Hurtadus *in var. resol. tom. 2. tract. 12. cap. 1. resol. 7. num.* 2018. & me citato Busembaum *in medulla Theol. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub. 3. n.* 8. & me citato Possentius *in recollect. quæst. moral. cap. Miscellan. pro Regularibus num. 17.* & me citato Longhus *in tabulis Sacram. tab. 2. cap. 59. numer.* 13. & me citato Cutellus *in addit. ad Pract. 4. Mancini dub. 29.* & me citato Pellizzarius *in manual. reg. tom. 2. tr. 8. c. 2 n. 62.*

Sup. hoc in Ref. præterita, & in alijs eius not.

3. Quibus omnibus adde Bardi *in Bulla Cruciat. part. 2. tr. 5. cap. 1. sect. 12. num.* 157. Sandium *in Selectis disput. 44. num.* 3. Molfesium *in summa tom. 1. tract. 7. cap. 13. numero* 21. Machadum *de Perfect. Confes. tom 1. lib. 1. part. 2. tract. 1. docum. 8. numer.* 2. Castrum Palaum *tom. 5. disp. 2. punct. 13. §. 10. num. 9* Bossium *de casibus singularibus Conscientiæ cas.* 225. Genuensem *in Praxi cap.* 59. & alios.

4. Sed quidquid sit de hac opinione; Certum est, quòd in casu nostro non solùm adest error communis, sed etiam titulus coloratus. Ergo necessariò dicendum est Confessiones, de quibus quæritur fuisse validas, nec iterandas.

5. Verùm Domini Consulentes putant hac doctrina non indigere, Nam asserunt se habere verum titulum. Probatur, quia decretum Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 15. de reform.* vt optimè obseruat è Societate Iesu Pater Hermannus Busembaum Germanus *in Medulla Theologiæ moralis edita Monasterij* Vuestphaliæ Anno 1656. *lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub.* 1. procedit, & obligat in illis Regionibus, vbi est vsu receptum; Sed in Archiepiscopatu Coloniensi in ordine ad Dominos Consulentes, dictum decretum non fuit vnquam vsu receptum, vt patet. Ergo non obligat.

Sup. hoc lege doctrinam §. Vnde. Ref. primæ not. seq. & hic infra in §. Et tandem. huius Ref. &c.

6. Et ita in specie, loquentes de Concilio Tridentino docet etiam Andreas Duuallius *tr. de Pontifice part. 3. q. 7* Nauarr. *Cons. 1. de const. q. 3 & 8.* Salas *de legibus disp. 13. sect. 3. in fine.* Cenedus in *qu. Canon. q. 21. per totam.* Garsias *de beneficiis part. 11. cap. 5. §. 3. nu. 23.* & ex Societate Iesu Paulus Layman Germanus *in Theol. moral. lib. 1. tractat. 4. cap. 1. num. 4.* vbi sic ait: Ex quo inferre licet, v. g. Tridentini Concilij constitutiones, quæ hactenus receptæ, aut in praxim deductæ non sunt, vim obligandi non habere, Ita ille, & alij.

7. Sed in nostro casu, vt supponunt Domini Consulentes; constitutio Concilij Tridentini nunquam fuit vsu recepta. Ergo non obligabit.

8. Et ratio est, quia præsumitur Pontifices leges condere, & promulgare sub tacita conditione si à Populo acceptentur, quia hoc videtur pertinere ad suaue regimen Populorum, & magis conforme Legislatorum benignæ voluntati; Quod optimè confirmat dictum Gratiani §. *leges capite 3. dist. 4.* Leges instituuntur cùm promulgantur; firmantur cum moribus vtentium approbantur. *Et in l. de quibus ff. de legibus*, vbi ita habetur, Leges nulla alia ex causa nos tenent, nisi quia iudicio Populi receptæ sunt, Et ideò Baldellus *in Theol. moral. tomo 1. libro 5. disputatione 18. numero 25.* indiuidualiter pro casu nostro sic asserit; Decreta Concilij Tridentini, quamuis sint lata pro omnibus Prouinciis, & Regnis Christiani Orbis, de facto tamen obligant illa, in quibus fuerunt promulgata, & vsu recepta, & non obligant alia, quia hæc ipsa fuit mens & intentio Concilij, vt obligarent aliqua, etiam seorsim, & independenter ab alijs, si solùm in aliquibus fuissent promulgata, & vsu recepta. Ita Baldellus.

Sup. hoc in tom 6. tr. 1. Ref. 15. & in tom 9. tr. 1. ex Ref. 34. § Dico secundo & seq. & in alijs eorum annotationum.

9. Sed vt dictum est, Decretum Concilij de quo est difficultas, non fuit, vt suppono, à principio vsu receptum, Ergo, &c.

10. Et tadem ad confirmationem supradictorum non deseram hîc apponere verba Martini Becani *de legibus tr. 3. cap. 6. quæst. 8. num. 4.* vbi indiuidualiter pro casu nostro sic ait: Hinc sequitur, multos subditos in Germania legitimè excusari, quando non seruant leges Concilij Tridentini, aut Bullæ Cœnæ Domini, quia scilicet illæ leges in multis locis vsu receptæ non sunt, Ita ille.

11. Vnde etiam indiuidualiter Amicus *in cursu Theo. tomo 5. disputat. 5. sect. 5. num.* 93. obseruauit, quòd excusantur in Germania, qui non obseruant leges Concilij Tridentini à suis maioribus non acceptas.

Sup. hoc cum eodē Becano hic citato in tom. in to. 6. tr. 1. Ref. 16. in fine, à vers. Hinc patet & lege doctrinam §. Vnde. Ref. 1. not. præteritæ, & aliarum eius annot. & hic supra in § Verum. & seq. huius Ref.

12. Quæ quidem omnia adeò vera sunt, vt probabiliter asserunt plures Doctores, quòd in dubio: An lex fuerit vsu recepta, non obligat in conscientia, vt docet Azorius *part. 1. libro 1. capite 19. qu.* 12. Præpositus *in p. 2. D. Thom. q. 95. disp. 1. dub. 9. n.* 31. & nouissimè me citato Anton. Escobar, & Mendoza *in Theol. moral. lib. 5. sect. 2. cap. 14. Probl. 4. num.* 120.

Sup. hoc lege in tom. 6. tr. 1. Ref 40 & 41 & in alijs Ref. & §§. earum primarum notationum.

13. Sed in nostro casu certum videtur Concilium non fuisse vsu receptum; Nam post dictum Concilium publicatum Anno 1562. Sub Adulpho III. Archiepiscopo, omnes Archidiaconi id quod antea faciebant,

faciebant, postea vsque ad hunc diem per spatium centum annorum fecerunt, scientibus, & videntibus Sereniss. Archiepiscopus, qui in exercitio suæ iurisdictionis dictos Dominos Consulentes reliquerunt. Ergo, &c.

14. Nec obstat dicere, Concilium omnes consuetudines abrogasse, hoc enim non officit, quia vt dictum est, receptum non fuit; Et dato quòd vsu receptum fuisset, postea per contrariam consuetudinem abrogatum fuisse dicendum est; Nam vt obseruat Amicus, *vbi suprà num.* 94. Si lex feratur cum clausula; Quacumque consuetudine non obstante, vt loquitur Tridentinum *dicta sess. 23. capit. 15. de reformat.* non tollit consuetudinem de futuro, quod etiam docet Ioann. Maria de Castilento *in Polyanthea Theologia moralis verbo Consuetudo, difficult.* 12. Suarez *de legibus lib. 7. cap. 7. à num. 2.* & Villalobos *in Summa tom. 1. tractat. 2. diffic. 39. num.* 8. cum amicissimo, & sapientissimo Arriaga *in Cur. Theolog. tom. 5. disputat. 24. sect. 6. sub tex. 1. num.* 37.

15. Tamen in Diœcesi Coloniensi videtur aliquo modo remansisse, vt saltem apparet in casu nostro, & in aliis: ergo, &c.

16. Adde quòd aliquis dicere etiam posset, dato, fuisse Concilium Tridentinum vsu receptum, in casu nostro nihil officit, quia Pastores inuestiti, ac instituti à Dominis Consulentibus, recipiunt ab ipsis beneficia, curam animarum habentia. Ergo non indigent approbatione Episcopi, quia Concilium *in dicta sess. 23. capit.* 15. eximit, qui beneficia Curata obtinuerunt, ab approbatione Episcopi, etenim eo ipso, quòd alicui animarum cura demandatur, sufficienter declaratur idoneus ad Confessiones audiendas, & ideò superiores Regularium, qui habent adnexam Parochiam, designant Vicarium absque approbatione Episcopi, vt obseruat Amicus *in cur. Theol. tom. 8. disp. 15. sect. 3. num.* 97.

17. Nec supradictis obstat Bulla Vrbani VIII. lata die 12. Septembris 1628. quia loquitur de priuilegiis, & forsitan non fuit in Diœcesi Coloniensi publicata, vt necessario volunt aliqui; sed melius, ea quæ diximus supra in ordine ad Concilium Tridentinum, applicanda sunt ad dictam Bullam.

RESOL. XXI.

An sit iteranda confessio facta cum Confessario, qui cum falsa licentia Ordinarij excipit aliorum confessiones?

Et quid est sentiendum, si pœnitens sciat priuatum esse Confessarium iurisdictione, quod ipse Confessarius ignorat, & communis populus, an possit pœnitens ab ipso absolutionem petere, & validè conferatur? Ex part. 3. tract. 4. Resolut. 121. aliàs 122.

Sup. hoc supra in Res. 19 & in Res. 20. § Imò & latè in to. 3. tr. 1. ex Res. 5 a 5. Sed difficultas. & in to. 2 tr. 6. Res. 81. & ex Res. 91. § Et eandem. & in to. 8. tr. 1. ex Res. 5. §.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Homobonus *de examin. Eccles. part. 1. tract. 5. capit 3. q. 20.* Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib.... cap. 8. dub. 9. n. 98.* Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disput. 22. q. 2.* Megala *in 1. part. lib. 5. cap. 19. num.* 12. & alij penes ipsos. Et ratio est, quia talis est intrusus, non enim habet titulum à legitimo Superiore, nec valet solùm communis error. Ergo, &c.

2. Sed negatiuam sententiam docet Molfesius *in summa, tom. 1. tractat. 7. cap. 13. num.* 21. vbi sic asserit: Aliqui asserunt inualidam esse absolutionem, quoties Parochus nullum habet legitimum titulum, vt quia de facto cum bullis falsis se gerebat pro Parocho. Attamen eorum opinio mihi non probatur, nam eadem est ratio, siquidem in vtroque casu error est communis, qui tribuit iurisdictionem, & adest bona fides pœnitentis. Ita ille, & hanc sententiam ego libenter etiam teneo, quia puto, quòd ex errore communi confertur iurisdictio etiam sine titulo colorato à legitimo possessore; & hoc solidè probant Basilius Pontius *de matrimon. lib. 5. c. 20. num. 2.* Sancius *in selectis, disp. 44. num* 3. & ego ipse alibi.

Sed audiamus. cursim ad medium, à vers. Insuper.

3. Hinc à fortiori infertur, quòd si pænitens sciat priuatum esse Confessarium iurisdictione, quod ipse Confessarius ignorat, & communis populus, poterit pœnitens petere ab illo absolutionem, quæ validè conferetur.

RESOL. XXII.

An aliqui Prælati Curiæ Romanæ possint eligere Confessarium virtute, capit. final. de Pœnit. & remission.

Et quid de Equitibus D. Ioannis, D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. an possint confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario?

Et quinam sint supradicti Prælati exempti in dicto cap. fin.

Et cursim deciditur, quis sit habendus pro idoneo Confessario secundum declarationem Concilij Tridentini? Ex part. 10. tractat. 16. & Miscell. 6. Resolut. 76.

§. 1. SVppono, Prælatos exemptos vigore, *dict. capit. final.* posse eligere Confessarium; sed quinam sint dicti Prælati exempti, tradunt Doctores, quos citat, & sequitur noster doctissimus P. Pasqualigus *in decis. Moral. decis. 92. & sequent.* qui putat, Auditorem Cameræ, Thesaurarium, Clericos Cameræ, Præsides Cameræ, Auditores Rotæ, Magistrum sacri Palatij, Protonotarios Apostolicos, & Referendarios, posse virtute *d. cap. fin.* eligere Confessarium, & cum hoc Priuilegium non sit reuocatum per decretum Tridentini *sess. 23. capit. 15. de reform.* quia est insertum in corpore iuris, fit, vt non solùm possint eligere quemcumque approbatum à quocumque Ordinario, etiamsi non sit in illa Diœcesi, pro qua est approbatus, sed etiam non approbatum; quia Priuilegium dat facultatem eligendi prouidum, & discretum, & quando Tridentinum declarat, quod non sit habendus pro idoneo, qui non est approbatus: loquitur tantum de idoneitate publica, non de idoneitate necessaria pro exercendo munere Confessarij; quæ sola sufficit, vt possit eligi Confessarius in virtute huius Priuilegij. Ita Pasqualigus; sed scias, huius sententiæ circa Prælatos Romanæ Curiæ non esse primum Auctorem P. Pasqualigum, sed P. Suarez *in 3. part. tom. 4. disputat. 27. sect. 2. numer.* 8. P. Filliucium *tom. 1. tract. 7. cap. 9. num.* 231. & P. Angelum Bossium *de Iubilæo, sect. 2. cap. 2. §. 4. num.* 123. vbi sic ait: De Auditore autem Cameræ, & quibusdam aliis Prælatis existentibus in Curia Romana, qui habent iurisdictionem proprio iure, saltem quoad forum exterius, quique quoad forum interius, & etiam exterius sunt immediatè subiecti Papæ, indubitatè tenendum est, eos comprehendi, & gaudere priuilegio eligendi sibi Confessarium, quia sunt Prælati exempti, & in his habet locum ratio confessionis, scilicet, ne pro distantia

Sup. hoc in Res. seq. §. Deinde. & in to. 3 tr. 1. ex Res. 35 §. Sed difficultas. ad medium, à vers. Inferuntur secundo & ex Res. 39. §. Sed primus casus ad mediũ. vers. Confessores idoneos.

immineat periculum animarum. Ita Bossius, & nouissimè idem docet Serius *to. 1. in Bull. Cruc. disp. 1 diffic. 10. §. 8. q. 1. n. 9.*

Alibi in §. sed difficultas. Ref. 38. quæ hic est in to. 3. tr. 1. sed lege eam, & doctrinã Res. 37. ibidem.

2. Sed ego huic sententiæ non adhæreo, quia vt alibi probaui ex auctoritate sacræ Congregationis, priuilegium, *c. fin. de Pœnit.* fuit reuocatum a Concilio Tridentino : & dato, quod non esset reuocatum, consuetudo videtur in contrarium, vt dicti Prælati Romanæ Curiæ eligant Confessarium virtute, *d. cap. fin.* nam nemo ex ipsis; vt intelligo, ausus est tali priuilegio vti. Ideò resolutionem huius difficultatis ad Oraculum sacræ Congregationis Concilij remitto.

Sup. hoc in t. 3. tr. 1. ex Ref. 39. §. vlt. & ibi ex Ref. 79 §. Ex quibus, ante mediũ, vers. Et tandẽ septim. & in tom. 7. tr. 1. Ref. 99. 100. & ex Resolut. 96. §. 1. & in to. 9. tr. 2 Ref. 261 prope finem, & in to. 2. tr. 2. ex Ref. 21. §. 2. ante mediũ, & seq. & in aliis earum notationum.

3. Quoad secundum dubium, docet Leandrus *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 11. quæst. 47.* sententiam affirmatiuam esse probabilem, nempe posse dictos Equites confiteri cum simplici Sacerdote ab Ordinario non approbato. Idem tenet Marcus Vidal. *in Arca Theolog. Moral. titul. de Indico, inspect. 4. num. 39.* Riccius *in praxi, part. 4. resol. 172. num. 1.* Nouarius *de electione fori, quæst. 69. sect. 2. num. 23. in vltima editione.* & Martinus de San Ioseph *in Monit. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 14. de Pœnit. num. 3. & 4.* vbi sic ait : [Y lo mismo se deue dezir de los Caualleros de los Ordenes de San Iuan, Santiago, Calatraua, y Alcantara, que se podran confessar con qualquier simple Sacerdote idoneo, Regular, ò Secular, aunque no este expuesto, porque segun la mas verdadera opinion, son verdaderos Religiosos.] Ita ille.

4. Sed Pater amicissimus Bardi *in Bullam Cruciatæ, part. 2. tractat. 5. capit. 2. sect. 2. num. 24. & 25.* mediam tenet sententiam; tenet enim Equites Hierolymitanos posse confiteri cum Sacerdote non approbato ab Episcopo, manet tamen dubius de Equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, quia non constat hos Equites habere qualitatem illam, per quam eximuntur à lege; qualitas autem est vera, & stricta professio religiosa; idcircò dum de hoc non constat, videntur includi in illo decreto.

5. Verùm has sententias refellit Pater Lezana *in Summã, tom. 2. capit. 15. numer. 45.* sic asserens : Licèt aliqui credant hos milites gaudere priuilegio aliorum Regularium, quod scilicet possint confiteri peccata sua Confessario etiam non approbato ab Ordinario. Nihilominus, quia in hoc attendenda est consuetudo, tam ea quæ fuit inter hos Milites ante Concilium Tridentinum, quàm post illud, & hæc si in contrarium, vt ipse Diana testatur, nullatenus assentiendum est huic sententiæ, sed vt falsa reiicienda. Ita ille, Sed an hæc opinio sit falsa, vt vult Lezana, remitto me iudicio Doctorum virorum, & contra Lezanam inuehitur nominatim Marcus Vidal, *vbi suprà*, & P. Bardi *num. 26.* dicit, Sancium has sententias probabiliter docuisse : Ego tamen clarè negatiuæ sententiæ adhæsi *in part. 8. tractat. 7. resolut. 96.* Vnde poterat P. Lezana me pro hac sententia adducere, vt fecit Leandrus & Vidal, *vbi suprà*. cum Pellizzario *in Manual. Regul. tomo secundo, tracta. 8. capit. 2. num. vigesimosexto.* Nam vt ex consuetudine apparet, dictos Equites, quoad administrationem Sacramentorum subduntur Episcopis.

Quæ nunc inuenietur in tu. 7. tr. 1. Ref. 100. & in multis aliis eius primæ annot.

RESOL. XXIII.

Enumerantur aliqui casus, in quibus secundum mentem aliquorum Doctorum confessio erit valida, licèt non fuerit facta Confessario ab Episcopo approbato ad ornatum Concilij Tridentini, sess. 25. cap. 13. de reformat.

In quibus casibus comprehenduntur Cardinales, & eorum familiares; Episcopi intra & extra Diœcesim, Episcopi Titulares; Imperatores, Reges, & Reginæ, & de Confessariis à Parocho approbatis; & aliquid pro Regularibus etiam agitur. Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Resol. 13.

§. 1. QVæro primò, an Eminentissimi Cardinales possint vbique excipere confessiones sæcularium absque Episcopi approbatione? casus est nouus, & ad illum affirmatiue respondit Thomas Hurtadus *variar. tom. 2. tractat. 12. cap. 1. resolut. 34. §. 1. num. 1458.* vbi sic ait; Certum est omnem quemcumque Sacerdotem (siue sæcularis sit, siue Regularis) examini se subiicere debere, nisi Parochus sit, aut Episcopus, qui quantùm ad hoc, censetur Parochus vniuersalis totius Diœcesis. Eo enim ipso, quòd quis electus est ad Parochiam, & committuntur oues, censetur idoneus (licet non per examen ad id ordinatum) habet enim pastor iurisdictionem ordinariam in suas oues.

2. Ex quo fit, quòd nullus, quantumuis magna præfulgeat dignitate in Ecclesia, examen huius decreti effugere potest, ex vi huius decreti si Episcopus vult : quamuis sit Cardinalis, nisi sit legatus à latere, qui habet iurisdictionem in tota Prouincia suæ legationis, neque enim quod quis sit Cardinalis factus, iudicatur idoneus ad audiendas confessiones fidelium. Quamuis, quia sunt Ecclesiæ cardines, & de corpore Pontificis, qui vniuersalem iurisdictionem habet in omnes fideles, non videatur incongruum, quod ex tacita Papæ licentia satis rationabili possint vbique confessiones audire. Ita Hurtadus.

3. Sed tu cogita; nam consuetudo, & praxis est in contrarium, & si ratione supremæ dignitatis esset philophandum, vt vult Hurtadus, possent etiam Domini Cardinales ex præsumpta licentia Papæ exercere Pontificalia, ministrare Sacramentum ordinis, & alia facere in aliena Diœcesi inconsulto Episcopo. At hoc magnam perturbationem afferret in Ecclesiastica Hierarchia, ergo, &c.

4 Quæro secundò, an Eminentissimi Cardinales possint eligere sibi confessarium non approbatum ab ordinario? Affirmatiuè respondeo, stante aliquo viuæ vocis oraculo alicuius Pontificis, quod extitisse satis demonstrat praxis, & consuetudo, quæ actu existit apud ipsos Eminentissimos, & ita docet Cardinalis Logo, quando non erat Cardinalis, *de Sacrament. Pœnitent. disputat. 19. sect. 1. numer. 5.* & me citato Pasqualigus *in Decis. moral. decisione 93. num. 2.* qui cum Hurtado *vbi suprà §. 2. dub. 1. numer. 2021.* & aliis etiam asserit posse Cardinales eligere etiam pro sua familia confessarium non approbatum ab ordinario loci.

Sup. hoc in tom. [illegible] Resol. [illegible] Tertiæ [illegible]

Sup. hoc Resol. 1. [illegible] præterea in eodem § [illegible] aliis eius annot.

5. Immò possunt Cardinales dare licentiam suo familiari, vt eligat sibi in Confessarium aliquam determinatam personam, non approbatam ab Episcopo ad audiendas confessiones, qui poterit illum absoluere etiam extra domum Cardinalis.

Sup. hoc in Ref. not. [illegible] eiusdem §. & in Ref. [illegible] eius § vlt.

6. Ita Lugo *loco citato.* Mercerus *in supplem. 3. p. D. Thomæ, quæst. 8. dub. 3. in fine.* Busembaum *in medulla*

dulla Theolog. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 2. dub. 3. Leander, *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 11. quæst. 33.* Lessius *in 3. part. q. 8. de ministro, dub. 7. n. 49.* Hurtadus *vbi supra.* Naldus *in summa ver. Cardinales n. 8.* Pasqualigus, *vbi supra decis. 84. & 95.* & alij penes ipsum.

7. Et ratio horum omnium est, quia ipsi sunt ordinarij, & Parochi suæ familiæ. Cùm enim habeant iurisdictionem Episcopalem in suis Ecclesiis titularibus, vt docent Abbas, Butrius, Felin. *in cap. his, quæ de maiorit. & obed.* hoc tradente ipso textu, *& præterea Monach. in cap. vnicum, de maior. & obed. in 6.* vbi etiam Probus *num. 7.* Imol. *in clem. ne Romani num. 23. de elect.* Laudens. de Cardin. *q. 60.* Alban. *tract. eod. q. 46.* Lacobat. *de concil. lib. 1. cap. 2.* Azor. *tom. 2. lib. 4. cap. 1. q. 8.* Leo *in foro Eccl. part. 2. cap. 1. num. 7.* & alij, sequitur quod etiam habeant eandem iurisdictionem in sua familia, cuius sunt veluti ordinarij. Ratione ergo huius iurisdictionis possunt sibi eligere confessarium. Quia est iurisdictio potius approbare confessarios, cùm sit Episcopalis.

Sup. hoc ex multis Resolutionibus tr. 7. tom. 9.

8. Atque hæc iurisdictio est etiam confirmata consuetudine, quæ sola sufficeret, quia cùm rationabilis sit ex eo, quod nemini præterquam Summo Pontifici in foro pœnitentiali subduntur (cùm sint inuiscerati eidem Summo Pontifici) vt ait Hostiens. *in capit. antiqua, num. 5. ver. sed qui extra, de priuil.* & Præposit. *in cap. quamquam, num. 13. vers. 3. patet 2. quæst. 7.* habet vim inducendi legem. Hinc in Curia quoque Romana, quando tempore Paschatis tenentur fideles sub præcepto in propriis Parochiis Eucharistiam sumere: ipsi, & familia eorundem non accedunt ad Parochiam loci, sed in Oratorio propriæ domus toti familiæ ministratur.

9. Cæteras rationes videbis apud citatos Auctores, & Llamas *part. 1. methodi* §. 7. sic ait, Cardinales non Sacerdotes ex eadem tacita Papæ licentia eligunt quem volunt, vt Prælati supradicti; Imò, & ex eadem tacita dant omnibus de sua familia, & eligunt confessorem sicuti ipsi, vt testatur doctus Caiet. qui Cardinalis fuit, & Syluester qui fuit testis oculariter, &c. Sic ille.

10. Quæro tertiò: An Reges, & Imperatores possint eligere confessarium non approbatum ab Ordinario, & quidem Reges in decreto Concilij Trident. esse comprehensos non est dubium, vt in specie obseruat Castrus Palaus *to. 4. tr. 23. punct. 17. §. 2. num. 3.* & ideo Hurtadus, *de Sacram. disp. 10. difficult. 12.* docet, quod Imperatores, Reges, & alij Principes sæculares habere solent priuilegia à Romano Pontifice ad eligendum Confessarium; quibus standum est.

11. Et Cardinalis Lugo *vbi sup.* asserit: Imperatores, & Reges dicuntur habere exemptionem; de hoc tamen iam ferè nihil sciri potest: solent enim frequenter confiteri Regulares, quibus iuxta sua priuilegia confiteri etiam possunt alij sæculares. Ita ille.

12. Lessius verò *in 3. part. D. Thom. quæst. 8. de ministro confess. dub. 7. num. 49.* testatur, quod Imperator, Reges, & Reginæ ferè semper habent tale priuilegium.

13. Quæro quartò: an Episcopi extra suam Diœcesim possint eligere confessarium non approbatum ab Episcopo; affirmatiuam sententiam tenent Doctores, quos nominatim contra me citat, & sequitur Pasqualigus *in Decis. mor. dec. 86. n. 4.* quod etiam extendit *dec. 88. n. 2.* ad Episcopum confirmatum, sed nondum consecratum.

Sup. hoc in tom 3. tr. 1. ex Ref. 38. §. Sed difficultas. sed lege eam à principio, & in tom. 7. tr. 1. Ref. 92. & hic infra

14. Quia decretum Tridentinum non extenditur ad Episcopos, sed est tantum pro confessariis in ordine ad sæculares, & eos qui veniunt nomine Sacerdotis; ita etiam conditio idoneitatis apposita per tale decretum, sit tantum in ordine ad sæculares etiam Sacerdotes, & non in ordine ad Episcopos, cùm non possit plus extendi conditio, quàm extendatur decretum.

Ref. 31 ex doctrina §. Sed hic, quæro, ad medium, à vers. Verum. & cursim in aliis §§. earum annotationũ.

15. Deinde quando Tridentinum decernit non fore idoneum confessarium, qui non sit approbatus à proprio Ordinario, intelligit de idoneitate publica in foro exteriori, non de idoneitate intrinseca, quæ consistit in sufficientia pro hoc munere; quam approbatio non confert, sed supponit. Priuilegium autem *cap. fin. de Pœn.* quod conceditur Episcopis eligendi sibi confessarium, & omnibus Prælatis, dummodo sit persona idonea, loquitur de idoneitate intrinseca; nam Text. habet, quod possint eligere prouidum, & discretum, nec vtitur nomine idonei.

Sup. hoc ex doctrina Ref. præteritæ, § 1 ad medium, & in to. 3. tr. 1. ex Ref. 38. §. Sed difficultas, ad medium, à vers. Infertur secundo. & ex Ref. 39. §. septimus casus. ad medium, vers. Confessor. idoneos.

16. Et hanc opinionem procedere etiam in Episcopis titularibus tradit idem Pasqualigus *decisione octuagesima septima, numero secundo & quarto.* Sed ego puto non esse recedendum à contraria sententia, quam olim docui, & me citato, docet Leander, *de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disp. 11. q. 28.* & alij.

17. Et ideò non desinam hic apponere verba doctissimi Isambert *in 3. p. tom. 3. disp. 21. art. 2.* vbi sic ait; Quia in præsenti Decreto Concilij Tridentini nulla fit exceptio Episcopi, quasi ab hac vniuersali lege Concil. Trident. exempti, ipsemet Episcopus non potest sibi non subdito non approbato, validè confiteri, licèt: *Extra de pœnitentiis, & remissionibus, capite ne* pro dilatione Episcopus habeat priuilegium eligendi sibi in confessarium quem voluerit, quia hæc approbatio est aliquid omninò distinctum ab actuali collatione iurisdictionis, item, & à speciali priuilegio aliquem sibi deligendi in confessarium, vt intelligitur ex dictis. Vnde alterutro ex his duobus, vel etiam vtroque alij per speciale priuilegium concesso, non sequitur, & approbationem à valente illam conferre simul conferri; nam simplex priuilegium de aliquo sibi eligendo in confessarium, intelligitur de idoneo dumtaxat secundùm formam iuris: cùm enim nulla constet particula, per quam significetur per illud derogari iuri communi, non plus debet extendi, quàm verba eius sumpta in sua significatione natiua patiantur; quare cum forma iuris per Concil. Trident. introducta postulet in quolibet cuiuscumque sæcularis confessario hanc approbationem, vt conditionem sibi essentialiter requisitam ad absoluendum Sacramentaliter quemlibet sæcularem, Episcopus vi prædicti priuilegij non potest validè confiteri alicui Sacerdoti sibi non subdito, non approbato,

18. Dixi sibi non subdito; si enim sit ei subditus, tunc potest illum approbare pro confessionibus excipiendis; & eo ipso, quo illum sibi deligit in proprium confessarium, censetur simul eum ad id approbare.

19. Quæro quintò: An quis possit confiteri cum Sacerdote idoneo, non tamen ab Episcopo approbato, si fuerit expositus à Parocho ad audiẽdas confessiones in sua Parochia? Resolutio huius quæstionis pendet ab illa, an hodie post Concilium Tridentinum possit Parochus delegare Sacerdoti simplici, vt in Parochia suarum ouium confessiones excipiat.

Sup. hoc supra in Ref. 12. §. 1. & magis latè in Ref. 13. & 14. & in tom. 4. tr. 4. Ref. 3. in sex primis eius lin.

20. Et affirmatiuam sententiam nominatim contra me sustinet Thomas Hurtadus *var. tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 1. per totum*. Quia Concilium solum derogat priuilegiis & consuetudinibus, atqui Parochi id non habent ex priuilegio, aut consuetudine, sed à iure diuino, & positiuo humano, cùm secundùm vtrumque habeant potestatem ordinariam, quo eò ipso delegari potest, & exceptio priuilegiorum, & consuetudinum firmat regulam in contrarium.

21. Et ideò ex his Hurtadus hanc sententiam vocat valdè probabilem, non solum speculatiuè, sed etiam practicè & probabilem esse fatetur etiam Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quæst. 56. in fine*.

22. Vnde Ioannes de Soria *in Epilogo summ. part. 2. tractat. 1. sect. 1. disputat. 6. §. circa, iurisdictionem ordinariam*, sic ait: Non potest Parochus facultatem concedere simplici Sacerdoti ad suarum ouium confessiones audiendas, quia quamuis authoritas eius sit ordinaria, restricta fuit à Concilio. Sed probabiliter contrarium defenditur à multis grauissimis Theologis, affirmando, Concilium contra hoc nihil sancisse: quia authoritas Parochi est ratione officij, & per consequens ordinaria, quare licitè Parochus eam poterit delegare simplici Sacerdoti ad confessiones suorum audiendas. Ita ille.

23. Verùm ego non recedo à contraria sententia, quam olim docui, & illam me citato tenet Leander *vbi suprà*, vide me ipsum *in part. 10. tom. 16. resol. 75.* vbi hanc sententiam practicè improbabilem existimaui.

Quæ hic est suprà Ref. 14.

24. Concedo tamen posse Parochum exponere in sua Parochia ad confessiones excipiendas alium Parochum; nam Parochi possunt vbique locorum absque alia Episcopi approbatione confessiones audire de licentia Parochi, & ita tenent Doctores, quos citat & sequitur Sancius *in Select. disput. 44. n. 28.* & Leander, *de Sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 11. q. 61.* quia ex Tridentino *loc. cit.* vt aliquis censeatur Idoneus ad confessiones audiendas, sufficit quòd aut sit approbatus ab Episcopo, aut habeat parochiale beneficium, ergo qui beneficium parochiale habuerit non indigebit approbatione Episcopi: ergo optimè poterit vbique confessiones fidelium excipere; etiamsi priuilegium eligendi confessarium non habeant, dummodo Parochus proprius non contradicat.

Sup. hoc supra in Ref. 11. & ex Ref. 13. §. vlt. cursim, & in tom. 4. tr. 4. ex Ref. 6. §. 1. prope finé, vers. porque de ella se figuiria, & recitanter in alio vers. eius annoé.

25. Vnde ex his consulto Dominis Episcopis, vt in Synodo Diœcesana, vel per edictum prohibeant quòd nullus audeat in suis Diœcesibus confessiones audire sine eorum expressa licentia.

26. Et ideò Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ quæst. 8. de approbatione ministri dub. 4. numer. 22.* sic ait: Episcopi in suis Diœcesibus possunt prohibere Parochis, ne delegent iurisdictionem aliis, quàm à se approbatis, etiam irritando delegationem secus attentatam, quòd rationabiliter facere possunt, vt aliquo modo cognoscant de capacitate eorum, qui in suis Diœcesibus confessiones excipiunt. Ita ille.

27. Sed si quæras hic obiter: An Regularis in aliqua Diœcesi approbatus, si fortè dimittatur à Religione (quod non rarò euenit in Societate IESV) possit vi talis approbationis audire confessiones in ea Diœcesi, etiam postquam dimissus est.

28. Respondeo non posse, non quidem ex defectu approbationis, quæ durat vsque dum reuocetur, sed ex defectu iurisdictionis quam ille Regularis habebat à Papa ex priuilegio Regularibus concesso, ac proinde cessat hoc ipso, quod ille desinit esse Religiosus. Vndè fit, vt eiusmodi Regularis per delegationem Parochorum, nec non per Iubilæum, ac Bullam Cruciatæ in dicta Diœcesi eligi possit in confessarium; vtpotè qui reuera est approbatus ab ordinario loci, & de nouo modis supradictis acquirit iurisdictionem, quæ sola illi deerat; Et ita docet Pelizzarius *in man. Reg. o. 1. tract. 8. cap. 3. sect. 2. num. 38.* ex doctis Neotericis à se consultis.

RESOL. XXIV.

Sequitur eadem materia, & in ordine specialiter ad Regulares.

Et quamuis titulus huius Resolutionis videatur pertinere ad Regulares, apponitur hæc Resolutio in hoc tractatu, ex eo quod specialiter controuertitur pro sæcularibus eligentibus pro Confessario Regularem, pro quibus diuersi casus in textu huius Resolutionis assignantur. Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Resol. 14.

§. 1. Quæro sextò, An quis possit eligere in confessarium Superiorem Regularium ab Episcopo non approbatum? Caspensis *in cur. Theol. tom. 2. tract. 24. disp. 5. sect. 7. num. 63.* me citato affirmatiuam sententiam probabilem putat. Quia nomine habentis beneficium parochiale, seu curatum, videntur etiam à Tridentino comprehendi supradicti Prælati, quibus cura animarum commissa est; siue ea cura committatur ab Episcopo, siue à quouis alio valente curatum beneficium conferre; quia eò ipso declarantur idonei ad confessiones audiendas. Ita ille.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. ex Resol. 39. §. Quintus casus. & in to. 7. tr. 1. ex Ref. 69. §. Tertiò, & seqq. & Resol. 87 & 142. signanter §. 3. & in tom. 4. tr. 4. ex Ref. 6. §. 1. ad medium. & ibi in tr. 3. ex Resol. 20. §. vlt.

2. Sed ego loco citato solùm sententias pugnantes adduxi, & meam non explicaui, prout explicaueram *in part. tert.* & nunc iterum explico: Dico igitur, Superiores Regulares non posse sæcularium confessiones excipere, nisi prius fuerint ab Episcopis approbati. Et ita præter alios Doctores, quos alibi adduxi tenet ex societate Pater Amicus *in cur. Theolog. tom. 8. disput. 15. sect. 3. num. 97.* vbi sic ait: Deducitur egere hac approbatione Episcopi post Tridentinum, & esse necessariam necessitate Sacramenti, & non tantum præcepti, adeò vt si quis tentet, nihil efficiet. Vnde pœnitens, etiamsi bona fide accedat ad Sacerdotem ab Episcopo non approbatum, tenebitur iterum peccata confiteri, cùm primum id nouit: atque ita ferunt declarasse Congregationem Cardinalium, qui auctoritatem habent explicandi Concilium. Ita ille. Vide me ipsum alibi.

3. Quæro septimò: An sæcularis possit eligere in confessarium, Regularem non approbatum ab Episcopo iniustè, & absque causa. Et affirmatiuè posset quis respondere, fretus auctoritate Doctorum assentientium, quòd quando Episcopi ex odio, ac maleuolentia erga Regulares, nolunt eos, licèt planè idoneos admittere ad examen, & approbare ad confessiones sæcularium, possint eorum Prælati ex aliquo priuilegio, ipso nihilominus exponere ad confessiones.

Sup. hoc lege doctrinam Resolutionis nõ. seq.

4. Nec priuilegio concesso *in Clementina Dudum.* fuit derogatum à Concilio Tridentino, *sess. 23. c. 15.* iis verbis, Priuilegiis, & quacumque consuetudine, etiam immemorabili, non obstantibus; siquidem Tridentinum ibi intendit solùm cessare, & irritare priuile

priuilegia quorundam extra corpus communis iuris vagantia, quæ meritò restringi debent tanquam odiosa, & destructiua iuris, quale sine dubio non est priuilegium dictum, quod est inclusum in corpore iuris. Præterquam quod quando leges moderniores loquuntur tantum in communi, & decreta antiqua de casu aliquo in particulari non reuocant expressè, trahuntur ad sensum decretorum antiquorum, vt ostendit Nauar. *in c. placuit de Pœn. d. 6. num.* 147. Vnde cum decretum Clementinæ *Dudum*, sit magis antiquum, quàm decretum Concilij Tridentini, & expressè loquatur de hoc casu, Concilium verò loquatur tantùm absolutè, & in generali, nec in particulari reuocet præfatum decretum Clementinæ, Concilium in hoc particulari potius trahi debet ad sensum Clementinæ, quàm Clementina ad sensum Concilij: vt proindè dicat Nauarr. *c. 27. n.* 164. Episcopo sine iusta causa nolente admittere Religiosos præsentatos ad examen, posse facere (id est audire) confessiones, perinde ac si admissi essent iuxta *Clement. Dudum*. Sic ille.

Alibi in to. 3. tr. 1. latè ex Ref. 35 §. Secundus casus & in to 7. tr. 1. Ref. 65. 66. 67. 68. & ex Ref. 69. § Episcopus & hic infra in Ref. 39. §. 2. cursim in fine.

5. Et hanc sententiam præter alios à me alibi adductos, sustinet Castrus Palaus *tom. 4. tract. 13. disputat. 1. punct. 19. §. num.* 9. dicens, Religiosos, si à suis Prælatis præsentati fuerint, & iis iniustè fuerit approbatio negata, aut restricta; iure ipso censeri approbatos ex *Clementina Dudum, de sepultur.* & ex Bonifacij VIII. *Extrauagante super Cathedram*, vbi id Religiosis expressè conceditur.

6. Vnde Lessius *in tert. part. D. Thomæ, quæstione octaua, ne Ministro confessionis dub. 5. num. 16.* sic ait; Notandum quartò, probabile esse, si Episcopus Regularem nolit approbare, idque sine iusta causa, Regularem ipso facto censeri approbatum à Pontifice. Colligitur ex *Clementina Dudum, de sepulturis*; vbi dicit Pontifex, si Prælati præfati Fratribus licentiam exhibere recusauerint, nos ex nunc ipsis, vt liberè licitèque confessiones audire valeant, de Apostolicæ Sedis plenitudine concedimus. Neque censeri debet huic derogatum per Concilium Tridentinum, vt quidam dicunt, cùm Concilium huius Clementinæ mentionem non faciat, nec directè contrarium statuit. Ita Lessius.

7. Sed his non obstantibus, licèt aliqui falsò pro hac sententia me adducant: ego existimo ad casum propositum negatiuè respondendum esse, & præter alios quos ego alibi adduxi, in gratiã curiosorum non grauabor hic apponere verba Nicolai Isambert Professoris Regij in Academia Parisiensi, sic itaque asserit *in 3. p. D. Thomæ, tom. 3. d. 11. de sacr. Pœnit. art. 4. fol.* 197. Difficultas esse potest, vtrum hæc approbatio debeat esse de facto obtenta, vel sufficiat quòd sit petita ab Episcopo, seu Ordinario, & Confessarius secundùm rei veritatem sit sufficientis doctrinæ ad istud munus exercendum, & probæ vitæ.

8. Respondetur, debere esse de facto obtentam, quia verba Concilij Tridentini agendo de illa sic habent expressè, & hæc responsio tam habet locum in Mendicantibus per suos superiores præsentaris Episcopo, seu ordinario pro excipiendis confessionibus sæcularium, quam in Sacerdotibus sæcularibus beneficium parochiale non habentibus; nam Concilium ibi loquitur absolutè, nulla distinctione facta sæcularium à Mendicantibus; Imò eo ipso, quo initio sui decreti decernit nullum etiam regularem (quo nomine etiam Mendicantes veniunt intelligendi) posse audire confessiones sæcularium etiam Sacerdotum, nisi ad id iudicetur idoneus ab Episcopo, & statim subiungit, confessarium (de quo hic agit) debere illam obtinere, satis innuit non sufficere Mendicantibus illam ab Episcopo, seu ordinario cum reuerentia ei debita petere, sed absolutè requiti, quod illam de facto obtineant. Nec obstat, quod in extrauaganti Bonifacij VIII. quæ incipit *super Cathedram, titulo de sepulturis*, & in Concilio Viennensi *in Clementina Dudum*: concedatur Mendicantibus, vt, si Episcopus, seu ordinarius nolit illos sibi debitè per eorum Superiores præsentatos admittere pro audiendis suorum Diœcesanorum confessionibus, habeantur pro amissis, Summo Pontifice illos tunc admittente; hoc inquam non obstat, nam posito, non tamen concesso, quod hæc decreta intelligantur de hac approbatione, quia tamen Concilium Tridentinum est etiam Oecumenicum, cuius decreta sunt istis longè posteriora, vt per se constat, & iura posteriora derogant prioribus, fit vt Concilium loquens absolutè, & vniuersaliter de confessariis, agat satis expressè de Mendicantibus, cum loquatur etiam de Regularibus, quorum generali appellatione Mendicantes intelliguntur.

9. Secundò respondetur, in illis prioribus decretis non agi de approbatione, sed tantum de iurisdictione per Episcopum concedenda Mendicantibus per suos superiores debitè præsentans; quam pro excipiendis confessionibus Diœcesanorum petitam, illis tamen per Episcopum denegatur; tunc Summus Pontifex istis capitibus iuri Canonico insertis tantam confert, quantam Curati, seu Parochi habent de iure communi, vt patet diligenti lectione vtriusque capitis. Vnde patet falli Nauarrum, quando *in suo Man. capit. 27. numer.* 254. *&* 265. cum aliquot recentioribus, censet adhuc post Concilium Tridentinum sufficere Mendicantibus petere ab Episcopo, seu ordinario licentiam administrandi Sacramentum Pœnitentiæ, ex eo quod in relato Tridentini Concilij decreto, non sit specialis derogatio huius priuilegij antea concessi Mendicantibus; est enim ei satis derogatum per particulam hanc etiam regularium, item absoluta requisitione approbationis ab ordinario obtentæ in confessario ad validè absoluendum.

10. Probatur eadem responsio ex Bulla Vrbani VIII. quæ incipit: *cum sicut accepimus*. & extrat *t. 3. Bull. editionis Romanæ*: in qua Summus Pontifex omnia, & singula indulta, quæ à Sede Apostolica promanarunt, audiendi sæcularium confessiones absque ordinarij examine, & approbatione, quibusuis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, etiam Societati Iesu, Congregationibus, & Ordinibus tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, nec non Monachorum quorumcumque etiam S. Benedicti, Cisterciensium, & Carthusiensium, ac etiam quibusuis militiis, etiam Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, ac quibuscumque Ecclesiis, etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, &c. reuocat, cassat, tollit, abrogat, annullat, iuribus, & effectu euacuat, nullisque personis in posterum vllo modo suffragari posse decernit. Quid autem induxerit Summum Pontificem, vt id statueret, ipse in eadem Bulla declarat dum scribit: Per hæc indulta saluberrimum sacri Concilij Tridentin. decretum desuper sancitum penitus euerti: ex quibus verbis perspicuum est non modò neminem posse vi indulti cuiuscumque,

Sup. hac Bulla cursim supeà in Ref. 14. signanter in fine eius §. vltim & in to. 7 tr. 1. Ref. 53. 84. 85. & 86.

iuscumque, non obtenta ab ordinario approbatione confessiones sæcularium excipere, sed etiam id prohibitum esse per Concilium Tridentinum, adeoque satis derogatum prioribus iuribus per hoc decretum posterius.

11. In eam sententiam descenderunt plures è variis ordinibus, tam non Mendicantium, quam Mendicantium, & ipsius Societatis Iesu superiores, vt patet ex scripto nominibus, syngraphisque suis consignato, quod Eminentiss. Cardinali Duci de Richelieu tradiderunt die 19. Februarij anno Domini 1633.

12. Cùm autem Cellotius *librorum suorum de Hierarchia, & Hierarchis, lib. 5. capit. 24. & 25.* scripsisset, non necessarium esse vt Regulares ordinum Mendicantium reipsa obtinerent approbationem ab Episcopis, & ordinariis ad excipiendas sæcularium confessiones, & sufficere vt semel præsentarentur in declaratione circa quasdam propositiones illius sui operis conceptis verbis prolata (cuius auctographum auctoris manu subscriptum inter monumenta sacræ facultatis Theolog. Parisiensis asseruatur) visis tum Summi Pontific. Bulla tum etiam prædicto scripto sententiam mutauit, vt patet ex his verbis; non debent, nec possunt Regulares sæcularium confessiones audire, nisi approbationem ab Episcopo obtinuerint. Aliud quidem dixi, Auctores aliquos secutus, nunc autem volens, ac lubens amplector scriptum illud, quod anno 1633. die 19. Februarij, tum ex ordinibus aliis, tum è Societate nostra superiores aliqui Eminentiss. Cardinali Duci de Richelieu dederunt; nominibus syngraphisque suis consignatum.

13. Et hæc omnia Isambert, *vbi suprà*, quæ quidem nimis grata curiosis fuisse reor, & quidem ego contra Cellotium etiam scripsi *in p.6.*

In p. 6. tr. 7. Ref. 60. quæ hic est in to. 7 tr. 1. Ref. 66.

14. Caueant igitur Regulares ab opinione contraria; sin aliter Tragædias in eorum, & Religionis damnum suscitabunt: Durum est contra stimulum calcitrare. Et sciant, Merceram *in supplem. 3. p. D. Thom. q. 8. dub. 2. in fine*, contrariam sententiam Nauarri, & aliorum improbabilem vocare, quod etiam ex Suarez facit Turrianus, *de pœn. q. 8. art. 1. disp. 26. dub. 1.*

Sop. hoc in tom. 7. tr. 1. Ref. 88. & 89. & ex Ref. 69. §. Quod autem, post medium, vers. Primum posse. & in §. Quoad illa, & ex Ref. 238 §. 2. per totū; & in tom. 2. tr. 2. ex Ref. 21. §. penult.

15. Quæro octauò, an famulis commensales Regularium possint illos eligere in confessarios, etiamsi non fuerint approbati ab ordinario? affirmatiuè alibi respondi, stantibus priuilegiis Regularium, sed modo circa illa habeo magnam difficultatem, & anceps remaneo, cum dicta priuilegia videantur reuocata in constitutione Vrb. VIII. quæ incipit, *cum accepimus sicut*, & refertur *in Bellarm. t. 4. Bulla* 92. Vrbano VIII. reuocantur omnia priuilegia aliàs concessa quoad confessiones sæcularium personarum sine examine, & approbatione ordinarij.

16. Tum quia Concilium Trident. *sess. 23. c. 15. de reform.* ad probationem ordinarij requirit in Regularibus, ad hoc vt sæcularium confessiones audire possint, cum tamen supradicti famuli sint sæculares, vt patet.

17. Vide Busembaum *in medulla Theol. mor. l. 6. tr. 4. c. 2. dub. 2. n. 7.* Cardinalem Lugo, *de Sacram. Pœnit. disp. 21. n. 29. & 30.* & alios.

18. Licèt aliquis posset cum Peyrino respondere, in constitutione Vrbani VIII. derogari solùm priuilegiis, quæ Regularibus concessa sunt quoad audiendas confessiones quorundam sæcularium, non verò quoad audiendas solum confessiones suorum famulorum, ac aliorum commensalium, cum Peyrino sentit Barb. *lib. 1. iur. Eccl. vnic. c. 43. num. 204.* citans alios pro se, & Cespedes *tract. de exempt. c. 6. d. 125. n. 4. addent, num. 5.* ex Peyrino Religiosos posse absoluere dictos famulos à reseruatis Episcopo; cùm dici posset decreta pontificia, quæ adducuntur in contrarium, loqui respectu aliorum sæcularium, non item respectu dictorum; præsertim cùm plus sit Regulares sine approbatione ordinarij posse audire eorum confessiones, quod plures iis concedunt, quam posse illos absoluere à reseruatis Episcopalibus.

Sup. his in Ref. 1. annot. præteritæ §. Nota etiam.

19. Vnde amicus noster pater Magister Lezana *tom. 2. cap. 16. num. 16.* asserit, non carere probabilitate asserere, Regulares approbatos à Prælatis ordinis posse audire confessiones supradictorum famulorum; & tamen scripsit Romæ post dictam constitutionem.

20. Verùm nimis enim me vrget decretum Vrbani, quod verò spectat ad alumnos degentes in Regularium Monasteriis putat Bordonus *resol. 38. q. 2.* eos posse confiteri Religioso non approbato ab Episcopo, & per eum absolui à reseruatis Episcopalibus, cùm sint regularium commensales, & commensalitas sufficiat iuxta dicta ad hunc effectum, cum Bordono sentit Cespedes *sup. num. 11.* dicens præfatos alumnos frui omnibus priuilegiis, quibus fruentur Regularium famuli; idque ob rationem modo illatam.

Sup. hoc & seqq. infra in tr. 5. lege doctrinam Ref. 54. & ex Ref. 51. §. Confirmatur supra dicta. per totum, signanter pro casibus Episcopalibus reseruatis post medium, à vers. Et postea.

21. Sed si volumus loqui consequenter, stante adducta Constitutione Vrbani, idem dicendum videtur de alumnis, ac de famulis commensalibus: Ideo tu cogita, & potius negatiuæ sententiæ adhære.

RESOL. XXV.

An sit melius, cæteris paribus, confiteri proprio Parocho, quam alicui priuilegiato, vt sunt hodie Regulares?

Et notatur certum esse, quod quicumque confitetur habenti licentiam à Summo Pontifice audiendi confessiones faciendas ex præcepto Concilij Trident. non tenetur etiam semel in anno confiteri Parocho, aut alio vlli de eius licentia. Ex part. 11. tract. 6. & Misc. 6. Resol. 3.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Nicolaus Ysambert Professor Regius Sorbonæ, *in tert. part. D. Thomæ, tom. 3. disputat. 20. articul. 6. num. 7.* licet cæteris paribus sit consultius confiteri proprio Parocho, quam Priuilegiatis; qui tamen in tali casu elegit confiteri Priuilegiato, eique de facto confitetur, nullum admittit peccatum etiam veniale, præcisè ex eo ipso, quod in tali casu anteponit Priuilegiatum proprio Curato in ratione Confessarij. Prior pars propositionis probatur ex eo, quod Concil. Tridentin. *sess. 22. in decreto de obseruandis in celebratione Missæ.* Item *sess. 24. capit. 4.* dicat, monendum esse populum, vt frequenter ad suas Parochias accedat. Item ex eo, quod ordo Hierarchicus videatur sic melius conseruari; item quod hoc cedat aliis in exemplum, & excitet maximè affectum proprij Pastoris in suam ouem, vt tempore morbi eam visitet & Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis administret illi. Posterior item pars probatur: Quilibet potest, etiam absque peccato veniali ex duobus bonis inæqualibus, amplecti minus, relicto meliori, sed confiteri proprio Parocho, & mendicanti priuilegiato, per Episcopum

Sup. hoc lege latam doctrinam Ref. not. seq.

appro

approbato, ſunt duo bona, quia licet vnicuique illorum confiteri, vt docuimus, & ex ſoppoſitione præcedentis partis ſunt inæqualia, eſt enim minus bonum confiteri priuilegiato approbato: igitur relicto illo, ſi licet confiteri proprio Parocho, poteſt quilibet ſine veniali peccato velle, & de facto confiteri mendicanti priuilegiato per Epiſcopum approbato. Maior patet, quia licet Concilium ſit de meliori, attamen præceptum eſt ſimpliciter & abſolutè, tantum de bono, & qui contrahit legitimum matrimonium, illudque debito modo conſummat, licet poſſit ſeruare caſtitatem, non peccat iuxta Apoſtolum in Epiſt. ad Corint. quamuis caſtitas præcellat matrimonio. Ita Yſambert.

2. Sed ego ſecundam partem ſuæ concluſionis amplector; ſed non deberet vir doctiſſimus primam partem tenere, vt optimè obſeruat Ioannes Pontius *in Curſu Theol. diſp. 46. q. 9. concl. 4. n. 123.* & adducere pro ſua ſententia Concilium Trident vbi nec verbum ea de re habetur. Itaque ex natura rei, ſecluſis circumſtantiis Parochi, & Religioſi, quoad alias qualitates, nulla eſt differentia ob quam vnum eſſet melius, quàm alterum: ob circumſtantias autem aliquas, aliquandò poſſet melius eſſe confiteri Parocho, aliquando Religioſo. Communiter videtur præferendus Religioſus, quia habent priuilegia abſoluendi ab aliquibus caſibus, à quibus non habet Parochus, & quia (pace Parochorum) communiter ſunt doctiores, & magis præſumi deberet quòd eſſent magis verſati in rebus ſpiritualibus.

3. Sed quicquid in Gallia noſtris temporibus aliqui auſi ſunt docere, & etiam publicè, certum eſt inter Doctores, quod quicumque confitetur habenti licentiam à Summo Pontifice audiendi Confeſſiones faciendas ex præcepto Concilij, non tenetur etiam ſemel in anno confiteri Parocho, aut alij vlli de ipſius licentia. Vnde non deſeram hic per extenſum apponere Bullam Sanctiſſimi D. N. nunc feliciter regnantis, tenoris ſequentis. Innocentius Papa X. Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Regulares Ciuitatis Burdigal. quod aliàs à venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinal. Concil. Trident. Interpret. emanauit decretum tenoris ſubſequentis: Die 9. Iulij anno 1644. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Trident. Interpretum, poſt maturam diſcuſſionem cenſuit, Archiepiſcopum Burdigalenſem non poſſe prohibere Regularibus, habentibus priuilegia Apoſtolica, vt à Dominica Palmarum vſque ad Dominicam in Albis incluſiuè adminiſtrare non valeant Sacramentum confeſſionis; poſſe tamen eiſdem prohibere, vt perſonis ſæcularibus in die Paſchatis non adminiſtrent ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, etiamſi dictæ perſonæ ſæculares in alia die ſatisfecerint præcepto Eccleſiæ, hac de re edito. Cùm autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, iidem exponentes præmiſſa, quo firmius ſubſiſtant Apoſtol. noſtræ confirmationis patrocinio communiri ſummopere deſiderent; Idcirco nos, eoſdem Regulares ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quomodolibet innodatæ exiſtũt, ad effectum præſentium conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos eſſe cenſentes, ſupplicationibus illorum nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, decretum præinſertum Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus, ſalua tamen ſemper authoritate eorumdem Cardinalium; decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuóſque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, dictis Regularibus in omnibus, & per omnia ſuffragari, & ab omnibus ac ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectauit in futurum inuiolabiliter obſeruari: ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & diffiniri debere; irritúmque & inane ſi quid ſecus ſuper his à quodam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegiis quoque & indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenore præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ ad S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 7. Februarij annô 1645. Pontificatus noſtri anno 1. & hanc Bullam fuiſſe in Gallia exequutoriatam, & receptam. patet per decretum Regium, datum Pariſiis, 11. Martij 1645. & circa vanam prætenſionem ſupradictorum Gallorum, latè poſtea ſcripſit Pontius, & Yſambert *vbi ſuprà*; quibus adde Martinon. de Sacramento Pœnitentiæ, qui ſupradictam Bullam Innocentij X. & Decretum Ludouici Regis adducunt, & materiam latè tractant, & ad omnia argumenta Aduerſariorum reſpondent.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. lege doctrinã Reſ. 40. & aliarum eius primæ not.

RESOL. XXVI.

An ſi aliquis ſæcularis confiteatur bona fide cum Confeſſario ab Epiſcopo non approbato, Confeſſio illa valida ſit?

Et an in tali caſu pœnitens cum primum id nouit, teneatur iterum peccata confiteri cum approbato?

Et an Confeſſarius, v. g. approbatus Romæ, ſi mutet domicilium, & proficiſcatur Mediolani, poſſit ibi audire Romanos, etiamſi ibi non fuerit approbatus ab Epiſcopo Mediolanenſi?

Et an ſæcularis mox ingreſſurus Religionem poſſit abſolui à Regulari non approbato ab Epiſcopo, ſed à Prælato Regulari tantum?

Et an Epiſcopus poſſit dare ſubdito poteſtatem eligendi Confeſſarium per eandem poteſtatem approbando talem, etiam ſi approbatus antea non ſit? Ex part. 11. tr. 4. & Miſc. 4. Reſ. 16.

§. 1. Affirmatiuam ſententiam, licèt cum aliqua formidine videtur tanquam probabilem Leſſius admittere; ſic enim aſſerit *in 3. part. D. Thomæ qu. 8. de miniſtro confeſſionis art. 1. dub. 5. num. 16.* Notandum primò, hanc approbationem non complere quidem ipſius iuriſdictionem, ita vt ſine alia conceſſione poſſet abſoluere, ſed requiri ſolum tanquam conditionem, vt poſſit ei plena iuriſdictio dari, quæ conditio videtur ita eſſe neceſſaria, vt ſine ea irrita ſit ablutio, vt inſinuat illud verbum *Non poſſe*, quod plus vide-

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & ſignanter in §. Probatur ſecundò. prope finem, verſ. Vnde. & ſeqq. & infrà in tr. 4. ex Reſ. 9 §. 1. & ſignanter §. 2. & vide etiam § vlt. & alias Reſ. eius vltimæ annot.

tur quam non liceret. Et si fortasse contrarium non sit improbabile. Ita ille.

2. Confirmatur probabilitas huius opinionis ex ipsomet Concilio Tridentino, & primò *sess.* 23. *de reform.* statuit, quòd nullus initietur prima tonsura, qui Sacramentum confirmationis non susceperit: Si quis tamen, omisso confirmationis Sacramento initietur tonsura, validè quamuis, non licitè initiatur. Sotus *in* 4. *sent. dist.* 22. *art.* 1. *prope fin.* Nau. *in manual. c.* 22. *n.* 9. cum aliis per Barbos. *ad d. c.* 4. *Concil. n.* 1. *& in tr. de potest. Episcopi p.* 2. *alleg.* 44. *n.* 14.

Sup. hac doctrina pro peccato in to. 2. tr. 5. ex Ref. 112. §. Sed ego, paulo post initium, à verb. Respondeo & in aliis eius nnt.

3. Secundò, idem Concilium *sess.* 24. *c.* 1. *de reform.* præcipit, vt imposterum antequam matrimonium contrahentium Parocho publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum, & nihilominus si matrimonium prætermissis denunciationibus contrahatur, validum est, vt tenent DD. quos longa serie citat idem Barbosa *add. cap.* 1. *num.* 28. *& de potest. Episcopi alleg.* 32. *num.* 9. Rota *decis.* 390. *num.* 5. *part.* 5. *in recent. & decis.* 141. *num.* 12. post tractatum moderni *de manutent.*

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. Res. 62. & ex Res. 71. §. vlt. & in Res. 73.

4. Tertiò, idem Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de regul. cap.* 17. statuit, quòd Nouitia non admittatur ad Professionem, nisi prius explorata fuerit eius voluntas per Episcopum, vel eius Vicarium, vel deputatum ab eis; Si tamen non præcedente dicta exploratione puella profiteatur, valet Professio, Sanchez *ad precept. Decalogi lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 84. Mirand. *de Sacr. monial. qu.* 8. *num.* 4. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 100. *n.* 9. Menochius *cons.* 396. *num. vlt. vol.* 4. Lezana *in summa cap.* 25. *num.* 12. Tamburio, *de iure Abbatum disputat.* 6. *qu.* 3. *n.* 6. & ita resolutum fuisse à sacra Congregatione Concilij, testatur Zerola *in praxi Episcop. verb. monialis, vers. ad* 14.

Quoad hoc pro peccato in tom. 7. tr. 1. ex Res. 325. §. vlt. in fine, & pro examine necessario eunsim ad medium præcitati. §. à vers. Et ita. & pro validitate ibi io Res. 159. §. Potest etiã. & lege etiam doctrinam Res. nor. seq. Quæ hic est in tom. 6. tr. 1. Res. 30.

5. Nec obstat dicere, quòd in dictis locis Concilium non vtitur verbo, *Potest*, cum negatiua, quod importat formam, vt asserunt Doctores, quos ad satietatem adduxi *in part.* 10. *tract.* 12. *resol.* 7. Nam, vt ibi etiam ex multis firmaui, hæc doctrina vniuersaliter non est vera, ergo &c.

6. Sed, his non obstantibus; prorsus contrariam sententiam sustinendam esse puto, & contra Lessium affirmatiuam sententiam omnino improbabilem puto, & est contra communem sententiam Doctorum, asserentium talem confessionem esse inualidam, quia quamuis Concilium non apponat Clausulam irritantem, tamen cùm apposuerit formam, quidquid sit sine illa, irritum est, & inane, tum etiam quia sine approbatione non confertur iurisdictio, & sine iurisdictione validè non potest ferri sententia, & vtrumque est in iure certissimum, & sic non immoror in probationibus.

7. Et ita docet Vuigers *in supplem.* 3. *part. D. Thom. q.* 8. *art.* 4. *num.* 14. Thomas Hurtadus *var. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. §. 1. *dub.* 4. *n.* 2068. Vnde Amicus *in Cur. Theol. tom.* 8. *disp.* 15 *sect.* 3. *n.* 93. sic ait; Communis sententia Theologorum est, approbationem Episcopi post Tridentinum esse necessariam necessitate Sacramenti, & non tantum præcepti, adeò vt si quis tentet, nihil efficiet. Vnde pœnitens, etiamsi bona fide accedat ad Sacerdotem ab Episcopo non approbatum, tenebitur iterum peccata confiteri, cum primum id notauit; atque ita ferunt declarasse Congregationem Cardinalium, qui authoritatem habent explicandi Concilium. Ita ill Sed de hac quæstione à nobis alibi pertractat n.

Alibi vt in annot. prima huius Res.

8. Sed quæro hîc obiter, an Confessarius approbatus v. g. Romæ, si mutet domicilium, & proficiscatur Mediolanum, possit ibi audire Romanos; etiamsi non fuerit approbatus ab Episcopo Mediolanensi. Casus est curiosus, & apud Auctores non passim obuius, & affirmatiuè posset aliquis respondere; eo quod approbatio, vt suppono, quia fuit data absolutè, & simpliciter adhuc durat, quamdiu non reuocatur; non reuocatur autem præcisè ex eo, quod Sacerdos approbatus aliò transfert domicilium, vt hinc patet, quod si ipse iterum repetat prius domicilium, hoc ipso ibi absque alia approbatione potest audire confessiones.

Sup. hoc supra in Res. 9. & 10. & in alio §. eius secundæ not.

9. Quòd si dicas, approbationem in hoc casu suspendi, quatenus Sacerdos incipit habere alium Ordinarium, à quo proinde indiget approbari. Contra est, primò, nam Sacerdos in præsenti casu verè censetur approbatus à suo Ordinario, nempe ab eo, qui quando illum approbauit, erat eius Ordinarius. Contra est secundò, nam Sacerdos, etiam mutato domicilio, adhuc videtur manere subditus Ordinarij; à quo fuit approbatus, non quidem ratione domicilij (vt patet) sed quoad ministerium audiendi confessiones subditorum ipsius, quomodo DD. dicunt cum Suarez. *de pœnit. D.* 18. *sect.* 6. *n.* 13. posse Episcopum approbare Sacerdotem non subditum, si iste quoad hoc ei se subiiciat; præsertim cùm subiectio non videatur requirere domicilium, vt constat in feudario, qui quoad feudum potest esse subditus Regis Galliarum verbi gratia & tamen habere domicilium in Hispania, quod si concedatur, concedendum etiam videtur Sacerdotem approbatum in aliqua Diœcesi, posse etiam mutato domicilio, audire confessiones subditorum illius Diœcesis, in qua erat approbatus; Cùm hoc non obstante, possit dici manere subditus illius Episcopi quoad auditionem confessionum; sicque nulla adsit ratio, cur dicatur desinere esse approbatus.

10. Sed his non obstantibus ego non recederem à sententia negatiua, quam docet Cardinalis Lugo (licet ad argumenta superiùs posita non respondeat, nec obseruet) *de pœnit. disputat.* 21. *sect.* 2. *num.* 35.

11. Nota hîc etiam, Thomam Hurtadum *var. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. §. 2. *dubium* 10. *numero* 2001. nominatim contra me nimis dubitare, An sæcularis mox ingressurus Religionem possit absolui à Regulari non approbato ab Episcopo?

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Res. 108.

12. Sed nostram sententiam præter Becchium sequitur etiam Peyrinus & *tom.* 1. *priuileg. cap.* 3. *num.* 3. Pater Pellizzarius *in man. regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 2. *sect.* 1. *subsect.* 1. *num.* 28. vbi docet, Nouitios quamuis nondum indutos veste religiosa, posse confiteri Sacerdoti per solum Prælatum regularem probato, si quidem de breui accingendus in fauorabilibus habetur pro accincto *leg. penultim. ff. de milit. testament.* adeóque sicut Nouitius veste religiosa iam indutus, potest confiteri Sacerdoti approbato solùm à Prælato regulari; ita & poterit confiteri; etiamsi nondum sit indutus religioso habitu, dummodò breui illum recepturus sit. Ita Pellizzarius.

13. Sed quæres hîc obiter, An possit Episcopus dare subdito potestatem eligendi Confessarium per eandem potestatem, approbando talem; etiamsi antea approbatus non fuit. Respondetur non posse, quia hoc non esset aliud, quam dare facultatem eligendi Confessarium, quamuis non approbatum

Quoad hoc infra ex Res. 41. lege doctrinam §. Sed hic quæro.

batum, qood si Papa vsurparet hunc modum, censeretur dispensare in forma Concilij, quod postulat approbationem in particulari factam de tali persona.

14. Dices: Potest Episcopus dare pœnitenti facultatem approbandi Confessarium pro aliis? Ergo etiam pro se ipso pœnitente. Respondeo Episcopus illud potest, si pœnitens sit vir doctus, & idoneus, qui approbet, hîc tamen alia est facultas approbandi, & alia eligendi, & necesse est vt facultas approbandi prius exeat in actum, quàm facultas eligendi; neque eo ipso, quo datur potestas eligendi, præsumitur dari potestas approbandi, cum ad vnam possit quis esse idoneus, & non ad alteram. Et ita docet Mercerus *in supplement. 3. partis D. Thom. qu. 8. dub. 2.*

RESOL. XXVII.

An Confessio facta simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo sit nulla?

Et quid, si in tali casu pœnitens bona fide confiteatur, non approbato, seu alieno Sacerdoti, vel si Sacerdos etiam bona fide illum audiat?

Et an talis confessio iteranda sit habenti iurisdictionem circa illam?

Et notatur, quod Sacerdos sine approbatione absoluens non incurrit aliquam censuram, aut irregularitatem. Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 2. Res. 52.

Sup. hoc in Res. præterita, & lege annotationem seq. & Res. dictæ not.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Suarez *tom. 4. disp. 34. sect. 2.* Sed aduersùs illum insurgit Crousers *in Regulam S. Francisci, c. 7. lect. 3. fol. 498.* Primò quia ex multis Canonibus antiquis constat, quòd statim ac aliquis Presbyter fiebat, sola populi, vel alicuius pœnitentis electione poterat pœnitentibus ministrare Sacramentum pœnitentiæ. Ex quo inferri potest, vel quòd ex vi ordinationis Sacerdotes omnes acciperent potestatem iurisdictionis; vel quòd simul cum Sacramento Ordinis ab Ecclesia omnibus daretur dicta potestas, tanquam aliquid communi consuetudine annexum Ordini Sacerdotali. Cùm ergo constet olim omnibus Sacerdotibus etiam simplicibus licitum fuisse confessiones etiam peccatorum mortalium nunquam confessorum, audire & absoluere: nec aliquo canone ostendi possit postea fuisse prohibitum, saltem in tanto rigore, quòd absolutio per ipsos data nulla esset ipso facto: quia non statim, quicquid prohibitum est, ipso iure nullum est, neque etiam videatur expediens, aut necessarium, tanto rigore id interdicere (ad quid enim nisi ad illaqueandas animas tantus rigor?) meritò nobis non probatur sententia Suarez, & aliorum quorumdam: diximúsque, quòd quamuis Sacerdotibus quibusdam prohibitum sit à mortalibus absoluere, quæ aliàs Papæ, Episcopis, vel Prælatis Regularibus non sunt reseruata, non propterea tamen eorum absolutionem esse nullam ipso facto, sed manere validam, quoniam, vt inquit Suarez in casu non multum absimili, prohibitiones quæ allegantur, non habent verba irritantia, sed prohibentia tantùm; & in rebus, quæ pertinent ad augendum rigorem, sufficiens argumentum, vt non admittantur, est, si non satis probentur: ita Suarez *tom. 5. disp. 10. sect. 3. n. 10. & 11.* illud autem probamus, quia si illorum absolutio esset nulla, verè tunc omnia peccata mortalia essent reseruata, sed non omnia mortalia sunt reseruata: immò nec reseruari possunt, nec debent, vt ostendimus ex Concilio Tridentino, quod atrociora tantùm & grauiora quædam reseruari oportere censet: ergo absolutio simplicibus Sacerdotibus quorumlibet mortalium non est ita prohibita, vt etiam sit nulla. Et contrarium docere, est contra Concilium Tridentinum, quod non vult admitti hunc reseruationis rigorem circa quælibet peccata mortalia.

2. Dicet Suarez, quòd non omnia mortalia propterea dici debent reseruata, quia multi infra Prælatos ius reseruandi habentes, possint etiam potestate ordinaria absoluere à mortalibus communioribus. Respondeo hanc responsionem non euacuare difficultatem ex Tridentino propositam, quia multi potestate ordinaria possunt absoluere à casibus Papæ reseruatis, vt Episcopi, & Prælati Regulares, qui tamen casus propterea non censentur esse non reseruati. Tandem probari potest sententia nostra, quia ex Concilio Tridentino sola absolutio eorum quæ Prælatis reseruantur, decernitur ipso iure nulla: ergo reliquorum absolutio, quantumuis prohibita, non est ipso iure nulla, si bona fide recipiatur à pœnitente, quantumuis etiam mala fide detur: ratio est, quia exceptio firmat regulam in contrarium.

3. Vt verò doctrina superiùs tradita magis confirmetur, operæ pretium erit, examinare aliquos Canones, vel Decreta, quibus prohibentur aliqui Sacerdotes, ne ministrent pœnitentiæ Sacramentum, & videre, verùm talis prohibitio inducat nullitatem Sacramenti pœnitentiæ contra eam ministrati.

4. Habemus autem *2. q. 3. dist. 7. in cap. placuit.* Quòd nulli Sacerdotum liceat alteri Sacerdoti commissum ad pœnitentiam suscipere, sine eius consensu, qui contra fecerit, gradus sui periculo subiacebit.

5. Habemus etiam *cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* alienum Sacerdotem non posse aliter, quàm de licentia proprij Sacerdotis obtenta pœnitentem soluere vel ligare.

6. Habemus insuper *c. si Episcopus. de pœnit. & remiss. in 6.* nulla posse consuetudine introduci, quòd aliquis præter Superioris sui licentiam confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit absoluere, vel ligare.

7. Habemus tandem in Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 11.* quòd quamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant; decernit tamen sancta Synodus nullum etiam Regularium posse confessiones sæcularium Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si eis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis & consuetudine etiam immemorabili non obstantibus.

8. Hi sunt Canones, quibus prohibetur, ne passim quilibet Sacerdos quemlibet pœnitentem absoluat: vel ne passim quiuis pœnitens quemuis Sacerdotem in Confessorem eligat. Oportet ergo nunc videre, vtrùm per has prohibitiones, vel per aliquam illarum nullitas actus prohibiti inducatur. Hoc autem aliter faciliùs constare non potest, quàm ostendendo, quod per huiusmodi prohibitionem aliquid effectum sit, vel circa Sacerdotem, vel circa pœnitentem; quo posito actus absolutionis necessariò est nullus: cùm enim validitas huius actus ex his duobus tantùm pendeat, inualiditas eiusmodi actus prouenire non potest nisi ex

aliquo

aliquo defectu, qui sit in altero horum duorum, inducto scilicet ob præfatas prohibitiones. Quod si ostendi non potest per illas prohibitiones aliquid effectum, vel circa Sacerdotem quemlibet, vel quemuis pœnitentem, quo posito actus sit inualidus, profectò sine vlla ratione ex einsmodi prohibitionibus iudicatur inualidus.

9. Quod autem id non possit ostendi probatur primò ex parte Sacerdotis cuiuslibet, à quo certum est auferri non posse potestatem soluendi & ligandi per vllam prohibitionem humanam; quandoquidem, vt definitur in Tridentino, in ordinatione illam recipiat. Hæc autem potestas cùm sola sit totum principium actiuum actus absolutionis & remissionis peccatorum, vt supra fusissimè probauimus, & tolli omnino non possit, sequitur necessariò, quòd nulla prohibitione humana circa Sacerdotem aliquid effici possit, quo posito actus absolutionis reddatur inualidus: imò etiamsi per Canones aliquid potestatis huius actus effectricis posset a Sacerdote tolli, non potest tamen ostendi te ipsa sublatum esse: nam quòd Canones prohibendo dicunt (non possit absoluere, vel non valeat aliquis eligere) verba sunt simplicem prohibitionem importantia; ratione cuius, qui prohibitus est, eò quòd non potest licitè facere contrarium, simpliciter dicitur nec posse, nec valere facere quod est prohibitum; non autem sunt verba decernentia nullitatem actus: tum quia non statim actus prohibitus eo ipso est nullus; tum etiam quia constat plerasque prohibitiones, quas certum est nullitatem actus prohibiti omnino non inducere, eisdem verbis esse factas. Quòd si per huiusmodi prohibitionem aliqua potestas tollitur à Sacerdote, illa non est, nisi potestas executionis, de qua suprà, sine qua tamen actus potest esse validus.

10. Probatur secundò ex parte pœnitentis cuiuslibet, cui saltem secundùm omnes ferè doctores licitum fuit olim se submittere cuilibet in foro secreto pœnitentiæ. Quòd autem hæc libertas restricta videri possit alicui per *cap. si Episcopus*, in quo decernitur à Bonifacio VIII. nulla consuetudine introduci posse, quòd aliquis præter sui Superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat, qui eum possit soluere & ligare.

11. Respondeo primò *in cap. si Episcopus*. Non restringi prædictam libertatem, aut prohibitionem aliquam fieri; sed declarari talem libertatem introduci non posse aliqua consuetudine, scientibus & contradicentibus Superioribus, vt constat ipsos contradicere absolutionibus casuum reseruatorum factis sine sua licentia, sine qua in eo capite probatur non licere reseruatorum absolutionem.

12. Respondeo secundò, Etiamsi esset aliqua prohibitio in prædicta Bonifacij Constitutione, circa Confessarij electionem absque licentia Superioris faciendam, huiusmodi tamen prohibitione non potest censeri annullara, aut irrita electio Confessarij contra eam facta: nam etiamsi absolutè & vniuersaliter ibidem diceretur, nullus valeat eligere (quòd tamen non fit;) his verbis tamen non esset sufficienter expressa lex prohibens actû, & eumdem annullans. Probatur primò. Quia commodè, & absque torsione aliqua dici potest, neminem sine licentia valere eligere Confessarium, qui eum licitè possit absoluere; ita quòd eiusmodi electio non quidem absolutè, & respectu cuiuslibet effectus ad eam consequentis esset inualida, sed respectu eius tantùm, quod est Sacerdotem, ex ea licitè absoluere: quia in dicta prohibitione dicitur; non valeat eligere Confessarium, qui possit, videlicet licitè.

13. Probatur secundò. Quia cùm huiusmodi actuum irritationes, & annullationes sint maximè odiosæ, non debent censeri aliqua lege contineri, vel induci nisi verbis clarissimis. Probatur à simili de matrimoniis clandestinis, quæ etiamsi prohibeantur 30. *quæst.* 5. immò ibidem in cap. aliter legitimum, declarentur non esse coniugia; sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, vel fornicationes, inquit, potius quam legitima coniugia esse non dubitatur. Ex huiusmodi tamen verbis nullus vnquam matrimonia clandestina irrita esse pronunciauit, quousque id statutum expressè fuerit per Concilium Tridentinum: ergo multò minùs nullitas absolutionis inducta censeri debet per constitutionem Bonifacij VIII. Probatur tamen ex Concilio Tridentino *suprà*, vbi nihil propterea requiritur in Sacerdote in confessorem eligendo, nisi quòd sit approbatus: quæ tamen conditio si desit illi, quamuis prohibeatur absoluere, non tamen irritatur factum, si absoluere non approbatus tentauerit. Hucusque Ctousers. Et idem docet *lib.* 14. *fol.* 724. *& lect.* 21. *fol.* 702. Vnde ex eius sententia sequeretur, quòd si quis bona fide confiteretur cum Sacerdote non approbato ab Ordinario, Confessio esset valida, & non iteranda. Et hanc sententiam Durandus *in* 4. *sent. distinct.* 19. *quæst.* 2. putat non improbabilem; & tribuitur etiam Armacano *lib.* 10. *de quæstionib. Armenorum, in principio.* Sup. hoc in Ref. præcedenti, & infra in tr. 4. ex Ref. 9. §. 1. & signanter 2. & in §. eiusnot. & lege §. vlt. dictæ Ref. & omnes Ref. eius vltimæ annot.

14 Sed hæc opinio nec tuta, nec probabilis dici potest; immò seueriori censura dignam esse puto, cùm certissimum sit ad valorem Sacramenti non sufficere solùm id, quod accipitur in ordinatione. Ita habetur in Tridentino *sess.* 14. *cap.* 7. vbi dicitur nullius momenti esse absolutionem, quam Sacerdos profert in eum, in quem ordinariam, aut subdelegatam iurisdictionem non habet: & *Can.* 11 damnat eum, qui dixerit, Sacerdotem sine licentia Prælati Superioris verè absoluere à casibus reseruatis, vbi apertè negatur valor absolutionis, quando deest facultas Superioris. Idem magis implicitè definitum fuerat in Concilio Florentino ab Eugenio in suo Decreto, vbi dicitur, ministrum huius Sacramenti esse Sacerdotem habentem, vel ordinariam vel delegatam potestatem, in quo tanquam in re ad dogmata petrinente conueniunt omnes Theologi.

15. Nec valet dicere supradictis obstare verba Christi, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis,* &c. quæ cùm singulis Presbyteris in sua ordinatione dicantur, videntur vniuersaliter intelligenda, & sonant, ergo absque vllo alio habet Sacerdos ex sua ordinatione potestatem absoluendi omnes à suis peccatis. Secunda difficultas desumitur ab exemplo aliorum Sacramentorum: quia enim Episcopus habet potestatem confirmandi, & conferendi ordines, & Sacerdos habet potestatem vngendi infirmum: licèt nec Episcopus possit licitè confirmare, aut ordinare non subditum, nec simplex Sacerdos possit licitè vngere absque licentia Parochi: confirmatio tamen, ordinatio, & vnctio validæ erunt, quia adest materia, forma, & minister eum facultate, in ordinatione, aut consecratione accepta: ergo absolutio etiam licèt feratur in non subditum, valida erit, propter eamdem rationem, licèt non sit licita.

16. Nam respondeo difficultates supradictorum

rum argumentorum pendere ex ratione peculiari, quæ est in Sacramento: quam rationem ponderauit Concilium Tridentinum *illo cap.* 7. ad probandam hanc doctrinam his verbis. Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit vt sententia in subditos dumtaxat feratur: persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem, &c. In quibus verbis totum hoc reducitur ad rationem iudicij, quæ propria est huius Sacramenti, ac non aliorum. Quare sicut ex eo quòd Sacramentum matrimonij includat contractum humanum, subdit conditiones contractuum, atque adeò eius valor requirit habilitatem contrahentium, quæ tolli aut poni potest ab Ecclesia: si hoc Sacramentum, quia iudicium quoddam est, requirit superioritatem & subditos, qui ab Ecclesia dari vel auferri possunt Vnde verba Christi, licèt vniuersaliter videantur sonare potestatem, eo tamen ipso, quòd datur potestas ad absoluendos subditos per modum iudicij, intelligitur data respectu subditorum, qui legitimi subditi sint. In aliis verò Sacramentis quæ non exercentur per modum iudicij non pendet eorum valor à prohibitione, vel permissione Ecclesiæ, quia validè exercentur etiam circa non subditos.

17. Petes tamen: quomodo ex verbis Christi colligat Ecclesia, Sacerdotes non accipere totam potestatem iudiciariam expeditam in sua ordinatione: possent enim tunc fieri iudices absque vlla dependentia ab Ecclesia in vsu valido suæ iurisdictionis; sicut fiunt medici ad curandos infirmos per vnctionem absque tali dependentia ab Ecclesia. Respondetur id totum colligi ex ratione iudicij: nam iudex, qui non est merus arbiter, cuius sententia non obligat propter auctoritatem iudicis, sed propter pactum litigantium, qui promiserunt illam obseruare, debet habere potestatem obligandi, atque adeò debet esse Superior eorum, quibus ius dicit, vt possit eos ligare, vnde optimè infertur non posse proferri sententiam nisi in subditos. Aliunde autem pro certo supponitur, non esse omnes & singulos Christianos subditos singulorum Sacerdotum ex Christi institutione: hoc enim peruerteret Hierarchicum ordinem, quem Christus in sua Ecclesia reliquit: in qua voluit alios esse superiores, alios inferiores: si autem omnes Sacerdotes ex sua ordinatione haberent omnes Christianos sibi subditos, iam omnes Sacerdotes essent iudices supremi & Principes æquales absque vlla subordinatione, quod esset omnino contra totum Ecclesiasticum ordinem.

18. Et hæc omnia supradicta docet doctus Pater Ioannes de Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disp.* 5. *sect.* 2. *num.* 16. *& seq.* Ioannes Molanus *in Compend. Theol. pract.* 1. *cap.* 11. *conclus.* 1. *num.* 2. & communiter omnes Theologi & Casuist. Et ideò cauendum est à supradicta sententia Crousers. Vnde Gregorius XV. in Declaratione 12. super Bullam latam Nonis Februarij 1622. quæ incipit *Inscrutabili*, statuit Confessariis non approbatis confessiones factas esse nullas, vt rectè obseruat nouissimè Zambellus *in Reper. Mor. verb. Confessor quoad auctoritatem, n.* 5. & docet etiam nouissimè Franciscus Zipæus *in Consultationibus Canonicis, lib.* 5. *tit. de Pœnit. & Remiss. consult.* 2.

19. Vnde pro Coronide huius resolutionis non desinam hîc apponere verba P. Thesauri *in pract. de pœnis, part.* 2. *verb. absolutio Sacramentalis, cap.* 2. vbi sic ait: Amplia hanc conclusionem, vt procedat, etiamsi pœnitens bona fide confiteatur non approbato, seu alieno Sacerdoti sine licentia competente; vel Sacerdos etiam bona fide illum audiat & absoluat: nam etiam tunc non perficitur Sacramentum; quia hæc irritatio actus non est pœnalis, sed diffinitiua, & ex natura rei, ob defectum iurisdictionis, sine qua non potest perfici hoc Sacramentum: vt Trident. c. 7. *sess.* 14. *de Sacram. pœnit.* text. *in cap. dudum* 54. *de elect.* & *ibi* Glossa, & Doctores communiter *in verb. decepta*. Vnde talis confessio iteranda est habenti iurisdictionem circa illam, Ioannes Andreas *in d. cap. dudum*. Abbas *ibi n.* 10. Nauarrus *in cap. placuit, de pœnit. dist.* 6. *num.* 180. qui ponunt exemplum, si quis confiteatur Parocho intruso. Hucvsque Thesaurus: qui tamen optimè obseruat Sacerdotem sine approbatione absoluentem non incurrere aliquam censuram, vel irregularitatem.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Res. 27.

RESOL. XXVIII.

An qui bona fide confitetur cum Confessario valde ignorante, teneatur postea confessionem iterare?

Et deducitur, quòd quando quis integrè fassus est peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale, quamuis enim Confessor simili dubio teneretur, non est confessio iteranda illius peccati, si postea alteruter doctior factus, aut aliis consultis, nouit id peccatum esse mortale, nisi aliunde confessio fuerit irrita? Ex part. 3. tr. 4. Res. 120. aliàs 121.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *q.* 93. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 2. quia bona fides amplius efficere non potest, quàm excusare à culpa pœnitentem accedentem ad Sacerdotem ignorantem.

Sup. hoc in duabus Res. seqq. & infrà lege Res. 38. quamuis eius doctrina sit pro articulo mortis.

2. Sed contrariam opinionem tuetur Henriquez *lib.* 2. *de pœnit. cap.* 14. *num.* 5. vbi sic asserit. Qui bona fide confitetur ignoranti, quem postea nouit nescisse distinguere inter mortalia, & venialia, non videtur cogendus iterare confessionem, quia ille potuit, & voluit benè dispositum absoluere, quamuis defecerit in prudentia circa medicinam, & satisfactionem imponendam. Ita ille, & post illum Sanchez *in Sum. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 69. sic asserens. Quando pœnitens integrè fassus est peccatum quod fecit, dubitabat tamen, an esset mortale. Quamuis enim Confessor simili dubio teneretur, non est iterum confessio illius peccati repetenda, si postea alterùter doctior factus, aut aliis consultis nouit id peccatum esse mortale, nisi aliunde confessio fuerit irrita, vt quia data opera quæsiuit ille Confessorem ignarum, ac sufficientem ad eius confessionem excipiendam. Sic Sanchez, & ego.

Sup. hoc in Res. 2. not. præteritæ. lege §. Ex his & infrà Res. 37. post medium, à vers. qui tamen. & pro data opera contenta in fine huius Res. in Res. 2. not. primæ huius Res. §. Notandum.

RESOL. XXIX.

An pœnitens teneatur reiterare confessionem factam bona fide cum Confessario ignorante, licet peccauerit Sacerdos, nisi bona fide excusetur?

Et an, in casu ignorantia proprij Parochi, possit pœnitens confiteri alteri Sacerdoti absque licentia proprij Parochi? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Res. 201.

§. 1. Negatiuè respondeo, quia dicta confessio non fuit inualida, & nulla, cùm actus pœniten

Sup. hoc in Res. præteri-

ta, & in Ref. seq. & quamuis pen articulo mortis, lege tamẽ infrà controuersiam Ref. 32.

pœnitentis cogniti, vt peccata, sunt materia sufficiens absolutionis. Ergo absolutio supra illam cadens erit valida, licèt peccauerit Sacerdos (nisi bona fide excusetur) quia causa insufficienter cognita tulit sententiam absolutionis. Et ita docet Gabriel *in 4. distinct. 17. art. 2. quæst.* 8. Petrus Sotus *lect. 6. de confessione.* Ægidius Coninch, Suarez, & alij, quos citat, & sequitur Gaspar Hurtado *de Sacram. disp.* 10. *de pœnit. diffic.* 15. quibus ego addo Franciscum Syluium *in 3. part. D. Thomæ qu.* 8. *art.* 5. *quærit. r* 7. vnde dictam confessionem non esse repetendam docet Marcetus *de Sacram. in 3. part. D. Thom. quæst. 9. art.* 1. quod ego alibi etiam docui *in 1. part. tract.* 4. *resol.* 121. Verùm ego ibi pro contraria sententia adduxi Vasquez, cui nunc addo Homobonum *in consult. casuum conscient. volum. 2. part. 5. respons.* 86. Turrianum *de pœnit. disp. 25. dub.* 2. Victoriam *in summa de confessione, num.* 168. & alios, quia in tali casu absolutio fertur à iudice, causa insufficienter cognita. Ergo, &c. vnde vtramque opinionem probabilem esse existimo.

Quæ hic est Ref. antecedens.

Sup. hoc in Ref. 1. post seq. & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 39. §. Sextus casus.

2. Non desinam etiam hîc obiter adnotare in casu ignorantiæ proprij Parochi permitti pœnitentibus confiteri alieno Sacerdoti absque licentia proprij, ex *cap. placuit 9. quæst. 2. de pœnit. dist.* 6. Ita Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 2 dub.* 3. Nauarrus, & Medina, quos citat, & sequitur Hurtado *vbi suprà difficult.* 11. quod intelligendum est, quando Parochus est adeò ignorans, vt confessio illi facta sit nulla, aut illicita, ratione ignorantiæ ipsius, secundùm posteriorem opinionem, quam *suprà* posuimus, & etiam intelligitur quando non est alius Sacerdos, qui ex priuilegio, aut aliter habeat iurisdictionem delegatam.

Sup. hoc in Ref. 1. post seq. §. 1. prope finem vers. Alij addunt.

3. Verùm his non obstantibus Sotus *in 4. dist. 18. q. 4. art.* 2. & Canus Bellet. *de pœnit. punct.* 5. docent in tali casu non permitti pœnitentibus confiteri alieno Confessario absque licentia proprij; sed nostra opinio est probabilior. Vide Hurtadum *loco citato.*

RESOL. XXX.

An confessio facta Sacerdoti ignoranti ea, quæ communiter scire tenetur, sit inualida, & iteranda, & peccet talis Sacerdos illud Sacramentum ministrans?

Et an si pœnitens confiteatur Sacerdoti sic ignoranti, eius ignorantiam aduertens, peccet mortaliter?

Et infertur, quod quamuis pœnitens confiteatur aliquod peccatum vt veniale, quod verè sit mortale, non tenetur postea pœnitens iterum confiteri tale peccatum: quia non est de essentia huius Sacramenti, vt Sacerdos & pœnitens cognoscant totam grauitatem culpæ. Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 22.

Sup. hoc in duabus Ref. præcedentibus, & quamuis pen articulo mortis, lege tamen infrà Ref. 32.

§. 1. Esse inualidam docet Richardus, Syluester, Caietanus, & Nauarrus, quos citat, & sequitur Bossius *de Iubil. sect. 3. cas. 2. §. 3. num.* 168. quibus ego addo Petrum Ochagauiam *de Sacram. tract. 2. dub.* 3. Vasquez *in 3. part tom. 4. quæst. 93. art. 3. dub.* 1. & ratio est, quia ad actum iudicialem, qualis est confessio, requiritur cognitio causæ ex parte Confessoris, aliàs iudicium inane erit, nam in tali casu absolutio daretur à iudice causa insufficienter cognita; & Sacerdos ita ignarus in audiendis confessionibus ita se habet, ac si ille peccata non perciperet ob surditatem, somnum, &c. ergo. Hæc sententia est probabilis.

2. Sed non minus probabilem contrariam esse existimo, quam tuetur Præpositus *in 3. part. D. Thom. quæst. 7. de ministro sacrament. Pœnit. dub. 9. num.* 66. Hurtado *de Sacram. disput. 10. de pœnit. difficult.* 15. Henriquez *lib. 2. cap. 14. §.* 5. Mercerus *in 3. part. D. Thom. de Sacrament. quæst. 9. art.* 1. Syluius *in addit. ad 3. part. quæst. 8. art. 5. quæritur* 7. Didacus Nugnus *ibidem dub.* 4. Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 22. sect.* 6. Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 9. num.* 254. & Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 9. difficult.* 68. *n.* 7. vbi sic ait. [Auiendo potestad de orden y jurisdicion, aun que faltasse ciencia al Sacerdote (aunque pecaria administrando el Sacramento) seria valido lo que hiziesse, porque aqui ay materia, forma, y ministro con deuida intencion, lo qual basta para hazer verdadero Sacramento.] Sic ille, & ante illum Ioan. Valerus *in different. ver. fori. ver. nullitas, differ. 6. num.* 1. vbi ita ait. Infertur ex *l. Barbarus*, vbi est expositus Confessarius notabiliter ignarus, nesciens distinguere inter peccatum mortale & veniale, nec alia necessaria ad dictum Sacramentum benè administrandum; si aliàs communiter reputetur idoneus, quia approbatur ad confessiones recipiendas, tali communi errore & approbatione excusari pœnitentem bona fide ad eum accedentem, & validari confessionem, adeò vt non teneatur dictus pœnitens reiterare confessionem, etiam postquam rescierit eius ignorantiam. Hæc Valerus, vbi citat Gabrielem, Adrianum, Medinam, Cordubam, & D. Thomam.

3. Notandum est tamen quòd si pœnitens confiteatur Sacerdoti sic ignoranti, eius ignorantiam aduertens, peccauit mortaliter, ac proinde quantum est ex parte ipsius confessio, fiet nulla defectu doloris & integritatis confessionis, & in hoc casu sequenda erit prima sententia.

Sup. hoc suprà in Ref. 25. cursim in fine.

4. Ex his à fortiori infertur, quòd quamuis pœnitens confiteatur aliquod peccatum vt veniale, quod verè est mortale, non tenetur postea pœnitens iterum confiteri tale peccatum, quia non est de necessitate & valore eius Sacramenti, vt Sacerdos & pœnitens cognoscant totam grauitatem culpæ. Tum quia quando Confessarius scit discernere in communibus peccatis, an sint mortalia, necnè, quamuis aliqua minus communia ignoret, & apprehendat vt venialia, cùm sint mortalia, non est scrupulus iniiciendus in pœnitentem, vt teneatur hæc iterum confiteri, quia aliàs sequeretur quoties Sacerdos non intellexisset circumstantias mutare speciem, etiamsi pœnitens illas sufficienter declararet, postea cognita ignorantia Confessarij à pœnitente, teneri iterum ea confiteri, quod onerosam nimis redderet confessionem. Et hæc omnia docet Valerus *vbi suprà num.* 4. ex Corduba, & Victoria.

Sup. hoc ibidem prope finem à vers, Quando pœnitens integrè. & infrà Ref. 137. post medium, à vers, qui tamen.

5. Dicendum est igitur absolutè, quòd confessio non est inualida propter solum defectum scientiæ Sacerdotis, modò cætera adsint, quia licèt Confessarius sit ignarus, si tamen sit approbatus, & habeat iurisdictionem, adsunt materia, forma, & Minister cum intentione; ergo si pœnitens agit bona fide, & sufficienter dispositus accedit, Sacramentum valebit. Deinde si eiusmodi absolueret in articulo mortis, absolutio teneret: ergo & extra illam, quia casus necessitatis non facit, vt quod alioquin est natura sua inualidum, fit propter eam validum. Neque est simile de Confessario, vel qui non sciret idioma pœnitentis, vel dormiret eo

confitente,

Quæ hic eſt ſuprà Reſ. 28.

confitente, quia tunc Confeſſarius non audiret peccata, confeſſionémque peccatorum. Vnde rectè ego contra Vaſquez *in 3. part. tract 4. reſol. 121.* docui talem confeſſionem non eſſe irritandam, etiamſi pœnitens neſcierit poſtea ignorantiam Confeſſoris; vt dixit Valerus *vbi ſupra*, & alij.

RESOL. XXXI.

An propter ignorantiam proprij Parochi poſſit ſubditus eligere ſibi alienum Sacerdotem in Confeſſarium?

Et an liceat eligere Confeſſarium, relicto proprio, quando ſcilicet ille proprius nequam eſt adeo, vt pœnitens meritò timeat ſibi damnum graue ab illo?

Et an, qui habet facultatem eligendi ſibi Confeſſarium, poſſit eligere ſimplicem Sacerdotem non approbatum?

Et quid de Epiſcopis, Cardinalibus, & Regularibus circa hoc? Ex part. 11. tr. 5. & Miſc. 5. Reſ. 30.

Sup. hoc. ſuprà ex Reſol. 29. §. penult. & vlt. & in tom. 3. tr. 1 ex Reſ. 39. § Sextus caſus

§. 1. COmmunis ſententia affirmat. Ita Medina *Cod. de confeſſ. quæſt.* 35. Vaſquez *in 3. part. tom. 4. qu. 93. art. 2. dub. 3.* & alij. Et pro fundamento huius ſententiæ adducam textum *in cap. placuit quæſt. 2. de pœnitentia diſt. 6.* vbi ſic habetur: *Placuit vt deinceps nulli Sacerdoti liceat quemlibet commiſſum alteri Sacerdoti recipere ad pœnitentiam ſine conſenſu eius, cui ſe prius commiſit, niſi per ignorantiam illius, cui peccans prius confeſſus eſt.* Dicunt tamen non ſufficere quamlibet ignorantiam Confeſſarij. Sed debere eſſe in eo gradu, quo confeſſionem redderet irritam. Addunt non poſſe eligi alienum, quando eſſent alij Confeſſarij apti, qui ſaltem ex commiſſione iuriſdictionem haberent: quod tamen alij limitant, ſi habeant commiſſionem à Parocho, vel Epiſcopo, ſecus ſi à Papa: quia, ſi pœnitens non tenetur recurrere ad Papam, ita nec ad eius commiſſarios. Item alij dicunt, non poſſe eligi alienum, quando eſſet aditus ad Epiſcopum. Alij addunt debere ſaltem peti facultatem ab ipſo Parocho; quod tamen alij reiiciunt. Alij extendunt hanc facultatem ad alios caſus ſimiles, vt ſi Parochus ſoleat reuelare confeſſionem, vel prouocare ad malum: imò Gabriel extendit ad caſum quo Parochus eſſet excommunicatus, aut ſuſpenſus. Alij cum quibus Vaſquez, volunt ſolum habere locum in caſu ignorantiæ.

Sup. hoc quã uis non plenè, lege tamen doctrinam §. Hoc ſuppoſito. Reſ. 2. not. præteritæ.

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 29. §. vlt.

2. Verùm alij negatiuam ſententiam tenent, & latè probant textum illum *in cap. Placuit*, nõ concedere talem facultatem: nam ibi tantùm ſermo eſt de eo qui volebat vtcumque confiteri; ſed de eo, qui volebat pœnitentiam ſibi pro delicto publico impoſitam euitare (qualis olim imponebatur.) recurrendo ad alium Sacerdotem, & hoc prohibet Papa niſi in caſu ignorantiæ.

Sup. hoc infra lege doctrinam §. 1. Reſ. 39.

3. Et ita hanc ſententiam tenent viri doctiſſimi ex Societ. Ieſu; Suarez *vbi ſupra*. Cardinal. Lugo *de Sacramento Pœnitentiæ diſp. 19. ſect. 1. num. 21.* Coninch *de Sacrament. diſput. 8. dub. 2. num. 14. & dub. 9. num. 64.* quibus addo nouiſſimè Dicaſtillum *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. diſp. 10 dub. 21. num. 454.* qui tamen optimè cum Suarez *diſput. 27. ſect. 2. num. 21.* obſeruat, ſententiam affirmatiuam Vaſquez, & aliorum ſuperius allatam eſſe ſatis probabilem.

4. Sed hic non deſeram obſeruare, aliquos aſſignare alium caſum in quo licet eligere Confeſſariũ relicto propriu, quando ſcilicet ille proprius nequam eſt adeo, vt pœnitẽs meritò timeat ſibi damnum graue ab illo; Ita Richardus, Paludanus, Gabriel, Bonauentura *diſt. 17. & 19.* Adrianus *q. 5. de Confeſſione.* Syluest. *Confeſſio. 1. quæſt. 6.*

5. Sed hanc opinionẽ recentiores aliqui aſſerũt eſſe ſine fundamentu. Verùm Dicaſtillus *vbi ſupra n. 460.* putat, quod licet tutius & melius ſit ordinariè differre confeſſionem: tamen ſi per multum tempus carere deberet Confeſſario, nec confiteretur apud capacem, & approbatum; prudenter credi poteſt ratihabitatio de præſenti, etiamſi ille non haberet alioquin iuriſdictionem: neque enim credendum eſt, quod Prælatus velit eum carere tanto tempore confeſſione. Si neceſſitas eſſet grauis periculi, ceſſat difficultas: Eccleſia enim in periculo mortis dat iuriſdictionem. Ita ille.

Sup. hoc ſuprà lege doctrinam § penult. & vlt. Reſ. 26.

6. Sed hic quæro obiter, an qui habet facultatem eligendi Confeſſarium ſibi, poſſit eligere ſimplicem non approbatum. Et affirmatiuam ſententiam in aliquo caſu tenet Dicaſtillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. diſputat. 10. dub. 22. num 469.* vbi ſic ait: Imò ſaluo meliori iudicio, ſi fortè ea facultas eligendi Confeſſarium data ſit viro alicui docto, & prudenti, non videtur improbabile poſſe præſumere, quod qui conceſſit eam facultatem, nouitque hominis doctrinam, & prudentiam, voluerit eius arbitrio etiam relinquere approbationem Confeſſarij pro ſe, maxime cùm per ſcientiam pœnitentis ſuppleri poſſit defectus ſcientiæ in Confeſſario. Ita ille; Verùm hæc opinio mihi non placet: nam poſſet applicari omnibus Epiſcopis, qui tamen ex declaratione Gregorij XIII. ſtante eorum facultate eligendi Confeſſarium, non poſſunt eligere niſi approbatum ab Ordinario, vt alibi ego docui, & me citato tenet etiam Dicaſtillus *vbi ſuprà*: Ideò ego negatiuæ ſententiæ adhærendum eſſe puto, ſtante Concilio Trident. *ſeſſ. 23. cap. 15.* quia in generali conceſſione non veniunt intelligenda ea, quæ Superior non concederet, ſi ſpecialiter rogaretur: ſummus autem Pontifex niſi expreſsè aliud concedat, non cenſetur conceſſurus, ſi ſpecialiter rogaretur, facultatem confitendi cuicunque Sacerdoti, cùm periculum ſit vt pœnitens Sacerdoti rudi, & indocto, aliterue inepto confiteatur. Ita Vaſquez *q. 93. art. 1. dub. 5. n. 3. & art. 3. dub. 4. n. 2* Suarez *diſp. 26 ſect. 4. n. 9. & diſp. 27. ſect. 4.* Viuald. *de de Confeſſ. n. 26.* Reginald. *l. 1. n.* 178 & alij.

Alibi in tom. 7. tr. 1. Reſ. 92. & ex Reſ. 97. §. Tertio, curſim in principio, & in tom 3. tr. 1. ex Reſ. 18. §. Sed difficultas. & ſuprà ex Reſ. 23. § Quæro quartò. & in alio §. earum notationum.

7. In vno tamen caſu affirmatiuam ſententiam admitto, nempè in Regularibus, quando habent licentiam à ſuis Superioribus eligendi ſibi Confeſſarium: nam Tridentinum *loco citato* nihil diſponit in ordine ad confeſſiones Regularium, licet negent aliqui propter id conueniens iudicatum in ſæcularibus, quia ſcilicet fortè eligeretur Confeſſarius non aptus. Ita Canus *relect. de pœnit. part. 5.* Gloſſ. *in cap. ſi Epiſcopus de pœnit. & remiſſ. in 6.* Vaſq. *qu. 93. art. 2. dub. 5.* Ochagauia *q. 26.*

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1 ex Reſ. 39. §. Et tandem. & in tom. 7. tr. 1. ex Reſ. 92. Quoad. & ex Reſ 94 §. vlt. & in Reſ. 96. 97. 98. & 99. §. 1.

8. Sed non eſt deſerenda noſtra opinio, quam tuetur Paludanus *in 4. diſt. 17. q. 4. art. 1.* Gabriel *qu. 2. dub. 5.* Sotus *diſt. 18. q. 4. art. 3.* Adrianus *quæſt. 5. de confeſſione dub. 1* Antoninus *tit. 17. cap. 17.* Medin. *C. de confeſſ. qu. de Sacerdote alieno.* Ratio eſt, quia concedi poteſt facultas eligendi Confeſſarium non Parochum, & non approbatum, ac proinde, quando generaliter, & abſque reſtrictione conceditur facultas, maximè religioſis, qui non comprehenduntur illa regula generali Tridentini, poterunt eligere etiam non approbatum; poteſtque pœnitens prudenti quadam diligentia cauere, ne eligat non idoneum, ſiue interrogando ab iis, qui norunt Confeſſarium, ſiue aliqua alia via, poteſtque potiori ra-

tione Religiosus, quàm sæcularis præsumere sibi datam fuisse eam facultatem cum ea amplitudine; quia nimirum lex illa Tridentini non lata fuit pro Religiosis, atque adeo quamuis pro sæcularibus præsumi possit oppositum, nec voluisse, nisi aliud exprimat, dispensare in lege Tridentini, non est cur præsumatur de Religiosis ea lege non cōprehensis.

9. Dices secundò, sequeretur ex nostra opinione Eminentissimos Cardinales non posse eligere sibi Confessarium non approbatum ab Ordinario.

Alibi suprà et Ref. 23. § Quæro secūdo, & signanter pro hoc alibi in aliis Ref. eius annot. primæ.

10. Respondeo, aliquos hoc asserere: sed ego illos alibi reprobaui; quod probatur ex praxi nota Pontifici, & ita me citato docet Dicastillus, *ubi suprà*.

RESOL. XXXII.

An, qui in articulo mortis confitetur Confessario prorsus ignaro, confessio, hoc non obstante, esset valida?

Et an in tali casu, si æger, v.g. conualuerit, teneatur denuo iterum illa peccata confiteri?

Et an supradicta procedant non solum in casu extremæ necessitatis, sed etiam in graui necessitate?

Et quid sit dicendum, & faciendum, si aliquis bona fide confiteatur ignoranti Sacerdoti extra illud periculum?

Et docetur, peccare, qui ineptum, ignarum, indoctum, & non idoneum eligit Confessarium. Ex part. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 10.

Quoad hoc quamuis non pro articulo, seu periculo mortis, sed extra lege tamen supra Ref. 28, 29. & 30.

§. 1. NEgatiuè respondet Ochagauia *de Sacrament. tractat. de pœnitent. quæst.* 38. *numer.* 4. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 3. *dub.* 2. *num.* 2. *&* 3. vbi sic ait; subdit tamen Syluester, quòd confessio huiusmodi facta in extrema necessitate etiam ignorantissimo Sacerdoti confert gratiam, & esset verum Sacramentum; sed posteà elapso periculo necessario iteranda: Vnde aliqui idem docent, quando aliquis bona fide confiteretur ignoranti Sacerdoti extra illud periculum. Hæc tamen duo, in primis malè cohærent esse verum Sacramentum, & validam confessionem, & iterandam, cùm nullus teneatur peccata legitimè confessa iterum confiteri, maximè quando ei non imponitur ab alio noua obligatio, vt suprà explicauimus; sed solùm attendimus institutionem Sacramenti. Præterea opinio hæc falsa est, quia in extrema necessitate non variantur ea quæ sunt de essentia Sacramenti, & quæ requiruntur ex parte ministri; ita sunt tunc necessaria sicut extra illum articulum; quod similiter verum est, quando confessio fieret bona fide: neque enim bona fides amplius efficere potest, quàm à culpa excusare nostra pœnitentem accedentem ad Sacerdotem ignorantem.

2. Nihilominus sententiam Syluestri in extrema necessitate ita censerem veram, si tamen Sacerdos non esset prorsus ignarus, sed aliqua peccata etiam communia ignoraret, alia verò benè distingueret; si tamen alius non esset Sacerdos, hic enim locum haberet ratio, ne fieret integra confessio, aut licet ex parte pœnitentis fieret, si ex parte Sacerdotis non integrè iudicaretur, valida esset, sicut enim necessitas excusat pœnitentem ab integra confessione ex parte ipsius; sic necessitas ex parte Sacerdotis; & hæc esse potest ignorantia, vt diximus Sed tunc non esset repetenda confessio omninò, sed tantum ex ea parte, qua non fuit integra ex parte Sacerdotis, quia cætera peccata verè confessa fuerunt: extra illum verò casum, etiam si alius non sit, non potest fieri Sacerdoti ita ignoranti confessio, cuius tamen oppositum insinuare videtur Syluester, & ratio huius colligitur apertè ex dictis. Ita Vasquez.

3. Sed hanc sententiam falsam vocat nouissimè Thomas Hurtadus *var. tom.* 2. *tr.* 12. *c.* 1. *ref.* 34. §. 2. *dub.* 4 *n.* 2069. At ego libenter abstineo, à censura opinionum Doctorum virorum; relicta itaque censura audiamus rationem Hurtadi, quia ait in illo articulo mortis, quando non adest alius Sacerdos, nisi ille prorsus illiteratus, cùm in illo casu, nullus sit casus reseruatus, nec fieri debeat, nec possit aliqua detentio absolutionis; sicut sufficit quòd quis det signa contritionis; absque eo quod explicet aliquod peccatum in particulari, circa quod exerceatur iudicium Sacerdotis in particulari, vt in illo articulo possit absolui (vt tenent Auctores contrarij) dans signa pœnitentiæ, absolutio valida erit absque dubio, si verba absolutionis proferantur cum intentione faciendi quod facit Christus, quam cùm non possit habere Sacerdos amens, omninò validè non absoluit.

4. Sed non deserā hîc etiam apponere verba Cardinalis Lugo *de pœn. disp.* 21. *sect.* 4. *n.* 73. vbi ita asserit; Peccat qui ineptum eligit ad hoc officium, & non solùm Prælatus, sed etiam pœnitens, qui habet facultatem eligendi Confessarium, & scit hunc non esse idoneum; licèt sit approbatus, peccat eum eligendo, nisi talis sit pœnitens; qui sua doctrina possit supplere inscitiam Confessarij, vt dictum est.

5. Excipitur casus necessitatis, vt in articulo mortis, in quo licèt Sacerdos sit ignarus, & indoctus, debet audire confessionem, & absoluere; quia scientia Confessarij requiritur ad integritatem confessionis: cùm autem in illo periculo non requiratur materialis integritas; sed sufficiat percipere aliquod peccatum, vel etiam peccatum in genere; non obstabit Confessarij inscitia in eo casu; Vnde idem dicendum erit, quando Christiani, qui apud infideles in seruitute detinentur non habent nisi vnum Sacerdotem ignarum, & indoctum, vt docet Suarez *n.* 6. quia illa etiam reputatur necessitas moraliter extrema. Hæc Lugo.

6. Nota verò, quòd post hæc scripta inuenio sententiam affirmatiuā Thomæ Hurtadi, docere etiam plures Doctores, quos citat, & sequitur Leander *de Sacram. tom.* 1. *tr.* 5. *disp.* 11. *q.* 105. sed vt verum fatear non videtur loqui de Sacerdote prorsus ignaro, de quo loquebatur Vasq. *vbi suprà*; sed de Sacerdote ignaro, ita vt peccet audiendo confessiones; de quo etiam loqui videtur Eminentiss. Lugo; Vnde non videtur obstare sententia Vasquezij.

7. Verùm ego libenter adhæreo sententiæ Thomæ Hurtadi, dummodo talis Sacerdos ignarissimus proferat formam, & habeat intentionem faciendi, quod facit Ecclesia.

8. Sed difficultas est, an in tali casu, si æger v.g. conualuerit, teneatur denuò illa peccata confiteri, & negatiuè respondet Thomas Hurtadus *vbi suprà* *n.* 2070. Quia confessio illa valida est, verumque Sacramentum, pœnitensque ex parte sua peccata omnia subiicit clauibus & iudicio Ecclesiæ; ergo non manet obligatus iterum illa confitendi ex vi Sacramenti, nisi aliàs in pœnitentiam hæc obligatio ei imponatur.

9. Itaque qui in periculo mortis validam fecit confessionem Sacerdoti omninò illiterato, iam quantum est ex parte sua, sua subiecit peccata clauibus, de quibus, etsi nescieret iudicare Sacerdos, sicut non obstat validitati confessionis, vt mihi est euidens, ita non inducit obligationem faciendi aliquam

quam restitutionem: Ille tamen qui confessus est, datis duntaxat signis contritionis teotbitur extra periculum subiicere peccata clauibus, quia ea in speciali nunquam subiecit.

10. Sed circa hoc habeo maximam difficultatem, & ad argumentum Hurtadi respondeo distinguendo, quòd ille talis subiecit omnia peccata clauibus materialiter, concedo; subiecit omnia peccata clauibus formaliter, nego: ergo tenetur nouam confessionem repetere. Probo consequentiam, nam si Germanus v.g. in periculo mortis omnia peccata sua confessus esset lingua Germanica cum Confessore Italo, qui idioma Germanum nesciret, & cui saltem propter tunsiunem pectoris, vel per alia signa contritionis, absolutionem impenderet; vtique postea tèneretur confessionem repetere, quia fuerint illa peccata materialiter clauibus subiecta, non tamen formaliter; sic etiam si quis omnia peccata confiteretur cum Confessario, qui per medietatem confessionis dormiuit, si postea pœnitens id sciret, teneretur saltem illa peccata à Confessario non audita iterum confiteri; quia non fuerunt clauibus subiecta formaliter, sed materialiter.

11. Sic, & in casu nostro contra Hurtadum dicendum erit, & ita hanc sententiam præter Sancium ab ipso citatum, docet alter Hurtadus ex Societate *de Sacramentis disp.* 10. *de pœnit. diffic.* 15. vbi sic ait; Obseruandum est, in quo non pauci conueniunt, in casu extremæ necessitatis non solum validè, sed etiam licitè confessionem fieri Sacerdoti sic ignoranti, dum percipere possit facta pœnitentis, vt peccata; sicut etiam in casu extremæ necessitatis valide, & licitè fit à pœnitente confessio peccatorum in genere, & in communi, quando aliud non potest. Immò non tantum in casu extremæ necessitatis, sed etiam in casu grauis necessitatis id potest licitè fieri, vt si defectu aliorum Confessariorum populus aliquis longo tempore destitutus maneret, quia tunc melius erit confiteri sic ignoranti, postea tamen si adsit Confessarius idoneus, & non ignorans, repetenda est huic confessio suo tempore. Ita ille.

12. His tamen non obstantibus puto sententiam Thomæ Hurtadi esse satis probabilem, nam in supradictis casibus Confessarium saltem, suppono, cognouisse peccatum sub confusa ratione peccati, quod sufficit ad validitatem absolutionis, & ne illa peccata denuo sint confitenda, & ita docet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ quæst. 7. de ministro pœnitentiæ dub. 9. n. 66. & 67.* vbi probat, quòd vt Sacerdos validè absoluat, sufficit, vt saltem cognoscat peccatum sub confusa ratione peccati. Prior pars ab omnibus supponitur, & patet, quia nisi generalem rationem peccati possit percipere, non potest scire vtrum illi subiiciatur materia sacramenti.

13. Confirm. non alia de causa requiritur, vt præter externum forum verborum aliquo modo percipiatur peccatum, & id, quod profertur, quam vt peccatum aliquo modo cognoscatur.

14. Posterior autem pars patet, quia in articulo mortis talis notitia sufficit ad valorem absolutionis; ergo ea ex se sufficit ad huiusmodi valorem; videtur etiam patere in eo, qui confitetur peccatum abstrusum, cuius cōditionem Sacerdos planè ignorat, an scilicet sit veniale, an mortale, solum aduertens esse peccatum; eo enim casu validè absolueret: si non requiratur maior notitia actualis ad valorem absolutionis; non potest solidè requiri maior habitualis, tenet Suarez *disp. 18. sect. 2. n. 12.*

15. Vnde dico, quòd si pœnitens tali Sacerdoti bona fide integrè sit confessus sua peccata quoad numerum, & speciem, non tenetur confessionem repetere, quia verè totam suam causam exposuit, vt in re se habuit, & prout in hoc foro requiritur, & contrarium innumeros scrupulos pareret, dum quis perpetuo esset anxius, num Confessarius intellexerit grauitatem, & speciem peccati.

16. Confirm. si confessio deberet repeti, eo quod Confessarius non percepisset conditionem peccati, sed stetisset in generali ratione, eadem deberet repeti, quòd certè ingens tormentum afferret conscientiis; sic enim vnusquisque poterit dubitare, num Confessarius benè intellexerit casum, præsertim si post modum aduertat illum non esse ita doctum, quod laqueum conscientiis iniicit; dixi bona fide, quia si quis mala fide procedat quærens, vel potens aduertere Confessarium esse ignarum, & qui causam non possit diiudicare, tenetur confessiones repetere; cum enim in eo mortaliter peccauerit, non est legitimè dispositus ad absolutionem recipiendam, qui tamen confitetur in eo loco expositis, non facilè sibi debet scrupulum hac in parte facere. Et hæc omnia docet Præpositus, *vbi supra*, quæ satis faciunt in fauorem, & pro probabilitate sententiæ Patris Thomæ Hurtadi.

RESOL. XXXIII.

In quodam Monasterio Monialium quidam Confessarius inter audiendas confessiones aliquando dormiebat, vnde non intelligebat aliqua peccata, quæsierunt tamen postea, an dictæ confessiones essent iterandæ? Ex part. 3. tr. 4. Res. 108. aliàs 109.

§. 1. Responderunt aliqui affirmatiuè, quia confessio est accusatio sui ipsius. Ergo erit nulla, si non à iudice intelligatur, & adducebant Syluestrum *verb. confessio 1. q. 3.* & alios. Sup hoc in Res. seq.

2. Sed ego consului supradictas confessiōnes non esse reiterandas cum Henriquez *lib. 5. cap. 14. n. 5.* & nouissimè inuenio hanc sententiam docere etiam Layman *in Theol. morali lib. 4. tract. 6. cap. 9. n. 5.* vbi sic asserit. Si pœnitens bona fide sua peccata aperuit, & culpa in solo Confessario resedit ob surditatem, vel animi distractionem, arbitror datam absolutionem validam & fructuosam esse, propterea quòd essentia, & effectus sacramenti Pœnitentiæ consistere possit absque integra, & specifica peccatorum explicatione, si ea sine vlla culpa pœnitentis, suúmque dolorem Sacerdoti explicantis intermittatur. Nihilominus si pœnitens postea cognoscat vnum, vel plura peccata mortalia Confessarium nullo modo intellexisse, debet ea sola cum aliis postea commissis in sequenti confessione iterum explicare, quia semper manet explicatio peccata omnia mortalia secundùm speciem, & numerum Sacerdoti indicandi, vt omnibus absolutio directè, & in specie conferatur. Sup. hoc cum eodem Laymano hic citato eursim in fine Res. not. præterita.

RESOL. XXXIV.

An si Confessarius non intellexit integra peccata pœnitentis, sit ab ipso iteranda tota confessio, si bona fide fuerit facta; vel teneatur pœnitens repetere sola peccata non intellecta à Confessario? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Res. 198.

§. 1. PRo sententia negatiua *in 3. part. tract. 4. resol.* 109. adduxi Paulum Layman Societatis IESV, quam scio alicui displicuisse, imme-

ritò quidem, & ideo hanc sententiam nouissimè docet Guilielmus Mercerus sacræ Theologiæ Professor eximius in Academia Louaniensi, *in suis comment. ad 3. part. D. Thomæ quæst. 9. art. 1.* vbi sic asserit: Putant aliqui iterandam esse confessionem si intelligatur Confessor fuisse ignorans, aut intellexisse pœnitentem. Sed hoc casu Gabriel, & Syluester bona fide confessum esse validè absolutum probabiliter existimant, quia nihil defuit ex parte pœnitentis, & Confessor sciens, ac volens formam debitam adhibuit. Nec refert, quòd statum pœnitentis absolutè non intellexerit, quia neque id accidit ex vitio pœnitentis, neque absolutè requiritur ad substantiam Sacramenti, vt patet ex eo, qui sic in mortis articulo absoluitur. Ita Mercerus, vnde apparet satis probabilem esse opinionem, quam *loco citato* olim docui cum docto viro Paulo Laymano, non teneri repetere nisi sola peccata non intellecta à Confessario.

Sup. hoc ibidem prope finem.

RESOL. XXXV.

Vtrum, quando confessio repetenda est cum eodem Confessario, quia fuit inualida, & vnico verbo pœnitens confitetur peccata in confessione inualida distinctè confessa, possit Confessarius absolutionem impendere, si non solum non recordetur peccatorum, sed etiam neque pœnitentiæ impositæ? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 203.

Sup. contento in hac Ref. in Ref. seq. & infra Ref. 37. § 1. & 2. & 5. Hinc Gaspar. vsque in finem Ref. & in Ref. 38. & infra in tr. 4. ex Ref. 17. §. vlt. à fin 4.

§. 1. Hic casus potest frequenter accidere, & ad illum affirmatiue respondet Guilielmus Mercerus *de Sacram. in 3. part. D. Thomæ, quæst. 9. art. 1.* vbi sic ait: Ex parte Confessoris, vt rectè suo officio fungatur, obseruandum est, cùm si priùs pœnitentiam imposuerit, non indigere recordatione peccatorum, nec pœnitentiæ impositæ, contra Nauarrum; sed sufficiet, quòd recordetur hunc fuisse confessum, & quòd postea nihil graue commiserit, in quo standum est eius testimonio; si verò pœnitentiam non imposuit, & neque in particulari, neque secundùm aliquam confusam, & moralem rationem recordatur status conscientis ipsius pœnitentis, postulare debet iteratam notitiam, vt imponat pœnitentiam condignam. Si tamen absolueret absque repetitione huiusmodi, licèt fuerit inutilum Sacramentum, esset validum, quia haberet omnia essentialia. Ita Mercerus.

2. Verùm aliquibus magis placant in tali casu ea, quæ docet Gaspar Hurtado *de Sacrament. disp. 8. de pœnitent. diffic. 8.* vbi sic asserit. Nos verò existimamus, quòd si Confessarius pœnitentiam imposuit, & ea est ipsi nota, vel ipsi fit nota à pœnitente, non vt necessarium, quòd et fiat iterum distincta peccatorum confessio, quia ad absoluendum sufficit, confessionem fuisse à pœnitente distinctè factam, & distinctè à Confessario perceptam, & ob impositam pœnitentiam, & horum notitiam, qui absque fundamento amplius exigitor. Si autem Confessarius non imposuit pœnitentiam, vel non taxauit illam, aut si imposuit, vel taxauit, & non recordatur illius, nec habet notitiam aliàs sufficientem ad eam prudenter taxandam, necessarium est, quòd ipsi fiat confessio maior, quam qui in illo vnico verbo confitendo peccata in confessione inualida facta; sed non requiritur confessio distinctè facta, sed sufficit confessio aliqua confusa peccatorum antea distinctè Confessorum talis, qualis sufficit, vt Confessarius acquirat notitiam sufficientem ad prudenter taxandam pœnitentiam; quia tunc ad id tantùm requiritur noua confessio peccatorum antea distinctè confessorum. Hæc Hurtado.

RESOL. XXXVI.

Quomodo agendum est cum pœnitente confessionem inualidam faciente, dicente tamen: accuso me de omnibus peccatis, quæ in confessione inualida aperui, & de peccato, v. g. quod tacui, *absque eo, quod repetat distinctè peccata inualidè confessa? Et quid in dicto casu, si Confessarius non recordetur de statu pœnitentis in communi, quem tunc habebat pœnitens, vel saltem pœnitentia iniuncta, &c.* Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 51.

§. 1. Hic casus quia sæpiùs potest accidere, erit satis plausibilis Confessariis, & pœnitentibus. Prima sententia tenet repetenda esse peccata in speciali, quia cùm Confessarius nullo modo recordetur peccatorum saltem in confuso, aut ratione sui effectus, qui est pœnitentia imposita, perinde se habet, ac ille, qui nunquam talem confessionem audiuisset. Deinde Confessarius est iudex, qui pœnam iniungere debet pro peccatis inualidæ confessionis, & iudicium ferre de illis in hac secunda confessione, cùm illa prior fuerit nulla: ergo debet habere notitiam illorum in hac secunda confessione: ergo si omninò non recordatur, debet pœnitens iterum ea repetere. Ita Paludanus, Diuus Antoninus, Sylnester, Nauarrus, & Valentia, quos citat Faustus *de Sacramento pœnitentia, tom. 1. lib 4. quæst. 122.*

Sup. hoc lege doctrinam Ref. præcedentis, & aliã eius Ref. & §§. eius not.

2. His tamen non obstantibus (attendas quæso amice Lector) Iacobus Granado *in 3. part. de Sacramento, controuerf. 7. tract. 9. disp. 22. num. 5.* existimat in prædicto euentu sufficere, si pœnitens in generali se accuset de omnibus peccatis, quæ in priori illa confessione inualida fuerat confessus, quantumcunque Confessarius nec illorum, nec pœnitentiæ recordetur; in speciali verò declaret peccatum illud, verbi gratiâ, quod tacui tunc, & sacrilegium, quod commisit malè confitendo. Probatur hæc sententia ea generali ratione, quæ non semel in hac materia debet inculcari, scilicet cùm ad sacramentum Pœnitentiæ accedere sit vnum ex difficilioribus, quæ humanæ imbecillitati præcepta sunt in lege gratiæ, oportere reddantur quoad fieri poterit minus difficilia, quæ ad illius vsum, seu susceptionem spectant. Nihil autem est, quod obstet quominus, qui in prædicto casu malè confessus fuerat, satisfaciat suæ obligationi, etiamsi solùm in generali se accuset de peccatis, quæ iam eidem Confessario aperuerat: ergo non est imponendum illi graue onus iterum exeutiendi conscientiam, & repetendi quam plura fortasse peccata, & quorum repetitione rubore nimio suffundatur. Minor huius argumentationis probatur, quia in primis non est necessaria repetitio peccatorum in speciali, vt verum sit pœnitentem omnia sua peccata dixisse, quia iam aliquando dixit in confessione: quæ quamuis non fuerit valida ad eum effectum consequendæ remissionis, fuit tamen, vt Confessarius haberet notitiam omnium peccatorum, valida, & vt singulis peccatis conuenientem medicinam applicaret, sicut tunc applicuisse credendum est. Deinde non est necessaria prædicta repetitio vt Confessarius iniungat pœnitentiam proportionatam. Primò, quia in illa priori licèt, inualida Confessione,

supponi

ſupponimus iniunctam fuiſſe pœnitentiam proportionatam, quæ iam erit impleta, & licèt nullum fructum contulerit ex opere operato, quia non fuit pars veri Sacramenti pœnitentiæ, cùm tunc non niſi ſacrilega fuerit confeſſio, at fuit vtilis ad præſeruandum pœnitentem à culpis, qui quidem eſt vnus ex effectibus, & finibus pœnitentiæ iniunctæ à Confeſſario. Secundò, quia iniunctio pœnitentiæ licèt in generali loquendo debeat eſſe iuxta menſuram peccatorum, non eſt dubium, quin id non ita ſtrictè accipiendum ſit, vt in variis caſibus non liceat pœnitentiam minuere, & valdè mitiorem iniungere, quàm alioqui delicta poſtulabant; nam propter Iubilæum, aut imbecillitatem pœnitentis, vel intenſiſſimum dolorem, cum quo accedit, poteſt multùm de illa diminui. Ergo etiam poterit iniungi ad arbitrium Sacerdotis multò impar culpis, ne cogatur pœnitens ad graue onus ſubeundum repetendi antiqua peccata, & exequendi pœnitentiam, cùm iam aliam executus fuerit in confeſſione inualida. Confirmatur, quia ſi Confeſſarius audiret legitimam confeſſionem generalem per multos dies, & ſingulis diebus partem pœnitentiæ iniungeret, non eſſet neceſſarium in fine confeſſionis peccatorum recordari, nec interrogare de pœnitentiis iniunctis. Ergo idem erit in caſu noſtro. Ex quibus patet ad primum, eſt enim diſpar ratio: nam alteri Confeſſario nihil dixerat, & ideo tenetur illi omnia manifeſtare; cùm verò Confeſſarius eſt idem, verè illi iam dixerat peccata; quare non eſt neceſſaria repetitio in ſpeciali. Et hæc omnia docet Granado *vbi ſuprà*. Et quia codex ratus eſt, volui hîc ad verbum tranſcribere. Vnde licèt probabiliter cum Layman ego aſſerui *in 1. part. tract. 4. reſol.* 123. Confeſſarium in tali caſu validè abſoluere, non autem licitè, nunc probabiliter puto ex rationibus ſupradictis, & validè, & ſine peccato tale Sacramentum miniſtrare.

Sup. hoc curſim in principio huius Ref. & à §. Sed hæc. Ref. ſeq.

Quæ hic eſt infra Ref. 38. §. 2. & in alio §. eius noc.

RESOL: XXXVII.

An propter confeſſionem inualidam ſint iterum peccata omnia Confeſſario aperienda?

Et datur doctrina, quid in tali caſu pœnitens debeat facere, ſi confiteatur cum Confeſſario, qui audiuit confeſſionem ſacrilegam, & inualidam, & quid, ſi cum alio Confeſſario confiteatur, & quomodo peccata debeat explicare.

Et tandem aduertitur poſſe frequenter accidere, quod pœnitens, qui diu eidem Confeſſario confeſſus eſt, poſſit vno verbo reiterare omnes illas confeſſiones dicendo: Accuſo me de his omnibus, quæ tibi in aliis confeſſionibus confeſſus ſum, &c. Ex part. 11. tr. 8. & Miſc. 8. Ref. 41.

Sup. hoc in duabus Ref. præteritis, & infrà in Ref. ſeq. & lege etiam infra à §. Hinc Gaſpar. vſque in finem huius Ref. & inferius in tr. 4. ex Ref. 17. §. vlt. à lin. 4.

§. 1. IN caſu quo pœnitens confitetur cum eodem Confeſſario me citato cũ Granado Ferrantinus *de ſcandalo diſp. 1. q. 79. n. 3.* ſic ait: Dico ſi Confeſſarius ſit omnino immemor peccatorum, quæ audiuit in prima confeſſione, nec recordetur, etiam in communi, qualis tunc eſſet ſtatus pœnitentis, nec qualis fuerit pœnitentia iniuncta, tutius eſſe ſigillatim omnia repetere, quoad ſpeciem, & quoad numerum; poſſe tamen alicui non videri improbabile quod pœnitens non teneatur ita ea repetere; ſed ſatis ſit, ſi dicat: accuſo me de omnibus peccatis, quæ in prima confeſſione dixi, & de peccato, quod per culpam grauem omiſi, & de omnibus aliis, quæ poſtea commiſi, explicando ſpecies ſingulorum, & numerum.

2. Imò poſtea *num. 7.* ſubdit, & ait; Quod quamuis in prædicto caſu melius ſit, accuſare ſe generaliter de omnibus peccatis dictis in prima confeſſione ſacrilega, vel etiam de omnibus mortalibus totius vitæ, nihilominus, ſtando in opinione Granadi, poſſet alicui non videri improbabile, quod talis accuſatio generalis neceſſaria non ſit, accuſando tamen ſe de præterita confeſſione.

3. Sed hæc procedunt ſecundùm ipſum quando pœnitens confitetur cum Confeſſario, qui audiuit confeſſionem ſacrilegam; ſed quid dicendum, ſi confiteatur cum alio Confeſſario? Pater Ferrantinus *vbi ſuprà num. 14. cum ſequent.* ſic aſſerit: Hactenus de prima difficultate, quando Confeſſarius eſt idem, qui fuit in prima confeſſione: nunc de ſecunda, quando eſt diuerſus; ad cuius difficultatis explicationem valde facit prædicta opinio Granadi. Nunc ſolùm proponam rationes, quibus antea perſuaſus exiſtimabam, poſſe idem probabiliter dici, ſiue Confeſſarius ſit idem, ſiue diuerſus; hoc eſt, non eſſe repetendas confeſſiones ſacrilegas, itaque non eſſe neceſſarium, vt ſigillatim, ſpeciatim repetantur peccata iam dicta, ſed ad ſummum in communi, explicando tamen in ſpecie, ac numero alia non dicta, v. g. peccaui centies mortaliter in ſpecie furti; millies in ſpecie detractionis, & ſic de cæteris, quæ nunquam dicta fuerunt in confeſſionibus præcedentibus, ſiue culpabiliter omiſſa, ſiue poſtea commiſſa. Rurſus feci quinquaginta præcedentes confeſſiones ſacrilegè. Et tandem accuſo me generaliter de omnibus mortalibus, quæ in huiuſmodi præcedentibus confeſſionibus dixi, vel accuſo me de omnibus mortalibus totius vitæ.

Sup. hoc curſim in principio, & prope finem Ref. 2. not. præteritæ quæ hic eſt Ref. antecedens.

4. Prima ergo ratio ea erat, quam pro ſua opinione attulit Granadus, quod ſcilicet, quantum fieri poteſt, oportet faciliùs reddere grauiſſimum onus confeſſionis. Nihil autem obſtat, quominus dici poſſit, prædictam confeſſionem ſufficere, etiam apud Confeſſarium diuerſum à primo: Ergo, minor probatur. Quia ſi iuxta opinionem Granadi hoc non obſtat, quando Confeſſarius eſt idem, ſed omninò immemor peccatorum, ac ſtatus pœnitentis, atque etiam pœnitentiæ iniunctæ; neque etiam obſtabit, quando Confeſſarius eſt diuerſus à primo. Probatur, quia Confeſſarius quantumuis idem, ſi ſit immemor omninò peccatorum, ſtatus, ac pœnitentiæ, perinde eſt, ac quando eſt diuerſus; nihil enim plus ſcit de pœnitente Confeſſarius ille idem, quam diuerſus.

5. Dices: Eſt diuerſitas in hoc, quod in ſecundo caſu, quando Confeſſarius eſt diuerſus, peccata prius dicta, numquam dicta ſunt eidem, eſt autem obligatio dicendi peccata ſua omnia vni, eidemque Confeſſario: ergo, &c. Cui obiectioni tunc ego reſpondebam, illam eſſe diuerſitatem quandam materialem, & non talem, quæ deberet neceſſariò attendi in quocunque caſu. Debet quidem pœnitens, ſi vult validè, ac licitè ſua peccata confiteri, quando nunquam aliàs ea confeſſus eſt, ea ipſa confiteri diſtinctè, & omnia vni, eidémque Confeſſario, non exiſtente aliqua iuſta cauſa dimidiandi confeſſionem: fortaſsè tamen (ſic ratiocinabar) non adeò rigoroſè intelligenda eſt huiuſmodi obligatio (cùm non videatur conſtare de tali præcepto) dicendi omnia peccata vni, vt (ſuppoſito quod ſemel in vna confeſſione dicta ſint aliqua mortalia, & alia omiſſa, etiam culpabiliter) teneatur pœnitens non ſolùm non dicta, ſed

etiam dicta alteri Confessario diuerso à primo iterum confiteri.

6. Hinc desumitur alia ratio, quæ talis est apud Nauarrum *de pœnitent. distinct. 5. cap. consideret §. Cautas.* Quod scilicet nulla ratione necessariò concludi possit, integritatem confessionis esse necessariam omninò, seu iusta, & æqua lege id esse cautum, nempè consuetudine ab exordio Ecclesiæ in hunc diem seruata, quæ à Christo in Apostolos, & ab eis in alios quasi per manus, vt ait Nauarrus deriuata esse meritò credatur. Dici ergo iuxta Nauar. talem legem, seu consuetudinem confessionis integrè faciendæ, & non immediatè, intelligendam esse non ita rigorosè, vt aliter fieri non possit in variis casibus in quibus non teneatur pœnitens omnia sua peccata vni, eidemque Confessario confiteri, inter quos casus videtur etiam comprehendi is, de quo agimus, nempè non esse repetenda iterum apud diuersum Confessarium peccata iam dicta in prima confessione sacrilegè facta.

7. Tertia ratio consistit in eo, quod non afferatur textus aliquis in contrarium, ex quo necessariò deducatur necessitas dicendi semper omnia peccata sua vni, eidemque Coofessario.

8. Quarta ratio desumitur ex reseruatione casuum: Vnde probatur non solùm quoad validitatem, sed etiam quoad licitum vsum posse aliquando à pœnitente diminui confessionem; itavt validè, ac licitè tam in secunda, quàm in prima confessione solùm dicantur aliqua peccata, noo dictis aliis, quando alioqui nulla alia causa sufficieos ad dimidiationem confessionis intercedat, præter voluntatem Confessarij, & pœnitentis.

9. Quinta ratio desumitur ex eo, quod probabile est posse dari confessionem validam, & informem, hoc est, effectu gratiæ, per quam confessionem satisfiat præcepto. Et hæc omnia latè P. Ferrantinus ibi conatur probare, vnde putat firmare probabilitatem suæ sententiæ.

10. Sed ego puto illam esse singularem, & pace viri doctissimi esse refellendam, nec omninò practicandam, communiter enim Doctores asserunt, & probant, in tali casu pœnitentem, quando confitetur cum diuerso Confessario, cum quo non fecit confessionem sacrilegam, teneri denuò omnia peccata confessa iterum confiteri, & sic est praxis, & consuetudo Ecclesiæ, à qua non esse recedendum omnis ratio exposcit. Vnde aduersus Patrem Ferrantinum adducam tãtùm ex sua Societate aliquos Doctores, vt Dicastill. *de Sacram. tom. 1. tr. 8. disp. 8. dub. 5. num.* 106. vbi quærens, an in confessione inualida repetenda, necesse sit iterum omnia peccata distinctè confiteri perindè atque si non essent confessa, sic respondet: Statuendum in primis est, si confessio fiat alteri distincto Confessario, esse repetenda omnia, in quo non video Authores dissentire, tunc enim illi absoluenti danda est plena notitia, nec enim illa absoluet, quæ non nouit. Ita ille; cui adde eminentissimum Cardinalem Lugo *de pœnit. disp. 16. sect. 15. §. 2. num.* 627. vbi sic ait: Communiter responderi solet, quando confessio fit diuerso Confessario, repetendam esse totam, quando fit eidem, non esse repetendam, si ille recordetur vel peccatorum, vel status pœnitentis, vel pœnitentiæ impositæ, sed sufficere vno verbo accusare se de omnibus, quæ prius dixerat, addendo, si quæ sunt alia peccata, vel peccatum in illa fortè confessione omissum.

Sup. hoc suprà in principio huius Ref. & in aliis eius primæ nos.

11. Hinc Gaspar Hurtadus *de Sacram. pœnit. disp. 8. diffic.* 8. Quærens, vtrum quando confessio repetenda est quia fuit inualida, necessarium sit iterum peccata distinctè confiteri, ac si non fuissent confessa; respondet: Difficultas hæc non procedit, quando confessio antea inualida repetenda est diuerso Confessario, quia tunc ita distinctè repetenda est, ac si nunquam fuisset facta, sed quando repetenda est eidem Coofessario. Et idem asserunt communiter Doctores.

12. Itaque relicta sententia Patris Ferrantini, & loquendo in casu quo confessio efficiatur cum eodem Confessario, dico non esse repetendam iure gratiæ confessionem; sed si puer illam sic in communi repetitam confessionem Confessarius habet, quando absoluit, aut quando iniungit pœnitentiam, & remedia, tantam, & talem notitiam, quanta, & qualis sufficit ad iniungendam pœnitentiam, & salutaria remedia, cognoscendúmque statum pœnitentis, id videtur sufficere ad rationem illius iudicij Sacramentalis. Vnde si Cunfessarius pœnitentiam imposuit, & remedia adhibuit pro cæteris peccatis iam explicatis, sufficiet explicatio illius quod relictum est, & explicatio peccati, quod commissum est, relinquendo illud, aut sufficiet explicatio doloris, qui tunc in ea confessione iovalida defuit, vt iam absolutio valeat. Itaque si Confessarius prius io confessione inualida pœnitentiam imposuit, & ea est ipsi nota, vel nota ipsi fit à pœnitente, vel saltem recordatur quod ipse imposuerat pœnitenti salutarem pœnitentiam, cuius ipse pœnitens meminit, noo est necessarium, quod Confessario fiat iterum distincta peccatorum confessio; sufficit enim confessionem fuisse aliquando distinctè illi factam à pœnitente, & à se impositam pœnitentiam, nec videtur esse fundamentum amplius eligendi ex parte Confessarij. Quod si Confessarius non imposuit pœnitentiam, nec illam taxauit, vel si id fecit, nec ipse, nec pœnitens recordantur qualis fuerit, & quanta; nec habet ootitiam aliàs sufficientem ad eam prudenter taxandam, & imponendam; tunc necessarium est, quod ipsi fiat maior confessio, quàm illa, quæ fit vnico, & generali verbo; non tamen requiritur confessio omninò, & distinctè facta, sed sufficit talis, qualis satis est, vt Confessarius inde acquirat notitiam sufficientem ad prudenter taxandam pœnitentiam; ad id enim tantum requiritur noua confessio peccatorum, quæ iam antea distinctè explicata fuerunt: Ad causandum autem in Confessario notitiam sufficientem ad taxandam, & iniungendam pœnitentiam, & remedia, non requiritur confessio omnino distincta, sed sufficit illa confusa notitia, qualis post longam pœnitentis confessionem, solet in Confessario manere.

13. Ex quibus pro praxi Confessariorum non deseram hîc apponere aliqua notanda, quæ adducit Dicastillus *vbi suprà n.* 114. *vsque ad n.* 121. dicit enim primò contra Suarez, non esse necessarium iterum integrè repetere eidem Confessario confessionem quando prior noo habuit effectum ex defectu doloris io pœniteote.

14. Dicit secundò, confessio facta Sacerdoti non habens iurisdictionem aut nondum Sacerdoti, non potest ipsa sola per se seruire, vt ex vi illius absoluatur, qui fecit illam (& io hoc sensu puto esse veram Adriani, Paludani, Suarij, & aliquorum aliorum doctrinam) sed necessarium est, quod aliqua ratione repetatur confessio coram illo iam habente requisita, vt sit eius fori iudex. Dixi non posse ipsam per se solam seruire, quia ipsa per se noo fuit facta coram legitimo iudice, eaque propter per solam illam noo posset absolui

pœnitens:

pœnitens: poteſt tamen ea notitia tunc habita ſeruire, vt, ſi accedat ſummaria quædam renouatio illius, poſſit abſolui, ad quod ſufficiet in Sacerdote illa notitia, & memoria, quæ manet ex illa priori narratione peccati, illa enim ſuppoſita, illa ſummaria renouatio ſufficientem præbet materiam, & eſt ſufficiens manifeſtatio peccatorum Sacramentalis, vt Sacerdoti conſtet ſatis materia, quæ illi iudicanda proponitur.

15. Dicit tertiò, quando confeſſarius audita confeſſione, nondum impoſuit pœnitentiam, & omninò immemor eſt ſtatus pœnitentis, non ſatis eſt, quod pœnitens det illi peccatorum aliquam confuſam notitiam. Hæc aſſertio eſt contra Gaſparem Hurtadum *diſput. 8. de pœnit. diffic.* 8. vbi putat ſatis eſſe quod pœnitens tunc det confeſſario notitiam aliquam mediam, quæ nec ſit vnico verbo ſe referendo ad priorem notitiam, nec diſtinctè reiteratio prioris confeſſionis, ſed confuſa quædam confeſſio peccatorum antea diſtinctè explicatorum, quam putat ſufficere vt confeſſarius tunc poſſit prudenter taxare pœnitentiam: Oppoſitum ergo verum puto, Quia iudicium debet formari à confeſſario ex notitia, quam ipſe, vel habet adhuc, vel proceſſit ex illa, quam prius habuit iuxta dicta: non poteſt autem à confeſſario procedere ex tali notitia, niſi illius aliqua ratione ſufficienti ad formandum iudicium memor ſit, & ad imponendam ſalutarem pœnitentiam iuxta doctrinam Tridentini docentis *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. ad hunc finem curationis requiri notitiam peccatorum mortalium in ſpecie, & numero, quia quod ignorat, medicina non curat.

Sup. doctrina huius §. lege §. 1. Ref. ſeq. & alium eius annot.

16. Et tandem pro coronide huius Reſolutionis apponam etiam hic ea, quæ *vbi ſupra num.* 123. ſubdit Dicaſtillus, vbi ſic ait. Pro praxi aduertendum eſt, quod ſi præceſſit aliquando notitia diſtincta data Sacerdoti, quando iam erat legitimus iudex, & ille adhuc immemor iudicij, quod tunc formauit, & pœnitentiæ, quæ eſſet imponenda, adhuc pergat, & abſoluat, licet id non licitè faciat, non prius denuo procurando diſtinctam notitiam requiſitam ad prudenter iudicandum, valebit quidem confeſſio, & erit non ſolùm valida, ſed directa quoque abſolutio ab illis, quæ, vt iudex, audiuit, illicita tamen. Si verò notitia illa prior diſtincta data non fuit iudici, ſiue quia tunc temporis homo ille nondum erat Sacerdos, ſiue quia non habebat tunc requiſitam iuriſdictionem abſoluendi ab illis peccatis, & nihilominus poſtea factus Sacerdos, & iudex abſoluat pœnitentem bona fide procedentem, vtendo notitia confuſa, quam denuo accipit, iudicandum erit de illa abſolutione quoad valorem, & fructum gratiæ, perinde atque de confeſſione, quæ confertur moribundo, quando ſolùm in confuſo, & non diſtinctè confitetur, quia non aliter poteſt; licet enim talis confeſſio, & abſolutio valeat ad gratiam, manet nihilominus in pœnitente obligato ad diſtinctè confitendum peccata, à quibus tunc fuit abſolutus. Hoc itaque dicendum eſt in caſu de quo agimus. Cùm enim confeſſarius non habuerit diſtinctam notitiam, vi cuius ſuum munus præſtaret, debet poſtea pœnitens, ſi defectum illum intellexerit diſtinctè clauibus ſubiicere peccata ſuo tempore, quod nondum factum eſt. Et ſimili olim diſcurſu vtebantur viri grauiſſimi, inter quos noſter Arrubal, vir ingenio, virtute, atque doctrina clarus, & poſthumis tomis editis in primam partem nobilis ſcriptor, à quo publicè in ſolemni quadam diſputatione, dum eſſet meus Profeſſor hanc doctrinam hauſi. Ita Dicaſtillus.

17. Vide etiam circa ſuperius dicta Coninch *de Sacram. diſp.* 7. *dub.* 19. *num.* 109. Bonacinam *de Sacram. diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 3. *num.* 15. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 23. *ſect.* 6. & alios penes ipſos, cum Cardinali de Lugo *vbi ſupra*, qui *num.* 643. rectè obſeruat poſſe frequenter accidere, vt pœnitens, qui diu eidem confeſſario confeſſus eſt, poſſit vno verbo reiterare omnes illas confeſſiones; dicendo, *Accuſo me de iis omnibus, quæ tibi in aliis confeſſionibus confeſſus ſum.* Poteſt enim frequenter fieri, quod confeſſarius hic & nunc habeat æqualem, vel maiorem fortè notitiam confuſam de peccatis illis, vel de ſtatu pœnitentis per illas omnes confeſſiones explicato, quam habeat alius confeſſarius, quando actu abſoluit poſt longam confeſſionem generalem per plures dies factam: Si ergo hæc memoria confuſa ſufficit, ſufficiet etiam illa, vt poſſit vno verbo repetere pœnitens omnes illas confeſſiones: quod eſſet bonum, & facilè remedium, quando ſcrupulum habet de defectu aliquo in eis, vel in earum aliqua commiſſo, accuſando ſe ſimul de illo defectu, ſi culpabilis fuit.

Sup. hoc in tr. 4. Ref. 17. prope finem, verſ. Ex quo infertur.

RESOL. XXXVIII.

An quando confeſſio fuit inualida, vel ex parte pœnitentis, vel ex parte Confeſſarij, & pœnitens cum eodem Confeſſario confitetur, an teneatur denuo peccata explicare, ſi ſaltem neque Confeſſarius in confuſo ſtatum pœnitentis non recordatur, & ſi illum ita tamen abſoluit, an dicta abſolutio ſit inualida?

Et in dicto caſu an Confeſſarius peccauerit, ſed non teneatur monere pœnitentem, de aliquare, ſed de peccato pœnitere? Ex part. 3. tractat. 4. Reſol. 122. aliàs 123.

§. 1. Reſpondeo, quòd ſi confeſſio fuit inualida, vel ex parte pœnitentis, vel Confeſſarij, & pœnitens cum eodem Confeſſario confiteatur, non tenetur denuò peccata explicare, ſi ſaltem confusè recordetur Confeſſarius illius ſtatum, vt conuenientem illi pœnitentiam imponere poſſit. Ita communiter DD. quos citant, & ſequuntur Vaſquez *in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 3. dub. 4.* & alij. Et ratio eſt, quia ſpecifica peccatorum manifeſtatio, aut cognitio per ſe, & ſimpliciter non eſt de eſſentia, ac neceſſitate Sacramenti, ſed tantum de neceſſitate præcepti diuini, cui pœnitens antea ſatisfecit enumerando omnia peccata. Ergo ſolùm tenetur defectu, v. g. contritionis ſupplere de omiſſo peccato, ſeu accuſare.

Sup. hoc ſupra in Reſol. 35. & in aliis eius annot.

2. Sed cùm hæc omnia vera ſint, difficultas eſt, ſi Confeſſarius ſtatum pœnitentis, neque in confuſo recordatur, & tamen illum abſoluat; an dicta abſolutio ſit valida? de hoc caſu olim interrogatus fui, & affirmatiuè reſpondi, & adduxi Layman *in Theolog. moral. lib. 5. tractat. 6. capit. 9. num. 6.* vbi ſic aſſerit: Tametſi Confeſſarius neque ſtatum peccatoris generatim recordetur, ſed id tantum, quòd ſibi confeſſus fuerit, eúmque iam rectè diſpoſitum abſoluat, peccaturum illum quidem, cùm non rectè ſuo munere in pœnitentia imponenda, &c. fungi poſſit, nihilominùs abſolutionem validam, & pœnitenti fructuoſam fore. Ita Layman; ex quibus in tali caſu Confeſſarius peccabit quidem, ſed non tenetur monere pœnitentem de aliqua re, vt quidam Sacerdos ſcrupuloſus putabat, quia confeſſio fuit valida; non tenetur igitur ad aliud, niſi de peccato pœnitere.

Sup. hoc in Ref. præterita, & lege ibi §. Et eundem. & ſupra in fine Ref. 36.

RESOL. XXXIX.

An si proprius Sacerdos iniustè neget licentiam alteri confitendi peccata, confessio facta alteri sit valida; quia sic iure petita, videtur ipse iure concessa; vel si alius non adest, & subditus cum proprio Parocho sine periculo salutis, vel famæ, confiteri non potest; possit in tali casu se gerere tanquam copiam non habens Confessarij; & sic in Paschate non frangere præceptum, si non confitetur; & eliciendo actum contritionis poterit Sacramentum Eucharistiæ sumere?

Et deducitur, quod ipso iure censetur concessa licentia, quando professus impunè transit in strictiorem Religionem, petita à Prælato licentia, quam ille iniustè negat, & quando Episcopo Regularibus legitimè, & dignè præsentatis negat iniustè licentiam audiendi confessiones. Ex part. 3. tractat. 4. Resolut. 79.

Sup. hoc supra ex Ref. 31. lege doctrinam §. Sed hinc, & seq.

§. 1. POnamus exemplum. Subditus cum proprio Parocho sine periculo salutis, & famæ confiteri non potest, v. g. concubina, &c. an si ipse deneget licentiam alteri confitendi, possit hoc non obstante cum alio Sacerdote confiteri? Negatiuè respondet Layman *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 6. c. 13. num. 3.* adducens sex argumenta, & citans pro hac sententia Alensem, Sotum, Medinam, Philiarchum, Llamas, Suarez, Nauarrum, & alios, & hanc sententiam nouissimè docet Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. difficult. 49. num. 14.* vbi sic ait: [Si se diesse caso en que fuesse peligroso confessarse con el proprio Sacerdote, ò porque descubra las confessiones, ò porque sollicita à mal, respondo le pida licencia para confessarse con otro, ò recurra al superior, y si no puede hazer lo vno, ni lo otro, ha se de iuzgar, como si no tuuiesse copia del Confessor, porque la malicia del Confessor no da iurisdicion al otro parocho le absolua. Lo mismo es quando el Prelado niega injustamente la licencia para ser absuelto.] Ita ille, *in cap. omnis vtriusque sexus*, sic habetur. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam priùs postulet, & obtineat, cùm aliter ipse illum non possit absoluere.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Resol. 109. & 110. & in to. 4. tr. 8. ex Ref. 43. §. Vnde. & infra ex Ref. 160. §. 1. ad mediũ, à vers. Qui postea, n. 28. & seq.

2. Sed his non obstantibus, affirmatiuam sententiam tuetur Paludanus *in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 3. cas. 1.* Maior. *q. 2. col. 6.* Richardos *art. 3. q. 6.* Adrianus *in 4. de confess. q. 5. dub. 3.* Syluester *ver. confessor. 1. q. 6.* Toletus *lib. 3. capit. 13.* & Henriquez *lib. 6. cap. 13. num. 4.* vbi sic asserit: Quidam non sine ratione addunt, esse licitum in quibusdam casibus confiteri alieno Sacerdoti, quando proprius pastor præsens petitam ad id licentiam iniustè negat; quia sic iure petita, videtur ipso iure concessa, & defectum Parochi negantis supplet ipso iure Episcopus, defectum verò Prælati Regularis supplet Generalis Regularium, aut certè vtrumque ipso iure, aut ex præsumpta voluntate supplet Summus Pontifex. Sic ipso iure censetur concessa licentia, quando professus impunè transit in strictiorem religionem petita à Prælato licentia, quam ille iniustè negat, & quando Episcopus Regularibus legitimè, & dignè præsentaris negat iniustè licentiam audiendi confessiones, supplet Papa, & iurisdictionem confert prædictis Confessariis. Ita Henriquez.

Sup. hoc lege supra ex Ref. 24. §. Quæro septimò, vsq; ad §. Quæro octauò, & in aliis Resol. & §§. assignatis in §. Et hanc. præcitataæ Ref.

3. Cùm igitur vtraque opinio ex supradictis sit probabilis, pœnitens in tali casu, vel secundùm primam sententiam potest se gerere, tanquam copiam oon habens Confessarij, & sic in Paschate non frangeret præceptum, si non confiteretur, & eliciendo actum contritionis, poterit sacram Eucharistiam sumere: vel secundùm alteram sententiam potest confiteri alieno Sacerdoti, quæ omnia valde notanda sunt.

RESOL. XL.

An Parochus, qui residet in sua Parochia, sed non per se ipsum, sed per alios ministrat Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, &c. peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere?

Et notatur, quod habitatio Parochi, vt declarauit sacra Cardinalium Congregatio, debet esse prope Parochiam, id est ad modicam quantitatem. Ex part. 3. tract. 4. Resol. 155. aliàs 156.

§. 1. LEge cum attentione hanc resolutionem ô Paroche, & caue ne in hora mortis illa te tangat. Dico igitur, quòd Parochus non dicitur vere & iuxta mentem Concilij Tridentini *sess. 7. capit. 3. & sess. 23. cap. 1.* residere ob solam habitationem in loco beneficij; nam residere cum effectu accipiendum est; nempè officium suum personaliter exercere, & non solum in sua Parochia esse præsentem, & cætera substituto suo committendo. Debeot igitur Parochi illis Sacramentis ministrandis opem dare, quæ ex æquitate ministrari ab eis possint, non tamen tenentur noctu administrare, nisi nominatim & instanter desiderentur. Et ita communiter docent Doctores, & inter illos præcipuè Ioannes Sancius, qui omnino à Parochis videndus est *in selectis, disp. 47. per tot.* vide etiam Vasquez *opusc. de Pontificiis, cap. 4. §. 2. dub. in fine, & art. 2. n. 181.* Emanuelem Sà *ver. residentia, n....* Vgolinum *vbi infrà, num. 2.* & alios quos citat Sancius *loco citato.*

2. Sed difficultas est, an Parochus, qoi per seipsum Sacramenta non administrat, sed per substitutos, non solùm peccet mortaliter, vt dictum est, sed etiam teneatur ad restitutionem fructuum. Negatiuè respondet Garsias *de beneficiis, tom. 1. part. 3. cap. 2. num. 53.* vbi sic asserit. Parochus qui residet in Parochiali, non tamen per se exercet, & administrat Sacramenta, non videtur teneri ad restitutionem fructuum; nam Concilium solum ponit hanc pœnam amissionis fructuum contra absentes, & non residentes; iste verò non potest dici abesse, & non residere, quamuis officium suum non exerceat, & pœnæ non sunt extendendæ, maximè impositæ ipso iure, sicut etiam qui malè facit suum officium, Parochus, seu Episcopus, non ideo amittit fructus ipso iure. Ita Garsias.

3. Sed aduersùs illum insurgit Ioannes Sancius, *vbi suprà in selectis, disp. 47. num. 4.* ita ait: Censeo fructus nequaquam acquiri Parocho, non ministranti, quantumuis materialiter residenti. Si enim non residere pro eodem accipit Concilium, quod non seruire, & pœna sit imposita non residenti, fit ad restitutionem fructuum teneri Parochum, si non ministret; sed quanam ratiooe præsens, & quisnam magis absens se habet his Parochianis? Imò nihil pordest Parochi præsentia ministerio destituta, cùm potiùs offendat, vt rectè notauit Sotus *de iust. lib. 10. q. 1.* Graffius *tom. 1. consiliorum, lib. 3. cons. vnico, de Clericis, non resident. num. 7.* & idem est inutiliter adesse, quod abesse,

nec

nec amiſſio fructuum non miniſtrantis, vel non reſidentis, vt vult Garſias (apud nos tamen idem reputatur) pro pœna debet haberi; quæ cùm ad ipſius exequutionem ſcientia iudicis minimè ſit requiſita; potiùs non lucratio dicitur, vt conſtat ex illis verbis Concilij *ſeſſ.23.cap.1. Pro rata temporis abſentia fructus ſuos non facere*, &c. vſque ad illa verba, *non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis*, &c. Cùm igitur beneficia dentur propter officium, vt *in cap. cùm ſecundum Apoſtolum, de Presbyt. & cap. fin. de reſcript. in 6.* non acquirere illius fructus haud ſeruientem, pœna nullo modo eſt, ſed conditio, vt ait Graſſius *lib.2. cap. 97. num.56.* & Rodriquez *tom.2.qq. Reg.q.44. artic.4.* ſeu conuentionis naturalis adimpletio, non accipiendi ſibi neutiquam debitum, ſicut operarius ſui vicini colens vineam, & ob id ſtipendium, quod abeſt, non recipiens pœnam, minime incurriſſe dicitur: labefactata igitur eſt prima ratio Garſiæ.

4. Secundam verò æqualis momenti ſubiicio; ait enim, quòd ſicut Parochus malè ſuum munus adminiſtrans, fructus efficeret ſuos; ita, & nullo modo miniſtrans, reſidens tamen. Equidem ſi malè miniſtrat, ſibi, & non Parochianis damnum dat, mentem enim Concilij quoad ſubſtantiam exequitur, ſicut & Eccleſiæ, Miſſam audiens ob vanam gloriam. At non adminiſtrans, Concilio aduerſatur; nam Parochianos ſuo iure defraudat. Vnde iuſtitiam commutatiuam læſam eſſe dubitabit nemo, cùm reciperet beneficium, non quidem propter officium, ſed propter propriam ſuam temporalem vtilitatem, & lucrum. Et eſto, admittamus cum Garſia ex præcepto proueniente ex Concilio ſolum teneri Parochum ſe rigoroſè, & corporaliter abſentem à loco beneficij reſtituere fructus, & ex iure naturali reſtituere tenebitur, ſi non miniſtret, licèt in loco beneficij maneat, cùm beneficium, & illius fructus dentur propter officium ex pacto, & conuentione; qui igitur officium non adimplet, fructibus, & mercede indignus eſt. Cùm enim ibi reperiatur contractus, do, vt des, inter Parochum, & Parochianos, ſeu inter Epiſcopum conferentes beneficium, & beneficiatum, id eſt, do fructus, vt facias miniſteria beneficij, iure ipſo contractus fructus neutiquam ſuos efficiet Parochus, ſi munia non adimpleat. Vnde licèt ſolum ſe corporaliter à loco beneficij abſentibus obligationem reſtitutionis iniungat Concilium, non eſt, quia non putet eandem incurrere obligationem neutiquam inſeruientes, licèt præſentes ſint in loco beneficij, ſed quia non præſumit manſurum Parochum in loco beneficij, & non adminiſtraturum.

5. Hæc omnia tranſcripſi ad verbum ex Sancio, vt torporem à Parochis negligentibus excutiam. Non reticeam tamen ſententiam Garſiæ contra Sancium docere etiam Vgolinum *de pœnit. Epiſcop. cap.15. §.3. num.3.* ſed cum Sancio tenet Graſſius, Corduba, Aſtenſis, Hoſtienſis, Syluester penes ipſum, quibus adde Petrum de Aragona *in 2.2. q.63. art.2. §. Sed pro explicatione huius difficultatis*, & Ludouicum de San Iuan *in ſumma tract. de officio diuino, art. 13.*

6. Notandum eſt hîc obiter, quòd habitatio Parochi, vt declarauit ſacra Cardinalium Congregatio, debet eſſe propè Parochiam, quæ quidem dictio refertur ad modicam quantitatem; vide Riccium *part.4. deciſ.41. per totam.*

RESOL. XLI.

An Parochus ſemel, vel bis denegans ſubditum in confeſſione audire, rationabiliter illam petentem, excuſetur à mortali peccato?

Et notatur Parochum non teneri ad audiendum ſubditum, quando illi prouidit de alio bono, & apto, cui poſſit confiteri, niſi forte aliqua ſpecialis neceſſitas exigat, vt ab ipſo Parocho audiatur. Ex part.11. tract.8. & Miſcell. 8. Reſol.29.

§. 1. SVppono ex communiori ſententia, teneri Parochum audire ſubditos, non ſolùm, quando ipſi confiteri tenentur, ſed etiam aliàs quoties id rationabiliter petunt. Sed difficultas eſt an excuſetur quando ſemel, aut iterum nollet confeſſionem audire? Et negatiuè reſpondet Bonacina *de Sacrament. Pœnit. diſput. 5. quæſt. 7. punct. 5. §. 1. num.13.* vbi ſic ait: Nugnus excuſat à mortali peccato Parochum, qui ſemel, aut iterum denegat confeſſionem petenti rationabiliter; nam hæc videtur materia leuis, inquit Nugnus. Sed hoc mihi difficilè perſuadeo; nam ſi omiſſio vnius confeſſionis cenſeretur materia leuis, ſequeretur illum, qui ſemel in anno confeſſionem præmittit, quam ex præcepto Eccleſiæ facere tenetur, vel qui confeſſionem ex voto, vel ex iniuncta pœnitentia ſemel, aut iterum omittit, non peccare mortaliter, quod non videtur admittendum, vt patet ex dictis de promiſſione, & de voto. Ita ille.

Sup. hoc, quod hic ſupponitur, & doctrina ſeq. vſque ad notationem ſeq. in Reſ. ſeq. à principio vſque ad §. vlt. & in alio §. & verſ. eius primæ not.

2. Sed aduerſus illum meritò inſurgit Diaſtillus *de Sacram. tom.2. tract.8. diſp.10. dub.25. num.481.* quia ſæpè contingit rem aliquam, vt cadit ſub vno præcepto, & in ordine ad vnum finem, eſſe materiam leuem, quæ in ordine ad alium eſt materia grauis. Sic Theologi concedunt leuem comeſtionem vnius pomi parui, aut vnius boli ex eodem pomo in ordine ad ieiunium in materia temperantiæ, aut abſtinentiæ leue omninò peccatum eſſe, & tamen hoc ipſum in Adamo, & Eua exitiale fuit, & graue peccatum, nimirum, quia actus ille non propriè in materia temperantiæ ad finem huius virtutis pertinebat; ſed in materia obſequij, & ſubordinationis, qua ſe Deo ſubiectos, & ſubordinatos profiterentur, & ad id oſtendendum aliquo exteriori actu, vel ceſſatione illius, ordinabatur; reſpectu autem talis finis penſatis circumſtantiis meritò cenſebatur illa grauis materia, quæ in materia temperantiæ erat leuis. Sic etiam aliqua ſunt collegia, ſeu communitates etiam ſæcularium, in quibus præceptum (vt aliqui volunt) obligans in conſcientia ad audiendam quotidie Miſſam; qui actus non propriè præcipitur in ordine virtutis Religionis, & Diuini obſequij, ſed in ordine ad honeſtum modum traducendæ vitæ Chriſtianæ honeſtè, & decenter viuendo, vt decet homines probos, & qui vitam inſtituunt ſecundum rationem. Ad quem finem maximè iuuat honeſta illa, & Chriſtiana conſuetudo audiendi quotidie ſacrum. Quià tamen non cenſetur ea laudabili conſuetudine carere, qui ſemel, aut iterum, aut rarò in anno Miſſam omittit; nec multum lædere finem intentum à legiſlatore; non cenſetur materia grauis, & peccatum mortale ſemel, aut iterùm, aut rarò in anno Miſſam non audire. Cùm tamen eadem ipſa omiſſio Miſſæ, quando Miſſa præcipitur in ordine ad Religionem, & cultum Diuinum, vt fit in diebus feſtis, grauis materia cenſeatur.

3. Ex hac ergo doctrina facilè reiicitur, quod

dixit

dixit Bonacina; negari enim potest sequela; nam omittere confessionem præceptam ab Ecclesia semel in anno, vel quam quis vouit Deo, aut quæ ipsi iniuncta est in pœnitentiam peccatorum in ordine ad finem intentum ab Ecclesia, aut in materia Religionis, vel ordine ad Sacramentum confessionis præcedentis tanquam pars illius, aut certè, vt medicina pro auertendis aliis peccatis, censetur materia grauis, vel vnica tantum omissio confessionis. In Parocho ergo, qui ordinariè, vt par est, curam habet de profectu spirituali suarum ouium, earumque confessiones, quoties expedit, audit; quod semel, aut iterum vnius, vel alterius confessionem, quando non vrget necessitas, non excipiat, parum videtur lædi finis ille, in quem parochiale munus institutum est, & in quem ipse suscepit tale onus pascendi oues; nimis autem læderetur, si sæpius, & frequentius id faceret, aut si omitteret, quando grauis vrget necessitas; hoc ergo est, quod dicunt probabiliter prædicti Auctores, semel scilicet, aut iterum omittere, non multum lædere finem, in quem institutus est Parochus.

4. Et ideò hanc sententiam contra Bonacinam ante Dicastillum impugnauerat Leander *de Sacr. tom.* 1. *tr.* 5. *disp.* 12. *q.* 129. & ante omnes Eminentissimus Cardinalis Lugo *de pæn.disp.*21. *sect.*1. *n.*4. qui etiam *n.*5. notat, Parochum non teneri ad audiendum subditum, quando illi prouidet de alio bono, & apto, cui possit confiteri; nisi fortè aliqua specialis subditi necessitas exigat, vt ab ipso Parocho audiatur.

Obseruauit in §. vlt. Res. seq. & in alio, vers. eius annot.

5. Vnde non admitto id quod ex Posseuino olim obseruaui, distinguente de confessione in Paschate, aut mortis articulo, quam putat debere Parochum per se audire, & de confessione ex deuotione, quam putat posse alteri committere. Si enim extra cos casus præstat suum officium dando idoneum, aut fortè meliorem confessarium; in illis etiam casibus satisfaciet suæ obligationi similem talem dando, ergo nulla est distinctio.

6. Nec placet etiam quod aliqui asserunt, scilicet, eo ipso quod Parochus recuset audire confessionem Parochiani, censere concedere facultatem adeundi alium confessarium; tunc enim non intelligitur tacita licentia ex eo, quod ipse iniustè repellat. Ideò, vt rectè notat Vasquez, interrogare tenetur pœnitens, vt possit adire alterum, an velit ipsum alteri confiteri. Vide Lugum *num.* 5. *&* 6. & Dicastillum *num.*484. *&* 485. & Leandrum *quæst.* 121. cum Vasquez *in* 3.*part. tom.*4. *quæst.*93. *articul.* 3. *dubit.* 6.

RESOL. XLII.

An Parochus teneatur audire confessiones subditi, quoties ille voluerit confiteri sub pœna mortalis?
Ex part.2.tract.16.& Misc.2.Resol.2.

Sup. hoc in principio Resol. præcedentis, sed lege eam per totã & in to. 7. tr. 1. ex Res. 123. §. 1. à lin. 3. & vers. Parochus.

§. 1. PRima opinio est affirmatiua. Ita Bonacin. *de Sacrament. disp.* 5. *q.* 7. *punct.* 4. §. 2. *n.* 23. & præter DD. quos ipse citat, docent etiam hanc sententiam Ioan. Azorius *part.* 1. *lib.* 2. *cap* 17 *q.* 10. Ægidius de Coninch *de Sacrament. disp.* 8. *dub.* 17. *num.* 129. & P. Molfesius *in summa, tom.* 1. *tract.* 7. *ca*ᵖ. 21. *num.* 36. qui omnes asserunt Parochum teneri, vel per se, vel per alium confessiones subditorum audire, non solùm quando alter tenetur confiteri, sed etiam aliàs, quoties id rationabiliter petit, siue ratione festi occurrentis, aut indulgentiarum propositarum, siue quia tunc temporis (v. g. singulis mensibus, aut decimoquarto die) solet confiteri, aut quia habet aliqua peccata, quæ ipsius conscientiam grauant, aut aliam similem ob causam. Ratio est, quia ex officio tenetur suis subditis Sacramenta ministrare, & subditi habent ius petendi. Ergo, &c. Limitat hanc sententiam Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *q.* 93. *art.* 3. *dub.* 6. *n.* 3. quando tanta frequentia confessionis expediret saluti, & profectui spirituali subditi: sunt enim qui ita frequentet confitentur, vt omninò fit inutile, quia & confessionis virtus contemnitur, immo & aliquando expedit conscientiæ subditi cessare à confessione propter scrupulorum perturbationem. Denique diligenter inspiciendum est, quid vnicuique pœnitenti conueniat. Limitat secundò hanc sententiam Didacus Nugnus *in addit. ad* 3. *part. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 4. *dub.* 3. & excusat Parochum à mortali peccato, qui semel, aut iterum denegat confessionem petenti rationabiliter.

2. Secunda opinio est negatiua, quam post Medinam *C. de Confess. q.* 37. Richardum *in* 4. *dist.* 18. *art.* 2. *quæst.* 2. Syluestrum *ver. Confessor.* 1. *num.* 14. Atmil. *ver. absol. num.* 18. docet nouissimè ex neotericis Valerius Reginaldus *in praxi, tom.* 1. *lib.* 1. *capit.* 8. *num* 81. vbi existimat Curatum non teneri sub pœna peccati mortalis audire subditorum confessiones extra casum quo confiteri tenetur, vel iure humano, vt semel in anno; vel iure diuino, vt in verisimili mortis periculo; aut quoties tale remedium eis necessarium esse videtur, ad aliquod peccatum mortale vitandum. Et ratio est, quia aut tenetur Parochus audire confessiones subditorum ratione charitatis, aut ratione officii; non primum, quia teneretur audire etiam aliorum confessiones, qui non sunt ipsius subditi; & cùm alius Sacerdos non peccet mortaliter contra charitatem, nolendo audire alicuius confessionem, neque peccabit Curatus. Nec etiam ratione pastoralis officii mortaliter peccare contra iustitiam patet, quia officio suo satisfacit, si onera sibi à iure, vel à superiore imposita compleat, sed neque ius, neque superior imponit Curato Sacramentum Pœnitentiæ ministrare subditis, nisi cùm necessarium est hos illud recipere. Ergo. Vnde quamuis Curato commissa sit cura subditorum, tanquam patri filiorum spiritualium, tamen sicut patet carnalis satisfacit suo officio, dando filiis necessaria, aliis abundantioribus denegatis: ita etiam Curatus suo muneri satisfacere iudicandus est, Sacramenta necessaria tunc ministrando subditis, cùm eorum suscipiendorum necessitas vrget. Ergo, &c.

3. Tertia opinio est Ioan. Bapistæ Posseuini *de offic. Curati, cap.* 5. *quæst.* 7. qui distinguendo asserit Curatum teneri dare Sacramenta toties, quoties petuntur sub mortali, quando qui petit est in Paschate, aut morte. At si communicatur, vel confitetur ex deuotione, tunc teneri sub mortali, quando si non dederit, qui petit non habet alium, à quo recipiat: si verò habet à quo possit recipere, & recipiat, non teneri sub mortali. Quia si Curatus teneretur sub mortali, teneretur ratione damni notabilis, quod Parochianus sustinet. At cùm nullo damno afficiatur sub distinctione dicta, videtur etiam Curatum non peccare mortaliter Sacramentum non conferendo. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles.

Sup. hoc lege Resol. 1. not. præteritæ per totam. signanter §. Vnde non admitto. & etiã vide vers, doctrinæ not. 1. huius Res.

RESOL.

RESOL. XLIII.

An, si in aliqua Synodo Diœcesana prohibeatur audire confessiones in domibus priuatis sub pœna suspensionis, dictæ confessiones sint nullæ?

Et quid, si prohibeatur ne audiantur confessiones mulierum in Ecclesia ante ortum, vel post occasum solis, vel extra sedem confessionalem?

Et an in dicto casu Confessarius ministrando peccet, & incurrat irregularitatem? Ex part.8.tractat.7. & Misc. Ref.73.

§. 1. VEl audiantur confessiones mulierum in Ecclesia ante ortum, vel post occasum solis, vel extra sedem confessionalem, & affirmatiuam sententiam tenet Bordonus *in conf.Regul.resolut.*36.*q.*31. & amicissimus P. Trimarchi *de confess. sollicit.disp.*3.*sect.*2.*n.*26.

2. Sed ego adhæreo negatiuæ sententiæ, quam nouissimè docet Raphaël Auersa *de Sacrament. Pœnitent. quæst.*16.*sect.*4. quia, ait ille, in talibus decretis, & edictis non solet adesse clausula irritans, & intentio Episcopi tantùm est prohibere, non autem irritare tales confessiones, quasi absque iurisdictione, vel approbatione, factas. Nec pœna suspensionis imposita ipso facto, incurritur statim dum Confessarius incipit audire confessionem, sed solùm dum perficit impendendo absolutionem, quia tunc completur delictum. Ac etiam post incursam suspensionem, licèt Confessarius ministrando peccet, & irregularitatem quoque incurrat; tamen non sunt irritæ confessiones eorum, qui bona fide accedunt, sicut nec quando Confessarius est excommunicatus, donec sit publicè denunciatus, & vitandus, iuxta Extrauag. *Ad euitanda*.

RESOL. XLIV.

Quidam confessus est cum Sacerdote, quem sciebat esse in statu peccati mortalis, habens commoditatem confitendi cum alio, quæritur, an peccauerit mortaliter, & confessio illa fuerit nulla? Ex part.4.tract.4.& Misc. Resol.21.

§. 1. HIc casus olim accidit, & de illo magna controuersia fuit inter viros doctos: multi affirmatiuè responderunt, quia pænitens in tali casu accedit ad Sacramentum cum obice, inducens Confessarium ad peccatum mortale, nempe ad indignam administrationem Sacramenti. Ego postquam cognoui illum Confessarium fuisse paratum ad omnium confessiones excipiendas, quod pœnitens antequam confiteretur etiam sciebat, illum liberaui ab onere reiterandi confessionem, & per consequens putaui non peccasse, neque confessionem illam fuisse nullam, & pro hac sententia adduxi Doctores, quos citaui *in* 3.*part. quæstione quarta, resolut.* 59. quibus nunc addo doctissimum Martinum Ledesmam, inclyti Ordinis Prædicatorum ornamentum, *in* 1. 4. *quæstione quinta, articul.* 6. *dub.* 12. *proposit.* 8. vbi sic ait: Si quis Sacerdos est paratus siue proprius, siue alienus, licet exigere & inducere, & petere ab illo Sacramentum, vt si Sacerdos sit in peccato, nihilominus non se subtrahit ab administrando, potest quis etiam sine necessitate petere, & rogare illum, vt celebret, sicut potest petere ab vsurario parato, etiam extra casum necessitatis. Ita Ledesma. Scio alios probabiliter sentire aliter, sed meam sententiam probabilem quoque esse existimo; vnde in tali casu venialiter tantùm peccare petentem Sacramentum à ministro malè parato absque necessitate, vel vtilitate aliqua, probabiliter putauit Sanchez *in summ. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 23. & hanc sententiam certam esse dicit Sotus *in* 4.*dist.*1. *q.*1.*art.*6.

Quæ hic est supra in tr.1. Ref.20.& ibi in Ref. 18. & ex Ref.21. §. 1. & in to. 2. tr.3 ex Ref.16 in fine, §.1. & §. penult. & vlt. sed lege eam per totã. & in to 7. tr. 5 ex Ref. 54 § 2. ad medium.

RESOL. XLV.

An pueri statim post vsum rationis teneantur præceptis Ecclesiæ confessionis, Eucharistiæ, &c. & à lacticiniis, & carnibus abstinere in diebus ieiunij?

Et an, quando dubium est puerum habere vsum rationis, præsumendum sit habere, & esse obligatum, si impleuit septennium? Ex part.3. tract.6. & Misc.2. Resol.87.

§. 1. NEgatiuè videtur respondendum ex D. Antonino *part.* 2. *titul.* 9. *capit.* 7. §. 2. vbi affirmat præcepto confessionis non teneri pueros vsque ad decimum & dimidiatum annum, & aliquantulum vltrà, & fœminas vsque ad nonum & dimidiatum annum, & aliquantulum vltrà. Sotus verò *in* 4. *sentent. dist.*12. *quæst.*1. *artic.* 11. *ad fin. corporis*, dicit vsque ad duodecimum annum non teneri pueros vllis Ecclesiæ præceptis, nec confessionis. Henriquez *lib.*8. *de Euchar.c.*42. *n.*4. censet Ecclesiæ præceptis non obligari pueros statim ac vsum rationis habent, & *lib.* 13. *de excommun.cap.*49.*n.*3.*in glossa littera N*, affirmat dari his lacticinia, & carnes aliquo tempore post vsum rationis, in diebus ieiunij.

Quamuis nõ plenè super hoc lege tamen doctrinã duarum Ref. seqq. & latè pro omni cõtento in hac Ref. dempta vltima diffic. in to. 4. tr.6. Ref. 68 & in alio vers. eius not. pro parte huius quæst. signanter in §. Dico.

2. Verùm his non obstantibus affirmatiuam sententiam prorsus tenendam esse puto cum Sanchez *in summa tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 6. Salas *de legibus, disputat.* 14. *sect.*13. & aliis penes ipsos, & ita aduersùs Sotum, & Henriquez de præcepto confessionis, & abstinentiæ à carnibus, & lacticiniis tenet Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disput.* 36. *sect.*2.*num.*3. Azorius *tom.*1 *lib* 7. *cap.*2. *quæs.*1. & *cap.*40. *quæs.*6. & aliis relatis à Sanchez *loco citato*. Dicendum est igitur absolutè aduersùs supradictos Doctores, pueros cùm ad vsum rationis peruenerint, qui communiter intelligitur aduenite septennio completo, obligari legibus, & præceptis Ecclesiæ. Limitatur tamen hæc sententia communiter quo ad præceptum communionis; sed ego alibi probabilem contrariam sententiam putaui, asserentem pueros post vsum rationis, posse communicari statim, imò teneri ad præceptum communionis. Quoties verò dubium est puerum habere vsum rationis, præsumendum est habere, & esse obligatum, si impleuit septennium; quia regulariter illo completo in omni materia vsus rationis habetur, & alleganti contrarium incumbit onus probandi.

Alibi in to. 2. tr 2 Ref.5. & 6. & in aliis vers. earum anno'.

Sup. hoc in princip. Ref. seq. sed lege eam per totã, & aliam eius primæ not. & infra in tr. 4. vide Ref. 21. & Resol. eius annotationũ.

RESOL. XLVI.

An post septennium in dubio censeantur pueri habere vsum rationis, & sic teneantur confiteri, Eucharistiam sumere, non comedere carnes in diebus ieiunij, &c.

Et an pueri teneantur confiteri, non comedere carnes, &c. si ante septennium constet habere vsum rationis?

Et

Et ante septennium in dubio, an puer habeat vsum rationis; præsumendum sit non habere? Ex part.4. tractat.3.Resolut.52.

Sup hoc cursim, & reiteratiuè in fine Ref. præteritæ, & latiùs in tr. 4. ex doctrina Ref.22 à lin.6.

§. 1. RESpondeo quòd quando dubium est, an pueri rationis vsum habeant, præsumendi sunt habere, si compleuerint septennium, secus antea; quia præsumptio desumenda est ex communiter contingentibus. Sed ponam hîc incidenter pro curiosis pulchrum dubium, an, v. g. puer teneatur confiteri, non comedere carnes, &c. si constet ante septennium habere vsum rationis. Respondeo probabiliter negatiuè, ex illa celebri doctrina quam affert Ioannes Sancius *in selectis: disputat.* 51. *numer*. 31. vbi sic ait: Quamuis ante septennium puer doli capax sit, nullo præcepto positiuo obligari reor; cùm leges positiui iuris ante illam ætatem, in qua communiter lumen rationis oriri est solitum, non intendant obligare, & per accidens in vno, vel alio puero rationis vsum accelerari, in quo absque discordia puto consentire Doctores, nam ad ea quæ frequenter accidunt, leges adaptantur, ex *leg. nam ad ea ff. de legibus*, Ita Sancius, quem nouissimè sequitur Castrus Palaus *tom.1. tractat.3. disput.1.punct.24.§.2. num.3.* licet contrariam sententiam etiam probabiliter doceat Layman *in Theolog.moral lib.5.tract.6. cap.5.num.7.* & alij loquentes de confessione puerorum, cum Zambrano *cap.4. dub.3. num.5. & 6.*

Sup. hoc in § 1.& 2. Ref. seq & in to.4. tr. 6. ex Ref. 67.§.2.ad medium, vers. vbi etiam plus. & magis latè in Ref. 68.

Certum est tamen, vt dixi, ante septennium in dubio an puer habeat vsum rationis, præsumi non habere, & sic non teneretur confiteri, ieiunare, &c. vt cum aliis tradit Alphonsus de Leone *in er. de offic. & potest.confess.tom.1.recollect.17.n.41.*

Sup. hoc dubio in Ref. 1. not. præteritæ, in §. Dicendum, ad mediú, vers. A fortiori.

RESOL. XLVII.

An pueri teneantur ad annuam confessionem, si ante septennium vsum rationis obtinuerunt?

Et docetur pueros ante septennium, si adepti fuerint vsum rationis, posse comedere carnes in vigiliis, Quadragesima, &c. nec teneri ad annuam confessionem.

Et notatur fatuis, & Infidelibus tempore ieiunij posse carnes ministrari, quia non subduntur legibus Ecclesiæ. Ex part. 10. tract. 12. & Misc.2. Resolut. 37.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam nominatim contra me tenent duo docti Recentiores, Leandrus *de Sacr.to.1.tr.5.disp* 3.q.38. & Martinus de San Ioseph *in mou.Confessar.tom.1.lib.1. tract.6. de Pœnit. n. 9.* vbi sic ait: [Los niños en teniendo vso de razon, Luego que alcançan que cosa es pecado, en cometiendo pecado mortal, estan obligados à confessarse, aunque no azan llegado à siete años. Assi lo determina *el cap. Omnis vtriusque sexus de Pœnit. & Remiss.* ibi: Omnis vtriusque fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur, &c. y es comun contrà Ioann. Sanchez *in Selectis,disp.*51.*n.*3.Castrum Palaum, *tom.1.tract.3. disput.1.punct.24.§.2.num.3.* Dianam 4.*part.tract.3. resolut.*52.que tienen, que no estan obligados antes del septimo, aunque tengan vso de razon, porque la Iglesia no obliga con sus leyes hasta el dicho tiempo, y contrà Lugum, *disp.* 15. *num.*152. que afirma, no tiene obligacion antes de ocho años. Però mas hemos de creer al derecho, que ordena expressamente lo contrario. Et legis casus vbi est; cessat omnis disputatio, Gloss. vltim *in leg. Ancilla, Cod de Furtis.* Surdus *cons.* 53. *num.* 6. Craueta *consil.* 273. *num.* 7. Ioseph Sellè *Aragonia decis.* 153. *numer.* 5. Huc vsque Martinus. Sed iste Auctor non loquitur consequenter, qui postea, *lib. 2. tractat. 2. de Ieiunio, num.* 4. asserit: Pueros antequam perueniant ad septennium, si acquirant vsum rationis, posse comedere carnes io diebus Ieiunij; sic enim asserit: A los niños que no an llegado al vso de razon, se les puede dar carne, y hueuos en los ayunos de Quaresma, y en los demas de entre año, porque no les obligan las leyes de la Iglesia: y lo ordinario suele ser hasta los siete años, aunque no estan obligados à ayunar, hasta los veinte y vn años: es dotrina comun. Y aunque conste, que antes del septimo se les acelerò el vso de la razon, se les puede dar carne, y manjares prohibidos, porque antes de los siete años nos les obliga ninguna ley Ecclesiastica:] Et ad ea quæ frequenter accidunt, leges adaptantur spretis casibus rarò contingentibus: *leg. nam ad ea, ff. de legibus.* Diana, *resol.42. parte prima, tract.9.* Ioannes Sanctius, *disputatione quinquagesimaprima, in fine.* Ita Martinus: qui vt dixi non loquitur consequenter: nàm si obligat pueros præceptum annuæ Confessionis ante septennium, obligabit illos etiam præceptum abstinendi à carnibus, & è contrà.

Sup. hoc in Ref.not.seq.

Sup. hoc latè in Resolutionibus not. sequent.

Quæ nunc inuenietur in to 4 tr.6.Resol.67. & latè ibi in Ref.68. & suprà ex doctrina Ref. 45.& Ref.46. à lin.5.& vers. Sed ponam.

2. Dicendum est itaque, pueros ante septennium, si adepti fuerint vsum rationis, posse comedere carnes, nec teneri ad annuam Confessionem; & ità me citato nouissimè docet Ioseph Roccafull. *in Decalogum de Precept. Eccles. tract.6. lib. quarto, capite tertio, numer.* 35. & Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 3. capit. 4. dub. 2. num.* 11. vbi sic ait: Diana cum Sancio, & Palao tenet, eum non teneri coofiteri, oec à carnibus abstinere, nec ad alia præcepta Ecclesiæ, si constet ante septennium habere vsum raoonis; quia leges non intendunt obligare ante illud tempus, & ætatem, in qua communiter lumen rationis oriri est solitum, quod est septennium, & per accideus est quod ante septennium in hoc, vel illo puero acceleretur. A fortiori non tenebitur, inquir Diana, si ante septennium dubitetur de vsu rationis; quia tunc, inquit, præsumendum est non illum habere; quæ omnia probabiliter sustineri possunt propter rationem, & authoritatem Doctorum. Ita Trulleuch. Et præceptum abstinendi à carnibus non obligare pueros ante septennium, etiam si haberent vsum rationis, docuit etiam Pasqualigus *in Praxi de Ieiunio, decisione* 50. *numer.* 2. quia, ait ipse, lex humano modo procedit in obligando: vndè quia non intendit obligare nisi habentes vsum rationis, ideò solùm intendit obligare, quandò præsumitur vsus rationis. Vsus autem rationis non præsumitur, nisi expleto septennio, quia si aliquandò anticipat, per accideus est, & ea quæ per accidens fiunt non computantur. Quarè cùm lex non intendit obligare nisi eos qui præsumuntur vsum rationis exercere, non intendit obligare ante septeonium. Fateor tamen, his non obstantibus, contrariam sententiam esse probabiliorem & securiorem; id quod firmo, est negatiuam sententiam esse satis probabilem, quod fatentur ipsimet aduersatij.

Quæ hic est Ref. antecedens à lin. 6. & supra in Ref.45 & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc dubio in fine, Ref. præteritá, vers. certum est.

3. Nota hîc obiter, Martinum *vbi suprà, n.*5. me citato, rectè docere, fatuis, & infidelibus tempore Ieiunij, posse carnes ministrari; quia non subduntur legibus Ecclesiæ.

Sup. hoc in to.4. tr. 6. ex Ref.67.§. vlt. & pro parte in aliis Resol. eius not.

RESOL. XLVIII.

An Papa teneatur sub mortali ad confessionem peccatorum semel in anno?

Et quid de Horis Canonicis, de ieiunio, &c? Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 3.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 28. & lege doctrinam aliorum §§. eius primæ not. & vide latam doctrinam Ref. annotationis vlt. huius Ref. & aliarum eius notationum.

§. 1. Affirmatiuè respondent Doctores, quos citat & sequitur Bonacina *de Sacrament. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 4. n. 4.* quibus adde Fagundez *in præcep. 1. Ecclesiæ, lib. 4. cap. 3. numer. 18.* & Trullench *in Decalogum, tom. 1. lib. 3. cap. 5. dub. 2. num. 10.* quia Papa sicut alij Principes si non vi coactiua, saltem vi directiua, tenentur seruare suas leges. Sed hæc ratio apud aliquos parum vrget, saltem ad inducendam obligationem grauem: licèt supremus Princeps iuxta probabiliorem sententiam non possit absque rationabili causa secum dispensare in propria lege: hoc tamen peccatum dispensationis absque causa sufficienti, existimatur à multis solùm veniale, quos refert & sequitur Thomas Sanchez *lib. 8. de matrimonio, disput. 18. num. 7.* & nouissimè Castrus Palaus *tom. 1. tract. 3. disputat. 8. §. 1. numer. 5.* quando non adest scandalum, aut notabile aliorum damnum: licèt ipse Sanchez postea *lib. 5. consil. cap. 1. dub. 5.* hanc sententiam reuocet: si ergo potest absque culpa graui Pontifex dispensare cum aliquo in sua lege, cur non posset absque graui culpa secum dispensare. Quòd si potest dispensare, iam obligatio tota illius legis respectu Pontificis erit solùm sub veniali, cùm possit quoties voluerit, dispensare secum, & auferre sibi obligationem sub mortali. Et ideò Summum Pontificem non peccare mortaliter, si annuam confessionem non faciat, tenet Nauarrus *de pœnitentia, dist. 5. n. 32.* qui citat Ioan. Andream & Felinum: vnde Richardus *in 4. distinct. 17. quæst. 4. art. 2. ad 5.* & Scotus *ibidem, quæst. 1. artic. 1.* quos citat Fagundez *vbi supra numer. 19.* dixerunt non teneri Pontificem sub mortali ad legem & præceptum confessionis, sed tantùm sub congruitate quadam morali ac proximi sub veniali.

Sup hoc in tom. 3. tr. 1. lege doctrinam Ref. 26. & 51. & hic infra vide §. vlt. Ref. 67 & ne prætermittas legere Ref. not. seq. & alias eius annotationum.

2. Verum ego affirmatiuæ sententiæ libenter adhæreo: concedo tamen cum Patre Lugo *de Sacrament. pœnit. disput. 16. sect. 7. numer. 143.* tanquam probabile, quòd si Papa hoc præceptum Ecclesiasticum quoad se non omninò tolleret, sed alteraret quoad tempus, volendo, quòd determinatio temporis quoad se esset pro hac vice annus cum dimidio, non peccaret grauiter: iam enim relinqueret aliquam temporis determinationem etiam pro se, & aliunde non videtur culpa grauis non conformare se in omnibus cum suis subditis Non desinam tamen hîc adnotare Ioannem Præpositum *in part. 2. D. Thomæ, quæst 95. disput. 4. dub. 1. numer. 4.* docet, seposito scandalo Summum Pontificem non legentem horas Canonicas, nec ieiunantem non peccare mortaliter; licèt Malderus *in part. 2. quæst. 96. art. 5. §. vt verò*, asserat sub mortali teneri.

Sup. his in tom 6. tr. 1. ex lacissima doctrina Ref. 33 & si perlegis eam per totam & alias eius notationum, doctrina repleueris. signanter in fine §. Ex quo. & seq.

RESOL. XLIX.

An qui habet facultatem eligendi Confessarium pro vna vice, possit pro oblitis vti illa facultate? Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 28.

Sup. hoc in to 7. tr 1 Ref. 101. à lin. 7.

§. 1. Affirmatiuè respondet Dicastillus *de Sacr. tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 23. num. 471.* vbi sic ait: Addit etiam Nugnus *in additionibus q. 8. art. 5. dub. 2. colum. 4.* eum, qui facultatem habuit eligendi Confessarium pro vna vice, si aliquid in ea confessione obliuiscatur, posse vi illius facultatis peccatum illud confiteri Confessario electo, quia facultas non videtur finita, nisi actus sit completus, Quæ doctrina mihi maximè placet; censetur enim hæc secunda confessio, quasi appendix præcedentis. Ita ille.

Sup. hoc in fra in tr 4 e Ref. 44 §. Sed ad medium, vers. secus. & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 41. §. Notatamē. in fine. à vers. Non tamen. in primis lin. Ref. ne 1. prætermittæ.

2. Confirmatur hæc opinio ex alia quam docet idem Dicastillus *dub. 7. n. 427.* contra Suar. & Zambranum, asserentes quod si simplex Sacerdos in articulo mortis absolueret moribundum à peccatis, non posse eum superueniente legitimo Confessore audire peccata oblita, vel quæ æger non potuit fateri tunc, vel existimatum est eum non posse; & ideò fuit à reliquis absolutus; sed putant ea peccata legitimo Confessori superuenienti esse aperienda, quia est noua confessio, & à priori independens.

3. Sed hanc opinionem difficulter admittit Dicast. propter argumentum à simili in absolutione à casibus reseruatis, quando aliquis casus reseruatus fuit oblitus in Confessione, quæ facta fuit Sacerdoti pro illo tempore v. g. Iubilæi, tunc enim etiam transacto tempore peccata oblita desinunt esse reseruata, quia quo tempore data fuit absolutio, habuit confessarius legitimam potestatem absoluendi ab omnibus, atque adeo cessante etiam tempore, & occasione concedendi eam facultatem, censetur quasi appendix illius perseuerare in posterum facultas circa illa. Ergo eadem ratione in nostro casu perseuerabit facultas, & secunda absolutio censetur quasi appendix præcedentis, in qua fuissent absoluta illa peccata, si memoriæ occurrissent, vel per tempus licuisset illa confiteri. Vnde quamuis in praxi sequenda sit sententia prædictorum Auctorum; nihilominus, si ratione præcisè agamus oppositum conforme videtur principiis generalibus circa casus reseruatos.

4. Ad probationem autem aduersariorum, quod scilicet hæc secunda confessio sit alia distincta à præcedenti, & independens ab illa, distinguendum est, si enim velint dicere esse aliud Sacramentum per se constans suis partibus distinctis ab aliis partibus præcedentis Sacramenti, atque adeo existens sine illo, & quando illud iam non existit, concedendum est; id tamen nihil refert; sicut non refert in alio casu dicto, quando tempore Iubilæi facta fuit absolutio, nec enim minus diuersa est; & minus independens à præcedenti, confessio, quæ postea fit extra tempus Iubilæi, quam, quæ postea fit extra tempus, quo non erat proprius Sacerdos, & nihilominus tunc, quia si tempore Iubilæi meminisset, confessus fuisset pœnitens illa peccata reseruata, & in quantum potuit illa subiecit habenti facultatem tunc absoluendi, censetur reseruatio cessasse; pari ratione in casu. Atque vt suo loco videbimus, Syluester, Nauarr. Palud. Gabriel. Sà, *verbo casus reseruatus, n. 7.* aliique multi, docent nulla facta exceptione, si quis oblitus casuum reseruatorum absolutus est à potente, & intendente absoluere illum ab omnibus (quod semper intendit, qui absoluit, posse absolui ab illis postea ægrotum in articulo mortis, absoluit, & intendit absolui per quemcunque confessarium; quia iam non sunt reseruati, sed in nostro casu Sacerdos absoluens ægrotum, potest absoluere etiam à casibus reseruatis, habetque iurisdictionem circa illos: ergo desi-

nunt esse reseruata, atque adeò iterum ab illis poterit absolui. Si verò per nouam confessionem, & independentem ab alia intelligant aduersarij confessionem ita nouam, & independentem, vt nec expressè, nec virtualiter pertinuerit, aut debuerit pertinere ad partem materiæ præcedentis confessionis, falsum est; quod ea sit omninò noua confessio; est enim quasi appendix præcedentis confessionis, in cuius partem intrasset hæc confessio, si memoriæ occurrissent illa peccata, & absolutio non minus directè fuisset illorum, quàm aliorum, sicut absolutio tempore Iubilæi facta; ergo eodem modo censeri possunt peccata illa oblita capacia absolutionis ab eodem Sacerdote, qui prius audiuit. Hæc omnia Dicastillus satis quidem probabiliter.

RESOL. L.

An quis satisfaciat precepto Ecclesiæ cum confessione voluntariè nulla, quia sine dolore, propositio, &c?

Et notatur, quod talis inualide absolutus licèt non satisfaciat præcepto Ecclesiæ, tamen liberatur à reseruatione, si Confessarius potestatem habeat ab his absoluendi.

Et an per dictam confessionem possit vitare pœnam excommunicationis in Constitutionibus Episcopalibus impositam?

Et an pueri statim post vsum rationis incurrant dictam excommunicationem, vel necesse est, vt 14. annos habeant ad incurrendam excommunicationem; & ita pueri excusantur à censura ferenda à iudice, non tamen à censura Canonis? Ex part. 3.tr.4.Res. 119.aliàs 120.

Sup. hoc in tom.3.tr.1.ex Res. 19.§.Ex hac.

§. 1. Negatiuam sententiam docent Nugnus *in addit.ad* 3. *p.tom.*1.*q.*6. *art.*5.*diffic.*6.Faber *de pœnit.in* 4.*sent.dist.*17.*q.vnic. disp.*30.*c.*3.*num.*55. Suarez *in* 3.*part.tom.*4.*disp.*36.*sect.*7.*n* 3.Coninch. *de Sacram. disput.*5.*dub.* 9. Layman *in Theol. mor. lib.*5.*tract.*6.*c.*5.*n.* 10.Sotus *in* 4.*dist.*18.*art.*3.Medina *in summa,lib.* 1.*c.*14 §.4 1. Nauarrus *cap.* 10. *n.* 4.Comitolus *in resp.mor.lib.*1.*q.*19. Filliucius *tom.*1. *tract.*6 7.*cap.*13.*n.*64.Sylvius *in* 3. *part. q.* 6. *art.* 5. *quæritur* 1. Emanuel Sà *ver. Confessio, n.* 1. & alij. Et ratio est, quia non aliam confessionem præcipit Ecclesia, quàm Deus. Sed præcepto diuino quis non satisfacit, nisi per susceptionem Sacramenti. Ergo nec Ecclesiastico. Vnde si nulla fit confessio etiam ex parte Sacerdotis, etiam tenebitur pœnitens iterum confiteri, quia præcepto Ecclesiastico non satisfecit, vt notant Sylvius, & Filliucius *vbi suprà.* Hæc opinio est probabilior.

2. Sed contrariam etiam probabilem existimo cum Fagundez *præc.*2 *lib.*1.*c.*4.*in fine*, quam docent Paludanus *in* 4.*dist.*17.*q.*7.Gabriel *ibidem,q.*1.*art.*3. *dub. vlt.* Victoria *in sum. q.* 163. Alensis *part.* 4. *q.* 77.*n.*5.*art.*7. Syluester *ver.Confess.*4. *num.*3. *in fine*, & alij; quia Ecclesia solum externum confessionis actum præcipere potest, & occulto autem defectu non iudicat. Adde, quòd remissio peccatorum, cùm sit finis præcepti, non cadit sub præcepto. Vide etiam Pitigianum *in* 4. *tom.*2. *dist.* 17. *q. vnic. art.* 7.

Sup. hoc infrà in tr. 5. Res.29 & lege doctrinam aliarum Res. eius secundæ not.

3. Notandum est tamen, quòd talis inualidè absolutus, licèt stando in prima opinione non satisfaciat præcepto Ecclesiæ, tamen liberatur à reseruatione peccatorum, si Confessarius potestatem habeat ab iis absoluendi. Et ita docent Coninch. *de Sacram. disput.* 8. *dub.* 12. *num* .91. Layman *in Theol. moral. lib.*5.*tract.*6.*c.* 5.*num.*11.& alij penes ipsos, & ego ipse alibi.

4. Notandum secundò, quòd Henriquez *lib.* 4. *c.*4.*§.*1.licèt doceat per confessionem inualidam ex culpa pœnitentis, humanum præceptum annuæ confessionis non impleri; tamen putat per eam confessionem vitari pœnam excommunicationis in constitutionibus Episcopalibus impositam contra tale præceptum transgredientes; verùm hanc sententiam non admittit Fagundez *n.*12.sed probabilem illam esse docet Emanuel Sà *ver. Confess. num.* 1.

Sup. hac pœna in tom.3. tr. 1. ex Res. 19. §. Infertur.& in aliis §§.eius not.

5. Sed quidquid sit de hoc, ego puto pueros ante 14. annum non incurrere supradictam excommunicationem, licèt per confessionem inualidam non satisfaciant Ecclesiastico præcepto de annua confessione, quia tales pueri excusantur à censura ferenda à iudice, non tamen à censura Canonis, quod est valdè notandum. Et ita docent Filliucius *tom.* 1. *tract.*7. *cap.* 3. *num.*72. & Nugnus *in addit. ad* 3. *part. quæst.* 6.*art.* 5. *dub.* 1. vbi sic ait: Videtur mihi satis probabile, pueros ante annos pubertatis non ligari excommunicatione, vel aliis pœnis Ecclesiasticis, vnde quando in aliqua Parochia in communi excommunicantur, qui non sunt confessi, non comprehenduntur pueri, vt *suprà.* Ita ille.

Sup. hoc infrà in Res.83. §. vlt & in aliis eius annot.

Sup. hac censura Canonis in tom.1. tr. 1. ex Res. 5. §. Ex quibus.cursim ad medium.vers. nec pœnis Canonis.& in tom.5.tr.1.ex Res. 108.§.2. & 3. & in aliis eius not.

RESOL. LI.

Petrus confessionem fecit in die Natiuitatis Domini, sed postea in multa peccata incidens, tempore Quadragesimæ scelera illa Confessario non exposuit; quæritur, an illa prima confessione satisfecerit præcepto Ecclesiæ annuæ Confessionis?

Quod est quærere, an fideles satisfaciant præcepto confessionis quocumque anni tempore confitendo, vel teneantur confiteri tempore Quadragesimæ?

Et quid sit dicendum, si post confessionem peccauit mortaliter, & suscepturus est Eucharistiam in Paschate, aut si mortis articulus superueniat? Ex part. 2.tr.17.& Misc.3. Res. 54.

Sup. hoc in duabus Res. seqq.

§. 1. Noster P.D.Marcellus Megala *in* 1.*p. lib.* 5. *cap.*3.*n.* 3. secundùm ius commune asserit sufficere hoc præceptum adimpleri quocumque anni tempore, quia *in cap. omnis*, ex quo iure habemus præceptum annuæ confessionis, solummodo præcipitur, vt fiat semel in anno. Ergo sufficit, vt quocumque anni tempore fiat. Verùm quia consuetudo vniuersalis Ecclesiæ, quæ facit ius commune, vt habetur *in Clem.fin.de ætat.& qualit.*iam obtinuit, vt adimpleatur tempore Quadragesimæ; ergo seruanda est, vt *in l. minimè, ff. de legibus*, quam consuetudinem cùm probauerit Concil. Trident. *sess.*14.*c.* 5. *in fine*, inde fit, vt hodie vnusquisque dicto tempore Quadragesimæ confiteri teneatur, & hanc opinionem expressè docet Medina *Cod. de pœnit.q.*8.*de confessione semel in anno facienda.* Hæc Megala.

2. Sed pace doctissimi viri, contrariam sententiam probabiliorem, & veriorem esse assero cum Vasquez *in* 3.*p.tom.*4.*q.* 90.*art.*3. *dub.* 1. Syluio *in add.ad* 3.*part.q.*6.*art.*5.*dub.*3.*n.*9.& Nugno *in addit. ad* 3. *part. tom.* 2. *q.* 6. *art.* 5. *diffic.* 4.*fol. mihi* 250. qui ad argumenta oppositæ sententiæ respondent distinguendo: asserunt enim quòd quando consuetudo est vniuersalis, & intelligunt homines se obligari

obligari ad talem actum ratione sui, & non ex aliquo accidenti, habet in hoc casu consuetudo illa vim præcepti. Quando verò consuetudo non est ita vniuersalis, & ex alia parte non censentur homines se obligari ad talem actum secundùm se, sed ex aliquo accidenti, non habet talis consuetudo vim præcepti ad illum actum secundùm se consideratum, & ita contingit in nostro casu; solùm enim intelligunt homines se obligari ad confessionem Paschatis propter communionem. Ita illa consuetudo fuit introducta, vt homines præpararentur ad communionem, ad quam tempore Paschæ tenentur, ità vt etiam simul implerent præceptum confessionis; non verò introducta fuit hæc consuetudo pro præcepto confessionis secundùm se.

3. Ad authoritatem Tridentini patet responsio ex dictis; nam in illis verbis Concilij, tantùm in sensu supradicto approbatur illa consuetudo confessionis, & ibi Concilium tantùm voluit significare contra Hæreticos, retinendum esse morem illum confitendi: sed quod secundùm se ratione confessionis eo tempore obligaret, & ita retineretur, non curauit: vnde quando dixit Concilium, quem morem, &c.ad illud refert,quòd dixerat obseruari morem in Ecclesia confitendi, de quo erat institutum. Hæc Nugnus, & Vasquez.

4. Dicendum est igitur absolutè, si quis confessionem fecit intra annum, non teneri postea in Quadragesima confiteri; cùm iam adimpleuerit præceptum annuæ confessionis. Ita Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 4.* Canus *in relect. de pœnit. p. 5.* Valentia *tom. 4. disp. 7. q. 9. punct. 4.* Reginald. *in praxi tom. 1. lib. 6. cap. 2. num. 33.* Molfes. *in summa, tom. 1. tract. 7. c. 10. n. 23.* Azor. *p. 1. lib. 7. cap. 38. q. 7.* Suarez *in 3. p. t. 4. disp. 36. sect. 3. n. 4.* Henriquez *lib. 4. de Sacram. c. 4. v. 7.* Coninch. *de Sacram. disp. 5. dub. 7. num. 58.* Victoria *in summa, q. 137.* Zerola *in praxi pœnit. cap. 10. q. 9.* & alij DD. communiter. Fieri tamen potest, vt alio titulo teneatur confiteri, vt si post confessionem peccauit mortaliter, & suscepturus est Eucharistiam in Paschate; aut si mortis articulus superueniat: in his enim casibus tenetur denuo confiteri.

Sup. hoc in Ref. seq. cursim in fine, & in Ref. 1. post seq. §. Sed ego in fine.

RESOL. LII.

An si quis, v. g. in Natiuitate confessus est, teneatur postea confiteri, si sequenti Paschate à communione accipienda impediatur?

Et an ex iusta causa vsque ad Pentecostem confessionem, & communionem differre possit? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 81.

§. 1. PRo affirmatiua sententia Layman *vbi infrà* citat Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 36. sect. 3.* sed immeritò, & Petrum Sotum *sect. 5. de necessitate confessionis*, & idem tenet Pater Megala *in part. 1. lib. 5. cap. 3. num. 3.*

2. Sed contrariam sententiam prorsus sustinendam esse puto, quam ego ipse docui aduersùs Megalam *in resol. 54. tract. 3. miscellan.* vbi plures DD. adduxi hanc sententiam tenentes, quibus nunc addo Emanuelem Sà *ver. Confessio, num. 4.* & Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 5. n. 10.* quia Concilium Lateranense in *c. omnis vtriusque sexus*, non ita statuit de confessione, ac de communione. Nam dicit, vt fideles omnia sua peccata saltem semel in anno confiteantur, & communionem saltem in Paschate accipiant. Ergo non ita pro confessione, sicuti pro communione tempus Paschale assignauit.

Quæ hic est Ref. antecedens, & in Ref. seq.

3. Ex his optimè infert Layman, quòd infirmi in lecto defixi, qui communionem in Paschate pro tali impedimento suscipere non possunt, non sunt compellendi ad confitendum, si intra anni decursum legitimè confessi sunt. Imò addit, & si aliquis toto anno nunquam confessus fuisset, & communionem ad breue tempus ex causa iusta vsque ad Pentecosten differre statueret, probabile est, grauiter non peccaturum, etsi etiam confessionem differret, si putaret postea eam commodiùs peracturum esse.

4. Dicendum est igitur absolutè, vt ego ex pluribus Doctoribus *in dicta resol.* firmaui, si quis confessionem fecit intra annum, non teneri postea in Paschate confiteri, quia iam adimpleuit præceptum annuæ confessionis, nisi de nouo peccauerit mortaliter, & sacram communionem accipere velit.

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ cursim in fine, & in Ref. 2. §. sed ego in fine.

RESOL. LIII.

An qui intra annum confessus est, teneatur in Quadragesima confiteri noua peccata mortalia?

Et in casu supradicto, an talis in anno sequenti teneatur confiteri illa peccata commissa post confessionem anni præteriti, & cum tali confessione effecta in anno sequenti satisfaciat etiam præcepto anni sequentis?

Et an annus pro impletione dicti præcepti computandus sit à Ianuario in Ianuarium: vel à Quadragesima in Quadragesimam: vel à Paschate in Pascha?

Et si quis v. g. in principio anni confessus est venialia, & postea commisit mortalia, an, inquam, teneatur ex præcepto annuæ confessionis confiteri intra illum annum dicta peccata mortalia?

Et cursim notatur, quod qui anno præcedenti omisit confessionem peccatorum mortalium, tenetur magis probabiliter à principio anni sequentis ad confessionem illorum? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 206.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Mercerus *de Sacramen. in 3. part. D. Thom. quæst. 6. art. 5. numero 3.* Notandum esse probabile illum, qui intra annum sæpiùs confessus est, si habet in Quadragesima conscientiam noti peccati mortalis, quod numquam confessus esset, teneri nihilominus ad confitendum illo anno pro tempore Quadragesimæ, hoc enim videtur significare *cap. omnis vtriusque*, cùm præcipit confiteri semel in anno omnia peccata, scilicet mortalia, & quidem illa, vt apparet, quæ eodem anno commisit: in isto autem casu talis non est confessus omnia peccata mortalia eo anno commissa, ergo tenetur. Hoc tamen dico esse probabile, & in praxi certum est esse tutius, non tamen est planè certum, respondere enim potest cap. non loqui de omnibus peccatis, quæ committuntur vsque ad finem anni, sed de omnibus, quæ habemus quando confitemur. Ita ille.

2. Sed ego alibi negatiuam sententiam, quam ipsemet Mercerus probabilem putat, absolutè docui, & nunc iterum doceo cum Gaspare Hurtado *de Sacr. disp. 7. de pœnit. diffc. 11.* quia qui iam semel confessus est omnia mortalia, quorum tempore confessionis habuit conscientiam, impleuit præceptum annuæ

Alibi in duabus Ref. præcedentibus.

annuæ confessionis, cùm hoc præceptum non est confitendi omnia peccata mortalia, quæ quis committit in anno vna, aut pluribus confessionibus, sed tantùm est confitendi semel omnia mortalia, quorum quis habet notitiam tempore confessionis. ergo, &c. Vnde ego olim contra quemdam Religiosum Casuistam vnius summæ probabiliter consului, eius pœnitentem, qui in Paschate noluit communicare, præter hoc peccatum, aliud non commisisse, videlicet quia non est confessus multa peccata mortalia perpetrata post confessionem factam in eodem anno. tum, vt dictum est, in illa confessione iam præcepto annuæ confessionis satisfecerat; & alia peccata postea perpetrata tenebatur confiteri si sacram Eucharistiam sumeret, quam cùm sumere nollet., peccauit quidem contra præceptum sumendi communionem in Paschate, non autem contra præceptum iterum confitendi.

Sup. hoc in fine vtriusque Res. not. præteritæ.

3. Notandum est etiam, quòd in casu supradicto talis tenetur in anno sequenti confiteri illa peccata commissa post confessionem anni prætenti, & cum tali confessione facta in anno sequenti satisfacit præcepto anni sequentis, quamuis post eam confessionem de nouo committat intra eumdem annum sequentem alia peccata mortalia. Ita Hurtado *loco citato*; qui etiam *in difficult.* 12. optimè notat, quòd qui anno præcedenti omisit confessionem peccatorum mortalium, tenetur, magis probabiliter, vt ego etiam alibi docui, à principio anni sequentis ad confessionem illorum; sed si in ea confessione etiam confiteatur aliquod peccatum mortale illius annis sequentis, ea etiam satisfacit præcepto confessionis illius anni sequentis, quia tunc illa confessio pertinet ad vtrumque annum, cùm confiteatur peccata in vtroque anno perpetrata.

Sup. hoc lege doctrinam Res. seq. à § eius 2.

Alibi infrà in Res. 55. & in Res. 54. §. 1. & ibi à §. 2. pro vltimo contento in hoc §.

4. Nota etiam, quòd annus pro impletione dicti præcepti computandus est à Ianuario in Ianuarium; quia annus absolutè dictus communiter, & ordinariè sic computatur, vnde qui in Ianuario anni præcedentis, & in Decembri sequentis confitetur; satisfaciat præcepto annuæ confessionis pro illis duobus annis, quia talis confitens semel in quolibet anno. Ita Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 90. art. 2. dub. 1.* & alij, licèt Guilielmus Mercerus *vbi suprà*, Suarez *disput. 36. sect. 36.* & alij asserant annum pro impletione dicti præcepti computandam esse à Quadragesima in Quadragesimam, aut à Paschate in Pascha. Sed si quæras hîc incidenter, an si quis, v.g. in principio anni confessus est venialia, & postea commisit mortalia, an, inquam, teneatur ex præcepto annuæ confessionis confiteri intra illud annum dicta peccata mortalia? Negatiuè respondendum esset ex doctrina Petri de Ochagauia *de Sacram. tr. 2. quæst. 9.* asserentis ex confessione peccatorum venialium satisfieri præcepto annuæ confessionis; sed affirmatiuam sententiam docet Hurtadus *vbi suprà, difficult.* 11. nam qui tantùm confitetur venialia, non satisfacit præcepto annuæ confessionis, quia ea tantùm præcipitur confessio mortalium: vnde si anno illo post confessionem tantùm venialium committat mortale, tenetur intra eumdem annum illud confiteri: & hanc opinionem certiorem esse putat Mercerus *loco citato, de Sacrament. in 3. part. D. Thomæ quæst. 6. art. 5. num. 3.*

Sup. hoc in Res. seq in fine § cæterum. & ibi cum eodem Suario tantum hîc infrà citato.

RESOL. LIV.

An si quis non adimpleuerit præceptum confessionis, si elapso anno postea confitetur, satisfaciat illa vnica confessione vtrique obligationi, tam & anni præteriti, quam & anni currentis? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Res. 80.

§. 1. SVppono quòd si quis nõ adimpleat præceptum confessionis, teneri transacto anno moraliter statim confiteri, vt tali præcepto satisfaciat, quia annus ab Ecclesia non ita præfigitur, vt in fine illius extinguatur obligatio, sed ita, vt non liceat vltra illud tempus confessionem differre, & proinde transacto eo tempore non extinguatur obligatio instituendi confessionem, sed magis vrgeat ratione præcepti negatiui inclusi in affirmatiuo. Quemadmodum enim quando in contractibus dies solutioni præfigitur, non solet ita præfigi, vt si quis eo non soluat, extinguatur obligatio, sed ita vt vltrà non liceat solutionem differre absque cõsensu creditoris.

Sup. hoc quod hîc supponitur, in Res. præterita §. Notandum, ad medium, vers. Qui etiam & magis latè in Res. seq. & in aliis eius primæ annex.

2. Sed difficultas est, an vnica confessione quis possit satisfacere præcepto anni præcedentis, & præsentis.

Sup. hoc e ir-sim in Res. r. not. præteritæ in fine eiusdem §. sed lege eum à principio.

3. *Prima sententia* negat. ita Suar. *disput. 36. sect. 4. num. 5.* Coninch. *disput. 5. dub. 8. num. 65.* Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 3. numer. 56.* & alij, asserentes vnica confessione non satisfacere vtrique obligationi, cùm ad vnam confessionem teneatur ratione anni præteriti, & ad alteram ratione præsentis anni; sicut enim qui tenetur singulis annis soluere nummum aureum, si anno præterito non soluit, non satisfaciet suo muneri, & obligationi, si hoc anno vnum tantummodo nummum soluere intendat: ita præcepto confessionis non satisfaciet vnica confessione, qui anno præterito non est confessus, sed ad duas tenetur confessiones, vt satisfaciat obligationi præteriti, & præsentis anni, consequenter, si vnam tantummodo fecit confesionem, & iterum nolit pro anni præsentis obligatione confiteri, potest per censuras ab Episcopo compelli ad confitendum.

4. *Secunda sententia* distinguit, & ideo Præpositus *in 3. part. quæst. 1. de Confess. dub. 8. num. 52.* sic asserit: Ex his potest oriri dubitatio, num is, qui distulit confiteri vltra tempus præfixum, eadem confessione satisfaciat obligationi præcepti anni præcedentis, & simul anni currentis?

5. Respond. distinguendo: si enim in ea dilatione mortaliter peccauerit, quòd peccatum aperiat in cõfesfione, videtur satisfacere. patet ex dictis, cùm verè subiiciat clauibus materiam necessariam in quam eo anno incidit, & ita satisfaciat præcepto pro illo anno: si verò nec in ea dilatione mortaliter peccauerit, nec eo anno aliud mortale commiserit non satisfacit obligationi eo anno confitendi, vnde si postmodum incidat in mortale, tenetur illud intra eum annum clauibus subiicere.

6. *Tertia sententia* est P. Lugo *de sacram. Pœnit. disput 15 sect. 7. num. 179.* vbi ita ait: Hinc oritur dubium, vtrùm qui elapso toto anno absque confessione postea confitetur inchoato iam anno sequenti, debeat iterum confiteri eodem anno? Pater Coninch. affirmat. nisi fortè confessio fieret elapso iã medio anno sequenti; secùs si fiat circa initium anni, quia secundùm æstimationem moralem illa confessio pertinet ad præcedentem annum, P. Suarez consequenter ad sua principia exigit secundam etiam confesionẽ, quia ipse tenet, ex cõsuetudine debere confesionem fieri circa Pascha; quare Paschate sequenti

quenti fieri debebit, sicut si ante tres etiam menses fuisset confessus.

6. Cæterùm consequenter ad nostram sententiam videtur dicendum, hanc confessionem videri sufficere pro hoc anno; præceptum enim solùm est de confessione semel in anno facienda: ergo hoc eodem anno non tenetur ad aliam; alioquin si deberet confessiones etiam præteritas recompensare, obligaretur aliquis ad confitendum quater in anno pro tribus annis præteritis, quibus non est confessus. Vnde ipse Suarez *num.* 5. fatetur in sententia computante annum à Ianuario ad Decembrem, vt nos computamus, ita consequenter esse dicendum.

Sup. hoc magis late in §. vlt. Ref. præteritæ.

7. Obijcies, quòd procul dubio ab hoc homine exigetur confessio nouo anno sequenti, alioquin excommunicabitur de nouo. Respondetur, excommunicabitur, (vt dixi) pro defectu communionis, quæ quidem Paschate sequenti de nouo debetur, & ad quam prærequiritur noua confessio, si habet conscientiam peccati mortalis: si hanc autem conscientiam non habet, non debet cõfiteri, etiamsi nunquã fuisset antea confessus, nedum si confessus iam fuit.

8. Et mihi, vt verum fatear, non videtur improbabile quòd quis vnica confessione satisfaciat obligationi anni præteriti, & præsentis, cùm vsu receptum videatur, vt qui multis præcedentibus annis non est confessus, vnicam in sequentibus annis faciat confessionem.

RESOL. LV.

An qui in Paschate non adimplevit præceptum confessionis, teneatur primo quoque tempore confiteri?

Et an qui non est confessus in periculo mortis, cum haberet conscientiam peccati mortalis, teneatur postea quam primum confiteri, quia præceptum confessionis eo tempore obligat propter periculum damnationis? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 129. aliàs 130.

Sup. hoc supra in Ref. 53. §. Notandum est. ad medium verf. qui etiam. & tentatiuè in §. 1. Ref. præteritæ, & in tom. 2. tr. 2. vide doctrinam Ref. 11. & aliarum eius not.

§. 1. AFfirmatiuè respondent communiter Doctores, & ita docent Nauarrus *cap.* 21. *n.* 45. Henriquez *lib.* 4 *cap.* 4. *n.* 6. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 9. *punct.* 4. Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disp.* 36. *sent.* 4. *n.* 2 Layman *in Theol. mor. lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 5. *n.* 8. Coninch. *de Sacram. disp.* 5. *dub.* 8. *num.* 63. Nugnus *in addit. ad* 3. *part. tom.* 2. *q.* 6. *art.* 5. *diffic.* 6. Fagundez *pr.* 1 *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 16. & Villalobos *in summa, tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 28. *n.* 8. vbi sic ait: [El que no se confesso el año, esta obligado à confessarse luego despues, y mientras mas lo dila, mas peca.] Et ratio est, quia tempus Paschale, veluti implendi præcepti terminus propositus, non est ad obligationem finiendam.

2. Sed licèt hæc opinio sit probabilior, vt bene notat Fillicius *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 3. *n.* 55. tamen ipse *n.* 54. negatiuam sententiam probabilem putat. Primò, ob auctoritatem Doctorum. Secundò, quia præceptum affirmatiuum determinatè obligat pro aliquo tempore, licèt intra illud violetur, tamen eo transacto non obligat ampliùs, vt præceptum ieiunij, Horarum Canonicarum, Missæ, &c. Confirmatur, quia sic homo continuò peccaret, quandiu non confiteretur. Ita Filliucius, qui, vt dixi, probabilem hanc sententiam putat, quam absolutè tenent Syluester *verb. Eucharistia* 3. *q.* 15. D. Antoninus *part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 9. §. 3. Tabiena *verb. communicare, n.* 10. Megala *in* 1. *part. lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 13. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 8. *punct.* 4. *ver. quartum est*, & alij. Vnde secundùm hanc sententiam, qui ob inopiam Confessarij, vel ob aliam causam rationabilem non impleuit debito tempore præceptum annualis confessionis, dicendum est de illo, qui ex culpa in Paschate minimè confessus fuit, licèt (vt diximus) contrariam sententiam probabiliorem esse existimem.

3. Notandum est etiam hîc obiter contra Henriquez *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 5. eum, qui non est confessus in periculo mortis, cùm haberet conscientiam peccati mortalis, non teneri postea quamprimùm confiteri. Ita Bonacina *de Sacram. disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 2. *punct.* 4. *n.* 28. quia præceptum confessionis eo tempore obligat propter periculum damnationis, sed sublato periculo mortis, dictum periculum damnationis abest. Ergo.

Sup. hoc infrà in Ref. 168. §. Notandum his.

RESOL. LVI.

Qui in confessione Paschatis omisit aliqua peccata per obliuionem, & postea statim de illis recordatur, quæritur, an teneatur illa statim confiteri, vel possit dimittere vsque ad confessionem anni sequentis? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 123. aliàs 124.

§. 1. SOtus distinguit, & ait hoc posse fieri dupliciter. Primò, quia peccata sciuntur quando homo confitetur, & omittuntur ex iusta causa. Secundò, quia illa peccata fuerunt oblita. Si primo modo fiat, ait, quòd tenetur homo cùm primùm potest illa peccata confiteri. Si verò secundo modo fiat, adhuc distinguit, quia si obliuio fuit culpabilis, tenetur hic statim confiteri illa peccata; si verò fuit inculpabilis, non est talis obligatio. Hæc Sotus apud Nugnum *in addit. ad* 3. *part. tom.* 2. *quæst.* 6. *art.* 5. *diffic.* 6. qui ipsius sententiam rigorosam vocat, sed probabilem.

Sup. hoc primo modo in Ref. seq. & in alijs eius annot. & pro secundo modo, inferius in Ref. 144. §. Secundo probat. & seq.

2. Apponam, etiam hîc opinionem Medinæ *in sum. lib.* 1. *c.* 14. §. 41. vbi sic asserit: [Si los pecados que se le oluidaron se le acuerdan dentre del mismo año, en que se confesso, esta obligado à confessarlo antes que el año se acabe, porque el precepto le obliga à que cada año se confiesse vna vez de todos los pecados, que se le acordaren acuerdase de dos, ò tres luego esta obligado à confessarlos. Pero si era y a passado el año quando se le acordo de los pecados, que antes hauia hecho y se le hauian oluidado en la confession del año passado, no esta obligado à confessarse luego dellos, basta que los confiesse quando se confessare para complir con aquel año presente en que esta.] Ita Medina.

3. Verùm prorsus existimo absolutè dicendum sine vlla distinctione, posse talia peccata non confiteri, vsque ad confessionem sequentis anni. Et ita docent Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 28. *n.* 7. Syluius *in addit. ad* 3. *part. q.* 6. *art.* 5. *quæritur* 3. *in fine.* Io. de la Cruz *in direct. part.* 2. *de sacram. Pœnit. q.* 3. *dub.* 2. *concl.* 3. Layman *in Theol. mor. lib.* 5. *tr.* 6. *cap.* 8. *n.* 13. Fillincius *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 3. *num.* 57. Victoria *in summa, n.* 137. Fagundez *pr.* 2. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 17. Suarez *tom.* 4. *disp.* 36. *sect.* 4. *n.* 6. Toletus *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 1. Syluester *ver. confessio.* 1. *n.* 3. Nauarrus *cap.* 2. *num.* 10. & alij, quia Ecclesia obligat tantùm ad confitenda omnia peccata commissa illo anno, quantum memoriæ occurrunt, adhibita sufficienti diligentia, sed qui taliter confessus est, satisfecit præcepto. Ergo non tenetur iterum confiteri.

RESOL. LVII.

Quando quis ex aliqua iusta causa in confessione non confitetur aliquod peccatum, an teneatur statim alteri confiteri: vel possit non confiteri vsque ad tempus, in quo obligat præceptum Confessionis? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Res. 54.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq. à §. Hoc supposito. & infrà in Ref. 63. §. Notandum est. & in Ref. 144 §. Secundo probari. & seq. & cursim in aliis §§ earum notationum.

§. 1. CErtum est varios esse casus, in quibus potest pœnitens, imò interdum tenetur confiteri aliqua peccata, tacendo alia mortalia, validamque nihilominus, & omninò vtilem esse confessionem; sed difficultas est an postea teneatur pœnitens peccata mortalia, quæ ex iusta causa cum aliquo Confessario tacuit, statim ac commodè sine periculo poterit alteri confiteri. Et affirmatiuam sententiam tenet Henriquez *lib. 2. de pœnit. cap. 12. num. 3.* qui *in glossa, lit. F*, citat Sotum. Sed probabilius mihi videtur sufficere, si illa peccata confiteatur cùm accedat tempus, in quo obligat præceptum confessionis. Ita ex Suarez docet Iacobus Granado *in de Sacram. contron. 7. tract. 9. disp. 5. sect. 1. num. 21.*

RESOL. LVIII.

An peccatum ex iusta causa omissum in confessione sit statim alteri Confessario, data opportunitate, confitendum, vel possit differri ad tempus annuæ confessionis?

Et notatur, quod peccata, quæ ex rationabili causa tacemus, sat est, vt detestemur attritione, sicut alia, quæ in confessione explicantur.

Etiamque aduertitur eum, qui habet iustam causam tacendi aliquod peccatum, non posse plura reticere, quam postulat iusta causa; vnde si habet iustam causam tacendi furtum externum, vel peccatum reseruatum, tenetur confiteri se habuisse voluntatem subripiendi, & actum internum in peccato reseruato.

Et quæritur, an qui ob vitandum scandalum debet sumere Eucharistiam, & habet peccata reseruata, teneatur illa cum non reseruatis Confessario manifestare, si non haberet potestatem in reseruata? Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Res. 57. aliàs. 56.

Sup. hoc quod hic supponitur cum DD. infrà in Ref. 63. & recitantur in principio Ref. 1. seq. not. & infrà in Ref. 123. §. 1. vers. Quinto. & addito Granado in Ref. 1. huius not. §. Notandum est. paulo post initium, à vers. qui etiã optime. & infrà in tr. 5. ex Ref. 37. §. 1.

§. 1. SVppono aliquando posse pœnitentem reticere aliquando peccatum in confessione, vt quando ex illo peccato graue damnum animæ, corporis, famæ, vel fortunæ alteri probabiliter timetur. In his tamen casibus seruandæ sunt hæ regulæ. Prima: si potes debes alium Confessarium adire, cui possis integrè confiteri; nec nisi vrgente aliqua necessitate mortis, aut præcepto annuæ confessionis, vel sumendæ Eucharistiæ, aut magnæ vtilitatis: alioqui differenda est confessio, præsertim quando breui speratur copia Confessarij. Secunda: cùm non potes peccatum in specie, vel actum externum, teneris saltem in genere, vel affectum internum confiteri, ea tantùm circumstantia omissa, ex cuius confessione posset peccatum in specie cognosci. Tertia regula sit quod interduo non solùm potes, sed etiam teneris tacere peccatum in confessione: in iis videlicet casibus, in quibus non es dominus boni, cuius priuatio ex tua confessione incurritur: vt in quibus timetur damnum spirituale proprium, vel quodcumque damnum proximi.

Sup. hoc in Ref. præterita, & infrà in Ref. 63. §. Notandum est. & in fine § vlt. Ref. 123. & ex Ref. 144. §. Secundo probari. & seq. & supra in Ref. 56. cursim in primis lio. dictæ Ref. cum eodem Soto hic citato.

2. Hoc supposito ad quæsitum Sotus *in 4. dist. 18. q. 2. art. 5. in solutione tertij argumenti. in fine* & Henriquez *lib. 5. de Sacramentis, cap. 12. num. 6.* affirmat, illud statim esse confitendum, nec licitè differri posse ad tempus, in quo iterum recurrit præceptum annuæ confessionis. Fundamentum horum Authorum est; quoniam, vt docet Concilium Florentinum in Decreto de vnione Armen. ad confessionem pertinet, vt peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter. Quod etiam docet Tridentinum *sess. 14. cap. 5.* Sed hoc præceptum non implet qui peccata ex causa in confessione tacet: igitur tenetur statim atque confitendi opportunitas datur, illud confiteri, vt hoc præceptum adimpleat. Ex quo discrimen assignant inter peccata oblita, & ex causa omissa: quod oblita non tenemur statim, sed possumus vsque ad tempus sequentis anni differre, quando currit nouum præceptum annuæ confessionis. Ratio quia illa non fuerunt in memoria peccatoris, quando peccator confitebatur.

3. Sed mihi magis placet opinio negatiua Suarez *de Pœnit. disp. 23. sect. 2. n. 8.* cùm sit eadem ratio ac de oblitis; quia qui ex iusta causa peccatum in confessione tacet præceptum confessionis adimplet; quia hoc non obligat, nisi ad integritatem formalem: ergo satisfacit præcepto de annua confessione: igitur non tenebitur amplius illo anno confiteri. Confirmatur: quia per confessionem integram formaliter satisfacimus præcepto diuino: vt patet de eo, qui in articulo, vel periculo mortis aliquod peccatum ex causa tacet; ergo etiam satisfacimus præcepto Ecclesiastico. Consequentia tenet à fortiori; antecedens constat; quia in eo casu ad confitendum obligat præceptum diuinum. Nec obstat, quòd qui in articulo, vel periculo mortis ex causa peccatum omisit, durante periculo, teneatur statim oblata occasione omissum peccatum confiteri; quia hoc non oritur ex intrinseco iure talis confessionis, sed ex intrinseco periculo, ne possit amplius ingruente morte illud confiteri. Vnde si periculum mortis cessaret, non tenetur illud statim confiteri, sed differre posset ad tempus annuæ confessionis. Concilium verò Florentinum, & Tridentinum, intelliguntur de confessione, quæ ordinariè fit; vel de peccatis, quorum pœnitens memoriam habet merè speculatiuam, sed practicam, & in actum redigendam.

Sup. hoc infrà ex Ref. 63. §. Sed hic.

4. Notandum est etiam hîc, quòd peccata, quæ ex rationabili causa tacemus in confessione, sat esse vt detestemur attritione; sicut aliqua, quæ in confessione explicantur; eadem enim attritio, quæ est sufficiens dispositio pro confessis, est etiam sufficiens dispositio pro iis, quæ iusta ex causa tacentur. Nego autem, ea non subiici clauibus, saltem indirectè; vt oblita, quæ remittuntur simul cum confessis: nam subiici indirectè, est, ea hîc, & nunc per signa contritionis, confessionem aliorum peccatorum à pœnitente manifestari, quantum, saluo omni alio præcepto, manifestari possunt. Et hæc omnia docet Amicus *in Cur. Theolog. tom. 8. disp. 13. sect. 7. num. 123. & sect. 8. num. 145. & seqq.*

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, §. 1. prope finem à vers. Addit etiam. & §§. seqq.

5. Nota etiam cum Trullench vbi infrà *num. 16.* Eum, qui habet iustam causam reticendi aliquod, peccatum, iuxta superius dicta, non posse plura reticere, quàm postulat iusta causa, seu periculum probabiliter imminens: vnde si habeat iustam causam reticendi furtum externum, tenetur

confiteri

confiteri se habuisse voluntatem surripiendi, nisi etiam ex hoc sequeretur periculum; idem in aliis peccatis; nam confessio debet esse integra, quantum fieri potest. Item eum, qui solùm habet peccatum reseruatum, posse in necessitate communicandi confiteri actum internum, & ab eo absolui, quamuis pœnitens adhuc retineat obligationem præsentandi se coram Superiore pro reseruatione. Vide etiam Coninch *de Sacrament. disput. 3. dub. 9. num. 95.*

Sup. hoc infrà in tr. 5. Ref. 35. & ex doctrina §. 1. Ref. 31. & ex Ref. 32. §. etiam 1. & ex Ref. 33. §. 1. & §. Sed ego. & in Ref. 34. §. Notandum est. & §. Sed plus. & in Ref. 37. §. 1. & infrà in hoc ipsomet tr. in Ref. 123. §. 1. Vers. quarto, & ex Ref. 153. §. vlt. Et si vacas otio, lege alias Ref. assignatas in not. §. Ex his Ref. 1. huius in not. quamuis pro excomm. reseruata in hoc casu, & non pigebit.

6. Sed obiter hîc quæro, an qui ob vitandum scandalum debet sumere Eucharistiam, & habet peccata reseruata, tenetur ne illa eum non reseruatis Confessario manifestare, si non haberet potestatem in reseruata? Et negatiuè respondet Alexander Alensis *4. part. quæst. 18. memb. 4. artic. 5. §. 2. ad vlt.* Petrus de Soto *lect. 10. de Confess.* & alij relati à Suarez *disput. 31. sect. 3. n. 8.* quorum sententiam ipse meritò probabilem reputat: neque enim obligaris peccata fateri, nisi Sacerdoti ea integrè, & perfectè iudicare, ab eisque absolutionem concedere valenti; quia solùm ob absolutionem Sacramentalem obtinendam, est obligatio confitendi peccata.

7. Sed etiam probabiliter sententiæ affirmatiuæ adhæret Trullench *de Sacram. lib. 4. cap. 6. dub. 7. num. 17.* Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 9. difficultat. 37. numer. 3.* Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 11.* Suarez vbi suprà, & alij. Quia confessarius pœnitentem absoluens, necessario iudicare debet absolutioni esse ritè dispositum: at hoc iudicium conuenienter habere non potest, nisi sibi manifestentur ea, quæ rectæ dispositioni obstare possunt. Igitur, cùm peccata reseruata huic possint dispositioni obstare, efficitur ea manifestanda esse. Quòd si respondeas, Confessarium obligatum esse iudicare de pœnitentis dispositione iuxta causam, cuius est legitimus iudex, reseruatorum autem legitimum iudicem non esse, ac proinde non esse illi necessario manifestanda. Aliàs nunquam tibi liceret retinere peccatum in confessione, si eo tacito Confessarius cognoscere non posset ritè te esse dispositum. Obstat, quia esto Confessarius per se non iudicet de dispositione pœnitentis, nisi secundùm causam sibi propositam, & pœnitens non semper obligatus sit omnem sui causam manifestare: at quando eam manifestationem absque graui sui, vel alterius iactura præstare potest, videtur ad eam faciendam obligatus: quippè Confessarij sententia non tam in peccata confessa, quàm in confitentem cedit; ipse enim est qui absoluitur. Debet ergo fateri, quæ ipsius absolutioni obstare possunt.

RESOL. LIX.

An omittens per vnum annum confessiones, toties peccet, quoties non confitetur, oblata confitendi opportunitate? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 134. aliàs 135.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Bonacina *de Sacrament. disputat. 5. quæst. 5. sentent. 2. punct. 4. numer. 30.* quia quomodo fieri potest, vt aliquis teneatur quamprimum ad confessionem faciendam, & nihilominus non peccet eam prætermittendo, oblata post annum opportunitate? Alioquin dicendum esset, facientem contra præceptū in re graui non peccare mortaliter, quod nullus audebit asseueranter affirmare. Ita Bonacina.

2. Sed contrariam sententiam docet ex nostris Molfesius *in summa tom. 1. tractat. 7. capit. 10. numer. 37.* vbi sic ait: Quod autem dicunt auctores contrarij durum sequi, & continuò peccare, si statim non confiteretur elapso anno. Respondetur non esse durum ex parte præcepti, sed ex parte non adimplentis. At non semper committit nouum peccatum mortale, sed continuando, & aggrauando peccatum commissum per omissionem confessionis in Paschate, & sic satis est confiteri tempus, à quo non est confessus peccata sua, nisi interueniat etiam contemptus præcepti, tunc enim esset hoc explicandum in confessione. Sic Molfesius, & Valentia *tom. 4. disput. 7. quæst. 9. punct. 4.* vbi sic asserit: Neque tamen idcirco volumus toties aliquem de nouo peccare, quoties elapso anno confessionem differt, cùm possit confiteri, sed dicimus manere illum adstrictum eodem illo peccato, quod admisit, non confitendo intra annum, idque tandiù, quandiù anno elapso confessionem differt, ac proinde teneri illum statim confiteri sub illo eodem peccato. Sic Valentia.

3. Ego verò (vt suprà approbatum est) puto probabiliter, quòd si quis in Paschate confessionem non fecit, non tenetur postea ampliùs confiteri, sed dato & non concesso hanc sententiam esse improbabilem, adhuc tamen contra Bonacinam puto in tali casu, quòd quanto diutius quis confessionem sine causa differt, tanto magis peccatum auget, non autem peccare denuò toties, quoties. Et ita docent etiam Layman *in Theologia moral. libr. 5. tract. 6. capit. 5. num. 8. corollar. 1.* Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. diffic. 82. num. 8.* Nugnus *in addit. 3. part. tom. 2. quæst. 6. art. 5. diffic. 5.* & alij.

Suprà in Res. quæ hic est 55.

RESOL. LX.

At quis in Paschate teneatur confiteri peccata venialia, vt adimpleat præceptum, si mortalia, quæ habet, ratione alicuius periculi, vel alterius infamiæ minimè confiteri possit? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 75.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Didacus Nugnus *in addit. ad 3. part. D. Thomæ, quæst. 6. artic. 6. difficult. 1.* quia præceptum annualis confessionis obligat, quando tantùm sunt peccata venialia. Secundò talis homo, simpliciter loquendo, habet præceptum confessionis, sed potest illud adimplere confitendu venialia: ergo tenetur.

Sup. hoc in duabus Res. seqq. & in to. 7. tr. 1. ex Res. 124. §. 1. per totum, & infrà in tr. 5. ex Res. 33. §. 2. in fine, & in Res. 36. §. 2. ad medium, à vers. An qui, & in tom. 4. tr. 4. ex Res. 47. §. vlt. & ibi in tr. 3. ex Res. 146. §. Sed ego. à lin. 4. vel 5.

2. Sed contrariam sententiam docet Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 36. sect. 6. num. 1. in fine,* nam, vt suprà dictum est contra Alensem *part. 4. quæst. 18. num. 4. art. 2.* Richardum *in 4. dist. 17. art. 2. quæst. 4. ad primum.* Bonauenturam *ibid. art. 2. quæst. 1.* & alios, quis non tenetur confiteri venialia ex præcepto Ecclesiastico de annua confessione, quia Ecclesia, vt rectè notat Becanus *de Sacrament. cap. 36. quæst. 6. num. 3.* & alij, non fecit nouum præceptum de confessione; sed solùm determinauit diuinum præceptum ad certum tempus. Ergo si non tenemur præcepto diuino confiteri venialia, non tenemur etiam determinationi huius præcepti.

3. Dicendum est igitur in casu proposito, quòd si aliquis non potest confiteri mortalia propter aliquod periculum, vel infamiam, non tenetur ad implendum præceptum annuæ confessionis, alia peccata venialia, quæ habet, confitendo.

RESOL. LXI.

An quis in Paschate teneatur confiteri peccata venialia, saltem si peccata mortalia habet, quæ ex iusta causa non debet aperire in confessione?

Et an Ecclesia sacramentalem confessionem de venialibus præcipere minimè possit?

Et an Clementina vnica de statu Monachorum, vbi præcipitur Religiosis S. Benedicti, vt semel in mense confiteantur, non obliget sub mortali, si habent tantum venialia?

Et quid sit dicendum, si Monachi etiam peccata mortalia habeant? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 124. aliàs 125.

Sup. hoc in Ref. præterit. & in omnibus aliis eius annot.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Nugnus *in addit. ad 3. part. quæst. 6. artic. 6. diffic.* 1. quia talis homo, simpliciter loquendo, habet præceptum confessionis, & potest illud adimplere confitendo venialia, Ergo tenetur.

2. Sed contrariam sententiam in terminis docet Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 36. sect.* 6. Et ratio est, quia nullum præceptum, nec quidem Ecclesiasticum obligat fideles ad confessionem peccatorum venialium; vt probant Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 90. art. 2. dub.* 1. Layman *in Theolog. moral. libr. 5. tract. 6. cap. 5. numer.* 18. Fagundez *pr. 2. libr. 2. cap.... numer.* 5. & alij penes ipsos. Ergo si quis non potest confiteri ex iusta causa peccata mortalia, non tenetur confiteri venialia.

Sup. hoc magis latè in to. 3. tr. 1. Ref. 23. & in Ref. 1. not. seq. §. 1. & in Ref. 2. §. Verum. à fin. 5.

3. Quæ omnia ita vera sunt, vt aliqui Doctores asserant, Ecclesiam sacramentalem confessionem de venialibus præcipere minimè posse, vt tradit Paludanus *in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 4. concl.* 2. cui fauent Syluester *ver. confessio 1. quæst.* 12. Sotus *in 4. dist. 18. qu. 1. artic. 3. arg.* 2. Henriquez *libr. 4. cap. 4. numer.* 10. Rodriquez *qq. Reg. tom. 1. quæst. 62. art.* 1. & alij, licèt contrarium sentiat Benzonius de Iubilæo *libr. 5. capit. 15. dub.* 6. Vasquez *loco citato, art. 2. dub.* 3. Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 22. sect.* 8. Nauarrus *in cap. placuit. disp. 6. de pœnit. num.* 122. & alij.

Sup. hoc in tom. 3. tract. 1. Ref. 24. à §. 2. vsque in finem dictæ Ref. & in to. 7. tt. 1. ex Ref. 124. §. 2. & seq.

4. Sed quidquid sit de hoc, aliqui putant Clementinam vnicam *de statu Monachorum*, vbi præcipitur Religiosis S. Benedicti, vt semel in mense confiteantur, non obligare sub mortali, si habeant tantùm peccata venialia, vt docet Nugnus *in addit. ad 3. part. quæst. 6. art. 5. diffic.* 7. Molfesius *in summa, tract. 2. cap. 10. num.* 21. Megala *in 1. part. lib. 5. cap. 4. num.* 4. & alij penes ipsos, licèt absolutè doceant Caietanus *tom. 1. opusc. tit. 5. quæst.* 1. & Cano *relect. de pœnit. part.* 5. supradictam Clementinam non obligare sub mortali, etiam si Monachi peccata mortalia habeant; & ideo sic asserit Villalobos *in summa, tom 1. tract. 9. diffic. 28. num.* 5. [Los Monges Benitos tienen precepto en vna Clementina de confessarse todas las vezes, que tienen conciencia de pecado mortal, elqual precepto se estiende à los de mas y solo obliga à pecado venial, como dize Henriquez *lib. 1. cap. 4. num.* 10. mas à mi pareceme que no esta en vso, sino de confessarle à su tiempo.] Ita ille.

Sup. hoc in Ref. 2. not. præteritæ in eius §. vlt.

RESOL. LXII.

An si quis habens peccata mortalia, quæ ex iusta causa non potest aperire cõfessario, teneatur saltē confiteri venialia, vt adimpleat preceptū confessionis?

Et an saltem sub veniali ex præcepto Ecclesiæ teneatur confiteri aliqua venialia, qui peccato mortali caret?

Et an, qui non habet conscientiam peccati mortalis, sed tantum venialis teneatur saltem ex vi præcepti confessionis ad comparendum coram proprio Sacerdote, &c?

Et quid, si adsit scandalum? Ex part. 11. tract. 6. & Misc. 6. Ref. 61. aliàs 59.

§. 1. NEgatiuè olim respondi, nouissimè affirmatiuam sententiam tenet Pasqualigus *in Theolog. tom. 2. disp. 84. sect. 5. num.* 35. vbi sic ait: Dico tertiò quando pœnitens haberet vnicum peccatum mortale, & illud non posset explicare, & vrgeret præceptum confessionis, teneretur confiteri venialia tacendo mortalia. Probatur, tunc vrgeret præceptum confessionis. Ergo est implendum eo modo quo potest. Ita ille; qui citat Granadum, quem ego antea citaueram, & poterat adducere etiam Nugnum *in addit. ad 3. part. 6. art. 6. difficult.* 1.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref. & infrà in tt. 5. in Ref. 33 §. 2 in fine. & in tom. 7. tt. 1. ex Ref. 124. §. 1. & cum eodem Granado tantùm hic citato infrà in tt. 5. Ref. 36. & in tom. 4. tt. 4 ex Ref. 47. §. vlt. & ibi in tt 3. Ref 146 §. Sed ego. à fin. 4. vel 5.

2. Sed ego non recedo à sententia, quam docui cum Sanchez, & quam me citato docet Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 3. qu.* 31. & me citato Eminentissimus Lugo *de pœnit. disp. 15. sect. 7. num.* 175. vbi sic ait: Idem videtur dicendum in casu, quo aliquis habeat vnum solum mortale, quod sine grauissimo periculo dicere non potest suo confessario: nam licet illi confiteatur alia venialia, & taceat illud mortale in iis casibus, quibus id licitè tacere potest, atque adeo faciat confessionem formaliter integram, non tamen dicetur satisfecisse præcepto confessionis annuæ, sed debet illud mortale intra annum confiteri eidem, vel alteri Confessario, si possit absque illo periculo.

3. Dices, illa confessio venialium erat tunc debita ex præcepto: nam qui non potest confiteri mortale quod habet, debet saltem confiteri venialia, vt absoluatur saltem indirectè ab illo mortali. Respondetur de obligatione, quam habet confitendi venialia in illo casu est dubium; pro nunc dico illam obligationem non esse ex præcepto diuino, vel ecclesiastico confessionis, sed si quæ est, esse ex obligatione non communicandi absque confessione, vel ratione charitatis propriæ, vel ex alio capite. Ita Lugo.

4. Dicendum est igitur in casu proposito, nullum adesse præceptum obligans fideles in communi ad confitenda venialia. Notat etiam Leander *q.* 33. & quærit, an saltem teneatur sub veniali ex præcepto Ecclesiæ confiteri aliqua venialia, qui peccato mortali caret; aut si illo non caret, non potest aperire illud, & respondet negatiuè.

Sup. hoc in tom. 7. tt. 1. ex Ref. 124. §. 1. ante medium. Vers. Imò.

5. Nota hic obiter contra Suarez *disp. 36. sect. 2. numer.* 9. Fagundez *prac. 2. lib. 1. cap. 2. num. 9. & lib. 1. cap. 1. n.* 4. Leandrum, & alios, eum, qui non habet conscientiam peccati mortalis, sed tantùm venialium, non teneri ex vi saltem præcepti confessionis ad comparendum coram proprio Sacerdote, & illi dicere se non habere conscientiam peccati mortalis, quia si comparere deberet maximè ad hoc vt proprius Sacerdos cognosceret vultum sui pecoris: at pœnitentis vultus non debet cognosci à Sacerdote nisi in iudicio confessionis: ergo ex quo semel cessat obligatio huius iudicij, cessat obligatio sic comparendi. Verum est, quod ratione scandali sedandi, si ortum est, ex eo quòd quis non confiteatur, posset fortè aliquando contingere talis obligatio comparendi, sed non ratione præcepti confessionis. Ita Vasquez *in 3. part. tom.* 4.

tom. 4. quæstion. 90. articul. 2. dubio 2. numero 18. Cardinalis Lugo *de pœnitent. disputat.* 15. *numero* 133. Hurtado *de Sacrament. disput. 7. difficult.* 7. & alij.

RESOL. LXIII.

An, qui peccatum mortale commisit, si timeat graue damnum, si illud confiteatur, teneatur illud saltem in genere confiteri?

Et an in dicto casu, si ex iusta causa tacet peccatum, teneatur ad contritionem illius perfectam?

Et an teneatur, cum primum possit, confiteri tale peccatum, vel possit illud confiteri, cum incidat tempus, in quo obligat præceptum confessionis?

Et quid faciendum est in euentu, quo Communionem sine graui scandalo prætermittere quis non possit, si confessio est adeo longa, vt tunc perfici non possit?

Idem est, quando Parochus defert Eucharistiam ægroto, & petit reconciliationem, &c.

Et an, quando præceptum confessionis instat, & vir ignota lingua non habet copiam confessarij, qui illum plenè intelligat, possit absolui, auditis illis peccatis, quæ aliquo saltem modo percipi potuerint à Confessario?

Idem asseritur de muto, surdo, aut balbutientis linguæ. Ex part. 11. tractat. 8. & Miscell. 8. Resol. 45.

Sup. hoc, quod hic supponitur reciтатer suprà in Ref. 58. §. 1. & in principio Ref. 57. & infrà ex Ref. 123. §. 1. Vers. quinto. & infrà ante medium, §. Notandum. huius Ref. & inferius in re. 3. ex Ref 37. § 1.

Et sup. contento à lin. 4. ante finem huius §. 1. à Vers. Addit. suprà in Ref. 58 §. Nota etiam.

§. 1. SVppono probabiliter pœnitentem imminente præcepto annuæ confessionis, aut necessitate suscipiendi Eucharistiam, vel celebrandi Missam, posse confiteri sua peccata tacito peccato de quo probabiliter timet graue incommodum; ita Coninch *de Sacrament. disput. 7. dub. 9. numer.* 76. Henriquez *lib. 5. cap. 12. num.* 3. & alij. Sed pro responsione dubij in titulo hujus Resolutionis appositi, limitet hoc Suarez *disput.* 18. *sect. 2. numer.* 6. vt tunc debeat confiteri quando præter mortale subticendum, habet aliud mortale confitendum. Secùs verò si solùm veniale, ad quod confitendum non tenetur ex præcepto. Addit etiam, nec teneri mortale illud reticendum, confiteri in genere eo modo, quo diximus teneri eum, qui solùm in genere meminit se peccasse mortaliter.

2. Verùm hoc vltimum non admittit Dicastillus *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 11. num.* 880. sic enim ait ipse, possit quis peccata in genere confiteri citra id incommodi, non video, cur non teneatur? Teneri enim sic probo. Peccatum mortale in genere est materia confessionis, & quidem si aliter non possit explicari, etiam sic confiteri est materia necessaria vt patet in eo, qui solum meminit peccati in communi, ergo etiam in nostro casu erit materia necessaria: & confitenda: Alioquin non dicere peccatum mortale, qualiter est in conscientia, & citra incommodum potest explicare, atque ita docet Lugo citandus. Ea propter debet explicari peccatum tacendo circumstantiam, vnde timetur prudenter tale damnum graue. Sed Lugo *disput. 16. numer.* 528. asserit, frequenter id esse periculosum. Nam si aperias peccatum, Confessarius statim interrogabit conditionem, personam, aliamve circumstantiam ad cognoscendam speciem, quam si neges videberis confiteri aliud peccatum, quàm feceris; si verò dicas te non recordari, aut non posse, seu non teneri ad id dicendum, eo ipso præbes occasionem maiorem suspicandi. Nihilominus ipsemet offert modum paulò post *numer.* 532. nempè si dicat in genere aut specie non completa tacendo illam circumstantiam. Sic ergo posset dicere se fecisse peccatum mortale, & fortasse dicere in tali genere, sed non recordari cuiùs speciei. Quod verum est intelligendo de notitia, quæ possit tunc deseruire ad confitendum in ea occasione. Illud verò de obligatione dicendi venialia, ordinariè verum est, nisi forte in mortis articulo propter periculum damnationis æternæ, quando si non habeat perfectam contritionem, sed attritionem generalem, tunc enim per attritionem, & Sacramentum remitteretur indirectè mortale, vt ibidem docet Suarius, & Lugo illum sequutus, qui rectè idem putat de suscepturo Eucharistiam, vel aliud Sacramentum, si solum haberet attritionem. Sapienter quoque addit id quod nos in simili diximus, nempè in articulo mortis etiam cum detrimento propriæ famæ aut temporali alio teneri confiteri, si aliter non possit iustificari ob defectum perfectæ contritionis. Hucusque Dicastillus.

3. Non deseram tamen hîc adnotare, sententiam Suarez, quam Dicastillus impugnat, docere etiam Bonacina *de Sacrament. disput. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 4. diffic. 4 num.* 15. At ego contra ipsum, & Suarez magis adhæreo sententiæ Dicastilli, quam ante illum ex Reginaldo, & Henriquez docuerat doctus P. Leander *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 5. q.* 52. Quia tali casu pœnitens se haberet, sicut qui recordatur se fecisse aliquod peccatum mortale, & fortasse in tali genere; sed non recordatur speciei, qui certè teneretur illud confiteri. Quare etiam in nostro casu esset bonus modus confitendi dicendo, recordor cuiusdam grauis peccati, quod feci, & non occurrit mihi pro nunc quale fuerit: hoc enim verum est intelligendo de notitia, quæ deseruire possit ad confitendum illud hic, & nunc absque periculo.

4. Sed hîc obiter quæro, an qui ex iusta causa tacet peccatum, debeat procurare illius contritionem perfectam, sicut, quando est celebraturus, aut communicaturus, & non habet copiam confessarij debet habere contritionem. Dicastill. *vbi supr. nu.* 884. putat attritionem sufficere; quia ait ille, vt rectè notabat me audiente olim Vasq. de hac re interrogatus, & notauit Lugo *sup. n.* 533. illud peccatum cum sola attritione potest indirectè remitti, non secus, atque peccata, quæ ex obliuione inculpabili non dicuntur, remittuntur indirectè per Sacramentalem absolutionem directè cadentem suprà alia peccata iuxta Trident. *sess. 14. cap.* 5. in quo non est eadem ratio, quando quis omninò caret copia confessarij, quo casu nisi habeat perfectam contritionem per solam attritionem, ne indirectè quidem liberatur à peccato, cùm nullum suscipiat Sacramentum, virtute cuius remittatur directè, aut indirectè. Quod autem peccatum non dicatur in confessione, quia quis non est memor, vel quia habet iustam causam illud non dicendi perinde est, vt gratia Sacramentalis posita omnium mortalium attritione non inueniat obicem, & omnia remittantur, siue directè, siue indirectè iuxta generalem doctrinam; emissionis indirectè. Hæc omnia Dicastillus; Cui ego etiam adhæreo, quod est valdè notandum, quia casus potest in praxi accidere, & pœnitentem habere difficultatem eliciendi actum contritionis de peccato, iustâ causâ in confessione non explicato, & nota quod opinionem Dicastilli docuerat anteà ex Cardinali Lugo P. Leander *vbi supra de Sacr. tom. 1. tract. 5. disp. 5. q.* 51.

Sup. hoc suprà in Ref. 58 §. Notandum est.

5. Notandum est hic etiam, quòd in casu supradicto

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, à §. Hoc suppositâ & suprà in Ref. 57 & infrà ex Ref. 144. § Secundo. & in aliis §§ earum annotandum

Sup. hoc in Ref & §§. not. primæ huius Ref. & cum eodem Granado hic citato, addito Suario infrà in 11. §. Ref. 37. §. 1.

dicto quando videlicet pœnitens non confitetur aliquod peccatum ad euitandum damnum graue, Sotus, & Henriquez putant teneri, cùm primùm possit ea peccata, quæ tacuit confiteri. Sed probabilius est, quod Suarez affirmat, scilicet sufficere, si ita confiteatur cum iterum accedat tempus, in quo obligat præceptum confessionis. Et ita docet etiam Granado *in 3. part. D. Tho. contr. 2. tr. 9. disp. 5. sect. 3. n. 21.* qui etiam optimè obseruat *n. 22.* in casu, de quo loquitur licitum esse dimidiare confessionem, & tacere aliquod peccatũ non solùm quando adest præceptum diuinum, aut Ecclesiasticum confessionis, sed etiam si longo tempore differenda esset confessio, etiam cùm præceptum non obligat, rectè docet Suarez posse dimidiari, quia illud est notabile nocumentum, scilicet priuari diù fructu huius Sacramenti, & ad illud vitandum licebit non integrè confiteri, quando aliter non potest defectu confessarij. Si verò exiguo tempore elapso speraretur venturum confessarium, cui absque incommodo possint omnia peccata declarari, ille foret expectandus, quia præceptum diuinum integritatis confessionis id saltem requirit.

Sup. hoc infrà in Ref. 125. & lege §. eius not. Cum eodem Granado tantum, hic infrà citato.

6. Sed ex his obseruandum est, quid faciendum sit quando pœnitens sanus accederet ad confessionem in eo euentu, quo communionem sine graui scandalo præmittere non posset, aliùde verò occurrit necessitas confessionis adeo longè vt tunc perfici non possit: dicendùm enim est tunc licitum esse communicare præmissa contritione. Quod si fortè contritio non eliceretur, & timeretur prudenter eliciendam non fore à pœnitente; probabile mihi est posse confessionem dimidiare, quia tunc casus vrget vitandi scandali, quod est notabile nocumentum propter quod potest pœnitens dimidiare confessionem iuxta dicta; & non vitabitur, nisi accedendo ad communionem: cùm ergo ad hanc non liceat peccatori accedere, nisi præmissa confessione, aut certè contritione, in aliquibus casibus, qui crederet, se non nisi attritionem habere, deberet confessionem præmittere, ne alioqui nouum peccatum committeret. Ita Granadus *vbi suprà.*

Sup. hoc infrà in Ref. 71. §. 1. prope finem, à vers. Et tandem. & in Ref. 123. ad lin. 2.

7. Ex dictis iam apparet, me olim rectè consuluisse contra Medinam *in sum. lib. 1. cap. 7. in fin.* quod si tempus præcepti Ecclesiastici, & à fortiori diuini, confessionis instaret, & vir ignori idiomatis non habeat copiam confessarij, qui illum plenè intelligat, posse absolui auditis iis peccatis, quæ aliquo saltem modo percipi potuerint à confessario: facit enim in eo casu quod potest, & moraliter censetur impossibilis maior declaratio. Vide Granadum *loc. cit. n. 2.* Leand. *de Sacr. tom. 1. tract. 5. disp. 6. q. 56.* qui idem asserit dicendum esse de homine muto, surdo, aut balbutientis linguæ, quod etiam tenet Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 8. n. 9.*

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, & in eiusdem §§. & vers. & in Ref. 72.

Sup. hoc infrà in Ref. 124. & in Ref. 523 §. 1. vers. Secundo. & infrà in tr. 4. lege doctrinam Ref. 53.

8. Et tandem si aliquis hic quærat, quid faciendum esset, cùm Parochus defert Eucharistiam ægroto statim communicaturo, & dum audit breuem reconciliationem aduertit pœnitentem teneri ad longam confessionem eo quod per multum tempus mentitus fuerit in præcedentibus confessionibus. Respondeo, quod si ægroto mors immineat, ita vt non supersit locus integræ confessioni, audiat ea peccata, quæ pro temporis opportunitate declarare poterit, & facta generali accusatione cæterorum eum absoluat, & statim Diuino pane reficiat; si verò mors non immineat, & saltim spatio dimidiæ horæ nequeat confessio tunc integra fieri, eliciat ægrotus actum contritionis, & sumat Eucharistiam, differaturque confessio in aliud tempus, quia tunc licitum erit communicare non præmissa confessione, vt scandalum adstantium euitetur, si quidem confessio ritè tunc fieri non potest, & superest tempus, quo perfectè fiat. Ita Granadus *vbi suprà*, & alij, quos ego alibi adduxi.

Alibi in Ref. not. præteritæ.

RESOL. LXIV.

An, quando adest periculum obliuiscendi multa peccata, teneatur quis iure diuino confiteri etiam ante annum? Ex part. 3. tr. 4. Resol. 154. aliàs 155.

§. 1. Affirmatiuè respondent Medina Complutensis *C. de pœnit. tract. 2. q. 14. §. 2. sub fine*, & ex neotericis Didacus, Nugnus *in 3. part. tom. 2. q. 6. art. 5. diffic. 1. concl. 4.* quia iure naturæ tenemur ad faciendam integram confessionem; ergo quoties ex dilatione oritur periculum obliuiscendi peccata, toties tenemur confiteri, vnde sequitur multos, qui tantùm confitentur semel in anno, violare hoc præceptum: atque adeò sunt etiam in hac parte examinandi à Confessario, vt accusent se de tali violatione, saltem ad cautelam. Ita Nugnus.

2. Sed hæc opinio non est tenenda, & illam repellunt Turrianus *de pœnit. q. 6. art. 2. disp. 19. dub. 4.* Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 9. diffic. 27. num. 7.* Coninch *de Sacram. disp. 5. dub. 2. n. 33.* Henriquez *lib. 4. c. 4. num. 8.* Sotus *in 4. dist. 18. qu. 1. art. 4. concl. 7.* Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 2. num. 36.* & alij, quia sic etiam infrà annum sæpè homo obligaretur confiteri, nam regulariter non potest homo recordari peccatorum vnius anni. Cùm autem Ecclesia determinat obligationem iuris diuini, si hoc sæpius requireret, malè Ecclesia fecisset, quod dici non potest. E contra, si quis peccata scriberet, ne traderet obliuioni, posset differre vsque ad mortem. Ergo, &c.

3. Restat modò respondere ad argumentum Nugni. Dico igitur nos teneri integrè omnia peccata nostra mortalia confiteri, quorum, dum confitemur, recordamur, & moralem diligentiam adhibere, vt possimus priùs ea omnia in memoriam reuocare; non tenemur tamen extraordinariam aliquam diligentiam adhibere, ne ea obliuiscamur, alioquin quando nollemus, aut etiam non possemus ea statim confiteri, teneremur ea statim scripto annotare, imò quicumque multa peccata fecissent, tenerentur ea priùs scripto mandare, & ex charta confiteri, qui aliàs exponunt se alicui periculo, ne aliqua per obliuionem omittant. At hæc omnia sunt absurda. Ergo, &c.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 101. §. vlt. & hic infrà in Ref. 70.

RESOL. XCV.

An teneatur prauenire confessionem, qui timet, quod quando obligabit confessio, non erit copia Confessarij?

Idem est de precepto Communionis, & auditionis Missa? Ex part. 3. tr. 4. Ref 69.

Sup. prima diffic. huius tituli infrà in Ref. 51. & in tom. 5. tr. 9. ex Ref. 21. §. Sed in principio.

§. 1. Affirmatiuè respondeo cum communi DD. quos citant, & sequuntur Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 36. sect. 6. num. 5.* & nouissime Fagundez *pr. 3. lib. 1. c. 6. n. 5.* & Layman *in Theol. mor. lib. 5. tr. 6. c. 5. n. 9.* nam si quis in die festo prævidet, se posse audire sacrum hora 9. tenetur anticipare tempus, & audire hora tertia, si in ea potest, & in noua non potest, & idem dicendum de præcepto communionis, vt *suprà* dictum est.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 3. ex doctrina Ref. 14. post medium, §. vlt & in to. 5. tr. 9. ex Ref. 21. §. Sed. prope finem.

2. Attamen

2. Attamen Ioann. de la Cruz *in direct. conscient. part. 2. de sacram. Pænit. q. 3. dub. 3. concl.* 2. licèt hanc sententiam teneat, contrariam verò putat etiam esse probabilem, sic enim asserit. Si times probabiliter, quòd quando obligabit confessio, non erit tibi Confessor etiam pro non reseruatis, teneris præuenire confessionem; ita D. Antonius, Durandus, Cano, Nauarrus, & Ledesma contra alios oppositum probabiliter sentientes. Ita ille, & hoc etiam de præcepto communionis asserunt Azorius, vt *suprà* visum est; nempè qui præuidet impedimentum futurum, vt Paschate Eucharistiam accipere non possit, non tenetur præuenire tempus, vt præceptum impleat.

Supra in Ref. quæ est hic 8. in tom. 2. tr. 2. & in aliis §§. eius annot.

RESOL. LXVI.

An extra articulum, & periculum mortis vigeat præceptum diuinum confitendi peccata? Ex part. 1. tr. 8. & Misc. 8. Res. 38.

Sup hoc cursim in fine §. not. seq. ad lin. 4. vers. quod in confuso. & etiam breuiter in t. 3. tr. 1. ex Ref. 25. §. 1. ante mediũ, vers. & aliquando extrà talem articulum.

§. 1. ALiqui inter quos est D. Thom. *distinct.* 17. *q.* 3. *art.* 1. *q.* 4. Scotus *in* 4. *distinct.* 17. *q.* 3. *art.* 3. Gabriel *q.* 1. *art.* 3. docent non obligare, nisi in articulo mortis; quia maioris obligationis nullum est idoneum fundamentum.

2. Alij verò dicunt hoc præceptum diuinum obligare etiam extra articulum mortis, in tempore verò indeterminato. Ita Vasquez *q.* 90. *ar.* 1. *dub.* 4. Suarius *disp. illa* 35. *sect.* 3. Coninch. *disp.* 5. *dub.* 2. & alij multi. Probatur ex potestate quam habent Sacerdotes ad ligandum pœnitentes, & obligandum ad opera, & satisfactiones in medelam, & custodiam nouæ vitæ, vt definit Trid. *sess.* 14. *cap.* 8. & *Can.* 15. quod propriè tantum habet locum ante articulum mortis.

Sup. hoc notata in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 21. §. vlt.

3. Notant verò prædicti Authores hoc tempus pro quo obligat, non fuisse à Christo determinatum, sed reliquisse Ecclesiæ determinandum, atque hac ratione putat Vasquez, si per impossibile Ecclesia non determinasset hoc tempus, tantum, obligaret in articulo mortis. Atque hoc sensu putant huius sententiæ authores admittendam esse doctrinam D. Thom. Scoti, & Gabrielis. Atque iuxta hanc sententiam Ecclesia præcipiens confessionem semel in anno tantùm, determinauit tempus præcepti Diuini. Quod ergo teneamur confiteri est de iure diuino, quod autem semel in anno est de iure Ecclesiastico; atque hac ratione intelligit Vasquez Trid. *cap.* 5. *cit.* vbi verbis nuper relatis docet, per confessionem semel in anno iuxta Concilium Lateranense implendum esse præceptum confessionis à Christo positum.

4. Hæc sententia satis probabilis est propter authoritatem tot, tantorumque virorum, secundùm quam etiam necessariò dicendum est, quod etiamsi quis intra annum confessus fuerit, & incidat in periculum mortis, teneatur iterum confiteri, si habeat conscientiam peccati mortalis. Nam id quod est de iure diuino, non fuit ablatum per Ecclesiam.

5. Et hæc omnia obseruat Dicastillus *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 8. *disp.* 7. *dub.* 2. *num.* 31. qui postea *num.* 34. asserendum absolutè putat, præceptum Diuinum solum esse confitendi omnia peccata mortalia semel in vita, & quia hoc præceptum in aliquo tempore vitæ implendum est: Inde oritur, vt qui cõstitutus iam in articulo mortis, nondum impleuit tale præceptum confitendi mortale, teneatur tunc confiteri, quia iam positus in periculo, vel articulo mortis, non restat iuxta moralem æstimationẽ aliud tempus, in quo tale præceptum impleatur. Vnde non est aliquod argumentum, quod aliquid aliud probet circa hanc obligationem, vt Sanctus Thomas, Scotus, & Gabriel supracitati dixerunt.

6. Sed cum hæc omnia probabiliter dicta sint, non minus probabiliter docet Granadus *in* 3. *part. D. Thomæ controu.* 7. *tract.* 1. *disp.* 7. *n.* 5. quod præceptum Diuinum Sacramenti pœnitentiæ suscipiendi, per se obligat extra mortis articulum. Sic sentiunt Couarr. *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 1. *num.* 6. *conclus.* 2. Petrus de Ledesma *in summa part.* 1. *de confessione cap.* 9. *conclus.* 6. Victoria *in summa quæst.* 21. Sotus *distinct.* 18. *quæst.* 1. *artic.* 5. Henriquez *lib.* 1. *de Pœnitentia cap.* 3. §. 4. & docti recentiores. Nec Sanctus Thomas loco supra relato nobis contrarius est: solum enim contendit, non esse per se loquendo, determinatum tempus, in quo obliget præceptum Diuinum confessionis, secluso articulo mortis, quod quidem verum est, vt patebit ad secundam confirmationem; non verò negat, vagè in hoc, vel illo anno, seu aliquoties in vita obligare. Et eadem est mens Durandi, Gabrielis, atque Valentiæ.

7. Probatur assertio ratione: Præceptum Diuinum suscipiendi Sacramentum Pœnitentiæ oritur ex eo quòd sit medium ex Diuina institutione necessarium ad salutem: ergo per se loquendo, non obligat solum in articulo mortis, sed etiam in vita. Antecedens videtur certum omnino, & constat ex prima assertione. Consequentia verò probatur, quia institutio Sacramenti pœnitentiæ tanquam medij, non est solum ad consequendam salutem in extremo periculo vitæ, sed ad restituendam vitam spiritalem post Baptismum deperditam: propterea enim à Trident *sess.* 14. *Can.* 12. & aliis Patribus appellatur secunda tabula post naufragium, quia nimirum non solùm illo vtendum est, cùm certa imminet mors, sed etiam cùm est spes euadendi, & cum re ipsa euaditur mors. Et idem Trident. *Canon.* 1. definit institutum esse à Christo Domino Sacramentum pœnitentiæ pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis: Ergo, cùm vita spiritualis sæpè amittatur, sæpeque fideles in peccata labantur, cùm non est periculum proximum mortis corporalis, non solùm erit necessarium necessitate medij, ac proinde præcepti Diuini in articulo mortis, sed etiam aliquoties in vita.

8. Confirmatur primò, quia non minus necessaria est realis susceptio Sacramenti pœnitentiæ homini lapso, quam realis susceptio Eucharistiæ homini iusto; sed per se loquendo tenetur homo iustus ex vi præcepti Diuini aliquoties in vita accedere ad Eucharistiam: ergo homo lapsus tenebitur per se loquendo, ex vi præcepti Diuini accedere aliquoties in vita ad Sacramentum pœnitentiæ.

9. Confirmatur secundo, quia ita se habet pœnitentia ad fidelem lapsum, sicut Baptismus ad infidelem, vt docet Trident. *sess.* 4. *cap.* 2. & Sanctus Thomas supra eodem modo explicat vtriusque Sacramenti obligationem: sed hic ante mortem tenetur non solum credere, sed baptizari, vt in materia de Baptismo *t.* 4. *disp.* 1. cum Suarez, Valentia, & Henriquez probatum est: ergo, & ille accedere ad pœnitentiam.

10. Et hanc opinionem præter Doctores citatos tenet etiam Amicus *in cursu Theo. t.* 8. *disp.* 17. *sect.* 4. *n.* 52. qui citat Vasquez, Valentiam, Nugnum, Sotum, & alios. Quoniam, ait ipse, cùm hoc Sacramentum non tamen sit institutum ad remittenda

peccata

peccata præterita, ſed etiam ad præcauenda futura; cùmque efficaciſſimum frænum ſit ad peccata præcauenda, obligatio ea diſtinctè alteri homini manifeſtandi; cùm hoc maximè abhorreat humana ſuperbia, quæ in omnibus ſuam ſemper quærit æſtimationem, & famam apud homines, non fuit expediens, illud vſque in articulum, vel periculum mortis differre, eo quod tunc non haberetur alter principalis finis, propter quem hoc Sacramentum eſt inſtitutum, vt per illud homines à peccatis committendis abſtinerent, eaque facilius præcauerent. Qui fructus, & emolumentum neque per contritionem, neque per alia media haberi poteſt.

11. Confirmatur: nam ſapientiſſimus Deus hoc Sacramento non ſolùm voluit humanæ occurrere imbecillitati, remittendo peccatori peccata ſola attritione diſpoſito; ſed etiam efficax frænum hominibus imponere, ne tam facilè in peccata prolaberentur: quod hoc medio ſuauius, efficaciuſque excogitari non potuit, vt ſi non amor Creatoris, vel metus futuræ gehennæ, ſaltem præſens reſpectus humanus, & naturalis horror manifeſtandi occulta ſua ſcelera alteri homini, homines à peccando compeſceret.

RESOL. LXVII.

Dato, quod præceptum diuinum confeſsionis obliget extra articulum mortis, quæritur, quo alio tempore obliget?

Et an, ſi Pontifex abrogaret præceptum Eccleſiaſticum confitendi ſingulo anno, remaneret præceptum diuinum vagè, & indeterminatè?

Idem eſt de præcepto Euchariſtico, in quo caſu validè, ſed illicitè Pontifex poſſet abrogare Euchariſticum præceptum.

Et quid cum aliquo in particulari in vtroque caſu?
Ex part. 11. tr. 8. & Miſc. 8. Reſ. 39.

§. 1. AD hoc dubium ſic reſpondet Granadus *in 3. par. D. Tho. controuerſ. 7. tract. 1. diſput. 8. num.* 8. ſecluſa verò lege Eccleſiaſtica, vix poteſt quidpiam præſcribi: nam primò non obligat, cùm primùm homo peccat, vt rectè probat argumentum. Secundò non obligat, quando ſi differatur confeſſio, obliuiſcetur homo ſuorum peccatorum: tum quia, qui illa ſcriberet, non timeret obliuionem, & ſic ceſſaret obligatio præcepti: tum etiam, quia homines præſertim vitioſi varia peccata obliuiſcuntur eò quod ſemel in anno confiteantur: & tamen nemo obligabit illos per ſe loquendo ad frequentiores confeſſiones. Tertiò non mihi placet quod Henriquez *ſuprà* §. 4. docet ſcilicet grauem conſcientiæ remorſum eſſe ſignum inſtantis præcepti: nam ob aliquam vehementem inſpirationem Diuinam ſolet ſemel & iterùm, & ſæpè ſentiri grauis conſcientiæ remorſus, & non propterea obligabitur peccator Diuino præcepto ad confitendum ſæpè ſingulis annis. Quartò idem Henriq. ait, forſan quolibet quinquennio obligare hoc Diuinum præceptum. Sed fortè hoc tempus longum eſt. Quintò veriſimile eſt, quod Dominicus Soto *vbi ſupra, §. ſed arguitur rurſum* annotauit, hoc tempus Eccleſiæ definiendum relictum fuiſſe à Deo: quare qui intra annum confitetur, præceptum hoc Diuinum implet: ſi tamen (inquit) vltra biennium confeſſionem differret, imo forſan vltra annum, non eſſet ſatis Chriſtianæ familiæ conſultum,

Quoad omne contentum in hac Reſ. in tom. 3. tr. 1. lege doctrinam Reſ. 25 & 26. per totas. & 51. & 52.

Et Victoria *ſupra*, de iure, inquit Diuino tenemur confiteri, quando Eccleſia determinauit. Et Ledeſ. *ſupra*: Si quis per annum, vel paulò plus differret confeſſionem, peccaret contra præceptum Diuinum confitendi. Hucuſque Granadus.

2. Sed ſententiam Henriquez, quam ipſe forſitan laxam exiſtimat, tanquam probabilem admittit doctus, & amiciſſimus P. Anton. Eſcobar *in Theologia moral. vltima editionis, tract. 1. examin. 2. cap. 1. n. 3.* vbi ſic ait: Quidnam obligationis tempus; Vt minimum articulus mortis eſſet, ſi paulò ante non eſſet impletum. Scio probabiliter defendi obligare quarto, vel quinto quoque anno, niſi iam ab Eccleſia annua confeſſio eſſet impetrata. Ita ille.

3. Vide etiam Amicum *in curſ. Theol. to. 8. d. 17. ſect. 4 n. 60.* & Præpoſitum *in 3. part. q. 3. de confeſsione dub. 4 n. 21.* vbi ſic ait: Diuinum præceptum videtur etiam per ſe obligare aliquoties in vita. Probatur ex eo, quod contritio videatur hoc modo obligare extra mortis articulum, cùm ergo præceptum confeſſionis videatur eſſe appendix præcepti contritionis, videtur ſimiliter aliquoties in vita obligare.

4. Dices, non poteſt aſſignari tempus, quo præcisè obliget, ergo præciſa determinatione Eccleſiæ non obligabit.

5. Reſpondeo, negando conſequentiam: quia licet non poſſit dari præcisè tempus, quo præceptum vrget, poteſt tamen probabiliter aſſignari terminus, quem ſi quis tranſgrediatur, ſit reus peccati contra illud præceptum commiſſi: quemadmodum licet nō poſſit aſſignari ab homine indiuiſibilis terminus, quo præcisè obliget præceptum charitatis ad amorem Dei ſuper omnia, non ideo videtur poſſe probabiliter dici, quod illud non obliget extra mortis articulum. Ad aſſerenda huiuſmodi præcepta ſufficit, quod ex fine illorum colligatur nos videri teneri ad actum per illam præſcriptum aliquoties in vita ponendum, & vt ratio ſuadeat, eſſet peccatum nimium expectare, ſpectato fine præcepti. Qua ratione ſpectato fine præcepti Diuini confeſſionis, qui eſt reconciliatio hominis cum Deo, non videmus poſſe differre confeſſionem vltra ſex, vel ſaltem ſeptem annos. Ita ille.

6. Vnde ex his apparet, quod ſi Summus Pontifex abrogaret præceptum Eccleſiaſticum confitēdi ſingulo quoque anno, remaneret præceptum Diuinum confitendi vagè, & indeterminatè, modo quo ſupra explicatum eſt, prout diuerſimodè ſentiunt Doctores; & ideò alij dicerent non obligare niſi in articulo, & periculo mortis; alij verò dicerent in ſingulis quinquenniis, vt præter alios Valb. *in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. n.* 10. Alij verò eo modo quo ſupra explicatum eſt.

Sup. hoc lege Reſ. not. præteritæ.

7. Notat verò, quod in tali caſu Pontifex validè abrogaret præceptum Euchariſticum, ſed tamen illicitè; Vnde Amicus *vbi ſupra diſp. 18. ſect. 3. num.* 22. ſic aſſerit: Reſpondeo omnino eſſe in Summo Pontifice authoritatem, non ſolùm in hoc præcepto diſpenſandi, vel in longinquius tempus differendi; ſed penitus abrogandi. Fundamentum eſt: quia Pontifex habet ſupremam poteſtatem in omnes leges, & præcepta humana. Abrogato autem præcepto Eccleſiaſtico, maneret tantum præceptum Diuinum, vagè, & indeterminatè obligans. Si verò quæratur, an id licitè fieri poſſit, communis ſententia eſt: numquam licitè fieri poſſe, vt illud omnino abrogetur, cum nulla dari poſſit rationabilis cauſa talis abrogationis. Tametſi licitum eſſe poſſit, vt cum aliquo in illo interdum diſpenſetur, vel in diuturnius tempus differatur. Ita ille, &

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1 Reſ. 52.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Reſ. 26. & lege ibi doctrinam Reſ. 51. & ne prætermittas hic ſupra vide §. vlt Reſ. 48.

Ego,

Ergo, cui etiam adde Auersam *de Sacrament. Pœnit. quæst. 15. sect. 1. §. 4.*

RESOL. LXVIII.

An præceptum confessionis obliget propter periculum incidendi in plura peccata, si differatur confessio? Ex part. 11. tractat. 6. & Misc. 6. Resolut. 60. alias 62.

Sup. hoc in Res. seq.

§. 1. AD hoc dubium respondet Ioannes Pontius *in curs. Theol. disput. 45. q. 6. concl. 1. n. 38.* Quæritur hic, an hoc præceptum obliget ad confitendum propter periculum incidendi in plura peccata, si diu maneat absque confessione. Affirmatiuam partem tenent Caiet. Petrus de Soto, Suar. Filliuc. Fagund. citati à Cardin. de Lugo, qui tenet oppositum, & dicit id esse de mente Theologorum communiori, quod an verum sit nolo examinare. Sed certè fundamentum præcipuum ipsius non sufficit: nempe quod frequentia confessionis ideo conducat ad vitanda peccata; quia confitens dolet efficaciter de peccatis, & proponit ea euitare; ex vi autem talis doloris, & propositi magis determinatur ad non peccandum: sed sine confessione potest habere huiusmodi dolorem, & propositum: ergo non est necessaria ipsamet confessio. Hoc inquam fundamentum non sufficit, quia maior est falsa; illa enim non est sola causa; sed quia per confessionem ponitur in statu gratiæ ereptus à seruitute dæmonis, & propterea maiorem habet congruitatem, vt recipiat à Deo gratiam superandi tentationes occurrentes, quàm si esset inimicus Dei ob statum peccati.

2. Itaque concludo cum Authoribus partis affirmatiuæ, addendo tamen, quòd obligatio currat quando sine magno detrimento quis confiteri posset: nam si tale occurreret, posset proponendo vitare peccata, sperare non defuturam gratiam qua tentationes superaret.

3. Obiicies: præceptum Ecclesiasticum de confessione semel in anno esset superfluum; si quis teneretur communius confiteri, & hinc etiam oritur, quod fideles possent colligere se non esse obligatos ad frequentius confitendum ex mente Ecclesiæ; quæ non limitaret tale tempus, si putaret eos obligari ad id frequentius faciendum.

4. Respondeo negando sequelam, quia illud præceptum haberet hanc vtilitatem, vt mouerentur fideles ad non continuãdum peccatum non confitendi, quod committerent omittendo confessionem semel, vel sæpius in anno vltra annum; & etiam vt præcepto Ecclesiæ magis inuitarentur ad faciendum id, ad quod aliàs obligarentur. Nec verum est, quod ex illo præcepto fideles possint rationabiliter colligere, quod non habeant obligationem sæpius confitendi: sed tantùm quod non habent illam ex obligatione Ecclesiæ. Et hæc omnia docet Pontius *loc. cit.* quibus adde Coninch, Granadum, Fagundez, Nugnum, Filiuc. Molfesium, quos citat Leander.

5. Sed ego non assentior opinioni negatiuæ Cardinalis Lugo quam latè tractat, & firmat *de pœnitent. disputat. 15. sect. 4. num. 22. cum seqq.* & illam etiam docet Reginald. *tom. 1. lib. 6. capit. 1. num. 29.* vbi sic ait: Secundum dubium est, an obligatio confitendi tunc contingat cùm confessio censetur esse medium moraliter necessarium ad superandam aliquam tentationem, seu occasionem peccandi.

6. De eo autem tria videntur tenenda. Primum est negari non posse quin frequenter confiteri, sit optimum, & vtilissimum remedium aduersus tentationes; quoniam per confessionem ritè obitam, anima pondere peccatorum exonerata, & diuinæ gratiæ habitu tecta, & roborata, valentior redditur ad spiritualem pugnam.

7. Secundum est, propositam necessitatem moraliter loquendi non nisi raro posse contingere: quia cogitari non potest casus in quo nequeat tentatio superari, aut nouum peccatum mortale vitari, aliter quam per confessionem Sacramentalem. Nam ad vincendam quamcumque tentationem, & periculum peccandi mortaliter superandum, potest sufficere diuinum auxilium excitans nos, & adiuuans. Quod non dari efficax nisi præcedente Sacramentali confessione, nulla ratio persuadet; præsertim cùm ipsa confessio, vt debitè fiat, requirat potius superationem tentationis, quàm contra; quandoquidem coniunctum habere debet firmum propositum non peccandi mortaliter de cætero, data quacumque occasione, quod est tentationem superasse.

8. Tertium est: dato casu, in quo reuera hic, & nunc in hac persona, & cum his circumstantiis confessio existimatur esse medium necessarium ad vincendi tentationem, & periculum peccandi mortaliter, tunc obligationem esse confitendi, non quidem ortam ex præcepto confessionis, sed ex præcepto quo homo tenetur vitare peccatum illud, de quo tentatur cum lapsus periculo. Tale enim præceptum obligat, vt ad vitationem peccati, sic & ad media, quæ sunt ad illam necessaria: sicque confessionem omittendo in eo casu mortaliter peccatur, non quidem transgressione præcepti diuini de confessione; sed alterius per quod prohibetur peccatum illud, cuius probabili periculo quis exponit se per eam omissionem. Ita Reginaldus, cui adde dictum Leandrum *de Sacr. tom. 1. tract. 5. disp. 3. q. 17.* vbi testatur, eam sententiam docuisse duos magnos viros suæ dignissimæ Religionis Fratrem Franciscum à Sancto Iuliano, & Fratrem Eugenium à Sancto Gregorio. Et probat supradictam sententiam, quia ad hoc quod confessio in eo casu obligaret, deberet quis sibi persuadere, illam esse vnicum, & singulare remedium ad euitanda peccata; siue in communi, siue in particulari, & hæc persuasio esset falsa, cùm reuera confessio non sit tale remedium: ergo. Minor probatur primò: quia plura alia remedia reperiri possunt, vt ieiunia, flagellationes, &c. Secundò; quia licet confessio ad hoc vtilissima sit; non tamen est remedium efficax & infallibile; nam confessio solum habet efficaciam circa peccata præterita: circa futura verò licet habeat aliqualem, non tamen infallibilem: ergo tota obligatio hæc prouenire solùm potest ex falsa hominis persuasione: ergo solùm interuenire potest hîc obligatio, quam quis per conscientiam erroneam sibi imponit.

9. Remanet igitur satis probabiliter firmata nostra sententia contra Pontium, & alios, quæ à multis scrupulis, & obligationibus liberabit Confessarios, & Pœnitentes, & ipsimet aduersarij, vt Pontius, velint, nolint, tanquam probabilem conantur admittere.

RESOL. LXIX.

An propter periculum incurrendi noua peccata teneantur fideles ad confitendum frequentius, quam semel in anno?

Et an saltem sit obligatio sub mortali sæpiùs intra annum elicere actum contritionis propter vitandum periculum incidendi in noua peccata mortalia? Ex part.7. tract.12.& Misc.3. Resol.32. aliàs 29.

Sup. hoc in Resol. præterita.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondere Caietan. *in summa, ver. Confessio*, §. 5. *præsens.* Petrus Soto, *de Inst. Sacerd. sect.5. de necessitate Confessionis.* Suarez *in 3. part. tom.4. disputat.* 35. *sect.* 3. *num.* 10. Fagundez *in Præcep. Eccles. parte secunda, lib.1. cap.1.num.*16. & Filliucius *tom.1. tractat.7.cap.2. num.*40 Quia satis experientia demonstrat, eos nunquam vitare noua peccata mortalia, si confessionem per annum integrum differant.

2. Verum Cardinal. de Lugo, *de Sacrament. Pœnitent. disputat.* 15. *sect.* 4. *num.* 45. *& seq.* rectè non adhæret huic sententiæ, & ideò sic asserit. Dico primò quod frequentia Confessionis non sit medium necessarium ad peccatum mortale aliquod determinatum vitandum, sed ad peccatum mortale in communi vitandum, non obstat quo minus esset obligatio confessionis frequentis. Hæc videtur esse contra Patrem Suarez in verbis citatis, cuius dictionem de medio necessario ad vitandum peccatum in particulari, vel peccatum in communi, impugnaui, disputatione præcedenti *sect. ultim.* vbi vidimus, non minùs obligari hominem ad impediendum peccatum mortale in communi, quando in certò scit sequi ex tali occasione determinata, quàm ad impediendum peccatum determinatum, nec vlla apparet ratio discriminis probabilis, vt ibi explicatum est.

3. Dico tamen secundò: non obligantur communiter homines Christiani ad Confessionem frequentem sub peccato mortali propter periculum illud incidendo in noua peccata, si diutius differant Confessionem. Hæc videtur esse iuxta mentem communem Theologorum qui hue vsque talem obligationem non agnouerunt, nec pœnitentibus de illa scrupulum iniecerunt, nec in publicis concionibus proposuerunt populo tale præceptum; quod argumentum negatiuum cum tanta vniuersalitate videtur habere magnam vim; neque enim est credibile ignoratam fuisse per tot sæcula hanc obligationem, aut agnoscebatur, fuisse neglectam à sanctissimis, & doctissimis viris, qui licet frequentem confessionem hortati fuerint auditores suos; nunquam tamen sub obligatione illam ipsis proposuerunt.

4. Secundò probari potest ex præcepto Ecclesiæ de Confessione annua, quo licet explicitè non auferatur obligatio ex præcepto diuino, vel naturali, si quæ est aliunde ad frequentiorem confessionem: valdè tamen insinuatur, nullam esse talem obligationem. Si enim communiter tenerentur homines ad frequentiorem Confessionem, superfluum esset præcipere illis Confessionem annuam: sicut si Episcopus aliquis legem conderet in suo Episcopatu, vt omnes, qui non essent legitimè excusati, ieiunarent semel saltem in singulis hebdomadis Quadragesimæ: hæc certè lex non solùm esset inutilis; sed etiam nociua & scandalosa; quia subditi crederent, se satisfacere suæ obligationi ieiunando semel in hebdomada. Similiter ergo nocuisset, lex Ecclesiastica, quia fideles communiter credunt, se satisfacere suæ obligationi per Confessionem annuam ab Ecclesia præceptam: multas alias adducit rationes Cardinalis de Lugo.

5. Sed an saltem erit obligatio sub mortali sæpius intra annum elicere act.m Contritionis propter vitandum periculum illud incidendi in noua peccata mortalia; Cardin. de Lugo *vbi suprà, numero quinquagesimoquarto*; affirmatiuè respondet, sed asserit non esse necessarium interrogare de hoc pœnitentem, nec eum admonere in particulari de tali obligatione, & rationes adducit, adi illum & non pigebit.

Quæ*s*tuis non plenè sup. hoc lege tamé infra doctrinâ Res.83 & 86. & alterius, vers. positi in Ref. 1. huius not.

RESOL. LXX.

An pœnitens, qui lubricam, & debilem habet memoriam, teneatur scribere peccata?

Et an, quis peccet saltem venialiter adhibendo nimiam diligentiam & curam maiorem, quam oportet in scrutanda conscientia ante confessionem? Ex part. 2. tractat. 17. & Miscell. 3. Resolut. 46.

§. 1. MArtinus Bonacina vir doctus *in tract. de Sacr. disp.5. q.5. sect. 2. puncti. vlt. n.6.* tenet affirmatiuam sententiam, si possit sua peccata, absque probabili periculo scribere tempore confessionis, aut etiam antea.

Sup. hoc in to.5. tr. 1. ex Res. 101. §. vlt. in principio, & lege hic supra do. ctrinam Res. 64. signanter in fine.

2. Sed absolutè, & sine vlla limitatione opinionem negatiuam tenendam esse tenet Suarez *tom.4. in 3. part. disputat.* 36. *sect.* 5. *num.* 6. Valentia *tomo 4. disputat.* 7. *quæst.* 11. *punct.* 3. *circa finem.* Henriquez *lib.4. cap.4. num.*8. Ratio huius sententiæ illa est; quia, vt bene notat Vasquez *tom.* 4. *in 3. part. quæst.*90. *art.* 1. *dub.... num.*14. solum adest præceptum præmittendi examen ante confessionem, non verò conseruandi memoriam peccatorum. Ergo non tenemur illa scribere. Imò Sotus *in 4. dist.*18. *quæst.*1. *art.*4. *ad vlt.* putauit hoc pœnitentibus non esse consulendum. Sed meliùs Caiet. *ver. confessio condit.*11. Nugnus *tom.*2. *in 3. part. quæst.*9. *art.*1. *diffic. vnica, ver. circa octauam.concl.* Coninch *de Sacram. in 3. part. disp.*7. *dub.*9. *num.*72. & alij asserunt, licèt hoc necessarium non sit, suadendum tamen; quia diligentia hac in re laudanda est, modò euitentur scrupuli, & nimia anxietas. Et notent scrupulosi circa hanc materiam, quòd in perscrutanda conscientia, & numero peccatorum ante confessionem, peccabunt venialiter adhibendo nimiam diligentiam, & curam maiorem, quàm oporteat, quia, vt tradit D.Thom. *p.2.q.64. art.1.* in omni virtute morali peccatur, non solùm per defectum, sed etiam per excessum. Ita Marcellus Megala *in 1. p. lib.5. c.9. n.7.* ex mente, & doctrina Nauarri *in cap. fratres, n.72. de pœn. dist.5.*

Sup. hoc infra lege doctrinam 5 vlt. Res. 116. & signanter, quàtenus recitatur in alio §. eius annot.

RESOL. LXXI.

An mutus teneatur confiteri per nutus, & signa?

Et quid de ignorante idioma Confessarij?

Et cursim explanatur, quod amentibus à natiuitate non est danda Eucharistia, ne quidem in articulo mortis, nisi, quando erant suæ mentis compotes, deuotionem ostenderent in huiusmodi Sacramento.

Et an Confessarius tempore, quo obligat præceptum confessionis, possit absoluere mutum, qui præbet signa doloris, etiam si nullum possit ex eius signis intelligere peccatum, & alius non adsit Confessarius, qui melius intelligat, quod à fortiori procedit in articulo mortis? Ex part.5. tract.6. Resolut.3.

§. 1. Respon

Quoad hoc supra lege doctrinam Ref. 18. in principio.

§. 1. **R**Espondeo affirmatiuè; nam, vt aduertit Hurtadu *de pœnitentia disputat.* 8. *diffic.* 4. conueniunt communiter DD. eum, qui non potest aliter confiteri, quàm nutibus, aut aliis signis distinctis à voce, & à scriptura, ad id teneri tempore præcepti, siue pote diuini, siue annuæ confessionis, quia confessio potest absque inconuenienti dictis signis fieri; & ideo Naldus *in sum. ver. mutus, num.* 1. sic ait: Mutus & surdus à natiuitate potest confiteri, & absolui; sed hoc intellige de muto & surdo adeò perspicacis ingenij, quòd signis & nutibus percipiat, vel saltem in genere detestationem peccati, & propositum abstinendi de cætero, & secundò vrgeat necessitas præcepti confessionis; & primum dictum satis probatur, quia alias iste actus iudicialis indebitè exerceretur, nempe absque causæ cognitione. Secundum autem apertè deducitur à simili de amentibus à natiuitate, quibus non est danda Eucharistia, nec quidem in articulo mortis, nisi cum aliquando erant suæ mentis compotes, deuotionem ostenderint in huiusmodi Sacramento. Sanct. Thom. 3. *part. quæst.* 80. *artic.* 1. & tandem idem probatur à simili de muto solùm, & ignorante idioma Confessarij, qui potest confiteri, & absolui tempore præcepti, si tamen explicet aliquid quod à Confessario intelligatur. Ita Naldus. Cui adde Leonem *de officio Confess. part.* 1. *recollection.* 18. *num.* 97. & Megala *in instruct. parte prima, lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 11. asserentes in tali casu sufficere mutum explicare ea peccata, quæ potest iudicio prudentis. Idem etiam docet Valboa *in c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. num.* 37.

Sup. hoc supra ex Ref. 63. §. Ex dictis. per totum. & infra Ref. 123. à lin. 1.

2. Notandum est etiam hîc Antonium Fernandez *in Instruct. Confess. part.* 1. *document.* 4. *num.* 33. docere, Confessarium tempore quo obligat præceptum confessionis, posse absoluere mutum, qui præbet signa doloris, etiam si nullum possit ex eius signis intelligere peccatum, & alius non absit Confessarius, qui meliùs intelligat, quod à fortiori procedit in articulo mortis.

Sup. hoc ex doctrina Resolutionum præteritarum annot.

RESOL. LXXII.

An mutus, si sciat scribere, teneatur confiteri per scripturam, vt integram faciat confessionem? Ex part. 5. tractat. 6. Resolut. 4.

§. 1. **A**Ffirmatiuam sententiam docet Petrus de la Fay *de pœnit. in addit.* 3. *part. D. Thom. quæst.* 9. *artic.* 2. *disput.* 2. *conclus.* 4. Fagund. *vbi infra.* Megala *in Instr. part.* 1. *lib.* 5. *capit.* 6. *num.* 6. Henriquez *lib.* 2. *de pœnit. cap.* 3. *num.* 8. & Granadus *de Sacrament. in* 3. *part. D. Thom. contr.* 7. *tract.* 1. *disput.* 9. *sect.* 1. *num.* 4. vbi sic ait: Mutus, qui nouit scribere, debet per scriptum confiteri sub ea cautela, vt in vna papyro referat numerum, in alia habeat scriptas species peccatorum. Probatur, quia qui obligatur aliqua lege, præsertim Ecclesiastica & magni momenti, maximè si ordinetur ad implendam legem diuinam, tenetur adhibere diligentiam, & apponere media saltem non magnæ difficultatis vt legem seruet; sed lex annuæ confessionis est Ecclesiastica & magni momenti, ordinaturque ad implendum præceptum diuinum confessionis, quia alioqui non constat extra mortis articulum de tempore determinato quo per se obligat: ergo qui obligantur hac lege, tenentur adhibere diligentiam, & apponere media non magnæ difficultatis vt illam seruent. Rursus scribere peccata, & scripto confiteri, non est medium magnæ difficultatis: ergo qui aliter non potest, tenetur scripto confiteri. In hoc certè discursu nihil est quod indigeat probatione, præter vltimum antecedens, quod facilè persuadetur; nam scribere peccata non est tam immensus labor, & cùm mutus ea reuocet in memoriam, potest simul scriptis mandare. Deinde ea tradere scripta Confessario potiùs diminuit ruborem, quo suffunditur, qui verbis propriis ea declarat. Periculo autem publicationis potest facillimè occurri; nam ex propria domo vsque ad Ecclesiam potest charta in manibus afferri ne decidat, & cùm primùm lecta sit à Confessario potest comburi, aut in minutissimas partes discindi; non est ergo periculum publicationis, quod alicuius momēti sit: quòd si aliquando contingat chartam cadere, aut propter incuriam non discindi, & sic in manus aliorum deuenire, id certè rarò continget, & propter casum tam præter communem rerum euentum non est deobligandus homo à lege tanti momenti; sic enim etiam accidere potest à Confessario non seruari sigillum, aut confessionem audiri ad alio quàm à Confessario, & non propterea licet absolutè deobligare homines ab hoc præcepto. Huc vsque Granad: cui etiam adde Alphonsum de Leone *de offic. Confess. part.* 1. *recollect.* 15. *n.* 34. & Doctores, quos citat & sequitur Hurtado *de pœnit. disp.* 8. *diffic.* 4. hæc opinio est probabilis.

Sup. hoc infra in Ref. 75. §. 1. & 2. & ex Resol. 80. § vlt. & supra ex doctrina R. f. 10. propè finem, vers. Dubium tamen. & infra in Ref. seq. prope finem, & in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 101. §. vlt. à lin. 10. & vers. Item.

2. Sed non minùs probabilem contrariam sententiam esse existimo, quod fatentur ipsimet aduersarij: vnde Fagundez *part.* 2. *lib.* 1. *cap* 6. vbi sic asserit: Dubium tamen est vtrùm excusetur pœnitens ab obligatione confessionis Quadragesimæ, quando non potest confiteri nisi per scriptum, præsente tamen Confessario, quia, verbi gratia, vel pœnitens est mutus, vel Confessor surdus, & non potest se aliis nutibus ipse pœnitens explicare; & certè hæc de re opinio est pro vtraque parte probabilis. Ita ille. Et ideo Naldus *in summ. ver. Mutus, num.* 2. sic ait: Mutus etsi sciat scribere, non tenetur confiteri propria peccata per scripturam, tradendo nempe ipsam Confessario legendam; & ratio est, quia talis modus confessionis de se est publicus, est enim scriptura de se publica, vnde exponit se pœnitens probabili periculo amittendi scriptum, & quamuis non exponat, quia statim potest rumpi, tamen ille modus confitendi est de se & ex natura sua publicus, & nemo tenetur sic publicè confiteri, ne periculo infamiæ se exponat, non enim præcepta Ecclesiastica cum tanto rigore obligant. Deinde non tenemur ex vi præcepti confessionis confiteri per interpretem, quamuis Catholicus & fidelis sit, & quamuis ad sigillum teneatur, quia ille modus confessionis de se est publicus: ergo neque etiam ex vi eiusdem præcepti annualis confessionis tenebimur confiteri per scriptum, cùm æquè publicus hic modus confessionis sit, atque ille. Et ita hanc sententiam docent etiam Martinus Ledesma *in* 2. *part.* 4. *quæst.* 8. *articul.* 3. Victoria *in summ. numer.* 173. Dominicus Sotus *in* 4. *distinct.* 18. *quæstione secunda, artic.* 6. Nauarrus *capit.* 21. *num.* 36. Barbosa *in Decret. Gratian. part.* 2. *de pœnitent. distinct.* 3. *cap.* 39. *num.* 3. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 11. *punct.* 1. & alij: Vnde, vt dixit, vtraque opinio est probabilis.

RESOL. LXXIII.

An surdus teneatur confiteri, & quid cum eo agere debeat Confessarius?

Et si saltem sciat scribere, an teneatur scribere, & confiteri per scripturam? Ex part.5.tractat.6. Resolut. 5.

Sup hoc infra in Res.123. à fin 1. & supra ex Res.63. §. Ex dictis, in fine.

§. 1. AD hoc dubium respondet Posseuinus *de officio Curato, cap.7. num.15.* vbi sic ait: Quæritur quid agendum cum surdo? Respondetur, caueat Curatus ne ab aliis audiatur. Excipiat illius confessionem in remotiori, & hunc non interroget, nisi de puris necessariis in mortalibus, & euitet fatigationem suam, & surdi, si nouit scribere, bonum erit, scribat peccata venialia generali collatione, faciat confiteri. Ita ille. Sed ex superiori resolutione satis probabiliter firmatum est, neque surdum teneri scribere peccata.

Sup. hoc lege doctrinã Res. præteritæ, & aliarum eius not.

RESOL. LXXIV.

Exponitur casus curiosus de confessione quadam valida per litteras; videlicet in Anglia aliquis Catholicus cum esset ad mortem damnatus, & Hæretici nollent permittere confiteri cum Confessario Catholico, si haberet commoditatem scribendi ad aliquem Confessarium, an possit per litteras confiteri, & rogare Confessarium, vt se immisceret inter adstantes prope patibulum, & illum tunc præsentem, & Confessarium intuentem, voce secreta illum absoluere?

Et deducitur posse Confessarium absoluere moribundum, si internuntius, qui vocauit Sacerdotem nomine ægroti, & postea non adest præsens coram Sacerdote & ægroto, quando Sacerdos absoluit moribundum sensibus destitutum. Ex part.11. tractat.7.& Miscell.7. Resol.30.

Sup.hoc infra in Res. signá ter in §. 1. à vers. Et pro hac, & in §. vlt m. & lege etiam Res. & §. annot. primæ post seq. huius Res.

§. 1. HIs diebus de hoc casu interrogatus fui, videlicet si in Anglia aliquis Catholicus esset ad mortem damnatus, & hæretici nollent permittere illum confiteri cum ConfessarioCatholico, si haberet commoditatem scribendi ad dictum Confessarium, an possit per litteras confiteri,& rogare Confessarium, vt se misceret inter adstantes propè patibulum,& illum tunc præsentem & Confessarium intuentem voce secreta absoluere? Casus quidem est non minus curiosus, quem difficilis. Et prima facie negatiuè videtur respondendum, stante decreto Clementis VIII. vnde nouissimè Pater Pasqualigus firmauit *in theol.to.2.disp.82.sect.8. n.42.* Non solùm non posse absolui absentem, sed nec confessionem fieri absenti in ordioe ad absolutionem obtinendam à præsenti; desumitur ex eodem decreto Clementis VIII. nam damnauit vtramque propositionem, nempè & quòd possit fieri confessio absenti, & quod Confessarius possit absoluere absentem; vnde Paulus V. die 18. Augusti 1605. decreuit, vt ex tractatu de pœnitentia quem ediderat Suarez, deleretur *sect.4. disput. 21.* quia in ipsa tenebat, quod licet non possit absolui absens, posset tamen confessio fieri per litteras absenti, & ita explicabat decretum Clementis VIII. Probatur, quòd confessio fiat secretò apud solum Sacerdotem, vt est in praxi atque adeo coram ipso personaliter, est ex institutione Christi, vt decernit Tridentin. *sess. 13. can. 6.* Ergo non potest confessio Sacramentalis, quæ sufficiat pro Sacramento fieri absenti. Consequentia probatur. Validitas Sacramentorum pender ex institutione Christi, itavt si aliter fiant, quam instituta sint, non sint valida. Ergo confessio facta absenti non erit sufficiens pro hoc Sacramento: vnde Tridentin. *capit. 2. sess. citat.* docet: Quod Christus voluit peccatores sisti ante Tribunal Confessarij tanquam reos. Ita Pasqualigus. Vnde Aluarez, & alij asserunt, quod licet Confessarius possit absoluere moribundum, si accersiuit confessarium per internuncium, vel per litteras,& adueniens Sacerdos ægrotum inuenit impotentem ad confessionem faciendam, & ad alia signa sensibilia, adstantes tamen fide digni affirmant ægrotum voluisse confiteri; Negant tamen posse Confessarium absoluere moribundum, si internuncius qui vocauit Sacerdotem nomine ægroti, monuit quidem Sacerdotem voluntatis pœnitentis, & postea non adest præsens coram Sacerdote, & ægroto. Sicut etiam putat in supradictis duobus casibus infirmum confiteri per litteras,& nuncium contra decretum Clementis VIII. Ergo erit illicitum.

Sup. hoc latè infra in tr. 4. Res. 58. & 10 aliis eius not. primæ.

Sup. hoc latè in §§. seqq. huius Res. & infra in tr. 4. Res. 62. lege eam per totã, & ex Res.64. § vlt. & vide etiam doctrinam Res. annotat. primæ huius Res.

2. Sed ego ad omnes casus supradictos affimatiuè respondendum esse censeo, quia dictum decretum Clementis VIII. non officit in supradictis casibus, & non est intelligendum in casu necessitatis, quando aliter confiteri non potest, & quando licet confessio efficiatur per litteras, vel per nuncium, tamen absolutio datur à Confessario præsente pœnitente, vt accidet in casibus supradictis; loquitur igitur decretum Clementis VIII. de confessione stricta, non autem de confessione minus stricta,& in vniuersaliori acceptatione vt probat,& explicat Cardinalis Lugo *vbi infrà sect.4. num.72.* & Leander. Dico igitur moribundum posse absolui à Sacerdote præsente, licet testes non repetant testimonium coram ipso infirmo. Quia quamuis dicta per testes confessio facta fuerit in absentia, tamen postea absolutio datur in præsentia pœnitentis, quod sufficit ad valorem Sacramenti, vt non fiat contra decretum Clementis VIII. Nam illa confessio facta à pœnitente per testes non est confessio strictè, sed magis vniuersaliter sumpta, quæ in defectum rigorosæ confessionis acceptatur ad proferendam sententiam absolutionis. Decretum autem Clementis VIII. solùm loquitur de confessione strictè accepta, quæ fieri nequit nisi in præsentia Confessarij.

3. Et ita hanc sententiam latissimè,& doctissimè probat Pater Bardi *in selectis lib. 10.q.13.* per totam omnino videndus, & me citato Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacr.pœnit.disp.18. sect.1.n.85.* vbi sic ait: Alij generaliter loquuntur, quomodocumque illud confitendi desiderium Confessario innotuerit, posse Sacerdotem absoluere pœnitentem præsentem sensibus destitutum. Pro qua sententia plures affert idem Diana *loc. cit.* dicens illam esset probabilem, quod idem affirmat Bonacina in eam magis inclinans in præsenti *disp.5. quæst.5. sect.2. punct.2.§.4. n.10.* Et in nona editione *tom.3. disput.1. de censuris q.3. punct. 33.* vbi dicit ita Romæ à multis iudicatum fuisse. Quod quidem videtur esse omnino iuxta mentem, & verba Pauli V. in Rituali Romano, vbi absque vlla limitatione, aut distinctione dicitur: Si desiderium confitendi per se, vel per alios ostenderit, absoluendus est. In casu autem posito verificatur tota illa cõditio, cùm infirmus per alios desiderium confitendi ostenderit: ergo

ergo iuxta regulam illam à Pontifice propositam absoluendus est. Quod ipsum ex aliis decretis supra adductis colligitur, quæ absque tali limitatione loquuntur. Si enim in Arausicano dicitur: Si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habeat. Et in Carth. dicitur: Dent testimonium, qui eum audierunt. Et in decreto Euseb. Papæ dicitur: Si idonea testimonia habuerit, quod ipse pœnitentiam petisset. Denique S. Thom. in *dicto opusc. 65.* generaliter dixit: Si infirmus qui petit absolutionem amisit notitiam, vel loquelam antequam Sacerdos adueniat, debet à peccatis absolui. Cùm non petatur talis conditio testimonij in præsentia ipsius infirmi exhibendi, non est cur à nobis talis conditio apponatur.

4. Ratio autem sumitur ex dictis *sect. præced.* quia nimirum illa non est confessio strictè, sed magis vniuersaliter sumpta, quæ in defectum strictæ confessionis acceptatur ad proferendam sententiam absolutionis. Decretum autem Clementis VIII. loquitur, vt diximus, de confessione strictè accepta, quæ fieri non potest validè aut licitè, nisi in præsentia confessarij. Nec obstant verba Leonis Papæ: nam ipse mentionem fecit testimonij circumstantis: quia ita communiter fieri solet, quod præsentes sint, qui testantur voluntatem, & desiderium infirmi. Sicut ob eandem rationem dixit, testimonia fidelium circumstantium, quia nimirum semper solent illi esse fideles, & tamen si fideles non essent, sed infideles, fide tamen digni, & de quorum veracitate non dubitaretur, non negaret Leo illud testimonium sufficere; parum enim refert character testificantis, cùm testificatio illa non ordinetur ad conferendum Sacramentum ipsi testificanti, cuius infidelis non esset capax, sed solùm ad manifestandam voluntatem infirmi; & ad faciendam fidem de illa, ad quæ non est incapax infidelis. Sicut ergo non alligatur S. Leo ad testimonium fidelium, ita nec ad testimonium solum circumstantium. Et hæc omnia docet Lugo *vbi suprà*; cui adde Leandrum *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 5. q. 45.* Et omnia superius dicta docet etiam nouissimè Martinus de San Ioseph *in mon. Confess. tom. 1 lib. 1. tract. 6 de pænit. num. 6.* vbi hæc asserit; [Y aunque los testigos que dizen al Confessor las señales de penitencia del penitente (que ya carece de sentido) bastarà el testimonio para que el Sacerdote le absuelca debaxo de condicion; porque el decreto de Clemente Ottauo que prohibe absoluer en ausencia, se deue entender quando la confession, y absolucion son en ausencia, y no quando la absolucion es en presencia:] Quia verba legis sunt accipienda secundùm sensum grammaticalem, & in priori significato, *l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectigal. l. 1. §. si is, qui nauem, ff. de exercit. action. §. quod ius quidem ciuile institut. de iur. nat. gentium, & ciuil. c. penult. de sent. excomm.* & debent intelligi in eo significato qui est aptior, *l. quoties idem serm. ff. de reg. iur.* Ita Martinus.

5. Nec obstat dicere cum aliquibus aduersariis, quod pœnitens vt pœnitens debet esse præsens Confessario, at homo, vt se accusans est pœnitens vt pœnitens: ergo homo, vt se accusans debet esse præsens Confessario. Nam respondet Bardi *vbi suprà §. 3. n. 7.* distinguendo, pœnitens vt pœnitens debet esse præsens, quando recipit absolutionem, concedo: quando facit confessionem, nego: (loquendo in casu necessitatis, & essentialiter distinguo etiam minorem, homo vt se accusans siue per se ipsum immediatè, siue per alium & mediatè concedo, semper per ipsum immediatè nego minorem, eodemque modo distinguendo consequens; In primo sensu concedo, in secundo verò nego consequentiam.

6. Nec etiam obstat dicere cum Aluarez & aliis, quod si moribundus validè confitetur per internuncium absenti Sacerdoti, etiam sanus hoc modo valide confiteretur, sed hoc est absurdum, vt omnes fatentur: ergo, &c. sequela probatur, quia casus necessitatis cùm non mutet essentialia Sacramenti, non facit vt confessio valida sit inualida.

7. Respondeo, confessionem inualidam ex multiplici capite prouenire posse; videlicet ex defectu integritatis, ex defectu dispositionis, &c. in casu autem qui ponitur confessio facta absenti sine vlla necessitate erit inualida, quia pœnitens aperiendo conscientiam, & peccata per internuncium absenti Sacerdoti, & sine vlla necessitate, peccat contra Ecclesiæ præceptum, & consequenter ex defectu dispositionis non perficitur Sacramentum: non autem erit inualida ex defectu sufficientis materiæ: hoc ipsum concedere debent aduersarij; nam admittentes confessionem factam per testes coram moribundo, aiunt absque necessitate hoc fieri non posse, ac proinde retorqueri potest idem argumentum. Et tandem non obstant verba Catechismi, quo sic habetur, *Nemini omnino neque per nuncium, neque per litteras peccata confiteri liceat:* ergo Catechismus damnat confessionem factam absenti; nam respondet doctissimus Bardi, locum citatum esse intelligẽdum per se, non autem in casu necessitatis & per accidens, quando aliter fieri nequit, & patet hoc modo locutum fuisse Catechismum, quia præscribendo modum quo facienda sit confessio, videlicet secretò & occultè, subdit illa verba citata, & tamen certum est confessionem interdum fieri posse coram aliis, & hoc admittere debent aduersarij, dum volunt validam esse confessionem in casu necessitatis, si fiat per alios testantes coram moribundo sensibus destituto. Ergo, &c.

8. Patet igitur ex superius dictis satis probabiliter in casu proposito posse reum, cui denegaturum est confiteri cum Confessario Catholico, scribere ad ipsum per Epistolam peccata sua, non vt in absentia absoluatur, nam hoc esset contra decretum Clementis, sed vt postea, quando ipse duceretur ad patibulum, & esset præsens coram ipso Confessario tunc illum absoluere. Nam in tali casu ex necessitate, nec valens aliud agere confitetur per scriptum, & Confessarius postea absoluit illum præsentem, sicuti asserunt Doctores posse Confessarium postquam ex obliuione dimisit pœnitentem absque absolutione, posse illum, inquam absoluere, dum adhuc extare in Ecclesia videt. Itaque in nostro casu vt in simili docet Ysambert *in 3. p. tom. 3. de Sacr. pæn. disp. 18. sect. 10. n. 3.* Decretum Clementis non obstat, nam pœnitens ille, videlicet reus, est non tantum corporaliter præsens, dum absoluitur, sed etiam ipsa eius confessio, quæ per literam fuit antea ab eo explicata, censetur adhuc esse, & durare mortaliter, quatenus non est reuocata. Imo ego puto in casu nostro fuisse confirmatam non repetitam per oculorum iniectionem in Confessarium, vt ad illum reus pœnitens antea scripserat. Ergo, &c.

Sup. hoc magis latè infra in tractat. 4. Resol. 20.

RESOL. LXXV.

An in Paschate, vel articulo mortis teneatur per scripturam confiteri, qui alio modo non potest, vt verbi gratiâ mutus, & surdus, vel in-

firmus, qui loqui non potest? Ex part. 3. tract.4. Resol.127. aliàs 128.

Sup. hoc pro surdo supra Ref.75 & pro infirmo. qui loqui nō possit, infra in Resol.1. post seq. in fine, & in Ref 80. §. vlt. & in alio §. earum annotationum.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Nugnus *in addit. ad 3.part. q.9. artic.3.* Turrianus *de pœnit.q.9. artic.2. disp.32. dub.2.* qui citant Suarez, Petrum Sotum, & Gabrielem. Idem docent Becanus *de Sacram.cap.37.q.7.num.2.* Vasquez *in 3.p. tom.4. q.91. art.4. dub. 5. num.2.* vbi ita ait, quòd non obstat scriptum perdi posse, quod absoluta confessione potest statim rumpi, & paulò ante confessionem ita scribi, & custodiri, vt non perdatur, nec etiam obstat, quòd surripere potest Sacerdos, sic enim etiam posset ipse eodem modo manifestare crimina, quæ voce audisset in confessione, & nihilominus tenemur confiteri,& æquale est damnum vtrobique.

Sup. hoc muto supra in Ref.72.&c.

2. Hanc sententiam videtur etiam docere Layman *in Theolog.moral. lib.5. tract.6. capit.6. num.4.* vbi ait: Qui perpetuò mutus est,& scribere nescit, ad confessionem annuam nutibus, quatenus potest, faciendam obligatus esse videtur. Vnde supponit in illis verbis, *si scribere nesciat,* quòd si mutus scribere sciat,tenetur confiteri per scripturam, intellige semper præsente Confessario. Vide etiam Syluest. *ver. Confessio, 1.quest.15.*& Suarez *tom.4. disp.16.sect.6.*

3. At his non obstantibus contrariam sententiam tenendam esse puto,& ita docent Ioann.de la Cruz *in direct.conscient. part.2. de Sacram. Pœnit. q.3.dub.7. concl.1.* Sotus *in 4.dist.18. q.2. art.6.* Valentia *tom.4. disput....q.11.punct.1.* Fillincius *tom.1. tract.7.num.63.* & Henriquez *lib.4.cap.4.num.4. in glossa littera A*, vbi sic asserit. Non tenetur præcepto Ecclesiæ confiteri per scriptum etiam mutus, aut infirmus, qui loqui non potest. Sic ille. Vide etiam Villalobos *in summa tom.1.tract.9. diffic. 32. num. 3.* & alios communiter, quia peccata scribere & scriptum Confessario tradere, insolitus est confitendi modus, & plerumque non vacat omni periculo publicationis, & hoc sufficit: quare Ecclesiastica lex in tali casu non obligat. Quid verò dicendum in articulo mortis? dic, vt in seq. resol. resoluemus.

Quæ hic est infra Ref.78.

RESOL. LXXVI.

An confessio per litteras aliquando possit esse valida post Decretum Clem. VIII.

Et an Sacerdos ita pœnitentem absoluens peccet mortaliter?

Et an, qui per litteras, vel internuntium Sacerdoti peccata sua manifestauit absenti Confessario, possit absolui, postquam Confessarius accessit ad illum, dummodo adhuc viuat? Ex part.5. tractat.14. & Misc. 2. Resol.60.

Sup. hoc lege supra latam doctrinā Ref. 74. & ne deseras videre Resolutiones duarum vltimarum annotationum huius Ref.& Resolutiones earum annotationum.

§. 1. AD hoc dubium Philippus Gamachæus ex doctissima, & inclyta facultate Parisiensi Doctor Sorbonicus *in 3. part. D. Thom. de Sacram. Pœnit. cap.10.§.4. respondet.* Et in primis ait, nullam esse quæstionem si pœnitens sciat dictum decretum, & prohibitionem Ecclesiæ; tunc enim mortaliter peccat, ac proinde ponit obicem gratiæ, sicque eius absolutio omninò euadit nulla; sin autem pœnitens laboret ignorantia inuincibili, & bona fide agat, tunc quidem mortaliter peccat Sacerdos eum absoluendo, quia vel scit, vel scire tenetur absolutionem hanc esse illicitam. Nihilominus tamen simpliciter videtur adhuc valida absolutio, tum, quia Clemens VIII. non statuit apertè contrarium, nec ait nullam esse talem absolutionem, sed tantùm non licere; multa enim prohibentur, quæ si fiant, rata sunt,tum quia communis est hæc Theologorum sententia, vt eiusmodi confessio valida censeatur. Ita Paludanus, Syluester, Nauarrus, Adrianus, Corduba, Ledesma, Medina, Taperius, & alij. Tum, quia accedit bona fides pœnitentis; cùm è contrario loqui videatur Clemens VIII. desertis verbis de iis tantùm, qui prudenter, & scienter contra prohibitionem ausi fuerint confiteri. Ita Gamachæus. Et pro hac sententia facit etiam Kellisonius *in 3.p. tom.2. q.9.art.3.dub.3.* vbi docet, validam esse absolutionem,si confessio fiat per scriptum, & absolutio detur pœnitenti præsenti. Et testatur ex Cardinali Bellarmino Clementem VIII. declarasse viua voce, se non intendisse prohibere absolutionem pœnitentis in præsentia, qui tamen confessus fuerat in absentia.

Sup. hoc latè, & signāter in Ref. not. præteritæ à principio.

2. Sed hæc opinio aliquibus non placet, per ea, quæ aduersùs Coninch satis firmaui *in 3.part. tractat.3.de absolutione morib.resolut.7.* nam in suo decreto Clemens VIII. confessionem factam absente Sacerdote non solùm illicitam, sed etiam inualidam esse determinauit. Ex quo etiam refellunt aliqui opinionem Iacobi Mancini *in append.ad praxim infirm. pract. 4. dub. 2. num.3.* & Cœlestini *in compend.Theologia moral.tract.1.cap.21.num.3.* docentium ægrum, qui per literas, vel per internuncium Sacerdoti peccata sua manifestauit absenti Confessario, posse absolui, postquam Confessarius accesserit ad illũ, dummodo adhuc viuat, & in hoc casu non transgreditur decretum Clementis VIII. cùm nisi præsentem absoluat iuxta mentem dicti Pontificis. Ita Cœlestinus. Vide me ipsum *loco citato, & in 4.p.tract.4.resol. 92.* De declaratione autem Clementis VIII. quam affert Kellisonius, non constat authenticè.

Quæ hic est infra in tr. 4. Ref.62.& lege eam per totam,& Ref. eius annot.

Quæ hic est infra in tr. 4. Resol. 64. in eius §. vlt.

RESOL. LXXVII.

An esset absoluendus, qui sine causa praberet Confessario peccata scripta, & de illis præsente se accusaret?

Et quid est dicendum, si quis magnum pudorem sentiret, si proprio ore peccata confiteatur; an peccet mortaliter, si per scriptum confiteatur, præsente Sacerdote?

Et quid, si ægrotus per gutturis angorem confiteri absolutè non possit, & scribere peccata facile possit? Ex part.3.tract.4.Ref.126.aliàs 127.

Sup. hoc infra in Ref. 80. §. Nota hic

§. 1. NEgatiuè videtur respondendum ex Fagundez *prac.2. lib.3. cap.1. num.8.* vbi sic ait: Extra necessitatem ipsa confessio, & accusatio semper facienda est ore,& peccaret mortaliter ille, qui cùm benè posset proprio ore confiteri, per signa, nutus, & interpretem (adde tu, & per scripta) confiteretur. Et ratio est, quia mutaret consuetudinem Ecclesiæ, quæ mutatio est grauis, & in re graui. Et ita etiam docet in terminis hanc sententiam Syluius *in addit. ad 3. part. quæst.9. artic.3. conclus.2.* vide etiam Filliuc. *tom.1. tractat.7. cap.1. num.14.* Coninch *de Sacrament. disp.6. dub.1. conclus.3. num.3.* Suarez *in 3.part.tom.4.disp.21. sect.3 n.5. & 6.* & alios.

2. Non reticebo tamen contrariam sententiam docere Villalobos *in summa tom.1. tract.9. diffic.31. num.1.* vbi ita asserit: [De lo dicho se infiere, que

si

si vno diesse sus pecados escritos, y se confessasse dellos en presencia del sacerdote, podria ser absuelto, si lo hiziesse sin causa, seria graue pecado venial; porque se apartare del vso comun de la Yglesia, mas si lo biziesse con causa razonable, no seria pecado.] Et hoc vltimum concedunt etiam Coninch, & Fagundez *vbi suprà.* Molfesius *in summa tom.1. tract. 7. cap. 11. num. 9.* & Vasq. *in 5. part. tom.4. q.91. art.4. dub.4. num. 7.* quidquid asserat Syluius I. C. Vnde si quis magnum pudorem sentiret, si proprio ore peccata confiteretur, non peccaret mortaliter, si per scriptum confiteretur præsente Sacerdote, quia consuetudo proprio ore confitendi non obligat tam grauiter in hoc casu, vt etiam præter DD. citatos, docet Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. cap. 6. num. 3.* vbi ponit alium casum in praxi facile occurrentem, nempè, quòd, si ægrotus, per gotturis angorem confiteri absolutè quidem voce possit, sed vix, aut ægrè, compellendus non erit, si peccata scribere facilè possit, voce confessionem facere.

Sup. hoc suprà, lege Doctrinam Res. 75. & Res. eius annotationum.

RESOL. LXXVIII.

An in articulo mortis teneatur confiteri per interpretem, si quis alio modo non potest?

Et quid pro adimplendo præcepto annua confessionis?

Et difficultas est, quando quis in articulo mortis dubitat de sua contritione, an tunc teneatur confiteri per interpretem omnia peccata mortalia? vel in tali casu, an possit confiteri aliqua peccata venialia, & generatim omnia mortalia, dicendo se confiteri alia omnia peccata, quibus Deum offenderit?

Et an in tali casu interpres teneatur ad sigillum? Ex part.3.tr.4. Res. 128. aliàs 129.

Sup. doctrina, & difficult. contenta in hoc §. 1. in Res. seq. §. 1. & infrà in Res. 147. lege doctrinam eius §. 1.

§. 1. Dico primò, quòd præcepto Ecclesiastico nemo tenetur ad confitendū per interpretē, quia hæc aliquo modo publica confessio est, quam Ecclesia percipere non solet, & ideò in Concilio Lateranensi dicitur; Omnia sua solus peccata confiteatur proprio Sacerdoti, & ita docent DD. quos citant, & sequuntur Turrianus *de pœnit. quæst. 9. art.2. disput.32. dub. 1.* Layman *in Theol. moral. lib. 5. tract. 6. cap.6. num. 5.* Fagundez *prac.2. lib.2. cap.6. num.6.* Villalobos *in sum. tom.1. tract.9. diffic.31. n.3.* Io. de la Cruz *in direct. conscient. part.2. de Sacram. pœnit. q.3. dub.7. concl.1.* Filliucius *tom.1. tract.7. c.3. n.62.* & alij, quos citat Sancius *in selectis disp.32. n.8.*

Sup. hoc in Res. 1. not. præteritæ, §. 2. & signanter §. 3. & infrà in Res. 80. §. 1. & signanter §. Nota verò. & seq. & infrà in §. vlt. Res. 147. & in Res. 148. §. etiam vlt. ad litteram.

2. Dico secundò contra Turrianum *vbi suprà,* & Suarez *tom.4. disp. 36. sect. 6.* quòd in articulo mortis, si pœnitens habet probabilem existimationem de sua contritione, non tenetur confiteri per interpretem; quia tunc confessio non videtur moraliter necessaria ad salutem, nec Deus videtur obligare cum tanto onere, & quia talis confessionis modus de se est publicus. Ergo, &c. Si autem probabiliter dubitet de sua contritione, tunc ex charitate tenetur confiteri per interpretem, ne se exponat periculo damnationis, quia cùm absolutè teneatur Deo satisfacere, meritò in casu dubio obligatur. Ita DD. citati, quæ adeò vera existimo, vt putem cum Vasquez *in 3. p. tom.4. q.91. art.4. dub. 3. num. 6.* quòd si talis confessus sit omnia peccata, & postea nullum commisisset mortale, licèt meminerit postea alicuius, quod prætermisit propter obligationem, non tenetur articulo mortis confiteri per interpretem, quamuis tenebatur confiteri, si posset secretò soli Confessori, quia de tali peccato per confessionem factam fuerat indirectè absolutus.

3. Sed difficultas est, quando quis in articulo mortis dubitat de sua contritione, an teneatur confiteri per interpretem omnia peccata mortalia. Ad hoc ita respondet Nugnus *in addit. ad 3. part. q. 9. art.3. diffic.2. ad arg.1.* Videtur mihi (saluo meliori iudicio) quòd poterit talis pœnitens tacere peccata maioris infamiæ. Ita Nugnus, & post illum Fagundez *prac. 2. lib.2. cap. 6. n 8.* Suarez *in 3. p. tom.4. disp.26. sect.6. num. 5.* Henriquez *lib. 4. c.4. num.4.* Layman *in Theol. mor. lib.4. tract. 6. cap.6. num. 5.* Et ratio est, quia in tali casu non tenetur facere confessionem materialiter integram, sed formaliter.

Sup. hoc in Res. seq §. vlt. & in Res. 1. post seq. §. Nota verò & infrà in tr.4. Res.47. ex doctrina §. vlt. ante medium, vers. Multi.

4. At plus addit Coninch, *de Sacrament. disp.5. dub.10. num.77.* quia in rigore putat aliquem in tali casu posse confiteri aliqua peccata venialia, & generatim omnia mortalia, dicendo se confiteri alia omnia peccata, quibus Deum offenderit. Ita Coninch, quem postea sequitur Molfesius *in summa, tom.1. tract.7. cap.11. num.12.* licèt consulendum sit, vt tali casu moribundus omnia peccata confiteatur, quia interpres tenetur seruare sigillum, vt omnes communiter tenent, contra Caietanum, Victoriam, & Sotum, quos citat; & sequitur Io. de la Cruz *in direct. part.2. de sacram. Confess. q.3. dub.7. concl.1.* Sed si aliquis vellet confiteri aliqua venialia, & mortalia in genere, confessio esset valida, quia opinio Coninch, & Molfesij est probabilis.

Sup. hoc in Resolutionibus not. præteritæ, & in eisdem §§.

Sup. hoc infrà in tr. 8. Res. 39. & in Res. 33. §. vlt. vers. Tertiò. & in tom. 5. tr. 9. ex Res. 49. §. Sed quid. prope finem, & ex Res. 83. §. 1. in fine.

RESOL. LXXIX.

An in articulo mortis teneatur quis confiteri per interpretem?

Et quid pro adimplendo præcepto annua confessionis?

Et quid dicendum, quando pœnitens existens in peccato mortali habet probabilem existimationem de sua contritione, & est in articulo mortis?

Et quid maximè, si dubitatur de sua contritione, an tunc teneatur confiteri per interpretes, ne se exponat periculo æterna damnationis?

Et in dicto casu, an possit pœnitens ea peccata confiteri, quæ cum minori infamia explicare potest, tacitis iis, ex quibus notabilis infamia sibi, vel alteri sequi potest? Ex part.5. tr.3. Res.72.

Sup. doctrina, & quæst. contenta in hoc §. 1. in Res. præterita §. 1. & infrà lege doctrinam §. 1. Res. 147.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Vasquez *in 3. p. tom.4. q. 99. art.4. dub. 3.* Coninch *de Sacram. disp.8. dub.10. num.75.* & alij. Probatur ex *cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* vbi dicitur: *Omnis fidelis vtriusque sexus, &c. tenetur solus confiteri sua peccata proprio Sacerdoti.* vbi illa particula *solus* satis indicat neminem teneri per interpretem confiteri, vt ex Concil. Trident. *sess. 14. cap.5.* vbi dicitur neminem teneri confiteri nisi secretò apud solum Sacerdotem, & ratio est, quia præcepta Ecclesiastica non obligant cum tanto onere; & confirmatur, quia si scirem quòd Confessor vni soli meum peccatum esset reuelaturus, non tenerer ei confiteri, vt Doctores communiter asserunt, etiamsi ille teneatur ad sigillum, quando sibi constat quòd Sacerdos confessionem reuelat: ergo eodem modo non tenebor illud confiteri, quando vel vnus alius præter ipsum Sacerdotem hoc debet audire.

2. Sed aliqui putant in mortis articulo homines

Sup. hoc lege

doctrinam, Ref. 1. not. præteritæ, & ex Ref. 2. §. vlt & fignanter in principio Ref. seq.

obligati ad confessionem per interpretem, quando nullo alio modo potest quis aliquod saltem peccatum immediatè declarare Confessario, quod probatur authoritate Angelici Magistri D. Thom. *in addit. ad 3. part. q. 9. art. 3. ad 2.* vbi affirmare videtur præceptum contritionis obligare vt medio interprete quis confiteatur, cùm aliter non potest, quod in aliquo casu verum esse debet, ne alioqui à tanto doctore recedamus. Canus autem existimat S. Thomam in hoc tantùm casu fuisse locutum. Idem docet Syluester, ex Dominicana familia. Secundò probatur ratione, nam ipsum naturæ lumen, & multò magis gratiæ, manifestat teneri hominem in articulo mortis diligentiorem suæ salutis curam gerere, posthabito mundano honore, aut alia difficultate: ergo si reus sit culpæ lethalis, tenetur eam confiteri Sacerdoti medio interprete si aliter non possit. Probatur consequentia primò, quia aliter non exiguo damnationis periculo exponetur, nam sine confessione non deletur culpa lethalis, nisi per contritionis actum (saltem si non recipiat aliud Sacramentum,) contritionem autem veram habere valde difficile est, præsertim in articulo mortis, cùm ex vna parte corporis imbecillitas impediet animi promptitudinem; ex altera timor gehennæ ad attritionem alliciat. Si autem confiteatur, certum est sufficere attritionem, saltem si existimetur contritio, quamuis reuera contritio non sit; & ita docet Iacobus Granadus *de Sacramentis in 3. part. contr. 7. tract. 2. disp. 9. sect. 6. num. 28.* vbi citat Suarez, & Canum.

Sup. contento in hoc §. in Ref. 1. not. primæ huius Ref. à §. 2. vsque in finem dictæ Ref. & infra in Ref. seq. in § Nota verò. & seq. & in alio §. eius annot.

3. Notandum est tamen etiam stando in prima sententia, quòd si pœnitens existens in peccato mortali habet probabilem existimationem de sua contritione, nec ex præcepto propriæ charitatis, tenetur in articulo mortis confiteri per interpretem, quia tunc non videtur ea confessio moraliter necessaria ad salutem, nec Deus videtur obligare cum tanto onere, & quia ille modus confessionis de se est publicus: si autem probabiliter dubius est de sua contritione, tunc ex præcepto diuino & naturali propriæ charitatis tenetur confiteri per interpretem, ne se exponat periculo æternæ damnationis, quia cùm absolutè teneatur Deo satisfacere, meritò in casu dubio obligatur. Potest tamen tunc pœnitens ea peccata confiteri, quæ cum minori infamia explicare potest, tacitis iis, ex quibus notabilis infamia vel sibi, vel alteri sequi potest, non enim in eo casu tenetur facere confessionem materialiter integram, sed formaliter, & ita docet Fagundez *pr. 2. lib. 1. cap. 6. num. 8.* Hurtadus *de sacram. Pœnit. disp. 8. diffic. 2.* Præpos. *in 3. p. q. 4. de confess. dub. 1. num. 68.*

RESOL. LXXX.

An ex diuino præcepto quis in articulo mortis teneatur confiteri per interpretem?

Et quid, si non esset securus de sua contritione, sed de ea dubitat?

Et in tali casu, an sufficiat confiteri vnum tantum peccatum mortale, & reliqua in genere?

Et an satis sit peccata venialia confiteri?

Et notatur aliquem posse validè per scripturam confiteri Sacerdoti præsenti, dando ipsi legendam, & significando se accusare de omnibus illis, quæ scripto tradit.

Imò, & cum possit aliter confiteri, nullum est præceptum prohibens talem confessionem.

Sed difficultas est, an pœnitens teneatur se accusare de illis peccatis scriptis postquam à Confessario lecta fuerunt, vel sufficiat antea?

Et an, qui non potest aliter, teneatur confiteri per scripturam

Et an, si Confessarius fuit præsens, cum peccatum committeretur à pœnitente, vel quia audiuit, sufficiat pœnitenti dicere, accuso me de illo peccato, quod vidisti me committentem, vel quod audiuisti me commisisse heri, vel nudiustertius? Ex part. 11. tr. 7. & Misc. 7. Ref. 1.

§. 1. Negatiuè respondi cum communi sententia Doctorum, à qua nominatim contra me discedit Eminentissimus Cardinalis Lugo *de pœnit. disp. 15. sect. 5. a num. 66.* vbi sic ait: Loquendo verò de præcepto diuino, licet hoc non obliget ad confitendum peccatum cum graui detrimento extrinseco, vt tradunt communiter Theologi: non tamen apparet eiusmodi detrimentum sequi ex confessione facta per interpretem fidelem, & prudentem, cui non minus quàm ipsi Confessario fidere possit pœnitens. Suppono enim, interpretem etiam obligatum manere secreto, atque adeò totum detrimentum esse, quòd peccata, quæ aliàs nota esse deberent vni, manifestentur duobus. Hoc autem non esse tanti ponderis, vt excuset ab obligatione diuini præcepti probari potest ex aliis casibus, in quibus non obstante eiusmodi detrimento, obligat confessionis præceptum. Ita Lugo; qui postea multa argumenta adducit pro hac sua firmanda sententia.

Sup. hoc supra in Ref. 72. §. 2. & ex Ref. 79. §. 2. & in Ref. 147. §. vlt. & in Ref. 148. §. etiam vlt. sed ad litteram.

2. Sed puto non esse recedendum à contraria sententia, quam communiter docent DD. & ideo nominatim contra Card. Lugo insurgit nouissimè Io. Pontius *in cur. Theol. disp. 45. q. 6. concl. 3. n. 45.* respondens ad omnia eius argumenta, & ita me citato tenet nouissimè Leander *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 6. q. 10.*

3. Probatur hæc communis opinio à nostro Pasqualigo *in Theol. tom. 2. disp. 82. sect. 7. num. 35.* quia præceptum confessionis nunquam obligat ad confessionem publicam, vt decernit Trident. *sess. 14. cap. 5.* Ergo, nec ad confessionem per interpretem; consequentia probatur. Ex eo quod non adest obligatio ad confessionem publicam, sequitur tantùm quod adsit ad secretam. Ergo non ad confessionem per interpretem. Consequentia ista probatur, secreta confessio est illa; qua apud solum Sacerdotem manifestantur peccata, vt docet Trident. citat. Ergo non est confessio per interpretem. Confirmatur, Sacramentum pœnitentiæ est iudicium, quod exercetur inter Deum & hominem, & Sacerdos interuenit vt gerens vicem Dei. Ergo non obligat ad confessionem per interpretem. Consequentia probatur. Præceptum obligat tantùm quòd tale iudicium potest exerceri secundùm formam institutam, nempe inter pœnitentem & Deum; non autem quando esset exercendum cum hominibus; fit autem coram hominibus quando fit per interpretem.

4. Dico secundo, neque ex generali obligatione procurandi propriam salutem tenetur quis in articulo mortis confiteri per interpretem. Probatur, præceptum confessionis non obligat nisi ad eam confessionem quæ fieri potest, ita vt sufficiat etiam vnicum peccatum explicare, aut etiam solum exhibere signum externum contritionis, quando aliud non est possibile. Ergo quando opus esset interprete, sufficiet explicare per nutus propria peccata Sacerdoti eo modo quo possunt explicari.

5. Nota

Sup. hoc supra in Ref. 78. à §. 2. vsque in finem dictæ Ref. & significanter §. vlt. & in Ref. 79. §. vlt. & infra in tr. 4. ex Ref. 47. §. vlt. paulò post initium, vers. Multi.

5. Nota verò, quòd licet non sit præceptum diuinum particulare de confitendo per interpretem; ad illud tamen quem obligari posse ex præcepro chatitatis, quando scilicet in articulo mortis non esset securus de contritione, sed de ea dubitar; an verò si probabiliter iudicat se habere contritionem. Qui etiam vlteriùs putant in tali casu sufficere, quod vnum peccatum mortale sic confireatur, & reliqua in genere. Imo Coninchus existimat sufficere confiteri peccata aliqua venialia: quia sic indirectè absoluetur à reliquis, etiamsi solùm habeat attritionem.

6. Sed Pontiùs *vbi suprà* obseruat quòd si in tali casu sufficit confessio vnius peccati mortalis aut venialis, vix vnquam occurrere posse obligationem, etiam ex charitate confitendi cum interprete; quia vix vnquam fieri potest quin aliquo signo possit quis significare aliquod peccatum mortale aut veniale; sufficeret autem id facere. Concludit itaque non esse præceptum vllum confitendi per interpretem, nisi in articulo mortis ratione periculi defectus contritionis, cùm non posset vllis signis vllum peccatum confiteri, & tunc sufficere confiteri vnum peccatum etiam veniale in particulari, ac reliqua in generali. Sed in fauorem amantissimi Domini mei Card. de Lugo sciant DD. eius sententiam non esse singularem, nam illam docet *supplem. D. Thom. in 3. part. q. 9. art. 3. ad 2.* Canus *relect. de pœnit. part. 5.* & ex Theologis neotericis Ludouicus Caspensis *in cur. Theol. tom. 1. disp. 4. sect. 15. n. 120.*

Sup. hoc supra in Ref. 77

7. Nota hic obiter, aliquem posse validè & licitè confiteri per scripturam Sacerdoti præsenti, dando ipsi illam legendam, & significando se accusare de omnibus illis, quæ scripto tradit; quando aliter confiteri non potest. Imo & cùm posset etiam aliter nullum est præceptum prohibens talem confessionem, modò saltem postquam Sacerdos legit peccata, pœnitens dicat: Accuso me de omnibus illis peccatis, quæ legisti in illo scripto, nam sicut secundùm omnes, si Sacerdos cognosceret peccatum commissum à pœnitente, vtpotè qui esset præsens cùm committeretur, aut qui id audiret, sufficeret pœnitenti dicere: Accuso me de illo peccato, quod vidisti me committentem aut quod audiuisti me commisisse heri, aut nudius tertius, vt tenent authores communiter: ita in proposito dicendum est à pari.

8. Sed difficultas est, an pœnitens teneatur se accusare de illis peccatis scriptis postquam à Confessario lecta fuerunt, vel sufficiat antea. Cardinalis Lugo videtur putare illud requiri, & non sufficere quod dicat antecedenter: *Accuso me de peccatis quæ leges in illa scriptura*: sed reuera tamen existimo sufficere quod accuset se ante: nam illa accusatio manet moraliter post lecta peccata, & ex eo quod non retractet se, & maneat expectans absolutionem post lecta peccata, sufficienter innotescit Confessario, quod etiam post lecta peccata accuset se de illis. Per quod patet ad ea, quæ proponit Lugo in oppositum. Et ita tenet Pontius *vbi supra n. 48.* & Leander *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 6. q. 15.* contra Sotum, & Candidum, opinionem Cardinalis de Lugo tenentes. Valdè enim accidentarium est quod ante vel post de illis pœnitens ore se accuset, sicut est quod antea, vel post de illis contritionem habeat, dummodo ad absolutionem ab illis præcedat.

Sup. hoc supra in Ref. 75. & in aliis eius notation.

9. Sed si aliquis hîc quærat, an qui non potest aliter, teneatur confiteri per scripturam? Plures quos citat & sequitur Pasqualigus *in Theol. tom. 2. contr. 82. sect. 4. n. 18.* negatiuè respondent alij quos citat & sequitur Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 6. quæst. 17.* affirmant. Sed ego vtramque opinionem puto esse probabilem, nisi aliquis dicat distinguendum esse cum Pontio *in cur. Theol. disp. 45. q. 6. conclus. 3. num. 48.* nam si quis posset scribere coram Sacerdote, quia ex natura rei nullum est periculum morale publicitatis maioris per talem confessionem, quam per vocalem: cùm possit pœnitens chartam statim rumpere, sic vt amplius legi non possit, & in hoc casu teneretur sic confiteri, & procederet sententia affirmatiua Leandri, & aliorum; vel si non posset scribere coram Sacerdote, tunc non esset obligatio scribendi illa antea, nam facilè charta, in qua scriberentur ante perdi posset & sic peccata publicari, & in hoc casu non teneretur ita confiteri, & procederet opinio negatiua Pasqualigi, & aliorum.

RESOL. LXXXI.

An qui v. g. in India, vel in partibus Infidelium timeat non posse habere Confessarium tempore mortis, teneatur anticipare confessionem, vt adimpleat præceptum diuinum confitendi in articulo mortis?

Ex quo sequitur infirmum, qui perseuerans in articulo mortis, seu periculo, iterum peccauit mortaliter post confessionem, tunc factam, teneri iterum confiteri. Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 37.

§. 1. NEgatiuè respondet nominatim contra me P. Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disputat. 3. quæst. 11.* Probant primò, quia in hoc casu, nullo modo adest periculum mortis, in quo tempore est præceptum Diuinum confitendi: ergo ante illud nequit obligare. Secundò, qui non est confessus in articulo mortis, non tenetur, eo articulo elapso, postea confiteri ad implendum præceptum Diuinum; ergo à fortiori non tenebitur quis confiteri ante aduentum prædicti articuli. Sic in simili tenet Azotius *tomo primo, instit. moral. lib. 13. cap. 41. quæst. 13.* & reputant probabile Ioannes à Cruce *in summ. de pœnit. quæst. tertia, dub. 3. conclus. 2.* & Ioannes Sancius *in select. disp. 11. num. 90. pagin. 91.* & tenent alij moderni. Nec argumentum contrariorum multùm obstat; est enim discrimen manifestum. Quia in dicto casu, iam obligat præceptum audiendi Missam; cum ergo in hora tertia, verbi gratia possit quis illud adimplere, verè ad id tenetur: In nostro autem casu non sic; cùm nondum obliget præceptum confessionis pro articulo mortis. Hucusque Leander.

Sup. hoc suprà in Ref. 65. & in tom 5. tr. 9. ex Ref. 11. §. Sed contrariam. in principio.

2. Sed ego puto non esse recedendum à communi sententia, quam olim docui, & præter Doctores à Leandro citatos, illam docet Amicus *in cursu Theol. tom. 8. disp. 17. sect. 4. num. 43.* vbi sic ait: Certum est hoc præcepto obligari etiam illos, qui sunt in probabili periculo mortis: vt primò parientes, vel quæ maximas expertæ sunt in partu difficultates; qui bellum, vel periculosam nauigationem aggrediuntur; qui probabiliter putant se ante mortem copiam Confessarij non habituros: hi enim omnes ante articulum, vel periculum mortis confiteri tenentur, dum copiam Confessarij habent, & conscientia peccati mortalis stimulantur. Ratio omnium est: quia cùm omnes teneamur ante mortem hoc præceptum adimplere, imminente periculo mortis, vel probabili dubio

quòd

quòd non simus ante mortem Confessorem habituri, tenemur, cùm primùm possimus, hoc præceptum adimplere. Ita Amicus; cui adde Roccaful *in praxi Theol. mor. tom. 1. lib. 4. de prec. Eccl. c. 2. n.* 16. asserentem, omnes docere ad obseruandum præceptum Diuinum, quod si aliquis credat in periculo mortis non posse confiteri, teneri præuenire confessionem.

3. Idem docet Dicastillus *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 7. dub. 2. num.* 23. vbi sic ait: Asserendum est, hoc præceptum Diuinum confitendi peccata per se obligare, non solum in articulo mortis Physico, sed etiam in periculo, quod certissimum est, & concedunt omnes Authores; vnde obligat in morbo graui, & in periculosa nauigatione, & quando instat prælium, & quando delicata fœmina primum parturit, vel quæ partus difficiles habere solet, & quoties homo habet peccatum mortale non confessioni iam prius subditum, & probabiliter timet, si secundò non confitetur, postea non habiturum copiam Confessarij ante mortem, vel periculum mortis, vt accidere potest in India, vel in aliqua captiuitate. Qui omnes casus appellantur, articulus, seu periculum mortis; quatenus, nisi tunc confessio fiat, est periculum decedendi sine confessione.

4. Ex hac doctrina sequitur, infirmum, qui perseuerans in articulo, seu periculo mortis iterum peccauit mortaliter post confessionem tunc factam, teneri iterum confiteri; quia præceptum Christi est confitendi omnia peccata mortalia in vita, est autem periculum tunc decedendi sine illius peccati confessione, nisi tunc confessio fiat, ac propter eandem rationem, imò à fortiori tenetur confiteri, qui nunc habet copiam Confessarij, quam postea non habebit per totam vitam, vt contra aliquos (quorum sententiam probabilem putat Ioannes de la Cruz *in directorio part. 2. pœnit. q. 3. dub. 3.*) notauit Lugo *disp. 15. n.* 37. Hæc omnia Dicastillus.

RESOL. LXXXII.

An serui Christiani Infidelium, si tempore Paschatis non habeant copiam Confessarij, teneantur elicere actum contritionis de peccatis mortalibus perpetratis? Ex part. 7. tractat. 7. Resol. 63. aliàs 62.

Sup hoc infrà ex Ref. 164. §. vlt. prope finem, à vers. Et sic. & infrà ex Ref. 85. Vide quinque lin. vlt. §. Sed omnes.

§. 1. RESpondeo, quòd Henriq. *l. 1. de pœnit. cap. 6. num.* 8. docet, eum qui tempore Paschatis, seu eo tempore, quo obligat hoc præceptum, non potest actu confiteri, teneri, conteri, seu elicere actum contritionis, quia inquit, Deus non præbet inducias vltra tempus Præcepti, per Ecclesiam designatum. Oppositum tamen existimo probabilius cum Suarez *disp. 15. de pœnit. sect. 6. num.* 13. quia, quando Ecclesia obligat ad aliquem actum externum, non tenemur ad internum, si externus actus haberi non potest, eò quòd ad internum secundariò obligamur, sic qui diuinum officium persoluere non potest aliquo die, non tenetur pro illo tempore attendere ad Deum. Et ita etiam docet Trullench *in Decalogum. tom. 1. lib. 3. c. 3. dub. 1. n.* 15.

RESOL. LXXXIII.

An meretrices, quæ in Paschate non sunt confessæ, priuentur Ecclesiastica sepultura, & incidant in censuram aliquam Synodalem si extra?
Et an Pueri, qui decimum quartum annum, vel ad minimum duodecimum nacti non sunt, nullo modo incurrant dictas pœnas, si non confiteantur in Paschate? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 36.

§. 1. NEgatiuè respondet Leandrus, *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 3. q.* 58. vbi sic ait: licet Meretrices peccent mortaliter, non implendo annuæ Confessionis præceptum, non tamen incurrunt præfatas pœnas. Primò: quia tales nunquam denunciantur, etiamsi per multos annos non confiteantur. Secundò; quia illarum miserrimus status permittitur ab Ecclesia ob vitanda maiora incommoda; non ergo ab illa puniuntur: nam aliàs nullo modo diceretur permitti, si tam rigida pœna earum peccatum puniretur. Ita ille; qui citat Viualdum, Sà, Graffium, Rodriquez, & Zerolam; quibus ego addo nouissimè Martinum de San Ioseph *in man. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 6. de pœnis. num.* 12. sic asserentem. Las penas puestas por la Iglesia à los que no cumplen con el precepto annuo de la Confession, son priuacion de sepultura Ecclesiastica, y del ingresso de la Iglesia però no se incurren ipso facto, si no despues de la sentencia del Iuez. No incurren estas penas los niños antes de quatorze años, y las niñas antes de doze, que es la edad de la pubertad, porque piadosamente se puede creer, que la Iglesia no quiere castigar antes de esta edad. Sanch. *in Summ. lib. 1. cap. 11. num. 7.* Henriquez *lib. 8. cap.* 42. Fagundez *precept. 2. lib. 1. cap. 3. num.* 15. Lugo *disput. 15. num.* 150. Vasquez, *quæst. 90. art. 2. dub. 4. y es commun.* Y lo mismo creo se deue dezir de las rameras, de qui en permite la Iglesia su mal trato: y por el mismo caso se ha de dezir, que no las quiere castigar con tal rigor, y nadie iamas denunciò desta gente perdida. Ita ille. Vnde Emmanuel Sà etiam in Editione correcta à Magistro Sacri Palatij, quam penes me habeo impressa Venetiis anno 1614. apud Georgium Valentium, *verb. Confessio, n.* 43. idem asserit.

Sup. hoc infrà in §. vlt. huius Ref. & in aliis eius annot.

2. Verùm pro affirmatiua sententia Leandrus citat Fagundez, *precept. 2. lib. 1. cap. 3. num.* 10. & 11. & Cardinalem Lugo *de Sacram. Pœnitentia, disput. 15. num.* 149. Sed Lugo, vt legentibus patebit, loquitur ibi de Pueris, qua ætate obligentur ad præceptum annuæ confessionis & nihil agit de hac quæstione. Ideò tu cogita. Et vt verum fatear hîc Romæ Meretrices, quæ in Paschate non receperunt Sacramentum Pœnitentiæ, si moriantur absque confessione, priuantur Ecclesiastica sepultura, & in quodam loco extrà Portam populi sepeliuntur.

3. Puto tamen satis probabile id quod asserit Martinus *vbi suprà*, nempe quod pueri, qui decimum quartum annum, vel ad minus duodecimum nacti non sunt, nullo modo incurrunt prædictas pœnas, id est, nullo modo plectendi sunt ingressu Ecclesiæ, & priuatione Ecclesiasticæ sepulturæ; nec excommunicatione, quia piè creditur, vsque ad eam ætatem, piam matrem Ecclesiam noluisse pueros censuris ad sua præcepta seruanda cogere. Et ita me citato tenet etiam cum pluribus Leandrus *vbi suprà, quæst.* 57. & etiam me citato Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 4. dub. 1. numero* 12. quicquid probabiliter etiam in contrarium asserant alij.

Sup. hoc suprà ad mediũ. §. 1. huius Ref. & suprà in Ref. 50 §. vlt. & in tom. 2. tr. 2. ex Ref. 5. §. Ex quibus. à lin. 6 & in tom. 5. tr. 1. Ref. 108. 109. & 110.

RESOL.

RESOL. LXXXIV.

An in articulo mortis sit facienda confessio laico, quando non adest Sacerdos; vnde confessio, quam faciunt nautæ inter se ipsos, imminente naufragio, reprobari videtur? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 73.

§. 1. NOn desinam hîc apponere verba Philippi Gamachæi *in summa Theol. tom. 3. de sacramen. Pœnit. c. 16.* vbi sic ait: Respondemus peccatorum confessionem posse aliquando fieri apud laicum, modò id prudenter, & seruatis seruandis, non tamen fieri eo sensu, eóque animo, vt sit verè sacramentalis, & laicus det absolutionem, id enim dicere esset hæreticum, Legatur Concilium Tridentinum *sess. 14. c. 10.* & qui peteret absolutionem à laico, esset sacrilegus, & laicus præsumens dare, fieret irregularis: probant Doctores ex *cap. si quis, &c. ex literis, extrà de Clerico non ordinato.* Potest igitur solùm fieri talis confessio ad maiorem humilitatem, & contritionem, & placandam iram Dei, ad redimendam aliquam partem pœnæ peccatis debitæ; siquidem erubescentia, & confusio cùm sit res valde difficilis, plurimùm iuuat, fauente charitate, ad minuendam eiusmodi pœnam, éstque magna pars pœnitentiæ, vt eodem loco habet S. August. Imò concedimus peccatorem non solùm posse, sed aliquando etiam debere confiteri laico in articulo mortis, quando non potest vllum inuenire Sacerdotem, & tamen ex hypothesi iudicat se consilio indigere ad salutem suam, nec aliud occurri consilium, quàm laici viri prudentis ac probi, vel quia fortassis quæstio est de rebus ad lites, ad restitutionem aliquam pertinentibus, vel agitur de admonenda tertia persona, vt furtum restituat, resipiscat, si caueat, veniam concedat, si ægrotus fuerat illi causa peccandi & perditionis; hæc enim omnia possunt fieri consilio, & ministerio laicorum, quale etiam est, si ægrotus offenderit alterum, & graues cum eo gesserit inimicitias, nempe vt tunc studeat, quantum in se est, ei reconciliari, siue præsenti, siue absenti, & palam id profiteatur, remouendo scandala, quæ olim præbuisset, ad id enim iure diuino & naturali obligatur; aut si ægrotus experiatur vehementes tentationes, timeátque præsens naufragium vel præsumptionis, vel desperationis, nisi consulat virum prudentem, à quo auxilium, & consolationem accipiat, tunc enim tenetur vlcus aperire laico, si desit Sacerdos, aliàs non tenetur communiter. Hucvsque Gamachæus. Cui adde Turrianum *de Sacram. pœnit. disp. 23. dub. 1.* Coninch *de Sacram. disp. 8. dub. 1. num. 6.* Hurtadum *de sacram. Pœnit. disput. 10. difficult. 1.* Præpositum *in 3. part. q. 7. de Ministro pœnit. dub. 1. num. 10.* & Iacobum Granado *de Sacram. in 3. part. contr. 7. tr. 10 disp. 1. n. 8.* qui benè obseruat talem confessionem ex humilitate, vel ad capiendum consilium, faciendam laico tempore mortis fieri debere non sine delectu, & maturo consilio. Imò non videtur approbare Sahagun de Villa-Sante *in cap. decernimus, numer. 113. de iudiciis.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 1. dub. 2. num. 1.* & ego apertè reprobo cum Marchino *de peste part. 3. cap. 11. num. 7.* Vnde cum Fagundez *præ. 2. lib 7. cap. 31. num. 8.* puto ineptam prorsus esse confessionem illam, quam quidam nautæ in temporalibus, & periculis extremis deficiente Sacerdote efficiunt alij aliis peccata sua confitentes, cùm neque valida sit, neque ad capiendum consilium necessaria, & ideo hic abusus omninò euellendus est, & eis consulendum, vt in eo periculo de salute curent, per veram contritionem.

2. Neque obstat Concilium Constantiense *in Bull. Martini V.* in qua condemnantur hæreses Ioan. VVicleph. & Ioan. Huss. & inter alias interrogationes, quæ ibi proponuntur pro iis, qui sunt suspecti de illa hæresi, vnam esse, vtrùm credant quòd Christianus vltra contritionem cordis habita copia Sacerdotis idonei, soli Sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur, & non alteri, nec laicis, quantumcunque bonis & deuotis: vbi cùm additur, habita copia Sacerdotis idonei, videtur indicari in absentia illius esse necessarium confiteri laico. Dicendum tamen est, argumentum à contrario sensu licèt alioqui sit magni ponderis, nihil tamen valere, quando id, quod à contrario infertur, est prohibitum & definitum. Vnde cùm in Tridentino *sess. 14. cap. 6. can. 10.* definitum de fide sit solos Sacerdores, non alios esse Ministros huius Sacramenti. Si quis dixerit Sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & soluendi non habere, aut non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis, &c. anathema sit: nullius est momenti argumentum quod infertur à contrario, maximè quia in Concilij Constant. Bulla solùm proponitur interrogatio de eo, quod ad fidem pertinet, cætera ad quæstionem Theologicam dimittens.

RESOL. LXXXV.

Quandonam obliget præceptum contritionis?

Et an, qui peccauit, teneatur præcepto affirmatiuo habendi contritionem de peccatis iam remissis, quoties memoria occurrunt?

Et quid, si Sacerdos administraturus sit Sacramentum, & non sit Sacerdos Confessarius, an tunc teneatur conteri de peccato, quod habet? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 33.

§. 1. HIc casus erit multum plausibilis iis, qui scrupulis anguntur, si tamen meam sequi velint opinionem.

Sup. his omnibus opinionibus contentis in hac Ref. lege latè doctrinam Ref. seq. & signanter pro hac prima opinione ibi recitatur in principio. & quamuis non plenè sup. hoc lege tamen suprà, §. vlt. Ref. 69. & signanter ibi tom. 7. tr. 4. ex Ref. 56. §. Sed his. ad medium. à vers. Cum igitur. & lege etiam Ref. & 55. not. seq.

2. Prima opinio est Guillélmi Parisiensis *tract. de pœnit. cap. 19.* Argentinæ *in 4. dist. 17. artic. 4.* Maioris *quæst. 2.* Petri Soto *lect. 11. de pœnit.* Syluestri *verb. contritio, num. 4.* & Diui Antonini *3. part. tit. 14. cap. 18* asserentium, præceptum contritionis, statim ac commissum est peccatum mortale, obligare.

3. Secunda opinio est Marsilij *in 4. quæst. 12. artic. 1.* Viguerij *in inst. cap. 16. §. 4.* Petri Soto *vbi suprà*, aientium peccatorem teneri præcepto ipso contritionis in diebus festis.

4. Tertia opinio est Adriani *in 4. quæst. 3. de Confessione*, & Petri Soto dicentium, peccatores obligari præcepto contritionis, quando magna aliqua calamitas populo imminet.

5. Quarta opinio est Dominici Soto *in 4 sententiar. dist. 17. quæst. 1. art. 6.* qui docet, peccatorem teneri præcepto ipso contritionis, quando est in periculo probabili obligationis peccatorum.

6. Quinta opinio est Suarez *in 3. part. tom. 4. disputat. 15. sect. 6.* Coninck *disputat. 3. dub. 3.* Ochagauiæ *quæst. 16.* & aliorum, qui tenent, peccatorem teneri ante articulum mortis ad non multum differendam contritionem, postquam commissum fuerit peccatum mortale, nullum tamen

men determinatum tempus assignant, pro quo peccatot obligetur.

Sup. doctrina contenta in hoc §. in Ref. seq. §. Dico inquit. & seqq. sed lege eam per totam. & non pigebit, & vide item fr. doctrinam Ref. 9. & 92. & latè in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 41. §. Ex su praedictis, & in fetus intr. 4. cursim in §. vlt. ad me... vers. I propter, Ref. 7 & pro parte etiam breuiter in tom. 7. tr. 4. ex Ref. 56. §. vlt. ad med... vers. & in articulo mortis. & pro contento in quinque lin. vlt. huius §. Sed omnes lege sufra Ref. 81. &c.

7. Sed omnes has opiniones optimè refellit Hurtadus Complutensis *dispur.* 3 *de pœnit difficult.* 4. vbi cum Caietano *in summ. verb. contritio*, & Vasq. *in* 3. *part. tom* 4. *quæst.* 86. *art.* 2. *dub.* 6. docet peccatorem præcepto ipso contritionis non teneri, nisi in articulo mortis, aut in periculo, quando medio sacramento Pœnitentiæ iustificari non potest; nam aliàs peccator excusatur ab obligatione præcepti contritionis, quando alia via iustificatur; & ratio est, quia tota obligatio præcepti contritionis oritur ex necessitate iustificationis: ergo cessat, cessante dicta necessitate. Et ita ego hanc sententiam teneo, quam præter Doctores citatos tenet etiam Villalobos *in summ. tom.* 1. *tract.* 9. *difficult.* 21 *num.* 4. & 5. Dico igitur peccatorem, qui Sacramento non iustificatur, teneri in actu secundo ratione sui & per se in articulo, & in periculo mortis, extra hæc tempora per accidens ratione præcepti alterius virtutis à charitate distinctæ; vt quando administrandum est aliquod Sacramentum, & non adsit Confessarius, tunc, vt dixi, per accidens ex virtute Religionis, vt dignè manifestentur Sacramenta, teneretur elicere actum contritionis.

8. Vnde ex his contra Alexandrum 4. *part. quæst.* 68. *membr.* 2. *artic.* 2. Richardum *in* 4. *dist.* 14. *artic.* 9. *quæst.* 1. Gabrielem *quæst.* 3. *dub.* 1. Paludanum *dist.* 17. *quæst.* 1. *art.* 3. & Syluestrum *verb contritio quæst.* 2. dicendum est eum, qui peccauit, non teneri præcepto affirmatiuo habendi contritionem de peccatis iam remissis, quoties memoriæ occurrunt, quia non modò hæc obligatio durissima videretur absque fundamento, sed etiam contra rationem; præceptum enim istud, vt dictum est, ideò obligat in actu secundo; quatenus indigemus iustificatione à peccatis, & reconciliatione cum Deo. Ergo qui semel ab illis iustificatus est, manet exemptus ab obligatione illius. Et ita docet Caietanus *in* 3. *part. quæst.* 84. *art.* 8. & 9. Petrus Sotus *lect.* 13. *de pœnit.* Dominicus Sotus *in* 4. *dist.* 14. *quæst.* 1. *artic.* 9 Suarez *disp.* 15. *sect.* 8. & alij.

RESOL. LXXXVI.

An peccator post peccatum teneatur statim ad aliquam pœnitentiam imperfectam?

Dicitur imperfecta, quia ad perfectam, v.g. contritionem non tenetur.

Et hæc opinio procedit etiam quoad Religiosos, qui non statim, ac peccant, tenentur conteri. Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 51.

Alibi in Ref. præterita, & signanter lege ibi. §. Prima. & §. Sed omnes. & vide etiam §§. eorum annotat.

§. 1. DIxi ad aliquam pœnitentiam imperfectam, ad perfectam enim contra aliquos dicendum est peccatorem post peccatum statim non teneri, vt ex communi sententia Doctorum alibi probatum est, & patet ex communi sensu fidelium, atque vsu; neque enim Confessarij in confessione inquirunt, an statim atque quis peccauerit, habuerit contritionem; nec pœnitentes de eo peccato se solent accusare, nimisque difficile esset homines sub nouo peccato mortali astringere ad pœnitentiam statim agendam; indeque sequeretur, eum, qui post peccatum pœnitentiam differt, continuò, ac semper peccare, & saltem toties, quoties aduertit se esse in statu mortalis, possetque de illo confiteri, & non conteritur. Præterea non sufficienter Ecclesia determinasset præceptum confessionis semel in anno, si pœnitentia esset statim, atque quis peccat instauranda. Nec audiendi sunt, qui admittunt illam ignorantiam esse in multis, & unde excusari (multos tamen esse) quis timens culpam grauem in dilatione pœnitentiæ, nam ij tenentur admittere (& reuera admittunt) satis reprehensibilem in Confessariis, vel ignorantiam, vel iniuriam, Imò indignè videntur sentire de corpore totius Ecclesiæ, & eius Prælatis, dum talis instructio, & notitia non intimatur, & explicatur subditis in obligatione præcepti naturalis, quod esset hoc si re vera existeret. Tandem cùm præceptum pœnitentiæ sit præceptum quoddam affirmatiuum, proinde atque præceptum dilectionis, meritò censeri debet non obligare statim, & (vt aiunt) semper, & pro semper, sed certo quodam tempore vt latius postea dicam.

2. Sed difficultas est an, saltem vt diximus, peccator post peccatum teneatur ad aliquam pœnitentiam imperfectam; & affirmatiuam sententiam tenet Pater Sfortia Pallauicinus *in assert. Theol. l.* 7. *c* 25 *n.* 259. vbi sic ait: Censemus quidem peccatorem statim post peccatum teneri ad aliquam pœnitentiam imperfectam, quæ sit retractio, & detestatio diuini contemptus & eandem obligationem esse, quoties peccatum non antea retractatum memoriæ occurrit; Quæ vtique obligatio non debet coniicere homines in scrupulos; tum quia intelligitur posita sufficienti aduertentia, tum quia potest aliquis sequi opinionem probabilem oppositam.

3. Cæterum nostra conclusio speculatiuè loquendo probatur à fortiori ex opinione plurium Scholasticorum, qui hanc eandem obligationem admittunt, quoties iterum atque iterum redit in memoriam peccatum commissum. Et quidem ea sententia potest validè suaderi, quia pertinet ad dignitatem Dei, vt quoties occurrerit memoriæ quod illum grauiter offendimus, toties accersemus illam actionem. Quis enim constitutus ante faciem alicuius Principis, & memorans se fuisse illius perduellem putat se posse sine contemptu Principis non ostendere aliquam displicentiam de eiusmodi crimine à se patrato? Et id porrò facillimum est in casu nostro, supposito, quod homo nolit illud peccatum approbare (si enim positiuè approbaret, committeret sine dubio nouum peccatum) & supposita sufficienti aduertentia, quam diximus. Et id videtur indicasse D. Thomas 3. *part. qu.* 84. *art.* 8. *in corp.* vbi ait: Pœnitentia interior debet durare vsque ad finem vitæ, semper enim debet homini displicere quod peccauit: si enim ei placeret peccasse, iam ex hoc ipso peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet. Subdit verò? In Patria manere illam displicentiam sine dolore: Et licet prædicta verba excludant solum actum positiuum complacentiæ, tamen ex alia parte videntur exigere actum positiuum displicentiæ: nam præscindere ab vtroque actu non est pœnitere, & sic non probaretur conclusio S. Thomæ, quod pœnitentia debet durare tota vita, & quod eatenus non durat in patria, quatenus pœnitentia præter displicentiam dicit dolorem, cuius Beati sunt incapaces.

4. Veruntamen quidquid sit de prædicta sententia, saltem rationes supra indicatæ euincunt peccatorem statim teneri ad primam retractationem, vbi memoria peccati occurrit. Videtur enim magnus contemptus Principi facere hunc actum. Ego scio, quod vltima vice mihi placuit grauiter offendere Principem, & tamen nolo retractare

hanc

hanc meam vltimam voluntatem, quamuis sciam meos omnes actus interiores versari in conspectu ipsius Principis. Hucusque Pater Pallauicinus. Sed quia ipsemet fatetur contrariam sententiam esse probabilem, ego huic adhæreo, nam video communem visum fidelium, & Confessariorum, esse in contrarium, nec enim de isto peccato pœnitentes se excusant, nec de illo Confessarij interrogare solent. Ergo.

5. Et nota nostram opinionem procedere etiam quoad Religiosos, non enim statim quod committunt peccatum tenentur de illo confiteri. Et ita contra D. Bonauenturam *in 4. distinct. 17. parte 2. art. 2. quæst. 2.* Caietanum *in 2. 2. quæst. 66. art. 5.* & alios docet ex Vasquez, Lugo, Hurtado, Pater Leander *de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disput. 32.* & Ochagauia *de Sacrament. tractat. 1. de pœnit. quæst. 15.* tenet solum secundum congruentiam, vel consilium debere specialiter Religiosos expiare animam post peccatum commissum statim, quia eius status maiorem perfectionem requirit.

Sup. hoc in Res. & 55. not. seq.

6. Dico itaque cum Dicastillo *de Sacrament. tom. 2. tr. 8. disput. 3. dub. 3. num. 25. & 26.* & aliis penes ipsum, peccatorem præcepto contritionis non teneri per se loquendo nisi in articulo, aut periculo mortis: fundamentum est, quia tantum videtur contra rationem, & contra charitatem erga Deum (ex qua sola oritur obligatio propria præcepti contritionis) permanere in æternum in inimicitia Dei.

7. Excusabitur ergo iuxta dicta in præcedentibus duabus dubitationibus, quando alia via quis iustificatur, quia tota obligatio præcepti contritionis prouenit ex necessitate iustificationis, vt diximus, qua cessante cessat obligatio, cùm sit factus amicus Dei. Et hanc sententiam ego alibi docui, & docent Doctores, quos etiam me citato adducit Leander vbi infra, & nouissimè Ludouicus Abellij *in medull. Theolog. t. 2. c. 5. sect. 8.* qui citat Gamachæum, & Isambert.

Alibi in Res. præterita §. penult. & vide infrà Res. 91. & 92. & in tom. 3. tr. 1. et Res. 42. §. Ex supradi ctis. & infrà in tr. 4. in Res. 7. §. vlt. cursiue ad medium, à vers. Et propter. & breuiter etiã in tom. 7. tr. 4. in Res. 56. §. vlt. ad medium vers. & in articulo mortis.

8. Scio Eminentissimum Dominum meum Cardinalem Lugo *de pœnit. disput. 7. numer. 134.* contrarium docere, nempe non solum in mortis articulo, sed etiam antea vrgere præceptum pœnitentiæ, quod probat ex dignitate Dei offensi, in cuius contemptum redundare videtur, si quis adeò parum curet de reconciliatione cum Deo procuranda, & velit per totam vitam in eius amicitia perseuerare. Explicat exemplo. Constat (inquit) non fieri absque Principis indignatione & offensione, si post delictum in Principem commissum, potens aliquis obtinere Principis pacem & gratiam, de ea nihil curet, sed differat veniæ petitionem, & reconciliationem ad finem vitæ.

9. Verùm aduersus illum insurgit sapientissimus Dicastillus *vbi supra dub. 5. per totum*, & respondens ad argumentum Cardinalis *n. 63.* sic ait: Hoc ergo fundamento scripturæ reiecto videamus illud, quod prius statuit de contemptu dignitatis Dei. Atque in primis ad id quod ait, videtur apertè colligi ex dignitate Dei offensi, cum sit argumentum per vocem *videtur*, possumus vulgari modo respondendi simili argumento, dicere, *non videtur*, præsertim (vt ille ait) apertè, in quo sumus melioris conditionis. Nam asserenti, & contendenti obligationem aliquam esse, incumbit illam probare, non neganti; & quidem supposito quod non statim quis teneatur surgere à peccato, quia possit licitè differre pœnitentiam absque peccato, etiam veniali, vt ipse cum communi sententia admittit, non facilè assignabit extra articulum, & periculum moriendi sine pœnitentia, tempus in quo vrgeat præceptum. Atque vt notabamus *supra num. 38.* dum respondebamus tertiæ obiectioni, qua quidem contendebant, velle manere in peccato esse illicitum; distinguendum est inter actum qui sit approbatio peccati commissi, & status in quo de præsenti est quis peccator, quod diximus esse illicitum: & inter actum quo quis vult non tam citò adhibere medium, quo se liberet à peccato, & hoc negauimus esse peccatum, nisi ex aliis circumstantiis extrinsecis obligatio proueniat, vt (inquam) ibi id notabamus, ita & hic dicendum est pro obligatione de qua agimus extra periculum prædictum. Nam secluso præcepto positiuo, aut alia circumstantia extrinseca (de quo postea) negamus esse peccatum differre, aut velle differre pœnitentiam, & putamus eamdem esse rationem pro non surgendo à peccato extra prædictum periculum. Quapropter sicut non possumus affirmare cum fundamento, quod secluso præcepto positiuo non pœnitere extra annum, sit per se peccatum, nec ipse Lugo affirmabit, id apertè colligi ex dignitate Dei offensi, in cuius contemptum redundare videatur (verba sunt ipsius) si quis adeò parum curet de reconciliatione cum Deo procuranda, vt velit (per totum annum) in eius inimicitia perseuerare (alioquin omnes, qui semel tantum in anno, dum confitentur, pœnitent, speciale peccatum, seclusa ignorantia haberent) ita hoc ipsum non possumus cum fundamento affirmare de non pœnitentia extra prædictum periculum. Si enim nunquam pœnitere extra prædictum periculum redundat in Dei contemptum, vt ille putat, ita intra annum vnicum non pœnitere in eiusdem contemptum redundaret, quia satis notabile tempus est integer annus, vt quæ omissio diuturnitate, seu redundare videtur in contemptum eo tempore censeatur redundare, minus quidem, quam si non pœniteret per multos annos; redundaret tamen, & solum differret contemptus à contemptu penes magis, & minus; quod si ea diuturna mora in inimicitia est contemptus; non potest non censeri grauis contemptus mora vnius anni, qualem motam grauem putat Ecclesia in eo, qui cùm possit, omittit per annum integrum liberari ab excommunicatione. Quæ nimirum ex illa tam diuturna mora præsumit hominem contemnere, vel Ecclesiæ mādatum, vel vim censuræ, & potestatis Ecclesiasticæ, vel quod credat nullam esse potestatem talem, atque adeò procedit etiam contra illum tanquam contra suspectum de fide Catholica, quod non faceret, si aliundè satis constaret illam moram non esse ex tali contemptu, aut defectu fidei, sed ex imbecillitate, & fragilitate humana, aut nisi putaret sufficere ad id præsumendum vnius anni morā. Sic etiam Princeps ille quem affert in exemplum Eminentissimus per annum, aut etiam per vnicam hebdomadam, si omitteret subditus reconciliari, indignaretur, quod id interpretaretur, & præsumeret Princeps esse contemptum, non quia mora præcisè, & formaliter esset contemptus ipse, sed quia esset aliquod signum illius. Hucusque Dicastillus. Qui postea plura alia contra dictum Cardinalem proponit. Et tandem *num. 68.* sic concludit. Quod si fortè dicatur etiam in nostro casu posse assignari aliquod tempus, vltra quod omitteret pœnitentiam, sit contra talem obligationem peccatum graue (in quam partem ipse videtur inclinare ex occasione redarguens Conin-

chium *n. 243. in fine*) assignando tres, aut quatuor annos, itavt fatendum esset peccare proculdubio contra hoc præceptum speciale eum, qui ad id tempus pœnitentiam, & veniæ petitionem differret: hoc sanè est assumere, & supponere probandū, & affirmare id, de quo est controuersia: nostri enim Authores nullum quantumuis longum tempus admittunt secluso præcepto positiuo, nec vllum vident argumentum quod ad id cogat, nisi quod videtur, qui negligit pœnitentiam, Deum offensum negligere, ad quod nos respondemus, non videtur. Imo neque in ipso mortis articulo, si omitteret, non ex vi præcisæ omissionis peccaret peccato contemptus (quo peccato commissionis non peccatur, nisi per voluntatem directam) sed peccaret peccato omissionis actus debiti charitatis, cuius præceptum tunc vrgeret, quidquid sit, an simul etiam peccaret contra obligationem procurandi suam salutem æternam; & vitandi æternam damnationem. Ita ille. Vnde à fortiori non videtur admittenda opinio Patris Sfortiæ Pallauicini *in assert. theol, lib. 7. cap. 25. num. 268.* asserentis speculatiuè loquendo, probabile esse non licere decernere dilationem pœnitentiæ vltra annum.

10. Non deseram tamen hîc adnotare sententiam Cardinalis Lugo docere Coninch, Granadum, Ochagauiam, Candidum, & alios, quos citat, & sequitur Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disput. 1. quæst. 37.* qui optimè subdit nostram sententiam non esse falsam, & improbabilem, vt immeritò illum vocat Nugnus *in addit. ad 3. part. quæstion. 2. art. 3. dub. 3.* Sed iste Auctor sæpè sæpius fœdè labitur in censurandis Doctorum virorum opinionibus, & Leander *vbi suprà* pro nostra sententia adducit 16. Doctores, & inter illos Caietanum, Sotum, & Durandum omnes Dominicanos. Vnde nostram sententiam Lessius *in 3. p. D. Thomæ quæst. 8. de tempore contritionis dub. 2. num. 7.* vocat valdè probabilem.

11. Ex dictis infero, quod etiam stando in opinione Cardinalis Lugo, & aliorum, puto non esse admittendum id, quod docet Nugnus *vbi supra*, & Reuerendissimus Candidus *tom. 5. disp. 24. art. 16. num. 5.* vbi sic ait: Qui manet in aliquo peccato per octo, & fortè etiam per sex menses, & non elicit aliquem actum contritionis, tenetur in confessione postea se accusare de violatione præcepti contritionis. Sic ille. Sed pace viri doctissimi, & amicissimi, puto nec teneri pœnitentem illud peccatum omissionis contritionis eliciendæ explicitè in confessione explicare. Nec confessarium interrogare, saltem regulariter loquendo, de peccato illo. Primò, quia nullus fidelis de transgressione præcepti diligendi Deum supra omnia, nunquam interrogamus pœnitentes, eo quod ex confessione ipsa, satis constat nobis, an illud seruauerint, vel non; sic non tenemur interrogare specialiter pœnitentes, an satisfecerint præcepto dolendi de peccatis post vltimam confessionem; quia ex ipso pœnitentis statu, & confessione, qua se accusat de confessione per annum plusquam omissa, innotescit satis illa transgressio. Et ita nostram sententiam tenet Cardinalis Lugo *vbi supra n. 142. & seq.* & post illum Leander *suprà citatus qu. 39.*

RESOL. LXXXVII.

An existens in peccato mortali, quando elicit actum contritionis propter administrationem alicuius Sacramenti: teneatur ad examen conscientiæ, & commemorationem omnium peccatorum?

Idem quæritur, quando quis ex defectu Confessarij ad vitandum scandalum celebrat absque præuia confessione.

Et aduertitur non requiri distinctas contritiones pro distinctis peccatis, sed sufficere vnam pro omnibus.

Sed docetur tamen sub præcepto naturali teneri peccatorem ad examen, & recogitationem omnium peccatorum. Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Ref. 55.

§. 1. CAsus sunt satis practicabiles, & quidem curiosi; & ad illos affirmatiuè responderet Melchior Canus inter præstantissimos Theologos ordinis Prædicatorum doctissimus *in Relect. de pœnit. 3. part. ad 2. principalem rationem dubitandi conclus. 1. & 3.* idem etiam tenet Scotus *in 4. sent. distinct. 17.* putant enim ad contritionem secundùm se, & præcisam suam rationem requiri aliquod examen conscientiæ, vel commemorationem peccatorum ad iustificationem extra Sacramentum pœnitentiæ. Probatur hæc opinio, quia quod postulat votum, seu propositum confitendi peccata, postulat illud, quod requiritur ad peccatorum confessionem: sed contritio baptizatorum postulat propositum confitendi Sacramentaliter peccata mortalia; Sacramentalis autem confessio requirit examen conscientiæ, & commemorationem singularium mortalium, ergo & contritio baptizatorum postulat etiam examen conscientiæ, & commemorationem singulorum peccatorum mortalium.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo cum D. Thom. *in qq. disputatis de veritate quæst. 28. art. 5. ad 3.* Caietano *opusc. de contrit. quæst. 2. & aliis.* Probatur, si vera contritio præcisè spectata requirit examen conscientiæ, & omnium peccatorum commemorationem, vel id requirit ex præcisa ratione contritionis qua contritio, vel ex aliqua ordinatione Dei: non primum, quia contritio dicit solummodo detestationem & dolorem de peccatis, cum proposito satisfaciendi, & de cætero non peccandi, vbi nulla fit mentio examinis conscientiæ, vel commemorationis peccatorum: & potest aliquis omnia sua peccata in confuso tantùm considerata efficaciter detestari, emendationem vitæ, & satisfactionem apud se statuere, vt patet in Zachæo *cap. 19. S. Lucæ in Latrone cruci affixo, cap. 15. sancti Marci:* igitur contritio spectata præcisè, non postulat necessariò examen conscientiæ. Sup. hoc lege Ref. not. seq.

3. Nec potest responderi istos nunc commemoratos fuisse excusatos, vel propter impotentiam, vel propter necessitatem: nam Zacchæo, cum nec morbo, nec morte impediretur præmittere eiusdem examen, & peccatorum suorum commemorationem suæ contritioni, quam tamen ex ipsa lectione Euangelij satis constat eum non præmisisse. Et hæc omnia procedunt etiam quoad secundum dictum, nempe quod *contritio non requirit aliquod examen conscientiæ ex ordinatione Dei:* quia talis ordinatio, nullibi extat, nec habetur ex traditione; imò potius colligitur contrarium: nam passim legimus in sacris litteris hominem iustificatum iri per conuersionem ad Deum, & statim ad primam contritionem de peccatis: at eiusmodi conuersio potest plerumque fieri sine recogitatione omnium peccatorum in particulari: vt patet in exemplis suprà relatis.

4. Nec quidquam facit in contrarium quod

Ezechias

Ezechias *c.* 38. *Isa.* dicat Deo, *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, & cap.* 18. Ezechielis dicat Deus, *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, & custodierit omnia præcepta mea, vita viuet*: vbi pœnitentia comparatur custodiæ mandatorum Dei, quæ debet esse singulorum.

5. Hæc inquam non faciunt in contrarium: nam docent tantùm *quid sit vtilius, & magis expediens, non autem quid præcisè tantùm sit necessarium*, nec ex facto Regis Ezechiæ licet inferre, quod Deus iubeat idem, & eodem modo præstari ab omnibus pœnitentibus, quod à Rege Ezechia præstitum est; nam dantur quidam gradus inter pœnitentes alij aliis perfectiores: at hoc inquirimus quod absolutè sit *necessarium* contritioni, non autem quid vtilius, & magis expediens.

6. Confirmatur hæc opinio, quia contritio Baptizatorum extra *Sacramentum*, nihil addidit supra contritionem in lege naturali, & Mosaica præter propositum confitendi peccata sacramentaliter, quatenus Christus Dominus statuit nullum peccatum mortale Baptizatorum esse remittendum, nisi per ordinem ad subiectioné clauibus Ecclesiæ factam in re, vel in voto, vt patet ex dictis suprà de sensu verborum formæ Sacramenti pœnitentiæ, sed contritio cum tali proposito potest haberi absque examine conscientiæ; quatenus homo potest conteri de omnibus peccatis suis mortalibus in confuso, & in genere, extendendo virtualiter actum contritionis suæ ad omnia, & singula sua mortalia; & potest etiam simul habere firmissimum propositum expressum de illis subiiciendis Ecclesiæ clauibus tempore, modo, & occasione debitis, absque quod tunc de illis sigillatim, & in particulari cogitet. Nec item Christus Dominus requiritur examen istud in contritione Baptizatorum, extra Sacramentum pœnitentiæ desiderasse, siue sacras litteras, siue traditiones, siue Patrum testimonia consulamus: igitur contritio Baptizatorum, *extra Sacramentum pœnitentiæ*, spectata præcisè, non postulat aliquod conscientiæ examen. Restat modò respondere ad argumentum pro sententia Melchioris Cani, & aliorum adductum: & ideò nego eius maiorem; magna est enim distinctio inter *rem, & propositum, seu votum de re ipsa*, vt patet in Baptismo, ad cuius votum sufficit, vt sit efficax volitio percipiendi Baptismum tempore, loco, & modo debitis, nihil aliud in particulari designando tanquam simpliciter requisitum ad tale votum: at quia susceptio Sacramenti consistit in praxi, & praxis postulat ea omnia, quæ sunt Sacramento essentialia fieri eo modo, quo fert institutio Sacramenti, & Sacramentum pœnitentiæ postulat essentialiter confessionem, seu accusationem omnium peccatorum mortalium, & circumstantiarum speciem mutantium, vt docebitur agendo de confessione, ideò postulat consequenter pœnitentem facere enumerationem singulorum suorum peccatorum mortalium, quæ tamen enumeratio, seu illorum recordatio extra Sacramentum non requiritur in contritione. Et hæc omnia inuenies magis firmata apud Nicolaum Isambert Professorem Regium Sorbonæ 3. *part. D. Thomæ. tom. 2. de Sacrament. Pœnitent. disp.* 1. *&* 2. *&* 3. cui adde me citato Dicastillum, *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 2. dub. 8. num.* 174. Idem docet Petrus Sotus *lect.* 13. *de pœnit. circa finem.* Ledesma 2. *part.* 4 *quæst.* 1. *art.* 6. Victoria *in summa de Sacramentis quæst.* 115. Idem docuit etiam Maior *in* 4. *distinct.* 17. *quæst.* 3. Vega *lib.* 13. *in Tridem. cap.* 25. Suarius *disput.* 4. *sect.* 4. *assertione* 1. 2. *&* 3. Vasquez *ad quæst.* 80. *art.* 1. *dub.* 7. Coninch *ad eamdem q. disp.* 2. *dub.* 8. & alij multi Recentiores in quibus Cardinalis Lugo *disp.* 5. *num.* 90.

Sup. hoc infrà lege doctrinam Ref. 39.

7. Itaque dicendum est, quod hæc pœnitentia de peccatis in confuso vere est propter Deum, amore amicitiæ summè dilectum, vt supponimus, ac proinde incompossibilis cum omni peccato, ergo sufficiens ad amicitiam Dei, & iustificationem extra confessionem. Vnde Concilium Trident. *sess.* 14. *cap.* 4. rationem contritionis, quæ ad iustificationem requiritur, explicat sine vllo examine, quod ante confessionem esse debet iuxta doctrinam eiusdem *cap.* 5. vbi docet ad confessionem necessarium esse hoc examen, quia nimirum propter confessionem singulorum peccatorum ex vi eiusdem præcepti requiritur; cum tamen ad iustificationem in Sacramento Baptismi solùm sit pœnitentia in confuso sufficiens. Adde, quod consideratio peccatorum vitæ antecedentis circa singula peccata etiam in specie, non potest fieri in multis casibus sine longa temporis mora. Contra verò perfecta conuersio ad Deum per pœnitentiam sufficientem ad iustificationem, contingere potest etiã in magnis peccatoribus tempore breuissimo. Ideò Chrysostomus *Epist. ad Theodorum Lapsum*, & refertur in *c. talis de pœnitentia, dist.* 3. dixit, *Deum quantulamque, & quolibet breui tempore non despicere pœnitentiam.* Pariter S. Leo *Epist.* 91. *Misericordiæ* (inquit) *diuinæ non possumus tempora definire, apud quem nullas patitur moras vera conuersio.* Et S. Cœlestinus Papa *Epist.* 2. *cap.* 2. *Vera* (inquit) *ad Deum conuersio mente potius est existimanda, quam tempore*, signum ergo est, conuersionem veram per pœnitentiam de omnibus peccatis posse excitari ex cogitatione in confuso, per quam quis intelligat se per culpas esse offensum, & inimicum Deo.

8. Non me latet circa præsentem quæstionem mediam sententiam existere, conuenit enim cum secunda non requiri distinctas contritiones pro distinctis peccatis, sed sufficere vnam pro omnibus, docet tamen sub præcepto naturali teneri peccatorem ad examen, & recogitationem omnium peccatorum; est Alens. 4. *part. quæst.* 17. *mem.* 3. *art.* 8. §. 1. Bonauentura *in* 4. *distinct.* 16. *p.* 2. *art.* 2. *quæst.* 1. S. Thomæ 3. *part. q.* 87. *art.* 1. *in* 4. *dist.* 17. *quæst.* 1. *art.* 2. *quæstiuncula* 6. *& art.* 3. *quæstiuncula* 3. *prima* 2. *q.* 113. *art.* 5. *ad* 3. *de veritate q.* 8. *art.* 5. *ad quartum.* Capreol. *in* 4. *d.* 16. *q.* 1. *art.* 3. *ad quintum.* Richard. *distinct.* 16. *art.* 4. *qu.* 2. Durand. *dist.* 17. *qu.* 1. *ad* 1. Soti *quæst.* 2. *art.* 3. Maior. *dist.* 14. *q.* 2. §. 2. *principaliter.* Medina *Cod. de pœnitentia tract.* 1. *quæst.* 3. Cani *Relect. de pœnitentia p.* 3. *circa finem.* Bellarmin. *lib.* 2. *de pœn. cap.* 11. *propositione* 5. Valent. *disp.* 7. *de contrit. q.* 8. *punct.* 6. Nugnez *in additione ad tertiam partem. q.* 2. *art.* 6. *dub.* 1. *conclus.* 2. Probatur hæc opinio, quia pœnitentia formalis de omnibus & singulis peccatis, est de iure naturæ requisita ad perfectam reconciliationem cum Deo; sed hæc haberi non potest sine distincta peccatorum recogitatione. Maior constat ex dictis: nam perfecta reconciliatio supponit saltem in voto perfectam retractationem offensæ; hæc autem fieri non potest, nisi per formalem detestationem omnium, & singularium offensarum: nam omnis alia imperfecta est, & virtualis tantùm. Minor probatur, quia cùm detestatio sit actus voluntatis, non potest esse formalis, & expressa, nisi de obiecto distinctè cognito: ergo

Sup. hoc in fine §. 1. Ref. not. præteritæ.

detestatio, quæ fertur in peccata in communi, & confusè tantum cognita, non est formalis, & expressa omnium, sed virtualis tantum, & implicita. Nec est eadem ratio de proposito seruandi præcepta; quia hoc sufficit, vt feratur in præcepta confusè cognita: nam finis huius est, confirmare animum ad obseruantiam diuinorum præceptorum, quod haberi potest siue confusè siue distinctè ad ea feratur: At finis detestationis peccatorum est, ea ex animo retractare, & condignam pœnam sumere, quatenus offensa Dei sunt, qui finis eo perfectior habetur, quo distinctius ea cognoscuntur: cùm ergo non teneamur singulas offensas singulis detestationum actibus retractare, saltem tenebimur omnes distinctè recogitatas vno retractationis actu detestari, quem S. Thomas appellat pœnitentiam specialem, & distinctam.

9. Verùm his non obstantibus ego satis probabiliter nun recedo à sententia, quam docui, & ideò illam, tanquam probabilem etiam aduersarij admittunt, vnde Amicus *in Cur. Theol. Tom.* 8. *disp.* 4. *sect.* 6. *num.* 141. sic ait: Dico tertio, tenetur peccator ex vi effi acis dilectionis Dei, in actu contritionis inclusæ sub præcepto naturali ad distinctam recogitationem omnium mortalium: quamnis opposita opinio probabilis sit, & præcisè secura; Ita ille, & ideò stante probabilitate, & securitate huius sententiæ, patet responsio ad dubium propositum in titulo præsentis resolutionis, ideò negatiuè respondeo. Nam in illis casibus cùm Sacerdos existens in peccato mortali non teneatur confiteri, sed tantùm per actum contritionis se constituere in gratia, sequitur, eliciendo actum contritionis extra Sacramentum, detestando peccata in confuso, quatenus sunt offensa Dei, esse sufficientem ad remissionem peccatorum, vt possit Sacramenta in gratia ministrare, absque aliquo examine peccatorum. Et idem dicendum videtur de Sacerdote, qui ad vitandum scandalum non habens copiam Confessarij astringitur ad celebrationem Missæ: nam sufficit absque peccatorum examine elicere actum veræ contritionis, & sacrificium offerre: & licèt in his casibus esset valdè vtile, & pium, singula in particulari recogitare, ad facilius excitandam perfectam pœnitentiam per discussionem grauitatis cuiusque peccati, non tamen id esse necessarium, ita, vt ex confusa sola consideratione non possit haberi.

10. Adde, quod idē Amicus *vbi suprà n.* 155. stando in sua opinione docet, illam peccatorum recognitionem non requiri vt medium ad contritionem; sed solùm, vt præceptum; vnde non est necesse, vt illam præcedat; sed potest subsequi, & in opportunum tempus differri.

RESOL. LXXXVIII.

An qui confitetur peccatum oblitum, vel peccata alias confessa iterum confitetur, debeat necessariò elicere nouum dolorem? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Res. 21.

Sup. hoc primo infrà in Res. 95. § Nota hic. & in Res. 145. & in alio §. earum notationum.

§. 1. Casus est practicabilis, & plures scrupulos pro his qui frequentant confessiones expellet. Ego primus post Ledesmam de illo olim tractaui; posteà, me tamen citatu, illum discussit Eminētissimus Cardinalis Lugo, sed nouissimè me citato etiam pertractat Dicastillus *de Sacram. t. 2. tr.* 8. *d. 6. dub.* 12. *n.* 160. Vbi sic ait: Asserendùm est nō solum quando nouum peccatum quis fatetur, quod obliuione non dixerat, sed quando eadem omninò peccata nouæ confessioni subiiciuntur, sufficere antiquum dolorem, vel physicè vel moraliter manentem adhuc. Ratio est, quia potest idem dolor per nouam confessionem nouæ absolutioni subiici, non minus, quando eadem peccata sola, nullo addito de nouo peccato, nouæ absolutioni per nouam confessionem significantem denuò talem dolorem, quàm, quando peccatum obliuione omissum subiicitur, & antiqua peccata non minus possunt subiici sub illo dolore, quàm, si nulla eorumdem peccatorum confessio, & absolutio præcessisset. Nam, quod aliud peccatum simul addatur, vel non addatur, non refert, si alioquin dolor & noua confessio illum manifestans adsint cum cæteris requisitis, quod ex iam dicendis amplius confirmabitur, & declarabitur. Atque hæc est sententia, quam absolutè sequitur Ledesma citatus, & testatur esse magis communem, & postea sequutus est Lugo, & ante ipsum Diana.

Sup. hoc in Res. seq. & in aliis eius not.

2. Confirmatur ex praxi Ecclesiæ, & Confessariorum posse confirmari nostram sententiam, quia pauci sunt (si tamen sunt) qui sint solliciti de monendo pœnitente, vt in reconciliationibus renouet dolorem (vt rectè notauit Lugo) signum ergo est prius habitum dolorem sufficere.

3. Obiicies ex dictis sequi posse, aliquem toto anno quotidie confiteri eadem peccata; non renouato dolore quem habuit initio anni, quod videtur absurdum.

4. Respondet Lugo *suprà n.* 35. id pendere ex alia quæstione, ad quam omnes tenentur respondere, scilicet quanto tempore possit dolor antecedere confessionem, vel absolutionem, vt dici possit habere moralem vnionem cum ipsa in ordine ad constituendum vnum Sacramentum. Omnes enim debent assignare aliquod tempus, intra quod eæ partes debeant concurrere, ne fortè propter longam distantiam non possit esse vnio moralis inter partes adeò distantes. Hæc ille, & quidem verissimè; voluissem tamen vt aliquam regulam nobis assignaret, vel suum in ea re iudicium aperuisset. Solum addidit *dolorem priorem interrumpi per peccatum subsequens; atque adeo ex eo etiam capite, debere iterum renouari.* Ex his concludit rem totam. Sed quid si toto anno non fuerit interpositum peccatum? Quid, si superueniemtem phrenesim, vel aliam mentis alienationem? malim ab aliis audire quid sentiam, quam per me decernere. Hæc quidem difficultas non solum est pro iterata absolutione, & nouo Sacramento; sed æque pro primo, an quæuis distantia sit sufficiens, vel quanta debeat esse propinquitas. Ego sanè *in tom. precedente tractat.* 1. *disput.* 1. *dub.* 6. egi de simultate requisita inter materiam, & formam Sacramentorum, vbi primò quidem dixi arbitrio prudentis relinqui debere. Deinde maiorem requiri propinquitatem in quibusdam, vt in Baptismo, Confirmatione, Vnctione, &c. quam in matrimonio, & pœnitentia, quæ duo naturam contractus & iudicij sequuntur, adcò vt matrimonium multis diebus post datum ab vno contrahente consensum perficiatur, vt quando inter absentes celebratur. Et absolutio confertur etiam sequenti die, dummodo non interueniat nouum peccatum, & sæpè fit, quando homo est alienatus à sensu, & prius aliqua ratione (de quo suo loco) fuerat confessus. Vnde, si post confessionem ritè factam incidit in amentiam perpetuam, & Confessarius qui exceperat, vel inscitia, vel alia causa nō statim absoluit, etiamsi multis diebus distulerit

Sup. doctrina sequenti huius §. latè infrà in Res. 94. 95. & ex Res. 96. §. 1. post medium, à vers. Tametsi. & cursim in alio §. earum annot.

absoluere,

absoluere, posset id facere, tota enim illa distantia videtur physica, non moralis. An verò tunc, si ille Confessarius non absoluisset, & non posset iam, aut nollet, posset alius illum absoluere, saltem sequntus sententiam (de qua dicemus *disp. 9. dub. 10.*) quod testimonio aliorum babito de voluntate, aut petitione confessionis possit absolui; posset dubitari, non solum propter vniuersalem rationem dubitandi, sed propter specialem, quod illa confessio, aut intentio illius non fuerit facta, aut directa ad alium Confessarium, nisi ad illum quem elegerat. Nihilominus iuxta eam sententiam existimo posse, imò & debere absolui, quia cùm ille voluisset confiteri, & confessus esset, censetur voluisse habere absolutionem meliori modo & via, qua posset & deberet illam velle, cúmque tunc ita deberet esse (saltem virtualiter in voluntate generali seruandi legem Dei) paratus ad obligationem confessionis aliqua ratione implendam, ex tunc non sit alia ratio confitendi, seu accipiendi absolutionem, censetur voluntas generalis ad hunc etiam casum se extendere. Sic ergo censerem saluo melioti iudicio. Hucvsque Dicastillus; cui ego nunc absolutè adhæreo, & sententia superius firmata à fortiori admittenda videtur, quando si quis actu perseueret in eodem actu physico, & reali doloris, & simul det nouum signum confessionis, vt contingere potest in eo, qui cùm non possit loqui est sibi præsens, & dolet & perseuerat in actu doloris, & nunc vni Sacerdoti exhibet signa, quibus significat, se peccasse, & velle absolui, & absoluitur, posteà verò alteri superuenienti Sacerdoti iterum signa exhibet, perseuerante semper eodem actu doloris, & iterum absoluitur, idque sæpius fiat eodem actu perseuerante, non puto posse negari, quod quantum est ex eo capite, ea Sacramenta valeant. Quod potest facilè declarari & probari. Nam si idem dolor (etiam physicè idem) post vnam confessionem & absolutionem cessaret, & ante alteram iterum resumeretur, satis esset pro secundo Sacramento, quod autem non fuerit interrupta duratio, nihil videtur obstare, quo minus, existentia illius doloris tempore nouæ confessionis & absolutionis sit satis.

RESOL. LXXXIX.

An, quando quis confitetur iterum peccata iam confessa, teneatur elicere nouum actum contritionis? Ex part. 3. tr. 4. Res. 115. aliàs 116.

Sup. hoc in principio Res. præteritæ, & in Res. seq. & infrà ex Res. 95 §. Idem. & ex Res. 107. §. Notandum est, post medium, vers. Quando vno. & cursim in Res. 145. §. 1.

§. 1. HIc casus frequenter accidit, & ideo affirmatiuam sententiam tenent aliqui, nam materia proxima pœnitentiæ non est sola confessio, sed & contritio, & satisfactio. Ergo totum est repetendum.

2. Sed contrariam sententiam putat esse probabiliorem Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. part. 1. de Sacram. Pœnit. q. 1. dub. 6. conclus.* 2. nam repetita sola confessione vocali, repetitur materia proxima, etsi non totaliter, & hoc sat est vt iterum repetatur forma. Et sic patet responsio ad argumentum oppositum, præterquam quòd repetita confessione vocali, repetitur saltem virtualiter dolor in ordine ad confessionem vocalem. Si arguas, nam etiam sat erit repetere dolorem eorumdem peccatorum sine noua confessione vocali, cùm contritio, sicut & confessio, sit pars sacramenti Pœnitentiæ. Ad hoc nego antecedens: nam etsi contritio sit absolutè principaliter necessaria in confessione, tamen confessio in ratione partis Sacramenti est præcipua, unò contritio non est pars Sacramenti in ordine ad confessionem vocalem, cùm non sit signum sensibile nisi in quantum per confessionem manifestatur, & sic si non repetitur confessio, etsi repetatur contritio, non repetitur materia proxima sensibilis. Ita Ioan. de la Cruz.

3. Et ante illum hanc etiam sententiam docuit ex eadem familia Dominicana Petrus Ledesma primarius Professor sacræ Theologiæ in Academia Salmanticensi, & quia Codex rarus est, & hæc opinio satis curiosa, ponam per extensum eius verba, itaque sic asserit *fol.* 217. [Duda es si basta repetir la confession vocal de los mismos pecados para prodesse iterar la forma ô si sera necessario repetir tambien el dolor interior. Parece ser necessario, porque la materia proxima deste Sacramento son los actos del penitente contricion è confession, luego para hazer nueua materia proxima necessario es repetir no solamente la confession de los pecados: sino tambien el dolor interior dellos. En esta difficuldad algunos ombres doctos discipulos de sancto Thomas enseñan, que para repetir la forma sobre los mismos pecados, no basta repetir la confession, sino que es necessario repetir el dolor de los pecados, y tenerle de nueuo y de otra manera seria pecado, y sacrilegio. Pongamos exemplo en vno que se confesso de vn hurto, y le absoluieroo deste tal paraboluer à ser absuelto deste mismo hurto, no basta que se buelua à confessar del, y que aga nueua confessioo, es necessario que renueue el dolor, y no basta perseuerar en el antiguo dolor, con que se confessò la vez passada. A esta duda mi parecer es, que aunqoe esta sentencia referida tenga alguna probabilidad, lo contrario es mas probable, y mas comun entre los Doctores, y esto se ha de seguir de manera, que si el pœnitente se buelue à confessar del mismo pecado sin renouar el dolor, sino perseuerando en el antiguo con que se confessò la primera vez, le pueden muy absoluer de nueuo, sin escrupulo ninguno. Esto se prueua, porque auiendo nueua confession, aunque no se varia el dolor interior, se varia la materia proxima, como es claro, luego muy bien se podra boluer à pronunciar la forma de nueuo sobre la tal materia proxima que es distinta. De lo qual facilmente se responde à la razon de dudar de la contraria sentencia, diziendo, que aunque la materia proxima son aquellas obras del penitente contricion y confession, como se varia la vna parte destas, que es la confession se varia la materia proxima, aunque non totalmente y segun todas sus partes. Tambien se podria dezir, que aunque perseuere el mismo dolor, repetiendo las confessiones en alguna manera se repite el dolor en ordine à ellas, por lo menos virtualmente, como dizen los Theologos.] Hæc omnia Ledesma, ex quibus Confessarij sedabunt multos scrupulos, præsertim illorum, qui coofitentur de peccatis venialibus Ordinariis, & cum illis de aliquo peccato mortali aliàs confesso, & absoluto, nam in tali casu, & in tali confessione secundùm sententiam horum Doctorum, non tenentur elicere nouum actum doloris, & contritionis. Sed ego contrarium teneo cum Henriquez *lib. 4. cap. 26. numer. 7.* & Fillincio *tom.*, *tractat. 6. cap. 63. numer.* 77. debet enim semper adesse nouum motiuum erubescentiæ, & doloris, quoties quis confitetur, quod videtur probabilius, & tutius.

RESOL. XC.

An dolor de peccatis semper exigatur tempore absolutionis? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 31. aliàs 30.

Sup. hoc supra in principio Ref. 88 & in Ref. 89 & infrà ex Ref. 95 §. Idem & ex Ref. 107 §. Notãdum est, post medium, vers. Quando vero. & in Ref. 145. cursim in §. 1.

§. 1. Affirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet nouissimè doctus, clarus, & acutus Auctor Pater Bernal Societatis Iesv, *de Sacram. disp. 6. sect. 4. n. 74* vbi sic ait. Hinc obiter elicio inconsequenter dixisse Petrum Ledesmam, & Ioannem à Cruce, quos approbat Antoninus Diana *Resol. moral. part. 3 resol.* 116. eum qui solum affert ad confessionem peccata, de quibus iam ritè confessus, & absolutus fuit, etiamsi doloris actum non continuauerit, non teneri nouum elicere. Inconsequenter, inquam, loquuntur, qooniam ipsi censent, dolorem esse veram, & propriam Sacramenti partem, & materiam proximam: ergo debet adesse moraliter, dum ponitur forma. Dicunt iam adesse virtualiter primum illum dolorem, hoc ipso quo adest confessio de solis iis peccatis, de quibus ille conceptus fuit. Sed contra, quia materia Sacramenti non est dolor existens moraliter, virtualiter, sed moraliter verè Contra rursus, quoniã identitas peccati, & eius confessio repetita sunt actus entitatiuè naturales, dolórque entitatiuè supernaturalis: Ergo non istum cõtinent virtualiter. Tertiò quia alioquin idem omninò dicendum esset de illo, qui ante mensem elicuit dolorem de peccato mortali, quod solùm hodie ad confessionem adducit, nempè quamuis eum dolorem nou continuauerit, non teneri nunc nouum concipere. Ita Bernal, cui adde Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 91. vers. 3. dub. 5. in fine.* Sancium *in select. disp. 1. n. 22.* Bonacina *de Sacram. pœnit. disp. 5. punct. 4. n. 1.* & alios.

2. Sed licèt Ego hanc sententiam, vbi suprà docuerim, non ausus sum tamen sententiam Ledesmæ, & Io. de la Crux tanquam improbabilem damnare, vt etiam mecum sentit Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacram. pœnit. disp. 14. sect. 34.* vbi post multas rationes pro confirmatione huius sententiæ adducens, sic tandem asserit: Pater Ioannes de Salas *in manuscriptis de pœnitentia, quæst. 84. art. 10.* relata sententia aliquorum recentiorum, qui dicebant, requiri nouum dolorem, sicut nouam confessionem ad valorem secundi Sacramenti; ipse dicit, contrarium verius esse, & sufficere, quod partes sensibiles sint nouæ, & addit, satisfactionem, licèt sit pars sensibilis, posse fortasse eandem esse partem duplicis Sacramenti. Eandem sententiam indicauit obiter quidam alius Magister Salmaticensis in hac eadem materia, dicens, illam non videri improbabilem: clarius autem, & expresè eam docuit Petrus de Ledesma *in Summa, cap. 4. Sacrament. Pœnitentiæ*, & Ioannes de la Cruz *in Director. part. 2. de Sacram. pœnit. q. 1. dub. 6. concl.* 2. Apud alios nihil inuenio pro hac parte, nec etiam contra illam, quam quidem Ego non auderem reprobare. Ita Cardinalis Lugo, cui etiam adde, me citato Thomam Tamburinum, *in opusc. de Confess. lib. 1. cap. 2. §. 5. num. 7.* & hanc sententiam post hæc scripta inuenio docere etiam, me citato, doctum Patrem Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 6. disp. 7. quæst. 4.* vbi sic ait: An quando qui iterum confitetur eadem peccata, à quibus iam directè fuerat absolutus, teneatur habere nouum dolorem eorundem peccatorum. Probabiliter respondeo, non teneri ad habendum nouum dolorem formalem. Quia repetita confessione vocali, repetitur, saltem virtualiter, dolor præcedentis confessionis, perseuerantis adhuc moraliter, & virtualiter. Sic Petrus de Ledesma *in Summa, cap. 4. de pœnit. vers. La secunda duda es, pag. mihi* 322. Vbi hanc sententiam esse probabiliorem, & communiorem inter Theologos, Io. de Cruce *in suo direct. part. 2. de pœnit. quæst. 1. dub. 6. concl. 2. fol. mihi* 174. Salas *in manuscriptis, de pœnit. quæst. 84. art. 10.* Quos nouissimè refert, nec audet reprobare P. Lugo *disp. 14. à num. 31. & seqq.* Imò potius illorum sententiam validis argumentis confirmat: & meritò. Quia, (vt Diana dicit) ex ea possunt Confessores multos scrupulos sedare, præsertim illorum qui confitentur de peccatis venialibus ordinariis, & cum illis de aliquo peccato mortali, alias confesso, & absoluto: nam in tali casu, & in tali confessione non tenentur elicere nouum actum doloris, & contritionis. Hucusque Leandrus. Poterat igitur magis blandè Pater Bernal, *vbi suprà*, circa præsentem difficultatem se gerere.

RESOL. XCI.

An in articulo mortis etiam post confessionem factam, tamen cum attritione cognita, teneamur elicere actum contritionis omnium mortalium, quæ in vita commisimus, quia præceptum contritionis per se obligat saltem tempore mortis? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 97. aliàs 98.

§. 1. Hic casus omnibus deseruiet. Nam quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Affirmatiuam sententiam docent Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 15. sect. 4. num. 17.* Nugnus *in 3. part. tom. 2. q. 2. art. 4. dub. 4.* Zambranus *de cas. occur. temp. mor. c. 4. dub. 1. n. 4.* & alij. Probatur hæc opinio; nam vnusquisque tenetur ex charitate propria certam facere salutem suam omnibus mediis possibilibus. Sed quamuis practicè verum sit attritionem cognitam sufficere cum sacramento Pœnitentiæ, tamen hoc non est de fide certum, & idem falsum esse potest. Ergo saltem vir doctus, qui totum hoc scit, & aduertit, tenetur in morte elicere actum contritionis, vel amoris Dei super omnia, & hoc non faciendo mortaliter peccabit. Ita Suarez, primus auctor huius opinionis

Sup. hoc In Ref. seq. & latè in tom. 3. tr. 1. ex Ref. 42. §. Ex supradictis, & seqq. & hic suprà ex Ref. 85. §. Sed omnes. & ex Ref. 86. §. Dico itaque. & seqq. & infrà in tract. 4. ex Ref. 7. §. vlt. ad medium, à vers. Et propter. & in tom. 7. tr. 4. ex Ref. 56. § vlt. cursim ad medium, vers. & in articulo mortis.

2. Sed contrariam sententiam, & meritò, docent nouissimè doctus Fagund. *præcept. 2. lib. 1. cap. 4. num. 13.* Becanus *de Sacram. c. 35. n. 3.* Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 6. c. 2. n. 6.* Coninch *de Sacram. disp. 3. dub. 1. n. 5.* & Faber *de pœn. in 4. sent. dist. 14. q. 2. disp. 18. c. 3. n. 71* cum aliis. Primò; quia nec in Scripturis, neque in Conciliis habetur tale præceptum charitatis. Secundò, nemo tenetur neque ex propria charitate, neque ex alio præcepto amplius facere, quàm id, quod Ecclesia docet ad salutem esse necessarium. Sed Ecclesia per Concilium Trident. docet ad salutem, & ad gratiam impetrandam à Deo, sufficere attritionem cognitam simul cum Pœnitentiæ sacramento. Ergo non tenetur quis ad amplius. Tertiò quia ex ista opinione seqoeretur incertũ esse, non sufficere attritionem cum Sacramẽto ad obtinendam salutem. Sed hoc dicere est falsum. ergo frustrà requiritur alia certitudo extrinseca. Quartò, ex hac opinione sequeretur nunquã licere homini cõfiteri cum sola attritione, quia semper se committeret pericolo peccandi mortaliter, vel saltem non excipiendi gratiam, quod est omnino falsum. Ergo, &c. Quintò, quia ex ista sententia, non omnes homines tenerentur in tali casu elicere actũ

contritio

contritionis, & amoris Dei, sed solùm viri docti, qui scirent non sufficere attritionem cum Sacramento, vnde tale præceptum naturale esset tantùm doctis impositum, & non indoctis, & ideo esset in hoc peioris conditionis Theologus, quàm artista. Sed hoc minimè dicendum videtur. Ergo, &c.

3. Cæteras rationes videbis apud Fabrum, & Fagundex, qui rectè notant sententiam Suarez, laqueos iniicere conscientiis in re graui, & ad salutem necessaria homines in dubium de propria salute adducere. Igitur infirmus in articulo mortis non tenetur in rigore, & ex præcepto elicere actum contritionis; sed sufficiet si confiteatur etiam cum attritione cognita, licèt melius faceret si in se excitaret perfectum dolorem de peccatis ob amorem Dei, vti notant ipse Faber, & Layman *vbi suprà*.

4. Sed dices, præceptum contritionis per se, & ex extrinseca eius obligatione, obligat saltem in tempore mortis. Ita DD. communiter. Ergo tunc quilibet infirmus tenebitur elicere actum contritionis. Respondeo cum Fagundez *vbi suprà præcept.2. lib.2. cap.6. num.5.* quòd si tempore mortis existat Confessarius, non tenetur quis elicere actum contritionis, sed solùm tenetur attritionem præmittere, & confessionis Sacramentum suscipere, quia per Sacramentum confessionis cum attritione, ex attrito fit homo contritus, & tunc satis suppletur obligatio præcepti, per attritionem videlicet, & susceptionem Sacramenti confessionis. Vide etiam Ioan. de la Cruz *in direct. p.2. de Sacram. Pœnit. q.2. dub.5. concl.2.*

RESOL. XCII.

An in articulo mortis teneatur quis elicere actum contritionis, itavt non sufficiat attritio cognita cum Sacramento? Ex part.5. tract.4. Res.76.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Iacobus Granado *de Sacr. pœnit. in 3. part. controu. tract.3. disput. 3. sect. 4. num. 17.* Tannerus *tom.4. disput.6. quæst.6. dub.3. num.66. & 68.* & Præpos. *in 3. part. quæst.2. de contr. dub. 5. num. 57.* vbi sic ait: Aduerte tamen in fine vitæ hominem videri ex charitate erga se teneri ad perfectam contritionem procurandam, licèt enim aliæ sententiæ non appareant probabiles, si tamen prima ex quocumque demum capite fortè sit vera à parte rei ex eius neglectu, sequitur malum irreparabile, charitas autem erga se videtur hominem obligare vt malum illud quantùm in se est euitet, enitendo etiam ad aliquid, ad quod, per se loquendo non obligaretur extra huiusmodi circumstantiam. Ita ille, & alij, quos ego citaui *in part. tert. tractat. 4. resolut. 98.* Sed ibi pro sententia negatiua, quam ego teneo, plures alios Doctores adduxi, quos, si lubet, videbis.

Quæ hic est Res. antecedẽt & in omnibus aliis tius not.

RESOL. XCIII.

An moriens, Confessario absente, teneatur reuocare in memoriam omnia peccata, vt de illis postea eliceat actum contritionis? Ex part.3. tractat.4. Res. 117. aliàs 118.

Sup. hoc latè, supra in Res.

§. 1. DE hoc casu olim inter me, & quendam Theologum dissensio fuit; nam ille affirmatiuam sententiam docebat, motus auctoritate Soti *in 4. sentent. distinct.17. quæst.2.* cui ego addebam Adrianum *quæst.3. de Baptismo. in fine.* Angelum *verb. contritio*, §.4. Durandum *in dist. 17. quæst.2.* Richardum *dist. 16. artic. 4. quæst. 2.* Philiarchum *de offic. Sacerd. tom. 1. part.2. cap. 20* & hanc sententiam videtur etiam docere D. Thomas *1. 2. quæst.113. artic.5. ad 3. & in 3. part. quæst.87. artic.1. in corpore*, vbi ait; ad remissionem peccatorum requiri, vt homo diligentiam adhibeat ad rememoranda singula peccata, vt singula detestetur. Et ita nouissimè hanc sententiam docet Franciscus Syluius insignis commentator D. Thomæ *in addit. ad 3. part. quæst.2. art.6. concl.1.* vbi asserit, quòd ad iustificationem regulariter, & per se non sufficit contritio de vniuersis peccatis generatim, & confusè, sed requiritur specialis, & distincta singulorum peccatorum, tam quoad numerum, quàm quoad speciem; ita scilicet, vt singula recogitari debeant, & de illis sic recogitatis formari vna contritio.

87. sequent in §. Non me latet, & lege ibi à §.2. & in §. Confirmatur, inter medium, & finẽ à vers. Idem postulat.

Sup. in §§ not. præteritæ.

2. Sed tunc contrariam sententiam docui, & adduxi Layman *in Theolog. moral. lib. 5. tractat.6. capit. 4. num. 3.* casum in terminis decidentem; vbi sic asserit: Seclusa obligatione confitendi, vt puta in lege veteri, vel etiam in noua lege, si confessio, v. g. ob inopiam Confessarij impossibilis sit, non videtur extare præceptum sigillatim recogitandi peccata, modo homo si persuadeat, se sine tali peccatorum specifica, aut numerica recogitatione, verum actum contritionis elicere posse. Ita ille.

3. Et nouissimè sustinet etiam hanc sententiam Villalobos *in summ. tom.1. tract.9. diffic.19. num.4.* ita asserens: [De lo dicho se infiere, que quando el hombre se iustifica fuera del Sacramento por la contricion, basta que sea general, aunque non se acuerde en particular de los pecados, porque la inquisicion de los pecados en particular solo deue haxerse, quando se han de confessar, porque sea la confession entera;] vide etiam Coninch *de Sacram. disp.2. dub.8. num.76.* Henriquez *lib.4. cap.27. n.2.* Caietanum *in 3. part. q.81. art.1.* Nauarrum *in man. cap.1. n.22.* & alios.

RESOL. XCIV.

An qui serio in examine elicuit actum contritionis, proponens sequenti die confiteri; sed postea in confessione nullum actum doloris exprompsit confiteatur valide? Ex part.5. tractat.14. & Miscell.2. Resolut. 67.

§. 1. FRequens & curiosus est casus iste, & dependet ex illa quæstione, quanta videlicet coniunctio, & simultas sit necessaria inter dolorem peccatorum, & confessionem. Et consolatoriam sententiam circa præsentem quæstionem tenet doctus Hurtado *disput.1. de Sacram. in genere, diffic.11.* vbi sic ait: In pœnitentia post actus pœnitentis multo tempore pòst, potest absolutio validè conferri, sicut etiam in iudicio forensi (instar cuius pœnitentia est instituta) multo tempore post discussionem causæ fieri solet absolutio, vel condemnatio, toto scilicet tempore pòst, quo actus pœnitentis dicuntur moraliter permanere; tamdiu autem dicuntur moraliter permanere, quamdiu permanent habitualiter, id est, quamdiu non retractantur, neque expressè, neque implicitè. Ita ille.

Sup. hoc in Res. seq. & infra in Res. 96. §. 1. cursim post medium, à vers. Tametsi, & in Res. 107. §. pen. in fine, & supra in Res. 28. § Respondet.

2. Sed aduersùs hanc sententiam insurgit nouissimè Granado *in 3. part. de Sacrament. controu. 7. tractat. 3. disputat. 3. sect. 1. num. 7.* vbi sic asserit: Quoniam certò est non esse necessarium, vt dolor existat in ipso puncto absolutionis, aut accusationis, oportebit determinare, quamdiu præcedere possit dolor absolutionem. Quidam dicunt posse præcedere per multum temporis, ac proinde sine limitatione dummodo postquam semel habitus est, non retractetur. Sed mihi tanta temporis distantia inter dolorem, & confessionem nullo modo probatur; nam inter materiam, & formam cuiuslibet Sacramenti debet esse moralis coniunctio; hæc autem non potest indifferenter in qualibet temporis intercapedine conseruari. Ergo cùm dolor sit materia Sacramenti Pœnitentiæ inter illum, & absolutionem, quæ est forma, debet esse ea solùm temporis distantia, quæ non obstet, quominus inter illas sit coniunctio moralis. Dicendum ergo est tamdiu solùm posse præcedere dolorem, quamdiu virtualiter permanserit; hæc autem virtualis permanentia non aliter explicari debet, quàm in aliis euentibus. Dicetur ergo virtualiter dolor perseuerare, quamdiu si pœnitens interrogetur cur doluerit, possit sine noua deliberatione respondere se doluisse vt confiteatur, & non retractasse dolorem, quia vult confiteri. Sic enim intentio conficiendi Sacramentum penoanet virtualiter in Ministro, quamdiu sine noua deliberatione interrogatus responderet se propterea ritum illum externum adhibere, quia vult Sacramentum ministrare; & similiter intentio efficiendi opus externum propter Deum tamdiu durat virtualiter, quamdiu interrogatus sine mora responderit se illud facere, vt Deo placeat. Huc vsque Granado *loco citato.*

3. Verùm sententia Hurtadi mihi etiam probabilis videtur. Vnde ad casum propositum respondi confessionem illam fuisse validam, & ita in terminis, vt dici solet, terminantibus tenet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thomæ, q. 2. de contritione, dub. 1. num. 30.* vbi sic ait: Si quis examinans conscientiam, & eliciens dolorem de peccatis, illum referat ad confessionem, seu doleat, volens illa peccata clauibus subiicere, talis dolor sufficit per modum partis; quamuis aliquanto tempore præcedat confessionem, & censetur moraliter permanere, dum fit confessio, licèt deficit esse actu, censeturque moraliter informare confessionem. Vnde cùm aliquis vespere examinans conscientiam elicit contritionem peccatorum, proponens sequenti die confiteri, validum est Sacramentum, quantum est ex parte contritionis, licèt nullum alium actum contritionis eliciat. Ita ille, & ego.

RESOL. XCV.

An actus doloris, si per multum temporis præcedat, sufficiat ad eius validitatem.

Sed quoad praxim difficultas est, quantum sit illud tempus, quo id censeatur in re nostra?

Et docetur, quod quando quis vnius, vel alterius peccati statim post absolutionem recordatur, & addit illud, in tali casu non indiget nouo actu doloris.

Item, quod quando quis iterum confitetur eadem peccata, à quibus iam directè fuerat absolutus, non tenetur habere nouum dolorem eorumdem peccatorum.

Et notatur attritionem ob metum pœnæ Purgatorij, sufficere ad valorem Sacramenti.

Item dicendum est de attritione concepta ex metu pestis, vel alterius damni temporalis.

Et tandem quæritur an attritio ob infamiam, aut mortem, quam index infligere potest, aut ob aliud malum temporale, sit sufficiens ad effectum Pœnitentiæ suscipiendum? Ex part. 9. tractat. 9. & Miscell. 4. Resol. 52. aliàs 51.

§. 1. AD hoc dubium respondet Tamburinus, *Opusc. 1. lib. 1. cap. 2. §. 4. num. 5.* vbi sic ait: Quoniam verò communiter solet præcedere confessionem; quanto tempore præcedere potest? Dico quantum moraliter potest censeri vnum actum impetari ab alio, & facere vnum moraliter cum illo. Hæc est doctrina Theologorum communis: sed quò ad praxim difficultas est, quantum sit illud tempus quo id moraliter censeatur in re nostra? Respondeo qui mane doler & actu non reuocaro, post tres vel quatuor horas confitetur sine nouo doloris actu, non est dubium quòd benè satisfaciat. Rursus, si quis vesperi examinans conscientiam, elicit actum doloris proponens sequenti die confiteri, abundè est. Idem puto si non solùm præcedenti vesperi, sed etiam præcedenti die id fecerit, actu semper vt dixi, non reuocato. Longiorem temporis extensionem nondum inueni quò ad Theologos. Si quis inueniat, vel longiorem satis esse autumet, hic oro, subscribat. Ita ille. Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis eius annot.

2. Sed ego Theologum inueni, qui magis loquitur; & is est Pater Leandrus *de Sacram. tom. 1. tractat. 5. disputat. 7. quæst. 6.* in qua contra me ipsum, Granadum, & alios docet, sufficere ad validam efficientem Confessionem, quantumuis per multum temporis spatium præcedat dolor absolutionem, dummodò postquam semel habitus est, nec expressè, nec implicitè retractetur. Et citat Hurtadum *de Sacr. in genere, diffic. 11. in fine*, & Candidum *disquisi. 24. art. 6. n. 2.*

3. Nota hic etiam, dictum Leandrum, *vbi suprà quæst. 5.* docere, quòd quando quis vnius, aut alterius peccati, statim post absolutionem recordatur, & addit illud, in tali casu non indiget nouo actu doloris; quia in virtute prioris doloris adhuc virtualiter manentis, potest ab illo peccato absolui: nam dolor prior, vt in virtute extensus ad peccata oblita, perinde valet ac si esset nouus dolor de solis peccatis oblitis. Et citat pro hac sententia Lugum, & Henriquez. Sup. hoc supra in Ref. 88. & infra in Ref. 107. §. vlt. & in Ref. 145.

4. Idem *quæst. 4.* docet etiam, me citato, & Cardinali Lugo; quòd quando quis iterum confitetur eadem peccata, à quibus iam directè fuerat absolutus, non tenetur habere nouum dolorem eorumdem peccatorum; quia repetita Confessione vocali, repetitur saltem virtualiter dolor præcedentis Confessionis, perseuerantis adhuc moraliter, & virtualiter. Sup. hoc in Resolut. not. præteritæ, & in Ref. 2. §. pen. post medium, & supra in Ref. 89. & 90. &c.

5. Nota etiam hìc contra Vasquez, & Hurtadum, attritionem ob metum pœnæ Purgatorij, sufficere ad valorem Sacramenti; quia terrore dictæ pœnæ optimè potest dolere homo, non solùm de venialibus, sed etiam de mortalibus, quæ post iustificationem, pœna Purgatorij puniuntur. Et idem dicendum videtur de attritione concepta ex metu pestis, vel alterius damni temporalis, quo Deus solet punire peccata in hac vita. Hæc Leandrus, *vbi suprà quæst. 13.* ex Cardinali Lugo, & aliis. Qui etiam, *quæst. 14.* inquirit, an attritio ob infamiam, aut mortem, quam Iudex infligere potest, aut ob aliud malum temporale, sit sufficiens ad Sup. hoc infra ex Ref. 107. lege doctrinã §. Notandum est. & ex Ref. 108. §. 1. & 2. & supra in er. 1. & x Ref. 30. §. vlt.

ad effectum pœnitentiæ suscipiendum? Et respondet esse sufficientem, casu quo illa attritio, vel dolor ob infamiam, vel ob aliud malum temporale sit cum aliquo respectu ad Deum, id est, sit dolor de peccato, quia Deus immisit, vel immittet illam infamiam, mortem, aut aliud malum, secus verò si sit dolor ob infamiam, aut metum, &c. Ita Ochagauia, Hurtad, Coninch, Lugo penès ipsum, quos ego etiam olim adduxeram.

Sup. hoc fecus in §. 1. not. præteritæ, ad mediũ, & ex Ref. 2. not. præteritæ, §. 1. & ex Ref. 3. in eodem §. vlt.

RESOL. XCVI.

An dolor debeat præcedere confessionem, & sit referendus à pœnitente ad Sacramentum Pœnitentiæ, vt sit postea dolor sufficiens, quando pœnitens confitetur?

Et an, si quis confiteatur sine proposito dolendi saltem post confessionem peccatorum, an tunc sufficiat elicere dolorem de peccatis Confessis sine proposito dolendi saltem post confessionem; an potius debeat iterari confessio, tanquam substantialiter inualida?

Et an, si pœnitens post dolorem nouum peccatum committat, nouum dolorem debeat elicere cadentem super omnia, vel an sufficiat de nouo tantum peccato commisso dolere? Ex part. 9. tractat. 9. & Misc. 4. Resolut. 37.

Sup. hoc in Resol. seq. & infra in Resolut. 108. §. Notandum secundo. & supra in tr. 1. Ref. 11. cursim in fine §. 2.

§. 1. AD vtrumque casum ex multis, affirmatiuè respondet Castrus Palaus *tom. 4. tractat. 23. disputat. vnica, punct. 7. num. 11.* sic asserens: Necessarium existimo, vt prædictus dolor confessionem præcedat; aliàs confessio non esset sui legitima accusatio ad reconciliationem tendens; sed quædam peccatorum narratio. Quòd si facta confessione abque vllo dolore ad detestationem peccatorum Confessarij monitis exciteris, vti sæpè contingit; necessariò tota illa confessio denuò clauibus Ecclesiæ subiicienda est: quod vnico verbo præstare potest, si te accuses de omnibus confessis, ab iisque petas absolui. Atque ita Ægidius de Coninch *disput. 4. dub. 6.* Paulus Layman *lib. 5. summ. tract. 6. cap. 4. assert. 5.* Neque dissentit Suarez *disput. 20. sect. 4. num. 31.* vbi bene notauit Layman supra. Tametsi consultum sit, cùm peccata fateris, & absolutionem obtines, dolorem expressum habere de peccatis commissis; non est tamen necessarium: sufficit antea, eo scilicet die præmisisse ex intentione ea peccata fatendi: Confessio enim postmodum subsequuta ab eo dolore virtualiter perseuerante informari censetur, sicut bene docent Suarez *disputat. 20. sect. 4. à num. 29.* Bonacina plures referens *disp. 5. q. 3. part. 2. n. 17.* Huc vsque Palaus.

Sup. hac doctrina late in duabus præcedentibus Ref. & supra in Ref. 88. §. Respondet, & infra cursim in fine §. pen. Ref. 107.

2. Sed circa hos duos casus, de directo negatiuè sententiæ adhæret Ioseph de Ianuario *in res. Theol. moral. part. 1. resol. 19. per totam.* Probat primum ex praxi fidelium; videmus enim, quod Confessarij prudentes, postquam pœnitens confessus est peccata sua illum disponunt ad eliciendum actum contritionis, seu doloris, & postea nullo modo cogitant de repetenda confessione facta, nec distinctim, nec confusim; sed etiam probatur ratione; nam talis dependentia in materia Sacramenti Pœnitentiæ, non requiritur ex parte formæ, neque ex parte gratiæ Sacramentalis: ergo est omnino impertinens. Quòd non requiratur ex parte formæ, patet: nam forma Sacramenti pœnitentiæ, cùm sit per modum sententiæ absolutiuæ, requirit tantùm expositionem peccati, à quo reus est absoluendus, & requirit etiam dispositionem ad remissionem peccati, quæ habetur à dolore, seu detestatione supernaturali: omnis enim confessio exponit peccata quomodocumque dicta, & omnis detestatio supernaturalis disponit ad remissionem peccatorum, non quia confessionem parit, sed quia supernaturalis est, aliter enim etiam dolor naturalis producens confessionem disponeret ad gratiam, quod est falsum. Neque talis dependentia requiritur ex parte gratiæ, nam ad gratiam sufficit dolor supernaturalis; quod verò pariat, vel non pariat confessionem, hoc omninò impertinenter se habet, nam talis productio est omninò naturalis, etsi sit à dolore supernaturali; est enim à dolore supernaturali, sed non prout supernaturalis est, nam etiam si dolor naturalis sit, adhuc posset producere confessionem illam, & naturalia sunt omninò impertinentia in ordine ad gratiam supernaturalem, cùm dispositio semper debeat esse in eodem ordine cum forma.

3. Confirmatur; quia si quis aliquo repentino accidenti correptus statim Confessarium vocet, & postea loquelam amittit; hic talis est absoluendus à Confessario, etiam si Confessarius nullum aliud signum sensibile habeat, sed tantùm testificationem à circumstantibus, & tamen hic non potuit prius elicere actum contritionis, quàm Confessionis: ergo talis dependentia non requiritur.

4. Probatur secundò, quia entitas confessionis independenter à dolore est habilis esse signum contritionis in actu primo, etsi in actu secundo illam non significet; quia quando talis confessio est, tunc contritio abest: ergo si tunc adesset contritio, posset ab eadem confessione significari, seu posset talem contritionem reddere sensibilem; nam non differt specie entitas confessionis, quæ procedit à dolore, & entitas confessionis, quæ procedit à voluntate tantùm confitendi: sed tempore, quo confessio est materia Sacramenti Pœnitentiæ, adest contritio, seu dolor; nam confessio est materia proxima Sacramenti Pœnitentiæ, non quando est, nec prout est à pœnitente etiam secundum Coninch, sed quando assumitur, prout assumitur à Sacerdote per potestatem clauium vt diximus, & assumitur tunc, quando vult elargiri absolutionem, vel immediate ante, vel saltem elargiendo absolutionem: ergo tempore, quo Confessio est materia proxima, connotat, seu significat contritionem, etsi consequenter factam.

5. Ad secundum verò casum, quòd scilicet dolor etiam si non ordinetur ad confessionem à pœnitente, sufficiat pro materia in Sacramento pœnitentiæ. Probatur non solùm ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 4* vbi in dolore requiritur tantùm exclusio voluntatis peccandi in posterum, & nullo modo fit mentio de tali relatione ad confessionem, & ex communi sensu fidelium, nam si quis audiendo Concionem, vel legendo, ad actum contritionis moueatur, & postea cogitet de confessione facienda, si de facto confiteatur, hic existimatur optimè dispositus ad absolutionem obtinendam, & tamen talis dolor nullo modo fuit ordinatus ad confessionem antecedenter, sed tantùm consequenter: ergo actus doloris factus sine tali ordine ad confessionem, sufficit ex communi consensu fidelium in Sacramento Pœnitentiæ.

6. Sed etiam probatur deinde primò ratione; nam ideò requiritur dolor: seu detestatio peccati in

in confessione ad hoc, vt homo, sicut voluntariè se conuertit per peccatum ad creaturam, & auertitur à Deo, ita per dolorem se auertat à creatura, & voluntariè se conuertat ad Deum, ex Concilio Tridentino; sed talis conuersio habetur sine tali ordine ad confessionem, vt patet: ergo talis ordo non requiritur.

7. Confirmatur, quia pœnitens non ideò dolet, quia vult confiteri, sed ideò dolet & confitetur, quia vult remissionem peccatorum: ergo si dolor non dirigitur ad confessionem, sed ad remissionem peccatorum, implicitè sufficiet in Sacramento Pœnitentiæ. Hæc consequentia patet, nam ille dolor sufficit in Sacramento, qui conducit ad remissionem peccatorum, cùm sit dispositio supernaturalis: ergo sufficit in Sacramento pœnitentiæ.

8. Probatur secundò ex ipsa natura, & institutione huius Sacramenti, in quo magis connaturale est: quod ex dolore, & contritione oriatur desiderium confitendi, quàm quòd ex desiderio confitendi oriatur dolor, & contritio.

9. Nec obstat dicere, quòd dolor, & confessio debent esse saltem moraliter vnita ad faciendum vnum Sacramentum, seu vnam partem materialem proximam Sacramenti; sed hæc vnio habetur tantùm per relationem doloris ad confessionem: ergo talis dolor debet ordinari ad confessionem. Respondeo negando minorem, nam talis vnio satis habetur, si dolor significetur à confessione intra debitum tempus; dum enim confessio significat dolorem, hæc vnitur cum illo in ratione signi. Et hæc omnia docet Ianuarius vbi supra; & ante illum docuerat Eminentissimus Lugo *de Sacrament. Pœnit. disputat.* 14. *sect.* 2. *&* 4. licèt quoad illud de dolore non ordinario ad confessionem, præter Palaum loco citato, contrarium teneat Bonac. *de Sacr. Pœnit. disp.* 5. *q.* 3. *punct.* 2. *n.* 17.

10. Sed hîc obiter discutienda sunt duo dubia satis difficillima. Quæro igitur primò, an si quis confiteatur sine proposito dolendi saltem post confessionem peccatorum, an tunc sufficiat elicere dolorem de peccatis confessis sine proposito dolendi saltem post confessionem, an potius debeat iterari confessio tanquam substantialiter inualida. Et sententia, quæ docet sufficere virtualem repetitionem per subsequentem dolorem, quo prior confessio peccatorum validetur, probabilior est. Fundamentum est, quoniam ad essentiam huius Sacramenti non requiritur, vt voluntas confitendi peccata præcedat ipsam confessionem peccatorum, sed sufficit, si subsequatur in ipso actuali dolore; ergo etiamsi prior voluntas non fuit sufficiens, modo sit sufficiens posterior, quæ additur post confessionem, validum erit Sacramentum. Antecedens in quo est difficultas, probatur primò. Si pœnitens accedat cum expressa volumate non confitendi sua peccata, nisi cum tali Sacerdote determinato; si post confessa peccata, aduertat illum non fuisse, cui tantùm sua peccata confiteri volebat, non est necessaria formalis, & expressa repetitio peccatorum huic Sacerdoti, vt validè ab illo absolui possit; sed sufficiet, si tantùm eliciat nouum actum, quo velit confessa iam peccata huic Sacerdoti esse subiecta. Secundò, si pœnitens ebrius, vel phreneticus in ipsa ebrietate, vel phrenesi narret omnia sua peccata coram legitimo Ministro, & post illorum confessionem, fiat sui compos, aduertatque se omnia peccata dixisse, sufficier in hoc casu, solùm addere voluntatem, qua narrata peccata liberè subiiciantur clauibus, & dolorem, quo illa informentur, vt proxima materia Sacramentalis absolutionis. Ergo pariter sufficiet, post confessa peccata cum proposito non dolendi de illis, addere dolorem, & confessionem noui peccati in ipsa confessione admissi. Et ita hanc sententiam firmat Pater Amicus *in Cur. Theol. tom.* 8. *disput.* 12. *sect.* 4. *num.* 63. *& seqq.* respondens ad omnia argumenta contraria.

11. Quæro secundò, an si pænitens post dolorem, nouum peccatum committat, nouum debeat dolorem elicere cadentem super omnia, an sufficiat de nouo tantùm peccato commisso dolere? Prima sententia esse potest: nullum requiri dolorem, sed sufficere priorem, ante nouum commissum peccatum elicitum. Fundamentum; quia ille idem virtute extendebatur ad omnia peccata, & consequenter etiam ad nouum commissum; sed per nouum commissum non est ille abolitus: igitur prior dolor sufficiet, non solùm pro præteritis, sed etiam pro præsenti peccato de nouo commisso. Secunda sententia affirmat, saltem nullum requiri nouum dolorem, si prior, quo pœnitens sua peccata detestatus est, fuit contritio. Fundamentum esse potest; quia contritio per sequens peccatum non extinguitur, sed adhuc manet in diuina acceptatione: ergo adhuc poterit esse dispositio pro nouo peccato ad gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam. Consequentia constat; quia contritio vi sui motiui formalis se extendit ad omnia peccata, & consequenter etiam ad nouum commissum; ergo si adhuc post nouum commissum illa perseuerat, poterit pro illa esse dispositio ad gratiam obtinendam cum hoc Sacramento. Antedens verò probatur: nam contritio vi gratiæ iustificantis, quam secum ex diuina promissione affert, fit opus viuum, & meritum condignum coram Deo: nullum autem opus viuum, & de se condignum coram Deo extinguitur per subsequens peccatum; alioqui, non posset illud remisso redire peccato, sicut nõ possunt redire opera mortua, facta in peccato. Tertia sententia docet, requiri nouum dolorem cadentem super omnia peccata, etiam super ea, quæ priori dolore fuit quis detestatus. Fundamentum est; quia subsequens peccatum retractat priorem dolorem, illumque penitùs extinguit: igitur opus est nouo, cadente super omnia peccata, cùm nullum peccatum possit esse materia Sacramentalis absolutionis, nisi sufficienti dolore detestatum. Sed in hac difficultate Ego adhæreo sententiæ Patris Amici, *vbi suprà, sect.* 5. *num.* 86. *& seqq.* Qui fusiùs totam quæstionem pertractat clarè, & doctè. Adi illum & non pigebit.

Quamuis nõ plenè super hoc, lege tamen infra ex Ref. 108. §. vlt. ad mediũ, à vers. Secundo. & ex Ref. 99. vide doctrinam §. vlt.

RESOL. XCVII.

An, si pœnitens eliciat actum doloris post narrata peccata ante absolutionem, recipiat Sacramentum Pœnitentiæ? Ex part. 3. tractat. 4. Res. 133. aliàs 134.

§. 1. IN hoc casu non recipere Sacramentum putat Coninch *de Sacrament. disput.* 4. *dub.* 6. *num.* 4. *concl.* 2. vbi sic ait: Dolor iste non solùm natura, sed etiam tempore debet præcedere ipsam confessionem. Pater, quia ille dolor debet saltem natura præcedere voluntatem confitendi, quia debet esse causa confessionis, quod fieri nequit, nisi sit causa voluntatis confitendi; hanc autem non potest causare, nisi sit ea prior. Voluntas autem confitendi, cùm sit tota in instanti, necessariò est prior

Sup. hoc in Ref. præterita, & infra in Ref. 108. §. Notãdum secundo. & supra in tr. 1. cursim in fine §. 2. Ref. 11.

prior tempore ipsa confessione, quæ fit in tempore, & necessario præsupponit motum linguæ, qui non potest fieri nisi in tempore. Ita ille, & post illum Layman *in Theolog. moral. lib. 5. cap. 4. num. 4.* Vnde secundùm illos, quis non reciperet Sacramentum Pœnitentiæ, si ante confessionem non elicuit dolorem, sed illum elicuit inter confitendum, aut statim post confessionem ante absolutionem.

2. Sed hanc opinionem refellit Bonacina *de Sacramens. disput. 4. quæst. 5. punct. 2. num. 18.* & asserit illam docere Suarez *in 3. part. disp. 20. sect. 4. num. 31.* licèt Layman *vbi suprà*, probet Suarez verbo tenus, non autem reipsa contra suam sententiam repugnare; rationes verò pro firmanda opinione Bonacinæ lege apud illum.

3. Notandum est verò ad tollendos scrupulos, stando etiam in opinione Layman, & Coninch, quòd si aliquis pœniteos eliciat actum doloris post narrata peccata, si postea dicat: Doleo de peccatis narratis, vel petat absolutionem, hæc sola verba sufficere tunc, & habere veram rationem confessionis, quæ sit pars Sacramenti.

RESOL. XCVIII.

An in confessione venialium sufficiat dolor virtualis?

Et an sit mortale confiteri tantum venialia absque dolore super naturali?

Et an peccatum veniale virtute Sacramenti remitti possit?

Et an virtute Sacramenti tibi remittantur, non solum ea peccata, quorum attritionem habes, sed etiam omnia alia, quorum complacentiam non habes? Ex part. 9. tractat. 9. & Miscell. 4. Resolut. 31.

Sup. hoc lege latam doctri. nam Ref. & §§. not. seq.

§. 1. AD hoc dubium sic respondet Thomas Tamburinos in Methodo expeditæ confessionis, *lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 1. & 2.* Probabile est etiam sufficere dolorem virtualem in confessione venialium: in confessione enim mortalium, de qua solùm agere videtur Concilium, quando requirit dolorem formalem, necessarius omnino est formalis. Quare si quis accedat ad confitenda venialia sine actuali complacentia peccati venialis, cum desiderio recipiendi Sacramentum, eiusque effectum, cum in hoc desiderio sufficienter detestationem virtualem habeat, benè erit dispositus. Nam propterea Concilium alicubi dicit, ad Sacramentum hoc requiri tanquam partem, proprium motum pœnitentis: tunc enim videtur loqui de confessione in vniuersum, id quod verificatur in confessione venialium, nam certè voluntas suscipiendi Sacramentum, motus est proprius pœnitentis. Hanc sententiam Præpositus vocat non improbabilem, citatque pro ea Suarium, *de Pœnitent. disput. 12. sect. 1. num. 9.* quamuis alibi sibi contrarium: additque idem Præpositus quòd hanc sententiam alij sequuntur: iuxta quam si quis se dirigat non peccabit, & fortè consequetur Sacramenti effectum. Hanc eandem sententiam sequitur Rosella, & Syluester, & veram esse mihi dixit Pater Franciscus Chiros nostræ Societatis Iesu, in Theologia morali non parum versatus: Fauent Ledesma, Vega, Almainus, & Bernardus de Gasnaco, quatenus dicunt, dolorem esse quidem partem, sed integralem non essentialem Sacramenti, atque adeò sine qua tota essentia Sacramenti consistat; quos tamen licèt cum opinione communi Theologorum reiiciamus, nihilominus practicæ sententiæ fauere inficiari non possumus. Huc vsque Tamburinus.

2. Sed ego negatiuæ sententiæ prorsus adhærendum esse puto. Itaque dicendum est contra Tamburinum, quòd qui confitetur peccata venialia tantùm, teneatur elicere actum doloris efficacis, sicut tenetur in confessione de peccatis mortalibus. Quòd teneatur elicere actum doloris, probatur ex Concilio Tridentino, in quo partes huius Sacramenti assignantur, videlicet contritio, confessio, & satisfactio; & nomine contritionis intelligunt communiter Doctores, detestationem peccati: sed dolor imperfectus, seu displicentia inefficax non est detestatio, aut retractatio peccati; cùm possit stare cum proposito iterum committendi peccatum illud, de quo doletur: immò cum ipso peccato actuali; ergo confessio de venialibus requirit etiam dolorem efficacem, sicut confessio de mortalibus. Quomodo enim vult Deus remittere peccatum habenti huiusmodi complacentiam in ipsomet peccato: immò cum voluntate peccandi absque vlla retractatione?

3. Confirmatur, quia peccata mortalia possunt remitti extra Sacramentum per dolorem virtualem tantùm, nempè per actum amoris Dei super omnia, qui dolor virtualis dicitur; & tamen si remittuntur in Sacramento Pœnitentiæ, necessariò requiritur dolor formalis, ex supra dictis: ergo à pari etsi peccata venialia possint remitti extra Sacramentum sine dolore formali, tamen si remittantur in Sacramento Pœnitentiæ, debent remitti per dolorem formalem supernaturalem. Dolor enim non requiritur ex vi remissionis venialium, sed ex vi Sacramenti Pœnitentiæ, quod necessario requirit pro sua materia hunc dolorem formalem supernaturalem.

4. Quòd verò sit mortale confiteri tantùm venialia absque dolore supernaturali, patet; nam sic redditur forma Sacramentalis Pœnitentiæ irrita. Ideò enim peccat mortaliter, qui confitetur mortalia sine dolore, quia culpa sua frustratur forma Sacramenti, seu Sacramentum redditur nullum; sed etiam culpa confitentis venialia forma Sacramenti redditur nulla: ergo etiam iste peccat mortaliter, &c. Sup. hoc infra in Ref. 100. à princ pio, & in Ref. 101. §. Sed pro praxi. sed lege eã principio; & ex Ref. 101. vide vers. Ex quo. §. verũ. & in Ref. 143. in fine §. 1.

5. Nec dicas primò, quòd Sacramentum frustratur in re leui. Quia contra est; nam frustratur totum Sacramentum; quòd verò frustretur per rem leuem, vel per rem grauem, impertinenter se habet ad Sacramentum, sicut quod quis occidit Titium cum ense, vel cum lapillo, impertinenter se habet ad grauitatem homicidij intenti; semper enim iste talis homicida peccat mortaliter, etsi instrumentum, seu ictus sit leuis, dummodò homicidium sit intentum. Adde, quòd acetum etiam res leuis est, & tamen, qui acetum consecrat voluntariè, peccat mortaliter, quia applicat verba Christi, quæ sunt forma Sacramenti Eucharistiæ, frustrà, & quasi irrisoriè, cum sit absque omni prorsus vtilitate, & effectu.

6. Nec dicas secundò, quòd effectus, quo homo priuatur ob talem irritationem, est leuis, cùm sit remissio peccati venialis. Quia contra est, nam dolor de venialibus vt dixi, requiritur non ex vi remissionis, sed ex vi Sacramenti; vnde non ratione iacturæ remissionis; sed ratione irritationis Sacramenti committitur peccatum sacrilegij. Aliter enim, neque peccator, qui confitentur peccata sine dolore peccaret mortaliter, quia iactura posset

statim

statim recuperare per aliud Sacramentum cum debito dolore: & sic sicut non peccat mortaliter ratione iacturæ, qui nunc habet commoditatem confitendi peccata sua mortalia, & non confitetur, quia potest postea confiteri; ita qui nunc confitetur mortale sine dolore, ratione iacturæ, non peccabit mortaliter, quia potest cum debito dolore confiteri iterum, & amissam gratiam recuperare.

7. Confirmatur, quia si semel admittatur, non esse mortale, frustrari formam Sacramenti, sequitur, neque mortale esse, si baptizatus iterum se offerat ad baptizandum, etsi de facto baptizetur; nam non se priuaret aliquo fructu, cuius esset capax; neque peccaret mortaliter mulier, quæ sub habitu virili faceret se ordinari ab Episcopo, quia non se priuaret fructu sibi debito; nec Sacerdos, qui consecraret voluntariè aquam, si statim postea vinum sumeret, & consecraret. Sed hoc est dissonum dicere: ergo etiam dicere, quòd quis possit confiteri venialia sine dolore, & reddere nullum Sacramentum. Et hæc omnia inuenies apud Iosephum de Ianuario in suis doctis Resolutionibus *Theolog. moral. part. 1 resolut. 3. num. 12.* vbi etiam respondet ad alia argumenta. Et præter Suarez, & Vasquez à Tamburino citatos, firmantes nostram sententiam, vide Eminentissimum Dominum meum de Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disput. 14. sect. 8. §. 2. numer.* 108. & sapientissimum Patrem Amicum *in cursu Theol. tom. 8. disp. 12. sect. 5. n. 91.* & hanc sententiam certissimam esse putat Leandrus *de Sacr. tom. 1 tract. 5. q. 24.* & asserit esse communem inter Theologos.

8. Sed si aliquis inquireret, an peccatum veniale virtute Sacramenti remitti possit? Aliqui respondent, peccatorum venialium remissionem virtute Sacramenti Pœnitentiæ fieri per se, si simul cum mortalium remissione fiat; secus si separatim facienda sit; illudque sufficit, vt Pœnitentiæ Sacramentum non solùm pro remittendis mortalibus, sed etiam venialibus institutum sit. Alij asserunt virtute Sacramenti tibi remitti non solùm ea peccata, quorum attritionem habes; sed etiam omnia illa, quorum non habes complacentiam; quia Sacramentum Pœnitentiæ non solùm pro remittendis peccatis venialibus peccatoris, sed hominis iusti videtur institutum: at venialia peccata hominis iusti remitti non possunt virtute Sacramenti Pœnitentiæ, sed ad illorum remissionem displicentia requiritur: hæc enim absque Sacramento sufficiens est.

9. His tamen non obstantibus, hanc doctrinam non approbat Castrus Palaus *tom. 4. tractat. 23. disputat. vnica, punct. 7. num. 15.* Primò, quia inde sequitur, aliquod peccatum remitti absque Pœnitentiæ virtute. Nec valet dicere, ipsam voluntatem suscipiendi Sacramentum esse pœnitentiam virtualem, sicut diximus de voluntate suscipiendi Eucharistiam, virtute eius Eucharistiæ, peccata venialia quorum non est complacentia, remittit; quia ea voluntas supponit Sacramentum Pœnitentiæ institutum esse per se ad remittenda peccata venialia; tametsi illorum nulla fiat confessio; quod nullatenus dici potest, quia institutum est per modum iudicij, cuius sententia per se, & directè ferri non potest in causam incognitam, & cuius nulla à pœnitente sit instituta accusatio. Secundò, si Pœnitentiæ Sacramentum posset remittere per se, & directè peccata, tametsi illorum complacentia abstineas, illis tantùm confessis posses Sacramentum Pœnitentiæ recipere; quia sufficienter absolutione dispositus es. Hoc autem est contra Tridentinum definiens partem essentialem Sacramenti Pœnitentiæ esse contritionem saltem imperfectam. Ergo, &c. Hæc omnia Palaus vbi suprà.

RESOL. XCIX.

An per vnum tantum veniale nouum peccatum censeatur retractatus dolor, & propositum circa omnia venialia, & mortalia ex motiuo vniuersali? Ex part. 11. tractat. 5. & Miscell. 5. Resol. 25.

§. 1. Casus (ait Dicastillus) esse potest non infrequens, & eius resolutio sanè non facilis. Sit ergo casus quo quis confiteri velit plura peccata tam venialia, quàm mortalia; imò si velis sola venialia (est enim eadem ratio, vt patebit) & habeat detestationem vniuersalem, idest, ex motiuo vniuersali offensæ diuinæ; in quo casu, si post dolorem, & propositum debitum, sed antequam absoluatur, incidat in veniale minimum, & vnicum, videtur carere iam debita dispositione, & denuò debere concipere dolorem. Ratio est, quia ille dolor, & propositum antiquum iam censetur reuocati. Nam illo existente efficaci vitandi quodcumque peccatum, in quo eadem ratio reperitur, non poterat in animo esse locus peccato. Ergo si peccatum admittitur (vt supponimus) etiam leuissimum signum est illam detestationem & propositum per actum oppositum admissum non amplius mortaliter durare, sed esse reuocatam; sicut censetur reuocatum propositum non peccandi mortaliter propter pœnas inferni (quod est motiuum vniuersale) eo ipso quod vel vnicum mortale admittatur.

2. Hoc argumentum, vt obseruat Cardinalis Lugo *de Sacram. Pœnit. disp. 14. n. 144.* speculatiuè loquendo, non parum videtur vrgere eo exemplo mortalis: est enim eadem ratio; quia in vtroque casu venialis aut mortalis admissi reuocatur propositum & detestatio efficax; ideò merito aduertit oportere ad maiorem securitatem, quod quis doleat seorsim de mortalibus, propter quantitatem offensæ mortalis, qui dolor ex tali motiuo, nullo modo reuocatur (inquit ille) per veniale subsequens. Dat item consilium quod doleat seorsim de peccatis venialibus quæ confitetur, vel de aliquibus eorum propter specialem eorum grauitatem, & specialem offensam diuinam, quam continent, cui dolori non opponitur aliud peccatum veniale nouum. Nihilominus non putat practicè debere in dubium vocari valorem Sacramenti, etiamsi eiusmodi cautela non adhibeatur; quin iniiceret innumeros scrupulos pœnitentibus, & confessariis, qui etiam tenerentur admonere pœnitentes, vt eiusmodi damnum præcaueretur. Ideò ex communi praxi Confessariorum & pœnitentium potest desumi ratio à posteriori non leuis, vt dicamus non ita reuocari tunc dolorem & propositum, quin maneat dispositio sufficiens ad valorem, & effectum Sacramenti. Et hæc omnia docet Dicastillus *de Sacr. tom. 2. tract. 8. disp. 6. dub. 18. num. 322. & 323.* Cui ego addo Patrem Sfortiam Pallauicinum *in assertionibus Theologicis lib. 7. c. 29. dub. 290.* vbi sic ait; Neque hoc propositum vniuersale intelligitur reuocatum per aliquod peccatum veniale, quod deinde pœnitens in ipso actu confessionis committat, ita vt sit necesse propositum renouare.

3. Verùm

Sup. hoc supra in Resol. 96. §. vlt. & si placet lege alios §§. & Res. eius not.

3. Verùm omnia superius dicta procedunt loquendo de peccatis venialibus: Quid ergo erit dicendum de mortalibus? Itaque quod attinet ad mortalia, posset quidem, vt aduertit Lugo, perseuerare dolor & propositum circa grauiora, etiamsi admittatur mortale leuius, sed non maneret quis cum dispositione sufficiente ad absolutionem obtinendam, siue quia (vt Lugo vult) requiritur propositum vniuersale circa omnia omnino peccata, etiam illa in quo genere quis non peccauit aliquando, siue quia per peccatum cui adhæret ponit obicem & deficit dispositio requisita ad effectum quidem semper, & in omni euentu, ad valorem verò Sacramenti posset sufficere dolor cæterorum peccatorum, quando huius esset immemor inculpabiliter, quando bona fide accedit ad confessionem, quo casu esset Sacramentum validum & informe, pro solutione tamen à solis venialibus sufficiet, si dolor aliquorum maneat, etiamsi aliorum detestatio cessauerit per illius venialis admissionem.

RESOL. C.

An sit mortale aliquod veniale confiteri sine dolore? Et quid est dicendum de sententia asserentium pœnitentiam non esse necessariam ad remissionem venialium? Ex part. 11. tractat. 5. & Miscell. 5. Resolut. 22.

Sup. hoc supra in Res. 98. §. Quod vero, & vide alios §§. & vers. eius not.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenent aliqui, teste Suarez *disputatione vigesima, numer.* 7. quia confiteri veniale sine dolore, est apponere pro materia absolutionis id, quod reuera esse nequit materia: Sicut ergo grauiter peccaret, qui inter hostias legitimas triticeas apponeret Sacerdoti consecrandam etiam non triticeam; quia poneret ineptam consecrationis materiam; ita grauiter peccabit, qui inter alia peccata legitimè dicta cum vero dolore, apposuerit absoluendum peccatum sine dolore, cum non minus sit ineptum ad absolutionem peccatum non cum dolore, quam ad consecrationem hostia non triticea. Sed his non obstantibus negatiuam sententiam tenet Henriquez *lib.* 1. Dicastillus, *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 8. *disputat.* 6. *dub.* 15. *cap.* 4. *num.* 268.

2. Probatur à paritate aliorum Sacramentorum, in quibus admistio alicuius partis, quæ non sit materia valida, non est culpa grauis, dummodo etiam apponatur materia valida. Sic in Baptismo cum aqua effundenda miscetur pars olei benedicti, quæ non est materia Baptismi. Suarius & alij adhibent in exemplum aquæ rosaceæ particulam admixtam elementari. Vide etiam supracitatos autores, qui plura alia exempla, & rationes pro hac sententia firmanda adducunt. Sed omnia quidem habent suam solutionem, vt videre est apud doctum Dicastillum *vbi suprà dub.* 15. *à n.* 268. *vsque ad n.* 283. in quo sic asserit; Ex omnibus huc vsque apparet, quam probabilis sit affirmatiua sententia, eamque (fateor) si solum ratione agendum sit faciliori negotio defenderem, cùm nec etiam auctoritate destituta sit, teste Suario, qui (vt dicebam) affirmat eam multos sequi, sed quia tot etiam sunt, & tantæ authoritatis viri, qui negant esse mortale, vt non facilè sit mortalis peccati reum censere sic confitentem, oportet quærere solutionem prædicti argumenti, & disparitatem assignare inter hoc Sacramentum, & Eucharistiam, quam disparitatem exigit argumentum. Ego sanè vix inuenio aliam, quam quod in Eucharistia, quādo hostiæ consecrantur dum tot fiant sacramenta, quot sunt hostiæ, & vnaquæque illarum est materia æquè grauis, & quando vnus cumulus hostiarum significatur, & ostenditur per pronomen demonstratiuum, *Hoc, &c.* licet forma videatur, & sit vna, virtute tamen multiplex est, & totuplex, quotuplex est materia, & tot fiunt indiuidua Sacramenta. Vnde si in vnaquaque non verificetur verborum forma, integrum quoddam Sacramentum frustratur; in Sacramento vero pœnitentiæ, vnicum fit tantum Sacramentum: hoc autem in re leui falsum fit, quando veniale falsum, vel sine dolore simul cum aliis dicitur, & absolutè Sacramentum est verum, licèt in illo peccato non verificetur. Ita ille; qui postea tamen circa hanc responsionem cum acumine sui ingenij aliquas difficultates satis graues adducit, & ideò sic concludit: Tandem his omnibus in vtramque partem dictis; magis inclino in partem negantem esse mortale, quamuis per principia quasi extrinseca, quæ vtcumque inuoluunt aliquid per principia intrinsece: nempè, quia esse grauem aut leuem aliquam materiam maximè pendet ex æstimatione prudentum, & sapientum iudicio (qua ratione solet sæpè materiæ grauitas, aut leuitas definiri, & quidem cum varietate) cùm ergo tot sint graues, prudentes & sapientes viri, quibus non videatur graue negotium veniale sine dolore confiteri, si alia dicantur legitimè pro eadem absolutione, & Sacramento, licet graue putent hostiam non triticeam apponere consecrandam inter triticeas, ea sapientum æstimatio potest sufficere, quamuis si merè ratione agamus, ego facilius vtrumque putarem graue pro Sacramento vtroque, nec argumenta in contrarium adducta vim habent, quibus iam respondimus, eaque reiecimus *sup. n.* 268. *& seqq.* Hæc Dicastillus.

3. Itaque licet difficultates ab ipso adductas circa præsentem quæstionem magni ponderis esse existimem, tamen quia negatiua sententia est communis, iterum ab ea non recedo, & illam præter Doctores allatos etiam tenet me citato Leander. *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 5. *disq.* 7. *q.* 26.

4. Sed quid dicendum de sententia D. Bonauenturæ *in* 4. *dist.* 21. *prima p. dist.* 1. *art.* 1. *q.* 2. Soti, *q.* 1. §. *in ista q.* Bass. *q.* 1. *art.* 2. Gab. *dist.* 16. *q.* 5. *art.* 2. *concl.* 2. Caiet. 3. *part. q.* 87. *art.* 1. *ad* 2. Medinæ *Cod. de Pœnit. tract.* 1. *q.* 3. Henriquez *l.* 4. *de Sacram. c.* 15. asserentium pœnitentiam non esse necessariam ad remissionem peccatorum venialium.

Vt melius soluatur hæc sententia lege infra doctrinā Res. 103. & alterius eius primæ not.

5. Fundamentum Bonauenturæ; Peccatum veniale mediat inter originale, & mortale: Sed originale remittitur absque proprio actu, mortale non sine proprio actu, ergo veniale remittitur virtute Sacramenti, vel rei Sacramentalis, non repugnante tantum libero arbitrio.

6. Fundamentum Caietani; Si quis iret dormitum cum proposito dicendi mendacium, & interim dormiens occideretur pro Christo, ex diuina largitate consequeretur remissionem talis peccati: Igitur ad remissionem peccati venialis non requiritur pœnitentia.

7. Fundamentum Scoti, & Scotistarum; Peccatum veniale formaliter consistit in obligatione, ad pœnam temporalem, ergo soluta pœna, remittitur: atqui pœna solui potest sine actu pœnitentiæ interioris: ergo peccatum veniale remitti potest absque pœnitentia saltem interiori.

8. Fundamentum Henriquez; Quoniam venialia non solum remittuntur per actum pœnitentiæ; sed per alia remedia, vt per indulgentias; alienam satisfactionem applicatam alteri iusto, per sacrificium Missæ, per orationem, per Sacramenta, & Sacramentalia: Sed hæc omnia remittunt venialia absque actu proprio pœnitentiæ: igitur actus pœnitentiæ non est necessarius ad remissionem venialium.

9. Verùm his non obſtantibus, dicendum omnino eſſe puro, peccatum veniale non remitti abſque proprio actu virtualiter ſaltem retractariuo, & conſequenter abſque aliqua pœnitentia, ſaltem virtuali. Fundamentum eſt, quia quamdiu actu, aut virtute voluntas non retractat ſuum peccatum, ſemper moraliter cenſetur perſeuerare in illo: nam quamdiu non retractat actum, quem ſemel elicuit, ſemper cenſetur velle illum, quia cùm in eius libertate ſit in eo velle, aut non velle perſeuerare, hoc ipſo, quod illum ſaltem virtute non retractat, moraliter cenſetur velle illum.

10. Argumenta verò in contrarium adducta ſoluit Amicus *in curſ. Theol. tom.8 diſp.6. ſect.1. num.11*, qui poſteà *ſect.2. n.15*. cum pluribus firmat ad remiſſionem venialium non requiri pœnitentiam formalem contra Durandum, & alios, ſed ſufficere virtualem quam S. Thom. & cum eo reliqui Theologi ſic explicant. Poteſt quis virtute alicuius actus eſſe ita diſpoſitus, vt ſi occurreret omnia, vel aliqua peccata venialia, actu illa deteſtaretur: ergo is dicitur habere pœnitentiam virtualem reſpectu eorum, quæ ſi occurerent, actu deteſtaretur; non autem reſpectu eorum, quæ ſi occurretent, actu non deteſtaretur. Non enim implicat aliquem virtute alicuius actus eſſe diſpoſitum ad hæc potius venialia deteſtanda, quam alia.

RESOL. CI.

An in confeſſione venialium requiratur propoſitum non peccandi amplius venialiter? Ex part. 11. tractat. 5. & Miſc. 5. Reſ. 23.

Quoad omnem doctrinã huius Reſol. lege Reſ. ſeq. ſignanter à §. Primum. & ſeqq & infra ex Reſol. 105. §. vlt & quamuis pro Confeſſione mortalium in hoc caſu vide infra doctrinam Reſ. 110. & aliarum eius not.

§. 1. RESpondet affirmatiuè Paſqualigus in *Theolog. tom.2. diſput.81. ſect.10. num.54.* Quia requiritur vera attritio, quæ eſt virtuale propoſitum. Nec obſtat quod impoſſibile ſit vitare omnia venialia abſque ſpeciali priuilegio, quod regulariter non conceditur à Deo; qoia ſufficit quod propoſitum vitandi venialia ſit efficax ſecundum quid, & conſiſtit in deſiderio, quod Deus concedat gratiam vitandi omnia venialia, quia non requiritur aliud propoſitum, niſi quoad ea quæ pœnitens poteſt exequi.

2. Verum non eſt iſta leuis difficultas, an ſit poſſibilis efficax voluntas, & propoſitum vitandi venialia; non iam in particulari; ſed in vniuerſum? ſuppoſito enim quod ſit moraliter impoſſibile omnia vitare, eaque propter Doctores multi doceant, votum de non peccando venialiter non valere, vt videre eſt apud Thom. Sanc. *in ſuo opere mor. lib.4.c.5. n.10.* & alios, non videtur poſſibile tale propoſitum. Ex quo videtur inferri alterumà duobus abſurdis, vel neminem poſſe confiteri Sacramentaliter in genere peccata venialia, quia non poteſt de illis habere verum & efficacem dolorem; vel poſſe abſolui ab illis ſine tali dolore.

Quoad hoc, quod hic infertur, lege ſupra doctrinam Reſ. 98. per totam, & aliarum eius not.

3. Solet huic difficultati reſponderi ex doctrina S.Thomæ *3. part. quæſt.87. artic.1. ad 3.* Impoſſibile quidem eſſe totam venialium collectionem vitare, ſingula tamen vitari poſſe. Ratio verò poteſt aſſignari, quia alioquin non eſſent peccata, nemo enim peccare poteſt, niſi poſſet actionem qua peccat vitare, atque adeo ſufficiet ſingulorum vitandorum propoſitum. Ita Suarex *vbi ſuprà in D. Thom.* Vnde ipſe poſteà *diſputat. 4. ſect. 3. num. 5.* diſtinguit & ait, duplicia eſſe peccata venialia; quædam quæ plena libertate committuntur, & de iis omnibus vitandis poteſt homo habere abſolutum propoſitum, quia eſt poſſibile cum gratia Dei; quæ ſecundum legem ordinariam conſertur dignè petentibus, ſeu præparantibus ſe ad illam. Alia verò ſunt peccata venialia, quæ dicuntur ex ſubreptione, ſeu imperfectè deliberata, quorum collectionem totam vitare longo tempore poſſibile non eſt ſine ſpeciali priuilegio, & ideò circa tale obiectum non poteſt haberi propoſitum omninò abſolutum: poteſt tamen homo proponere omnem diligentiam adhibere ad illa vitanda, quantum humano modo potuerit, & hoc ſemper ſatis eſt. Hactenus Suarius *ſect. illa 3. n.5. & 6.* poſteà *ad art.1. quæſt.87. in illo n.7.* docet, *comparatione totius collectionis propoſitum partim ex ſe eſſe efficax & abſolutum, partim inefficax, & condemnatum: vtrumque enim includit reſpectu diuerſorum, & hoc eſt (inquit) quod D. Thomas declarare voluit: Nam propoſitum illud, & comparatum ad totam collectionem venialium peccatorum, non eſt propoſitum abſolutum, & efficax vitandi illam; quia non eſt de obiecto poſſibili moraliter, & ſecundum legem ordinariam. Solum ergo eſſe poteſt deſiderium quoddam conditionatum cauendi totam, ſi eſſet poſſibile; quia reuera vota diſplicent ex vi pœnitentia.* Ita Suarius, Tandem concludit: *Hinc verò etiam naſcitur vt illud propoſitum ſit faciendi quantum in homine fuerit ad vitanda omnia peccata venialia; ex quo etiam fit, vt tale propoſitum comparatum ad ſingula peccata de ſe ſit efficax, quia quodlibet per ſe ſumptum, eſt obiectum poſſibile, & ad omne poſſibile efficaciter ſe extendit illa voluntas, & ita facilè patet ſenſus D. Thomæ, & reſponſio ad obiectiones.* Sed circa ſupradictam doctrinam Patris Suarez, Cardinalis de Lugo *de Sacrament. Pœnit. diſp.14. num. 130. cum ſeqq.* & Dicaſtillus *de Sacram. tom.2. tract.8. diſp.6. dub.16* aliquas difficultates adducunt, ſed poſteà ab ipſo non diſſentiunt, magis clare eius ſententiam ex D.Thom. declarando.

4. At nimis placet in hac difficultate diſcurſus Patris Sfortiæ Pallauicini *in aſſert. Theol. lib.7. cap.28. n.288. cũ ſeqq.* vbi ita more ſuo doctè philoſophatur. Propoſitum quoque abſtinendi in poſterum ab illis peccatis venialibus, quæ clauibus ſubiiciuntur eſt neceſſarium: difficultas tamen eſt, quomodo id poſſit proponere qui confitetur omnia venialia, & dolet de illis ex motiuo generali, cum ſciat ſe ab omnibus in poſterum abſtinere non poſſe. S.Thom. *3. part. q. 86. art. 1. ad primum*, docet, ſufficere, ſi pœnitens proponat vitare ſingula prout ſingulatim occurrunt, licet non proponat vitare omnia. Quæ doctrina quibuſdam difficilis viſa eſt, non aduertentibus ibi ſanctum Doctorem non agere de pœnitentia in ordine ad Sacramentum, quandoquidem admittit etiam ibi pœnitentiam virtualem, quæ tamen in Sacramento non ſufficit.

5. Quantum ergo ſpectat ad propoſitum requiſitum in Sacramento, ſufficit ſi illud ſit in ordine ad totum aggregatum, itavt quis ſtatuat non committere in poſterum æquali tempore tot, & tanta venialia. Id verò indicat S.Thom. *artic. citat. ad primum*, vbi ad retractationem in genere neceſſariam pro delectatione venialium in Sacramento, vel extra tantum requirit propoſitum ſe præparandi ad peccata venialia minuenda, & Concil. *ſeſſ. 14. can. 4.* requirit propoſitum melioris vitæ. In quo caſu tantumdem peccatorum remittitur, quantum emendationis pœnitens, vel explicitè, vel implicitè proponit.

6. Rurſus, poteſt dari propoſitum vniuerſale affectiuum, etiam cognita morali impoſſibilitate executionis, ſicut datur affectiua deteſtatio vniuerſalis peccatorum præcedentium, quæ tamen pœnitenti non licet efficere, vt non præceſſerint. Huc vſque Pallauicinus, qui etiam poſteà *num.292.* obſeruat,

Sup. hoc in Ref. 1. not. primæ huius Ref. §. Primò. & seq. & §. Tertium.

uat, quod etiam notat Dicastillus *vbi suprà*, quod in ordine ad venialia non requiritur propositum vitandi occasiones proximas: hoc enim propositum requiritur solum quando permanentia in illis est illicita propter periculum. Cæterum si sit licita, quamuis inferat probabilitatem, aut moralem certitudinem noui peccati, non impedit propositum sufficiens, vtpote quod requirit desiderium, & non spem abstinentiæ, & ideò B. Petrus poterat conteri etiam cum reuelatione de suo peccato futuro. Et hinc est, quod etiam in ordine ad mortalia licet aliquando non recedere ab occasionibus proximis, quando ille recessus est adeò difficilis, vt obligatio recedendi plus peccatorum inferret per violationem sui, quam impediret per sui obseruationem, propter quam causam neque tenemur vitare occasiones proximas venialium, neque mortalium vagè, quales possunt esse permanentia in militia, vel in aula, &c.

RESOL. CII.

An sit valida confessio venialium, si aliquis non habeat dolorem, nec propositum cauendi de omnibus.

Et an liceat confiteri illa, de quibus nec dolorem, nec propositum cauendi habet? Ex part. 11. tractat. 7. & Miscell. 7. Resol. 38.

Sup. contento in hac Resol. supra in Ref. 98. 100. & 101. & pro parte in alio §. annot. 1. Ref. 3. huius annot. & infra lege doctrinã §. Nota tertio. Ref. 108. &c.

§. 1. AD primum respondeo affirmatiuè cum Fagundez *in præcept. Eccles. p. 2. l. 1. cap. 1. n. 19.* vbi ex Suarez sic ait: Ex hac doctrina sequitur, veram facere confessionem illam, qui vnum tantum veniale habet, illudque confitetur sine dolore, ac proposito efficaci emendationis ipsius peccati venialis, modo se accuset de aliis venialibus, aut mortalibus anteactæ vitæ iam confessis, & de illis legitimum dolorem habeat, cùm iam debitam materiam confessori subiiciat, & aliunde obex venialium non impediat gratiam, seu effectum Sacramenti. Ita ille; cui adde Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 4. num. 19.* & communiter Doctores, vnde cum Ægidio Coninch *de Sacram. disput. 2. dub. 14. num. 230.* Notandum est triplex discrimen inter propositum requisitum ad remissionem peccati mortalis, & requisitum ad remissionem venialis.

Sup. doctrina seq. lege Ref. 3. not. primæ. & vide eam à principio. & non pigebit. signãter §. vlt.

2. Primum propositum vitandi mortalia, sicuti, & ipsamet contritio, vel attritio debet se ad omnia explicitè, vel implicitè extendere; propterea quod vnum mortale sine alio remitti non possit, neque vnquam hominis iustificatio fieri, manente actuali, aut habituali effectu ad peccatum mortale; quippè cui gratia iustificans per se, ac formaliter repugnat, sicuti docet S. Thomas *q. 86. art. 7.* Alensis *p. 4. q. 69. n. 10.* Adrian. *in 4. de Sacr. Pœn. q.* Quia iam ostensum; Contra vero nihil obstat, quin vnum veniale homini remittatur, altero remanente, vel secundùm habitualem, & non retractatam voluntatem, vel etiam secundùm actualem affectum, seu peccandi propositum; Ratio est, quia S. Thom. indicat *q. 87. artic. 4. ad 5.* Licet gratia sanctificans ad remissionem peccati venialis concurrat, tamen non expellit omne peccatum veniale, quando quidem peccatum veniale in actu, & in habitu, consistere potest cum gratia sanctificante, non item peccatum mortale, sicuti supra etiam dictum fuit.

3. Secundum, Ad remissionem peccatorum mortalium requiritur propositum abstinendi ab omnibus non tantùm in sensu diuiso, sed etiam in sensu collectiuo, itavt animus sit non tantum singula, sed etiam omnia simul cum Dei gratia euitare. At verò ad remissionem peccatorum omnium venialium sufficit propositum vitandi singula in sensu diuiso; Ita vt nullum determinatè designari possit, à quo animus virtualiter saltem non abhorreat; non verò requiritur propositum vitandi omnia simul, & collectiuè; itavt animus sit nunquam venialiter, seu quidem ex animi subreptione, peccandi, hoc enim sine specialissima Dei gratia, homini in hac vita impossibile est: impossibilium autem non est voluntas, sine propositum. Ita etiam docet S. Thomas *q. 87. art. 1. ad primum.*

Sup. doctrina contenta in hoc §. lege §. vlt. Ref. 3. not. primæ huius Ref. & in aliis si eam perlegis à principio.

4. Tertium propositum vitandi venialia necesse non est tam firmum, & efficax esse: itavt, eo perseuerante, tam efficaciter moueatur homo ad declinandas peccati occasiones propinquas, & adhibenda remedia, quæ tum ad peccata, tùm ad peccatorum occasiones vitandas aliquo modo necessaria videntur; sicuti moueri debet ex vero proposito vitandi mortalia. Cùm enim peccatum mortale longè grauius animæ malum sit, quàm veniale; Ideò homo multò maiorem conatum adhibere tenetur ad vitanda mortalia, quàm venialia, consequenter verus pœnitens firmius, & efficacius propositum concipere debet ad mortalium, quàm venialium declinationem. Ex quo vlterius sequitur, faciliùs absolui posse relabentes sæpiùs in eandem speciem peccati venialis, quàm mortalis, quod frequens ille relapsus non ita sit indicium defectus doloris, ac propositi ad eorum remissionem necessarij: quia prouenire potest ex frequentia occasionum, à quibus remouendi faciliùs aliquis excusari potest, quàm à remotione occasionum ducentium ad peccatum mortale.

Sup. hoc supra à §. Quod verò Ref. 98. sed lege eam à principio, & Ref. 100 & ex Resol. 101. §. Verum. vers. Ex quo & infra in fine, §. 1. Ref. 145.

5. Sed pro praxi difficultas in nostro casu est, an licitum sit peccata venialia, de quibus pœnitens non habet dolorem, explicare in confessione? nam sic videtur applicare materiam non sufficientem pro Sacramento; Vnde aliqui putant peccare mortaliter: Sed ego contrarium existimo, ex his quæ docet Ioannes Pontius, qui in concordiam hoc redigit. Et ideò circa superius dicta *in cur. Theolog. disp. 45. quæstione 3. conclus. 5. num. 25.* sic asserit: An quando aliquis confitetur venialia, vt consequatur gratiam Sacramentalem, debeat dolere efficaciter de illis, & habere propositum firmum non cadendi iterum in illa?

6. Respondeo primò, quando nullum aliud peccatum confitetur, præter venialia, eum debere sub mortali dolere de aliquo, saltem ex illis efficaciter, & proponere emendam. Ratio est, quia sine tali dolore, & proposito non esset dispositus ad recipiendam gratiam Sacramentalem, & consequenter applicaret data opera materiam insufficientem Sacramento, & impediret effectum ipsius, & sic concurreret, vt frustraneè conferretur Sacramentum: hoc autem est peccatum mortale, sicut esset peccatum mortale secundùm omnes apponere aquam loco vini ad consecrationem, aut vinum loco aquæ ad baptismum, quia expositio voluntaria materiæ ineptæ Sacramentis est grauissima iniuria, nec alia fortassis ratione peccaret mortaliter, qui confiteretur data opera aliqua peccata mortalia, omissis aliis Sacerdoti, vt impenderet ipsi absolutionem, quod secundùm omnes est peccatum mortale.

7. Respondeo secundò, eum, qui confiteretur aliqua peccata venialia cum dolore efficaci de ipsis, & proposito emendæ, & confiteretur alia sine dolore, aut proposito tali, si id faciat, vt absoluatur ab omnibus, peccare mortaliter ob rationem iam dictam; quia applicat materiam non sufficientem Sacramento; sicut peccaret mortaliter, qui apponeret vnam hostiam non triticeam simul cum hostiis triticeis consecrationi. Si verò illa confitetur, non vt absoluatur ab iis in Sacramento, sed ob aliquam maiorem con-

fusioonem sui, aut vt recipiat instructionem aliquam à Sacerdote, ratione cuius posset induci ad dolorem de ipsis, & propositum ea vitandi, non peccat vllo modo, sicut nou peccaret ex natura rei, qui ornatus causa deauraret Hostiam consecrandam ex aliqua parte, modo non vellet aurum illud consecrari.

8. Per quam resolutionem conciliari possunt fortassis Auctores, quorum aliqui dicunt, quod sit peccatum mortale confiteri talia venialia,& alij,quos sequitur Cardinalis Lugo, putant,quod non sit peccatum mortale. Huc vsque Pontius.

RESOL. CIII.

An possit quis, si non habet peccata mortalia, confiteri in genere, v. g. se commisisse peccatum contra Castitatem?

Et quid si tunc aperiat simul aliqua venialia in specie?

Et obseruatur, quod si quis peccata non habet mortalia, sed venialia tantum, non sat sit, vt dicat in generali se venialiter peccasse, peccatorum tacita specie, sed vt vnicum explicet saltem oportet, in specie peccatum, v. g. mendacij, furti, &c. dato ad venialium homo non teneatur confessionem; nam supposito ea confiteri velit, saltem vnum in specie explicare oportet, suppressis aliis. Ex part.11. tract.7. & Miscell. 7. Resolut. 35.

§. 1. Hanc quæstionem præter alios pertractat Ludouicus Caspensis *in curs. Theol.tom.2. tractat.24. disputat.4. sect.* 18. *num.* 158. vbi sic ait; Difficultas tamen est de eo,qui non habet conscientiam peccati mortalis, an sufficienter confiteatur explicans aliquod peccatum vitæ anteactæ in genere, v. gr. accuso, quod in superiori vita sæpius contra castitatem grauiter deliquerim. Et quidem si tunc aperiat simul aliqua venialia in specie, v. gr. verba otiosa, mendacia leuia, de quibus probabiliter credat esse attritum; non est dubium, quin censeri debeat sufficiens confessio, & impendi debeat absolutio. Itaque difficultas est: An in homine conscientiam lethalis non habente, sufficiens, & licita sit ista confessio; Accuso qood olim grauiter per incontinentiam peccauerim. Suarez *disputatione vigesimatertia, sect.* 1. existimat partem affirmantem speculatiuè tantùm posse defendi, non verò practicè propter materiæ incertitudinem, ac proinde supposito quod aliquis velit confiteri, debere aliquod peccatum, saltem veniale, in particulari exponere; Si verò necessitas vrgeret, vel id fieri non posset, addit peccatum in genere explicatum, verbi gratia, mendacia, vel verba otiosa vitæ anteactæ, fore materiam sufficientem.

2. In primis opinor, confessionem illam si bona fide fiat, validam esse, & vero Sacramento sufficere, quia non est de necessitate Sacramenti, sed præcepti explicare speciatim io confessione peccata, vt patet in moribundo, vel ignaro linguæ, qui nullum speciale possunt explicare peccatum, & ex libitis confessionis signis validè absoluuntur. Dices illud habere locum vrgente necessitate, & non aliàs. Contra, quia neque citra necessitatem illa explicatio est necessaria in confessionibus omninò spontaneis, sicut nec explicare numerum peccatorum, quod videmus fieri apud pios, & doctos, qui contentur de verbis otiosis, de mendaciis leuibus in genere vitæ anteactæ, nullum ex eiusmodi peccatis particulare, nullumvè eorum numerum exponendo, quas confessiones docti, & pij Confessarij approbant.

3. Secundò opinor, prædictam confessionem per se loquendo, licitam esse,& colligitur ex eodem Vasquio. Et probatur ratione adducta, quia non magis requiritur ad hoc Sacramentum vt exponatur peccatorum species, quam numerus: sed exponere numerum non est necessarium,vt vidimus,& est praxis,& vsus piorum, & Doctorum: ergo. Deinde, quia si peccat.species in confessione voluntaria deberet exponi,esset,vt confessario notus esset pœnitētis status: at hæc ratio solùm habet locum in confessionibus necessariis. Nam in liberis,sicut liberè se exponit reus iudicandum de tali peccato in genere: quare sicut istud in summa necessitate,& validè,& licitè exponitur, & absoluitur: sic etiam in summa confitendi libertate. Vnde licet iuxta Trident. species,& numerus peccatorum exponi debeant, hoc intelligendum est de confessioone necessaria, non verò de libera.

4. Dices, ex hac doctrina sequitur, quod hæc confessio sufficiet, & licebit, accuso, quod olim grauiter peccauerim, vel etiam ista; accuso quod olim peccauerim. Respondetur, quod etsi speculatiuè videatur coocedendum consequens, non tamen practicè;quia est contra totius Ecclesiæ consuetudinem; & hæc omnia docet Caspensis *vbi suprà.*

5. Obseruat tamen ex Bonacina Possentius *in recollect.q.mor.verb. confess.Sacr. n* 49. quod si peccata non habet mortalia,sed venialia tantum,non sat est vt dicat in generali, se venialiter peccasse, peccatorum tacita specie;sed vnicum explicet saltem opottet peccatum in specie,v.gr. mendacij, vel furti,&c. dato ad venialium homo non teneatur confessionem; nam supposito ea confiteri velit, saltem vnum io speciali explicet oportet, suppressis aliis. Sup.hocinfra in tr. 4. lege doctrinā Res. 18. & in tr.7. §. vlt. Res.4.

RESOL. CIV.

An, vt quis integrè confiteatur veniale peccatum, possit explicare complicem? Ex part. 11. tractat.4. & Misc.4. Resol.41.

§. 1. Affirmatiuam sententiam contra Eminentissimum Cardinalem Lugo tenet nouissimè Pater Vetricelli *in quæst. moral. tract.7. quæst.*10. quia, ait ille, quilibet habet ius, vt sua venialia peccata integrè confiteatur: ergo licitè vtitur iure suo, quamuis iodè per accidens, sequatur infamia proximi. Sup.hocinfra in tr. 7. lege doctrinā Res. 50. & aliarū eius primæ not.

2. Respondet Lugo *n.*397. hoc argumentum continet petitionem principij,& supponunt probandum, nam de hoc ipso est quæstio: An pœnitens habeat ius ad infamandum complicem, & per consequens an id faciens vtatur iure suo?

3. Contra, tunc contineret petitiooem principij: quando idem esset confiteri integrè, ac complicem infamare; sed ista diuersa sunt, & separabilia; nam potest esse integra confessio sine infamia, quia ignotus, vel nota eius peruersitas Confessario; ergo rectè arguitur, habeo ius ad iotegrè confitendum ex qua confessione per accideos sequitur infamia complicis; ergo possum vti iure meo, non curando, sed permittendo, quod indè per accidens sequatur proximi infamia; sic communiter Doctores docent: Mulierem posse vti iure suo, ne videatur inurbana domo exire, & permittere peccatum eam depereuntis; sic possum vti iure meo petendo Sacramentum à Parocho, & permittere peccatum ipsius, quem scio indignè ministraturum.

4. Probatur secundò, possum ob notabile lucrum temporale, ad quos ius habeo, manifestare occultissimum proximi peccatum: verbi gratia, frater

meus

meus instituit hæredem mulierem ab omnibus honestissimain putatam, possum manifestare occultum eius concubinatum, vt secundùm iura, irrito testamento, consequatur hæreditatem; ergo ob lucrum spirituale integræ confessionis venialium, ad quam per se ius habeo, possum manifestare complicis peccatum.

5. Probatur tertiò, ad subleuandum animi dolorem iniuria affectus, ius habeo, vt possim cum amicis conqueri, & manifestare proximi peccatum: ergo etiam ad purgandam animam, per integram venialium confessionem, possum complicem manifestare.

6. Verùm, his non obstantibus, ego puto in praxi non esse recedendum à sententia Eminentissimi Domini mei Cardinalis Lugo, quam etiam tuetur, & sequitur Leander *de Sacram.tom.1. tract.5. disp.5. quæst. 63.* vbi quærit: An licitè possit pœnitens explicare complicem, quando id requiritur ad explicandum aliquod veniale, quod dat pro materia confessionis?

7. Et respondet, dicendum, quod non possit licitè (nisi aliàs ex confessione talis peccati, aliquod magnum bonum pœnitenti obueniret; vel ob petendum consilium, &c.) quia in hoc casu neque obligat integritas confessionis, nec Christi præceptum, nec ideò tenebitur confiteri bis idem peccatum: cùm nulla sit obligatio illud confitendi; ergo non potest inueniri causa, cur pœnitens possit denigrare complicis famam, ita grauiter apud Confessarium, cùm tam facilè possit illam conseruare.

8. Qui cum Lugo idem esse dicendum, affirmat, loquendu de peccato iam iterum ritè, & plenè confesso, quod scilicet nequeat pœnitens iterum apud alium confessarium explicare cum nouo detrimento graui bonæ existimationis complicis; Secus verò dicendum de peccato mortali dubio; nam de hoc, idem ac de peccato mortali certo, affirmandum est.

RESOL. CV.

An sola attritio in homine iusto sit sufficiens ad remissionem peccatorum venialium extra Sacramentum Pœnitentiæ?

Et an ad remissionem venialium extra, & intra Sacramentum requiratur etiam propositum in posterum vitandi illa?

Vnde, si quis confiteatur multa peccata venialia, an sufficiat ad validitatem Sacramenti, si doleat tantum de aliquo cum proposito de cætero illud vitandi? Ex part.3.tract.4.Res.116.aliàs 117.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Vasquez *in 3. part. tom.4 disp.87. art.16.dub.1.num.6.* quia peccatum quodlibet, etiam veniale, est aliquo modo contra Deum, quippe peruersio aliqua, & recessus à Deo. Ergo extra Sacramentum veluti priuilegium remitti non debet, nisi per pœnitentiam, seu detestationem peccati conceptam propter Deum, seu per quam conuertitur homo ad Deum, quæ est contritio.

Sup. hoc in Res.seq. & in præcedentibus doctrinæ huius Res. vide doctrinam §.Sed quid.& seqq.Res.100. supra, vt ita melius vtrãque dissoluere possis.

2. Sed contrariam sententiam tenent Villalobos *in summ. tom.1. tractat.9. difficult. 16. num.5.* Suarez *in 3. part. tom.4. disputat. 11. sect.3. num.11.* & Coninch *de Sacrament. disput. 2. dub. 14. num. 114.* vbi sic asserit: Probabilius est, ad remissionem peccati venialis etiam sine Sacramento in iustis sufficere attritionem, & adducit multas rationes pro hac firmanda sententia.

3. Notandum est tamen hîc obiter, quod ad remissionem venialium extra, & intra Sacramentum requiritur etiam propositum in posterum vitandi illa. Verùm circa hoc idem dicendum est de venialibus, quod Doctores tradunt de mortalibus; vnde sæpe fieri potest, vt licèt aliquis absolutum, & sufficiens propositum habeat, nihilominus timeat, vel etiam existimet, se non vitaturum omnia mortalia peccata, vel certum aliquod peccati genus; quia antè etiam voluntatis suæ inconstantiam expertus fuerat, & in hoc casu talis omnino est absoluendus, vt rectè notant Syluester *verb. Confessio, 1. quæst. 21.* Lopez *in instruct.part.1.cap.13.quæst.2.* Nauarrus *capit. 3. num.23. & cap. 9. num. 18.* Sa *verb. absolutio, num.12.* Henriquez *lib.4. cap.14. num. 24.* Conioch *de Sacram.disput.2. dub.3.num.19.* Beia *part.3. cap.9.* & alij, quæ omnia procedunt etiam circa propositum vitandi venialia, quod quidem propositum in aliquibus tamen summopere differt à proposito vitandi mortalia, & præcipuè in hoc, quia sicut potest vnum peccatum veniale remitti sine alio, ita etiam potest remitti existente actuali effectu erga alia. Vnde si quis confiteatur multa peccata venialia, sufficit ad validitatem Sacramenti, si doleat tantùm de aliquo cum proposito illud de cætero vitandi. Et hæc omnia erunt multum plausibilia scrupulosis.

Sup. hoc supra in Resol. 101.&c.

Sup. hoc sequ doctrina lege infra §.vltim. Res.109.

Sup.hoc infra in §.Nota tertio. Res 108. & in alio §. eius not.

RESOL. CVI.

An attritio extra Sacramentum Pœnitentiæ tollat peccata venialia in homine iusto?

Et obseruatur non sufficere quamcunque attritionem, sed illam, quæ oritur ex imperio Charitatis, aut illam, quæ talis est, vt feruore suo adæquet grauitatem talis peccati venialis.

Et an alia opera bona iusti distincta à contritione, dilectione Dei, & attritione sufficiant ad remissionem venialium? Ex part. 11. tractat. 5. & Miscell. 5. Resolut. 31.

§. 1. NEgatiuam sententiam tenet doctus Pater Sfortia Pallauicinus *in suis assertionibus Theologicis lib.7.cap.20. num.212.* vbi sic ait; Per attritionem, quæ Sacramentum præcedit, non delentur peccata venialia: nam alioqui, vel nunquam ex vi Sacramenti remitterentur; vel in Sacramento non esset necessaria illorum retractatio, quorum vtrũque videtur esse contra sensum Ecclesiæ, & Fidelium. Certè Tridend.*sess.3.c.5.* & vniuersè definit peccata venialia esse materiam confessionis, tum *c.1.* tum *c.4.* requirit vniuersè contritionem, quatenus est communis perfectè & imperfectè tanquam partem essentialem huius Sacramenti. Quo circa dicendum est tolli peccatum veniale formaliter, per retractationem, quæ fit quoad obiectum, & specificationem, sed non per puram retractationem quoad exercitium. Ita ille; & ante illum Vasquez, & alij quos citat Amicus *vbi sup. n.24.* quibus adde Hurtadum *disp.2.diffic.16.*

2. Sed ego adhæreo affirmatiuæ sententiæ, quam tuentur DD. quos alibi citaui, quibus nunc addo Dicastillum *de Sacram tom.2.tract.8. disput.2.dub.17. num. 802.* Dico igitur; quamcumque attritionem veram sufficere ad remissionem venialium de quibus attritio habetur.

Alibi in Res. præterita, & lege etiã §§. eius primæ not.

3. Probatur hæc opinio ex eo, quod ille actus attritionis in homine iusto, sit opus sanctum, & honestum, & meritorium, atque adeo sanctitas quædam per modum operationis. Præterea gratia, quæ datur, intuitu talis operis, est gratia data intuitu retractationis peccati: ergo nihil deficit quominus

peccatum illud censeatur sufficienter retractatum, vt remittatur.

4. Nec obstat argumentum Patris Pallauicini, quod ex nostra sentcotia sequeretur quod ex vi Sacramenti nunquam peccata venialia remitterentur: nam respondeo cum Suarez, *disp.* 11. *sess.* 3. *num.* 18. qui non putat vllum inconueniens, quod peccatum veniale; quando de illo fit confessio nunquam ita tollatur per absolutionem, quin fit iam prius expulsum per attritionem: satis enim putat, quod aliquando peccata venialia tollantur simul cum mortalibus in homine tantum attrito; nam hic effectus satis ostendit claues per se vim habere ad tollenda peccata venialia, quando dispositio pœnitentis per se sola non sufficit. Vnde (inquit Suarius) accidentarium esse, quod in homine iusto supponatur ablata per condignam satisfactionem, atque absolutionem: id enim non tollit veritatem formæ. Aliam responsionem adducit Dicastillus, & latè Amicus *suprà num.* 39.

5. Dicendum est itaqoe, peccatum veniale remitti per actum attritionis: quin addunt Suarez, & Coninch sufficere, vt hæc attritio sit virtualis inclusa in aliquo opere bono; facto cum intentione impetrandi remissionem peccati venialis: quia talis intentio impetrandi à Deo veniam, includit virtualem displicentiam peccatorum. Fundamentum est, quia minor pœnitentia requiritur ad remissionem venialis, quàm mortalis; alioquin nullum foret discrimen inter veniale, & mortale: ergo si contritio est necessaria ad remissionem mortalis extra Sacramentum, minor pœoitentia sufficiet ad remissionem venialis: ergo sufficit attritio etiam virtualis. Sed amicus *in Curs. Theolog. tom.* 8. *disputat.* 6. *sect.* 3. *num.* 28. 29. & 30. probat, ad remissionem peccatorum venialium extra Sacramentum non sufficere attritionem virtualem, sed requiri attritionem formalem.

6. Obseruandum est tamen hîc, inter propositas sententias, mediam extare, scilicet non sufficere quamcumque attritionem, sed aliquam, illam scilicet, quæ oritur ex imperio charitatis, aut illam, quæ talis fit, vt feruore suo adæquet grauitatem talis peccati venialis. Et hanc sententiam tenet Eminentiss. Lugo *de Pœnitent. disputatione nona, numer.* 29. *cum seqq.* Sed ea, quæ in eius fauorem adducit Cardinalis, refellit Dicastillus, *vbi supra numer.* 412. *cum seqq.*

7. Sed an alia opera bona iusti distincta à contritione, dilectione Dei, & attritione sufficiant ad remissionem venialium?

8. Qui negant attritionem iusti sufficere ad remissionem venialium, potiori ratione negabunt, alia opera, quæ non tam expressam retractationem continent, posse id præstare; ideò auctores relati pro parte negatiua in præcedenti parte dubitationis, etiam in hac negant.

9. Verùm oppositam sententiam tuetur Dicastillus *num.* 416. qui citat Suarez, & cum eodem etiam sentit *num.* 418. quemlibet actum meritorium sufficere, dummodo ab operante referatur ad effectum obtinendi veniam peccati venialis: tunc enim ille actus sub ea intentione virtualem includit displicentiam venialis.

RESOL. CVII.

An attritio sufficiat ad iustificationem in Sacramento ex solo motiuo timoris, & non amoris?

Et notatur, quod qui detestatur peccata ob agritudinem, infamiam, nimiam paupertatem, prout à Deo infligi solent propter peccata, veram attritionem conciperet.

Et docetur, quod quando quis iterum confitetur peccata iam confessa, non est obligatus ad nouum actum doloris, vel attritionis.

Et quod dispositus ante confessionem cum dolore peccatorum non indiget renouatione doloris, quando actu confitetur.

Et quid est sentiendum de illo, qui addit a iquod peccatum statim post absolutionem: Ex part. 11. tractat. 8. & Misc. 8. Ref. 43.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Pasqualigus *in Theolog. tom.* 2. *disput.* 78. *sect.* 2. *num.* 6. vbi, ait enim: veram attritionem non posse prouenire ex solo timore, sed debere prouenire ex aliquo amore Dei. Probatur. Attritio, vt sit vera attritio debet excludere voluntatem peccandi, vt definit Trident. *sess.* 14. *cap.* 4. sed quando est ex puro timore, & non ex amore Dei, non excludit; ergo. Minor probatur: voluntas peccandi non excluditur nisi per auersionem à peccato. Non potest autem quis auerti à peccato, nisi aliquo pacto se conuertat in Deum, & non potest se conuertere nisi per amorem; ergo. Dices ex ibidem: id esse verum de amore, quando displicet sola pœna; non autem quando displicet etiam peccatum. Contrà peccatum non displicet, nisi sub ratione mali, atque adeo solum ratione boni; ex cuius amore oritur displicentia. Ergo quando displicet ex solo timore pœnæ, displicet solum ex amore boni creati, quo priuat pœna: ergo ex amore, qui non rectificat voluntatem, tunc solum rectificetur, quando se conuertit in Deum. Confirmatur: si peccatum displiceret ratione pœnæ damni, seu priuationis visionis Beatæ, iam displiceret ratione amoris vltimi finis, atque adeo attritio oriretur ex amore Dei. Ita Pasqualigus, qui pro hac sententia adducit Valentiam, Vasquez, quibus ego addo Patrem Sfortiam Pallauicinum *in assert. Theolog. libr.* 7. *capit.* 12. *num.* 144. *cum seqq.* Nam ait ipse, videtur summè incongruum, vt cùm Deus statuerit neque conferre habitum fidei adulto sine præcedenti actu fidei, neque spem sine præcedenti actu spei, velit tamen conferre charitatem sine præcedenti actu charitatis: Porro Tridentinum dicit, iustificationem esse renouationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, vnde homo ex iniusto fit iustus, & ex inimico amicus; at non voluntariè fit amicus qui nullo modo amat. Et certè cùm ad amicitiã requiratur, vt alteri afficiamur in ratione finis, cui non potest esse dispositus ad amicitiam diuinam, qui nullum talem effectum habet erga Deum, sanè in peccato præcipua malitia, quam agnoscunt Sanctus Thomas, & cæteri Scholastici, est auersio à Deo in ratione finis, cui sub qua ratione ipse est optimus, & magis meretur amorem quàm sub quacumque alia ratione, hoc est quatenus est bonus nobis: ergo peccatum non debuit deleri, nisi per oppositam conuersionem ad eundem Deum, tanquam ad finem cui, ac proinde per actum amoris.

Sup. hoc lege doctrinã Ref. & §§ qui assignati fuerunt ista in annot. prima & secunda §. Notandum est, huius Ref.

2. Confirmatur hæc ratio, quis enim putaret congruè dispositum ad impetrandam non solùm veniam, sed amicitiam Principis eius offensorem, qui sic peteret veniam, displicet mihi quod te offenderim, eo quod metuam à te puniri. Ceterùm de tua displicentia, & de tua auersione gratia sui nullum affectum habeo? Porro sub hac forma se offerret Deo quicumque peccator in confessione, qui pœniteret ex solo motiuo metus.

3. Ideo Concilium Tridentinum docet quidem *sess.* 14. *cap.* 4. & *can.* 5. Attritionem quæ disponit ad iustifi

iustificationem in Sacramento communiter concipi ex terrore pœnarum, sed nunquam dixit eam posse esse ex hoc tantum motiuo: Imò cùm afferat exempla Niniuitarum, à quibus improbabile est impetratam esse iustificationem sine vllo charitatis affectu; patet, Concilium loqui non tam de ipso affectu attritionis formali, quàm de illo primo motiuo per quod incipimus disponi ad attritionem; in qua tamen aliud perfectius motiuum includatur. Hæc Palauicinus qui postea *num.* 150. subdit, neque ex hac doctrina requirente motiuum amoris ad attritionem in Sacramento requisitam, redditur, aut difficilis aut valdè incertus valor confessionum, quæ communiter fiunt bona fide à Christianis. Id enim si sequeretur, potius à nostra sententia recederemus. Nil quippe nobis adeò compertum in istis quæstionibus, quàm spectare ad generalem prouidentiam Dei Redemptoris, vt pharmaca ab eo instituta pro reparatione nostræ naturæ, prosint communiter illis à quibus bona fide vsurpantur, nec vllus qui damnatur possit obtendere probabilem ignorantiam, ratione cuius non adhibuerit media necessaria ad animæ sanitatem. Cæterùm negamus prædictam sequelam; quis enim est qui seriò concipiens Deum, cuius nomine intelligimus ens summè bonum, & summè nobis beneficum, ad eumque confugiens, tanquam ad iustitiæ, & misericordiæ fontem, & paratum reconciliare sibi suos inimicos, eósque in filios adoptare, non excitetur ad aliquem amorem ipsius, ac proinde ad aliquam displicentiam quod tantam bonitatem offenderit: At simul cum hoc affectu ille qui accedit ad confessionem detestatus peccata præterita, & futura ex nocumentis quæ afferunt, ergo præfert amicitiam Dei omnibus oppositis tam præteritis, quàm futuris. Ita ille. Cui adde Henriquez *l. 4. c. 26. littera B*, cum Siluio *in 3. partem Diui Thomæ supplement. q. 5. art. 3. partis 7.* docet Leander eam solùm attritionem sufficere quæ includat etiam aliqualem, licet debilem dilectionem Dei super omnia.

4. Sed contrariam sententiam tenet Ioannes Præpositus *in 3. part. Diui Thomæ quæst. 76. art. 2. dub. 11. num. 71.* asserit enim attritionem sufficere quod aliquo modo respiciat eum quatenus potest infligere pœnas. Itaque sufficit vt attritio sit ex puro timore, idem docet Iuseph Augustinus *in breui notitia de Sacram. pœnit. num. 17.* Gaspar Hurtadus *de Pænit. difficult. 5.* Hieronymus Llamas *in Exodo part. 2. cap. 2. §. 1.* Abellus *in medulla Theologiæ tom. 2. cap. 5. sect. 8.* Ysambert, *tom. 2. de Sacrament Pænitent. disp. 12. art. 1.* Vnde ex Fagundez Pater Tamburinus *opusc. de confess. cap. 1. §. 6. num. 56.* docet, actum attritionis esse huiusmodi; Pœnitet me de meis peccatis, quia per illa Deus me beatitudine priuare potest, vel multis malis temporalibus vel æternis affligere, vel quia per illa anima mea coram Dei oculis deturbatur, & propono emendationem in futurum, & Amicus *in cur. Theolog. tom. 8. disp. 3. sect. 4. num. 63.* sic ait; Omnis contritio progignitur ex timore filiali erga Deum, non autem attritio, quæ esse potest ex timore seruili.

5. Et quidem nominatim contra Syluium, *vbi suprà*, Insurgit Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacrament. pœnit. disput. 5. sect. 9. num. 133.* vbi sic ait; Tota ergo difficultas huius rei est in distinguenda attritione à contritione perfecta, quidam enim eam distinguunt per minorem intensionem vel durationem: alij per acceptationem diuinam; alij ex eo, quod idē actus prout informatur à gratia sit attritio, quæ omnia benè impugnat Suarez *vbi supra*, qui cum communi Theologorum docet distingui hos duos actus penes ordinem ad motiua diuersa; nam contritio est dolor de peccatis propter Deum summè dilectum: attritio verò est dolor propter alia motiua, quod ex supradictis facilè constat.

6. Sed quæ sunt hæc motiua attritionis, communiter reducuntur ad duo capita, scilicet ad metum gehennæ, & pœnarum, & ad turpitudinem peccati; Nam hæc duo expressit Tridentinum *vbi suprà*, agens de motiuo propter quod communiter concipitur attritio. Et quidem omnia motiua facilè ad hæc duo possunt reduci: Nam desiderium beatitudinis, vel aliorum donorum videtur comprehendi sub timore gehennæ, & pœnarum; idem enim esse videtur timere carentiam alicuius boni, ac desiderare illud. Deinde quæcunque alia malitia propter quam detestemur peccatum, videtur comprehendi in turpitudine peccati, omnis ergo attritio est propter metum pœnarum, vel propter peccati turpitudinem.

7. Huic communi doctrinæ se se opponit iterum Franciscus Syluius *q. 1. supplem. art. 3.* vbi docet, eam solùm attritionem sufficere cum Sacramento, quæ includat etiam dilectionem Dei super omnia, licet debilem, & imperfectam, quam dicit eum Sacramento, quando eius susceptionem excludit necessitas. Hæc tamen sententia est contra omnes Theologos, & contra Tridentinum *vbi suprà*, nam ibi apertè dicitur, attritionem de qua agebatur, & de qua dicitur sufficere cum Sacramento, hanc ipsam non sufficere sine Sacramento; hæc enim sunt verba Concilij: *Et quamuis sine Sacramento pænitentia de se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat*: Tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Condistinguit ergo Concilium attritionem, quæ sufficit solùm cum Sacramento, ab ea dispositione, quæ sufficit sine Sacramento. Nunc ergo inquiro ab illo Auctore, de qua dispositione loquatur. Cùm petit amorem Dei super omnia. Si enim loquitur de dilectione imperfecta, quæ non sufficit sine Sacramento; malè concedit posse in casu necessitatis iustificare sine Sacramento. Si verò loquitur de dilectione perfecta, falsò dicit hanc semper requiri cum Sacramēto: Hæc enim etiam extra Sacramentum sufficit: Et Conciliū apertè docet, aliquam dispositionem, quæ nunquam sine Sacramento sufficit, sufficere cum Sacramento. In quocunque ergo sensu loquitur contra Tridentinum. Ita Lugo, qui postea alia pulchra asserit ad hanc sententiam firmandam, quam etiam nominatim contra Syluium tenet Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 1. quæst. 12.* vbi sic ait: eam solùm attritionem sufficere, quæ includat etiam aliqualem licet debilem dilectionem Dei super omnia. An attritio habita ob metum solùm gehennæ, & pœnarum, vel ob turpitudinem peccati sufficiat ad recipiendum effectum Sacramenti Pœnitentiæ. Negat Syluius, sed certissimè respondeo eam solùm sufficere adhuc nulla intercedente dilectione Dei super omnia, quia id expressè docet Concilium Trident. *sess. 14. c. 4.* & vniuersi Theologi. Vnde opinio Syluij plusquam improbabilis censenda est. Et satis sit circa præsentem difficultatem Doctorum opiniones adduxisse.

8. Notandum est tamen obiter, quod qui detestaretur ex Granado peccata ob ægritudinis infamiam, nimiam paupertatem prout à Deo infligi solent propter peccata, veram attritionem conciperet; cuius tamen obiectum formale non erunt prædictæ pœnæ; quippe, quæ sunt aliquod malum; sed bona illis opposita nempè salus, honor, diuitiæ, non vtcunque considerata, sed quatenus Deus ea largitur in præmium virtutis, & prout ad beatitudinem conducere possunt, & interdum solent, & hæc om-

Sup. his lege doctrinam §. 2. Ref. seq. & supra ex Ref. 95 § vlt. per totum, & superius in §. 1. ex Ref. 30. §. vlt.

nia docet Cardinalis Lugo *vbi supr. n.* 140. Granadus *in 3. part. contron. 7. tr. 2. disp. 8. sect. 1. num. 5.* Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 6. quæst. 14.* qui citat Hurtadum, Coninch, Ochagauiam, Suarez, & Llama; quibus adde Tamburinum *opusc. de confess. c. 1. §. 4. num. 11.* Reginaldum *tom. 1. lib. 8. num. 4.* & Varinum *in serm. Gregor. part. 1. regul. 4.* Iosephum Augustinum *in breui notitia de Sacram. num. 57.* & tandem Lessius *in 3. part. D. Thom. qu. 1. quid sit contritio, dub. 5. num. 18.* sic ait: Dico quintò, an prima species attritionis, cum Sacramento sufficiat, non est certum; satis tamen probabile est sufficere: tenet Sotus *dist. 18. q. 3. art. 3.* quod intellige, si malum illud temporale propter quod dolet, apprehendatur, tanquam à Deo infligendum, secus verò si apprehendatur vt malum merè humanum. Probatur exemplo Niniuitarum, quorum pœnitentia laudatur à Domino, & tamen timore euersionis vrbis, & mortis temporalis pœnitentiam egerunt, ergo si quis cum tali pœnitentia accederet ad Sacramentum, consequeretur fructum Sacramenti. Confirmatur: quia hic dolor sequitur ex fide prouidentiæ, & Iustitiæ diuinæ, & ex timore Dei tanquam vltoris peccatorum. Ita ille. Et tandem hic obiter pro consolatione aliquorum apponam verba Patris Remigij *in pract. confess. tr. 5. c. 5. §. 14. n. 9.* vbi me citato sic asserit: Quando vno si confiessa solo de peccado ya confessados, no està obligado à hazer particular acto de contricion, ù atricion, paro ser absuerto; Porque por el mismo caso que repite la confessioo, repite tambien la contricion y dolor de los pecados ya confessados, con que se abre puerta para sossegar à muchas personas de temerosa conciencia, que se confessan à menudo, y de los mismos pecados, y nunca acaban de creer, que tienen dolor de sus culpas. Finalmente el que se dispuso para confessarse y tùuo dolor de sus pecados, no necessita de renouarle en la misma confession, porque permanece actualmente el dolor quando el penitente no le retrata.

Sup. hoc in Ref. seq. §. 1. & in § 2. & 3. not. prætexitæ.

Sup. hoc suprà in Ref. 95. § Idem. & in aliis eius not. & melior, & magis latè in Ref. 89. & in aliis eius annot.

Sup. hoc suprà in Ref. 94. & in aliis eius annot.

9. Lo mismo se dize del, que buelue à confessarse de otro pecado, en acabando de recipir la absolucion, y lo suelen assi practicar los confessores; quando confiessan à los enfiermos que estan de peligro, que no da lugar para larga confession. Ita ille. Sed in istis casibus melius erit quod pœnitens renouet dolorem.

Sup. hoc suprà in Ref. 95. § Nota hic. & in aliis eius not.

RESOL. CVIII.

An ad Sacramentum Pœnitentia sufficiat attritio de peccatis ob malum temporale, &c. vbi plura de attritione?

Et an attritio ad Sacramentum Pœnitentia sufficiens non debeat esse existimata contritio?

Et notatur, quod non est necessarium, vt attritio ad Sacramentum Pœnitentia requisita antecedat confessionem, sed sufficit, quod antecedat absolutionem.

Et an ad effectum Sacramenti Pœnitentia sit necessaria attritio omnium venialium?

Idem est quoad dolorem de mortalibus antea legitimè confessis.

Et an sit habenda attritio, vel contritio de peccatis obliuioni traditis? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 193.

Sup hac prima doctrina cursim in Ref. 1. not. seq. & in eodem §.

§. 1. OB infamiam, v. g. vel ob nocumentum salutis, vel ob pœnam, siue pecuniariam, siue corporalem, qua peccator damnatus est, vel damnandus à iudice humano, vel ob similia. Et negatiuè respondet Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 92. art. 1. dub. 3.* Suarez *disp. 20. sect. 2.* & alij, quibus adde Syluium *in 3. part. supplem. Diu. Thomæ quæst. 1. art. 3. in fine*, alioquin sequeretur quòd solis naturæ viribus posset peccator sufficienter se dispooere ad Sacramentum & Sacramenti effectum.

ad medium, & in Ref. 1. in eodem §. & in Ref. 3. §. vlt.

2. Mihi verò contraria sententia modo, quo infrà, explicanda, etiam probabilis videtur, quam docet Ægidius de Coninch, & Petrus de Ochagauia, quos citat, & sequitur Gaspar Hurtado *de Sacram. disp. 6. de pœnitentia, diffic. 5.* vbi sic ait: Aliqui docent, & meritò, attritionem, & dolorem peccatorum ob malum temporale cum respectu ad Deum, à quo immissum, aut immittendum est in pœnam, id est, dolorem de peccato, quia Deus ob illud immisit, aut immittet dictum malum (vt verè fieri potest, quia quodcumque malum, quod non sit culpæ, à Deo immittitur) sufficere ad effectum sacramenti Pœnitentiæ; non verò ob malum temporale, vt aliunde eueniens, vel euenturum absque respectu ad Deum. Ratio prioris partis est, quia dolor ob malum temporale modo dicto respiciens Deum (qua ratione quodammodo est æternum, & ad alteram vitam pertinens) ex se non solùm est honestus, sed etiam habet motiuum, quod tantùm est ad dolendum de peccato, & non ad dolendum de bono opere, & excludit effectum peccandi, quia Deus etiam eo malo punit peccatum, & non opus bonum. Et confirmatur hæc ratio, quia dolor iste, vt sic, oritur ex displicentia, aut ex metu pœnarum diuinarum, quem Tridentinum supponit sufficere ad effectum huius Sacramenti. Ratio verò superioris partis est, quia dolor ob malum temporale, vt non respiciens Deum vt puniturum, sed vt aliunde proueniens, quamuis possit esse honestus, habet tamen motiuum, quod potest esse ad dolendum de bono opere; quia etiam opus bonum potest esse occasio talis mali, & ob id & se non excludit effectum peccandi, quod Tridentinum requirit in dolore, vt sufficienter disponat ad gratiam huius Sacramenti. Ita Hurtado.

Sup. hoc in Ref. prætexta, §. Notandum est. & suprà in Ref. 95 § vlt. per totum. & superius in tr. 1. in Ref. 30 ex doctrina §. 2. ante mediū, & signanter ibi §. vlt.

3. Notandum est tamen hîc obiter. Primò contra Sotum *in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 2.* Bellet. *de potestat. Ecclesiæ, quæst. 2.* & Cordubam *in Quæstionario Theologico quæst. 2.* quòd attritio ad sacramentum Pœnitentiæ sufficiens, non debet esse existimata contritio. Ita Paludanus *in 4. dist. 19. q. 1. art. 2.* Vasquez *vbi suprà, dub. 2.* Coninch *de Sacram. quæst. 62. art. 1. dub. 2.* & alij communiter.

Sup. hoc suprà in tr. 1. Ref. 30. §. 2. ante mediū, à vers. Et fundamento.

4. Notandum secundò contra Petrum de Ochagauia *de Sacram. tract. 1. de pœnitentia, quæst. 18.* & contra Coninch à me alibi citatum, non esse necessarium, quòd attritio ad Sacramentum Pœnitentiæ requisita, præsupponatur, & antecedat confessionem; sed sufficere, quòd antecedat absolutionem, etiam si tempore aliquo post confessionem eliciatur. Ita Hurtado *loco citato diffic.* 10. & ego latiùs alibi.

Alibi suprà in Ref. 96. & 97. & in alio §. earum notationum.

5. Nota tertiò ad effectum sacramenti Pœnitentiæ non esse necessariam attritionem omnium venialium, etiamsi eorum fiat tantùm confessio; quia in hoc casu sufficit dolor aliquorum, imò vnius tantùm, quia vnum peccatum veniale potest remitti sine alio. Et idem dicendum est quoad dolorem de mortalibus antea legitimè confessis. Ita Hurtado *loco citato, diffic.* 7. & ego alibi.

Sup. hoc suprà cursim in fine Ref. 105 & ex Ref. 102. lege doctrinam §. 1. & si eam videas per totā non pigebit.

6. Sed si quæras hîc incidenter, an habenda sit attritio, vel contritio de peccatis obliuioni traditis: Respondeo affirmatiuè. Primò si pœnitēs se generatim peccasse meminerit, sed quæ, vel qualia peccata sit oblitus. Aliud erit si nec in genere se peccasse meminerit

nerit nisi fortè à multo tempore confessus non sit, & memoriæ diffidens ob fragilitatem se peccasse metuat, hoc enim in casu ipsum in genere côteri debet, non sub conditione, sed sub præsumptione probabili; quæ interdum generat tantum dolorem, quantum certitudo peccati. Secundò, si post habitam contritionem de peccatis recogitatis occurrat aliud peccatum, quod priùs in memoriam non venit, tunc de eo contritio, vel attritio habenda erit; quia formalis pœnitentia de omnibus peccatis per se habenda est; contritio autem, quæ hîc præcessisse supponitur, non fuit, nisi virtualis respectu peccati obliuioni traditi; ergo manet obligatio ad formalem eius pœnitentiam, cuius in illa virtuali votum continebatur. Et hæc omnia docet Guilielmus Mercerus *de Sacram. in supplem. 3. part. D. Thomæ quæst. 2. art. 3.*

Quamuis nō plenè sup. hoc lege tamen supra doctrinam §. Quæro secundò. Ref. 94.

RESOL. CIX.

An aliquis accedat ad confessionem sufficienter attritus absque alio formali proposito non peccandi de cætero recipiat gratiam, & confessio sit valida?

Et docetur, vt quis habeat propositum vitandi peccatum futurum non requiri, vt positiuè iudicet se constanter euitaturum peccata etiam mortalia, sed quod in præsenti verè proponat, quantum in se est, illa vitare. Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 66.

Sup. hoc in Ref. seq. & in Ref. 1. post seq. §. Sed circa.

§. 1. DE hoc nouissimè interrogatus respondi affirmatiuam sententiam docere Iacobum Granado *in 3. part. de Sacrament. controuers. 7. tract. 18. disput. 3. sect. 1. num. 6.* vbi sic ait: Verùm Pœnitentiæ sacramentum constare non potest sine dolore peccatorum, & quoniam qui dolet se aliquid fecisse, consequenter statuit in futurum præcauere, pertinet etiam ad essentiam pœnitentiæ istud propositum, quòd licèt formaliter, ac proinde distinctum à dolore requiratur ad contritionem, ad attritionem existimo sufficere virtuale, quale intrinsecè clauditur in dolore, quia Tridentinum non requirit formale, dum de illa tractat, nec est sufficiens motiuum ad id asserendum. Quare qui ex animo dolet de peccatis propter pœnas inferni, sufficienter dispositus accedit ad sacramentum Pœnitentiæ absque alio proposito formali non peccandi de cœtero, quamuis consilium optimum sit non accedere sine illo. Ita Granado; sed an probabiliter, alij iudicent. Vide Tannerum *tom. 4. disputat. 6. dub. 4. num. 83. & 84.*

Sup. doctrina contenta in hoc §. suprà ex Ref. 105. lege §. vlt. ab eius lin. 5.

2. Aduertendum est tamen pro praxi, ad hoc vt quis habeat propositum vitandi peccata in futurum, non requiri, vt positiuè iudicet se constanter euitaturum peccata etiam mortalia, sed quòd in præsenti verè proponat, quantum in se est, illa vitare, qui actus, vt patet, haberi potest cum iudicio probabili, quòd quis reincidet in peccata. Vnde peccator, qui propter consuetudinem vix sperat se non lapsurum rursum in eadem peccata, potest legitimè disponi ob absolutionem obtinendam, quod est notandum à Confessariis. Et ita docet Ioan. Præpositus *in 3. part. D. Thom. q. 86. art. 1. dub. 6. numer. 45.*

RESOL. CX.

An ad effectum Sacramenti sufficiat implicitum propositum de cætero non peccandi, quod in ipsa detestatione peccati virtualiter continetur? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 119.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq. §. §. Sed circa. & pro confessione venialium in hoc casu lege supra doctrinam Ref. 101.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Sotus *in 4. dist. 15. q. 1. art. 2. & disp. 17. quæst. 2. art. 1. & lib. 2. de natura. & gratia, cap. 14.* Cano *relect. de pœnit. part. 1.* Bellarminus *lib. 2. de pœnit. cap. 6. & 7.* & alij, quia Concilium Tridentinum *sess. 6. cap. 6.* hoc propositum requirit distinctum ab amore Dei.

2. Sed contrariam sententiam probabilem esse puto, quam tuentur Vega *lib. 3. in Concil. Trident. cap. 21.* Petrus Soto *de pœnit. lect. 17.* Maior, & Almaynus *in 4. sent. dist. 14. quæst. 1.* cum aliis; & ratio est, quia vno simplici actu detestationis peccatorum ex motiuo supernaturali, homo sufficienter disponitur ad iustificationem, & tamen fieri potest, vt de vita in posterum instituenda, aut peccatis euitandis nihil cogitet. Ergo. Aduertit tamen Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 9. difficult. 19. num. 8.* quòd [quando el penitente se acuerda de los pecados futuros, tiene obligacion de tener proposito actual de euitarlos, que de otra manera le tendra virtual, mas quando por la tristeza y dolor de los pecados no se acuerda de los futuros, esto basta, como le Basto à Dauid.]

3. Ex quibus Layman *in Theol. moral. lib. 5. tract. 6. c. 4. num. 6.* conciliat DD. citatos, quorum aliqui ad iustificationem peccatoris formale propositum vitandi peccata requirunt, alij verò implicitum in ipsa peccatorum detestatione inclusum sufficere aiunt. Hinc Franciscus Syluius *in addit. ad 3. part. q. 1. quæritur 1.* sic asserit: Si quis occupatus, vel in examinanda sua conscientia, vel in detestanda vita præterita, vel in imploranda Dei misericordia, & petenda venia, vel in excitando se ad amorem Dei, & dolorem de ipsius offensa, non cogitet actu, dicens intra seipsum: Volo abstinere à peccatis, sed bona fide eat ad confessionem, ibique se accusans veniam petat, verè est contritus, talisque eius confessio est bona, quia in dicto examine peccatorum, & petitione veniæ à Deo, includitur sufficiens propositum non peccandi de cætero. Ita Syluius, & ego. Vnde Confessarius ex supradictis sedabit multos scrupulos aliquorum dubitantium, si habuerint cum detestatione peccatorum formale propositum, illa de cætero vitandi.

RESOL. CXI.

An propositum non peccandi de cætero expressum, & formale sit necessarium confitenti in articulo mortis? Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 34.

§. 1. CVi non occurret is casus? Et ad illum negatiuè respondet Pater Suarez *3. part. tom. 4. disput. 4. sect. 3. num. 4.* vbi sic ait: Deinde obseruo, hoc videri intelligendum regulariter, quando reliquum est aliquod tempus præsentis vitæ: nam si homo in ipso mortis articulo pœnitentiam agat, non est, quòd de proposito vitæ futuræ sollicitus sit: nec enim obligandus est ad habendum illud propositum sub conditione, si vixero: tum quia hi actus conditionales circa futura, per se absolutè loquendo non sunt necessarij ad salutem; tum etiam quia fieri potest, vt vita futura iam sit desperata moraliter & ideò nulla ratio postulat, vt talis actus sit tunc simpliciter necessarius. Et hoc etiam confirmat vsus: nam si hominem damnatum ad mortem exhortemur ad pœnitentiam, non multum curamus de futuris actibus in præsenti vita; sed de dolore præteritorum; quia licèt aliquantulum vitæ supersit, moraliter tamen quasi nihil reputatur: nam quod parum distat, distare videtur, & perseuerando

eo

eo tempore in dolore, & detestatione vitæ præteritæ, satis proponitur obseruantia mandatorum pro eo breui tempore. Ita Suarez.

2. Sed aduersùs illum insurgit Tannerus *tom. 4. disput. 4. quæst. 6. numer.* 16. quia inquit, non video, quomodo hoc probetur, cùm semper quandiu homo viuit, peccare possit, ipsum etiam propositum tale pertineat aliquo modo ad resarciendam iniuriam.

3. Verùm sententiam Suarez sequitur Fagundez *in præcept. 2. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num.* 13. vbi sic asserit. In nonnullis casibus per accidens sufficit propositum virtuale inclusum in ipsa detestatione peccatorum, vt verbi gratia, in articulo mortis, quando quis omninò est in extremo vitæ articulo, vel quando de eius vita desperatur, vel est condemnatus ad mortem: nec enim videtur necessarium habere huiusmodi formale propositum cauendi de cætero peccata in futurum. Sufficit enim in hoc casu propositum virtuale inclusum in perfecta detestatione peccatorum. Ita Fagundez.

4. Sed melius dicendum putat Ioannes VViggers *de Sacrament. in supplement. ad 3. part. quæst. 1. art. 1. num. 7.* quòd in isto articulo, si cogitatio de vita instituenda in futurum non occurrat, possit sufficere sæpiùs virtuale propositum; quod in seria peccatorum commissorum detestatione includitur: quia animus non tam versatur in cogitationibus de modo viuendi de cætero, quia de vita quasi desperat: & sic per inaduertentiam excusatur à proposito explicito formando. Hæc VVigers.

Quæ hic est Res. antecedens, & vide Res. 1. post præteritam.

5. Sed circa præsentem quæstionem ne deseras videre Doctores, quos ego citaui *in part. 3. tract. 4. resolut.* 111.

6. Nec deseram hîc adducere opinionem Patris Lugo *de Sacrament. pænitent. disput.* 14. *sect.* 5. vbi postquam adduxit diuersas sententias circa præsentem quæstionem sic ait. Ego distinguendum existimo: aliquando enim dolor est talis, in quo virtualiter includitur propositum requisitum, & tunc non exigitur ad valorem Sacramenti aliud propositum formale: aliquando verò dolor non includit tale propositum, & requiritur propositum vniuersale præter dolorem. Potest enim dolor esse non ex motiuo vniuersali, sed speciali, propter quod pœnitens dolet de peccatis illis, quæ confitetur: & quidem hic dolor nec virtualiter continet propositum vniuersale non peccandi de cætero, sed ad summum continet propositum non committendi illa peccata, de quibus homo dolet; Alius verò est dolor de peccatis ex motiuo aliquo vniuersali comprehendente omnia peccata mortalia, vt si doleat homo propter offensam grauem Dei, propter irreuerentiam Dei, propter pœnas inferni, & carentiam beatitudinis, quæ correspondet omni peccato mortali: & quidem hic dolor virtualiter saltem continet propositum non peccandi mortaliter de cætero. Quando ergo dolor est prioris generis, requiritur propositum vniuersale, cùm in ipso actu doloris non contineatur: quando verò dolor est posterioris generis, ipse dolor sufficit ad valorem Sacramenti, cùm in se contineat virtualiter tale propositum vniuersale. Impossibile enim est, quòd aliquis doleat efficaciter de furto, verbi gratia, præcisè, quia est offensa grauis Dei, & quòd simul velit offendere Deum grauiter alio peccato diuerso, quia per priorem actum odit offensam grauem Dei super omnia: per posteriorem verò vult offensam grauem Dei ad vitandam iacturam alterius boni inferioris: quæ esset contradictio: ergo ille prior actus implicitè extenditur ad vitanda omnia peccata mortalia, quæ sunt graues offensæ Dei. Hucvsque Pater Lugo. Consulendi tamen sunt Pœnitentes etiam in articulo mortis, vt expressum, & formale propositum habeant de cætero non peccandi.

RESOL. CXII.

Cùm quis omisit aliqua peccata in confessione ex ignorantia inuincibili oblitus, in qua obliuione peccauit lethaliter, nimirum, quia non adhibuit diligentiam necessariam in examinanda conscientia, quæritur, an talis confessio fuerit inualida, & ideo iteranda?

Et resolutio huius quæstionis pendet ex illa, an detur confessio valida quantum ad substantiam, ita vt non teneatur homo confiteri eadem peccata, atque adeo sit verum Sacramentum confessionis, & nihilominus, quod sit confessio informis, idest non conferens gratiam; sicuti est verus Baptismus informis in illo, qui baptizatur cum intentione peccandi?

Et in §. vltimo huius resolutionis datur Regula ad cognoscendum, quando præparatio ad confessionem fuerit sufficiens ad validitatem confessionis. Ex part. 2. tract. 17. & Misc. 3. Res. 31.

§. 1. RESolutio huius casus pendet ex illa quæstione, an detur confessio valida quantum ad substantiam, ita vt teneatur homo confiteri eadem peccata, atque adeò sit verum Sacramentum confessionis, & nihilominus, quòd sit confessio informis, id est, non conferens gratiam; sicuti est verus Baptismus informis in illo, qui baptizatur, cum intentione peccandi. Partem negatiuam tuentur Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 92. art. 2. & 3.* Coninch *de Sacram. disp. 4. dub. 5. n. 40. & dub. 11. n. 71* & Suarez *in 3. part. tom. 4.* cum aliis. Ratio est, quia in tali casu, vel pœnitens confitetur sua peccata sufficienter, & est sufficienter dispositus, vel non. Si dicatur primum, confessio erit formata, si verò dicatur secundum, nulla est confessio: nam ipsa dispositio est in hac parte pars substantialis Sacramenti. Ergo non potest dari confessio informis. Si respondeas quod talis pœnitens non est sufficienter dispositus, non tamen cognoscit illam suam dispositionem: contra hanc responsionem fit secũdum argumentum. Vel talis ignorantia est vincibilis, vel inuincibilis: si est inuincibilis, excusatur omnino à peccato, & sic talis confessio erit formata; si est vincibilis talis ignorantia, est peccatum mortale. Ergo non potest efficere, vt Sacramentum sit validum. Hæc sententia est probabilis.

Sup. hoc lege doctrinam Res. seq. & aliorum §§. eius not. pro hac quæst. & vide à lin. 2. Res. not. seq.

2. Sed contraria, communiter recepta in schola D. Thomæ, probabilis etiam mihi videtur, quam, relictis veteribus, sequuntur Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 3. art. 2. & 3.* Canus *in relect. de pænit. p. 5.* Caiet. *in 1. tom. opusc. tract. 5. quæst. 5.* & nouissimè Ioan. de la Cruz *in direct. consc. p. 2. de sacram. pænit. q. 3. dub. 9. concl. 2.* Pet. Fay *in add. ad 3. part. quæst. 9. art. 1. disp. 5.* Simplicianus Mutinus *in sua Theologia morali de Sacram. pænit. q.* 30. Nugn. *in 3. part. tom. 2. q. 9. art. 1. fol. mihi* 303. & Pet. de Ledesma *in summ. tom. 1. tract. de sacram. pænit. c. 13. concl. 6. fol. mihi* 310. Martinus de Ledesma *2. p. 4. quæst. 8. art. 1. dub. 3.* Couar. *in cap. Alma mater. part. 1. §. 4 n. 13.* & alij. Probatur, quia sicut Baptismus, & alia Sacramenta verè accipi possunt integra secundùm essentiam, absque fructu gratiæ propter prauam dispositionem suscipientis: Ergo ita & Sacramentum pœnitentiæ.

3. Ad argumenta in contrarium, & præcipuè ad secundum, ex quo pendet solutio primi, respondetur ignorantiam non posse esse rationem formalem, vt conficiatur Sacramentum, posse tamen esse conditionem requisitam. Ex hoc non habet in quantum ipsa ignorantia est peccatum, sed in quantum

tollit

tollit peccatum maius, scilicet peccatum ex certa scientia, quod non solùm opponitur gratiæ, sed etiam substantiæ huius Sacramenti. His ita prælibatis, respondeo ad propositam dubitationem negatiuè: nam ex defectu integritatis contra Vasquez, & Suarez *vbi suprà.* potest dari Sacramentum informe, sed validum, sic Nugnus, & Ledesma *loco citato.* Et casus erit, quando pœnitens habet sufficientem dolorem, & confitetur omnia peccata, quæ occurrunt memoriæ, ad quod fecit aliqualem diligentiam, sed non ita, vt tota quanta necessaria erat, sed pœnitens ex illa ignorantia mortaliter culpabili, iudicauit talem diligentiam sufficientem esse. Licet igitur hæc confessio sit sacrilega, quia scilicet in illa peccat pœnitens mortaliter, tamen valida est, quantum ad substantiam, ita vt non sit iteranda, & non teneatur pœnitens eadem peccata iterum confiteri.

Sup. hac Regula in tom. 4. tr. 4. Ref. 43. prope finem, à vers. Dize, y por esso.

4. Ex hac doctrina recepta, vt dixi, communiter à Thomistis, possunt Confessarij non tarò excusare pœnitentes ab onere reiterandi confessiones. Regula verò ad cognoscendum, quando præparatio fuerit sufficiens ad validitatem confessionis iterandæ, vel non iterandæ, hæc est. Si post confessionem plura peccata occurrant memoriæ, quàm in confessione explicata sint, non fuit diligentia sufficiens. Si autem occurrant aliqua peccata multò pauciora, quàm confessa, credendum est, quòd fuit diligentia sufficiens, & à fortiori fuit sufficiens, vt confessio esset valida; vnde in similibus casibus non est homo obligatus ad iterandam confessionem; sed debet se accusare de illis peccatis non confessis, & de negligentia saltem ad cautelam. Hæc Nugnus *vbi supra*, quæ Confessariis ad tollendos scrupulos multum plausibilia futura esse confido; & est sententia communis Patrum Dominicanorum.

RESOL. CXIII.

An detur confessio valida, sed informis non solum respectu examinis, sed etiam respectu doloris? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 65.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet nouissimè doctus Turrianus *de Sacrament. pœnit. disput.* 28. *dub.* 1. Layman *in Theol. moral. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 9. *num.* 2. & alij, quos adduxi *in resol.* 31. *tract. miscellan.*

Quæ hic est Ref. antecedens, & infrà int. 4. tr. Ref. 17. §. Sed quia, & vide infra doctrinam, Ref. 119 & 120. & in tom. 4. tr. 4. Ref. 43. à lin. 2. & vers. Difficultas.

2. Sed affirmatiuam sententiam (vt ibi adnotaui) docet communiter schola D. Thomæ, & præter 10. Doctores ibi citatos, tenet etiam hanc opinionem ex Theologis Societatis Iesu Pater Henriquez *in summa, lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 1. vbi sic asserit. Integra per se & ex intentione dicitur etiam illa confessio, (& coniuncta absolutioni non est iteranda) quãdo resultat verum Sacramentum informe (nempè quòd ob aliquod impedimentum frustratur fructu gratiæ) vt si ex ignorantia accessit bona fides. Quidam tamen falsò negant dari Sacramentum Pœnitentiæ informe. Est ergo verum Sacramentum, primò quando pœnitens integrè confitetur cum aliquo formali dolore, & proposito excludente voluntatem peccandi, & tamen non habet dispositionem primæ gratiæ à Christo institutam. Nec impeditur veritas Sacramẽti, si insufficiens sit dolor, ex mortali negligentia, aut ignorantia quadam culpabili; nam concurrunt omnia ad veritatem Sacramenti requisita. Secundò, si quis ex negligentia, & ignorantia culpabili oblitus est quorundam mortalium, vt si multis peccatis, & variis negotiis irretitus, conscientiæ suæ latebras accuratè non perquisiuit, & tamen in animo habuit facere integram confessionem. Hæc omnia Henriquez. Vnde minimè dubitandum est hanc sententiam probabilissimam esse in praxi, & ideo possunt Confessarij excusare pœnitentes à reiteratione confessionis, quando fuerit informis ex defectu doloris, vel examinis. O quàm suaue, & leue est iugum Domini!

RESOL. CXIV.

An confessio facta ex fine veniali sit valida? Ex part 4. tr. 4. & Misc. Ref. 212.

§. 1. HIc casus potest in praxi sæpiùs accidere, & affirmatiuam sententiam docet Syluester *ver. Confessio* 1. *quæst.* 7. asserens, Sacramentum pœnitentiæ quando suscipitur principaliter ex quocunque alio fine, quàm remissionis peccatorum, esse inualidum; quia hæc sola est principalis effectus Sacramenti; ergo ea sola est principaliter intendenda.

2. Sed hæc opinio esset vera, plures confessiones essent iterandæ; & ideo contrariam sententiam tenendam esse puto cum Soto *in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 3. *art.* 3. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 92. *art.* 3. *dub.* 2. & aliis. Dico igitur sacramentum Pœnitentiæ non fieri inualidum quocumque fine suscipiatur, dum in eo non peccatur mortaliter, quamuis ex eo principaliter, & tanquam ex motiuo suscipiatur, dum etiam suscipiatur ex fine remissionis peccatorum, quamuis minus principaliter, & tantùm impulsiuè. Ratio est, quia ex eo, quòd hoc modo suscipitur, non deficit intentio suscipiendi Sacramentum. Ergo non ex eo fit inualidum, quia valor Sacramenti tantùm pendet ex dicta intentione, & ex partibus essentialibus illius. Sed hæc omnia adsunt in casu nostro. Ergo, &c.

RESOL. CXV.

An mendacium de peccato veniali, quod est totalis materia confessionis, sit peccatum mortale?
Et quid, si tantum sit materia partialis? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 95. aliàs 96.

§. 1. AFfirmatiuè respondent communiter DD. Nauarrus *in cap. fratres, de pœnit. dist.* 5. *n.* 18. Layman *in Theol. mor. lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 8. *n.* 15. Coninch *de Sacram. disp.* 6. *dub.* 3. *n.* 8. Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 10. Angelus *verb. confessio, n.* 57. Armilla *eodem verb.* §. 6. Filliucius *tom.* 1. *tr.* 7. *cap.* 4. *n.* 112. Megala *in* 1. *part. lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 7. Villalobos *in summa, tom.* 1. *tract.* 9. *dub.* 41. *n.* 4. Sotus *in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 4. Suarez *tom.* 4. *disp.* 22. *sect.* 10. *n.* 6. & alij communiter. Et ratio est, ait Suarez; quia pœnitens in tali casu mentiendo efficit Sacramentum nullum, quia nulla materia apponitur formæ.

Sup. doctrina contenta in hac Ref. lege Ref. seq. & signanter in fine, & in tom. 7. tr. 1. ex Ref. 302. Vide doctrinam §. Notandum est & seqq.

2. Sed Philippus Faber publicus Theologiæ Professor in Academia Patauina nouissimè *in tract. de pœnit. in* 4. *sent. dist.* 17. *quæst. vnica, disp.* 14. *cap.* 3. *num.* 31. docet mendacium veniale, etiam quando est tota materia confessionis, esse tantùm peccatum veniale. Ad rationem verò, quod forma redditur falsa, & nullum Sacramentum, respondet idem euenire cum materia est partialis; nam etiam quis partialiter mentiens, facit vt ex illa parte forma sit falsa, & sit sacrilegium: sicut qui proferret formam consecrationis simul super panem triticeum, & hordaceum, non minus peccaret, quàm si supra hordaceum tantùm. Nec valet responsio Suarez, quòd non est par ratio de Eucharistia, & de forma confessionis,

fessionis, quia illa est vniuersalis, & respicit totam materiam, hæc non ita, sicut qui baptizaret aqua, in qua mixta esset gutta aquæ rosaceæ, non propter hoc non baptizaret. Hæc, inquam, responsio non valet. Differentia enim illa inter formam Eucharistiæ, & istam confessionis est voluntaria, quia vtraque cùm sit forma Sacramenti, & habeat suam materiam, illam totam respicit, absolutio enim respicit omnia & singula peccata. Vnde si in parte frauditur, in parte læditur, & fit sacrilegium. Exemplum autem illud de Baptismo non est ad propositum. Ratio enim propter quam aliquis aqua admixta guttæ aquæ rosaceæ baptizaret, non est, quia illa gutta sit partialis materia Baptismi, vt est veniale, sed quia ista gutta non mutat essentiam, & substantiam aquæ naturalis, sed in illam conuertitur, ideò non lædit materiam illam, ne possit esse materia Sacramenti, ideò non est simile hîc, & ibi. Hæc omnia Faber *vbi suprà*, qui putat omne mendacium veniale, siue sit partialis, siue sit totalis materia Sacramenti, esse semper peccatum veniale, est enim semper res leuis, & parum lædit iudicium Confessarij, ideò nunquam censendum peccatum mortale. Ita ille. An verò probabiliter, iudicio aliorum me remitto, nihil enim non placet.

RESOL. CXVI.

An in mendacio facto in confessione, vel iudicio detur paruitas materiæ? Ex part. 5. tractat. 5. Ref. 27.

Sup. doctrina contenta in hac Ref. lege Ref. præteritam, & in tom. 7. tr. 1. ex Ref. 302. §. Notandum est. & seqq.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Caietanus *in* 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 1. asserens omne mendacium in iudicio, quamuis sit materia leuissima, & quòd extra iudicium esset veniale; in iudicio factum siue sacramentali, & interiori, siue exteriori, & forensi, esse mortale. Vnde si in confessione sacramentali rogetur pœnitens an dixerit, aut fecerit tale quid, quod est peccatum veniale, aut reus in iudicio interrogetur à iudice de re, quam confiteri tenetur, etiamsi sit de re leui, si id falsò neget, peccat mortaliter. Ratio eius est, cui tanta obligatio dicendæ veritatis in iudicio est, vt quamuis sit de re leuissima, in iudicio tamen interiori, vel exteriori fit grauis, eo quòd est contra veritatem iudicij, atque adeò iudicium super eo mendacio fundatum, falsum esse oportet. Confirmatur, quia sicut vis iuramenti exigit veritatem iuramentorum, atque adeò de re leui, periurium efficitur mortale, ita vis iudicij exigit veritatem iudicandorum, ac propterea mendacium in iudicio de re leuissima efficitur mortale. Imperfectio igitur materiæ locum habet solùm respectu actus mentiendi secundùm se, & non vt substat iudicio, sicut non habet locum in iuramento, vnde concludit omne mendacium in iudicio, etiam de re leuissima, esse peccatum mortale.

2. Sed contrariam sententiam sustinendam esse puto, si mendacium iuramento non confirmetur, & ita tenet Reginaldus *in praxi tom.* 1. *lib.* 14. *cap.* 2. *sect.* 4. *numer.* 44. vbi sic ait: Tenendum est testem, etiamsi testimonium, quod fert mendacitet, sit de re leuissima, mortaliter delinquere, si (vt fieri solet, iuxta *cap. hortamur* 3. *quæst.* 9. & *cap. si testes*, §. *item iniurandi* 4. *quæst.* 2. & 3. *ac cap. quoties, & cap. nuper, de attest.*) iuramento illud confirmarit. Id quod expressit Sotus *in eod. art.* 4. *concl.* 3. & constat ex eo quòd non obstante materiæ leuitate, grauis iniuria infertur Deo per periurium, vtpote quo ipse adhibetur in testem falsitatis, quòd si eidem falso testimonio iuramentum desit, ipsum potest ex tenuitate materiæ à mortali excusari eadem ratione, qua mendacium rei. Ita Reginaldus. Dicendum est igitur mendacium non esse mortale, siue sit in materia præcipua, de qua iudicatur, siue in circumstantiis illi accidentibus, si materia sit leuis, vt in confessione, v. g. peccatum veniale si fiat sine iuramento; secus autem si in confessione, vt aduertit Alphonsus de Leone *de offic. Confess. part.* 1. *recolleti.* 7. *n.* 41. sit in causa, vt vitiet absolutionem, vt non conficiatur Sacramentum. Dicendum est igitur contra Caietanum, quòd non satis apparet ratio aliqua ob quam cogamur dicere in materia iudicij non posse esse leuitatem materiæ, sicut in multis aliis, & ideo sine sufficienti fundamento dicitur mendacium commissum in iudicio, siue circa præcipuam materiam, siue circumstantiam aliquam, semper esse mortale; & alias rationes præter adductas videbis penes Turrianum *de Iust. tom.* 2. *disp.* 50. *dub.* 1. *num.* 2.

RESOL. CXVII.

An si peregrinus proficiscatur in aliquod oppidum, non negotij causa, sed vt confiteatur Parocho illius, sit talis confessio valida?

Ex quo infertur, quod si aliquis in fraudem legis Concilij Tridentini, vt contrahat matrimonium sine testibus, & Parocho, proficiscatur in partes, vbi Concilium non est vsu receptum, an possit validè contrahere clandestinè? Ex part. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 28.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. ex Ref. 74. §. Confirmatur. & §. vlt. & quamuis pro reseruatis in hoc casu, infrà in tr. 5. lege doctrinam Ref. 48. & 50. & omnium Ref. earum annotationum, & signanter in vltimis illatā annotationibus, & replenetis doctrina pro illo casu.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Gabriel Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *q.* 93. *art.* 2. *dub.* 4. *n.* 6. vbi sic ait: Omnes iter agentes pertinent de iure ad eam diœcesim, & parochiam, vbi inueniuntur tempore præcepti. Vnde etiam extra tempus præcepti, ei Parocho confiteri possunt, in cuius Parochia sunt, & hoc non ex commissione, sed tanquam proprio. Secus esset, si non negotij gratia, profectus aliquis esset io aliud oppidum, vt Parocho illius confiteretur, tunc enim existimo ex commissione proprij fieri debere. Ita Vasquez.

2. Sed aduersùs illum insurgit nouissimè aliud Hispaniæ ornamentum, Basilius Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 6. ita asserens. Ex his colligo, cùm *in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissione*, statutum sit, vt quis semel in anno confiteatur proprio Sacerdoti, & vel ex consuetudine, vel ex declaratione Eugenij IV. peregrinus posset confiteri illi Parocho, in cuius Parochia habitat, non quidem ex commissione proprij, sed tanquam proprio Sacerdoti; sic, inquam, idem dicendum esse, etiamsi quis eo animo solùm confitendi illi Parocho eo accedat, & à sui domicilij Parochia recedat, illi enim licet alteri confiteri, dum extra suam Parochiam est. Scio dissentire Vasquez, sed sine efficaci fundamento. Ita Pontius. Et ratio huius opinionis est, quia in tali casu non adest fraus illicita, nec dolus malus, sed quis vtitur iure suo.

Sup hoc in tom. 2. tr. 6. Ref. 74. 78. & ex Ref. 89. §. Nota hic. & in alio §. earum annot.

3. Ex his infertur, quòd si aliqui in fraudem legis Concilij Tridentini, vt contrahant sine testibus, & Parocho, proficiscantur in partes vbi Concilium non est vsu receptum, possunt validè contrahere clandestinè, semata quoad fieri possit antiqua lege Ecclesiastica, quia ita faciens non vtitur mala fraude, nec dolo illicito, sed iure suo, Ergo, &c. Et ita ex Sanchez docet Pontius *loco citato*, contra Ledesmam, & Rodriquez, quibus ego addo Henriquez *lib.* 11. *cap.* 3. *numer.* 8. *in fine.* & Cenedum *quæst.* 30. *num.* 64. Sed tu sententiam Pontij probabiliter tenere potes, licèt ego alibi contrarium etiam probabiliter docuerim.

Alibi in Resolutionibus, & §§. not. præteritæ.

RESOL.

RESOL. CXVIII.

An quis possit peccare venialiter, qui non possit mortaliter?

Et an hoc possit contingere in puero ratione ætatis imbecillæ, sicut potest saltem ad tempus accidere in semisopito, semidormientibus, semiebriis, & semiamentibus? Ex part. 10. tr. 15. & Misc. 5. Ref. 25.

§. 1. Affirmatiuè respondet Valentia *to. 1. disp. 6. quæst. 19. punct. 3.* Salas *in part. 2. disp. 13. sect. 8. num. 44.* Tannerus, *vbi infra*, & alij. Asserunt enim quod possit aliquis habere vsum rationis sufficientem ad peccandum venialiter, qui tamen non habeat sufficientem ad peccandum mortaliter. Duplex est sententia, prior est affirmatiua & probabilis, quia vsus rationis acquiritur successiuè, ergo potest quispiam prius habere vsum rationis imperfectum, qualis ad peccatum veniale sufficit, & postea perfectum, qualis ad peccatum mortale requiritur, & vix negari potest id ad tempus saltem accidere in semidormientibus, semiebriis, semiamentibus, &c.

2. Sed alij negatiuam sententiam tuentur, ita D. Thomas, *in part. 2. quæst. 89. art. 6. & ibi* Franciscus Silvius, & Ioannes Malderus. Probatur, quia materia peccatorum mortalium notior est, quàm venialium, nam notius est quod homicidium, & periurium sint mala quàm mendacium, & verbum otiosum: Ergo non potest quis ita esse dispositus, vt possit cognoscere venialia peccata, & nullum mortale: Deinde qui potest honestum à turpi discernere, is consequenter potest mereri, & demereri, adeóque etiam peccare mortaliter, sed omnis venialiter peccans id potest: ergo &c. Nihilominus fatetur Tannerus, *tom. 2. disp. 4. quæst. 5. dub. 4. n. 75.* illum, qui laborat inuincibili ignorantia diuinitatis posse peccare veniali ter v. g. occidendo, adulterando, furando, &c. quia contra dictamen rectæ rationis, non tamen mortaliter, quia nec agnoscit amicitiam diuinam, nec supremum illum legislatorem, nec vltimum suum finem. Ita Tannerus, sed an probabiliter indicent viri docti.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 6. et R. f. 1. lege doctrinam §. Ex dictis, & signanter §. Nota tamen. sed vide eam per totam.

3. Et hanc sententiam tenent omnes, qui asserunt non posse veniale cum solo originali reperiri, Verùm post hæc scripta inueni primam sententiam affirmatiuam docere Ouiedum *in p. 2. D. Thom. tract. 6. contr. 2. punct. 11. num. 181.* quia (ait) licet verum sit magis requiri ad discernendam malitiam venialem bono honesto, quàm malitiam lethalem, & omnem hominem, qui valet malitiam venialem discernere, posse etiam mortalem separare, non inferrur omnem qui potest peccare venialiter, posse mortaliter, quia homo ille, qui posset peccare venialiter, & non mortaliter, non ideò posset malitiam venialem contrahere, & non mortalem, quia illam, & non istam discerneret seu quia perfectam cognitionem haberet de malitia veniali, & non de mortali, sed quia sine descretione harum malitiarum, malitiam vt sic adeò imperfectè cognoscebat, vt cognitio illa non sufficeret ad malitiam lethalem fundandam. Doctrinam hanc dimittunt omnes, qui in homine semisopito concedunt libertatem ad venialem sufficientem, & non ad mortalem, id ergo quod contingit in semisopito ratione somni, & in semiebrio ratione ebrietatis, inquirimus an possit contingere in puero ratione ætatis imbecillæ. Affirmat Salas, Valentia, & Tannerus, apud quem absurdum non reputat Sotus aliquem vsum rationis sufficere ad promerendam vitam æternam, qui tamen non sufficiat ad promerendam æternam damnationem, quod longe difficilius est. In hac re probabilis mihi valdè apparet sententia Patris Salas ob insinuatam rationem, sicut enim somnus, & ebrietas, ita possunt organa disponere, vt non relinquant hominem plenè liberum, qualem necesse est reperiri ad culpam lethalem contrahendam, sed tantùm semiliberum, qualem inueniri sufficiens est vt malitiam contrahat venialem, sic ætatis imbecillitas potest eodem modo organa disponere, cùm enim habeamus esse dispositionem organorum, ex vi cuius homo possit venialiter, & non lethaliter, & hanc posse procedere à somno, & ebrietate, facile est eamdem procedere ab ætatis imbecillitate, seu ab humiditatis abundantia aliisque humoribus rationem perturbantibus, quæ ætatem teneram perturbant Hæc omnia Pater Ouiedus, *vbi supra*. Verùm ego puto vtramque sententiam probabilem esse, negatiuæ verò, tamquam probabiliori adhæreo, quam nouissimè tenet Magister Serra, *tom. 1. in part. 1. D. Thomæ, quæst. 89. art. 6.* qui respondet ad argumenta contraria.

RESOL. CXIX.

Quidam puer vsque ad 13. annum non se accusauit de ordinariis pollutionibus, quas faciebat, sciens postea hoc esse peccatum mortale, dubitatum fuit à multis Confessariis, an teneatur repetere omnes confessiones?

Idem est dicendum de circumstantiis peccati omissis, & de numero peccatorum non expresso in confessione.

Et docetur, quòd quando confessio nulliter facta fuit, & postea alia intermedia facta sunt vero dolore, &c. tunc non est opus omnes præteritas confessiones iterare: Ex part. 3. tr. 4. Ref. 107. aliàs 108.

§. 1. Respondi tunc hoc casu interrogatus negatiuè, nam potest dari ignorantia inuincibilis de pollutione, quæ non sit peccatum, vt in specie notant Laymann *Theol. mor. lib. 4. tract. 6. cap. 8. n. 3.* Sanchez *in summa, tom. 1. lib. ... cap. 16. num. 3.* & addidi etiam celebrem doctrinam à Confessariis nunquam obliuioni tradendam, quam tradit Nauarrus *in cap. fratres, de pœnit. dist. 5. n. 8.* Syluester *v. confessio 1. quæst. 3.* Beia *part. 1. cas. 9.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 92. art. 3. dub. 1. n. 7.* & Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 6. ap. 5. sect. 5. n. 153.* vbi sic ait: Cùm quis per ignorantiam aliquod peccatum mortale omisit in confessione, eo quòd erronee putaret ipsum non esse tale, etiamsi error vincibilis fuerit, nec à mortali perpetrantem excusaret, tamen ab iteratione totius confessionis ita vt sufficiat pœnitentem ipsum in sequenti confessione peccatum omissum declarare, Sic ergo pueri & puellæ, quæ grandiores factæ nouè agnoscunt peccatum mortale esse, quod aliàs omiserunt confiteri, eo quòd ignorarent illud tale esse, non tenentur iterare confessiones eorum quæ confessi fuerunt legitimè, sed tantùm eorum quæ omiserunt. Et idem dicendum est de circumstantia peccati omissa, & de numero peccatorum non expresso in confessione. Ita Reginaldus, ex quibus tunc, vt dictum est, consului supradictum iuuenem non fuisse astrictum præteritas confessiones reiterare, sed sufficere se in prima confessione de pollutionibus factis accusare.

Sup. hoc in Ref. seq. & in aliis eius primæ not. & signanter secundæ.

Sup. hoc lege citatam doctrinam in §. vlt. Ref. seq.

Sup. hoc in Ref. post seq. seq ad medium vers. qui etiā & in aliis §§. eius no.

2. Notandum est etiam hic obiter, quòd quando confessio nulliter facta fuit, & postea aliæ intermediæ factæ sunt cum vero dolore, proposito ex obliuione naturali, pœnitens non est confessus defectus inualidæ confessionis; tunc non erit opus omnes præteritas confessiones reiterare, sed solùm defectum nullitatis, & peccata in ea confessa, vel confitenda; quia confessiones intermediæ validæ fuerunt, & semper validæ manent. Et ita docent Ioannes

Sup. hoc infrà in tr. 4. Ref. 17. § vlt. in principio.

Sancius *in selectis, disp* 41.*n.*10. Vasquez *in* 3.*p.tom.*4. *q.*92.*art.*3. *dub.*1.*n.* 9. cum aliis. Et hæc sententia sæpiùs me in praxi a multis laboribus liberauit.

RESOL. CXX.

An qui numquam confessus est desideria praua carnis, furti, odij &c. quia non putabat esse peccata, teneatur reiterare confessiones?

Et an saltem, si non teneatur reiterare cōfessiones, teneatur tamen confiteri illa prædicta desideria praua?

Et an, qui per ignorantiam crassam temere, & erroneè aliquod peccatum omisit in confessione, teneatur confessionem reiterare? Ex part. 10. tr. 14. & Misc. 4. Res. 21. aliàs 19.

Sup. hoc in Res. præterita & lege doctrinam Res. seq. & infrà in Res. 128. §. vlt. post medium a vers. Confirmetur. & infrà in tr. 7. vide Res. 11. per totam, & signāter prope finem à vers. Ex quibus. & si placet vide suprà doctrinam Res. 112. & aliarum eius not. & repleueris doctrina pro solutione huius quæst.

§. 1. AD hoc Dubium sic respondet Pater Bordonus *in Miscellaneis*, *Decis.* 321. Vir alioquin prudens, & sciens, qui anteà in suis Confessionibus nunquam se accusauit de desideriis carnis, furti, odij, &c. eo præcisè, quia putabat, ea non esse peccata, aut de illis nunquam dubitauit, sint ne peccata non debet esse anxius circa præteritas Confessiones respectu integritatis, neque tenetur illa reficere, neque huiusmodi desideria aliàs non confessa modò confiteri. Ratio est clara: Primò, quia stante eius bona fide, quæ secundùm omnes à peccato excusat, non peccauit: ergo ex hoc capite non tenetur reficere Confessiones. Secundò, dictæ Confessiones non caruerunt sua integritate, quia integritas habet pro obiecto solùm peccatum tale cognitum ex parte Pœnitentis, qui in casu nostro nunquam habuit cognitionem, vel aduertentiam, illa desideria fuisse peccata, & hæc ignorantia in eo fuit inculpabilis, sicut fuit in D. Paulo, dùm dixit ad Rom. 7. 7. *Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces.* Ex quo tertiò sequitur hunc virum non teneri ea desideria confiteri, quia solùm peccatum est obiectum huius Sacramenti. Nihilominus pro quiete conscientiæ suæ poterit, si vult, ea desideria fateri talia, qualia sunt in seipsis, simul cum aliis peccatis. Ita Bordonus.

2. Sed ego dissentio à Viro amicissimo: nam communiter asserunt Doctores, quòd licèt non teneatur iterare Confessionem, qui putat inuincibiliter non esse mortale, aliquod mortale, nam illa Confessio est valida; tamen hoc non obstante omnes asserunt, quod tenetur confiteri peccata in priori Confessione omissa. Et ita ex Nauarro, Syluestro, Vasquez, Bonacina, & aliis tenet Leandrus, *de Sacrament.* 10. *tr. tract.* 5. *disp.* 5. *quæst.* 69. Vnde postea sic infert. Ex hac Doctrina constat Dianam rectè resoluisse de quodam puero, qui vsque ad decimum tertium annum, non se accusauit de pollutionibus, quas ordinariè faciebat, ignorans inuincibiliter, illas esse peccatum; illum non fuisse adstrictum, præteritas Confessiones reiterare; sed sufficere se in prima Confessione, de pollutionibus factis accusare. Ita Leandrus; cui etiam adde Ochagauiam *de Sacram. tract.* 2. *de Confessione, Sacramentali, quæst.* 31. *n.* 7. & Doctores communiter: Et ideò dicendum est contra Bordonum in casu proposito, non esse reiterandas Confessiones, sed explicanda, & confitenda omnia desideria in Confessionibus non explicata.

Sup. hoc signāter in Res. 1. not. præteritæ, & in fine Res. 4. dictæ annot.

3. Nota hîc obiter, quòd ego olim cum Reginaldo, & aliis docui, etiam non teneri Confessionem reiterare, qui per ignorantiam crassam, temere, & erroneè aliquod peccatum in Confessione omisit, sed tantùm teneri postea peccatum omissum confiteri sed modò re meliùs considerata contrariæ sententiæ adhæreo; nempe esse Confessionem iterandam; quia omnino fuit irrita, & inualida, cùm in ipsamet Confessione peccatum patratum fuerit, & non confessum: ergo inualida ex defectu integritatis. Et ita docet Suarez, Layman, Lugo, Ochagauia, Hurtado, Pater Leandrus *vbi supra quæst.* 70. cum Thoma à Iesu *in Tribunali conscientiæ, cap.* 6.

Docuis in Res. præteritæ in § 1. ante medium, à vers. Cum quis.

RESOL. CXXI.

Quidam Rusticus per multum tempus ignorauit Mysterium Trinitatis, quæritur, an teneatur reiterare confessiones factas?

Et quid facere debeat Confessarius cum pœnitente, qui interrogatus de numero peccatorum dicit se non esse solitum in præcedentibus confessionibus illum exprimere, nec de hoc interrogari; an talis debeat repetere confessiones præcedentes?

Et in calce huius Res. aliqua alia aduertuntur pro Confessariis cum pœnitentibus Rusticis, vel bona fide confitentibus? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Res. 84.

§. 1. CAsus potest frequenter accidere, & ad illum respondet Marchantius *in Candel. Sacr. qq. Pastoral. tract.* 5. *de pœnit. c.* 1. *quæst.* 7. vbi sic ait: Petes an non sint repetendæ Confessiones priores ab illis ignorantibus mysteria Trinitatis & Incarnationis, quandoquidem scitu necessaria sint ad salutem, & non potuerint iustificari sine fide explicita illorum mysteriorum, vt docent multi Theologi. Respondeo, secundùm mentem illorum Theologorum hoc videtur sequi, quia tamen non improbabilis est sententia dicens sufficere implicitam fidem, idcò non sunt ad hoc condemnandi, eum crediderunt Deum esse nostræ salutis auctorem, ac nos redemisse, quæ fides implicitè continet mysteria nostræ salutis. Adde quòd non sit improbabilis aliquorum opinio, quòd confessio quandoque possit esse valida, sed informis, hoc est, gratia iustificante non informata. Sic priores confessiones talium bona fide factæ possent in hac opinione dici validæ, si fortè fuerint informes defectu fidei explicitæ de mysteriis necessariis. Ita Marchantius, qui etiam postea *cap.* 3. *quæst.* 3. quærit quid agendum sit Confessario cum pœnitente, qui interrogatus de numero dicit se non esse solitum in præcedentibus confessionibus illum exprimere, nec de hoc interrogari, an talis debeat repetere cōfessiones præcedentes? & respondet, si ignorauerit hoc esse necessarium exprimere ad integritatem & validitatem cōfessionis, non esse compellendum ad repetitionem, sicut nec quando omisit aliquod peccatum mortale, quod non putabat, nisi veniale. Aduerte verò quando pœnitens de numero omisso in prioribus Confessionibus tacet, ignorans obligationem illum exprimendi, Confessarium non teneri eumdem hac de re interrogare, sed posse bona fide eum relinquere, maximè si potiùs perturbationem timeat, quàm fructum speret. Imò rustici, qui bona fide putāt se benè cōfessos, non sunt multum inquietandi interrogando de aliquo præteritæ confessionis, nisi aliquid essentiale defuisse manifestum sit. Nam etiamsi quandoque confessiones fecerint materialiter non integras, propter tamen bonam fidem censentur formaliter integræ, & sic sufficientes, & hæc omnia docet Marchantius *loco citato*; sed de his casibus à nobis alibi actum est.

Quoad hos legg. doctrinam dictam præteritarum Res. & vt magis clarescat doctrina huius quæst. vide infrà in tr. 7. doctrinam Res. 11. per totam, & signanter in fine.

Sup. hoc casum in fine Res. 1. not. præteritæ, & infrà in tr. 4. Res. 17. §. Vide, & in tr. 7. Res. 112. §. vlt.

Alibi in Res. & §§. annot. præteritarum huius Res.

RESOL. CXXII.

An Confessarius teneatur interrogare pœnitentem sub onere peccati mortalis?

Et quando interrogatio in aliquibus casibus necessaria sit ex parte Confessarij, vt peccatum huius negligentiæ.

negligentia, seu omissionis euitet? Ex part. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 33. aliàs 31.

§. 1. Casus est quotidianus, & ad illum sic respondet Bordonus *in Decisionibus Miscellan. decis.* 105. Confessarius regulariter non tenetur interrogare Pœnitentem. Ratio est, quia ad Pœnitentem spectat confiteri peccata sua, vt ex Sacris Scripturis deducitur. Dixi regulariter, quia sub mortali tenetur interrogare in tribus casibus. Primò, quando Pœnitens exprimit peccatum in genere, e.g. accusando se peccasse carnaliter, se percussisse, & c. debet tunc interrogari de specie peccati, an sit Adulterium, Sacrilegium, &c. Secundò, quando audit infirmum periculosum, debet enim ex charitate illum adiuuare, nè illius anima in æternum pereat, quando Confessarius aduertit illum non benè & exactè conteri attenta qualitate personæ, & temporis, quò non fuit confessus. Tertiò, Ignari, Rustici, & Pueri, vt plurimum interrogandi sunt, potius vt edoceantur modum confitendi, quam aliter, maximè si rarò confitentur. Qui singulis mensibus, & sæpius confitentur nullatenus videntur interrogandi, nisi deficiant in primo, & secundo casu. Sed quanta interrogatio in dictis casibus necessaria est ex parte Confessarij, vt peccatum huius negligentiæ, seu omissionis euitet? Dico, suo muneri satisfacit, si Pœnitentem interroget super decem Præcepta Decalogi, quia hæc sunt summa totius legis diuinæ. Adde præcepta Ecclesiæ, præsertim Missæ, & Ieiuniorum. Hæc Bordonus.

2. Et quoad rudes, & ignaros notabilis est doctrina Vasquez, quam adducit, & sequitur Granadus *in 3. part. contr. 7. tract. 9. disp. 11. num. 4.* vbi sic ait: Imò Vasquez addit, & benè, quando ad Confessionem accedit Rusticus sine sufficienti examine, melius esse illum interrogare, & sic iuuare, vt numerum & species peccatorum declararet, quàm eum dimittere, vt se diligentius examinet; quia verisimiliter creditur id illi fore minus vtile, & melius declaraturum peccata, mediis Confessarij interrogationibus, quàm si ipse, per se conscientiam discuteret. Sic Granadus. Quod etiam tenet Cardinalis Lugo *de Pœn. disp. 16. sect. 15. num. 593.* generaliter loquens, sic asserit: Constat circà examen, & interrogationem humanam, quam diximus solùm requiri, non posse dari vnam, & eandem regulam pro omnibus personis; pendet enim ex capacitate, & dispositione corporali, & attentione, & aliis circumstantiis: quarè pauciores, & crassiores interrogationes debent fieri homini inculto, & barbato, quales sunt Indi Occidentales, quàm alicui Europæo: leuius, item examinandus est Rusticus noster quàm homo ciuilis: leuius, qui ægrotat, & difficile potest ad subtiliora attendere, propter capitis debilitatem, quàm homo sanus, & robustus: denique (quod notandum etiam est) leuiùs, & minus exactè interrogandus est circa singula, qui plura habet peccata quàm qui pauciora. Ratio colligitur ex dictis; quia cùm solùm requiratur diligentia, & examen humanum: hoc autem sit illud, quod non generat ex se fastidium, & tædium huius Sacramenti; consequens est, vt minus distincta notitia requiratur ab eo, qui vel propter incapacitatem, vel propter morbum, vel propter peccatorum multitudinem, vel aliam ob causam difficiliùs posset exactam notitiam reddere. Nam illi, qui confiteri debet peccata totius vitæ, quam in omni peccatorum genere expendit, difficillimum esset, & aptum ex se ad reddendam illam Confessionem odiosam, & grauem nimis examen illud, quod alteri facienti Confessionem menstruam non esset difficile, sed facile. Et hæc est ratio, cur à Meretrice, & Concubinario, & similibus minùs exactè, & distinctè petamus numerum peccatorum, quàm si per mensem, vel hebdomadam solam, v. g. in eo peccato fuissent, quia nimirum diligentia, quæ pro peccatis vnius hebdomadæ distinctè confitendis sufficeret, eadem si pro longo tempore examinando adhiberetur, difficultatem ingereret, & molestiam talem, ad quam præceptum confessionis integræ non obligat, quia redderet præceptum ipsum, & Confessionem nimis molestam, & grauem. Debet ergo Confessarius accommodare se Pœnitenti, & notitiam peccatorum à singulis petere iuxtà capacitatem singulorum: subtiliorem à subtilioribus, crassiorem à crassioribus, breuiorem ab Infirmioribus: hæc enim est notitia, & interrogatio humana, quam solam hoc Sacramentum desiderat. Hæc omnia Lugo, & in praxi satis erunt Confessariis scitu digna.

3. Itaque dicendum est, non teneri Confessarium ad examinandum Pœnitentem exactissimo examine, sed suaui, & humano. Ratio est; quia ipsemet Pœnitens non obligatur ad exactissimum examen suorum peccatorum, sed ad suaue, & humanum, hoc est tale quo Sacramentum istud non reddatur nimis onerosum: ergo minus tenebitur Confessarius ad examen, & interrogationes tales; quibus Confessio addatur Pœnitentibus grauis, & onerosa nimis.

Sup. hac ratione suprà in Ref. 70. lege doctrinam vers. Et notent, propè finem. & §. eius annot.

RESOL. CXXIII.

In quibus casibus confessio erit valida, & tamen non integra materialiter?

Et pro praxi huius difficultatis adducuntur quinque diuersi casus in textu huius Resolutionis, cuius doctrina extendenda est ad alios similes casus, & quæstiones: Ex part. 3. tr. 4. Ref. 130. aliàs 131.

§. 1. Primò, si homo moriens, surdus, balbutientis linguæ, aut ignoti idiomatis omnia peccata explicare nequeat. Vide Henriquez *lib. 5. cap. 12. num. 3.* Secundò, si inter confitendum periculum sit, ne pœnitens mox moriatur, debet statim absolui, & postea si superuiuat, reliqua peccata audienda sunt, & postea denuo absoluendus est. Vide Sa *verb. absolutio, num. 9.* Tertiò, tempore pestis, naufragij periculosi, prælij, si Confessarius multorum integras confessiones audire non possit, quo casu licitum est quoque plures simul confitentes audire, & absoluere. Vide Coninch *de Sacram. disp. 7. dub. 9. n. 4.* Quartò, si aliquis habeat casus reseruatos, de quo vide Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. cap. 12. n. 8.* & 10. & quæ dixi ego *in hoc tract. resol.* 104. Quintò, si necessitas vrgeat confitendi cum aliquo Confessario, cui, v. g. sine graui periculo animæ, corporis, famæ, aut fortunarum proprio, vel alieno, peccatum aliquod confiteri, nequeat, tunc eo prætermisso reliqua explicari, & absolutio peti potest. Vide Sotum *in 4. sent. dist. 18. quæst. 2. art. 5.*

2. Sed de his omnibus vide Fagundez *pr. 2. lib. 3. cap. 3. per totum,* vbi *n. 17.* benè obseruat, vt in his & similibus casibus, in quibus licitè dimidiatur confessio, absoluatur pœnitens directè, & per se ab illis tantùm peccatis, quæ confitetur: indirectè verò, & consequutiuè ab aliis, de quibus non est confessus, ea tamen obligatione, & conditione, vt teneatur prædicta non confessa confiteri cessante causa, & sublato periculo: non tenetur tamen ea statim confiteri, sed potest illa in primam confessionem, siue annualem in Quadragesima, siue ex deuotione differre nec refert, quòd exponatur periculo obliuionis.

Pro primo casu huius textus suprà in Ref. 71. 73. & ex Ref. 63. 65. Ex dictis. Pro secundo infrà in tr. 4. Ref. 53 Pro tertio ibidem in Ref. 46. 47. & 48 Pro quarto infrà in tr. 5. à Ref. 31. vsque ad 35 inclusiue, & hic supra in Ref. 55. §. penult. & vlt. Pro quinto in §. 1. prædictæ Ref. 58. & in §. 1. Ref. 63. & in omnibus aliis earum notationum. Et pro similibus casibus contentis in principio §. vlt. huius Ref. in Ref. 1. post seq. & proxima diffic. contenta in fine huius Ref. suprà in Ref. 57. & in aliis eius annot.

RESOL. CXXIV.

An Sacerdos ferens infirmo Communionem, si ei dicat velle reconciliari, & in reconciliatione inueniat illum multas confessiones inualidas fecisse, quid facere debeat Confessarius? Ex part.5.tract.3.Ref.75.

Sup. hoc in Ref. præterita §.1. vers. Secundo, & supra in Resol. 63.§.vlt.& infra in sr.4.lege doctrinam Ref.53.

§. 1. HVnc casum scio in praxi quodam in oppido accidisse,& ad illum ita respondet Zambranus *de Sacr. Pœnit. c.4. dub.6.n.6.& 7.* vbi sic ait. Quando Sacerdos fert infirmo Eucharistiam, infirmusque ei dicit se velle per vnũ verbum reconciliare, & in reconciliatione dicit se longo tẽpore mentitum fuisse in confessione, vel ex alia causa sit futura longissima confessio præter intentionem, quia dixit se tantùm velle dicere vnum verbum. Tunc si infirmitas sit ita periculosa, vt meritò timeri possit mors, si confessio & absolutio differantur in aliud tempus, faciat Confessarius diligentias aliquas audita confessione per dimidiam horam, & crassa accusatione de aliis peccatis modo ibi explicato, conueniat, vt dixi, cum pœnitente de eius reditu ad perficiendam dictam confessionem, sumpta occasione alicuius negotij. Probatur, quia sic occurritur omnibus incommodis; nam & subuenitur infirmo absolutione Sacramentali, præmissa confessione possibili pro temporis opportunitate, & ministratur Eucharistia necessaria, & vitatur scandalum. Et nota quæ esset, si longissimo tempore expectaretur à multis sanctissimum Sacramentum comitantibus, perfectio exactæ confessionis. Si autem infirmitas non sit ita periculosa,& confessionem per dimidiam horam integrè fieri posse toletabiliter non speretur, tunc curet Confessarius, vt faciat actum veræ contritionis propter Deum super omnia dilectum, & det ei Eucharistiam, monens illum de obligatione, quam habet integrè confitendi eo, vel sequenti die, accersito Confessario prætextu alicuius negotij. Probatur, quia tunc esset scandalum, si non communicaretur; & ex alia parte est minus inconueniens communicare sine confessione præmissa, quàm ea facta præ properè, & non integrè; sicut de eo qui est proximus communioni, & iam accessit ad linteum, dicunt aliqui Doctores. Huc vsque Zambranus, cui etiam adde Iacobum Granadum *de Sacrament. in 3. part. D. Thom. contr.7. tractat.9. disputat. 5. sect. 3. num. 20.* Et ideò præcipuè in villis & paruulis oppidis aduertant omnes Confessarij antequam deferant infirmo sacram communionem, aliquem mittere: qui illum interroget, an velit de aliquo crimine se reconciliare, vt supradicta incommoda omnino euitentur.

RESOL. CXXV.

An quando quis ratione scandali debet sumere Eucharistiam, & confessio est adeo longa, vt perfici non possit, & timeretur actum contritionis à pœnitente eliciendum non fore, esset in tali casu confessio dimidianda, & pœnitens absoluendus? Ex part.5. tractat.14.& Miscell.2. Resolut.53.

Sup. hoc cum eodem Granado hic infra citato supra in Resol 63. §. Sed ex his & in Ref. 143.§.vlt.

§. 1. CAsus est practicabilis, & forsitan apud neminem inuenies, nisi apud Iacobum Granado *in 3. part. D. Thomæ, de Sacrament. controu.7. disputat. 5. sect. 3. num. 10.* vbi sic ait: Colligi ex his potest, quid faciendum sit, quando pœnitens sanus accederet ad confessionem in eo euentu, quo communionem sine graui scandalo præmittere non posset, aliunde verò occurrit necessitas confessionis adeò longæ, vt tunc perfici non possit; dicendum enim est tunc licitum esse communicare præmissa contritione; quòd si fortè contritio non eliceretur, non & timeretur prudenter eliciendam non fore à pœnitente, probabile mihi est posse confessionem dimidiari, quia tunc vrget casus vitandi scandali, quod est notabile nocumentum, propter quod potest pœnitens dimidiare confessionem, vt patet, & non vitabitur, nisi accedendo ad communionem. Cùm ergo ad hanc non liceat peccatori accedere, nisi præmissa confessione, aut certè contritione in aliquibus casibus, qui crederet se non nisi attritionem habere, deberet confessionem præmittere, ne alioqui nouum peccatum committeret. Ita Granado.

RESOL. CXXVI.

An, si quis probabiliter iudicat se non peccasse mortaliter, vel iam esse confessum tale peccatum, si probabiliter etiam iudicet contrarium, teneatur confiteri?

Sed difficultas est, quando pœnitens probabilius iudicat se peccasse, vel non esse confessum tale peccatum, an tunc debeat confiteri tale peccatum?

Et notatur, quod nullus, etiam si scrupulis non sit vexatus post mediocrem adhibitam in discussione conscientia sua perquisitionem in ordine ad confessionem peccatorum sufficiendam, teneatur vlterius de anteacta vita cogitare; & ideo, si aliquid occurrat non explicatum fuisse in confessione, poterit sibi persuadere illud iam fuisse memoratum, quod est valdè notandum ad tollendum multos scrupulos. Ex part.3.tract.4.Ref.106.aliàs 107.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Nugnus *in addit. ad 3. part. quæst.9. artic. 2. dub.4. in fine,* quia putat, quòd tunc homo potest sequi opinionem probabilem, quando in ipsis rebus non imminet aliquod periculum, & citat pro hac sententia Diu. Thomam, Paludanum, Richardum, Sotum, Victoriam, Nauarrum. Idem docet Salas *in part.2. tract.8. q.vnica, sect.5.num.60. in solut.ad 4.* & ex parte hanc sententiam docet Coninch *de Sacram. disp.7. dub.... num. 68.* vbi putat, quòd qui probabiliter iudicat se non esse confessum aliquod peccatum, teneatur illud confiteri. Sup.hoc infra Ref.134. cursim in § Nota tamen.

2. Mihi verò contraria sententia videtur etiam probabilis, quam docent Pitigianus *in 4.sent.so 2.dist.27. q.vnica, art.11.* Suarez *in 3.part.tom 4. disp.22. sent.9. n.6.* & alij; nam potest vnusquisque sequi opinionem probabilem, quæ tollit periculum, quod timet Nugnus *vbi supra.*

3. Sed difficultas est quando pœnitens probabilius iudicat se peccasse mortaliter, vel non esse confessum tale peccatum. In hoc casu Coninch *vbi suprà.* & Fagund.*pr.2.lib.3.c.4.n.7.* docent illud peccatum debere confiteri, quia pœnitens non est iudex, sed est accusator sui ipsius,& testis, & nisi tale peccatum tunc sub eo dubio cõfiteatur, potest se exponere periculo mortaliter peccandi, & ideo tenetur euitare huiusmodi periculum, confitendo illud peccatum sub eo dubio, ne fortè peccato mortali se exponat. Ita ille. Sup. hoc in Resol. seq. à lin.4.

4. At hæc sententia mihi non placet. Non enim possum intelligere, quomodo pœnitens sequendo opinionem probabilem exponat se periculo peccandi mortaliter, vt timet Fagundez; nam opinio probabilis hoc efficit, vt quis eam seqnendo sine periculo operetur, etiam probabiliori, & tutiori relicta; & ita nostram sententiam docent Sanchez *in sum. tom.1. lib....c.11.n.76.* Sylüius *in addit.ad 3.p.q.6.art.4. quæritur 1.* & alij.

5. Notanda est etiam hîc obiter solemnis doctrina

Ioanois

Sup. hoc supràex Ref. 70. lege doctrinam §. vlt. prope finem, à verſ. Et notent ſcrupuloſi. & in Reſ. 123. recitantur in §. vlt. ad lin. 3.

Ioannis Sancij *in ſelectis, diſp. 41. num.* 18. vbi aſſerit, quod nullus, etiamſi ſcrupulis non ſit vexatus, poſt mediocrem adhibitam in diſcuſſione conſcientiæ ſuæ perquiſitionem, in ordine ad confeſſionem peccatorum efficiendam, teneatur vlteriùs de anteacta vita cogitare; quòd ſi aliquid occurrat non explicatum fuiſſe in confeſſione, poterit ſibi perſuadere illud iam fuiſſe memoratum. Ita Sancius, quòd eſt valdè notandum ad tollendum multos ſcrupulos.

RESOL. CXXVII.

An qui iudicat magis probabiliter aliquod peccatum commiſiſſe, vel confeſſum minimè fuiſſe, teneatur illud confiteri?

Et an qui ex opinione etiam probabiliori aliquod peccatum tacet, exponat ſe periculo errandi circa integritatem confeſſionis? Ex part. 5. tr. 14 & Miſcell. 2. Reſ. 113.

Alibi in §. 1. & 2. Reſ. annot. ſeq. Sup. hoc in Reſ. præterita §. Sed difficultas.

§. 1. DIximus alibi, quòd ſi quis æquè probabiliter iudicet peccatum non commiſiſſe, vel confeſſum fuiſſe, non teneri illud in confeſſione manifeſtare. Sed difficultas eſt, quando magis probabiliter iudicet ſe non fuiſſe confeſſum, vel peccatum non commiſiſſe? Et negatiuam ſententiam olim ego docui, quam ſcio diſplicuiſſe cuidam viro docto, & amiciſſimo. Sed immeritò quidem, & ideo illam nouiſſimè docet Ludouicus Mæratius *in D. Thom. tom. 3. tractat. de ſacrament. Pœnitent. diſp. 26. ſect. 3. num.* 4. vbi ſic ait: Quod alij communiter aſſerunt peccata dubia eſſe in confeſſione explicanda, intelligendum eſt, vt & ipſi intelligunt, quando is verè de illis eſt dubius, tunc autem ſolùm eſt cùm ita vacillans, & animo ſuſpenſus eſt, vt de neutra contradictionis parte determinatè, quòd ſcilicet commiſerit, vel non commiſerit, quòd ſit, vel non ſit mortale quòd confeſſus antea fuerit, vel non, ferre iudicium probabile queat. Quare dum probabiliter iudicat ſe non commiſiſſe, vel peccatum mortale non eſſe, vel ſe antea confeſſum fuiſſe, non obligatur confiteri, etiamſi æquè probabiliter, imò fortè oppoſitum probabilius iudicet; multòque minus ad id obligatus cenſeri debet, dum ſtante illo priori probabili iudicio ſuſpicionem tantùm, aut formidinem de oppoſito habet. Non enim hæc formido ſuſpicióque vera dubitatio eſt, cùm probabile iudicium de vna determinatè parte contradictionis non excludat, quod excludit dubitatio. Ratio autem eſt, quòd in rebus practicis licitum ſit, & tutum ſequi probabilem opinionem, relicta contraria, licèt æquè probabili, aut etiam probabiliori; quòd autem nulla ſit obligatio confitendi peccata, de quibus habet pœnitens probabile iudicium, quòd ea vel non commiſerit, vel mortalia non ſint, vel olim confeſſus fuerit, probabilis ſaltem opinio eſt. Ita Mæratius, & ego. Vnde ex his apparet refellendum eſſe Duvallium, qui nouiſſimè *in 2. Diui Thomæ, tractat. de humanis actionibus, quæſt. 4. art.* 12. docet, eum qui ex opinione etiam probabiliori aliquod peccatum in cōfeſſione taceret, peccaturum, exponeret enim ſe periculo errandi circa integritatem confeſſionis, certum quippe illi eſt declarationem peccati eſſe viam certam, & vndequaque ſecuram, aliam autem incertam, aut ad amplius probabilem. Sed fallitur vir doctus. nam qui relinquit confiteri peccatum ex opinione probabili, nullo periculo ſe exponit quoad validitatem confeſſionis, vt pluribus in locis à me ſatis probatum eſt, & præcipuè contra Peregrinum *in 3. parte, tractatu 2. reſolutione 3. & in parte 4. tractatu 4. reſol.* 4.

Sup. hoc lege doctrinam Reſolutionis ſeq.

Reſ. 1. citata in hoc textu

RESOL. CXXVIII.

An qui dubitat ſe ex verecundia reliquiſſe in confeſſione aliquod peccatum, teneatur repetere confeſſionem illam, vel ſolum peccatum omiſſum?

Et ſupponitur, quod qui voluntariè aliquod mortale in confeſſione omiſit, confeſſio eſt nulla, & ideo iteranda.

Et quid, ſi magis incliuet quod non ſit confeſſus tale peccatum, an teneatur repetere confeſſionem talem?

Idem eſt, ſi magis incliaet pœnitens, quod ex malitia tacuerit peccatum.

Et aſſeritur tunc non eſſe reiterandam confeſſionem, quando non fuit manifeſtatum aliquod peccatum bona fide, & ex ignorantia, & ſufficere tantum illud confiteri.

Et infertur quod ſi quis dubitat, & magis in eam partem inclinat, vt votum emiſerit, & ſic ſuſpicionem voti habet, non tenetur ad votum, neque ad partem pro ratione huius maioris propenſionis. Ex part. 10. tr. 14. & Miſc. 4. Reſ. 14. aliàs 12.

inuenietur in tom. 7. tr. 1. Reſ. 92. ſecunda verò repetietur in to. 8. tr. 1. Reſ. 4. & in aliis earum annotationum.

§. 1. DIligens Auctor Carolus Baucius docet ſufficere tantùm confiteri peccatum omiſſum; ſic enim ait in *Miſcel. tom. 1. quæſt.* 474. Saluo meliori iudicio: ſi poſt diligens examen Pœnitens dubitat an reuera tacuerit peccatum mortale in Confeſſione ex verecundia, aſſero quod non tenetur repetere Confeſſionem illam, in qua dubitauit tacuiſſe ex verecundia peccatum, etiamſi magis inclinet in eo, quod non ſit confeſſus. Ratio eſt, quia in dubio non debet imponi graue onus, quale eſt repetere Confeſſionem, præſertim ſi eſt Confeſſio multorum annorum, & aliud non debet operari dubium, niſi quod Pœnitens teneatur ſub dubio confiteri peccatum omiſſum in Confeſſione. Confirmatur à pari, ſi quis dubitat, & magis inclinat in eam partem, vt votum emiſerit, & ſic ſuſpicionem voti habet, non tenetur ad votum, neque ad partem pro ratione huius maioris propenſionis. Ità docet Sanchez ſe retractans, *in Summa, tom. 1. lib. 1. cap. 10. num.* 36. Garzias *de Benefic. tom. 2. part. 7. cap. 2. numero* 31. & alij apud Dianam *part. 3. tract. 6. reſol.* 50. §. *Nota etiam.* ergo idem dicendum eſt in Confeſſione, nempe non eſſe imponendum onus laborioſum Pœnitenti, quale eſt, vt repetat Confeſſionem, in qua dubitauit ex malitia tacuiſſe peccatum mortale in Confeſſione. Idem dicendum eſt; ſi magis inclinat Pænitens, quòd ex malitia tacuerit peccatum, quàm ſi non tacuerit, nempè non teneri repetere Confeſſionem, ſed tantùm confiteri peccatum omiſſum, de quo eſt dubius an aperuerit in Confeſſione, vt patet de eo, qui emiſerit votum, & dubitat an emiſerit, vt ſuprà dictum eſt. Ità mecum ſentiunt docti, & pij viri, quibus hunc caſum communicaui. Hucuſque Baucius.

Quæ hic inuenietur in t. 8. tr. 4. Reſ. 23. §. Nota etiam. & in aliis annot. eiuſq; dicti §.

2. Sed ego contrarium ſentio; nam qui voluntariè aliquod mortale in Confeſſione omiſit, certum eſt, quod Confeſſio illa eſt nulla, & tenetur illam iterare; vt docent communiter Doctores, teſte Leandro, *de Sacram. tom. 1. tract. 5. diſp. 5. quæſt.* 68. Ergo in caſu de quo loquimur, ſi ille eſt dubius an voluntariè reliquerit peccatum mortale, Confeſſio illa fuit inualida, atque ideò non ſolùm peccatum, ſed etiam confeſſio tanquam inualida reiteranda venit: Vndè apparet exemplum adductum de voto; quod dubius de voto non tenetur ad votum concedo. Sed dubius an reliquerit aliquod peccatum in Confeſſione, tenetur etiam ſecundum Baucium illud confiteri. Ergo, & reliqua alia peccata in illa

Confessione manifesta; quia illa fuit Confessio inualida. Itaque dicendum est, quod dubius de voto non tenetur ad votum, quia in tali casu possessio non stat pro voto: Sed in nostro casu possessio stat pro præcepto integrè confitendi, & pro præcepto iterùm in Confessione aperiendi peccata in alia Confessione nulliter, & inualidè absoluta. Ergo, &c. Confirmatur nostra opinio: nam Vasquez, *in 3. part. tom. 4. quæst. 92. art. 3. dub. 1.* Reginaldus, *tom. 1. lib. 6. numer. 153.* Syluester, *verb. Confessio. 1. quæst. 3.* Leandrus, *quæst. 69* & alij, asserunt tunc non esse reiterandam confessionē factam bona fide, & ex ignorātia, & sufficere illud tantum confiteri: Sed in casu nostro peccatum non bona fide, sed mala, fuit tectum; ergo. Nec obstat dicere superiùs dicta procedere, quando quis est certus reliquisse voluntariè peccatum in Confessione; secus autem si esset dubius vt in casu nostro. Respondeo enim, doctrinam adductam procedere in vtroque casu; nam etiam in casu dubij possessio stat pro præcepto. Et ideò obseruat Gaspar Hurtadus, *de Pœnitent. disp. 9. diffic. 11.* & alij, quod quamdiu ratione cordata, & prudenti non constat, aut prudenter non dubitatur confessionem fuisse culpabiliter mutilatam, non esse necessariò repetendam. Sed in casu nostro supponitur, quod prudenter dubitatur confessionem fuisse mutilatam: ergo necessariò erit repetenda. Vndè ex his puto non esse admittendam opinionem amicissimi Baucij.

Sup. hoc suprà in Ref. 108 & in aliis eius auuot.

RESOL. CXXIX.

An confitens, v. g. fornicationem, de qua dubitat, an illam aliàs confessus sit, si hoc dubium in confessione non explicet, confessio sit valida?

Ex quo colligitur pœnitentem non teneri in confessione dicere se tale peccatum post vltimam confessionem commisisse, nisi ob aliquam particularem circunstantiam mutantem speciem, vel constituentem hominem in proximam peccati occasionem necesse sit hoc exprimere? Ex part. 4. tract. 3. Resol. 65.

Sup. contento in hac Ref. infrà in §. vlt. Ref. 131.

§. 1. Respondeo negatiuè, quia sic confitendo circa materiam non mentitur, quam ipsi Confessario exponit, cùm nunc certa sit, neque negat se id confessum fuisse. Et ita in terminis docet nouissimè Homobonus de Bonis *in consultat. cas. conscient. vol. 2. part. 5. respons. 132.* vbi citat Sanchez, Coninch & Bonacinam, cum quibus colligit, pœnitentem non teneri in confessione dicere se tale peccatum post vltimam confessionem commisisse, nisi ob aliquam particularem circumstantiam motantem speciem, vel constituentem hominem in proximam peccati occasionem, necesse sit hoc exprimere; vnde non debeat hanc opinionem improbabilem vocare Turrianus *in censuris theologicis.*

Sup. hoc in Ref. & §. not. præteritæ, & infrà in Ref. 192. §. 2. à lin. 4. & in Ref. 193. §. 2. ad medium, à vers. porque nayde, vsque ad §. Nota.

RESOL. CXXX.

An peccata dubia sint materia necessaria confessionis? Ex part. 10. tractat. 12. & Miscell. 2. Resol. 2.

Alibi in Ref. sequentibus, & infrà in Ref. 139. §. vlt. à lin. 2. & in tom. 8. tr. 1. Ref. 30. §. 1. & 2.

§. 1. Negatiuam sententiam alibi impugnaui, sed video illam in dies radices figere: vnde apponam hic verba Petri Marchant *in Tribunal. Sacram. tractatu 4. titulo 6. quæstione 5.* Peccata vere dubia per se quatenus sunt dubia, non sunt materia confessionis. Ratio fundamentalis est; quia vt talia non sunt verè peccata, nec iudicium vllum fundare possunt. Cùm enim primò omnium constare debeat Iudici, an sit, siue esse, antequam procedere possit in iudicio: peccatum, vt dubium est animum suspensum tenet ad esse, vel non esse: & hinc factum reor, quod Concilium Tridentinum *tota sessione 14.* cùm de mortali, & veniali peccato egerit in ordine ad confessionem: nullam tamen fecerit mentionem de peccatis dubiis. Vtique, quia illa, quatenus dubia sunt, per se non sunt materia iudicij, & consequenter nec confessionis. Dico, (per se) quia ratione alicuius periculi, vel circumstantia, quæ ponitur certò in esse, possunt fieri materia, vt post eam dicam.

2. Itaque, qui simpliciter, & verè dubitat de toto facto, cuiusque substantia, siue an verè fecerit, vel factum fuerit, id de quo dubitat, etsi aliàs illud peccatum esset; non tenetur etiam sub dubio confiteri. Ratio est, quia in omni scientia reali, & iudicio primo supponendum est, quod res sit, & quod factum sit. Cùm igitur, vt supponimus, dubitet pœnitens, an sit factum? siue an à se factum? sicut ipse iudicium aliquod formare non potest, sic nec minus confessarius, qui non nisi ex relatis à pœnitente iudicare potest. Explico exemplo. Ioannes verè dubitat, an alienum retineat? An hæreditas, ad quam peruenit, iustè à parentibus acquisita fuerit? An in ebrietate hominem occiderit? Quandio illi non constat, vel apparet probabiliter, se alienum retinere, se male acquisitorum esse hæredem, se inebriatum esse: non tenetur, etiam sub dubio, illa confiteri. Ratio est, quia non sunt materia iudicij, cùm non constet esse. Eo enim ipso, quò se verè nescire asseueranerit, quam scientiam siue ad iudicandum, siue ad absoluendum Confessario ingeret? Et in hoc applicanda est certissima regula iuris: In dubiis melorem esse conditionem possidentis. Nemo enim spoliandus est innocentia & iustitia, quam possidet quamdiu non probatur nocens. Nec Lex aliquem virga suæ animaduersionis ferire censetur, nisi & factum sit manifestum, & contra Legem peccatum esse iudicetur. Et in hoc fundatur Regula inter Confessarios communiter recepta, qua prudenter suis pœnitentibus consulunt, ne se de aliquo peccato accusent, nisi certò affirmare possint, se commisisse. Quæ nimirum intelligenda est de confessione facti in se, siue in substantia sua, de quo primum in omni iudicio constare debet, vt super illud iudicium fundetur. Aliud enim esset de modo, obligatione, & circunstantiis facti.

3. Quicunque igitur dubitat de toto facto, vel substantia facti, ita vt verè dubitet, an actus peccaminosus sit factus? Vel si factus, an per ipsum sit factus, vel eum aliquo modo afficiat, siue ad eum pertineat; quandiu verè, & rationabiliter dubitat, non tenetur confiteri. Tenetur tamen diligenter inquirere, qualiter hoc ad illum pertinere possit, aut de facto pertineat; vt cognita veritate pro sua conscientia opportunè possit disponere. Ita in exemplis allatis: si dubito, teneor inquirere: An verè inebriatus fuerim? An in ebrietate adulterium commiserim, vel alium percusserim? An bona, quæ habeo, iustè possideam, &c. Quandiu verè stat dubium; melior est conditio possidentis, & debeo stare pro mea innocentia, nec debeo confiteri. Vbi tamen in alteram partem contra me contingit dubium probabilius inclinare; tunc demum debeo, & teneor illud supponere clauibus: quia conditio possidentis transit in iustitiam legis. Vnde, si quandoque Doctores dicant, talia esse confitenda; intelligendi sunt non tam de confessione ad iudicium, & absolutionem, quam ad consilium à Confessario capiendum; quod &

ipsum

ipsum consilij est, & non præcepti, nec necessitatis. Hucusque Marchant.

4. Sed magis latè pertractat hanc quæstionem doctissimus, & amicissimus Caramuel *in Theologia morali lib. 3. disputat. 4. num.* 1478. *& sequentibus.* Firmat enim, eum, qui dubitat de peccati commissione, quantitate, aut absolutione, non teneri confiteri. Nam confessionis Tribunal est analogum Tribunali forensi, & litigioso; vtrumque enim constituitur actore, reo, testibus. & Iudice. In confessionis tribunali Iudex est Confessarius; Reus, pœnitens in quantùm peccauit; actor ipsemet pœnitens, in quantum Deum amans, & peccata fragiliter commissa derestans. Testimonia sunt rationes graues, & infallibiles, quibus actio fundatur. Atqui in Tribunali Mechliniensi hæ accusationes, appello de latrocinio Socratem, quia dubito vtrum furatus fuerit: Ambrosium, quia tametsi nullus testis id asserat, forte furatus est: Anselmum, quia est vnum iudicium leue, & huiusmodi aliæ, admitti oon debent: Ergo nec in tribunali confessionis.

5. Confirmatur primò; Pœnitenti legitime confitenti debet Confessarius absolutionem impendere; atqui absolui non potest absolutè, qui ad tuos pedes prouoluitur, & ait: Domine, vtrum furatus fuerim, dubito; si vetè furatus sim, me accuso, aliàs non: vel forte, scio quidem me furatum fuisse, at quantitatem nescio; si fuerit leuis, non me accuso non enim leuia teneor confiteri: si autem fuerit grauis, me accuso. Vel tandem, scio certe, me peccauisse mortaliter, dubito an fuerim tale crimen confessus: cúmque noo tenear bis eadem confiteri peccata, non me accuso de illo, si illud confessus sum; si non sum confessus, me accuso: ergo Quod non possit absolui absolute, demonstro. Quia absolutio absoluta requirit materiam certam & absolutam, quæ io huiusmodi confessionibus noo reperitur.

6. Confirmatur secundò; In nullo Forensi Tribunali potest quis pœna aliqua determinata condemnare reum, antequam conuictus sit; sententia enim, quæ virum condemnat, quem tueri, & absoluere potest, iniqua est. Ergo nec in confessionis tribunali. Ergo confitenti crimen dubium, imponi nequit pœnitentia certa, nec dari sine conditione absoluoo. Igitur cùm ais, si furatus sum, me accuso; Confessarius dicet, si vere furatus es, ego tibi talem impono pœnitentiam, absoluo, &c. Sed quidquid alij clament: hoc est non ferre sententiam, hoc non est reum mulctare, hoc non est eum absoluere.

7. Hæc opinio videtur eoam probari clarissimis verbis Concilij; erant enim multa dubia in Ecclesia, quæ non solom Hæretici, sed & Catholici nonnunquam liberius, quam fas erat, sentientes, perturbabant. Indigebamus Spiritus Sancti magisterio. Et ipsa Tridentina Synodus, *sessione* 14. *capite* 5. sic inquit: constat enim sacerdotes iudicium hoc incognita causa exercere non potuisse, neque æquitatem illos in pœnis iniungendis seruare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur, oportere à Pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint &c. Quibus verbis sic vtor. Censendum est, Tridentinum Concilium sufficienter docuisse fideles, *sessione illa* 14. in qua de pœniteotia ex professo actum. At ibi aperte docet pœnitentem debere confiteri omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habet; ergo & docuit, non debere confiteri illa, quorum post diligeotem discussionem conscientiam non habet. Atqui illorum, de qoibus quis dubitat, conscientiam oon habet: Ergo. Probatur minor; quia conscientia est notitia scientifica, & dubium scientifica nootia non est.

8. Dices, conscientiæ nomine non solum notitiam euideotem, sed & dubiam intelligi; datur enim conscientia euidens, probabilis, dubia, scrupulosa, & hypocondriaca. Respondeo tamen, hoc esse verum in aliis Authoribus, & locis; non tamen in præseoti. Ratio est, quia illa Concilij verba: *Ex his colligitur*: suadent consequentia ex antecedentibus inferri; atqui ex antecedentibus noo infertur conscientia dubia, sed certa; ergo in eo loco conscientiæ nomine non intelligitur dubia sed certa. Maior videtur certa, minorem probo. Ideo debemus siogulorum peccatorum speciem, & numerum confiteri, quia Sacerdotes iudicium hoc (verba Concilij sunt) incognita causa excercere non possunt, nec æquitatem in pœnis iniungendis seruare; ergo dubia peccata noo debemus exponere. Patet consequentia, quia causa cognita, non est dubia, & causa dubia non est cognita; & causa incognita iudicium hoc exerceti non potest.

9. Confirmatur. Quia, asserente Concilio, debet æquitas in pœnis iniungendis seruari: ergo debet certo constare de delicti existentia; aliàs euim qua æquitate pœoæ certæ, & determinatæ pro peccato incerto & indeterminato iniungerentur?

10. Confirmant hanc doctrinam aliæ multæ eiusdem Tridentini periodi; nam aliis omissis, quæ in illa 14. *sessione* occurrunt, resumanus: oecesse est omnium etiam veniam cum aperta, & verecunda confessione à Deo quærere: & sane confessio dubia non videtur posse aperta vocari. Sed Concilium progreditur: Itaque, dum omnia, quæ memoriæ occurrunt, peccata Christi fideles confiteri student; procul dubio omnia diuioæ misericordiæ agnoscenda exponunt: qui secus faciunt, & scienter aliqua retinent; nil Diuinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt; si enim erubescat ægrotus (Hieronymus exponens illud Eccles. 10. Si mordeat serpens in silenoo,) vulnus medico detegere; quod ignorat medicina, non curat: ergo tenetur quis confiteri peccata, quæ occurrunt, nempè post diligentem sui discussionem. Dubia autem crimina post discussionem non occurrunt: ergo malè confiretur, qui scienter peccata retineret; atqui dubia non retinentur scienter; non enim in dubiis datur scieotia. Ergo.

11. Vniuersa, quæ diximus illustrat hæc periodus, constat, nihil aliud (notat benè, quia dum nihil aliud dicit, clarissimè & vniuersalissimè Concilium loquitur) in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quam vt post quam quisque diligentius sese excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras explorauerit ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum eadem coofessione inclusa intelliguntur. Attente legas, obsecro. Constat nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, inquit sanctum Concilium: illi igitur contradicit, qui aliquid aliud requiri existimat. Hæ enim assertiones, nihil aliud à pœnitentibus exigitur; & aliquid aliud exigitur; contradictoriæ sunt. Cùm autem prior sit expressa Concilij; altera sine errore clarissimo teneri non potest. Sufficit igitur vt confiteatur ea peccata, quibus se Dominum & Deum suum offendisse meminerit: Ergo nemo tenetur confiteri venialia: Ergo nec dubia, licèt grauia: dubitare enim non est meminisse: Scire est quoddam meminisse, dicebat Plato. Nullum tamen audiuimos, dubitare,

& meminisse confundentem. Et hæc omnia docet Caramuel loco citato qui postea respondet ad multas obiectiones in contrarium, & testatur Patres Societatis Iesu Louanienses in eorum Gymnasio (ipso præsente) hanc sententiam defendisse: Quam etiam nouissimè & latè docet, & conatur probare Ioseph de Ianuario *in Resol. Theol. mor. tom. 1. ref. 2. per totam*; & præter Henriquez, Layman, & Præpositum alibi à me citatos, ex eadem Societate hanc opinionem tanquam probabilem admittit Pater Amicus *in cur. Theolog. tom. 8. disp. 13.* cui adde Martinum de sancto Ioseph, *in Monit. confessionis, tom. 1. lib. 1. de pænit. tract. 6. n. 1.* vbi sic ait: Obliga este præcepto al que duda si peccò mortalmente. Aunque otros Dotores probabilmente afirman, que el que està dudoso, si cometio el peccado mortal, ò si le confessò, que no se inclina mas à vna parte, que à otra, puede practicamente deponer la duda, con la qual queda desobligadò de confessar el peccado, de que duda si lo cometio, ò le confessò; por ser principio llano de derecho, que *in dubiis melior est conditio possidentis. l. si debitor. ff. de pignor. cum vulgatis*, sic Henriquez *lib. 8. c. 45. n. 3* Reginaldus, *lib. 29. c. 6. n. 99. ad finem*. Suarez *de pænit. disp. 21. sect. 9. n. 6.* vide Dianam *par. 4. tr. 3. resol. 5.* de mas de que, *dubius ab ignorante non distat. l. Manifestissimi, §. Sin autem nescius, Cod. de furtis: imo æquiparantur*, Surdus *decis. 165. n. 19.* y como no obliga à confessarse el peccado que se ignora que es mortal; assi tambien parece que no obliga al que duda si le cometio. Ita ille.

Alibi in Resolutionibus not. primæ huius Res.

Quæ hic est infrà Res. 134.

12 Sed his non obstantibus, puto omnino non esse recedendum à sententia affirmatiua, vsque adhuc practicata in Ecclesia Dei, & quam communiter docuerunt Theologi omnes cum eorum Magistro D. Thoma *in 4. sent. disp. 21. qu. 2. artic. 3. ad 1.* Vide Doctores, quos, me etiam citato, citat, & sequitur Pater Franciscus de Lugo, *part. 1. de Conscientia, c. 2. q. 29. n. 170.* & me citato Marcus Vidal *in Arca Vitalis Theologiæ moral. de Pænit. Sacram. Inquisit. 5. concl. 1. n. 9.* quibus adde omnino videndum Patrem Ouiedo *in part. 2. D. Thomæ tract. 5. contr. 4. punct. 7. n. 57.* qui asserit, nostram sententiam esse omnino veram & tenendam ex communi Ecclesiæ praxi; & etiam ratione probatur. Quia Sacramentum Pœnitentiæ potuit institui cum obligatione confitendi peccata dubia, vt fatetur Præpositus, quod nullus audebit negare. Aliàs communis Ecclesiæ sensus hucusque fuit ita esse institutum. Ergo dicendum est, institutum fuisse cum hoc præcepto, est sub hac obligatione: est enim optimus interpres Legum modus, quo ab omnibus illæ fuerunt intellectæ, & exercitæ. Ex hoc facilè respondetur ad omnia argumenta adducta pro contraria parte. Ad testimonium enim Tridentini dicimus, secundum interpretationem Ecclesiæ intelligi de peccatis dubiis. Ad aliud Argumentum dicimus, forum pœnitentiæ distinctum esse à quocunque alio foro iudiciali: nam Sacramentum pœnitentiæ est vindicta salutaris, vt constat ex Tridentino, *sess. 14. c. 8.* vel non tantum in punitionem criminum, sed magis etiam ad animarum salutem institutum. Et tandem ad aliud dicimus, hominem non priuari sua libertate propter rationem tantum dubiam, sed propter dubium speculatiuum, quod secum affert certitudinem practicam circa obligationem confitendi.

13. Non est igitur recedendum à praxi omnium Fidelium, & totius Ecclesiæ, cuius initium credendum est ab Apostolis emanasse. Et ita doctus Leandrus licèt libenter benignioribus opinionibus adhæreat; tamen sententiam negatiuam improbauit, *tom. 1. de Sacram. tr. 5. disp. 5. q. 26.* & me citato, nostræ sententiæ adhæsit. Et Tamburinus, etiam ad opiniones benignas pronus, *Opuscul. de Confess. lib. 2. c. 1. §. 3. n. 14.* sententiam negatiuam practicè excipi posse, decernere recusauit. Nota vero quod post hæc scripta inuenio nostram sententiam docere doctissimum & amicissimum Patrem Bardi *de conscientia discept. 6. c. 11. part. 4. §. 1.* qui respondet ad omnia argumenta, quæ in contrarium adducit Caramuel. Idem etiam docet me citato Ioannes de Dicastillo, *tom. 1. de Sacrament. tract. 4. dub. 8. disput. 9. num. 137. & seq.* adi illum & non pigebit, est enim vir qui inter Theologos nostri temporis prima subsellia obtinet.

RESOL. CXXXI.

An peccata dubia sint materia necessaria confessionis.

Et aduertitur, quod si quis confessus est peccatum vt certum, quia sic putabat, postea vero habet dubium, non tenetur illud vt dubium iterum confiteri, nisi forte ex alio capite.

Et notatur explicandas esse circumstantias peccati, siue tanquam conditionaliter certas, siue etiam tanquam conditionaliter dubias, si tales circumstantia mutant speciem, &c.

Verum aduertitur, quod quando aliquis confitetur de peccato dubio, adiungendum est aliquod peccatum certum.

Quando autem quis confitetur peccatum, de quo dubitat, an alias confessus sit, non tenetur dicere se dubitare, an confessus fuerit?

Nec pænitens tenetur dicere se tale peccatum commisisse post vltimam confessionem, nisi ob aliquam circumstantiam mutantem speciem? Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 44.

§. 1. HAnc difficultatem non inuenio apud antiquos Doctores in dubium positam, saltem de illa cæperunt dubitare aliqui recentiores, & quod peius est negatiuam sententiam docuerunt, quam nouissimè tenet doctus Pater Ferrantius *de scandalo quæstione 77. præcipuè à num. 31.* qui post plura sic asserit: Confirmatur hæc opinio, & his quæ decreuerunt doctiores quidam Patres in hoc colleg. Roman. contra propriam opinionem, quam antea sustinebant. Cùm n. ex Prouincia Austriæ propositiones aliquæ missæ essent Romam ad nostrum admodum R. P. Generalem, ipsius iussu examinandas à Patribus reuisoribus, quorum munus est libros diligenter expendere, antequam imprimantur, tale iudicium, quod mox subiiciam, tulerunt vnanimes circa nonam petitionem factam.

Sup. hoc late in Res. præterita, & in t ibus Resol. seqq. & in quarta §. vlt. & lege etiam doctrinam quintæ Res. hanc sequen. & infrà ex Res. 139 §. vlt. à lin. 2. & in tom. 8. tr. 1. in Res. 30. §. 1. & 2.

2. Nona petitio hæc erat, peccata dubia siue positiuè, siuè negatiuè tantum dubia sint, confiteri non tenemur.

3. Responderunt ita, de peccatis dubiis positiuè non est dubium permitti posse, cùm sit opinio communis Doctorum: De peccatis dubiis negatiuè, circa quod est maior difficultas: iudicauimus olim non debere permitti secundum nostras regulas, cùm vix reperiatur vnus scriptor, qui illam apertè tueretur: nunc verò cùm iam apertè, & ex professo in suis scriptis tueantur, præter P. Ægidium Coninch. *de Sacram. pænit. disp. 7. dub. 8.* Petrus Marchant, *in tab. Sacr. tract. 4. tit. 6.* Caramuel *in Theol. mor. lib. 13. dis. 4. n. 478.* Iosephus de Ianuario *Res. moral. tom. 1. resol. 2. per totam.* P. Io. Martinon *tom. 5. d. 50. sect. 8. num. 91.* & alij multi Scriptores illam iudicent probabilem, censemus posse iam in scholis Societ. permitti. Prima ratio est ex Trid. quam affert

affert Layman, quòd nimirùm ea tantùm peccata mortalia teneamur confiteri, quæ sunt in memoria, & conscientia; peccata verò mortalia dubia negatiuè, non possunt dici esse in memoria, & conscientia pœnitentis, ergo.

4. Secunda ratio; quod in dubio delicti nemo cogendus est sententiam subire, & pœnam. Tertiò, quod melior sit conditio possidentis suam libertatem in tali dubio negatiuo.

5. Sed pœnitens est in possessione libertatis, qua libet est ab obligatione confessionis peccati, de quo non constat, sed dubitatur modo dicto.

Ergo per tale dubium superueniens, non est obligandus.

6. Quarta; quod sicut non tenetur pœnitens confiteri quando dubium negatiuum est circa substantiam actionis peccaminosæ præcisè, vt concedit etiam Coninch, Præpositus, Lessius, & alij à Præposito consulti, ita neque tenetur, quando dubium negatiuum est circa peccati commissi qualitatem; quæ illatio Lugo valida est.

7. Quintò, à paritate eorum, qui sic dubitant negatiuè de voto emisso, vel debito contracto. In quibus casibus ad nullam solutionem tenentur.

8. Item dubius an fecerit contra legem habentem adnexam excommunicationem, ideoque dubitans de excommunicatione incursa, non tenetur se habere pro excommunicato.

9. Sed contra ea, quæ dicta sunt; Obiicies primò, certa pro certis confitenda sunt, & dubia pro dubiis; ergo peccata eo modo dubia negatiuè, siue circa substantiam actionis peccaminosæ, siue solùm circa qualitatem, confitenda sunt, vt dubia.

10. Respondeti potest, si quis confiteatur peccata huiusmodi dubia in casu, quo non teneatur illa confiteri, velit tamē ad maiorem cautelam, debet ea dicere; vt dubia, reliqua verò certa, vt certa: imò inquit Præpositus, *vbi supr. n. 110. §. adde*, quando dicuntur peccata dubia, adiungenda est alia materia certa, vt dari possit absolutè absolutio à peccatis. In quo casu pœnitens debet elicere actum attritionis de eo, quod confitetur absolutè; quia fortassè peccatum illud dubium non est commissum, & ita si certum aliud peccatum cum attritione, non adiungeretur, absolutio caderet supra nullum peccatum dolorosum.

11. Obiicies secundò; in dubiis tutior pars est eligenda, ergo debet pœnitens talia peccata dubia confiteri, cùm hoc tutius sit.

12. Respondetur, si antecedens sumatur propriè vt sonat, hoc est, tutiorem partem esse eligendam, relicta altera, quæ prudentet minus tuta, sit tamen tuta concedo, quod sit eligenda tutior, ex consilio tamen, non ex præcepto.

13. Si verò antecedens intelligatur de duabus partibus, quarum altera tuta sit, & non sit in ea periculum peccandi altera verò non careat tali periculo, hac proinde tuta non sit, nec possit pro ea formari iudicium probabile practicum, quod non sit peccatum eam sequi, concedo; quod teneamur ex præcepto partem illam tutiorem eligere, relicta non tuta, in qua subest peccati periculum.

Et sic posset negari in vtroque casu consequentia.

14. Obiicies tertiò, de lege ordinaria quodcunque mortale in homine baptizato remitti debet extra Sacramenta per contritionem formalem; vel saltem virtualem inclusam in amore Dei super omnia, & per consequens remitti debet in ordine ad claues, seu cum voto Sacramenti pœnitentiæ. Ergo pœnitens obligatur ad confessionem cuiuscunque peccati mortalis, etiam dubij.

15. Respondetur negando consequentiam, & ad antecedens, Dico, quodcunque peccatum mortale extra Sacramentum remitti debere per contritionem, & per ordinem ad claues, id est cum voto absoluto confitendi peccatum, vel conditionato; nimirum cum voluntate absoluta confitendi peccatum certum: conditionata verò peccatum dubium, hoc est si constaret tunc certò fuisse commissum.

16. Obiicies quartò; Præceptum confitendi peccatum est in possessione; Peccatum verò ipsum supponitur dubium. Ergo præceptum confitendi illud prævalet, & seruandum est. Et hæc omnia docet Pater Ferrantinus *vbi supra*.

17. Sed hanc sententiam Pater Thomas Hurtadus ex Clericis Minoribus vir quidem de Theologia Scholastica, & Morali optimè meritus *tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 8. num. 206.* putat neque speculatiuè esse probabilem, & practicè esse temerariam. Verùm quia ego libenter abstineo à censurandis opinionibus, assero me prorsus adhærere affirmatiuæ sententiæ, nempè peccata dubia esse necessariò in confessione aperienda. & præter Doctores præsertim ex Societate alibi à me pro hac sententia adductos, adducam hic contra Patrem Ferrantinum duos ex suis castris fortissimos commilitones, videlicet me citato Ioannem Dicastillum *de Sacram. tom. 2. tr. 8. disp. 9. dub. 7.* per tot. & Patrem Sfortiam Pallauicinum *in assertionibus theologicis lib. 7. cap. 32. num. 306.* vbi sic asserit; Si tamen peccatum sit merè dubium dicemus dari, tum obligationem illud confitendi. Neque obstat regula, quod in dubio melior sit conditio possidentis: Nam homo dubius de peccato clauibus non subiecto, haud possidet charitatem, & amicitiam Dei certam, sed est dubius de illa. Debet ergo in tali casu decerni tanquam in re dubia, & cuius possessio sit dubia. Diuiditur autem res à iudice inter eos, de quibus dubitatur vtrius sit. Ita est faciendum in casu nostro. Si tu non es peccator, gratia Dei est tua: Si es peccator, habes debitum carendi illa in æternum, & subeundi pœnas inferni. Deus ex sua benignitate permittit vt in hoc dubio res diuidatur magno cum excessu pro nostra parte. Damus enim aliquid minimum ex nostro, hoc est confessionem peccati tanquam dubij, & Deus obligatur ad aliquid maximum ex suo, hoc est ad veniam peccati, ad promissionem vitæ æternæ. Alibi in Resolutionibus not. primæ huius Res.

18. Et quamuis posset euenire, vt quis cum peccato dubio sit in possessione credendi se esse in gratia eo quod ante hoc dubium confessus fuerit bona fide alia peccata, & fuerit ritè absolutus: tamen hanc ipsam possessionem non habet independenter ab obligatione, quam tunc implicitè subiecit confitendi hoc peccatum, cùm primum dubitatio de illo memoriæ occurrisset. Et posita hac implicita obligatione pœnitentis, absolutio extenditur etiam ad peccata non expressa.

19. Obiici posset; malum dubium non esse materiam doloris, ac proinde nec pœnitentiæ. Nec respondeas sufficere dolorem conditionatum; nam ille non est dolor, sed dispositio ad dolendum si purificetur conditio. Dolor quippe non est obligatio moralis, sed actus physicus, qui non recipit conditionem. Respondetur tamen de malo dubio posse dari dolorem, non quidem respondentem tristitiæ, sed timori: sicut de bono dubio potest dari delectatio respondens non lætitiæ, sed spei. Hucusque Pallauicinus. Ad argumenta verò adducta à Patre Ferrantino respondet ex eadem Societate Pater Bardi à me alibi allatus. Ad auctoritatem verò Patrum Reuisorum, solùm asseram quod bona eorum venia poterant considerare Patrem Laymanum in hac Alibi signanter in fine Res. præteritæ & in aliis primæ huius Res.

hac quæstione trepidanter loquutum fuisse, nec pro illo Pater Coninch absolutè stat; Pater verò Ioannes Præpositus licet *in part. 2. Diui Thomæ* talem sententiam tenuerit, tamen postea *in 3. part.* videtur mutasse sententiam, nam asserit hanc sententiam practicè non esse probabilem, vnde dicendum est, quod Schula Patrum Societatis stat pro nostra sententia, quæ præter alias rationes probatur in communi sensu Ecclesiæ.

20. Aduertendum est tamen hic primo, quod si quis confessus est peccatum vt certum, quia sic putabat; postea vero habet dubium, non tenetur illud, vt dubium iterum confiteri, nisi fortè ex alio capite, quàm ex integritate confessionis, quia nimirum se putat grauiter infamatum apud confessarium: Sed hæc obligatio vix vnquam potest esse grauis, imò vix erit casus, in quo quis propter hanc solam causam teneatur refricare memoriam peccati præteriti, cùm nec in casu quo quis sibi imposuerit aliquod peccatum, quod non commisit, existimans se vere illud commisisse, teneatur iterùm apud eundem, vel alium confessarium peccatum sibi prius impositum negare. Imò etiam si quis non solum, sic putabat, sed peccando, & mentiendo in vna confessione imposuerit sibi peccatum aliquod, non video esse necessarium illud ipsum peccatum expressè reuocare in alia confessione, sed sufficit si dicat: accuso me, quod in confessione præterita peccatum graue falso imposuerim; si autem inde, vel mihi, vel proximo sequeretur graue damnum, quod reuocando possem impedire, & deberem; tunc ex alio capite, non autem præcisè ex obligatione integritatis deberem reuocare, siue in confessione alia, siue extra quantum sufficit.

Sup. hoc infrà in Ref. 138. §. vlt. & signanter à lin. 6.

21. Aduertendum est tertio, explicandas esse etiam circunstantias peccati, siue tanquam conditionaliter certas, siue tanquam etiam conditionaliter dubias, si tales circumstantiæ mutant speciem, vel augent numerum, verbi gratia, qui dubitat an habuerit consensum in mortale turpe cum fœmina, quam certò scit tunc fuisse coniugatam, & sibi notam, vt talem id debet fateri, est enim illa circumstantia, quamuis absolutè dubia, cùm peccatum sit dubium, sub conditione tamen certa, quia supposito peccato certum est illud fuisse cum coniugata. Aliquando verò circumstantia etiam est sub conditione dubia, vt si quis dubitet, vel non meminerit se peccasse, vel consensisse in peccatum cum fœmina de cuius statu libero, aut soluto etiam dubitat; quamuis enim tunc supponamus peccatum fuisse commissum, adhuc est locus dubitationi circumstantiæ, quam tamen explicare tenetur. Et idem dicendum est de peccato mortali dubio in genere, atque in specie, si quis enim dubius sit an peccatum mortale commiserit & nescit cuius speciei, id etiam debet fateri sicut multo adhuc potiori ratione, si certus esset se peccatum mortale commisisse, sed nescit cuius speciei.

22. Verùm in his casibus, quando aliquis confitetur, sede peccato dubio, adiungendum est aliquod peccatum certum, si verò inquit Sanchez certus esset de facto, dubius autem de iure, vt cum certus est se admisisse, & solum dubitat, an sit mortale? tunc non opus esse aliam materiam præbere. Quod mihi verum videtur, quando saltem certus est quod illud opus à se factum fuerit veniale; nec enim sufficit, quod certus sit fecisse opus, nisi certus sit in illo peccasse, saltem venialiter vt per solam illius confessionem detur materia certò sufficiens ad essentiam Sacramenti.

Sup. contento in hoc §. in Ref. 1. post præteritam,

23. Quando autem quis confitetur aliquod peccatum certum, dequo dubitat, an alias confessus sit, non tenetur dicere se dubitare, an confessus fuerit? Ita Sanchez, & Coninch; qui eodem modo affirmant pœnitentem in confessione non teneri dicere se tale peccatum commisisse post vltimam confessionem: nisi ob aliquam peculiarem circumstantiam mutantem speciem, fortè id necessarium sit: sicut enim qui scit, vel dubitat tale peccatum fuisse confessum, non tenetur dicere sub mortali se aliàs confessum, vel dubitare an tale peccatum, confessus sit; ita pariter qui commisit peccatum, non tenetur dicere esse commissum post vltimam confessionem, nisi adsit aliqua peculiaris circumstantia, quæ id postulet. Et hæc omnia inuenies apud Dicastillum, vbi supra, quæ valdè à confessariis notanda erunt, sunt enim satis in praxi occurrentia.

per totam, & in aliis eius secundæ annot.

RESOL. CXXXII.

An qui dubius manet se perpetrasse aliquod peccatum, teneatur illud sub tali dubio confiteri? Ex part. 3. tr.4. Ref.60.

§. 1. AFfirmatiuè respondēt communiter Doctores, quos citant, & sequuntur Sanch. *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 10. num. 66. & 67.* Suarez *tom. 4. disput. 12. sect. 9. n. 76.* & alij asserentes, quòd si quis post diligentem animi discussionem dubius maneat, an mortaliter peccauerit, ita vt neutram partem assentiendo inclinare possit, teneatur peccatum illud sub dubio confiteri; & hanc opinionem ego teneo.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref. & in duabus sequentibus, & infrà in §. vlt. Ref. 135. & lege doctrinam Ref. 136. & ex Ref. 139. §. vlt. & in tom. 8. tr. 1. ex Ref. 30. §. 1. & sq.

2. Non reticebo tamen contrariam sententiam docere secundùm Layman *vbi infra*, Ægidium de Coninch. *tr. 2. de Sacr. disp. 7. d. 8. concl. 7.* vbi sic asserit. Ad hoc vt peccatum tenear confiteri, requiritur vt saltem probabiliter possim iudicare me peccasse. Ita ille. Et ratio est quia delictum præsumi non debet, & in nullo foro aliquis accusari debet de delicto, quod commisisse, ita ostendi non potest, vt data indicia, & coniecturæ assensum generent. Deinde per Concilium Tridentinum *sess. 14. c. 5.* tātùm exigitur à pœnitentibus omnia peccata mortalia post diligentem examinis discussionem recenseri. Ergo, &c. Et in hanc sententiam videtur inclinare Layman *in Theol. moral. lib. 1. tract. 1. c. 4. §. 4. num. 37.* saltem in confessionibus ordinariis extra articulum mortis; sic enim ait: Si in decursu vitæ alia peccata sua, quorum conscientiam habet, confiteatur, tacito illo, de quo post diligentem excussionem dubitat, an commiserit, vel an fuerit mortale, tunc probabile apparet, non incumbere eius confitendi obligationem. Non enim ex lege positiua Christi, & Ecclesiæ, habetur, quia esset nimis seuera obligatio accusandi se de iis, quæ commisisse se ignorat. Neque ex lege naturali charitatis propter periculum animæ, quandoquidem confitendo bona fide peccata reliqua, per accidens remittuntur ea, quæ ignorantur. Verùm in hac re nihil determino, sed aliorum iudicio committo. Ita Layman *vbi suprà*, qui optimè hanc sententiam tenet in ordine ad scrupulosos. Nota tamen, quòd Coninch. *loco citato*, loquitur de dubio negatiuo, & non ita absolutè, vt putat Layman, ideo tu cogita; nam ego, vt dixi, absolutè affirmatiuam sententiam teneo.

RESOL. CXXXIII.

An Sacerdos, si ante celebrationem, vel Laicus ante Communionem dubitet, an commiserit aliquod mortale, v.g. an consenserit morosa delectationi, teneatur confiteri?

Ex quo deducitur, an peccata lethalia, etsi dubia, materia sint confessionis? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 32.

Ad

Sup. hoc in mibus Ref. præteritis, & in aliis: arum primatum notationum.

§. 1. AD hanc quæstionem ita respondet Philibertus Marchinus *de Sacramento Ordinis, tract. 2. part. 3. cap. 1. numer. 17.* Cùm dubium est vtrinque æquale; itavt dubitans quasi æqua lance pendere videatur; æqualiter ponderans pro vtraque parte coniecturas, & tunc si non deponat dubium, sed cum illo celebret & communicet, peccat contra reuerentiam Sacramento debitam. Nam etiam peccata lethifera, etsi dubia, materia sunt confessionis. At si tale dubium ante celebrationem vel communionem deponat, sequens opinionem Doctorum probabilem, quòd in dubio æquali possit quis deponere conscientiam suam, & sequi quam partem velit, non secus ac in materia voti & restitutionis, tunc vterque excusatur à culpa, si absque præuia confessione celebret, communicet. Quo casu non dicetur se exponere periculo accedendi indignè ad Eucharistiam, aut lethalia dubia non esse materiam confessionis; aut Tridentinum excepisse à necessitate Confessionis venialia solùm non lethalia dubia. Si quidem hæc omnia rectè procedunt in accedente ad Eucharistiam cum formali dubio lethalis culpæ: non verò locum habent in eo: qui eligens supra relatam opinionem, probabile iudicium intra se haberet, quòd in tali dubio æqualis possessio stet pro libertate sua, non pro Sacramento. Ita Marchinus & ante illum Reginaldus *in praxi, tom. 21. lib. 29. c. 6. num. 99.*

2. Sed hanc opinionem puto non esse admittendam: quia ex illa sequeretur peccata dubia nunquam confitenda esse; quia posset quis semper deponere conscientiam, putans se non esse obligatum: quod in nostro casu non est admittendum. Etenim non est par ratio de voto & restitutione, vt docent Doctores. Vnde refellenda veniunt ea, quæ nouissimè docet Auctor casuum Conscientiæ Bononiæ discussorum anno 1637. mense Septembri *cas. 3. fol. 83.* vbi sic asserit. Speculatiuè loquendo probabile videtur aliquibus, quòd de iure diuino positiuo non adsit in rigore obligatio confitendi peccata mortalia negatiue dubia. Ratio est, tum quia quæ non habet probabile iudicium, quòd peccauerit mortaliter, potest censere se non teneri ad aperiendum illud peccatum in confessione Sacramentali, & potest censere meliorem suam conditionem possidentis suam libertatem, & immunitatem confitendi. Tum quia, qui post diligens examen remanet dubius de voto, non adstringitur quicquam ex voto adimplere; sicut nec similiter tenetur alteri soluere qui dubitat num contraxerit debitum: ergo idem in præsenti dici posse videtur. Præterea non adest obligatio satisfaciendi proximo, aut petendi veniam ab illo, quando dubitamus de iniuria, seu offensa illi à nobis illata.

3. Confirmari possunt prædicta. Primò ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 5. & 7.* vbi cùm exactè tradatur materia necessaria confessionis ad conuincendos hæreticos dicentes Confessionem esse carnificinam conscientiæ, nihil tamen prorsus ibi dicitur de peccatis dubiis: ergo iuxta Concilium Tridentinum non videtur horum esse necessaria confessio; alioquin non debuisset prætermitti doctrina necessaria de hac obligatione. Imò Concilium *cit. cap. 5.* videtur etiam excludere positiuè ab obligatione confessionis Sacramentalis peccata dubia, illis verbis quibus totam solam materiam necessariam confessionis explicat, inquiens. Constat enim nihil ampliùs in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm vt postquam quisque diligentius se excusauerit & conscientiæ suæ sinus omnes & latebras explicauerit, ea peccata confiteatur, quibus se Deum suum mortaliter offendisse meminerit. Quæ verba videntur potiùs oppositum insinuare, dum exigunt confessionem eorum tantùm, quorum pœnitens conscientiam habet: conscientia enim videtur inuoluere scientiam, iuxta illud S. Bernardi *lib. de Conscientia, cap. 8. Conscientiam esse quasi cordis scientiam*: peccatorum ergo, quorum non est scientia. Huc vsque Auctor dictorum Casuum Bononiensium, cui adde Præpositum *in primam secundæ Diui Thomæ q. 19. art. 6. dub. 4. in fine*, vbi sic ait: Qui est dubius, num aliquod peccatum commiserit, si post diligens examen adhuc remaneat dubius, non videtur obligari confiteri, quia respectu præcepti confessionis in possessione suæ libertatis, qua nos debet priuare propter dubium, quod per diligens examen depelli non potuit. Ita ille. Quod etiam docet in alio loco à me citato *in 4. part. tract. 3. resolut. 5.* vbi hanc sententiam tanquam improbabilem damnaui, & nunc iterum damno.

Quæ nunc hanc sequentur, & in aliis eius primæ not.

4. Nec obstant argumenta in contrarium superiùs allata: nam ad illa doctè & solidè pro more suo satis respondet Pater Ioannes de Lugo *de Sacrament. pœnitentiæ, disp. 15. sect. 2. §. 2. à num. 63. vsque ad n. 77* adi illum, & non pigebit.

5. Dicendum est igitur peccata mortalia dubia esse necessariò confitenda, siue dubium sit de substantia actionis, an fuerit facta; siue an fuerit mortalis, siue an fuerit iam illud peccatum in confessione dictum. Vnde contra Marchinum *vbi suprà*, Sacerdos ante celebrationem, vel Laicus ante communionem, si dubitet, an consenserit morosæ delectationi, tenetur confiteri de tali peccato dubio, nec potest conscientiam deponere in tali casu, non adesse obligationem illud confitendi.

RESOL. CXXXIV.

An qui dubitat, vtrum commiserit peccatum mortale, nec ne, teneatur illud confiteri?

Et notatur, quod doctrina huius quæstionis procedit, quando pœnitens est in dubio puro, secus autem si haberet, assensum probabilem circa factum, quod iudicet, vel nullum commisisse peccatum, vel saltem tale peccatum non esse mortale, excepto fortasse mortis articulo, propter irreparabile periculum salutis, cui tunc certius prouidere tenetur.

Et docetur, quod si post confessionem huius peccati in dubio confesso pœnitens habeat notitiam certam, vel probabile iudicium, quod tale peccatum fuerit mortiferum, obligari pœnitentem iterum in confessione manifestare illud vt certum? Ex part. 4. tract. 3. Resol. 5.

§. 1. NEgatiuam sententiam indicat Henriquez *lib. 8. de Eucharist. cap. 45. numero 3. in glossa lit. P.* Et sententiam multis rationibus confirmat Layman *lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 4. numero 37.* licèt non audeat aliquid determinare, & nouissimè ad hoc dubium ita respondet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thom. quæst. 5. de integritate confessionis, dub. 3. numero 117.* Ex vna parte videtur obligari illud confiteri. Primò, quia in dubio tutior pars est eligenda. Secundò in tali casu potest homo dici habere conscientiam peccati, nam tale peccatum est in conscientiam saltem dubiam. Tertiò homo tenetur confiteri de tali peccato; ergo tenetur illud confiteri, quia in homine baptizato illud quod est necessarium contritionis obiectum, est etiam necessarium confessionis obiectum, cùm illud nequeat remitti sine ordine ad claues, & ita tenent aliqui, quos citat, & sequitur Suarez *disp. 22. sect. 9.* Ex altera autem parte videtur non teneri, quia qui non habet probabile indicium, quod peccauerit, potest

Sup. hoc in quatuor Ref. præcedentibus, & in Ref. seq. §. 2. & lege infrà doctrinam Ref. 136. & ex Ref. 139. §. vlt. à l. n. 2. & in tom. 1. ar 1. ex Ref. 30. §. 1. & 2.

censere se non esse obligatum ad aperiendum peccatum in Confessione, & potest censere meliorem suam conditionem possidentis suam libertatem, & immunitatem confitendi. Secundò, qui post diligens examen remanet dubius de voto, non astringitur quidquam ex voto adimplere; similiter non tenetur alteri soluere qui dubitat num contraxerit debitum: ergo idem in præsenti dici potest.

2 Dices hoc dubium, quo aliquis dubitat num peccauerit, est solum speculatiuum, cum quo stare potest moralis certitudo de obligatione illud confitendi. Respondeo potuisse quidem ita institui sacramentum Pœnitentiæ, vt etiam imponeretur obligatio recensendi peccata dubia, non verò constare an ita sit institutum, & de cætero de hac obligatione non posse iudicare sicut de aliis ortis ex præceptis, in quibus ex dubio speculatiuo quoad rem ipsam innixo principio practico, quòd melior sit conditio possidentis suam libertatem, concludimus non astringi aliquo præcepto.

3. Dices, est certum peccatum esse dubium. Respondeo non videri quidquam hinc posse conuinci. Vnde hæc opinio semper mihi visa est speculatiuè probabilis, similiter ex Lessio, & quibusdam aliis à me consultis.

4. Ad rationes prioris sententiæ dici potest,

Ad primam quando dubium est omnino practicum, tutiorem partem esse eligendam; si verò ex dubio speculatiuo iunctis aliis principiis elici possit conclusio practica, qua concludamus nos non teneri aliquod onus subire, non semper tutiorem partem eligendam, vt variis exemplis ostendi potest.

5. Ad secundam respondeo negando assumptum quantum ad præsens institutum pertinet; patet in simili, qui dubitat de voto, qui non est dicendus habere conscientiam voti in ordine ad obligationem, & vt teneatur aliquid ex vi voti exequi: similiter qui dubitat num commiserit contra legem habentem annexam excommunicationem, si post diligens examen non possit rei veritatem agnoscere, non tenetur se habere excommunicatum, ergo similiter videtur dicendum, quòd is qui post diligens examen non potest iudicare se peccasse, non teneatur censere se obligatum ad illud in confessione aperiendum.

6. Ad tertiam respondeo negando consequentiam, ad cuius probationem dico, per se loquendo obiectum necessarium contritionis in baptizato esse obiectum confessionis, quando scilicet constat de peccato, per accidens autem non esse; nam inter præceptum contritionis ex vna parte, & confessionis ex altera, est discrimen, quòd de lege ordinaria contritio formalis, vel virtualis de peccato mortali ita sit necessaria extra Sacramentum, vt nullus sine ea possit consequi remissionem peccati, confessio autem in re non ita sit necessaria; vnde licèt homo propter necessitatem medij contritionis teneatur censeri de peccato etiam dubio, non idcirco tenetur illud sub tali statu consideratum confiteri, quia in eo statu potest censeri non obligare ius diuinum positiuum; & licèt dicatur, quòd nullum mortale commissum post Baptismum remittatur sine ordine ad claues, potest intelligi quòd præceptum solùm vrgeat pro tempore, quo moraliter constat de peccato; sed licèt hæc opinio sit, vt dixi, speculatiuè probabilis, non iudico in praxi recedendum à priori opinione. Hæc omnia Præpositus, vbi *suprà*. Verùm ego absolute supradictam sententiam improbabilem puto, & ideo tu omnino in proposito dubio sententiam affirmatiuam tene; nempe dubitantem si peccatum mortale commiserit, teneri illud confiteri, & ita tenet Sanchez *in summa tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 65* & alij, quos citat, & sequitur Merolla *tom. 1. disp. 3. cap. 3. dub. 2. corollar. 23. num. 353.* quibus ego addo Syluium *in addit. ad 3. par. 1. quæst. 6. art. 4. in respons. ad 3.* Hannebonum *in consultat. cas. conscient. vol. 1. part. 5 respons. 131.* Guilhelmum Mercerum *in 3. part. D. Thom. quæ. 9. art. 4. num. 7.* Hurtadum *de Sacrament. disp. 9. de pœnitentia, diffic. 7.* Filliucium *tom. 2. tract. 21. c. 4. num 1. 1.* Faustum *in Theol. moral. tom. 1. lib. 4. quæst. 71.* Turrianum *de pœnit. quæst. 9 art. 1. disp. 9. dub. 6.* Valentiam *tom. 4. disp. 6. quæst. 9. punct. 3.* Azorium *tom. 1. lib. 1 cap. 4 quæst 3.* Salas *in 1. 2. tom. tract. 8. disp. 1. sect. 5* Emanuelem Sa *ver. confessio, num. 5.* & ipsummet Henriquez *lib. 2. di pœni. cap. 4 §. 5.* & indicat Concilium Tridentinum *sess. 14. cap. 5.*

7. Nota tamen hæc omnia procedere, quando pœnitens est in dubio puro, secus autem si habeat assensum probabilem circa factum, quòd iudicet vel nullum commisisse peccatum, vel saltem tale peccatum non esse mortale. Ita Syluius *vbi supra*, & Syluester *ver. confessio 2. quæst 2.* cum Mercero qui addit, excepto fortasse mortis articulo propter irreparabile periculum salutis, cui tunc certiùs prouidere tenetur. Sup. hoc supra in § 1. & 2. Ref. 26.

8. Nota etiam hîc obiter docere Turrianum & Sanchez *locis citatis*, quòd si post confessionem huius peccati in dubio pœnitens habeat notitiam certam, vel probabile indicium, quòd tale peccatum fuerit mortiferum, obligari pœnitentem iterum in confessione manifestare illud vt certum; & ita quando pœnitens confitetur hoc peccatum, in dubio tenetur illud confiteri cum alio peccato certo. Verùm Merolla *vbi suprà num. 557. & 559.* contrarium tenet, sed nouissimè sententiam Sanchez & Turriani docet etiam Hurtado *loco citato*. Sup. hoc late infrà in Ref. 137 & in aliis eius primæ not.

RESOL. CXXXV.

An in vero dubio, an habuerit peccatum mortale, quis possit sumere Eucharistiam sine confessione?

Ex quo sequitur, an adsit obligatio confitendi peccata dubia: Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 44.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam (quod valde miror) docet Iacobus Granado *in 3 par. 1. D. Thom. controu. 6 tract. 10. disput. 7. num. 13.* vbi sic ait: Dicit Henriquez *lib. 8. cap. 45. §. 3. lit. P.* cum Paludano, Antonino, & Tabiena, in vero dubio, an habeas peccatum lethale, posse accedere ad Eucharistiam sine confessione, deponendo dubium, & videtur colligi ex Tridentino dicente confessionem esse præmittendam, quando quis est sibi conscius peccati mortalis, dubitans enim non est conscius. Ita ille. Sup. hoc in Ref. seq. & præteritis, & in aliis eius primæ not.

2. Sed si hæc opinio esset admittenda, sequeretur non adesse obligationem confitendi peccata dubia, quod nullo pacto concedi potest; vt ego aduersùs Henriquez *loco citato* satis docui *in 2. parte. tract. 3. resol. 5.* cum communi Doctorum sententia, & docet etiam Granado *vbi supra tract. 9. disp. 7. num. 2.* peccata enim certa, & dubia pari passu currunt in ordine ad illa explicanda in confessione; certa videlicet vt certa, dubia vt dubia. Quæ hic est Ref. antecedens, & in aliis eius primæ annot.

RESOL. CXXXVI.

An si quis habeat tantum peccata dubia, teneatur præmittere confessionem sacramentalem ante sumptionem Eucharistiæ, vel celebrationem Missæ?

Et an, qui præmisit confessionem de peccato dubio

pro

pro sumenda Eucharistia, si postea comperie esse certum, teneatur ante illius sumptionem iterum illud tanquam certum confiteri? Ex part. 9. tract. 3. Resol. 6.

Sup. hoc in Ref. præterita, & lege eã alias quinque Ref. antecedentes illam, & alias earum annotationũ primarum.

§. 1. Quidam recentiores affirmatiuè ausi sunt respondere nominatim contra me. Probatur hæc opinio, quia tunc ex Concilio Tridet. *sess. 13. c. 7.* præmittenda est Confessio ante sumptionem Eucharistiæ, quod quis conscius est peccati mortalis: sed, qui dubitat de peccato, non dicitur conscius peccati mortalis: ergo non tenetur præmittere Confessionem. Probo minorem: nam, vt obseruat Mercerus *de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 1. in princip.* Coninch *in 3. part. q. 80. dub. 2. n. 9.* ille, secundùm Concilium Tridentinum, dicendus est sibi conscius esse peccati mortalis, qui credit, & existimat peccasse mortaliter: sed qui dubitat, nõ credit, neque existimat peccasse mortaliter: ergo non tenetur ante Cõmunionem confiteri.

2. Sed, his non obstantibus, ego puto, dictam sententiam esse reiiciendam, & prorsus non esse recedendum ab affirmatiua: & ideò, cùm Emanuel Sà *verb. Eucharistia, n. 2.* dixisset: [Qui se putat bona fide dispositum, nec sibi conscius est alicuius peccati mortalis, fit de attrito contritus virtute Sacramenti. Non dicitur autem cum conscientia peccati accedere, qui dubitat quidem, sed non putat.] Magister sacri Palatij in editione Romana post dicta verba addidit hæc alia: *Practicè deponendo dubium.* Et ita intelligendum esse Sà, docuit ex eadem Societate Persicus *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 1. dub. 7. n. 61.* Ideò dicendum est, quòd si quis practicè non deponat dubium, non potest Eucharistiam sumere, nisi antea non præmittat Confessionem de peccatis dubiis. Et ita hanc sententiam tenet sapientissimus Araujo *in 3. par. D. Thom. q. 80. art. 4. n. 30.* Amicus *in Cursu Theol. tom. 7. disp. 26. sect. 1. n. 10.* Filliucius *tom. 1. tract. 4. cap. 8. n. 230.* Escobar *in Theol. mor. tract. 7. Exam. 6. cap. 4. n. 61.* Persicus *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 1. dub. 7. n. 57. iuncto n. 61.* omninò videndus Garcias *in Summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 5. dub. 1. punct. 5. n. 32.* Bassæus *in Floribus Theol. mor. verb. Communio, n. 27.* Stephanus à sancto Gregorio *de Sacram. lib. 3. c. 26. n. 14.* & Reuerendiss. Magister Candidus *tom. 3. disp. 2. art. 22. dub. 48.* quibus adde Trullench *de Sacram. lib. 3. c. 6. dub. 4. n. 8.* qui tamen malè citat in fauorem contrariæ sententiæ Suarez: nam Suarez hoc minimè dicit: voluit forsitan citare Henriquez, qui tamen Henriquez non benè pro se citat Tabienam, & Paludanum.

3. Probatur nostra sententia: quia, vt quis dignè sumat Eucharistiam, debet esse in gratia, vt patet ex illis verbis: *Probet autem seipsum homo,* &c. sed dubius de peccato est dubius de gratia. Ergo debet confiteri peccatum dubium, vt se constituat in gratia, quam per illud forsitan emiserat: quia gratia est medium necessarium ad salutem. Itaque si Concilium vult, & præcipit, vt accedens ad Eucharistiam accedat probatus, qui ad illam accederet cum peccato dubio, non accederet probatus; quia, stante dubietate, poteſt habere animã peccato maculatam. Ergo tenetur confiteri peccatum dubium; vt se constituat in statu, in quo verè dici possit, se accedere ad Eucharistiam probatum. Dices, hoc fieri posse per contritionem, & postea suo tempore subiicere clauibus peccatum dubium. Respondeo, Concilium velle, vt quis dignè sumat Eucharistiam, quòd sit in gratia per Confessionem, non per contritionem, vt patet ex illis verbis: *Quomodocunque se esse contritos existiment.*

4. Instabis: Hoc Concilium disponere in illis, qui certò sciunt se peccasse mortaliter, vt patet in illis verbis: *Qui sibi conscius peccati mortalis,* &c. non autẽ in his, qui dubitant: nam in primo casu vrget Concilij præceptũ, & ideò tenentur confiteri, etiamsi conterantur; non autem in secundo, qui possunt conteri, & postea de illo peccato dubio confiteri: nã de istis, vt dictum est, non loquitur Concilium. Respondeo, quòd mens Concilij *in dicta sess. 13. c. 7.* fuit, non solum imponere præceptum de peccatis certis, sed etiã de peccatis dubiis. Quod probatur primò ex eodem Concilio *sess. 14. c. 5.* quod similibus verbis vtitur: & tamen Doctores, quos ad satietatem citat, & sequitur Sanchez *in Summa, tom. 1. lib. 1. c. 11. n. 66.* illa intelligũt, non solùm de peccatis certis, sed etiam de peccatis dubiis, vt nouissimè docet etiam sapientissimus Pater Ouiedo *in par. 1. D. Th. tr. 5. contr. 4. punct. 7. n. 57.* ergo, &c. Deinde *in dict. sess. 13. in Can. 11.* dicitur, illos teneri aliena confessionem præmittere, quos conscientia peccati mortalis grauat: sed, vt patet, quando, v. g. ego dubito, me consensisse in aliquod peccatum, tunc conscientia me grauat alicuius peccati mortalis: ergo etiam de illo imponit Concilium præceptũ de confessione ante Eucharist. præmittẽda.

5. Confirmantur supradicta: quia, vt patet Concilium obligationem, &, vt ita dicam, substantiam huius præcepti de præmittenda Confessione ante Eucharistiam desumpsit, & probat ex consuetudine Ecclesiæ: ergo ex consuetudine Ecclesiæ desumendus est modus exequendi dictum præceptum: sed consuetudo Ecclesiæ vsque adhuc declarauit, & obseruat non solùm peccata certa, sed etiam peccata dubia debere confiteri ante sumptionem Eucharistiæ: ergo necessariò sunt confitenda.

6. Et quidem, si peccata dubia, secundùm Aduersarios, sunt materia necessaria Confessionis, ego non video motiuum, neque rationem, quare de illis non sit latum præceptum, vt confiteantur ante Eucharistiam; cùm id videatur maximopere expostere reuerentia, & puritas debita huic tremendo Sacramento; ita vt Patres Concilij ad illud recipiendum non fuerint contenti, vt homo se constitueret in gratia per contritionem.

7. Probatur etiam nostra sententia: quia, cùm constet latum esse præceptum, obligans ad Confessionẽ eum, qui conscientiam habet peccati mortalis in sacro Concilio Trident. *sess. 13. c. 7.* ante sumptionem Eucharistiæ, in dubio iudicandum est in fauorem possidentis; ergo iudicandũ est in fauorem præcepti confessionis, quod ex communi vsu Ecclesiæ, Doctorum consensu possidere constat. Et quidem displicet mihi paucis ab hinc annis aliquos recentiores cœpisse aperire ianuam quibusdam opinionibus, quæ infringunt consuetudines antiquas totius Ecclesiæ, & communi vsu, ac praxi omnium fidelium receptas: & possem plures ex dictis opinionibus adducere: sed non liber mihi aliena scripta carpere. Dico itaque, & concludo absolutè, in casu, de quo loquimur, adesse præceptum confitendi ante Communionem, si possit: patetque, tum ex praxi communi, ac consensu fidelium, non audentium communicare, nisi priùs confiteatur peccata dubia memoriæ occurrentia: tum ex sensu cõmuni Doctorum. Vnde Reuerendissimus Pater Candidus, sacri Palatij Apostolici Magister, noluit permittere, vt opinio contraria hic Romæ imprimeretur. Hinc non non est audiendus Leandrus *de Sacr. tom. 2. tract. 7. disp. 7. qu. 11.* qui, licèt nostram sententiam teneat, videtur contrariam, tanquam probabilem, admittere.

8. Verùm non deseram hic discutere non incuriosam difficultatem; An, qui præmisit Confessionem de peccato dubio pro sumenda Eucharistia, si postea comperit esse certũ, teneatur ante illius susceptionem iterum illud, tanquam certum, confiteri? Plures rationes pro negatiua sententia speculatus est Eminentiss. Lugo *alibi* à me adductas: & hanc negatiuã sententiam absolutè tenet Caramuel *in Theol. mor. lib. 3. disp. 4.* Alibi in titulis Resseqq.

& cursim supra in §. vlt. Ref. 134 & quamuis pro reseruatis in hoc casu lege tamen infrà in §. 8. ex Resol. 40. §. Ad secundum, & alias Res. & §. eius annot.

disp. 4. num. 1539. Et hanc sententiam, tanquam probabilem, tenent etiam, ex Societate Iesu duo Scriptores recentiores, Pellizzarius *in Man. Reg. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 1. num. 56.* & Tamburinus *in Methodo expedita Confessionis, lib. 2. cap. 1. § 4. num. 24.* Primò, quia, cùm exposuerit illud, provt erat in conscientia, quod tantùm exigit Tridentinum *sess. 14. c. 5.* est ab eo directè, tametsi conditionatè, absolutus, perinde ac is, cuius peccatum à Sacerdote existimatur veniale, cùm sit mortale: sicut enim Sacerdos tunc vult absoluere a peccato, provt est à parte rei; ita etiam in casu nostro; atqui peccatum, à quo quis directè absolutus est, non tenetur ex iure diuino iteratò confiteri: ergo. Secundò: Ex communi sententia confessus se morosè delectatum decies circiter, si certò deinde deprehendat, se duodecies peccasse, non tenetur eas vices posteà confiteri; & tamen eas non confessus est vt certas, sed modo dubio: atqui similis ratio vrget in casu: ergo. Tertiò: Dubius de voto, excommunicatione, &c. si petat dispēsationem, soluitur omni obligatione, etsi deinde deprehēdat certò emissum esse, &c. ergo idem est in casu. Ex communi tamen sententia, & praxi, tale peccatum est confitendum deinde vt certum; sed an praxis ex scrupulo, an ex ratione orta, non disputo: videtur enim homo pœnitens non velle disputare, nec librare rationes; sed sequi securissimam partem.

5. Vnde ex his rationibus ad propositam difficultatem Auctores citati negatiue responderunt. Sed ego non audeo recedere à communi Doctorum sententia affirmatiua, à qua etiam ipsemet Cardinalis de Lugo non audet recedere, cùm sit etiam recepta à cōmuni praxi, & vsu fidelium. Dico igitur, quòd si quis præmisit confessionem de peccato dubio, & posteà recognoscit se certò peccasse; tenetur iterum ante sumptionem Eucharistiæ illud tanquam certum confiteri, quicquid Doctores supracitati asserant in contrarium, inter quos numerandus est post hæc scripta visus Leandrus *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 5. quæst. 17.*

RESOL. CXXXVII.

An pœnitens, qui confessus est de peccato dubio, si postea sciat certo, vel probabiliter illud peccatum commisisse, vel fuisse mortiferum, teneatur iterum illud confiteri?

Et additur, hoc non procedere, quando pœnitens integrè fassus est peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale. Quamuis enim Confessor simili dubio teneretur, non est enim iterum illius peccati repetenda confessio, si postea alteruter doctior, vel aliis consultis norit id peccatum esse mortale. Ex part. 3. tract. 4 Res. 90. aliàs 91.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & in Ref. præterita, §. Verū & suprà in Ref. 134. cursim in §. vlt. & lege alium §. earum notatio num.

§. 1. HIc casus frequenter accidit, & affirmatiuam sententiam tenet Turrianus *de pœnit. quæst. 9. art. 1. disp. 9. dub. 6.* vbi sic asserit: Hoc loco occurrit notandum, quod olim docui non semel de hac re rogatus, nempe, si post confessionem peccati in dubio pœnitens habeat notitiam certam, vel probabile iudicium, quòd tale peccatum fuerit mortiferum, obligari pœnitentem ad manifestandum illud vt certum. Ratio est, quia peccatum explicandum est in confessione, provt est in conscientia pœnitentis: prædictum autem peccatum iam est in conscientia pœnitentis, vt certum qua ratione non erat subiectum clauibus, sed solùm vt dubium est. Ergo adest obligatio manifestandi illud in confessione. Ita Turrianus, & ante illum Sanchez *in Summ. tom. 1. lib. 1. cap. 10 num. 4.* qui tamen optimè addit, hòc non procedere, quando pœnitens integrè fassus est peccatum, quod fecit, dubitabat tamen an esset mortale. Quamuis enim Confessor simili dubio teneretur, non est iterum illius peccati repetenda confessio, si postea alterutet doctior factus, aut aliis consultis, norit id peccatum esse mortale. Ratio est, quia plenè in confessione suum peccatum manifestauit, nec noua circumstantia explicanda occurrit, nec ad confessionis valorem est necessarium, vt pœnitens, aut Confessor sciat determinatè peccatum confessum esse mortale. Ergo.

Sup. hoc sopri in Rel. 28. §. 2. ad medium à vers. Quando pœnitens. & in Ref. 30. §. Exclus.

RESOL. CXXXVIII.

An peccatum confessum vt dubium debeat, cessante dubio iterum vt certum confiteri?

Ex quo deducitur, quid est dicendum in prædicto casu, si exprimendæ essent circunstantiæ peccati dubij confessi? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Res. 31.

Sup. hoc. in Rel. præterita & infrà in Ref. seq. & suprà in Rel. 136 §. Verū. & in Ref. 134. §. vlt. & quamuis pro reseruatis in hoc casu, infrà, in §. ex Ref. 40. lege doctrinam §. Ad secundum. & aliarum Ref. not. primæ dict. §.

§. 1. CAsus frequenter potest accidere: & pro negatiua sententia (attendas quæso amice Lector) P. Ioannes de Lugo *de Sacram. Pœnitent. disp. 16. sect. 2. §. 4. num. 77.* adduxit plurimas rationes. Primò, quia ille v. g. qui confitetur se peierasse decies plus minúsve, non dicit vt certum vndecimum periurium, sed vt dubium; & tamen si postea recordatur se vndecim vel duodecim vicibus peierasse, non tenetur, vt communiter asserunt Doctores, & patet ex praxi, confiteri iterum tanquam certum illud vndecimum, vel duodecimum peccatum, quòd priùs sub dubio dixerat: ergo neque etiam si vnicum periurium in dubio confessus fuisset, deberet postea certior factus illud vt certum confiteri: cur enim magis vnum quàm vndecimum debet confiteri, quando vtrumque cum æquali dubio dixit, & postea de vtroque æqualem habet certitudinem. Secundò si aliquis dubius de excommunicatione, irregularitate, voto, &c. petat ad cautelam absolutionem, vel dispensationem, & ea obtenta comperiat censuram & irregularitatem fuisse certò contractam, non indiget noua absolutione, vel dispensatione: quia ad hoc ipsum data fuit prior absolutio, vel dispensatio, vt si vinculum fuit verè contractum dissoluatur. Ergo hoc ipsum de peccato dicendum est, quando aliquis illud confitetur, provt est in sua conscientia sub ratione dubij non indigere postea noua absolutione, cùm fuerit absolutus sub conditione, si verum peccatum fuit. Tertiò quando es confessus peccatum vt dubium, si fuit verum peccatum, absolutio cadit supra illud, & non quidem indirectè, sed directè: quia ad hoc illud confiteris, vt absoluaris ab illo. Et probatur clarè, quia in aliquo casu teneris illud solum confiteri & dare pro materia absolutionis, si aliud non habetes. Ergo tunc Sacerdos absoluit directè ab illo peccato: absoluit autem directè sub conditione implicita; nempè si fuit peccatum; si enim peccatum non fuit, non absoluit directè, vel indirectè ab illo: ergo si fuit verum peccatum, absolueris directè ab illo; ergo licèt postea constet certò fuisse peccatum, non debes iterum ad iudicium illud deferre. Ad quid enim? non certè ad absolutionem directam obtinendam, quia iam directè absolutus es ab illo. Hucvsque Pater Lugo, qui plures alias adducit rationes, respondet ad multa argumenta, quæ in contrarium adduci possunt, licet postea *num. 92.* nolit aliquid in hoc puncto definire, sed securiorem partem consulit.

2. Verùm in gratiam amicissimi viri pro confirmatione supradictorum non desinam hic adnotare tanquam probabilem admittere hanc sententiam

nouissimè

Sup. hoc suprà in Res. 131 §. Aduertendum est tertiò.

nouissimè ex eadem Societate Martinum Bressetum *de Conscientia, lib. 4. cap. 18. numer.* 197. vbi sic ait: Obserua exprimendas esse circunstantias peccati dubij: quare dubius an fœminam concupiuerit, debet explicare suum, illiúsque statum; quia id necessarium est, vt Confessarius cognoscat grauitatem peccati, & statum conscientiæ pœnitentis. Similiter dubitans, an aliquod in genere peccatum mortale admiserit, etsi immemor speciei, tenetur illud confiteri. Addit Sanchez, si postea speciei meminerit, teneri & illam confiteri, quemadmodum qui peccatum confessus est vt dubium, debet iterum confiteri vt certum, si postea certus fiat se id fecisse. Verum etsi hoc sit multò tutius & probabilius, contrarium non videtur improbabile, tum de specie, tum præsertim de certitudine. Hæc Bressetus. Sed tu cogita, maximè quando esset confitenda species peccati: nam esse necessariò postea confitendam docet Præpositus *in 3. part., D. Thoma, q. 5. de integritate Confessionis dub. 5. num.* 126. & peccatum confessum vt dubium debere iterum vt certum confiteri, ego docui *in 3. part. tr. 4. resol. 91.*

Quæ hic est Res. antecedens.

RESOL. CXXXIX.

An Peccata dubia confessa vt dubia, si efficiantur certa, sint iterum confitenda?

Et an peccata dubia sint in confessione aperienda? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Res. 79.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Res. & in tertia §. Verum. & suprà in Res. 134. §. vlt. & quamuis pro reseruatis in hoc casu infrà in tr. 5. ex Res. 40. lege §. Ad secundum. & alias Res. 55. & vers. eius primæ not.

§. 1. DE hoc casu his diebus interrogatus fui per litteras ex Germania à quodā Theologo, qui pro negatiua sententia adducebat Card. de Lugo, & Ioannem Caramuelem, & poterat etiam adducere Leandrum *de Sacrament. tom. 1. tract. 1. disput. 5. quæst. 27.* & Martinum de San. Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Pœnit. num. 9.* vbi me citato, sic ait: Añando que despues que el penitente confesò enduda el pecado, que dudò auia cometido, aunque despues se acuerde cun certidumbre que le cometio, es muy probable sentencia, que no tiene obligacion, à boluerle à confessar. Deuen assentir à esta opinion los Doctores, que lleuan, que auiendose confessado de doze pecados, Añadiendo la particula, poco mas ò menos, si desques se acordò el penitente de dos pecados mas, no tiene obligacion à confessarlos, pues corre la misma razon en el vn caso, que en el otro, veáse el *num.* 4. deste mismo tratado. La razon de lo dicho es, que aunque confesò el penitente el peccado en duda, se absoluieron directamente del. He comunicado esto con hombres doctos, que sienten lo mismo. Ita ille. Cui adde nouissimè nominatim contra me Marcum Vidalem, *in Arca Theolog. moral. tit. de pœnit. Sacrament. Inquis. 5. numer. 33. & seqq.*

2. Sed his non obstantibus communiter contrarium asserunt Doctores, vt nouissimè nominatim contra Lugum Ioannes Martinon *in Theol. Scholast. tom. 5. disp. 50. sect. 8. n. 95.* quia, ait ille, peccatum illud incertum, quando postea scitur vt certum, notabiliter variat iudicium Confessarij, & transfert illud de materia non necessaria Sacramenti in materiam necessariam. Et quemadmodum si dubitasset, essetne mortale, an veniale, posteaque deprehenderet esse mortale, teneretur de illo, tanquam de mortali, rursus cōfiteri: sic, &c. Par enim est ratio vtriusque. Sicut enim differentia mortalis & venialis, est moraliter specifica, ita & differentia mortalis certi, & dubij Alias rationes videbis apud Doctores à me alibi adductos; & nota, quòd Cardinalis Lugo conatur firmare multis argumentis negatiuam sententiam, sed non audet ei adhærere.

Alibi in Resolutionibus, & 55. not. præterita.

3. Restat modo respondere ad eius argumenta, quæ etiam adducit Vidalis, & Martinus de San Ioseph, & primò, quia qui confessus est, v. g. decies circiter, seu plus, minusve peierasse, si postea meminit certo, se peierasse duodecies, non tenetur de duobus illis periuriis confiteri: sed censetur illa in præcedenti confessione sufficienter explicasse, quamuis sub dubio tantum ea proposuerit. Respondeo, maiorem requiri exactionem in explicanda substantia peccati, quàm in numero: sufficeréque numerum circiter declarari, quantus occurrit post sufficientem diligentiam, vt communi vsu receptum est, ex quo magis, quam ex principiis metaphysicis de confessionis integritate iudicandum est. Quò pertinet id quod ait idem Cardinalis *num.* 588. differentiam esse inter speciem peccati, & numerum, quoad necessitatem explicandi, & determinandi in confessione. Nam ferè omnes dicunt eum, qui confitetur, se ter, vel quater fornicatum esse, non teneri postea ad confitendam quartam fornicationem, quamuis certo illius recordetur. At verò si pœnitens dicat, se certum esse de consensu mortali contra castitatem, non tamen recordari, an circa solutam, vel coniugatam: omnes dicunt debere postea explicare determinatè speciem, si postea recordetur fuisse coniugatam, seque id aduertisse. Nimirum quia species peccati debet explicari determinatè, multo magis, quàm numerus peccatorum. Atqui, differentia inter peccatum mortale dubium, & certum, est moraliter specifica in ordine ad confessionem, & ad iudicium ferendum, in foro pœnitentiæ. Ergo debet magis determinatè explicari, quàm numerus peccatorum.

4. Ad secundum, quod qui obtinet dispensationem à censura, vel à voto proposito vt dubio; non tenetur iterum petere, licet postea certo de illis constet. Respondeo, negando paritatem: nam institutio Sacramenti Pœnitentiæ obligat ad deferenda Sacerdotibus omnia mortalia eo modo, quo possint rectè censere de eorum grauitate: quod non facit, qui peccatum mortale certum confitetur vt dubium. At potestas tollendi censuras, quæ tota pendet ab institutione Ecclesiæ, non hoc postulat: neque potestas dispensandi in voto ex causa rationabili, sufficiente ad relaxandum votum, siue dubium, siue etiam certum sit. Quod addo, quia alioqui non puto fore validam dispensationem voti certi.

5. Ad tertium, quia talis fuit directè absolutus à suo peccato, quamuis proposito tantum vt dubio Ergo non tenetur illud iterum confiteri, accedente cognitione certa: quæ cognitio tantùm purificat, aut notificat conditionem, sub qua fuit remissum per absolutionem. Respondeo, peccatum illud, fuisse quidem directè remissum: sed quia non fuit satis explicatum in præcedenti confessione, manet obligatio explicandi illud vt certum.

6. Et hæc omnia docet Martinon *vbi supr.* contra Lugum, & alios; qui tamen *num.* 91 sine vlla formidine sustinet, peccata dubia non esse in confessione aperienda. Verùm hanc sententiam Martinon, tanquam aduersantem communi opinioni Doctorum, & communi praxi totius Ecclesiæ, alibi omnino reiiciendam esse probaui. Et præcipuè *in hac part. 10. tract. 12. resol. 2.* Vnde malè nouissimè probabilem illam putat Bossius *in Moral. tom. 1. part. 2. tit. 1. § 48. num.* 1734. si loquutus est de probabilitate practica, si autem de probabilitate speculatiua, transeat.

Quæ hic suprà Res. 130. & in aliis eius primæ not.

RESOL. CXL.

An sit præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam?

Et an sit diuinum, aut Ecclesiasticum? Ex part. 9. tract.3. Res.1.

§. 1. PRæmittendam esse Confessionem sacramentalem ante sumptionem Eucharistiæ ab eo, qui sibi peccati mortalis conscius est, nec sufficere solam contritionem, non modò definitum est in Concilio Tridentino, *sess.* 13.*cap.7. & Can.* 11. sed etiam fuit constans antiquorum Doctorum sententia, exceptis Caietano, & Armilla *in Summa, verb. Communio*, & Panormitano *in cap. De homine, de celebrat. Miss.* docentibus, nullum præceptum fuisse in Ecclesia Dei de Confessione præmittenda ante Communionem. Verùm communis, & constans reliquorum Doctorum sententia est, semper in Ecclesia Dei fuisse hoc præceptum de præmittenda Confessione sacramentali peccati mortalis ante sumptionem Eucharistiæ. Quod apertè probatur ex verbis Concilij Tridentini *sess.* 13. *c.7.* quare communicare volenti reuocandum est in memoriam illud præceptum: *Probet seipsum homo.* Ecclesiastica consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali Confessione, ad Sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod à Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit. Quibus verbis, non solùm Concilium ex cit. loco Pauli colligit, fuisse antiquum præceptum probandi seipsum; sed etiam definit, hanc probationem non fuisse aliam, vt Ecclesiastica consuetudo declarauit, quàm Confessionem sacramentalem. Vnde meritò censetur à Concilio damnata opinio Caietani: quin & iniuncta excommunicatio ipso facto incurrenda, si quis eam docere, prædicare, vel pertinaciter asserere seu etiam publicè disputando defendere præsumpserit, vt habetur *citato Can.* 11.

Sup. hac diffic. lege doctrinam Res. seq. & signanter infrà in Res. 144. à §. Notandum. vsque in fine dictæ Res. & in Res. 149. §. 2. cursim in fine, & in Res. 154. ad medium § vlt & in principio Res. 168. & in tom. 3. tr. 1. Res. 30. à principio, vsque ad §. vlt. exclusiuè.

2. His suppositis, difficultas est, an tale præceptum sit Diuinum, vel Ecclesiasticum. Esse Ecclesiasticum docet Medina, Palatius, & alij: quia nullum habemus signum, quòd sit præceptum diuinum; multa verò, quòd sit Apostolicum: tum, quia non solet Christus de modo, & ritu suscipiendi Sacramenta, dare præcepta, nisi quæ consequuntur ex ipsa natura institutionis, sed eam curam relinquere Ecclesiæ, vt constat in reliquis Sacramentis: tum, quia Trident. ad probandum semper in Ecclesia Dei fuisse hoc præceptum de præmittenda Confessione ante Sacramentalem Communionem, non aliud testimonium ad hoc probandum affert, quàm citatum locum Pauli: *Probet autem seipsum homo.* Atqui ex hoc non potest colligi, nisi præceptum Apostolicum. Et hanc sententiam tenet etiam ex Neotericis Coninch.

3. Verùm ego puto, tale præceptum non esse purè Ecclesiasticum, sed etiam diuinum positiuum. Et meritò: quia dictum præceptum in dictis verbis Pauli contentum, non fuit tunc latum à Paulo, quando verba illa protulit, sed erat iam antea latum: ergo credendum est, latum fuisse à Christo, & nobis à Paulo traditum, & explicatum: quia, iuxta regulam Augustini *lib. 4. de Baptismo, cap.* 14. præceptum illud conijcitur esse diuinum, cuius non agnoscitur initiū, si aliunde non conijciatur non fuisse latum à Deo. Quod autem dictum præceptum in verbis Pauli contentum non fuerit tunc à Paulo latum, sed antea fuerit, ex eo probatur, quòd non fuit traditum à Paulo, tanquam nouum, sed tanquam antiquum: quod primò constat ex eo, quòd Paulus tradit probationem illam per Confessionem, tanquam medium antea vnicum, & necessarium, vt quis dignè manducaret, & biberet, vt ex contextu constat: quia postquā dixit: *Quicunque manducauerit Panem hunc, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit Corporis, & Sanguinis Domini.* immediatè subdit: *Probet autem seipsum homo, & sic de Pane illo edat, & de Calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.* At si antea non fuisset præceptū confessionis ad sumptionem Eucharistiæ, non tradidisset probationem per confessionem, tanquā medium vnicum, & necessarium ad dignam sumptionem Eucharistiæ: quia præter confessionem erat contritio perfecta, qua peccator potuisset constitui in statu gratiæ. Secundò, idem constat ex eo, quòd Paulus reprehendebat Corinthios: quia absque probatione illa sumebant Eucharistiam, supponens fuisse trāsgressores illius præcepti; & ob id plures ex illis fuisse infirmitatibus, mortibus, & aliis pœnalitatibus à Deo punitos.

4. At asserunt aduersarij: Apostolus solùm affirmat institutionem, & vsum huius Sacramenti accepisse à Domino: reliqua verò ipse præcipit, non Dominus. Sed contrà: tum, quia hoc Paulus non expressisset, sicut expressit, quando *eadem Epistola, cap.* 7. dixit: *Non ego præcipio, sed Dominus, vxorem à viro non discedere.* Contrà verò, ipse, non Dominus præcipit, vt vir fidelis non dimittat vxorem infidelem; nec vxor fidelis virum infidelem, si velit cohabitare cum illa: tum, quia hoc præceptum non tradit eo loco Apostolus, tanquam nouum, & tunc primò institutum, & Corinthiis impositum: alioqui non reprehendisset illos, quòd sine sacramentali probatione ad Eucharistiam accessissent. Quòd si supponat illud, non est, vnde Aduersarij probent illud esse Apostolicum, & non diuinum; quia illud esse Apostolicum, & non diuinum, eatenus ex hoc loco probare possunt, quatenus hoc præceptum hoc loco primò instituitur. Quòd si non primò hoc loco instituitur, sed supponitur iam institutum, solúmque ab Apostolo ipsius executio vrgetur; non est, vnde probare possint illud non esse diuinum, sed Apostolicum.

RESOL. CXLI.

An opinio asserens præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam esse de iure Ecclesiastico sit saltem probabilis?

Et obseruatur, quod si sententia asserens confessionem ante Eucharistiam esse de iure Ecclesiastico est vera; sequitur, quod consuetudo posset tale præceptum tollere, vel in ipso Summum Pontificem dispensare. Ex part. 9. tract. 3. Res. 2.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendū ex Suarez *in 3. par. D. Thom. tom. 3. disp. 66. sect. 3. circa finem*, vbi sic ait: [Admittendo autem hoc vniuersale, & antiquum præceptum, an illud sit iuris humani, vel diuini, mera opinio est, nostrámque sententiam solùm, vt probabiliorem, & magis piam defendimus.] Ita ille. Et nouissimè Lessius *in 3. part. D. Thomæ, q.* 80. *art. 4. dub. 1. n.* 8. sic asserens: [Si ex præcepto Ecclesiæ teneatis audire Missam, vel communicare, vt impleas Præceptum Ecclesiæ, potes communicare, vel celebrare, etiamsi non possis confiteri. Ita Dominicus Soto *in hunc art. 4. dist.* 12 *q.* 1. quæ sententia est probabilis: nam probabile est præceptum de præmittēda confessione esse Ecclesiasticum, & Apostolicum.] Hæc, Lessius. Et Amicus *in Cur. Theol. t. 7. disp. 16. sect* 1. *n.* 8 senten

Profundamento doctrinæ huius Res. lege ex Res. præterita. §. His suppositis & omnes alias Res. & §§. eiusdem not.

ſententiam aſſerentem eſſe Præceptum de iure diuino, confeſſionem ante Euchariſtiam, vocat tantùm communiorem, & probabiliorem. Idem etiam docet Coninch *in 3. part. q. 80. artic. 4. dub. 1. num. 13. & dub. 2. num. 17.* clarè aſſerens, hanc opinionem eſſe probabilem.

2. Sed ego inuenio Nugnum *in 3. part. quæſt. 80. art. 4. difficult. 2. concl. 1.* aſſerere, ſupradictam ſententiam eſſe improbabilem: ſic enim ait: [Secunda ſententia videtur mihi etiam prorſus improbabilis. Probatur hæc concluſio: quoniam in omnibus locis citatis inſinuatur hoc Præceptum ita neceſſarium, vt in illo Eccleſia diſpenſare non poſſit. Et hæc eſt communis ſententia inter Doctores Scholaſticos. Itaque neceſſariò dicendum eſt, hoc Præceptum eſſe diuinum.] Ita Nugnus. At ego libenter abſtineo à cenſura opinionis tantorum virorum, qui meritò Gigantes Theologiæ vocari poſſunt. Lectores iudicent. Igitur ſufficiat mihi hîc tantum diuerſas ſententias propoſuiſſe. Obſerua, aliquos docere, quòd ſi ſententia aſſerens, confeſſionem ante Euchariſtiam eſſe de iure Eccleſiaſtico, eſſet vera, ſequeretur, quòd conſuetudo poſſet tale Præceptum tollere, vel in ipſo Summum Pontificem diſpenſare.

RESOL. CXLII.

An, ſi quis per reuelationem ſciret, ſe eſſe iuſtificatum, teneatur adhuc ante Euchariſtiam confeſſionem præmittere?

Idem eſt de eo, qui certo nouiſſet ſe in ventre matris fuiſſe ſanctificatum, quod adhuc tenetur ad Baptiſmum ſuſcipiendum. Ex part. 9. tr. 3. Reſ. 3.

§. 1. AD hunc caſum reſpondet Sapientiſſimus Amicus *in Cur. Theol. tom. 7. diſp. 16. ſect. 1. num. 11.* ſic aſſerens: [Ex dictis deducitur, etiamſi quis certa reuelatione ſciret, ſe per contritionem eſſe à peccato iuſtificatum, adhuc teneri ad ſacramentalem confeſſionem præmittendam ante ſumptionem Euchariſtiæ, vt rectè Henriquez *lib. 8. de Sacram. c. 4.* contra Rubionem, Palatium, & alios. Ratio verò eſt: quia etiamſi finis huius Præcepti ſit, vt accedens ad hoc Sacramentum ſit in gratia; adhuc tamen conſequuto fine Præceptum ſeruandum eſt, quando poteſt ſeruari, vt conſtat de Præcepto cõfitendi ſemel in anno, cuius finis eſt, vt vnuſquiſque ponat ſe in gratia: cùm tamen, qui certò ſciret, ſe eſſe in gratia, nullúmque commiſiſſe peccatum mortale, teneretur hoc Præceptum ſeruare. Idem eſſet de eo, qui certò nouiſſet ſe in ventre matris fuiſſe ſanctificatum, adhuc teneri ad Baptiſmum ſuſcipiendum. Ratio eſt: quia Præceptum eſt tantùm de medio, non de fine: vnde quandiu tale medium præceptum non eſt adhibitum, adhibendum eſt, etiamſi finis, propter quem medium eſt præceptum, ſupponatur acquiſitus.] Ita Amicus, & ego. Sed circa præſentem quæſtionem vide Perſicum *de offic. Sacer. lib. 1. c. 1. dub. 7. num. 61.* & Suar. *tom. 3. diſp. 66. ſect. 3.*

RESOL. CXLIII.

An qui ante Miſſam, vel ante Communionem confeſſus eſt, ſi poſtea recordetur alicuius peccati, teneatur illud confiteri antequam ſacrificet, vel communicet? Ex part. 9. tr. 3. Reſ. 4.

Sup. hoc etiã latè in Reſ. ſeq. & infrà ex doctrina Reſ. 165. inter medium, & finem, à verſ. ſecus. Sed lege eam à nu. 6. & in tom. 4. tr. 4. Reſ. 44. ſignanter § Et quidem. & ibi in Reſ. 45. § vlt. curſim ad medium, verſ. niſi forte Euchariſtiam.

§. 1. POſſet quis dicere, & reſpondere diſtinguendo: (attendas, quæſo, amice Lector.) Vel peccatum oblitum, fuit oblitum in confeſſione facta, in ordine ad ſumendam Euchariſtiam; & tunc certum eſt, ante illius ſumptionem eſſe confitendum: vel peccatum oblitum, fuit oblitum in confeſſione facta in ordine ad ſumendam Euchariſtiam ex præcepto Concilij Tridentini; & tunc dicendum eſt, tale peccatum non eſſe tunc confitendum, quia præceptum Concilij fuit iam adimpletum.

2. Confirmatur: Quia, ſi quis adimpleuit præceptum annuæ confeſſionis, & recordetur poſtea alicuius peccati; non tenetur illud confiteri, etiamſi annus non ſit elapſus, ſed ſufficiet illud confiteri in confeſſione ſequentis anni. Sic & in noſtro caſu, ſi quis recordetur peccati obliti, non tenetur illud confiteri: quia iam ſatisfecit præcepto Concilij de præmittenda confeſſione ante Euchariſtiam.

3. Nec obſtat dicere, in tali caſu aliquem eſſe ſibi conſcium peccati mortalis: & idcircò teneri ex verbis Concilij præmittere Confeſſionem. Reſpondeo, eſſe quidem conſcium peccati mortalis, ſed indirectè remiſſi in confeſſione facta ad ſatisfaciendum præceptum Concilij de præmittenda confeſſione, quod ſemel ſatisfactum, non videtur ampliùs obligare: nam in tali caſu, quis eſt in gratia, & ſic probauit, & adimpleuit præceptum Concilij: quia Concilium requirit, vt obligatus præmittere confeſſionem, ſit ſibi conſcius peccati mortalis; talis verò non eſt ſibi conſcius illius, quia ſaltem indirectè obtinuit remiſſionem: Itaque dicendum videtur, præceptum de præmittenda confeſſione à Chriſto datum eſſe propter reuerentiam Sacramenti Euchariſtiæ, ad quod meritò nos debemus præparare, modo magis ſecuro; quod homo videtur tam feciſſe, quando in ordine ad ſacram Communionem diligens fecit conſcientiæ examen, & confeſſus eſt omnia, quæ memoriæ occurrerunt: ergo, &c.

4. Dicere autem cum Suarez *diſp. 66. ſect. 4.* quòd talis credatur indirectè abſolutus ab ipſo peccato, quod poſt occurrit, non magis eximit illum ab hoc præcepto, quàm quòd credatur per contritionem charitate formatam conſequutus iuſtitiam, & peccatorum remiſſionem. Contra hoc tamen opponi poterit, quòd non eadem videatur eſſe vtriuſque ratio: quia de contritione perfecta, ob ſolemnitatem illius actus, & arduitatem, minùs ſumus ſecuri, quàm de abſolutione à tali peccato: quia Sacramentum Pœnitentiæ, ſaltem indirectè, ad hoc ſeſe extendit. Ergo, &c. Itaque in noſtro caſu pœnitens iam ſatisfecit præcepto præmittendi confeſſionem ante Communionem, eámque formaliter integram, ideóque non erit obligatus ad confitendum iterum ante Communionem. Vnde hanc ſententiam probabilem putat Hieronymus Garcias *in Summa Theol. mor. tract. 3. difficult. 5. dub. 1. punct. 5. num 50.*

Sup. hoc in Reſ. 1. not. præteritæ, §. Sed vlt. & in Reſ. 4. in eodem verſ.

5. Nec hîc deſeram apponere verba Patris Cornejo *in 3. part. D. Thomæ tr. 4. qu. 8. diſp. vnica, dub. 3.* ſic aſſerentis: [Quæres, an hoc præceptum quamprimùm cõfitendi, obliget non ſolùm, quando non fuit præmiſſa confeſſio, ſed etiam quando qui præmiſit confeſſionem, oblitus fuit alicuius peccati mortalis, cuius poſt celebrationem recordatus eſt: Reſpondeo negatiuè. Ratio eſt, quia Concilium id præcipit, quãdo non fuit præmiſſa cõfeſſio. Quæres, an iſte teneatur confiteri ſaltem illud peccatum, antequam iterum celebret? Quidam negant: tum, quia iſte reuerà non habet cõſcientiam peccati mortalis, cùm illud iã ei fuerit per abſolutionẽ remiſſum, quamuis teneatur illud confiteri tempore, quo præceptum affirmatiuũ confeſſionis obligat per ſe ſemel in anno: tum, quia, ideò præcipitur confeſſio ante Communionẽ, quãdo eſt cõſcientia peccati mortalis; quia probatio requiſita ab Apoſtolo nõ debet relinqui iudicio proprio, ſed Confeſſoris: at iſte, de quo loquimur, eſt in gratia iu-

dicio Confessoris: ergo non est præcepta ei noua Confessio. Alij verò affirmant: quia iudicant, hoc præceptum præmittendæ Confessionis, quando est conscientia peccati mortalis, amplè esse accipiendum in gratiam huius Sacramenti propter magnam reuerentiam, quæ ei debetur, præsertim quod quodammodo grauat conscientiam peccatum illud, quandiu est obligatio illud confitendi. Mihi videtur vtraque sententia probabilis, sed hanc posteriorem video amplecti à viris timoratæ conscientiæ.] Hucvsque Cornejo.

6. Sed hæc omnia eius verba fuerunt cauterio inusta, & deleta in Indice expurgatorio Hispano; quia sententiam negatiuam, tanquam probabilem, admittebat: quod rectè negat Pater Auersa *de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 6.* vnde refellendus est Reginaldus *tom. 2. lib. 29. cap. 6. q. 4. sect. 1. n. 105. in fine.* qui etiam affirmatiuam sententiam, tanquam probabilem, videtur admittere. Et ideò nominatim cōtra illum circa præsentem difficultatem, affirmatiuam sententiam tenet Pellizzarius *in Man. Regul tom. 1. tract. 5. c. 3. sect. 2. n. 205.* & Castrus Palaus *tom. 4. tr. 21. disp. vnica, punct. 12. n. 4.* vbi sic ait: [Inquires, an præcepto prædicto sufficienter satisfacias, si confessionem præmiseris, tametsi non fuerit omnium peccatorum ob inuincibilem ignorantiam? Casus est frequens, cùm sæpè contingat, peccatorem post confessionem legitimè factam recordari ante Communionem alicuius peccati non confessi, in quo casu alicui videri posset non esse obligatum illud confiteri. Quia iam illud peccatum non solùm contritione, sed etiam absolutione sacramentali remissum est. Sic videtur sentire Reginaldus. Sed omninò contrarium tenendum est: quia illius peccati obliti non es probatus per confessionē; siquidem obligatus es illud confessioni subiicere. Concilium autem expostulat probationem per confessionem cuiuscumque peccati mortalis, cuius conscientia grauaris. Ergo illud ante Communionem confiteri debes.] Ita ille. Et Trullench *de Sacram. lib. 3. c. 6. dub. 4. n. 13.* etiam Reginaldum impugnat. Vide Vuiggers *in 3. part. q. 80. art. 5. dub. 3.* Suarez *disp. 66. sect. 4.* & Coninch *de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 2.* & Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quæst. 21.*

7. Dicendum est itaque eum, qui ante Communionem præmisit confessionem integram omnium mortalium peccatorum, quæ memoriæ occurrerunt, & posteà, antequàm ad Communionem accedat, recordatur alicuius peccati adhuc à se commissi, de quo non est confessus; teneri, per se loquendo, & exclusis circumstantiis, quæ excusare possunt, illud confiteri, ante quam communicet: quia præceptum, de quo agimus, obligat non tantùm ad confitendum ante Communionem, sed simpliciter ad confitēda omnia mortalia peccata, quorum quis sibi conscius fuerit. Nec refert, quòd tale peccatum oblitum iam sit remissum in confessione legitimè facta; quia non obstat remissio, quin debeat supponi clauibus, vt satis indicat Cōcil. Trid. cùm *in citato cap. 7.* ne contritum quidem & per consequens nec consequutum remissionem suorum peccatorum mortalium, vult liberum esse à facienda eorum sacramentali Confessione, antequam ad sacram Communionem accedat. Adde, quòd sicut quantumcunque quis se contritum putet, atque adeò in statu gratiæ, tenetur adhuc confiteri ante Cōmunionem: ita, quamuis confessus fuerit de suis peccatis, ac proinde etiam de oblitis indirectè saltem absolutus, & iustificatus; adhuc tenebitur de peccatis postea in memoriam occurrentibus confiteri, & directè absolui, antequam communicet. Sumitur demum ex Trident. *cap. 7.* vbi ait: *Vt nullus sibi conscius peccati mortalis,* scilicet, non confessi, *absque præmissa sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat.* Et *can. 11.* vbi ait: *Illis, quos conscientia peccati mortalis grauat.* pariter intelligit non confessi. Non enim intelligit solùm non remissi: siquidem inquit: *Quantumcunque etiam se contritos existiment.*

8. Vnde ex omnibus supradictis apparet, cautè legendum esse Ioan. Præpositum, qui *in 3. part. quæst. 80. art. 5. dub. 3. num. 15.* negatiuam sententiam tenuit. Vnde meritò contra illum inuehitur Caspensis *in Cur. Theol. tom. 2. tract. 21. disput. 9. sect. 2. num. 25.* vbi sic ait: [Hæc sententia est omninò falsa, & nullatenus admittenda: quia per edictum particulare Sanctæ Inquisitionis in nostra Hispania fuit reprobata: atque ita tenendum est, eum, qui de peccato oblito in præterita confessione recordatur in tempore, quo sine graui nota possit de illo confiteri ante Communionem, teneri præmittere confessionem de illo peccato, licèt per aliam confessionem indirectè absoluto. Et ratio huius est: quia Præceptū præmittendi confessionem ante Communionem, non est confitendi vtcunque, sed confitendi omnia peccata ante Communionem, & faciendi confessionem, non solùm formaliter, sed etiam materialiter intergam, nisi aliqua necessitas vrgens obstet, & desit copia Confessarij. Hoc autem Præceptum non impletur, nisi illud peccatū subiiciatur clauibus ante Communionem. Et hoc probat praxis, & consuetudo omnium fidelium, qui etiam post legitimam confessionem nullo modo audent accedere ad Eucharistiam, nisi priùs confiteantur illa peccata, quorum de nouo recordantur.] Ita Caspensis contra Præpositum; qui tamen non est sibi constans, & est sibi contrarius, vt patet *vbi suprà, dub. 2. n. 12.* & ita nostram sententiam, præter Doctores citatos, mordicus tenet, & latè probat omninò videndus Franciscus Syluius *in resol. mor. tom. 2. verb. Confessio, 3.*

Sup. hoc infrà lege doctrinā Ioannis Præpositi hic citati in Ref. 165. à lin. 6.

9. Nec obstat dicere, quòd qui confessus est cum debita præparatione, & oblitus alicuius peccati mortiferi, non grauatur ampliùs conscientia illius peccati, cùm ab illo sit absolutus, licèt directè: ergo non comprehenditur verbis Concilij. Sed contrà. Si idcircò conscientia peccati mortiferi illum non grauat, nec tenetur confiteri ante Communionem, eò quòd remissum sit illi hoc peccatum: ergo nunquam tenetur illud confiteri: quod sine dubio est falsum, & contra omnes Doctores, & totius Ecclesiæ praxim. Deinde per contritionem veram etiam remittitur peccatum, non minùs quàm per illam absolutionem indirectam, imò magis directè, & propriè: ergo is, qui concepit contritionem sui peccati, idque probabiliter nouit, non ampliùs grauatur illius conscientia, & sic poterit communicare sine confessione sacramentali, quamuis copiam Confessoris habeat: quod est contra Concilium. Dicendum ergo, illum grauari conscientia peccati mortiferi iuxta Concilium, qui scit, se illud commisisse, & nondum subiecisse clauibus Ecclesiæ, vt ab illo directè absoluatur. Hæc est mens Concilij, vt etiā colligitur *ex c. 7.* Et ita docet Lessius *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 80. art. 4. dub. 2. n. 8.*

10. Notandum est, hanc sententiam docere etiam Hieronymum Garciam *vbi suprà*; qui tamen me adducit pro sententia negatiua; quasi tenerem, peccata oblita non esse ante Communionem confitenda; sed postea suo tempore. Verùm ego hanc sententiam in loco ab ipso citato non docui, vt patet legenti, sed tantùm adduxi Henriquez, & Reginaldum, quos *suprà* satis impugnaui. Mea igitur sententia est, peccatum in confessione oblitum esse ante Communionē confitendum; nec sententiæ Henriquez, & Reginaldi adhæsit, nec vnquam probabilem existimaui, vt non benè existimat Garcias *vbi supra*, in hoc refellendus, licèt ipsi in bono sensu explicari possent. Vnde moneo, amicum Lectorem, quòd ego in meis operibus,

Sup. hoc à principio huius Ref. & in aliis eius primæ not.

ribus, soleo pro curiosis diuersas opiniones adducere; sed non ex hac sequitur, illis omnibus me adhærere; sed tunc tantùm me habeo vt relatorem: qui enim adducit aliqua recitatiuè, illa non approbat, ex cap. *Super litteras, de rescript.* cap. *Litteras, de restit. spoliat.* &c. Glossa *in leg. Gallus. §. Idem credendum ver. Princeps. ff. de liber. & posth.* & ideò quando de facto alicui opinioni ego adhærere volo, tunc clarè explico illam docendo, & tenendo, vel saltem, tanquam probabilem, illam admittu; vt passim ex lectura meorum Operum patet.

11. Aduertant igitur Lectores, si ego tantùm opiniones refero, tunc pro illis me non adducant; sed tantùm quando opiniones expressis verbis teneo, vel saltem tanquàm probabiles admitto. Vnde in meis Operibus non admitto aliquorum sententiam asserentium, quòd si quis referat Doctorum sententias, videtur posteriori loco adductæ adhærere: nam ego, referendo sententias, nulli adhæreo; si, vt dixi illam apertè non doceam, vel tanquàm probabilem admittam.

12. Nota etiam, Garciam *vbi suprà* citare contra nostram sententiam, quam hîc docuimus, aliquos Authores, vt Emanuelem Sà, Henriquez, Fagundez, Reginaldum, & alios; qui tamen non loquuntur in casu nostro: nam, licèt asserant, etiam seclusa infamia, & scandalo, peccatum oblitum non esse confitendum; hoc tamen dicunt, quia putant, quòd in illo casu talis confessio non posset fieri sine irreuerentia Sacramenti, vt indiuidualiter, de mente Henriquez restatur Escobar *in Theolog. moral. tractat. 7. exam. 6. cap. 5. num. 62.* Persicus *de offic. Sacerd. lib. 1. cap. 1. dub. 9. num. 93.* & Auersa *de Sacram. Euchar. quæst. 8. sect. 6.* quia in tali casu videtur veluti inchoatam fuisse actionem communicandi; sed nos loquimur in casu, quo ante Missam, vel ante Communionem quis recordetur peccati obliti: tunc enim, quia non adest periculum scandali, neque irreuerentia erga Sacramentum, dicimus, necessariò Confessionem de dicto peccato oblito faciendam esse, nec contrariam sententiam Ioannis Præpositi prorsus probabilem esse putamus, quicquid dixit Garcias, aliàs vir doctissimus. Et hæc latiùs in gratiam Lectorem adnotare volui, cùm ista difficultas non fuerit ab aliis ita diligenter pertractata.

RESOL. CXLIV.

An si quis in ordine ad Communionem confessus est, & postea recordatur de aliquo peccato inculpabiliter oblito, teneatur illud confiteri antequam sacram Synaxim sumat?

Et deducitur, an preceptum confessionis ante Communionem sit Apostolicum, & de iure Ecclesiastico, & non diuino? Ex part. 11. tractat. 8. & Miscell. 8. Resolut. 40.

Sup. hoc in Ref. præterita & in aliis eius primæ annot.

§. 1. CAsus est nimis practicabilis, ideò satis notandus, & negatiuam sententiam tenet Pater Ferrand. *de scandalo disput. 1. quæst. 80. num. 2. cum sequent.* Probatur, quia præceptum de præmittenda confessione omnium peccatorum mortalium, quæ sunt in conscia, ante communionem, tendit in eum finem, vt homo per talem diligentiam adhibitam, gratiam consequatur, ac proinde in gratia tantum Sacramentum recipiat. Sed in nostro casu ille diligentiam præceptam adhibuit, & gratiam recepit, vt supponimus, facta prima confessione. Ergo iam præcepto satisfecit,

Sup. doctrina huius §. supra in Ref. 56.

2. Secundò probari posset à simili in illo, qui in confessione huius anni ex obliuione, vel ex rationabili causa omisit aliquod mortale. Hic enim vt benè etiam docet in terminis Fagundez *part. 2. lib. 1. cap. 4. §. Quartum dubium*, non tenetur illud statim confiteri, sed potest licitè differre, vsque ad primam confessionem, quam faceret siuè ex deuotione, siue ex obligatione sequentis anni in Quadragesima. Quia scilicet per primam confessionem præceptum impleuit, fuit enim formaliter integra, & præceptum Ecclesiasticum solum obligat ad faciendam confessionem huiusmodi validam. Et anteà Suar. *tom. 4. de pænit. disp. 36. sect. 4. n. 6. in fine*; Vbi dicit alios Authores simpliciter negare, ex vi huius præcepti esse obligationem statim confitendi talia peccata, sed posse vsque ad confessionem sequentis anni differri. Et citat Victoriam *in summ. num. 137.* Nauarr. *summ. cap. 1. num. 10.*

& 57. ex Ref. 58. §. Hoc supposito. & cum eodem Fagundez tãtum hic citato, in fi. e §. vlt. Ref. 125. & add. to Granado in §. Notandum est, Ref. 63.

3. Ex his itaque videtur sic posse à paritate concludi; Si talis pœnitens non tenetur statim in illo anno peccatum confiteri, quia iam per primam confessionem impleuit præceptum pro illo anno; Ergo neque in nostro casu: quia præceptum impleuit de præmittenda confessione Eucharistiæ in ordine ad obtinendam gratiam, quam de facto probabiliter obtinuit per confessionem priorem.

4. Deinde confirmari potest eadem probatio ex Henriquez *tom. 2. lib. 8. de Eucharistia cap. 46. num. 3.* Vbi ait, eum, qui est ad altare sumpturus Eucharistiã & recordatur alicuius peccati inculpabiliter omissi in præcedenti confessione, non teneri statim surgere, & iterum Confessarium adire, vt peccatum illud omissum confiteatur, licet nullum adsit periculum alicuius notæ subeundæ. Rationem affert, propter reuerentiam Sacramenti; & quia iam est in gratia ratione præcedentis confessionis formaliter. Verba Henriquez sunt hæc: Laicus si ante linteum Altaris adstat paratus communicare cum aliis, & confessionem præmiserat, excusatur propter reuerentiam Sacramenti, ne statim redeat ad Confessarium, vt directè absoluatur à peccato, cuius fuerat oblitus, etiam seclusa nota, & scandalo; cùm iam accedat iustus, & probatus per confessionem: expeditque communiter, ne Sacerdos ad Altare audiat reconciliationes volentium communicare. Pœnitens tamen noui peccati memor, antequam ad Altare accedat, tenetur quæsito Confessario id aperire, antequam communicet. Ergo videtur asserere, iam per præcedentem illam confessionem satisfactum esse præcepto in ordine ad gratiam obtinendam; ac proinde non amplius durare præceptum ipsum de confessione præmittenda; alioqui si duraret, non benè dixisset, eum excusari à non confessione propter reuerentiam Sacramenti. Huc vsque Pater Ferrantinus, qui postea ad confirmandam suam sententiam summa diligentia asserit post multos annos inuenisse Auctorem illam docentem, nempè Petrum Cornejo Carmelitanum *in 3. part. D. Thomæ.*

Sup. hac doctrina in Ref. 1 post seq. & in aliis eius primæ not.

5. Sed vir doctus hunc Doctorem inueniendo, inuenit censuram sententiæ, quam docuerat. Vnde scire debet, quod ex ordine supremi Tribunalis nostræ Sacræ Inquisitionis Hispaniæ, dicta opinio magistri Cornejo fuit ex eius operibus delecta, & expuncta, vt patet in Indice Expurgatorio Hispano; & obseruat Caspensis *in curs. Theol. tom. 2. tract. 22. disput. 9. sect. 2. n. 25.*

Sup. hoc in Ref. præterita §. Nec hic, & in alio vers. eius not.

6. Vnde rectè Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo respondet dicto Patri Ferratino, vt ipse supra testatur, suam sententiam nullam habere probabilitatem; & ego pace viri doctissimi idem sentio, per ea quæ contra talem sententiam adduxi latè *in part. 9. tract. 3. resol. 4.* cum pluribus Doctoribus ex Societate, & stante edicto superius alla-

Quæ hic est Ref. antecedẽs, & in aliis eius primæ annot.

to Sanctæ Inquisitionis; Vnde Franciscus Syluius professor publicus Sacræ Theologiæ in Academia Duacena in variis Resolutionibus *tom. 2. verb. confessio 3. fol.* 47. vocauit hanc sententiam periculosam & maximè vrgentem in irreuerentiam Sacræ Eucharistiæ, nec probandam, nec in praxi deducendam. Requirit enim, ait ipse, tanti Sacramenti reuerentia, vt ei præmittatur confessio omnium peccatorum mortalium antea non confessorum, quorum habetur memoria. Vnde Concil. Tridentin. *sess.* 13. *cap.* 7. *& can.* 11. statuit, illis qui conscij sunt peccati mortalis, vel quos conscientia peccati mortalis grauat, habita copia Confessoris, necessariò præmittendam esse confessionem Sacramentalem Sacræ communioni. Atqui is, qui confessus quidem est, sed recordatur alicuius peccati mortalis, cuius oblitus fuit confiteri, conscius est peccati mortalis. Nouit enim quod illud commiserit, & non fuerit confessus. Hoc autem est esse conscium peccati mortalis, & conscientiam peccati mortalis eum grauare. Cùm igitur absque nota infamiæ, & absque aliorum scandalo, vel offensione possit, vel a communione abstinere, vel antequàm communicet, illud peccatum oblitum confiteri, habeatque ideò copiam confessoris; omnino tenetur confessionem illius præmittere communioni.

7. Confirmatur, si talis non sit dicendus esse conscius peccati mortalis, neque conscientiam peccati mortalis habere: ergo liceb.t ipsi sine præuia confessione communicare aliquot diebus sequentibus si non labitur in vllum mortale peccatum; nihil enim est quod magis eum impediat illis diebus communicare, quàm primo die, cùm nullum nouum mortale peccatum admisisse ponatur. Talis autem licentia omninò contra Sacramenti reuerentiam cederet, & nequaquam est permittenda.

8. Neque refert, quod talis pœnitens sit directè absolutus à peccatis confessis, & indirectè ab oblitis: quamuis enim hoc satis sit ad communicandum, quando non meminit alicuius alterius peccati mortalis, propter bonam videlicet fidem qua procedit, & obliuionem, vel ignorantiam inuincibilem alterius peccati qua laborat; quando tamen recordatur alicuius peccati mortalis, quod necdum fuit confessus, non est satis vt habita copia Confessoris possit sine illius confessione communicare; idque propterea, quia oportet confiteri omnia peccata mortalia, quorum quis habet memoriam, quod non sit ea confessus, priusquam communicet: & tum bona fide, tum inuincibilis obliuio cessat in eo, qui iam recordatur, & habet copiam confessoris.

9. Non refert etiam quod videatur esse probatus per confessionem immediatè factam: postquam enim recordatur peccati mortalis in ea confessione obliti, probatio illa non sufficit; quia iam est conscius peccati mortalis quod commisit, nec est confessus. Responsionem hanc tradere videntur Angelus *verbo Eucharist.* 2. *num.* 5. Syluest. *eod. verb. quæst.* 7. Nauarr. *Enchir. cap.* 11. *num.* 49. sed longè apertius exprimunt Suar. *tom.* 3. *in* 3. *part. disp.* 66. *sect.* 4. §. *sed huius*; Filliuc. *cap.* 8. *de Eucharist. num.* 215. Bonac. *disput.* 4. *de Eucharist. quæst* 6. *part.* 1. *num.* 17. Mercerus *ad* 3. *part. quæst.* 80. *artic.* 4. *dub.* 2. Kellisouus *ibid. artic.* 5. *dub.* 2. atque vt non opus sit plures recensere, fidelium sensus, & consensus eam responsionem, euidenter ostendit, qui dum post confessionem, alicuius peccati mortalis recordantur, solent ad Confessarium redire priusquam communicent, si commodè possunt, & si non redierint, in sequenti confessione se accusant, quod antequam communicarent, recordati fuerint talis, aut talis peccati, & tamen communicauerint. Ab isto autem sensu, cum ad Sacramenti reuerentiam pertineat, non sunt reuocandi, sed potius in eodem fouendi. Huc vsque Syluius. Alias rationes, Auctores videbis penes me ipsum, *vbi supra*.

10. Notandum est etiam hic, Patrem Ferrantinum *vbi supra num.* 10. docere præceptum confessionis ante communionem esse Apostolicum, & de iure Ecclesiastico, & non de iure Diuino. Hanc sententiam improbabilem vocauit Nugnus, *in* 3. *part. q.* 80. *artic.* 4. *difficult.* 1. *conclus.* 1. imò temerariam existimauit Marchinus *de Sacrament. Ordinis tract.* 3. *de sacrificio Missæ, part.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. sed excesserant viri docti in eiusmodi censuris, vt de censura Marchin. obseruat Leander *de Sacrament. tom.* 2. *tract.* 7. *disputat.* 7. *quæst.* 12. qui benè tamen docet, tale præceptum etiam esse Diuinum positiuum à Christo Domino latum, priuilegiatum verò, & declaratum ab Apostolo eius Paulo, his verbis: *Probet se ipsum homo.* Sic docent ex Tridentino *loc. citat.* Sotus *in* 4. *distinct.* 12. *quæst.* 1. *artic.* 4. Suar. *disp.* 66. *sect.* 3. Vasquez *disput.* 207. *cap.* 4. Filliuc. *tractat.* 4. *num.* 211. Valencia *disput.* 6. *quæst.* 8. *punct.* 3. Hurtadus *disp.* 9. *de Eucharist. diff.* 5. Fagund. *præcept.* 3. *lib.* 3. *capit.* 8. *num.* 2. *&* 3. Lugo *disput.* 14. *à num.* 69. *pag.* 452. Bonac. *disputat.* 4. *quæst.* 6. *punct.* 1. Granados *tract.* 10. *de Eucharist. disputat.* 7. *num.* 10 Cornejo *quæst.* 80. *art.* 4. *disput. vnica, dub.* 2. Villalobos *tract.* 7. *diff.* 37. *num.* 1. Machado *lib.* 4. *part.* 1. *tract* 20. *document.* 6. Ludouicus *quæst.* 7. *de Eucharistia artic.* 9. *dub.* 1. Raynaldus *tom.* 4. *disput.* 6. *quæst.* 8. *punct.* 3. Petrus Sotus *lect.* 11. *de Eucharistia.* Canus *Relect. de Pœnitent. part.* 5. & communiter alij Thomistæ, quibus omnibus adde Dicastillum *de Sacrament. tom.* 1. *tractat.* 4. *disputat.* 9. *dub.*... *num.* 69.

Sup. hoc supra in Resol. 140. §. His suppositis, & in aliis eius annot.

11. Probatur hæc opinio, primo ex Sancto Leone *epist.* 91. *c.* 2. vbi Præpositis (inquit) Ecclesiæ hanc Christus dedit potestatem, vt confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & satisfactione purgatos ad communionem reciperent. Quem locum Lugo, & alij rectè expendunt.

12. Confirmari etiam potest ex Tridentino, *cit. c.* vbi cùm dixisset iuxta Pauli præceptum ante receptionem Eucharistiæ esse debere diligentem examinationem, & probationem, subiungit: Ecclesiastica autem consuetudo declarat sine confessione, &c. In quo testimonio expendendum est, non dixisse Concilium ex consuetudine Ecclesiæ oriri hanc necessitatem; sed Ecclesiæ consuetudine eam necessitatem declarare, scilicet in testimonio allegato Sancti Pauli significatam esse huiusmodi necessitatem, ac proinde esse ex diuino præcepto, quod ex testimonio Pauli, & per explicationem Ecclesiæ fidelibus possit innotescere.

13. Id verò Concilium potuit colligere, quia Paulus non tradit de nouo necessitatem illius probationis, de qua loquitur; sed potius de illa agit tanquam de re, quam supponit iam esse necessariam ante ipsius Epistolam, nam ob omissam probationem, de qua loquitur, dicit: *Ideo inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur, &c.* Agit autem de probatione per confessionem, & Concilium declarat: ergo illa probatio, etiam ante Epistolas Pauli erat necessaria.

14. Accedit, quod Augustinus docet *lib.* 4. *contra Donatistas cap.* 24. Id quod semper in Ecclesia fuit, nec eius initium agnoscitur, ex Apostolica traditione proficisci rectissimè creditur. Talis autem est necessitas confessionis, cuius necessitatis initium non potest assignari; ergo ab Apostolica traditione illud præceptum accepimus tanquam à Christo datum, & per Apostolos ad nos deriuatum. Omitto alios

Patres,

Patres, qui videri possint apud alios Auctores citatos, præsertim apud Cardinalem de Lugo, qui tectè hanc doctrinam colligit ex Cypriano, & ne deseras videre me ipsum *vbi suprà resolut. 1. & 2.* & alios Doctores, quos ibi adduxi.

Quæ biesfunt sup. Ref. 140. & 141.

RESOL. CXLV.

Sup. duabos primis difficult. huius tituli suprà in Ref. 88. & in Ref. 95. §. Nota hic. & in Ref. 107. § vlt.

An quando quis confitetur de isto peccato oblito, teneatur de illo elicere nouum actum doloris, & contritionis?

Hoc intellige de illo, qui habuit dolorem generalem de peccatis suis, si obliuiscatur vnum peccatum in prima confessione, quando peccatum hoc oblitum confitetur.

Et an teneatur elicere actum doloris sub pœna peccati mortalis, qui tantum peccata venialia confitetur?

Et ad confirmandam doctrinam dictarum difficultatum adducitur, quod aqua postquam semel abluit, potest iterum assumi pro nouo Sacramento ad abluendum; & oleum ad vngendum; & sic de alis Sacramentis habentibus materiam perseuerantem. Ex part.9. tract.3. Ref.5.

Sup. hoc suprà in Ref. 5 9. & in aliis eius not.

Sup. hoc in Resolutionibus positis in annot. contra titulū huius Resol. & pro contento in resol. Tenetur vero. huius §. suprà in Ref. 100. & in alsi Resol. & §§ eius primæ not.

§. 1. NEgatiuè repondet Ioseph de Ianuario *in resol. Theolog. moral. part. 1. resol. 30. num. 1. & seqq.* vbi sic ait: [Respondeo, quòd qui confitetur peccata mortalia aliàs confessa, & absoluta, non tenetur in secunda Confessione elicere nouum actum doloris, si dolor primæ Confessionis adhuc perseueret, siue virtualiter, siue habitualiter. Sicut nec tenetur ille, qui habuit dolorem generalem de peccatis suis, si obliuiscatur vnum peccatum in prima Confessione; quando peccatum hoc oblitum confitetur. Tenetur verò elicere actum doloris, qui peccata venialia confitetur tantùm, sub pœna peccati mortalis.

2. Probatur prima pars: quia dolor, vt dolor, cùm non sit sensibilis de natura sua, non potest esse pars Sacramenti Pœnitentiæ: nam Sacramentum Pœnitentiæ est signum sensibile, &c. at sit sensibilis per Confessionem: ergo Confessio est ratio formalis reddens dolorem, seu contritionem, sensibilem, & consequenter partem Sacramenti Pœnitentiæ: sed noua ratio formalis reddit nouum compositum, cùm forma det esse rei: ergo noua Confessio cum dolore virtualiter perseuerante facit nouum compositum in ordine ad Sacramentum; & consequenter sufficit ad recipiendam nouam formam absolutionis. Confirmatur: quia actus pœnitentis, prout sunt à pœnitente, non sunt materia proxima, sed remota, ex qua Sacramenti Pœnitentiæ: sed materia remota, ex qua, potest iterum, & iterum assumi pro diuersis numericè Sacramentis. Aqua enim postquam semel abluit, potest iterum assumi pro nouo Sacramento ad abluendum, oleum ad vngendum, & sic de aliis Sacramentis habentibus materiam perseuerantem: ergo dolor virtualiter perseuerans potest iterum, & iterum assumi per potestatem Clauium ad integrum aliud, & aliud Sacramentum.

3. Probatur secunda pars, quòd, scilicet, qui habuit motiuum generale dolendi de decem peccatis mortalibus, si confiteatur tantùm nouem, & obliuiscatur decimum, & Sacramentum recipit, quando iterum confitetur illud vnum oblitum, non teneatur elicere nouum actum contritionis, sed sufficiat prior non retractatus. Est Henriquez *in Summa, lib. 4. de pœnitentia, cap. 26. §. 7.* vbi habet, quòd vna, & eadem contritio potest pertinere ad duo Sacramenta, vt pars ipsorum, & exemplificat sic; vt cùm semel absolutus, iterata mox noua Confessione explicat præteritum dolorem, & peccatum oblitum; hic enim nouum effectum gratiæ auctæ videtur recipere, dum absque nouo dolore recipit absolutionē: quia adsunt requisita omnia, scilicet, noua Confessio, vt signum peccati, & doloris: nam dolor prior, vt in virtute extensus est ad peccata oblita, perinde valet, ac si esset nouus dolor de peccatis oblitis. Hæc Henriquez. Est etiam Ioannis de Lugo *de pœnitentia, disp. 12. 12. sect. 2. à n. 27.* Hoc dictum patet ex rationibus allatis in dicto secundo: nam, si dolor de peccatis confessis potest iterum assumi ad componendum nouum Sacramentum, si adsit noua Confessio; ergo à fortiori poterit deseruire dolor ille vniuersalis in secundo Sacramento pro peccato oblito, & adhuc non cōfesso. Nam illo dolore, secundùm quod destruit peccatum illud oblitum, adhuc vsus non est Sacerdos ad componendum nouum Sacramentum Pœnitentiæ. Confirmatur: quia potest quis dimidiate Confessionem, si habet peccata reseruata, & non reseruata, si confiteatur Superiori tantùm reseruata, & inferiori non reseruata. Tunc autem dantur duæ absolutiones, & sunt duæ Confessiones, & duo Sacramenta, & tamen secundùm communissimam sententiam, teste Henriquez *lib. 6. de pœnitentia cap. 15. §. 4.* non tenetur talis Pœnitens elicere duplicem actum contritionis, si prior dolor fuerit vniuersalis: ergo, neque tenebitur in casu nostro, cùm dolor sit vniuersalis. Hucvsque Ianuarius, cui adde Eminentissimum Lugo *de Sacrament. Pœnitent. dispur. 14. sect. 3. §. 2. num. 18. 27. & seqq.* Et hæc dicta esse volo secundùm mentem supradictorum Doctorum; nam de his *alibi* à nobis dictum est.

Alibi in Resolutionibus not. primæ & secundæ huius Ref.

RESOL. CXLVI.

An si quis accessit ad linteum Sacræ mensæ, vt communicet, si recordetur alicuius peccati mortalis teneatur surgere, & Confessarium adire?

Et an in tali casu, si solus esset cum Sacerdote, & Sacerdos posset eum absoluere, tunc teneatur eidem prius confiteri? Ex part.9. tract.3. Ref.8.

Sup. prima diffic. huius Ref. in §. Deinde. Ref. 1. post præteritam, & infrà in Ref. 147. cursim in fine § 1. & in Ref. 162. § vlt. post medium, versic. Quod etiam, & in Ref. 163. § 2. ad medium, & in Ref. 181 §. vltim. & pro contritione in hoc casu, si antea nō fuit præmissa cōfessio in Ref. 155. § vltim. vers. Pero. Sup. hac admiratione cursim infrà prope finem huius Resol. vers. a to magis ho, & magis la è infrà in Ref. 159.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Marchinus *de Sacrament. Ordinis, tractat. 3. part. 3. capit. 1. num. 12.* quia putat in tali casu non adesse scandalum. Primò, quia manifestum est apud nos, hunc recessum à Sacra Mensa, causa alicuius peccati obliti confitendi, non gignere vllam mali nominis leuem suspicionem, sed potiùs timoratæ conscientiæ opinionem. Secundò, non omnes Sacræ Mensæ assistentes Sacram intendunt Communionem; sed vt Missam audiant: & ideò potest iste se fingere vnum ex istis, & posteà surgens confiteri, & Corpus Dominicum manducare. Tertiò, leuis aliquorum admiratio non est præferenda diuino, atque expresso Præcepto præmittendæ post mortale Confessionis ante Communionem in habente copiam Confessarij: secùs daretur occasio, seu via nimis ampla aperiretur tes diuinas indignè pertractandi. Ita Marchinus, & alij penes ipsum. Vide Bizozerus *de Sacram. part. 4. cap. 8. num. 3.* sic ait: [Quartus casus est, si quis laicus est cum aliis coram Sacerdote, vt se communicet; & tunc recordatur alicuius peccati mortalis, de quo non est confessus; non debet tunc discedere, ne aliis scandalum præbeat; sed debet communicare, deinde confiteri. Ita dicunt Doctores: sed nunc, cùm videamus non esse scandalum, quòd mulier, vel vir deuotus pluries ad eundem Confessarium eadem die, & hora accedat, imò inde generetur bonum exemplum; non esset admittendus hic casus, nisi

nisi probabile periculum esset de scandalo.] Ita ille. Vide etiam Auersam *de Sacrament. Euchar. quaest.* 8. Dicendum itaque, plerumque non adesse scandalum, vtpote si in concursu plurimorum possit quis cautè recedere: si sit ignotus aliis adstantibus: aut si talis qualitatis sit, vt nihil detrimenti in sua fama patiatur, & fortasse potiùs laudem acquiret, si alij cogitent, aut ipsamet fateatur, se ob aliquid sibi in memoriam reductam, velle priùs quærere Confessarium: sicut & nullam iacturam subit, qui pluries eodem mane conspicitur redire ad Confessarium.

2. Sed ego adhæreo contrariæ sententiæ: iam difficile moraliter videtur in tali casu scandalum vitari posse. Et ita hanc sententiam, præter Suarez, & Fagundez à Marchino relatos, tenet Præpositus *in 3. part. quaest.* 80. *artic.* 5. *dub.* 4. *num.* 21. Lessius *in 3. part. quaest.* 80. *artic.* 4. *dub.* 2. *num.* 8. & Ioannes Vvigers *de Sacrament. in 3. part. q.* 80. *art.* 5. *dub.* 2. *n.* 11. vbi sic ait: [Similiter communicare poterit absque Confessione præuia, qui ad Altare positus orans, Sacerdote iam Communionem præparante, incipit recordari alicuius peccati mortalis, nondum confessi, quando sine periculo infamiæ, aut notæ, recedere non potest: si tamen solus esset cum Sacerdote, & Sacerdos posset eum absoluere, tunc tenebitur eidem priùs confiteri, quia & sine periculo infamiæ potest, neque est notabilis indecentia in eo, quòd Sacerdos, vel nonnihil ab Altari recedat, vel in ipso Altari Confessionem eius excipiat. Præsertim cùm soleat Communio administrari ante Sacrum, aut Sacrificio iam quasi peracto.] Ita ille. Et ideò rectè contra Marchinum asserit Hier. Garcias *in Summa Theol. moral. tractat.* 3. *diffic.* 5. *dub.* 1. *punct.* 5. *num.* 49. [De aqui es, que el que se llega à comulgar, y està ya al piè, ò à la Mesa del Altar, y se acuerda de algun pecado mortal, no por esso tiene obligacion de retirarse, ni llamar alli Confessor, sino hazer acto de contricion, y comulgar, porque se pondria à peligro de infamarse; aunque Marchino es fuerça lo contrario; y pruebalo, porque en los seculares el retirarse de aquel lugar, no causaria infamia, pues ay vso dello, y puede auer muchas causas para ello, à lo mucho, causaria alguna admiracion, y esto no basta: trae este Autor por si à Bonacina, però Bonacina habla en caso, que aun no aya dicho el tal la Confession, ni aurà nota de que se retire, pero si dixo va la Confession, y veen los circunstantes que ha passado ya à comulgar, digasse lo que quisiere Marchino, que no podra apartarse sin nota.] Hæc ille, & ego. Vide etiam Castrum Palaum *tom.* 3. *tract.* 21. *disp. vnica, punct.* 12. *n.* 7. qui tandem nostram sententiam tenet, & etiam, me citato, Leandrus *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 7. *disp.* 7. *q.* 18.

Sup. hoc infra in Ref. 162. §. 1. ad mediũ. lege doctrinã vers. quẽ habet ibi solum.

Sup. hoc supra in §. 1. huius Ref. paulo post initium, vers. Tertio leuis. & magis latè infra in Ref. 159.

RESOL. CXLVII.

An teneatur præmittere Confessionem per interpretem, si quis nesciat linguam, & velit sumere Eucharistiam?

Et an vero, qui est in articulo mortis, possit communicare absque præuia confessione, si non potest confiteri absque interprete?

Et aduertitur laicum positum ad linteum Communionis, & Sacerdotem post inchoatam Missam esse censendos non habere copiam Confessary, atque adeo posse cum contritione Missam prosequi, & Eucharistiam sumere. Ex part. 11. tract. 9. Ref. 10.

§. 1. NEgatiuè respondeo cum Mercero *in 3. part. D. Thom. de Sacrament. q.* 80. *art.* 4. *dub.* 6. Auersa *de Sacrament. Eucharist. q.* 8. *sect.* 6. & Amico *in Cursu Theolog. tom.* 7. *disput.* 26. *sect.* 1. *num.* 17. vbi sic ait: [Tunc tantùm censenda est inopia Confessoris, quando, vel simpliciter abest, & spectata qualitate personæ, itineris, & non negotiorum, moraliter adiri non potest: vel, si adest, non habet iurisdictionem; aut non potest absque nota infamiæ tali Sacerdoti confiteri: vt quando inchoato Sacro Sacerdos, vel laicus, prope Altare communicatus recordatur peccati mortalis non confessi: in tali enim casu vterque potest absque præuia Confessione; sola contritione præmissa, venerabile Eucharistiæ Sacramentum sumere. Eadem ratio est, si Pœnitens non habeat Confessarium eiusdem linguæ, à quo sine interprete intelligi non possit: quia non tenetur pœnitens adhibere interpretem ad Sacramentalem Confessionem faciendam.] Ita ille. Et nota verba huius Authoris, qui censet, laicum positum ad linteum Communionis, & Sacerdotem post inchoatam Missam, esse censendus non habere copiam Confessarij, atque adcò posse cum contritione Missam prosequi, & Eucharistiam sumere.

Sup. hoc in §. vlt. Ref. seq. sed lege eam per totam, & magis latè supra in Ref. 78. & in Ref. 79. §. 1.

Sup. hoc infra Ref. 163. & in aliis eius primæ & secundæ not.

2. An verò, qui est in articulo mortis, possit communicare absque præuia Confessione, si non potest confiteri absque interprete? Affirmatiuè respondet Magister Serra *in 3. part. quaest.* 80. *artic.* 4. sic asserens: [Secundus casus est, quando morti proximus tenetur Viaticum sumere, & non adest Sacerdos, nisi fortè qui non potest absolutionem proferre, quia est mutus; aut qui non valet Confessionem etiam nutibus factam percipere, ac pœnitentem sine interprete intelligere: tunc enim licitè potest Eucharistiam accipere absque Confessione cum sola contritione peccati mortalis, cuius habet conscientiam.] Ita Serra. Sed de hoc *alibi* à nobis actum est.

Sup. hoc ad litteram in §. vlt. Ref. seq. & late in Resol 2. annot. primæ huius Ref. §. 1. & in Ref. 3. etiam §. 2. & supra in Ref. 80.

Alibi in Resolutionibus nol. præteritæ, signanter in Ref. 2. 3. & 4.

RESOL. CXLVIII.

An quis in periculo vitæ possit sumere Eucharistiam absque præuia confessione?

Et pro praxi huius quæstionis adducuntur aliqui diuersi casus in §. 1. huius Resolutionis.

Et docetur, quod quando quis morti proximus tenetur Viaticum sumere, & non adest Sacerdos, nisi fortè qui non potest absolutionem proferre, quia est mutus, aut qui non valet Confessionem etiam nutibus factam percipere, ac pænitentem sine interprete intelligere, tunc enim licitè potest Eucharistiam accipere absque Confessione cum sola contritione peccati mortalis, cuius habet conscientiam. Ex part. 9. tractat. 3. Resol. 16.

§. 1. REspondéo affirmatiuè cum Leandro *de Sacrament. tom.* 2. *tract.* 7. *disput.* 7. *q.* 22. Lessio *in 3. part. q.* 80. *artic.* 4. *dub.* 2. *num.* 8. & aliis communiter. Vnde, me citato, sic asserit Garcias *in Summa, tract.* 3. *difficult.* 5. *dub.* 1. *punct.* 5. *num.* 35. [Hablando pues de la necessidad vrgente. El primero caso es, el articulo de muerte, quando iosta el precepto diuino de comulguar: sabe, y vee vn Sacerdote, que se està muriendo, ò por auer tomado veneno, ò por algun accidente natural, ò violento, no ay presente Confessor alguno, pidesse, que si podrà ir al Sagrario, y comulgarse, aunque este en pecado mortal, con solo acto de contricion, ò si està parà poder dezir Missa, si podrà hazerlo sin confessarse, con sola contricion; ò finalmente aunque estè sano, si podrà dezir Missa sin confessarse, por consagrar vna forma para vn enfermo, que se muere, y no ay reseruada en el Sagrario. Respondeo con las comun de los Doctores, que puede en todos los casos refridos, y muchos Autores, y entre ellos Vasquez

Sup. hoc in Resolutionibus annotationum sequentium.

Sup. contento in hoc vers. iosta in Ref. 155. & pro parte in aliis Ref. eius primæ not. & in to. 3. tr. 1. ex Ref. 1. §. Et in vno.

quez estienden esto al Diacono, y aun al secular: de suerte, que en este caso vn Diacono puede comulgar vn secular, sin que preceda Confession en el, y *a fortiori* podrà el mismo Diacono, como que da dicho del Sacerdote, y Suarez, Coninch, Filiucio, y Layman, à quienes refiere, y sigue Diana *part 3. tractat. 4. resol. 47.* afirman, que en este caso podrà vn secular comulgarse à si mismo, si no ay Sacerdote, que le confiesse, y comulgue: y aun Layman, Coninch, Valencia, y Diana dizen, que podià en este caso vn secular dar la Communion à otro secular à imitacion de la Reyna de Escocia, quando la hizo martirizar Isabella, y no dissiente dello *nouissimè* Tamburinus *in 2. edit. tom. 2. disputat. 2. q. 2. num. 4.* La razon dellos es, porque todo esto no repugna al drecho natural, diuino, ò ecclesiastico, ni ay ley que lo prohiba, porque el cap. *Peruenit. de consecr. d. 2.* donde se prohibe à los seculares, y à las mugeres administrar este Sacramento, habla en caso fuera de necessidad, y no quando esta insta. Ni obsta contro esto la costumbre en contrario, lo vno, porque por lo menos en Espagna à penas ay cortijo, donde no aya Sacerdote, y assi esto es *de rarò contingentibus*, y no es mucho no se vse: lo otro, que muchas cosas se dexan de hazer, no porque no puedan hazerse licitamente, sino por euitar admiracion; y nouedad. La razon de todo lo dicho es, porque en este caso de muerte, recibesse la Communnion por modo de Viatico, para lo qual no es necessario estar ayuno, por otra parte insta el precepto diuino, y no ay ocasion de confessar; luego concurren ya todas las condiciones, que pide el Concilio Tridentino, luego bien puede vno celebrar, ò comulgar, sin que preceda Confession, aunque este en pecado mortal con solo, que haga acto de contricion.] Ita ille.

Que nunc inuenitur in to. 2. tr. 2. Ref. 66 & in multis aliis eius primæ, & secundæ annot.

2. Hinc Serra *in 3. part. quæst. 80. artic. 4.* docet, quòd, quando quis morti proximus tenetur Viaticum sumere, & non adest Sacerdos, nisi fortè, qui non potest absolutionem proferre, quia est mutus, aut qui non valet Confessionem etiam nutibus factam percipere, ac pœnitentem sine interprete intelligere: tunc enim licitè potest Eucharistiam accipere absque Confessione cum sola contritione peccati mortalis, cuius habet conscientiam.

Sup. hoc ad litteram in §. vlt. Ref. præcedentis. Sed lege alias Resol. eius annot.

RESOL. CXLIX.

An simplex Sacerdos, deficiente copia Confessarij, possit celebrare contritus, dum iter facit propter Missam præcepti, quam tenetur audire, modo deficiat Missa, quam ab alio possit audire?

Et curssissimè infertur, an in dicto casu teneatur cum sola contritione celebrare? Ex part. 2. tractat. 14. Resolut. 63.

§. 1. Respondeo affirmatiuè; quod intelligendum est, modò deficiat Missa, quam ab alio possit audire. Ita Rodriquez *in summ. tom. 1. capit. 247. num. 6.* Vega *in summ. tom. 2. cap. 41. cas. 4.* Toletus *lib. 2. cap. 15. §. maior. diffic.* Henriq. *lib. 8. cap. 48. num. 8.* Syluester *ver. Eucharist. 2. §. 7.* Adrian. *in 4. disput. 19. quæst. 4. conclus. 10.* quicquid in contrarium afferat Corduba *in summ. quæst. 141.* Sot. *in 4. dist. 13. quæst. 2. art. 6.* & nouissimè Coninch *de Sacrament. quæst. 80. art. 4. dub. 2. num. 17.* Villalobos *in summ. part. 1. tractat. 7. dub. 37. numer. 2.* Fillincius *tom. 1. tractat. 4. capit. 8. num. 217.* Pesantius *in addit. ad 3. part. quæstione decima, disputat. 5. de præcepto confessionis.* Fernandez *in exam. Theolog. moral. part. 3. capit. 5. §. 8. num. 1.* Suarez *in 3. part. tom. 3. disputat. 67. sect. 4.* qui tamen nostram sententiam vocant probabilem.

Sup. hoc ex doctrina Ref. 1. post seq.

2. Nec valet dicere, quòd præceptum de præmittenda confessione ante communionem, est præceptum diuinum. Præceptum autem audiendi Missam in die festo, est Ecclesiasticum; ergo fortius debet esse illud, quàm istud, atque ideo necessitas implendi præceptum Missæ, non debet excusari ab obligatione diuini præcepti. Nam respondetur, esse nonnullos casus, in quibus propter probabiles rationes, hinc inde occurrentes, possit Sacerdos eligere, quam partem maluerit, & hunc casum, de quo loquimur, esse ex illorum numero, quia Concilium *sess. 13. capit. 7.* & Doctores dicunt, si vrgeat necessitas, & copia Confessarij desit, id esse licitum. Adde, quod probabile est, secundùm Concil. *vbi suprà*, hoc præceptum de præmittenda confessione esse tantùm iuris humani.

Sup. hoc late, supra in Ref. 140. à §. His suppositis. & in aliis eius not.

3. Sed dices, si Sacerdos in tali casu potest cum sola contritione celebrare, ergo tenetur. Respondeo minimè, nam sequi potest opinionem negantem cum Suarez, & aliis.

RESOL. CL.

An talis Sacerdos simplex, etiam non Parochus, possit celebrare Missam sine præuia confessione, dum non adest Sacerdos, vt alij Missam audiant, & non est alius, qui celebret?

Ex quo breuiter deducitur posse Sacerdotem in articulo mortis, si non adest copia Confessarij, celebrare contritum, vt ægrotus præceptum Communionis adimpleat. Ex part. 2. tract. 14. Ref. 64.

§. 5. Negatiuè respondet Pesantius *in addit. ad 3. part. quæstione 10. disputat. 5. de præcepto confess.* Suarez *tom. 3. in 3. part. disput. 67. sect. 4.* Et ratio est, quia alij non peccabunt, si ipse Missam non celebret.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. seq.

2. Sed ego contrariam sententiam semper tenui, quia, vt suprà probatum est, talis Sacerdos iter faciens, potest contritus Missam dicere, propter adimpletionem præcepti Ecclesiastici dicendi, vel audiendi Sacrum. Ergo potest dicere Missam, vt alij supradictum præceptum adimpleant, & quando vrget præceptum, necessitas proximi reputanda est tanquam propria. Nec valet dicere cum Suarez, quòd alij non peccabunt, si Sacerdos non celebret. Nam respondetur, posse Sacerdotem in articulo mortis, si non adest copia Confessarij, celebrare contritum, vt ægrotus præceptum communicandi adimpleat, & tamen si Sacerdos in illo casu minimè celebraret, ægrotus quidem non peccaret. Vnde satis probabilis est nostra opinio, licèt contraria sit etiam probabilis.

Sup. hoc in Ref. not. præteritæ, §. Ni obstat. & seq. & infra in Resol. 155. & in aliis eius primæ annot.

RESOL. CLI.

An Sacerdos possit celebrare, si non adsit copia Confessarij, vt ipse, vel alij satisfaciant præcepto audiendi Missam?

De Parocho non est dubitandum. Ex part. 9. tractat. 3. Resolut. 9.

§. 1. De Parocho non est dubitandum. Difficultas est de aliis Sacerdotibus. Et negatiuè respondet nominatim contra me Pater Ancrsa *de Sacrament. Eucharist. quæst. 8. sect. 6.* Castrus Palaus *tom. 4. tract. 21. disput. vnica, punct. 12. num. 7.* vbi sic ait: [Ob Sacrum ex obligatione audiendum, verius

Sup. doctrina contenta in hac R. 1. lege duas Ref. præteritas.

rius existimo, te non posse celebrare Confessione non præmissa. Neque enim te excusare potest à præmittenda Confessione carentia fructus, quam ex Sacrificio percipere posses. Hunc enim alio die facilè compensare poteris absque illa Indulgentia: alias posses quotidie celebrare nulla alia necessitate intercedente, ne prieteris Sacrificij fructu, quod nullus admittet. Neque item excusari potes ob satisfaciendum Præcepto Ecclesiasticò audiendi Sacrum: quia hoc Præceptum non obligat, nisi cùm Sacrum peragi potest ritu ab Ecclesia præscripto. Non igitur ob hanc causam celebrare potes omissa Confessione.] Ità ille, qui citat Suarez, Coninch, Layman, Filliucium, & alios.

2. Probatur hæc opinio Primò, vbi concurrunt duo Præcepta, humanum, & diuinum, quæ obseruari simul eodem tempore non possunt, certe diuinum humano est præferendum: sed præceptum audiendi Sacrum in die Festo est solùm humanũ, & illud de præmittenda Confessione post mortale ante celebrationem est diuinum: ergo non licebit non Parocho celebrare, vt ipse, vel alij Missam in die Festo audiant. Secundò, vtilitas spiritualis aliena, cui succurrere ex officio non debes, non est iusta causa omittendæ Confessionis ante Missam post mortale; secùs in Parocho, qui ex officio oues suas pascere tenetur. Tertiò, cessat Præceptum audiendi Missam in die Festo, si desit Sacerdos, qui illam celebret: ergo cessabit etiam, si is solus adsit Sacerdos, qui labe mortalis culpæ maculatus, & carens Confessario, non potest illam dignè, & aptè celebrare. Hæc opinio est satis probabilis.

Alibi in Resolutionibus not. præteritæ.

3. Sed alibi affirmatiuam sententiam probabilem etiam existimaui, & nunc iterum existimo, & illam vt probabilem etiam admittit Lessius *in 3. part. q. 80. artic. 4. dub. 2. num. 8.* Adamus Tannerus *tom. 4. disputat. 5. quæst. 8. dub. 2. num. 41.* &, me citato Trullench *de Sacrament. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num. 17.* & ideò non deseram hîc apponere verba Hieronymi Garciæ *in Summa Theolog. moral. tractat. 3. difficult. 5. dub. 1. punct. 4. num. 43.* sic, me citato asserentis: [Digo lo secundo, aunque es muy prouable, que no puede vn Sacerdote particular celebrar sin confessarse, paraque el, ò otros complan con el Precepto de oyr Missa: pero tambien lo es, que puede el Sacerdote simple, sin que preceda Confession, celebrar Missa, para que la oygan los vezinos de su lugar, y el cumpla con el Precepto; y lo mismo digo, quando va camino, quando no huuiesse otra Missa, que pudiessen oyr el, y los otros, que la acompañan, o se hallan presentes. La raxon es, porque entonces insta el Precepto, y la necessidad del proximo, se ha de tener en tal caso por propria, supuesto que es en orden à la salud espiritual, Confirmasse, porque si este tal fuesse Parocho, podria, como queda prouado en la conclusion passada, aunque no huuiesse nota ni infamia, luego lo mismo puede el Sacerdote simple en el caso presente, aunque no sea Parocho. Prueuo la consequencia, porque si los Parochianos tienen drecho para pedir pasto espiritual à su Parocho, tambien los Christianos tienen drecho para pedirlo à qualquier Sacerdote, quando lo puedo dar libremente, luego ambos pueden; à mas de que en aquello da buen exemplo el simple Sacerdote, y si no dize Missa, por marauilla se escapa, ò de nota, ò de mal exemplo, pues nadie ignora, que los Sacerdotes celebran cada dia, y si no lo hazen sin causa manifesta, siempre dan que sospechar.

Sup. hoc in fine Ref. præteritæ, & infra in Resol. 155. & supra in Ref. 148. à ſ.a. 5. & in tom. 2. tr. 1. Ref. 134. ſ. vltim. in principio.

4. Ni obsta dezir con Suarez, que los oyentes en tal caso estaran escusados, y que no pecaran: porque si esto valiesse, tambien podriamos dezir, que en el articulo de muerte no pecaria vno dexando de comulgar, si el Sacerdote no quisiesse celebrar, para darle el Viatico, (supponemos que no tiene formas consagradas,) y con todo esso puede el Sacerdote celebrar para darle el Viatico: luego el estar vno escusado del Præcepto de oyr Missa, no quita que pueda dezirla el Sacerdote con solo acto de contricion, por solo que otros la oygan.] Ita ille, cui adde etiam Adamum Opatouium *de Sacram. tract. de Euchar. disp. 8. q. 3. num. 18.*

5. Probatur itaque hæc opinio. Primò: quia quando vrget Præceptum, & necessitas proximi, reputanda est propria, quando ea necessitas est in ordine ab salutem. Nec refert, quòd alij non peccabunt, si in ea circumstantia Sacerdos non sacrificet: quia etiam quando proximus est in articulo mortis, & vrget Præceptum diuinum communicandi, si Sacerdos tunc habens peccatum mortale non sacrificet ad eum communicandum; ægrotus quidem non peccabit; & tamen tunc dicimus, posse prædictum Sacerdotem in eo casu contritum Missam celebrare: non ergo ratio necessitatis sumenda est ex peccato, vel non peccato proximi præcisè. Secundò, quia ipse Sacerdos, dum iter facit, potest contritus celebrare, si desit copia Confessarij, qui illum audire possit, cùm obligat Præceptum Ecclesiasticum dicendi, vel audiendi Missam in die Festo. Tertiò, quia, si esset Parochus, posset id licitè efficere, vt docet Suarius: ergo & non Parochus: nam, si Parochiani habent ius ad petendum pastum spiritualem à suo Parocho, etiam Christiani habent ius illum petendi à quocumque Sacerdote, quando liberè illum dare potest: & denique, quia si Sacerdos in die Festo, vrgente Præcepto audiendi, vel dicendi Sacrum, deficiente copia Confessarij id potest efficere, id etiam poterit licitè efficere, quando eadem necessitas vrget proximum, cùm necessitas proximi pro necessitate propria reputanda sit. Vnde immeritò quidam Theologus olim mihi dixit, hanc sententiam esse nimis laxam: est quidem benigna, sed satis probabilis, & tuta in praxi, vt ex allatis rationibus probat Fagundez *Præcept. 3. lib. 3. capit. 9. num. 13.* & fatetur Mercerus *de Sacrament. quæst. 80. dub. 2. num. 3. in fine*, & alij Doctores contrariæ sententiæ: vnde Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 7. quæst. 26.* dixit, Eminentissimum Cardinalem de Lugo immeritò hanc sententiam improbabilem vocasse, & ideò ipse, me citato, nostram sententiam, tanquàm probabilem, tenet.

RESOL. CLII.

An Sacerdos, vt ipse, & alij adimpleant præceptum Paschale, possit absque prauia confessione celebrare?

Ex quo infertur aliter dicendum esse de Communione debita ex voto, aut etiam ex præcepto. Ex part. 5. tractat. 13. & Miscell. 1. Resol. 63.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq.

§. 1. NEgatiua sententia probatur, quia lex Ecclesiastica non obligat ad communionem, nisi quando debito, & legitimo modo haberi potest, & ita docet Syluius *in 3. part. quæst. 80. artic. 4. dub. 2.* & Suarez, cum quo his diebus quidam Theologaster (credo quòd alium authorem non habebat) ita mordicus hanc sententiam tenebat, vt affirmatiuam, quam ego consului, improbabilem non dubitauit vocare.

2. Sed toto cælo errauit. Dico igitur probabilius in tali casu Sacerdotem posse celebrare cum sola contritione, & laicos communionem accipere, & ita

docet

docet Henriq. *lib 8. cap. 46. num. 4* & Coninch. *de Sacram. quæst. 80. art. 4 dub. 2. num. 17.* & Ioannes de Lugo *de sacr. am. Euchar. disp. 14. sect. 1. num.* 116. quia præceptum illud Ecclesiæ de communione, non est purè Ecclesiasticum, sed est præceptum Diuinum determinatum ab Ecclesia quoad tempus. Quare sicut vrgente præcepto diuino viatici sumendi noluit Deus obligare ad confessionem præmittendam, si non est copia Confessarij; sic vrgente præcepto diuino communionis etiam extra mortis articulum idem credi potest; præsertim cùm præceptum diuinum communionis extra mortis articulum respiciat etiam necessitatem, quam habemus illus cibi, quem quia necessarius ad sustentationem animæ spiritualem, ideo præcepit nobis Deus illum aliquandiù in vita sumere. Ergo hoc præceptum etiam extra mortis articulum debebat permittere communionem absque confessione, quando non esset copia Sacerdotis, vt pote præceptum de cibo necessario, & de re necessaria, & hæc omnia docet Lugo *vbi supra*, qui etiam optimè infert aliter dicendum esse de communione debita ex voto, aut etiam ex præcepto.

RESOL. CLIII.

An ad implendum preceptum annua communionis, possit quis celebrare, vel communicare sine ppræuia confessione?

Et notatur, quod probabiliter potest quis elicere actum contritionis, & celebrare, vel communicare sine præuia confessione, quando cum peccatis non reseruatis habet peccatum reseruatum, & adest Confessarius, qui solum habet potestatem in non reseruata? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 96.

Sup. hoc in Ref. præcedenti, & Ref. seq.

§. 1. POsse aliquem in tali casu, si conscius est peccati mortalis, non habens copiam Confessarij, elicere actum contritionis, & celebrare, vel communicare, docet Henriquez *lib. de Euchar. c. 46. n. 4.* qui plures citat *in gloss. lit. M*, & hanc opinionem non esse improbabilem docet Præpos. *in 3. part. q. 80. art. 5. dub. 3. n. 19.*

2. Sed contrariam sententiam tenet Nugnus *in 3. part. quæst. 80. art. 4. diffic. 2. circa fin.* Sotus *in 4. dist. 12. q. 1. art. 4.* & Suarez *tom. 4. disp. 66. sect. 4.* quia sola adimpletio humani præcepti non videtur sufficientem necessitatem præbere, neque præceptum humanum obligat, quo casu non potest adimpleri conuenienter & conformiter iuri diuino, & de hac quæstione ego alibi etiam latiùs dictutus sum.

Alibi latiùs in Ref. not. præteritæ.

3. Notandum est tamen hîc obiter cum Præposito *vbi suprà, n.* 17. quòd probabiliter potest quis elicere actum contritionis, & celebrare, vel communicare sine præuia confessione, quando cum peccatis non reseruatis habet peccatum reseruatum, & adest Confessarius qui solùm habet potestatem in non reseruata. nam cùm secundùm aliquos, vt alibi dictum est, huiusmodi Confessarius in illa circumstantia non possit absoluere, probabiliter tunc quis potest secundùm illam se dirigere, & iudicare in tali casu non adesse copiam Confessatij, quando scilicet vrget necessitas communicandi.

Alibi infra in tr. 5. ex Ref. 31. §. Aliqui & in aliis eius not. & si placet, lege etiam alias Ref. eius annotationum.

RESOL. CLIV.

An si quis tempore Paschatis non haberet copiam Confessarij, possit celebrare, vel communicare non præmissa mortalium confessione?

Ex quo infertur, quod quando concurrunt duo præcepta alterum Ecclesiasticum, & alterum diuinum incompatibilia. Diuinum est obseruandum & excusatur homo à præcepto Ecclesiastico.

Etiamque deducitur vt, qui adimpleat præceptum Ecclesiasticum de confessione annua, potest confiteri non integre, si nullus sit Sacerdos, cui possit integre confiteri, quamuis integritas confessionis sit præcepti diuini.

Et an hoc præceptum de præmittenda confessione ante celebrationem sit tantum iuris humani? Ex part. 9. tr. 3. Ref. 18.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Suarez *in 3. par. tom. 3. disp. 66 sect. 4.* & Magister Setta *in 3. D. Thomæ quæst 80. a. 4.* vbi sic ait: [Nonnulli recentiores in hoc secundo casu necessarium esse dicunt scandalum; in primo tamen non requiri, sed sufficere necessitatem præcepti Communionis, quia, quamuis sit iuris humani, & præceptum de præmittenda Confessione iuris diuini, potest, vt illud impleatur, mulier prædicta communicare non præmissa Confessione: sicut & vt quis impleat præceptum Ecclesiasticum de Confessione annua, potest confiteri non integrè, si nullus sit Sacerdos, coi possit integrè confiteri, quamuis integritas Confessionis sit præcepti diuini: Sed ego nullam, quantùm ad hoc, video differentiam inter primum, & secundum casum. Vnde Magister Soto *in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 4.* & alij dicunt, in vtroque casu considerandam esse rationem scandali, & non sufficere necessitatem præcepti Ecclesiastici: quia quando concurrunt duo præcepta, alterum Ecclesiasticum, & alterum diuinum, non compatibilia, diuinum est seruandum, & excusatur homo à præcepto Ecclesiastico: quapropter nec in casu pro exemplo adducto, si nullum esset scandalum in omissione præcepti annuæ confessionis, posset homo confiteri non integrè; sed Cófessionem differre debet, quovsque esset Sacerdos, qui integrè confiteri posset.] Hæc ille, cui adde, præter citatos, Pitigianum *dist. 9 quæst. 1. art. 12.* D. Antoninum *part. 3. tit. 13. cap. 6. §. 7.* Nugnum *in 3. part. quæst. 8. art. 4.* Ioan. de la Cruz *in direct. conscientiæ, part. 1. de Euchar. quæst. 5. dub. 1. concl. 2.* Adamum Tannerum *tom. 4. disp. 5. quæst. 8. dub. 2. num. 41.* & alios penes ipsos.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref.

Sup. hac doctrina in tom. 2. tr. 1. Ref. 134. prope finem § 1. & ibi in tr. 2. Ref. 74. §. Restat.

2. Sed ego magis affirmatiuæ sententiæ adhæreo cum Toleto *lib. 2. cap. 25.* vbi dicit in necessitate implendi Præceptum Ecclesiæ, & defectu copiæ Confessarij, posse quenquam accedere ad mensam contritum cum voto Confessionis faciendæ habita occasione. Idem docet Leandrus *de Sacr. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quæst. 17.* Fagundez *Precept. 3. lib. 3. c. 9. num. 15.* & me citato, Auersa *de Sacram. Euchar. q. 8. sect. 6.* Lugo *disp. 4. num. 116.* & Coninch *in 3. part. quæst. 80. artic. 4. dub. 2. num. 17.* vbi sic asserit: Meliùs tamen credo factum, qui in Paschate celebraret concepta contritione. Tum, quia hoc præceptum maioris est momenti, & rariùs datur ista occasio sine Confessione celebrandi, ac durum videtur talem hominem tunc temporis arcere à Communione, quam omnes fideles percipiunt: maximè cùm probabile sit, hoc Præceptum de præmittenda Confessione tantùm esse iuris humani. Confirmatur: quia, vt impleam Præceptum de Confessione annua, possum confiteri non integrè, si nullus sit Sacerdos, cui possim integrè confiteri; cùm tamen integritas Confessionis sit Præcepti diuini. Ergo similiter potero Communicare non præmissa Confessione, vt impleam Præceptum de annua Communione, cùm hoc non sit minoris momenti, quàm illud] Ita Coninch. & ita hanc sententiam non audent improbare Doctores contrarij, vt Tannerus, & alij *vbi supra citati.* Si tamen aliquis in Paschate non habens copiam Confessatij nollet communicare, adhærendo sententiæ negatiuæ, quòd in tali casu non liceat, ego

Sup. hoc late supr. in Ref. 140 & in aliis eius annot.

illum non damnarem, cùm sequeretur sententiam satis probabilem, quam tenent viri doctissimi. Itaque, si casus occurrat, potest quis vel non communicare, vel si vult, communicet; præmissa tamen contritione de peccatis commissis.

RESOL. CLV.

An Sacerdos ad dandum Viaticum moribundo possit celebrare absque præuia confessione?

Ex quo à fortiori infertur, quod si Sacerdos, hausto inscienter veneno, deficiente copia Confessarij, sentiat paulatim vires sibi deficere, & mortem appropinquare, poterit quidem huiusmodi Sacerdos cum conscientia peccati mortalis, præmissa contritione, Missam celebrare absque confessione, vt seipsum communicare possit in eo mortis periculo, & etiam non ieiunus in dicto casu.

Et apparet dispar ratio, quare sine vestibus non liceat celebrare pro dando Viatico infirmis, & liceat celebrare sine præuia confessione. Ex part. 9. tract. 3. Ref. 17.

Sup. contento in hoc, & seq. §. suprà in Ref. 148. à lin. 5. & pro parte, cursim in fine Ref. 150 & in Ref. 151. §. Ni obsta. & in tom. 2. tr. 1. Ref. 134. §. vlt. in principio.

§. 1. NEgatiuè respondet Ochagauia *de Sacram. Euchar. tract. 2. quest. 9. num. 5.* vbi sic ait: [Non tamen probabilem iudico sententiam Henriquez *in Summa, tom. 2. lib. 8. de Eucharist. cap. 4.* asserentis, debere Sacerdotem sine præmissa Confessione suorum mortalium celebrare, cùm ægrotus constitutus est in articulo mortis, & tenetur Sacram Cōmunionem recipere: quia tunc non currit præceptum Communionis, cùm non sit copia Sacramenti, quia Sacerdos nequit celebrare nisi debito modo, vt non posset Sacerdos ob eam causam sine vestibus sacris celebrare.] Ita ille.

2. Sed sententia Henriquez non solùm est probabilis, sed tenenda. Et ideò assero cum Fagundez *Præcept. 3. lib. 3. c. 9. num. 4.* ex Suarez, quòd si necessitas proximi in articulo mortis vrgeat, itavt necessarium sit Sacrum facere, & hostiam consecrare ad illum communicandum, & non detur copia Confessarij; rectè poterit Sacerdos, habens conscientiam peccati mortalis, habita contritione, celebrare: quia illa necessitas proximi eo casu, vt propria reputanda est, iuxta illud: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Et ratio est: quia iam tunc dantur prædictæ duæ conditiones requisitæ ad celebrandum, & communicandum absque Confessione, nempe, necessitas vrgens, & defectus copiæ Confessarij: & parum refert, quòd illa necessitas non sit propria, sed proximi, cùm pro propria habenda sit. Ex his à fortiori infertur, quòd si Sacerdos hausto inscienter veneno, deficiente copia Confessarij, sentiat paulatim vires sibi deficere, & mortem appropinquare; poterit quidem huiusmodi Sacerdos cum conscientia peccati mortalis, præmissa contritione, Missam celebrare absque Confessione, vt seipsum communicare possit in eo mortis periculo: imò nec solùm ieiunus; sed etiam post cibum, & non ieiunus in eo casu vt seipsum communicaret, celebrare potest. Et ratio est: quia tunc communicat per modum Viatici: quo casu permittitur Communio non ieiunis; & quia non datur copia Confessarij, & aliundè vrget præceptum diuinum communicandi in articulo & periculo mortis; atque adeò concurrunt prædictæ duæ circumstantiæ requisitæ, vrgens necessitas, & defectus copiæ Confessarij.

Sup. hoc signantes in Ref. 2. not. præteritæ, paulo post initium, & in tom. 3. tr. 1. Ref. 1. §. Et in vno.

3. Nec obstat dicere in fauorem Ochagauiæ, quòd prohibitio celebrandi sine vestibus est de iure positiuo; prohibitio autem celebrandi absque præuia Confessione est de iure diuino. Ergo, si ad dandum Viaticum moribundo, non est licitum celebrare absque vestibus sacris; à fortiori non erit licitum celebrare sine præuia Confessione. Respondeo, quòd irreuerentia celebrando sine vestibus sacris non potest in nostro casu aliunde compensari; irreuerentia verò celebrando sine præuia Confessione potest compensari aliunde, nempe, per contritionem. Ergo est dispar ratio inter vtrumque casum. Vnde apparet, quare sine vestibus non liceat celebrare pro dando Viatico infirmis, & liceat celebrare sine præuia peccatorum Confessione. Vide alias rationes penes Cardinalem Lugo *de Sacrament. Eucharist. disputat. 14. sect. 5. num. 108. & seq.* Et ita nostram sententiam affirmatiuam contra Ochagauiam tenet etiam Adamus Tannerus *tom. 4. disput. 5. q. 8. dub. 2. num. 36.*

Sup. hoc sine vestibus in tom. 2. tr. 1. Ref. 138. §. Nota etiam. & in aliis eius not.

RESOL. CLVI.

An Sacerdos, si nō adsit copia Confessarij, possit absque præuia confessione perficere Missam, in qua hostia consecrata celebrans mortuus est?

Et an ad hoc teneatur?

Et aduertitur, quod seposito scandalo Sacerdos in mortali constitutus possit excusari à Sacrificio alterius perficiendo, si moraliter vix possit contritionem elicere. Ex part. 9. tr. 3. Ref. 14.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Ref. 239. §. vlt. cursim ad medium vers. potestque celebrare.

§. 1. AD hunc casum respondet Ioannes Præpositus *in 3. part. D. Thom. q. 80. ar. 5. dub. 3. n. 19.* [Si post consecrationem, etiam vnius speciei, celebrans moriatur, vel deficiat, nec adsit alius, qui Sacrificium perficiat, præter Sacerdotem peccatorem; hic potest, & tenetur, etiam non præmissa Confessione, (quam suppono non posse instituere,) Sacramentum perficere, & communicare: nam maior est obligatio Sacrificij perficiendi, quàm præmittendi Confessionem communioni, & absolutè censetur graue, quòd Sacrificium imperfectum remaneat: vnde necessitas illius complendi abundè sufficit, vt possit aliquis omissa Confessione communicare.

2. Aduerte tamen, quòd, seposito scandalo, Sacerdos in mortali constitutus posset excusari à Sacrificio alterius perficiendo, si moraliter vix posset contritionem elicere: nam, quamuis homini non desit diuinum auxilium ad huiusmodi contritionem eliciendam; interdum tamen potest ita multis mortalibus implicari, & tam diuturna peccandi consuetudine, vt sit illi difficillimum, & moraliter impossibile, perfectam contritionem elicere: quo casu, cùm non offerat imperfectum Sacrificium, sed ab alio inchoatum relinquat imperfectum, ad quod perficiendum non tenetur, si non possit eum dispositione necessariò requisita, videtur, quòd non teneatur Sacrificium ab alio inchoatum perficere, si, moraliter loquendo, vix possit relinquere imperfectum, circa quam imperfectionem solùm permissiuè se habet.] Hæc omnia Præpositus, qui citat Sotum, & Toletum.

RESOL. CLVII.

Enumerantur casus, in quibus tenetur Sacerdos præmittere confessionem aduersus alios contrarium sentientes.

Ex quo deducitur, quod quando priuilegium est necessarium ad seruandum aliquod præceptum diuinum, tenetur homo vti priuilegio, vt seruet illud; quando verò præceptum est humanum, probabilis est sententia, quod non tenetur homo vti priuilegio; vt si sit cessatio a Diuinis in aliqua Ciuitate, & concedatur facultas alicui Ecclesiæ, vt in ea agatur res Sacra, tunc probabile est, quod non teneatur populus audire Missam. Ex part. 4. tract. 3. Ref. 13.

§. 1. Po

Sup. hoc infra ante medium § Notandum est. huius Ref.

§. 1. POnitur casus, quando Sacerdos est Religiosus, & solùm habet præsentem Sacerdotem laïcum, & habet aliqua peccata grauia cum aliqua infamia, tunc dicit Summa Rosella *verb. Communio*, quòd potest communicare sine Confessione ad vitandam infamiam suæ Religionis. Sed hoc mihi videtur improbabile, quandoquidem parua, vel nulla sequitur infamia Religionis.

2. Alius casus ponitur à quibusdam, quando, scilicet, aliquis habet, præsentem Sacerdotem, cui potest confiteri ex priuilegio; vult tamen communicare sine Conf ssione, quoniam non vult confiteri nisi proprio Sacerdoti. Et probatur ista sententia: quia nullus tenetur vti priuilegio: sed confiteri tali Sacerdoti est priuilegium: ergo non tenetur illi confiteri. Sed etiam casus iste est improbabilis; quoniam talis communicans habet præsentem Sacerdotem sufficientem: ergo habet copiam Confessoris.

3. Ad argumentum verò in oppositum factum distinguitur maior propositio: quando priuilegium est necessarium ad seruandum aliquod præceptum, negatur: aliàs transeat: præcipue quando præceptum est diuinum; quoniam quando illud præceptum est humanum, probabilis est sententia, quòd non tenetur homo vti priuilegio, vt seruet illud: vt si sit cessatio à diuinis in aliqua ciuitate, & concedatur facultas alicui Ecclesiæ, vt in illa agatur res sacra, tunc probabile est, quòd non tenetur populus audire Missam, quoniam secundùm leges cessationis à diuinis sunt excusati, & est priuilegiũ, quòd celebretur in illa Ecclesia, quo priuilegio dicitur probabiliter, quòd non teneatur vti. Et hæc omnia notat Nugnus *in 3. part. tom 1. q. 80. art. 4. diffic. 2.*

Sup. hoc in tom. 2. tr. 3. ex doctrina Ref. 6. post mediũ. vers. Vnde si fortè.

4. Notandum est etiam, quòd non est censenda Confessoris inopia ex eo tantùm, quòd deest proprius, cui possis deuotiùs, & vtiliùs confiteri, contra Syluest. *Eucharist. 3. q. 14.* qui tamen hoc sub dubio asserit, pro quo citat Richardum, qui *in 4. dist. 17. art. 5. quæst. 6.* id expresè docet. Ratio autem est: quia reuerentia huic Sacramento debita præualet priuatæ vtilitati, & deuotioni. Neque etiam censenda est Confessoris inopia: quia tantùm adest Sacerdos, cui non nisi ex priuilegio confiteri potest: nam reuerà in tali casu non deest copia Confessoris; proinde teneris in eo euentu vti priuilegio ad obseruantiam huius præcepti. Sicut teneris eo vti ad præceptum annuæ Confessionis seruandum. Et ita docet Amicus *in Curs. Theolog. tom. 7. disputat. 16. sect. 1. n. 14.* Et circa omnia *superius* dicta vide etiam Auersam *de Sacrament. Eucharist. quæst. 8. sect. 6.* & Fagundez *de precept. Ecclesiæ, precept. 3. lib. 3. cap. 9. numer. 17. & 18.*

Sup. hoc supri in § 2. huius Ref. & lege etiam §. 2. quamuis non plenè

Sup. hoc lege tamen infrà, in tract. 5. ex Ref. 31. §. vlt.

5. Aliqui etiam ponunt alios casus, sed malè, de quibus sic ait Garcias, *in Summ. mor. tract. 1. difficult. 5. dub. 1. punct. 5. num. 47.* [Algunos Autores estienden la dotrina puest à otros quatro casos. El primero, al Sacerdote podre, el qual por non priuarse de la limosna de la Missa para passar, dizit que puede celebrar con solo acto de contricion, no auiendo Confessor. El segundo, al Capellan, à quien le obliga su Capellania à celebrar. El tercero, quando ay cuerpo presente, y se ha de dezir Missa *de die obitus*, y non ay otro que la diga. El quarto, quando ay bodas, y se ha de dezir Missa nupcial; però la comun de los Doctores no admite estos casos, si no huuiere infamia, ò nota en la omissiõ, porque lo demas seria abrir la puerta à la relaxacion, y dar ancha mano para dexar de confessarse, y assi si no ay infamia, o otras circunstancias que escusen precisamente, los casos puestos no bastan.] Ita ille. Itaque non est extendenda licentia celebrandi absque Confessione ad hos casus. Primò, quando pauper Sacerdos habet ius, præter finem boni communis Sacrificij, vt accepta stipe sustentetur ex Missa. Ita ex aliorum opinione docet Henriq. *lib. 8. Euchar. cap. 46. n. 6.* & citat ad marginem, *litera T*, Tabienam *verb. Missa. §. 71.* & dicit ibi, ita expresè tenere Syluestrum *verb. Eucharistia §. 7.* Sed ego perattentè legi Syluestrum, & expresè non reperi: nec talem necessitatem probo; quia ius stipis ad sustentationem præcisè sumptum non est causa sufficienter excusans; & alioqui nimia licentia daretur Sacerdotibus ad celebrandum sine Confessione; & ideò meo iudicio censeo, in eo casu nunquam esse excusandum Sacerdotem à graui irreuerentia, & sacrilegij peccato. Secundò, si Sacerdos teneatur ex obligatione capellaniæ, aut ex ea obligatione, quam quidam Sacerdotes habent, dicendi triginta Missas continuas. Ita docent Syluester, & Henriquez citati. Verùm ex præcisa hac obligatione, nisi aliæ circunstantiæ excusantes occurrant, hunc Sacerdotem non excusabo à graui peccato sacrilegij: quia, vt *modò* dixi, ius stipis ad sustentationem Sacerdotis non censeri debet necessitas sufficienter excusans, alioqui daretur magna licẽtia Sacerdotibus Sacrum hoc mysterium contemnendi, & minùs reuerenter tractandi: tunc autem illum excusabo, quando etiam incideret in occasionem generandæ, asciscendæque sibi infamiæ, si non celebrauerit. Addunt aliqui, etiam pro benedictione nuptiali danda sponsis, posse quoque Sacerdotem, si desit copia Confessoris, contritum Missam celebrare; quia obligatio accipiendæ benedictionis, & dandæ, dum petitur, videtur causa satis vrgens, ad excusandam obligationem præcepti diuini præmittendi Confessionem ante Communionem.] Ita Henriq. allegatus. Nam, quamuis ille id referat ex aliorum opinione; tamẽ id non improbat, neque in textu, neque ad marginem: quare videtur hanc necessitatem approbare: quia illius mos est, statim vel in textu, vel in margine improbare, quæ non approbat: & sic consequenter dicendum est, illum numeratos casus approbare, cùm similiter eos non improbet. Verùm ego etiam hanc necessitatem non probo: quia obligatio suscipiendi benedictionem nuptialem, iuxta meliorem opinionem, non obligat nisi sub veniali tantùm; nisi fortè in eo casu consciscerет sibi infamiam non celebrando, maximè præsentibus multis, qui ipsos sponsos sociarent. Et hæc omnia docet Fagundez *vbi supr. n. 8.* licèt contra ipsum Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tract. 7. quæst. 31.* teneat, Sacerdotem, qui ex obligatione capellaniæ, aut eleemosynæ acceptæ teneatur offerre Sacrum, posse deficiẽte Confessore sine præuia Confessione celebrare. Sed ego puto non esse recedendum à sententia Fagundez, Garciæ, & aliorum.

RESOL. CLVIII.

An in casibus, quibus licitum est sumere Eucharistiam ante confessionem, opus sit elicere actum contritionis?

Et notatur, quod si talis bona fide putat se contritum, potest hoc Sacramentum sumere, neque peccaturum, si subdubitet, num sufficientem habeat contritionem.

Et quæritur, quando actus doloris & contritionis elici debet à Sacerdote, cũ deest copia Confessarij, & adest vrgens necessitas celebrandi, an ante inchoationem Missæ, vel ante consecrationem?

Et quid, si Sacerdos recordetur de peccato mortali post consecrationem?

Et deducitur, quod tangere corpus Christi in peccato mortali non est peccatum mortale.

Etiamque certissime infertur Confessarium non peccare mortaliter, si incipiat audire confessionem in peccato mortali, dummodo ante absolutionem conterat.

Et tandem quaeritur, an dari posſit casus, in quo quis posſit communicare cum conſcientia peccati mortalis, vt v. g. ſi quis mox Euchariſtiam eſt ſumpturus, & in circulo de aliquo mortali recordatur? Ex part. 9. tr. 3. Reſ. 19.

§. 1. NOn defuerunt aliqui Theologi recentiores, qui docuerunt, ſufficere in eo caſu attritionem, etiamſi cognita ſit: quia exiſtimatio contritionis per ſe nihil confert vel ad effectum Sacramenti, vel ad dignam diſpoſitionem; ſed ſolùm poteſt excuſare à peccato, ſeu tranſgreſſione præcepti de habenda contritione, ſi illud eſſet impoſitum: hìc autem nullum inuenitur tale præceptum, & ideò non eſt neceſſaria illa exiſtimatio contritionis, vt dignè accedat is, qui attritionem habet. Ad quam ſententiam addunt, Sacramentum hoc per ſe inſtitutum eſſe ad dandam gratiam primam, & conſequenter ad remittendum mortale peccatum; tamen cum quodam ordine ad Confeſſionem, quæ ſi fieri poteſt, antecedenter debet; quando ergo id fieri non poteſt, imitari poteſt hoc Sacramentum, cætera, quæ per ſe inſtituta ſunt ad dandam gratiam primam: ſi ergo illa dignè recipiuntur cum attritione cognita; ita & hoc Sacramentum in prædicto caſu. Deinde, licet Confeſſio præcipiatur ante Communionem, vt homo accedat ad hoc Sacramentum iam iuſtificatus; tamen hic eſt finis, non materia præcepti; ergo, cùm in præſenti non poſſit fieri Confeſſio, quæ eſt materia præcepti huius, ex vi illius non obligatur homo, vt per contritionem priùs iuſtificetur, quàm ad hoc Sacramentum accedat; ergo nullo iure obligatur.

2. His tamen non obſtantibus, dicendum eſt, eum, qui habet conſcientiam peccati mortalis, & confiteri non poteſt, teneri ad habendam priùs contritionem, quàm ad hoc Sacramentum accedat. Atque adeò nunquam dignè accedere, niſi probabiliter, & inculpabiliter exiſtimet, ſibi eſſe peccatum per contritionem remiſſum. Hæc aſſertio tam certa eſt, vt contraria, nec probabilis ſit, nec ſine temeritate defendi poſſe videatur. Et in hoc conueniunt omnes Doctores: nam Caietanus, & qui cum eo negant neceſſitatem Confeſſionis, vt certum ſupponunt neceſſitatem contritionis; & quia hæc ſatis eſt, vt homo conſtituatur in gratia, colligunt Confeſſionem non eſſe neceſſariam. Eodem modo opinantur, qui præceptum Confeſſionis præmittendæ admittunt, Eccleſiaſticum tamen, non diuinum; vt videre eſt in Medina, & Corduba *de Confeſſ. quaeſt.* 17. alij verò, qui præceptum Diuinum Confeſſionis agnoſcunt, à fortiori docent eſſe neceſſarium accedere ſine conſcientia peccati mortalis, quod apertè docet D. Thomas. Qui autem ſolam attritionem habet cognitam, cum conſcientia peccati mortalis accedit, quia conſcientia non dicit affectum, ſed ſcientiam talis ſtatus? ille autem, qui ſic eſt diſpoſitus, ſcit ſe adhuc eſſe in peccato mortali. Ergo, &c. Et hæc omnia docet Suarez *in 3. part. tom. 3. diſp. 66. ſect. 5.* & alij, quos citat, & ſequitur Garcias *in Summa, tract. 3. difficult. 5. dub. 1. punct. 6. n. 75.*

3. Itaque aſſero, quibus caſibus poteſt aliquis communicare ſine præuia Confeſſione, eum debere conari ad contritionem eliciendam. Notandum tamen cum Præpoſito *in 3. part. quaeſt.* 80. *artic. 3. dub. 3. numer.* 15. quòd ſi talis bona fide putet ſe contritum, poteſt hoc Sacramentum ſumere, neque peccaturum, ſi ſubdubitet, nam fortè ſufficientem habeat contritionem: nam morale iudicium, quod de noſtris actibus formare poſſumus, non neceſſariò excludit omnes motus dubitationis.

4. Nota verò, quòd poſt hæc ſcripta inueni Zanardum *in direct. Theolog. part. 3. de Sacrament. Euchariſt. cap.* 7. ſic aſſerere: [Secundò conſidero, quòd dum Sacerdos ducitur neceſſitate ad communicandum ſine Confeſſione, tunc debet conteri, quantum ſibi poſſibile eſt, pro illo tempore, & dolore, quòd confiteri non poſſit: quia aliter non suppleret. Sed hæc contritio, etſi optima ſit, & tutius ſit, vt celebraturus contritus accedat, & non tantùm attritus; tamen videtur mihi ſuſtentabile, vt cum ſola attritione cognita, (intenſiua tamen,) quæ dicitur contritio appretiatiua, poſſit accedere, his cõcurrentibus: Primò, vt pro ipſo non ſtet, quòd doleat de peccato, quantùm poteſt pro illo tunc. Secundò, quòd iudicet, ſe cum Sacramento non eſſe in ſtatu peccati mortalis: quia, quamuis Communionem non ſumpſerit, tamen ad eam continuò tendit, vnde iudicat ſe in ſtatu gratiæ de propinquo, imò in inſtanti Communionis, quando debet eſſe in gratia, quòd tunc eam obtinebit: nam ſic eſt in vltima diſpoſitione ad eam: vltima autem diſpoſitio ad formam, ſecundùm naturales, eſt eiuſdem ordinis cum forma; & ſecundùm morales, quod parum diſtat, nihil diſtare videtur.] Ita ille, an probabiliter iudicent alij.

5. Non deſeram hîc etiam apponere id, quod quærit Garcias *vbi ſupra n.* 78. vbi ſic ait: [Quando, ò en quel punto tendrà obligacion vno de hazer acto de contricion? Pongo exemplo: acuerdaſſe le a vno eſtando dixiendo los Kyries, que ha dexado en la proxima Confeſſion vn pecado mortal de confeſſar, ò que le ha cometido y no ſe ha confeſſado, por no acordaſſe, ſi deue luego hazer acto de contricion, ò ſi baſtarà antes de conſagrar, y ſumir? Y reſponde, que baſtarà que lo haga en el *Memento* primero: y ſi ſe acuerda del immediatamente deſpues de la conſagracion, que baſtarà le haga quando dize: *Domine, non ſum dignus*, &c. porque el eſtado de gracia ſolo ſe quiere para conſagrar, y comulgar, y no para hazer las demas ceremonias de la Miſſa; luego baſtarà, que ſe haga para eſtas occaſiones. Verdad es, que la ſantidad de toda aquella accion de la Miſſa pide, que procure el Sacerdote lo mas preſto que pudiere hazerlo, mayormente auiendo comodidad.] Ita ille, & ante illum Eminentiſſimus Lugo *de Sacrament. Euchar. diſp. 14. ſect. 6. num.* 134.

6. Itaque, ſi quæras, quando actus contritionis elici debet, cùm deeſt copia Confeſſarij, & adeſt vrgens neceſſitas? Reſpondeo, ante inchoationem Miſſæ: non enim eſt decens inchoare illud Sacrificium, niſi in gratia. Aliqui non damnant de mortali, ſi actus contritionis eliciatur ante conſecrationem: quia non deſunt Doctores aſſerentes Confeſſarium non peccare mortaliter, ſi incipiat audire Confeſſionem in peccato mortali, dummodo ante abſolutionem conterat.

Sup. hoc ſuprà in tr. 1. Reſ. 11. § 2. prope finem. verſ. Notat. & in aliis eius annot.

7. Sed, quid, ſi Sacerdos recordetur de peccato mortali poſt conſecrationem? Reſpondeo, quòd deberet elicere actum contritionis in Memento Mortuorum. In rigore tamen aliqui aſſerunt ſufficere ante ſumptionem, dum dicit: *Agnus Dei*, &c. vel, *Domine, non ſum dignus*, &c. Vide circa ſupradicta Auerſam *de Sacram. Euchar. q* 8. *ſect.* 7.

8. Nec obſtat dicere, quòd ſic faciendo, tangeret Corpus Chriſti in peccato mortali, dum benedicit cum Hoſtia, vel illam frangit, &c. Reſpondeo enim cum Hurtado *de Sacrament. diſp. 9. difficult.* 1. tangere Corpus Chriſti in peccato mortali non eſſe peccatum mortale. Quod probatur à fortiori: quia ex opinione probabiliſſima, quam ego cum Vaſquez, & aliis olim docui, miniſtrans Corpus Chriſti in peccato mortali non peccat mortaliter. Ergo à fortiori de caſu, de quo loquimur.

Docui in tom. 2. tr. 2. Reſ. 29. & in aliis multis eius not.

9. Et

Sup. hoc in Ref.1 not seq. §.2 ad mediũ, verf. Et idem fenfit. & lege aliam Refol. eius annot. & §.1.dictæ Refol.

9.Et tandem quæro, an dari possit casus, in quo quis possit communicare cum conscientia peccati mortalis. Et respondit affirmatiuè Curtillus *in addit. ad Mancin. tract.8.dub.24.* vbi sic ait: [Si quis mox Eucharistiam sumpturus, in circulo de aliquo mortali recordetur, & absque infamiæ nota, puta sui peccati suspicione, nullo modo Confessionem præmittere, nec vllam tergiuersationem inuenire valeat, aduertátque se non esse contritum, nec posse pro tunc conteri, an citra mortale communicare possit? Respondeo; quòd præterquàm quòd, se non esse contritum certò cognoscere posse non puto; tamen dato, quòd ita sit, id absque vllo peccato fieri potest: nam, quando concurrunt duo præcepta eiusdem rationis, illud seruandum, quo seruato, minora incommoda sequuntur, ac seruato altero; de duobus enim malis minus eligendum, *c. Duo mala.* 13. cap. *Nerui.* 13. Arist. 2. *Ethic. c.* 9. quare, quamuis sit de iure diuino euitare irreuerentiam Sacramenti, illúdque in mortali nequaquam recipere, cùm sancta sanctè tractanda sint; & de iure etiam diuino sit euitare scandalum proximi ex illo Matth. 18. nimirũ, adstãtium, qui temerè aliquid de illo, qui à circulo discederet, suspicari possent: tamen minora mala ex talis scandali deuitatione sequerentur, quàm cum peccato communicare; quia in primo casu plura proximi peccata vitarentur; in secundo verò non nisi vnum, quod profectò, neque esset peccatum, nisi materialiter tantùm: nam, cùm assumeretur, tãquàm medium ad assequendum aliquod bonum, nimirum, ad euitandum maius malum, & media specificentur à fine, ipsum esset etiam bonum, & materialiter tantùm malum, vt eleganter suo more asserit Sanch. *in Sum. lib.1.c.10.n.16.fine*, cum Vasq. Marina, Azorio, &c. Idque euidenti paritate patet: nam idem peccatum est, & eiusdem speciei, Sacramenta subiecto incapaci, & indigno exhibere, quàm subiectum incapax illa recipere; cùm in vtroque casu sancta non sanctè tractentur: ergo, sicut Sacerdos ad scandalum vitandum, existenti in peccato mortali, & Eucharistiam publicè petenti, illam ex communi Doctorum sententia citra mortale exhibere potest: ita etiam existens in peccato mortali, ad euitandum scandalum, illam etiam citra mortale recipere poterit.] Hucvsque Curtill. Quem casum in Sacerdote celebrante admittit etiam Vasq. & Hurtad. quos ego adduxi *in 3.p. tr.4. ref.98.* quorum sententiam probabilem existimat Eminentissimus Dominus meus Card. de Lugo, teste Pellizario *in Man. Regul. tom.1. tract.1. c.3. sect.2. n.103.* sed contra Vasq. insurgit Ochagauia à me, *vbi supra*, citatus, & nouissimè Antonius de Escobar *in Theol. mor tract 7. Exam.6.c.1.n.62.* quia in casibus supradictis, tam laicus, quàm Sacerdos, potest elicere votum contritionis, cùm Deus semper sit paratus auxilium præbere. Vide Suar. *in 3.p. tom.3. disp.66. sect.1.*

Quæ hic est infra Ref.167 & suprà in tr. 1. lege doctrinam Ref. 11. signanter §. Non desinam

RESOL. CLIX.

An sit sufficiens sola admiratio, vt Sacerdos possit absque praeuia confessione celebrare?

Et cursim docetur nomine scandali in materia, de qua loquimur, comprehendi etiam admirationem populi. Ex part.9. tract.3. Ref.20.

Sup. hoc supra in Resol. 146. paulò post initium, vers. Tertio. & prope fi. §. 6, vers. Causa- lia.

§. 1. NEgatiuè ex Coninch, & Suarez respondet Trullench *de Sacr. lib.3. c.6. dub.4. n.14.* vbi sic ait: [Nota, ea, quæ diximus, militare, quando sequitur scandalum, intelligi de scandalo propriè accepto, & in rei veritate; non verò si tantummodò sequatur quædam admiratio absque scandalo, & infamiæ periculo. Tunc enim dicitur; sequi scandalum, quando datur occasio detrahendi, vel temerè iudicandi, vel proximum infamandi, &c. non verò quando solùm datur occasio admirationis, quod est diligenter aduertendum: nam aliqui accipiunt admirationem pro scandalo.]

2. Non deseram hic apponere verba Garciæ *in Sum. tract.3. diffic.5. dub.1. punct.5. n.39.* ita asserentis: [Porque toda la difficultad deste caso consiste in aueriguar, quando ay infamia, y nota, sera bien que lo espliguemos mas. Aujerto pues para su intelligencia, que vna cosa es escandalo, otra es admiracion. Suarez, Bonacina, y Coninch dizen, que la admiracion no basta para escusar de confessarse; però à Cordoua, Syluestro, Machado, y Fagundez no les agrada esta opinion, y con razon: porque aunque muchas vezes se admira el vulgo de cosà leues; però en estas materias de ordinario se junta con la admiracion la nota, y escandalo, viendo que este no celebra, ò aquel no comulga, si bien menos nota ay en los seculares para comulgar, que en los Sacerdotes para celebrar; però lo cierto es; que de la admiracion toman ocasion de hazer juyzios, y de hablar contra el Parocho, ò Sacerdote, y infamat algunos proximos, y assi de ordinario à la admiracion va anexa la infamia, y escandalo. Digasse lo que quisiere Lugo *disp.14. sect.1. n.158.* y pues siempres que se teme nota, ò infamia, prudentemente concuerdan los Dotores, que escusa el Precepto de la preuia Confession: venimos à concluy, que por lo ordinario para escusar es sufficiente la admiracion; y finalmente Suarez lo viene à conceder à la postre. Ni vale lo, que dize Coninch, que no basta la admiracion, si de ay no se sigue alguna mala sospecha; porque supone vn impossible, moralmente hablando, y mas en lugares cortos, donde estas cosas son mas contingentes, y se sabe cada vno, como viue. Però en esto no se puede dar regla general, sino que se ha de quedar à arbitrio de buen varon. Esta dotrina estiende Iuan Sanchez *disputat.32. num.1. & 6.* aun à caso que justamente huuiesse negado, o creyesse que la auia de negar el Confessor la absolucion al penitente, ò por no querer dexar la concubina, ò por otro titulo, como se le siga infamia de no comulgar, y se halle con contricion prouablemente. Vease este Autor.] Hæc omnia Garcias.

3. Nota etiam Granadum *in 3. part. contr.6. tract.10. disput.1.7. num.13.* ex Syluestro, Armilla, & aliis viris doctis, nomine scandali in materia, de qua loquimur, docere, comprehendi etiam admirationem populi: hanc etiam sententiam tenet apertè Machadus *de perfect. Confess. tom.1. lib.2. part.4. tract.8. document.3. num.4.* Sed tu cogita: nam video Doctores communiter sentire contrarium.

RESOL. CLX.

An Regularis, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam à Superiore, vt absoluatur à reseruatis, possit sine praeuia confessione Eucharistiam sumere, aut celebrare?

Et an in praedicto casu, hoc ipso, quod Superior Regularis neget praedictam licentiam, possit is absolui a supradicto Confessario ex tacita concessione licentia Superioris, v.g. Prouincialis, Generalis, aut Papa pro illa vice?

Et an hoc verbum pro illa vice, *intelligatur pro vna vice tantum, an vero toties, quoties dicta facultas petitur, a Confessario, & negatur à Superiore?* Ex part.9. tract.3. Ref.15.

§. 1. REspondeo affirmatiuè: quia in tali casu censendus est non habere copiam Confessarij. Et ideò Præpositus *in 3. part. q.80. art.5. dub.3. num.19.* rectè notat, non esse præmittendam Con- Sup. hoc lege doctrinã Resolutionum not. seq.

fessionem ante Communionem, si in Religione Sacerdos non possit sine nota certis diebus omittere Sacri celebrationem, quin ingeneretur suspicio grauioris alicuius peccati. Idem dicendum de Communione respectu non Sacerdotum, vt si in Religione non Sacerdotes debeant ex præcepto, vel consuetudine certis diebus communicare, nec possit omitti Communio sine graui nota: in quo casu (quia frequenter accidit, vt quis huiusmodi periculum prætexat) diligenter aduertendum, num verè periculum grauioris notæ subsit, & non tantùm fingitur: neque enim statim licet communicare sine præuia confessione, eò quòd aliquis habebitur minùs deuotus, si non communicet, quod in genere Confratres fortè mirabuntur: opus est etiam, vt nota, & infamia, quæ timetur, non possit alia probabili via auerti. Vnde nostram sententiam in terminis docet Pater Tamburinus *in Methodo expedita Communionis, cap. 1. §. 6. num.* 18. qui posteà *num.* 28. negat, posse talem Religiosum ante Communionem, absolutionem obtinere à Confessario, qui petiit, & non obtinuit licentiam a Superiore; sic enim asserit: [Petes, si Religiosus non obtinet à superiore per pium Confessarium licentiam, vt absoluatur à casu, vel excommunicatione reseruata, potéstne (instet infamia, ni communicet) confiteri, & absolui directè à prædicto pio Confessario, vel alio inferiori. Respondeo, posse. Inclinat Fagundez, ex præsumpta licentia Generalis, vel Papæ. Mihi id difficile videtur: quia rationes, quas affert, quásque latè discurere non est nostri instituti, non sunt tanti ponderis, vt vincant illam efficacissimam, nempe, quòd talis inferior actu caret iurisdictione in illa reseruata. Et dum Generalis, vel Papa ratam semper habent talem reseruationem; non videtur præsumi, eam velle tollere independenter à Superiore, cui reseruatur: & propterea fortasse in sequenti editione deleta fuit illa doctrina Fagund. Ille igitur Religiosus in eo casu, vel se conteat, & communicet: vel, iuxta sententias *supra* allatas, confiteatur, itavt directè absoluatur à nō reseruatis, & indirectè à reseruatis, semper cum onere subdendi Clauibus nondum directè absoluta.] Ita Tamburinus.

Sup. hoc supra ir Ref. 10. §. 1. prope finem, à vers. Lo mismo. & latè in to. 7. tr. 1. Ref. 109. & 110. & in to. 4. tr. 8. Ref. 43 §. Vnde.

2. Sed sententiam Fagundez, olim impressam, tenet nouissimè contra Tamburinum ex eadem Societate, amicissimus Pater Pelizzarius, qui, me citato, sic ait *in Man. Regul. tom. 2. tract.* 8. *cap. 2. sect. 1. subsect. 2. num.* 59. [An, quando Prælatus Regularis Monasterij pio, ac Religioso Confessario negat facultatem absoluendi à reseruatis aliquem ex Religiosis subditis; hoc ipso is possit absolui ex tacita concessione licentiæ Prælati superioris, v. g. Prouincialis, Generalis, aut Papæ? Respondetur, posse, si instet necessitas communicandi, aut celebrandi, & alioqui incurratur periculum infamiæ, nisi subditus communicet, aut celebret. Ita Fagundez *Præcep.* 3. *Eccles. lib* 3. *cap.* 9. *num.* 17. cum Henriquez *lib.* 6. *capit.* 13. *num.* 6. & Rodriquez *tom.* 1. *Summ. cap.* 55. *num.* 1. contra S. Thom. *in* 4. *distinct.* 17. *q.* 3. *art.* 3. *quæstiunc.* 4. *ad* 5. Sotum, Marsilium, Caietanum, & alios, quorum opinionem docet Fagundez esse communiorem, & probabiliorem. Ratio nostra est: quia hic timeri non potest, quòd Prælatus superior nolit posteà dare talem facultatem, aut id ratum non habeat; cùm nostra opinio fundetur, non in ratihibitione de futuro, (quæ non sufficit ad conferendam iurisdictionem,) sed in tacita concessione de præsenti, quomodo Sanchez *l.* 2. *de matrim. dispu. tat.* 40. *nu.* . cum multis docet, posse Episcopum ex tacita voluntate Papæ dispensare in voto castitatis ad contrahendum matrimonium, si res vrgeat, & sit magna necessitas, siue ob inopiam contrahentium, siue ob periculum animarum imminens ex mora, sine ad vitandum scandalum: cùm tamen votum simplex castitatis non sit minùs reseruatum, quàm quodlibet peccatum reseruatum in Religione.

3. Accedit, quòd Sacra Congregatio Cardinalium, innouando Constitutionem Clementis VIII. factam super Regularium reformatione, de consensu Vrbani VIII. statuit (vt habetur in bullario *tom.* 4. *Bulla Vrban. V III. in ordine* 26. in Decreto super Casuum reseruat.) quòd si Superior Regularis neget Confessario Monasterij facultatem absoluendi Religiosum pœnitentem ab aliquo casu reseruato in Religione, adhuc possit eum absoluere pro illa vice. Ita Diana *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 126. vbi quærens, an ly, *pro illa vice*: intelligatur pro vna vice tantùm; an vero toties, quoties dicta facultas petitur à Confessario, & denegatur à Superiore; valdè inclinat, quòd intelligatur posteriori modo, videlicet pro toties, quoties: etenim in dicto indulto nulla additur dictio taxatiua, (qualis adhiberi solet in Bullis Iubilei, in quibus dicitur, *pro hac vice tantum.*) Ideóque, cùm probabile sit, in dictis Bullis non restringi fauores Iubilei ad vnicam vicem, non obstante ea dictione taxatiua, quæ in illis apponitur, (vt videre est penes Dianam *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 151. pro hac sententia citantem Henriquez, Reginald. Ferdinand. Nald. Zanard. & Alphons. de Leone,) à fortiori probabile erit, concessionem factam in præfato indulto Sacræ Congregationis non arctati ad vnicam vicem? stante, quòd in eo non apponitur vlla dictio taxatiua, vt iam diximus. Cum Diana sentiunt, Alphonsus de Leone *tract.* 2. *recollect.* 6. *num.* 178. Bordonus *resol.* 29. *num.* 5. putans, id procedere etiam in casu, quo pœnitens petat facultatem, aliique docti viri è Societate à me consulti: & meritò, cùm talis expositio conformior sit menti Sacræ Congregationis tale indultum concedentis: in quo fortè non dissentit Lezana *tom.* 3. *Summa, verb. Casus reseruati, numer.* 23. Adde, quòd cùm supradictum indultum loquatur absolutè, videtur locum habere etiam in casu, quo Religiosus petens absolui à reseruatis, nullum incurrat infamiæ periculum; nullamque habet necessitatem communicandi, aut celebrandi, siquidem lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi; præsertim si sit fauorabilis, & cedat in bonum spirituale animarum: qua de re consulantur dicta *in tractat. de prohibit. cap.* 1. *q.* 31. *§. Nec obstat.*

Quæ hic est in to. 7. tr. 1. Resol. 109 §. Verum.

Quæ nunc iaceniuntur in to. 4 tr. 4 Resol. 57. & in aliis eius not. & in §. Verù. not. præteritæ, & in aliis notat secūdæ præterit §.

4. Dices, explicato tam amplè supradicto Sacræ Congregationis indulto, sequitur, in Religionibus valdè eneruari reseruationem casuum, cùm sic semper facillimè obtineri possit absolutio, & quidem per ordinarios Monasterij Confessarios: quod videtur esse contra finem intentum in reseruatione casuum. Respondetur, negando inde sequi talē inconueniens: siquidem, vt colligitur ex Naldo *verb. Religiosus, num.* 43. Clemens VIII. qui primò concessit dictum indultum, præcipit etiam, vt Superiores deputent in singulis Domibus, duos, tres, aut plures Confessarios pro subditorum numero maiori, vel minori, iique sint docti, prudentes, ac charitate præditi, quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando casus occurrit, in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius iudicauerit. Vnde infero, quòd cùm ex vna parte præfatum indultum Religioso pœnitenti reseruatis itterito non suffragetur, nisi quando prudens Confessarius iudicauerit expedire, vt Superior concedat facultatem illum absoluendi, ex al a parte vix contingere possit, vt Confessarius prudenter indicet, illud expedire in casu inconuenientis *superius* allegati; consequenter patet, inde non posse sequi illud incunueniens; quòd contrà nos afferebatur.] Et hæc omnia docet Pelizzarius *vbi supra*, quæ ex dignis rationibus hic per

extensum

extenſum apponere volui. Sed certum eſt, vt diximus, elicito actu contritionis, poſſe talem Religioſum ad vitandam infamiam, & ſcandalum ſine præuia Confeſſione, vel celebrare, ſi eſt Sacerdos, vel Euchariſtiam ſumere, ſi eſt Clericus, aut laicus.

RESOL. CLXI.

An Sacerdos, ſi poſt introitum recordetur alicuius peccati mortalis, teneatur confiteri, ſi ſine ſcandalo poſſit?

Et notatur, quod in Miſſa ſolemni, vulgò dicitur Cantata, *ſi inter concionem, & cantionem Sacerdos poſſit confiteri, omnino obligatus eſt ad faciendam confeſſionem, ſi ei aliquod peccatum in mentem venerit.* Ex part. 3. tract. 4. Ref. 48.

Sup contento in hac Ref. in Ref. ſeq. §. 1. per totum; & pro parte in § ſeq & infrà in Ref. 163. & ſuprà in Ref. 147. § 1. curſim in fine.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Syluester *verb. Euchariſt. q. 7.* Nauarrus *cap. 25. n. 76.* Suarez *in 3. p. tom. 3. diſput. 66. ſect. 4.* Coninch *de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 1.* & alij aſſerentes, quòd ſi Sacerdos poſt conſecrationem recordetur peccati mortalis, debet elicere contritionem, & Miſſam proſequi; ſin autem ante conſecrationem, ſecluſa infamia confiteatur.

2. Non reticebo tamen contrarium docere Sotum *in 4. diſt. 13. q. 2. art. 6.* Victoriam *in ſum. Sacrament. num. 78.* & Henriquez *lib. 8. cap. 46.* vbi aſſerit Sacerdotem Miſſam celebrantem, etiamſi memor ſit alicuius peccati ante conſecrationem non eſſe adſtrictum confiteri, quamuis hoc commodè, & ſine ſcandalo efficere poſſit. Igitur in tali caſu Sacerdos eliciat actum contritionis, & ob reuerentiam ſacrificij pergat, & cœptam Miſſam perficiat; ſed mihi affirmatiua ſententia probabilior videtur.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ. §. 1. inter mediũ, & finem à verſ. Hoc interim.

3. Notandum eſt tamen cum Sylueſtro *loco citato,* & aliis, quòd in Miſſa ſolemni, vulgò dicitur cantata, ſi inter concionem, vel cantionem, Sacerdos poſſit confiteri, omninò obligatus erit ad hoc faciendum, ſi ei aliquod peccatum in mentem venerit.

RESOL. CLXII.

An ſi quis in Miſſa recordetur alicuius peccati mortalis, teneatur illud confiteri, ſi abſque ſcandalo poſſit Confeſſarium habere?

Et quid eſt dicendum, ſi nondum Miſſa eſt cœpta, ſed tamen iam Sacerdos ad Altare acceſſit, & tunc recordatur ſe non eſſe ieiunum, vel eſſe excommunicatum, vel manere in lethali?

Idem eſt ſentiendum de laico iam parato ad communicandum.

Et quid eſt faciendum, ſi conſecratio cœpta eſt, quando hæc in mentem veniunt?

Et an Sacerdos teneatur præmittere confeſſionem, ſi antequam inchoet Miſſam, exiſtens in Altari recordaretur de aliqua culpa mortali, ſi abſque nota, & ſcandalo id facere poſſit?

Et an quando celebratur Miſſa ſolemnis cum Diacono, & Subdiacono, & occurrit Sacerdoti memoria peccati mortalis, à quo poſſit abſolui per illum, qui Diaconi, vel Subdiaconi officio fungitur, an tunc teneatur confiteri vni ex illis?

Et quid eſt ſentiendum, ſi in Capella ſint tantum talis celebrans, & Miniſter, qui eum poſſit abſoluere.

Et an Sacerdos peccans in actu celebrandi, teneatur confiteri tale peccatum ſe commiſiſſe in ipſa Miſſa celebratione, ſi in actu peccandi habeat animum confitendi Sacerdoti ſibi vt Diacono aſſiſtenti, antequam proſequatur Sacrificium? Ex part. 9. tr. 5. Reſol. 7.

§. 1. REſpondeo, quòd ſi nondum cœpta ſit conſecratio & ceſſat periculum ſcandali, & mali nominis, teneris vocare Confeſſarium, ſi poſt inchoationem Sacrificij recordaris alicuius lethalis. Ratio eſt, quia illa pars Miſſæ ante conſecrationem eſt valdè extrinſeca Sacrificio quoad ſubſtantiam: & ideò ſicut interrumpitur per Concionem, ita etiam congruum eſt interrumpi per ſacramentalem Confeſſionem, vt corpus Dominicum dignè pertractetur, & ſumatur. Si verò ſit periculum mali nominis, vel ſcandali, vel murmurationis, ſufficit, ſi contritus Miſſam proſequaris: quinimò etiam Miſſa nondum cœpta, ſed tamen vbi Sacerdos ad Altare iam acceſſit, & tunc recordatur, ſe non eſſe ieiunum, vel ſe eſſe excommunicatum, vel manere in lethali, non tenetur ab Altari diſcedere, vt confiteatur, vel vocare ad Altare Confeſſarium, vel ſe exuere ſacris veſtibus; ſed contritus ob eandem rationem celebret. Quòd ſi conſecratio cœpta ſit, tunc, ceſſante omni ſcandalo, vel mali nominis ſuſpicione, non debes interrumpere Sacrificij immolationem iam cœptam, vt confitearis: quod præceptum fortius eſt præcepto præmittendæ poſt mortale Confeſſionis ante ſumptionem; ſoláque huius Sacrificij integritas cenſenda eſt iuſta cauſa differendæ poſt Sacrum Cõfeſſionis: licèt contrarium, quoad hoc vltimum, ſentiat Bonacina *de Sacram. diſp. 4. quæſt. 6. punct. 1. ſub n. 15.* & quoad primum plures alij. Sed noſtram ſententiam docet Coninch *de Sacram. quæſt. 80. art. 4. dub. 2. num. 16.* &, me citato, Auerſa *de Sacram. Euchar. quæſt. 8. ſect. 6.* Cardinalis de Lugo *diſp. 14. n. 113.* Leſſius *in 3. part. D. Thomæ, quæſt. 80. art. 4. dub. 2. n. 8.* Et ideò non deſinam hìc apponere verba Ioannis Vviggers, etiam *in 3. part. quæſt. 80. art. 5. dub. 1. num. 12.* vbi ſic ait: [Si poſt conſecrationem factam recordaretur Sacerdos alicuius peccati mortalis, poterit cum actu contritionis proſequi Sacrificium ſine Confeſſione præmittenda, etiamſi abſque ſcandalo, vel nota infamiæ poſſet confiteri, aduocando Confeſſarium, quem habet ibi ſolùm præſentem. Sumitur ex D. Thoma *infrà, quæſt. 83. art. 6. ad 2.* & ſic paſſim omnes tenent Doctores. Rationem reddunt: quia non decet Sacrificium ſubſtantialiter inchoatum interrumpere: quia hoc ad imperfectionem eius tendere videtur, quæ omnimodò cauenda eſt. Quod Tannerus *diſp. 5. q. 8. dub. 2. n. 38.* cum Victoria §. 83. & Nauarro *cap. 25. num. 27.* dicit quoque habere locum, quando facta eſt oblatio: imò etiam poſt inchoatum introitum, ſic vt non teneatur Sacerdos aduocare Confeſſarium ad Altare, vt ibi confiteatur, idque non tantùm, quia incurreret aliquam infamiæ notam, ſaltem coram miniſtro; ſed etiam quia indecorè interrumperet Sacrificium diuinum, etiamſi aliàs nullum ſequeretur ſcandalum: quod etiam tradit Henriqu. *lib. 8. cap. 46. num. 3.* licèt Suarez *diſput. 66. ſect. 4.* cum Bonauentura *in 4. diſt. 13.* ſentiat, Confeſſarium aduocandum fore, ſi ante conſecrationem memoria peccati mortalis occurrat, & Confeſſarius facilè, & ſine incommodo vocari poſſit: quod tamen parum mihi videtur probabile, ſaltem poſt oblationem factam: quia non apparet tunc fieri poſſe abſque aliqua notabili indecentia ipſius Sacrificij. Hoc interim exiſtimo omninò dicendum, quando celebratur Miſſa ſolemnis cum Diacono, & Subdiacono, & occurrit Sacerdoti memoria peccati mortalis, à quo poſſit abſolui per illum, qui Diaconi, aut Subdiaconi officio fungitur,

Sup. hoc. in Ref. præterita, & in Ref. ſeq. & ſuprà in Ref. 147 §. 1. curſim in fine. & infrà in §. 2. huius Ref. paulo poſt initium, à verſ. Et in terminis.

Sup. hoc prope finem, & in fine huius §. à verſ. Si quis ante, & pro parte excommunicationis in tom. 9. tr. 7. Ref. 124. ante finẽ §. 1.

Sup. hoc primo & ſecundo, in ſequentibus §§. huius Ref. & in Ref. præterita, & in Ref. ſeq & ſuprà in Ref. 147. curſim in fine.

Sup. hoc infrà in §. Vnde. huius Ref. in principio, quamuis ibi pro ante conſecrationem, & ſupra in Ref. 146. §. Sed ego. paulo poſt initiũ, à verſ. ſi tamẽ ſolus eſſet.

Sup. hoc in §. vlt. Ref. præteritæ.

quòd tunc teneatur confiteri vni ex illis, siue sub *Glor a in excelsis*, aut Graduali, aut *Credo*, quando ista decantantur: quia potest id fieri absque indecentia, & penè sine obseruatione aliorum: ac etiam ante consecrationem, dum canitur *Sanctus*; quia habet Confessarium sibi adstantem.

2. Cæterùm hoc satis communi consensu docecetur, quòd non tenebitur Sacerdos ab Altari discedere, & Missam relinquere, casu, quo non possit alium ad Altare aduocare. Vide D. Bonauenturam *sup.* & Soto *eadem dist. quæst.* 1. *art.* 6. Nauar. *cap.* 21. *num.* 49. & colligitur ex D. Thom. *sup.* vbi scribit: Si quis ante consecrationem recordetur, se aliquid prius sumpsisse, vel excommunicatum esse, aut peccatum aliquod commisisse, tutius, inquit, reputarem maximè in casu manducationis, & excommunicationis, quòd Missam inceptam desereret; nisi graue scandalum timeretur. Quibus indicat satis, etiam extra periculum scandali non esse absolutè necessarium, vt deserat, præsertim in tertio casu, quem ponit: quia solùm dicit, quòd reputaret esse tutius, idque maxime in duobus primis casibus. Quòd si verò memoria peccati occurrat in Altari, antequam Sacerdos Missam inchoët, præmittenda erit Confessio; etiamsi, vt Confessorem adeat, oporteret exuere vestes sacras. Ita Suarez *sup. sect.* 4. cum Scoto *in* 4. *dist.* 9. *q.* 1. quod intellige, nisi obueniret inde scandalum aliorum, aut infamia Sacerdotis.] Hucvsque Vviggers.

Sup. his suprà ad lin. 11. in principio huius Ref. à vers. quinimò etiã. & in tom. 2. tr. 1. Ref. 125. §. vlt. & in alio vers. eius annot. &c.

Sup. hoc cursim infrà ad medium §. seq. vers. & Leandrus.

3. Vnde ego ex his olim consului Sacerdotem, cui deseruiebat pro Ministro alius Sacerdos Confessarius in quadam villa, cùm dicendo Epistolam, recordatus fuit cuiusdam peccati obliti in Confessione; rectè, inquam fecisse aduocando illum pro absolutione illius peccati, cùm hoc sine scandalo effecisset; nam in dicta Capella erant tantum celebrans, & Minister. Et in terminis tunc adduxi Fagundez *de Præcept. Ecclesiæ, Præcept.* 3. *lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 11. *in fine*, qui tamen cum multis aliis tenet absolutè, Sacerdotem, qui cœpit dicere Missam, non teneri etiam ante consecrationem vocare Sacerdotem ad confitẽdum, si sine scandalo possit, vt confiteatur peccatum oblitum, vel in Altari commissum: quia iam actio sacra cœpta est, quam non decet interrumpere: nam ob aliam causam rationabilem interrumpi potest, & hæc satis rationabilis est: sed ad vitandum scandalum, aut infamiam, quam inde sibi ipse Sacerdos generare potest: quamuis enim hîc non sequatur, nisi quædam admiratio circunstantium; tamen ex ea admiratione sumitur occasio sinistrè loquendi, suspicandi, & infamandi ipsum Sacerdotem: quod periculum moraliter semper datur, & est causa sufficiens, & iusta excusationis. Vide etiam Tannerum *tom.* 4. *disput.* 5. *quæst.* 8. *dub.* 1. *num.* 38. Vnde vtramque sententiam probabilem putat Stephanus à Sancto Gregorio *de Sacram. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 11. Sed non est deserenda nostra sententia propter reuerentiam debitam communi Magistro D. Thomæ, qui sic ait *in* 3 *part. quæst.* 83. *art.* 6. *ad* 2. [Si ante consecrationem alicuius prædictorum sit memor, tutius reputarem, maximè in casu manducationis, & excommunicationis, quòd Missam incœptam desereret; nisi graue scandalum timeretur.] Hæc sanctus Doctor. Licèt Martinus Ledesma *in* 4. *sent tom.* 1. *quæst.* 20. *art.* 3. *post dub.* 3. absolutè asserit, quòd Sacerdos, etiam in principio Missæ, si recordetur alicuius peccati, non tenetur confiteri, etiamsi posset sine scandalo: quod etiam tenet de laico iam parato ad Communionem; & Leandrus *de Sacrament. tom.* 2. *tract.* 7. *disp.* 7. *quæst.* 17 asserit, Sacerdotem non teneri præmittere Confessionem, si antequam inchoët Missam existens in Altari, recordaretur de aliqua culpa mortali, etiamsi absque nota, & scandalo id posset facere. Sed hæc mihi non placet. Verùm hîc obitèr apponam dubium positum a Pellizzario *in Man. Regular. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 9. *sect.* 2. *num.* 42. [An Sacerdos peccans mortaliter in actu celebrandi, v. g. dum a Cantoribus canitur *Credo*, aut *Gloria*, teneatur confiteri tale peccatum se commisisse in ipsa Missæ celebratione, si in actu peccandi habeat animum confitendi Sacerdoti sibi, vt Diacono, assistenti, antequàm prosequatur Sacrificium, videlicet, priùs quam Cantores absoluant *Credo*, aut *Gloria*. Respondetur, non teneri id exprimere in Confessione: patétque ex eo, quòd in præsenti casu vltra peccatum, in quod Sacerdos consensit, v. g. odij, neutiquam committit sacrilegium; sicut aliqui prima facie putant, ducti ex eo, quòd peccat in ipsa actione Sacra celebrandi, & hoc excusante leuitate materiæ, quæ in hac materia omninò admittenda est; & in proposito casu spectari potest tum respectu partis Missæ, intra quam peccatur, quæ est accidentalis, vt suppono, non autem substantialis, (qualis esset consecratio,) tum respectu temporis, quo dictus Sacerdos peccat, & persistit in peccato: quod tempus est breue, & minùs proprium Missæ, ne dicam ipsi extraneum; vtpote quod insumebatur in canendo *Gloria* aut *Credo*, quæ iam supponimus Sacerdotem secretè recitasse, quando consentit in peccatum, ita vt cantatio illa Symboli, v. g. quod vocamus *Credo*, simpliciter non spectaret ad Missam, neque quoad integritatem; adeóque censeri posset ipsi quasi extranea; ita vt Sacerdos supradictus aliquo modo dici possit non peccasse intra Missam, sed extra illam.] Hucvsque Pellizzarius.

Sup. hoc cursim ad medium §. præteriti huius Ref. vers. quē haber. ibi solum. & lege alium vers. eius not.

Sup. hoc in Resol. & §§. not primæ huius Ref.

Sup. hoc in R. f. seq. §. 2. à medio. & in aliis eius annot.

Sup. hoc in fine §. præteriti huius R. f. à vers. Quod si verò.

RESOL. CLXIII.

An Sacerdos ante consecrationem teneatur confiteri, si sine nota possit?

Et quid maximè de laico, quia antea confessione emiserat, & ad linteum Altaris recordatur alicuius peccati obliti?

Et an, si Sacerdos statim post introitum recordetur peccati mortalis, non teneatur accersere Confessarium, quamuis id fieri sine nota possit? Ex part. 3. tract. 4 Ref. 77.

§. 1. Affirmatiuè respondent Coninch *de Sacram. q.* 80. *art.* 4. *dub.* 2. *n.* 16. vbi sic ait: Si Sacerdos recordetur se esse in peccato mortali ante consecrationem, tenetur confiteri, si sine nota possit. Ita ille cum Suarez, Nauarro, & aliis.

2. Contrarium tamen docent nouissimè Petr. Marchæus *in annot. ad rubricas Missalis*, *p.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. & Layman *in Theol. mor. lib.* 5. *tr.* 4. *c.* 6. *n.* 5. cum Soto & Victoria etiamsi Sacerdos statim post introitum recordetur peccati mortalis, non enim est opus accersere Confessarium, quamuis id fieri sine nota possit; sed satis est, imò etiam consultius, elicita contritione, & postea confitendi proposito ob honorem sacrificij pergere, & cœptum perficere. Et hanc etiam sententiam docent Henriq. *lib.* 8. *cap.* 46. *num.* 3. qui etiam ibidem *in glossa lit. A.* tenet, quòd laicus, qui ad linteum Altaris adstat paratus communicare, & confessionem præmisit, excusatur præter reuerentiam Sacramenti, ne statim redeat ad Confessarium, vt directè absoluatur à peccatis, quorum fuerat oblitus, & hoc etiam seclusa nota, & scandalo. Ita illei, licèt contrarium asserant Medina, Ledesma, Cano, Syluester, & alij *vbi infrà in hoc tract.* citati. Sed Reginald. *in praxi tom.* 2. *lib.* 29.

Sup. hoc suprà in Ref. 161. §. 1. & 2. & in Ref. 162. in discursu eius vers. sed lege eam per totam, & in Ref. 147. cursim in fine §. 2.

Sup. hoc in Ref. 2. not. præteritæ §. vlt. post medium, cursim in vers. quod etiam tenet, & in Ref. 3. not. præterita. & in eodẽ §. & loco, &

laté suprà in Ref.146 & in Ref. 144 §. Deinde. & infrà in Ref. 182 §. vlt. & in Ref.185.§. vlt. à vers. Pe-ro pro habenda contritione in hoc casu, si antea confessus non est, & quod si confessus est.

lib. 29. c. 4. sect. 1. num. 105. tenet opinionem Henriquez, etiam quoad laicum ad linteum altaris paratum communicare.

RESOL. CLXIV.

An si Sacerdos ante Missam confessus est, & postea celebrando peccatum mortale in confessione oblitum in mentem venerit; vtrum teneatur in tali casu elicere actum doloris & contritionis de illo peccato?

Et cursim deducitur, quod quamuis quis in Paschate tenetur confiteri, tamen si non habet copiam Confessarij, non tenetur conteri. Ex part. 2. tract. 14. Resol. 48.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & lege infra §. vlt. signanter paulo post initiũ, à vers. Pero. Ref.185.

§. 1. HAnc quæstionem non inuenio apud multos, & sæpiùs in praxi potest occurrere. Affirmatiuam sententiam ex Medina, Suarez, & de Grassis, docuit Valerius Reginaldus *in praxi tom. 2. lib. 5. c. 5. sect. 3. num. 9.* quia necessarium est de peccatis pœnitere, sicut & confiteri, non solùm ad finem consequendi eorum remissionem, sed etiam ad impletionem præcepti, ad quam non sufficit sola virtualis peccati detestatio.

2. Sed contrariam sententiam probabilem etiam esse censui his diebus de hoc casu interrogatus. Dico igitur, eum qui iustificatus fuit per pœnitentiam virtualem, nec recordatus alicuius peccati mortalis, non teneri ad eliciendum actum contritionis, postquam peccatum illud venerit in mentem; nisi fortè velit confiteri iterum, aut nisi alio titulo teneatur elicere actum contritionis: & ita in simili casu docuit Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 86. art. 2. dub. 2. num. 11.*

3. Probatur hæc opinio. Primò, quia contritio est necessaria ad culpæ, & peccati remissionem, sed illud peccatum oblitum iam in confessione virtualiter fuit verè remissum. Ergo, &c. Nec valet dicere, quòd fuit remissum cum obligatione, quòd si in mentem venerit, ille qui confessus fuit, teneatur de illo formaliter iterum elicere actum contritionis. Nam respondeo, hanc obligationem non constare, imò apparet contrarium, nam de iure naturæ quis tenetur ad formalem pœnitentiam, vt iustificetur & reconcilietur Deo. Hic autem iam fuit iustificatus, & reconciliatus Deo per pœnitentiam virtualem. Ergo, &c. De iure verò positiuo diuino nulla talis obligatio apparet. Nam vbi in Scriptura dicitur pœnitentiam esse necessariam, fit sermo de peccatoribus. Imò *Luca 15.* dicitur, iustum non egere pœnitentia. Adde quòd in noua lege nullum est præceptum diuinum merè positiuum, præter præcepta circa Sacramentorum susceptionem: de iure autem positiuo humano non potest extare tale præceptum: nam Ecclesia non potest præcipere actus internos. Ergo non apparet, vnde & quo iure extet hoc præceptum in nostro casu.

4. Potest igitur Sacerdos tunc sequi Missam inceptam, & non elicere actum contritionis, sed postea confiteri suo tempore peccatum illud oblitum, & tunc de illo atteri, vel conteri. Nec valet dicere, vt quidam Theologus olim de hoc casu interrogatus aiebat, quòd Sacerdos, cùm teneatur in nostro casu confiteri, teneatur etiam conteri: nam hoc, salua pace, falsum est; non enim quoties quis tenetur confiteri, tenetur etiam conteri. Et sic, ait Filliucius *tom. 1. tract. 6. cap 8. num. 109.* ex communi sententia DD. quis in Paschate tenetur confiteri, & tamen si non habet copiam Confessarij, non tenetur conteri. Sic, & in nostro casu. Ergo, &c. Ex dictis patet responsio ad rationes contrariæ sententiæ.

Sup. hoc supra in Ref. 82. & vide alias in eius not.

RESOL. CLXV.

An Sacerdos, qui post confessionem recordatur in Altari de aliquo peccato oblito, teneatur de illo conteri ante sumptionem Communionis?

Et reprobatur illa sententia, quod qui per obliuionem omisit aliquod peccatum in confessione, & postea de illo recordatus fuerit, non tenetur illud confiteri antequam celebret, sed in tempore, quo præceptum affirmatiuum confessionis obligat per se, semel in anno. Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 5.

Quæ hic est Ref. antecedens, & in Ref. seq. & infrà in Ref. 185. §. vlt. signanter paulo post initium, à vers. Pero.

§. 1. NEgatiuam sententiam docui *in part. 2. tract. 14. de celebratione Missarum, resol. 48.* pro qua auctorem in terminis illam tenentem non adduxi: nunc verò ad tollendos omnes scrupulos illum adducam, & is est Iacobus Granado *in 3. part. D. Thomæ, controuers. 6. tract. 10. disputat. 7. n. 14.* & Ioannes Præpositus *in 3. part. quæst. 80. art. 5. dub. 3. n. 15.* vbi sic ait: Aduerte, quod dictum est de contritione elicienda, intelligi de eo, qui postquam peccauit non est confessus: nam si aliquis sit legitimè confessus, qui in confessione ex obliuione, vel iusta de causa aliquod peccatum non explicuit, non tenetur elicere contritionem de illo peccato, quo casu potest communicare antequam præmittat confessionem & absolutionem illius peccati, quia per præcedentem confessionem & absolutionem, illius peccati remissionem est consecutus, quamuis indirectè sit in statu gratiæ. Vnde ex eo capite non tenetur conteri, nec potest assignari aliud caput, ex quo obligetur eo casu ad eliciendam contritionem. Ita ille. Sed hanc sententiam tunc ego admitto, quando talis non posset confiteri: vt si, v. g. dicat Missam, & recordetur peccati obliti, tunc enim non tenetur elicere actum contritionis, vt diximus *loco citato*; secùs autem si de peccato oblito in præterita confessione recordetur in tempore, quo sine scandalo possit de illo confiteri ante communionem: nam tunc tenetur præmittere confessionem de illo peccato, licèt per aliam confessionem indirectè absoluto, & de illo atteri, seu conteri, in posteriori hac confessione. Et ratio est, quia præceptum præmittendæ confessionis, quando est conscientia peccati mortalis, amplè est accipiendum in gratiam huius Sacramenti, quæ ei debetur, præsertim quòd quodammodo grauet conscientiam peccatum illud, quamdiu est obligatio illud confitendi. Vnde ex his patet reprobandam esse sententiam Petri Cornejo *tom. 2. in 3. part. D. Thomæ. tract. 4. quæst. 80. disput. vnic. dub. 3. num. 3.* vbi tanquam probabile admittebat, quòd qui per obliuionem omisit aliquod peccatum in confessione, & postea de illo recordatus fuerit, non teneri illud confiteri, antequam iterum celebret, sed in tempore, quo præceptum affirmatiuum confessionis obligat per se semel in anno, quia ideo præcipitur confessio ante communionem quando est conscientia peccati mortalis, quia probatio requisita ab Apostolo non debet relinqui iudicio proprio, sed Confessoris; at iste, de quo loquimur, est in gratia iudicio Confessoris: ergo non est præcepta ei noua confessio. Verùm hæc opinio in nostra Inquisitione Hispanica fuit per edictum particulare deleta, licet alioquin memoria eius auctoris sit omni laude dignissima, cùm fuerit vir doctiss. inter Theologos Salmanticenses sui temporis.

Sup. hoc, & sequentibus in hac Ref. laté suprà in Ref. 143. & in aliis eius primæ annot. & signanter cum eodem Cornejo hic citato, in eius § Nec hic. & in alio §. eius annot.

RESOL.

RESOL. CLXVI.

An quando quis celebrat, & recordatur alicuius peccati in confessione facta obliti, teneatur ante consecrationem, & sumptionem Eucharistia de illo conteri?

Et aduertitur, quod in tali casu præfata confessionis, in qua peccatum fuit oblitum, si dolor non fuit vniuersalis, absque dubio tenetur de illo conteri. Ex part. 9. tr. 3. Ref. 12.

Sup. hoc in duabus præcedentibus Ref. & infrà in Ref. 185. §. 1. 2. & sequenti pa no post initium, à vers. Però.

§. 1. CAsus potest esse frequentissimus. Et affirmatiuè respondet Reuerendiss. Magister Candidus *tom. 3. disquis. 2. art. 22. dub. 49.* [Quia, ait ille, si quis ante Communionem Confessionem præmisit formaliter per se, & inculpabiliter integram eorum peccatorum, quæ memoriæ occurrunt; posteà verò recordetur alicuius peccati non confessi; per se loquendo tenetur illud confiteri, priusquàm communicet, vi præcepti constituti in sacro Concilio Tridentino *sess. 13. cap. 7.* ergo Sacerdos post inchoatam Missam, ante tamen consecrationem, qui antè confessus est, & oblitus alicuius peccati mortalis; si illud confiteri non potest ob infamiam, vel quia non habet copiam Confessoris, tenetur saltem de illo elicere actum contritionis. Probatur consequentia: quia ex præcepto Christi Domini tenetur ante Communionem omnia, & singula peccata mortalia subiicere clauibus Ecclesiæ: & si non potest; quia confitendo in Altari, & vocando ibi Confessarium, timetur infamia, vel quia non adest copia Confessoris; de illis pœnitentiam internam tenetur habere: sed Sacerdos, de quo est sermo in præsenti, licèt ante Missam Sacramentum Confessionis susceperit, tamen absolutè, & directè non subiecit omnia peccata sua mortalia clauibus Ecclesiæ, & propter infamiam, vel inopiam Confessarij, vt supponitur, illud oblitum subiicere clauibus Ecclesiæ non potest: Ergo tenetur de illo peccato non confesso, & naturaliter oblito, saltem directè actum contritionis elicere, si illius recordetur.] Ita ille, qui citat pro hac sententia Nugnum, Suarez, & alios, quibus adde Medinam, Graffium, & alios penes Bordonum *vbi suprà*, & nouissimè Trullench *de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 4. n. 11.*

2. Sed ipsemet Trullench, me citato, putat negatiuam sententiam, quam ego docui, esse probabilem; & ideò in tali casu Sacerdotem non teneri elicere actum contritionis de tali peccato in Confessione oblito. Quam sententiam, me etiam citato tenet Auersa *de Sacram. Euchar. quæst. 8. sect. 7.* & me citato, Bordonus, *in conf. regul. tom. 2. resol. 56. n. 127.* & me citato, Hieronymus Garcias *in summa Theol. mor. tract. 3. disp. 5. dub. 1. punct. 7. num. 74.* vbi sic ait: [Però la mayor dificultad està, quando vno se ha confessado, y tenido dolor de todos sus pecados, assi de los que se ha acusado, como de los oluidados, y se va luego a dezir Missa, ò comulgar; y estando en aquella accion, se acuerda que se oluido de dezir vn pecado mortal: Preguntasse, si tendra obligacion este tal à hazer acto de contricion. Valerio Reginaldo, no donde le cita Diana *par. 1. tract. 14. resol. 48.* lo qual ocasionò à Lugo *disp. 14. sect. 6. num. 121.* à que dixesse no hallaua el tal lugar en Reginaldo; però lo cierto es, que fue falta del Impressor de Diana en trocar los numeros, porque à la verdad Reginaldo dize lo, que refiere del Diana. Afirma pues dicho Reginaldo, que siempre que se acordare vno del pecado mortal oluidado, ha da tener contricion del para comulgar deuidamente, y el Missal en la Rubrica *de defectibus, §. 8. num. 4.* dize estas palabras: *Si in ipsa celebratione Missa Sacerdos recordetur, se esse in peccato mortali, conteratur cum proposito confitendi.* Però aunque la opinion puesta es la mas segura, y la que se ha de aconsejar, no obstante lo dicho por ella es muy prouable, *& satis tutum in praxi*, que nos es necessario en el caso puesto tener acto de contricion, para comulgar deuidamente. Esta opinion se colige de sancto Thoma *3. part. quæst. 87. art. 2. in fine corporis*; porque auiendo dicho, que para el pecado mortal no basta la detestacion virtual, como basta para el venial, concluye: *Nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.* En cuyas palabras se vee, que excepta el caso de que hablamos, siguen esta opinion Vasquez *3. part. quæst. 86. art. 2. dub. 3. num. 15.* Diana *resol. 48. citata.* Lugo *sect. 6. n. 112.* Pruebasse lo primero, porque ya est tal por la Confession antecedente quedò prouado, absuelto, y iustificado, supuesto que *saltem indirectè, & virtualiter* se lo perdono el pecado oluidado, luego goza ya el estado de gracia, y consequenter llega sufficientemente dispuesto, sin que sea necessario hazer de nueuo acto de contricion. Ni vale dezir que se le remitio non obligacion, de que quando se acordasse del lo confessarse, como dize el Concilio Trident. luego deue tener contricion del, pues no le confessò; que a esto respondo, ser verdad, que tiene obligacion de confessarlo a su tiempo, y entonces deue tener dolor sufficiente para iustificarse; però en el caso puesto que està escusado de confessarse, tambien lo està de hazer acto de contricion, porque no ay ley natural, diuina, ni positiua, que por entonces le oblige, supuesto que està iustificado, y reconciliado con Dios por la Confession proxime passada.] Hucvsque Garcias, cui etiam adde Leandrum *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quæst. 19.* qui me defendet ab impugnatione Cardinalis de Lugo in citatione Reginaldi.

Quæ hic est Ref. 1. post præsentem.

3. Idem etiam docet Præpositus *in 3. part. quæst. 80. art. 5. num. 25.* Pellizzarius *in Manual. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 2. num. 104.* Caspensis *in Cur. Theol. tom. 2. tract. 22. disp. 9. sect. 3. num. 24.* Granado *in 3. part. contr. 9. tract. 10. disp. 7. num. 14.* Itaque, an qui priùs confessus fuerat, & posteà recordatur peccati, quod in Confessione ex obliuione omiserat, nec potest iam confiteri, teneatur elicere contritionem nouam illius peccati ante Communionem? Respondeo non teneri, si dolor præcedens in Confessione fuit vniuersalis de omnibus peccatis, vel ex motiuo vniuersali. Et ratio est: quia in hoc casu iam homo supponitur esse in statu gratiæ per Confessionem præcedentem, & absolutionem, qua indirectè ablata fuerunt omnia peccata mortalia; nec potest assignari sufficiens fundamentum, ex quo obligetur eo casu ad eliciendam contritionem. Secùs dicendum est, si dolor non fuit vniuersalis: quia peccatum quod nondum retractatum est per pœnitentiam, non potest directè, nec indirectè remitti.

RESOL. CLXVII.

Quid facere debeat Sacerdos, qui in Altari recordatur alicuius peccati mortalis, & non possit excitari ad contritionem eliciendam, vel laicus iam iam recepturus Eucharistiam? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 98.

§. 1. IN casu quo huiusmodi Sacerdos ita coarctaretur temporis angustia, aliisque rebus necessariis

Sup. hoc, & doctrina cõ-

farius ad facrificium ita distraheretur, vt nullo modo ad perfectam contritionem moraliter possit excitari, putat Vazquez *in 3. part. tom. 3. disp. 207. cap. 1.* eum non peccaturum mortaliter, etiamsi cum conscientia peccati mortalis Sacramentum recipiat, quia præceptum dignè suscipiendi hoc Sacramentum non videtur ita strictè obligare, vt cogat in eo casu ad dimittendum sacrificium inchoatum cum populi scandalo, & sui honoris dedecore, quod intelligit iste cùm multi adessent illi sacrificio Missæ, & non solus Minister, quem facilè possit in alium locum mittere, vt actum contritionis eliceret. Et idem senrit de sæculari, qui positus ad pedem Altaris coram populo, & immediatè recepturus Eucharistiam, recordatur alicuius peccati mortalis, cuius neque præmisit confessionem, neque contritionem; & hanc opinionem tenet etiam nouissimè Gaspar Hurtado *de Sacram. disp. 8. de Eucharist. diffic. 1.* vbi sic ait: Si contingat vt quis in Altari existens recordetur alicuius mortalis non confessi, & cuius non habuit, neque habet contritionem, & quando recordatur, est adeò propinquus communioni, vt pro temporis angustiis nequeat moraliter, seu absque nimia difficultate ad contritionem excitari, nisi pro tempore aliquo aliqualiter notabili cum graui nota sui honoris ad eam eliciendam detineatur, tunc iste talis ab eo peccato excusabitur communicando in eo malo statu, quia non est contra irreuerentiam Sacramenti debitam in eo statu accedere, ne notam grauem honoris incurrat. Ita Hurtado

Ista in hac Res supra in Ref. 158. §. vlt. peccatorum, & superius in tr. 1. lege. doctrinam Ref. 12. signanter §. Non desinam.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ, & in principio prædicti §. & lege etiam doctrinam Ref. & §. secundæ Ref. dictæ not.

2. Sed ad prædictum dubium Petrus de Ochagauia *de Sacram. tract. 2. de Eucharist. effectibus, quæst. 8. num. 4.* sic respondet. Existimo Sacerdotem celebrantem in tali casu debere elicere actum contritionis, tum quia ad eum eliciendum semper est paratum Dei auxilium, tum quia facilè potest sine vllo populi scandalo per aliquod breue spatium temporis occupari in acquirenda contritione peccatorum, tum quia facilè potest distractam mentem componere. Concedo tamen posse strictius contingere casum in sæculari, quàm in Sacerdote, vt cùm recordatur eiusmodi peccati, quando iam iam recipit Sacramentum de manu Sacerdotis, in quo quidem casu, si commodè potest ratione alicuius saluæ proiiciendæ, vel ratione alterius legitimæ causæ aliquantulum differre receptionem Eucharistiæ, debet eam differre, & pro breuitate temporis in quocumque euentu procurare contritionem: quòd si eam angustiis temporis constrictus non elicit, potius debet Eucharistiam recipere, quàm ab Altari discedere cum populi scandalo, & proprio dedecore, quia non est credendum pium ac benignum Iesum hoc Sacramentum instituisse in nostrarum animarum remedium cum tanto dispendio nostro, & alieno: hæc omnia docet Ochagauia *loco citato.* Sed aliqui putant, & ita tenera est, quòd in quacumque angustia temporis possit quis elicere actum contritionis, & Deus semper paratus est præbere auxilium suum.

RESOL. CLXVIII.

An præceptum confitendi quamprimùm, *si quis sumpserit Eucharistiam sine prauia confessione, in casibus superiùs explicatis, vt habetur in Concilio Trid.* sess. 13. cap. 7. *sit diuinum Ecclesiasticum?*

Et notatur, quod qui non confitetur in articulo mortis sua peccata mortalia, transacto periculo non tenetur statim confiteri; & similiter qui ministrat Sacramentum in peccato mortali sine contritione, transacto ministerio, non tenetur statim conteri, vel confiteri. Ex part. 9. tr. 3. Ref. 21.

§. 1. Notandum, quosdam existimare hoc præceptum esse iuris diuini, & oriri ex obligatione illa præmittendi Confessionem ante Communionem; hanc enim obligationem debere statim post impleri, si ante Communionem impleta non fuerit. Sed hæc sententia vera non est: nam præcepta affirmatiua non obligant nisi certis occasionibus, quæ statim ac præterierint, cessat obligatio eorum, siue impleta fuerint, siue non: e.g. teneris date eleemosynam in graui, vel extrema necessitate proximi, cessante illa necessitate non ampliùs teneris, siue impleueris præceptum, siue non impleueris. Eodem modo teneris confiteri peccatum mortiferum, quando est communicandum, vel celebrandum: cùm autem illud tempus præterierit, cessat obligatio confitendi: quia tota ratio obligans cessat. Dicendum ergo est, hoc præceptum esse merè humanum introductum à Concilio Tridentino. Vnde dicendum est intra limites iuris naturalis vel diuini, neminem, qui conscius peccati mortalis communicauit absque præuia Confessione celebrando, vel non celebrando, teneri postmodum prima data opportunitate confiteri, siue peccauerit, siue non: quia dispositio ad aliquid requisita non est interè naturæ postmodum ponenda, si priùs non fuerit posita: neque vllo solido fundamento dici potest, quòd diuino præcepto, quo tenemur Confessionem Communioni præmittere, ne indignè communicemus, teneamur confiteri, si fortè non præmiserimus. Restat ergo, vt obligatio sit præcepti Ecclesiastici. Et hæc docet Lessius *in 3. part. quæst. 80. artic. 4. dub. 3. num. 20.* Mercerus *de Sacrament. quæst. 80. artic. 4. dub. 3* & Præpositus etiam *in 3. part. quæst. 80. artic. 5. dub. 4 numer. 20.* Nugnus *de Sacrament. quæst. 80. artic. 4. difficult. 4. conclus. 1.* & alij.

Sup. hac doctrina supra in Ref. 140. §. His suppositis. & in aliis eius not.

2. Notandum hîc obiter, quòd qui non confitetur in articulo mortis sua peccata mortalia, transacto tali periculo, non tenetur statim confiteri; & similiter, qui ministrat Sacramenta in peccato mortali sine contritione, transacto ministerio, non tenetur statim conteri, vel confiteri. Quia Præceptum Confessionis in articulo mortis obligat tempore illius periculi; & similiter præceptum de contritione pro administratione Sacramentorum ligat, & obligat Ministrum, vt dignè & sanctè exerceat tale ministerium: ergo ista occasione transacta, non obligat statim ad conterendum. Ita Candidus *tom. 3. disquisit. 1. art. 12. dub. 54* ex Nugno *vbi suprà.*

Sup. hoc supra in Ref. 55. §. vlt.

3. Itaque, ne Sacerdotes sibi fingerent necessitatem celebrandi, Confessione non præmissa, statuit Concilium *dicta sess. 13. c. 7. in fine*, Sacerdotem conscium peccati mortalis, qui ob necessitatem vrgentem non præmissa Confessione celebrauit, obligatum esse, quamprimùm possit, confiteri.

RESOL. CLXIX.

An præceptum confitendi quamprimùm, *obliget sub mortali?* Ex part. 9. tr. 3. Ref. 22.

§. 1. Pro negatiua sententia olim adduxi Villalobos, & Ledesmam, quos post me citat, & quitur nouissimè Tamburinus *in Methodo expedita Communionis, c. 1. §. 6. num. 49. & seqq.* qui variis rationibus conatur hanc sententiam firmare, & nominatim contra Cardinalem de Lugo respondet ad eius argumenta. Poterat etiam in sui fauorem adducere Machadum *de Prac. Confess. tom. 1. lib. 2. part. 4. tract. 8. docum. 3. num. 7. in fine*, qui ra-men

Adduxit in R. . 28. tom. 6. tract. 1. in §. V. tum. ad m. am. vers. Et ideo. & infrà in Ref. seq. a lin. a & §. seq. & in tom. 3. tract. 1. Ref. 9. lege

men malè citat pro hac sententia Suarez & Reginaldum.

doctrinã eius. § Hoc supp. sito ignaræ ... ante medium, à vers. Tum etiam. & in tom. 9. tr. 7. ex doctrina Ref. 96. §. 1. ad medium, vers. Confirmatur. & §. vlt. Sed lege eam per 19. tam.

2. Sed non est recedendum à sententia affirmatiua dicti Cardinalis de Lugo, & omnium Theologorum Societatis, dempto vno Tamburino, quos hic ad satietatem possem adducere. Vnde, miror, quòd reliquerit tam fortissimos suos Commilitones, vt paucis exteris militibus se adscriberet, inter quos est Ledesma Dominicanus, quem tamen omnes Doctores Dominicani reliquerunt, vt Nugnus *de Sacram. tom. 2. q. 80. art. 4. difficult. 4.* Reuerendiss. Candidus *tom. 5. disquis. 2. art. 21. dub. 45.* & alij. Dicendum est itaque, verba Concilij continere præceptum sub onere peccati mortalis: quia, vt optimè obseruat Ioan. Præpositus eiusdem Societatis *in 3. part. q. 80. art. 4. dub. 4. num. 22.* quamuis Concilium solùm dicat, *confiteatur*, quod ex se non sufficienter indicat præceptum obligans sub mortali, communis tamen sensus Doctorum, qui est optimus legis interpres, illud Decretum intelligit sub mortali obligare. Et ideò, quamuis in Concilio non sit verbum præcipiendi, neque æquiualens; id tamen non semper est necessarium, sed aliquando sufficit verbum modi Imperatiui, præsertim quando ab initio sic fuit intellectum; sicut verè fuit verbum istud, vt optimè obseruat Hurtadus *de Sacrament. Eucharist. disp. 9. diffic. 7.* vnde patet responsio ad rationes, quæ pro negatiua sententia adducuntur.

RESOL. CLXX.

An Sacerdos, qui ex carentia Confessarij propter scandalum celebrauit, teneatur quamprimùm *confiteri?*

Et quomodo intelligenda sunt illa verba Concilij quamprimùm?

Et notatur, quod dictum preceptum Concilij quamprimùm *confitendi non extenditur ad laicos, nec ad Sacerdotem, qui instar laici Eucharistiam accipit, secus si talis Sacerdos celebraret, in die Parasceues, vel si assumeretur ad complendum Sacrificium ab alio inchoatum.* Ex part. 2. tract. 14. Ref. 60.

§. 1. AFfirmatiuè respondendum, ex verbis Concilij Tridentini *sess. 13. cap. 7. quòd si necessitate vrgente, Sacerdos absque præuia confessione celebrauerit, quamprimum confiteatur.* Quæ quidem verba continere præceptum, ex communi DD. sententia putauit Suarez *tom. 3. q. 66. sect. 7.* Reginaldus *tom. 1. lib. 29. c. 6. q. 4. sect. 3. n. 110.* Pesantius *in addit. ad 3. p. q. 10. disp. 5. de præcepto confessionis,* Nugnus *in 3. part. tom. 1. q. 80. art. 4. diffic. 4.* Coninch *de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 2. n. 24.* Filliucius *tom. 1. tract. 4. cap. 8. quæst. 5. n. 221.* Nauarr. & alij.

Sup. hoc præcepto in Ref. præterita, & in alsio eius annot.

2. Non desunt tamen DD. asserentes, in dictis verbis Concilij non adesse præceptum, sed consilium, sicque Sacerdotes ita celebrantes, non peccare mortaliter, si quamprimùm non confiteantur. Ita docuit Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 7. dub. 37. num. 7.* & Petrus Ledesma *in sum. part. 1. tract. de Euchar. cap. 15. ante concl. 9.*

Sup. hoc in Ref. seq. & in alsis eius primæ annot.

3. Sed stando in prima opinione difficultas est, quomodo intelligenda sint verba illa Concilij, *quamprimum*? Sancius *in selectis, disp. 32. num. 14.* putat illico finita Missa Sacerdotem adstrictum esse confiteri per dicta verba Concilij, & citat Suarez, & Vasquez. Vide etiam Henriquez *lib. 8. cap. 55. num. 4.*

Sup. hoc præteri Ref. annot. præteritæ, le-

4. Ego olim illa verba *quamprimùm*, id est, intra triduum, exponebam: nam, vt notat Gonzalez *in 8. regul. Cancell. gloss. 43. num. 51.* Riccius *p. 2. dec. 88. num. 9.* & Sanchez *de matrim. tom. 1. disput. 51.* & Coninch *de Sacram. disp. 25. dub. 2. num. 6.* dicitur quamprimum, & incontinenter fieri, quod intra triduum fit, *C. de error. aduoc.* vbi *in continenti, primo triduo, & l. fin. C. de indic.* ibi, *illico autem, id est, intra triduum.* Et tunc, nimis benigna hæc opinio aliquibus videbatur.

ge tamen quamuis recitanter in tom. 9. tr. 1. Ref. 21. §. vlt. & melius in tom. 9. tr. 7. ex Ref. 127. §. penult. & vlt. & quamuis non plene sup. hoc casu vide supra in tr. 1. ex Ref. 28. §. 2. à lin. 2.

5. Sed postea inueni apud grauissimos authores benigniorem opinionem. Ideo Fagundez *de præc. Eccles. tract. 3. lib. 3. cap. 8. num 9.* & ante illum noster Molfesius *in sum. tom. 1. tract. 5. cap. 10. num. 18.* & ante illum Petrus Binsfeldius *in Enchir. theol. pastoral. cap. 5.* asserunt satis esse, pro adimplendo supradicto præcepto Concilij, si Sacerdos, qui sic celebrauit, confiteatur suo tempore, nempe ante aliam celebrationem, & sic illud *quamprimum* exponunt, *cùm primum iterum celebrauerit.*

6. Sed posset aliquis dicere, si talis opinio esset vera, ad nihil obligaret supradictum præceptum Concilij, nam talis Sacerdos ante aliam celebrationem necessariò tenetur confiteri, propter scientiam peccati mortalis. Adde, quòd si talis Sacerdos, v. g. celebraret, & confiteretur post sex menses, vel annum, secundùm hos authores, adimpleret præceptum Concilij. At hoc est absurdum: nam si quis faceret aliquid post sex menses, vel annum, non faceret quamprimum. Ergo, &c. Vnde Zanardus *in direct. confess. part. 1. tract. de Euchar. cap. 7.* asserit, quòd sub præcepto talis Sacerdos tenetur confiteri, non immediatè, nec eo die, sed non differendo per longum tempus confessionem. Sed his non obstantibus opinio dictorum Authorum est probabilis, saltem per principia extrinseca.

7. Nota verò, quòd dictum præceptum Concilij quamprimum confitendi, non extenditur ad laicos, contra Nauarrum, Fagundez, Zanardum, & alios; voluntariè enim dicunt, quòd si Concilium interrogaretur, ita fuisset responsurum, quis enim hoc illis reuelauit, vt tradit Syluius *in 3. p. q. 80. art. 2. dub. 1.* & alij communiter.

Sup. hoc infrà in Ref. 185. & in alio vers. eius primæ annot.

8. Ex quo sequitur, Sacerdotem, qui sacramentum Eucharistiæ instar sæcularis accepit, non obligari hac lege, quia in illa communione non se habet vt Sacerdos, sed vt laicus. Ita Villalobos *in sum. p. 1. tr. 5. dub. 37. n. 8.* & alij. Secus esset, si talis Sacerdos celebraret in die Parasceues, vel si assumeretur ad complendum Sacrificium ab alio inchoatum: nam in huiusmodi casibus obligaret hoc præceptum Concilij. Vide citatos DD.

Sup. hoc infrà in Ref. 184.

Sup. his duobus diffic. magis latè infrà in Ref. 175. 176. & 177.

RESOL. CLXXI.

Quo pacto intelligendum est illud verbum quamprimum?

Et si fortè Sacerdos prima die haberet commoditatem confitendi, non habiturus sequentibus diebus, an tum sanè teneatur non differre confessionem, ne longiori mora recordetur? Ex part. 9. tract. 3. Ref. 23.

§. 1. OLim adduxi nostrum Molfesium, & alios docentes, illud verbum *quamprimùm*, intelligendum esse vsque ad aliam sequentem Communionem. Hanc sententiam meritò improbaui ex rationibus ibi adductis. Vnde optimè dixit Ioan. Præpositus *in 3. part. quæst. 80. artic. 5. dub. 4. num. 21.* ex particula, *quamprimùm* patere, quòd Concilium non respiciat subsequentem Communionem, quasi in ordine ad illam Confessionem præcipiat; sed quòd independenter ab omni alio Sacrificio, vel Communione præcipiat institui Confessionem, idque cùm primùm fieri poterit. Est igitur hæc opinio reiicienda, nec probabilis existimanda, vt rectè docet

Sup. hoc in Ref. præterita §. Sed stando. & infra in Ref. 176. §. Nota secundo. & seq. & in Ref. 153. §. vlt. & infrà in hac ipsamet Ref. lege §. vlt.

docet Auersa *de Sacrament. Euchar. q.8. sect.7.* quia, si hæc esset admittenda, ad nihil obligaret supradictum præceptum Concilij: nam talis Sacerdos ante aliam celebrationem necessariò iure diuino tenetur confiteri, propter scientiam peccati mortalis: ergo, si hæc explicatiò esset vera, ad nihil obligaret supradictum præceptum: ergo falsa est explicatio. Tum, quia, si talis Sacerdos, v. g. celebraret, & confiteretur post sex menses, vel annum, secundùm hunc Doctorem adimpleret præceptum Concilij: sed hoc videtur absurdum: ergo necessariò dicendum est, quòd sub præcepto talis Sacerdos tenetur confiteri, non immediatè, nec eodem die, sed non differendo per longum tempus Confessionem. Vnde reiiciendus venit Garcias, qui *in Summa Theol. mor. tract.3. difficult. 5. dub. 1. punct. 7. num.* 8. asserit, me hanc sententiam docere: nam in locis, quos ipse adducit, illam non doceo: & *resol. 54. tract. 14. part. 5.* vbi adduco Granadum, non loquitur iste de hoc casu, vt legentibus patebit. Idem dicendum est de Pellizzario *vbi infrà*.

Quæ hic est suprà Ref.57.

2. Itaque alij asserunt, hoc remittendum esse arbitrio boni viri. Ita docet Cardinalis de Lugo *de Sacrament. Euchar. disp.14. sect.7.* qui *num.* 161. me nominatim impugnat, qui docui, illud verbum, *quamprimùm*, intelligendum esse, intra triduum. Sed ego non recedo à sententia, quam docui, & quam nouissimè docet doctissimus Theologiæ Professor in inclyta Louaniensi Academia, Ioannes Vviggers, *de Sacram. in 3. part. D. Thoma, quæst.80. art. 5. dub. 2.* vbi sic ait: [Peret aliquis, intra quod tempus confiteri opotteat, vt quamprimùm dicatur confiteri? Respondetur, satis probabiliter à nonnullis sic id exponi, vt dicatur quamprimùm confiteri, si saltem intra triduum confitetur: ita enim leges, & Iurisperiti sentiunt, id fieri quamprimùm, aut ex incontinenti, quod intra triduum fit.] Ita ille. Et absolutè nostram sententiam tenet Reuerendiss. Sacri Palatij Apostolici Magister, Vincentius Candidus, *tom.3. disquis.2. art.22. dub.56.* sic asserens: [Mihi placet media, & benigna expositio, & intelligentia Coninch *de Sacram. disp.23. dub. 2. num.3. Quamprimùm*, id est, intra triduum. Quia, quod intra triduum fit, dicitur fieri quamprimùm, & incontinenter. Ita *in lege finali, Cod. de errore Aduocatorum*, ibi, *incontinenti*, id est, triduo & *l. final. Cod. de indiciis*, ibi, *illicò*, id est, intra triduum. Et confert doctrina Baldi ibi, & Felin. *cap. Veniens. el 2. de testibus, num. 15. fine.* Mandosij *de monitoriis, qu. 31. num.* 8. vbi docent dici incontinenti probari, quod intra triduum probatur: ergo satis benè explicantur verba S. Concilij Tridentini: *quamprimùm posteà confiteatur Sacerdos, qui, vrgente necessitate, habens copiam Confessarij, cum conscientia peccati mortalis celebrauit. Quamprimùm posteà, confiteatur*, id est, intra triduum.] Ita Candidus. Et, me citato, nostram sententiam tenet etiam Trullench *de Sacrament. lib. 3. cap. 6. dub. 4. num.* 26. & Auersa, *vbi suprà*, quibus adde amicissimum Patrem Pellizzarium *in Man. Regul. tom.2. tract. 8. cap. 2. sect. 1. num.* 116. & Eligium Bassæum *in Floribus Theol. mor. verb. Communio Sacra, num* 39.

3. Et hanc sententiam (seclusis aliquibus circumstantiis, de quibus ego, Candidus, & alij non sumus loquuti, vt si fortè Secerdos prima die haberet commoditatem confitendi, non habiturus sequentibus diebus: quia tunc sanè tenebitur non differre, ne longiori mora retardetur) approbat etiam Garcias *in summa Theol. mor. tract.3. difficult. 5. dub. 2. num.* 89. vbi hæc asserit. [Puede suceder, que aya obligacion de confessarse, se dentro de vn hora, y puede suceder que instarà la obligacion dentro de vn dia, ni dos: porque si acabando de dezir Missa se ofreciesse algun Confessor, juzgando que no lo tendra el dia siguiente, quando aya de celebrar, ni algunos dias despues, claro esta que estarà obligado à confessarse luego, porque aunque aquella dilacion es pequeña, quanto al tiempo, es empero grande quanto à la calidad, pues seria causa de que celebrasse otra vez sin confessarse, però si sabe, que el dia siguiente, y de alli à dos dias le tendrà la mano, quando aya de celebrar otra vez, muy prouable es, *& securum in praxi*, que lo puede diferir vn dia, y dos, porque aquella dilacion no es tan grande, que no puede verificarse aun con ella, la palabra *quamprimùm*, porque el Concilio habla de la manera que se vsa en el derecho, y en el derecho el *quamprimùm*, se estiende à esto, como se vee cap. *Eos, qui de sent. excommun.* donde se manda, que el, que escapò de la muerte, y tiene caso reseruado, del qual le absoluio el Confessor ordinario, se presente al Superior, *quamprimùm possit*, y aunque passen tres, ni quatro dias, nadie juzgarà que reincide: lo mismo afirma Thomas Sanchez *lib.2. in Decalog. cap. 10. num.* 55. del que tiene mandato de los señores Inquisidores, para que presente los libros prohibidos al Tribunal, que aunque passassen dos dias, no por esso traspassa el precepto, ni incurre en las censuras.] Hucvsque Garcias.

4. Nota verò, quòd Sancius *in Selectis, disput.32. num.* 14. putat, illa verba Concilij, *Quamprimùm postea confiteatur*, esse intelligenda, *quamprimùm* id est, illicò, finita Missa, Sacerdotem astrictum esse confiteri. Sed hæc intelligentia videtur nimis stricta, & rigorosa. Nota etiam, quòd Granadus *in 3. part. contr.6. tract.10. num.* 16. ex Sanchez, & aliis viris doctis, docet, non peccare mortaliter eum, qui ad crastinam diem differret Confessionem, eo quòd crastina die sit celebraturus, & tunc certò habiturus copiam Confessoris. Quare, licet hodie confiteri possit, non peccat lethaliter omittendo: quod ego certissimum puto. Vide etiam circa præsentem quæstionem Leandrum *de Sacrament. tom.2. tract.7. disp.7. q.53.* vbi me defendit ab impugnatione Cardinalis de Lugo, & contra ipsum probat, me rectè citasse aliquos Doctores, quod immeritò ipse negabat.

Sup. contentis in hoc §. lege Res. not. primæ huius Res.

RESOL. CLXXII.

An Sacerdos existens in peccato mortali, si voluntariè nō confessus celebret, teneatur quamprimùm *confiteri?*

Ex quo infertur quòd Sacerdos, qui sui peccati vincibiliter oblitus celebrat, non præmissa confessione, non tenetur præcepto Concilij de Confessione quamprimù.

Et notatur aliques eximere ab hoc præcepto Sacerdotem, qui ante Missam legitimè confessus, tamen per obliuionem prætermisit aliquod peccatum, cuius subinde recordatur ante Missam, non habens amplius copiam Confessarij.

Item, si ex iusta causa prætermisit in confessione scienter aliquod peccatum, & si habens etiam peccata reseruata non potuit de illis directè absolui. Ex part. 9. tract. 3. Res. 16.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Michaël Zanardus, Dominicanus, *in Director. Theol. part. 1. de Sacrament. Euchar. cap. 7.* vbi sic ait: [Quartò, debet proponere confiteri: si tamen non proponeret confiteri subitò nata occasione, non peccaret: sufficit enim, quòd proponat confiteri ante omnem aliam Communionem. Sed, quoniam Concilium Tridentinum iubet *sess. 13. cap. 7.* quòd qui sic communicauit sine Confessione, debet quamprimùm confiteri,

Sup. hoc in Res. seq. & in Res. 1. post seq. §. vlt. ante medium, à verf. & ideo Sacerdos, & infrà in Res. 178. in fine & in Res. 182. breuiter in fine §. 2.

S

confiteri, ideò si non confiteretur quamprimùm, faceret contra præceptum Concilij, & ideò mortaliter peccaret. Vnde sub præcepto tenetur quamprimùm confiteri, id est, non immediatè, nec eo die; sed non differendo per longum tempus Confessionem: quod sentio obligare Sacerdotes sic communicatos ex obliuione, vel malitia.] Ita ille, cui adde Ioannem Vviggers *in 3. part. de Sacrament. qu.* 80. *art. 5. dub. 2. num.* 14. sic asserentem: [Nobis non probatur sententia multorum, qui docent, si contingat, Sacerdotem, qui habet conscientiam peccati mortalis, communicare sine præuia Confessione, non quia deest copia Confessoris; sed, quia sine nota infamiæ non potest confiteri, puta, quia occurrit illis peccatum in Missa inchoata, aut simili de causa; non teneri verbis illis Concilij ad quamprimùm confitendum; & multò minùs istorum, qui idem dicunt de Sacerdote, qui sciens, & volens non confitetur, & cum conscientia peccati mortalis celebrauit, etiamsi commodè confiteri potuerit: quamuis enim Concilium anteà dixerit, perpetuò esse seruandum, (quòd, scilicet, præmittatur Confessio,) etiam à Sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, modò non desit illi copia Confessoris; tamen quòd subiungit præceptum de facienda deinde Confessione quamprimùm, non restringit illud ad illos Sacerdotes solos, qui ob inopiam Confessoris celebrauerint sine sacramentali Confessione præuia; sed simpliciter dicit: *Qui, necessitate vrgente, absque præuia Confessione celebrauerint, quamprimùm confiteantur*, quæ proinde verba censentur meritò comprehendere omnes, qui ita, sine Confessione præuia, celebrauerint, neque ex eo, quod præcessit, videtur sufficiens sumi argumentum sic restringendi, prout alij restringunt.]Hucvsque Vviggers. Quod potest probari ex argumento à minori ad maius: quia, si Sacerdos, celebrans ex necessitate sine malitia, absque præmissa Confessione, tenetur quamprimùm confiteri: ergo à fortiori tenetur Sacerdos, qui sacrificauit ex malitia: quia par non est, vt commodum reportet ex suo delicto.

2. Sed ego puto, his non obstantibus, negatiuam sententiam tenendam esse: & ita tenet, me citato, Leandrus *de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 7. quæst.* 51. Stephanus à Sancto Gregorio *de Sacram. lib. 3. cap.* 26. *n.* 12. Suar. *in 3. part. tom. 3. disp. 66. sect. 7.* Mercerus *de Sacram. quæst.* 80. *art. 4. dub.* 10. Granado *in 3. part. contr. 6. tr. 10. disp. 7. n.* 15. Araujo *in 3. part. quæst.* 80. *art. 4. n.* 29. Filliucius *tom. 1. tract. 4. cap. 8. n.* 122. *&* 123. Nugnus *de Sacram. tom. 2. quæst.* 80. *art. 4. diffic. 4. concl.* 3. & alij communiter. Probatur: quoniam nullum est tale præceptum, nisi impositum à Tridentino: sed in illo tantùm fit mentio de Sacerdote celebrante sine Confessione vrgente necessitate: ergo in aliis casibus non est talis obligatio, siue pro laico, siue pro Sacerdote. Patet consequentia: quoniam præcepta pœnalia non sunt extendenda magis, quàm sonant: ergo.

3. Ad argumentum contrariæ sententiæ respondeo, quòd in lege positiua non valet argumentum à minori ad maius: tum, quia non obligat, nisi quatenus in ea exprimitur: sed in Concilio Tridentino non exprimitur, Sacerdotem ex malitia celebrantem sine Confessione teneri quamprimùm confiteri. Tum, quia Concilium facilè sibi potuit persuadere, Sacerdotem, ex malitia celebrantem, non statim expiaturum sua peccata per Confessionem, cùm temerè ausus sit graue sacrilegium ex malitia perpetrare in Eucharistiæ Sacramento suscipiendo: ergo, cùm non exprimat Sacerdotem ex malitia celebrantem, talis vi præcepti Concilij Tridentini non obstringitur post celebrationem quamprimùm confiteri.

4. Ex his infertur à fortiori cum Castro Palao *tom. 4. tr. 21. disp. vnica, punct. 6. §. 2. n. 9.* quòd Sacerdos, qui sui peccati inuincibiliter oblitus celebrat non præmissa Confessione, non tenetur præceptu Concilij de confitendo quamprimùm.

Sup. hoc primo infra in Res. 185. §. 1. in fine, à vers. qui etiam putat, & pro cõtento à vers. Item si huius §. infrà in Res. 181. & in aliis eius not. secundæ, & pro reseruatis cõtentis etiam in hoc textu in Res. prima huius auctor. & in aliis eius primæ annot.

5. Nota, aliquos eximere ab hoc præcepto Sacerdotem, qui ante Missam legitimè confessus, tamen per obliuionem prætermisit aliquod peccatum, cuius subinde recordatur ante Missam, non habens ampliùs copiam Confessarij. Item, si ex iusta causa in Confessione prætermisit scienter aliquod peccatum: & si habens etiam peccata reseruata, non potuit de illis directè absolui, quamuis illa quoque Confessario exposuerit. In his enim casibus Sacerdos non celebrat absque præuia Confessione: siquidem verè illam præmisit. Sed, secundùm aliquos dici debet, Sacerdotem, qui sic celebrauit, adstringi hoc præcepto quamprimùm posteà confitendi; quia iure ordinario prærequiritur Confessio omnium mortalium peccatorum: si ergo quis ex obliuione, aut iusta causa prætermisit aliqua in Confessione, vel ob reseruationem nõ potuit directè de aliquibus absolui, & ex necessitate celebrauit eorum conscius, debebit adhuc quamprimùm posteà ea confiteri, & absolutionem quærere; quia Decretum & intentum Concilij est de omnibus, & singulis peccatis, quorum Sacerdos conscius erat. Vide Lugum *disp.* 14. *sect.* 7. & de hoc ego *alibi*.

Alibi vt in Resolutionibus nos præteritæ huius §.

RESOL. CLXXIII.

An Sacerdos, qui ex malitia, & culpabiliter celebrat absque confessione, teneatur præcepto Concilij Tridentini sess. 13. cap. 7. quamprimùm *confiteri?*

Et an idem dicendum sit de illo, qui non præmissa confessione celebrat, & inter celebrandum meminit ante Communionem se esse in statu peccati mortalis? Ex part. 10. tract. 16. & Misc. 6. Res. 78.

§. 1. NEgatiuè respondet Cardinalis Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 14. sect. 7. num.* 150. quia Concilium apertè loquitur de illo, qui necessitate vrgente, celebrat; & quidem in his præceptis positiuis non debemus arguere ab vno ad alium casum; præsertim cum sit maior ratio in præsenti; tum quia hoc præceptum ordinatur ad iniiciendum metum iis, qui prætextu necessitatis celebrandi differre possunt diu Confessionem; posito autem hoc nouo præcepto, diligentius quærent Confessarium: illis autem, qui ex malitia id faciunt, non erat necesse iniicere talem metum, cum iam sciant, se obligari sub peccato ad præmittendam Confessionem: tum etiam, quia præceptum hoc in ordine ad illos, non esset vtile, sed occasio certa noui peccati absque vlla spe fructus. Quomodo enim sperabitur confessurus statim post Missam propter hoc nouum præceptum Ecclesiæ, quo, contempto præcepto Diuino, celebrat nunc absque confessione. Ita Lugo. Sed aduersus illum nouissimè insurgit Martinon *in Theolog. Schol. tom. 5. disputat. 49. sect. 8. numero* 87. putat enim, Sacerdotem sic celebrantem à fortiori contineri sub præcepto Concilij, eo quod Concilium Tridentinum ait: Si necessitate vrgente, &c. potat non esse dictum, vt excluderet casum extra necessitatem: sed vt disertè exprimeret illum, de quo magis dubitari poterat, & in quo necessitas videri poterat excusare. Nec obest, quod præceptum hoc non adeò prodest malitiosis. Neque enim propterea non debent vrgeri præceptis, & oneribus, vt resipiscant. Hæc Martinon, qui poterat in fauorem suæ sententiæ adducere etiam Syluium *in 3. part. quæst. 80. art. 4. dub. 2.*

Sup. hoc in Res. præterita, & in Res. seq. §. vit. ante mediũ, vers. & ideo Sacerdos, & infrà in Res. 178 in fine. & in Res. 182. cursim in fine §. 2.

Verùm

Verùm his non obstantibus ego puto non esse recedendum à sententia Cardin. de Lugo, quam nouissimè cum aliis tenet eius Frater P. Franciscus de Lugo, *de Sacram. lib. 4. cap. 6. quæst. 8. n. 70.* nam in præceptis positiuis non valet argumentum à minori ad maius; nec arguere valemus ab vno casu ad alium. Præsertim cum in celebrante sacrilegè deficiat finis humani præcepti; quod certè non cogeret ad confessionem postmodum quamprimùm faciendam illum, qui scienter violat præceptum Diuinum præmittendi confessionem ante communionem: vnde potius esset occasio noui peccati: & ideò, vt dixi, opinio Martinon, mihi non placet.

Sup. hoc infrà lege doctrinam Ref. 178. & Ref. & §. eius primæ not.

2. Notat verò dictum Martinon *vbi suprà*, contra eundem Cardinalem Lugo docere idem dicendum esse de eo, qui non præmissa confessione celebrat, & inter celebrandum meminit ante Communionem, se esse in statu peccati mortalis. Talis enim, si tunc non potest confiteri, tenetur conteri, & data prima commoditate confiteri, quia celebrauit absque confessione præuia, vt ait Tridentinum, præuia, inquam, ad Communionem, de qua loquitur idem Concilium verbis proximè antecedentibus illud præceptum consequenter ad illud Apost. 1. Cor. 11. *Probet autem seipsum homo* (per confessionem) *& sic de pane illo edat, & de calice bibat.* Debet autem hoc nouum præceptum intelligi latum esse Sacerdotibus, iuxta subiectam materiam, & consequenter ad verba præcedentia.

3. Sed his non obstantibus, licet probabiliter dicta sint, ego puto, sententiam Card. de Lugo, esse probabiliorem; & illam, tenet P. de Lugo *vbi suprà n. 69.* Vnde Rubrica Missalis Sacerdoti, qui conscientiam habuit peccati mortalis ante Missam inchoatam præscribit, vt habeat contritionem, & postèaquam primùm confiteatur; illi verò qui talem conscientiam in ipsa solùm celebratione recognoscit, dumtaxat præscribit, vt habeat contritionem cum proposito confitendi, & satisfaciendi, videlicet suo tempore.

RESOL. CLXXIV.

An si quis non habens copiam Confessarij, vel vrgente necessitate celebrat cum interna voluntate, quod si adesset Sacerdos ad illum non accederet, teneatur, hoc non obstante, quamprimùm confiteri?

Et an Sacerdos obligetur hoc præcepto statim confitendi, quando non habens copiam Confessarij, necessitate vrgente, celebrauit non præmissa confessione, nec contritus, sed indignè?

Et quid, si sine necessitate celebrat in peccato mortali? Ex part. 9. tract. 3. Ref. 31.

§. 1. HOc dubium nimis curiosum inuenio apud Amicum *in Cur. Theol. tom. 7. disput. 26. sect. 2. num. 32.* vbi sic ait: [Vna hîc superest difficultas, an hoc præceptum se extendat ad eos, qui, quamuis & inopiam Confessoris habeant, & necessitas vrgeat celebrandi; adhuc tamen ad celebrandum accedunt cum interna voluntate non accedendi ad Confessarium, etiamsi adesset. Ratio dubitandi est: quia hoc præceptum solùm iis videtur à Concilio impositum, qui bona fide licitè ob defectum Confessoris, necessitate vrgente, ad celebrandum accedũt. Sed hic illicitè, & mala fide accedit cum voluntate non præmittendi sacramentalem Confessionem peccati mortalis, etiamsi Confessarius adesset: igitur non videtur hoc nouo Concilij præcepto de Confessione statim facienda obligari. Nihilominùs probabilius puto, hunc teneri. Fundamentum est: quia Concilium in hoc præcepto instituendo non tam attendit ad internam voluntatem Sacerdotis ad celebrandum accedentis, quàm ad externam Confessoris inopiam, & vrgentem necessitatem: ergo, si reuerà hîc habet inopiam Confessoris, & vrget celebrandi necessitas, quidquid sit de interna ipsius voluntate, comprehenditur sub hoc præcepto. Confirmatur: nam, si quis habens Confessoris inopiam, & vrgeat celebrandi necessitas, accedat cum sola attritione putata, comprehenditur sub hoc præcepto: ergo etiam qui accedit cum voluntate non confitendi, si adesset Confessarius. Antecedens, me iudice, constat: cùm Concilium in suo Decreto non expresserit, vt quando Sacerdos non habet copiam Confessarij, & vrget necessitas, debeat accedere contritus: sed solùm dixerit, quando deficiente copia Confessoris, & necessitate vrgente, absque præuia Confessione celebrauerit, quamprimùm confiteatur. Consequentia verò probatur: nam eodem modo accedit mala fide, qui cum conscientia peccati mortalis in tali casu ad celebrandum accedit cum sola attritione putata, quàm qui accedit cum voluntate Confessionem non præmittendi, etiamsi Confessarius adesset.] Hæc omnia Amicus.

2. Hîc etiam quærendum venit, an Sacerdos obligetur hoc præcepto statim confitendi, quando non habens copiam Confessoris, necessitate vrgente, celebrauit non præmissa Confessione, nec contritus, sed indignè. Respondeo affirmatiuè. Ratio est: quia Concilium, vt ferret hoc præceptum, non attendit ad interiorem dispositionem, cum qua quis accederet; sed ad exteriorem occasionem, quam habere posset, non præmittendi Confessionem celebrationi. Quare, siue Sacerdos dignè, siue indignè ad celebrandum accedat, dummodò necessitate vrgente, ob inopiam Confessoris, non præmittat Confessionem celebrationi; semper hoc præcepto obligabitur; & ideò Sacerdos habens copiam Confessoris, non ex necessitate, sed ex malitia celebrans non præmissa Confessione, quamuis indignè celebret, non tamen obligatur hoc præcepto, quamprimùm confiteri: quia Concilium solùm loquitur de Sacerdote, qui necessitate vrgente, non præmittit Confessionem celebrationi. Quòd si obiicias: qui necessitate vrgente, ob inopiam Confessoris, non præmissa Confessione, cum sola contritione celebrat, dignè accedit ad Eucharistiam, & tamen obligatur hoc præcepto statim confiteri: ergo multò magis obligabitur, qui absque necessitate, habens copiam Confessoris, sine Confessione ex malitia celebrat, quia accedit indignè, imò peccat mortaliter accedendo. Respondeo negando consequentiam: quia est diuersa ratio vtriusque: nam hoc præceptum, inter alias causas, latum est ad tollendam occasionem fingendi necessitatem celebrandi sine præuia Confessione, vel nimiùm differendi illam: nam, cùm Sacerdoti imposita sit obligatio confitendi statim post celebrationem, si anteà non potuit, multò magis erit sollicitus timoratus Sacerdos de præmittenda Confessione. Hæc autem ratio non procedit in illo, qui sine necessitate in peccato mortali celebrat: & ideò nõ oportuit nouam obligationem ei imponere; quia satis ei erat præceptũ diuinum de præmittenda Confessione. Et hæc omnia docent Vasquez *tom. 1. disp. 208. cap. 4. n. 19.* Suar. *tom. 3. disp. 66. sect. 7.* & alij.

Sup. hoc latè in duabus præcedentibus Ref. & cursim in fine Ref. 175. & in Ref. 182. breuiter in fine, §. 2.

RESOL. CLXXV.

An Sacerdos, qui in die Parasceues officium facit, si vrgente necessitate, vel non habens copiam Confessarij hoc faciat absque præuia confessione, teneatur

quamprimùm *confi:eri?* Ex part.9. tract 3. Ref.29.

Sup.hoc in Ref. seq. & supra cursim in fine Ref. 170.

§. 1. VIdetur prima facie negatiuè respondendum: quia Concilium ad hoc præceptum, solùm obligat illos, qui celebrant, hic autem non videtur celebrare: nam celebrare propriè importat sacrificare, hic autem non sacrificat, sed solùm communicat. Vnde, si in hanc diem incidat Festum obligans ad Sacrum audiendum, non tenebitur populus huic sanctæ actioni interesse; quia cùm non sit propriè Sacrificium, non tenebitur illi interesse, cùm ex vi Præcepti non teneatur nisi interesse Sacrificio, vt ex pluribus *alibi* notauimus ex declaratione Sacræ Cõgregationis Indicis.

Alibi in tom. 2. tr. 3. Ref. 19. & in aliis §§. & veri. etiam primæ not. & etiam secundæ.

2. Sed prorsus, existimo, affirmatiuæ sententiæ adhærendum esse. Ratio est: quia etiam hæc actio ab Ecclesiasticis Authoribus dicitur celebratio, & Sacerdos, qui illam exercet, absolutè dicitur celebrare. Vnde in Rubricis feriæ sextæ Parasceue dicitur: *Celebrans facta reuerentia vsque ad terram*, &c. Nec refert, quòd iste propriè non sacrificet: nam sufficit, vt exerceat actionem, quæ dicatur celebratio, sub cuius nomine Concilium suum Decretum exprimit. Neque etiam obstat, quòd tali actioni non tenetur interesse, qui Ecclesiastico Præcepto obligatur ad Sacrum audiendum: quia plus requiritur ad Sacrificium, ad quod tantùm obligat Ecclesiasticum præceptum, quàm ad celebrationem, sub cuius tantùm nomine Concilium suum Decretum expressit. Et ita hanc sententiam tenet, me citato, Caspensis *in Cursu Theolog. tom. 2. tract. 23. disp. 9. sect. 3. num. 27.* Mercerus *de Sacram. q.80. art. 4. dub. 2.* &, me citato, Auersa *de Sacrament. Euchar. q.8. sect.7.* Persicus *de offic. Sacerd. lib.1. c.1. dub.15. num.173.* Præpositus *in 3.part. quæst.80.art.5. dub.4. num. 20.* Stephanus à Sancto Gregorio *de Sacram. lib.3. cap. 26. num. 12.* &, me citato, Pellizzarius *in Man. Regul. tom.2. tract.8. cap. 2. sect.1. num. 116.* &, me citato, Leandrus *de Sacrament. tom. 2. tractat.7. disp.7. q.49.* Trullench *de Sacram.lib.3. cap. 6. dub.4 num.27.* Filliucius *tom. 1. tract.4. c.8. num.223.* Suar. *tom.3. in 3. part. disputat.66. sect.7.* & alij communiter.

RESOL. CLXXVI.

An qui in peccato mortali existens celebrauit in die Parasceues sine præuia confessione, teneatur quàm primùm, *confiteri ex præcepto Concilij Tridentini* sess.13. cap.7.

Et an in dicto præcepto comprehendatur ille Sacerdos, qui sine præuia confessione Sacrificium alterius Sacerdotis deficientis post consecrationem consummat, & complet?

Et docetur præceptum Concilij quamprimùm *confitendi non obligare sub mortale, nisi vltra triduum.*

Et qui intra triduum non confitetur pro adimplendo præcepto dicti Concilij, an saltem peccet venialiter pro illa mora?

Et an aliquando aliquis excommunicatus, vrgente necessitate sacrificandi, vel communicandi, possit celebrare, vel Eucharistiam sumere absque præuia confessione, vel contritione?

Attentè lege, obsecro hunc vltimum curiosum casum in §. vltimo huius Resolutionis, quia titulus hic non potest illum breuiter comprehendere, & significare. Ex part.10. tr. 12. & Misc.2. Ref.16.

Sup. hoc in Ref. præterita, & cursim suprà in fine Ref.170.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam sæpiùs docui: sed nouissimè Dicastillus, *de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disput. 9. dub. 9. numer. 157.* huic sententiæ, me citato assentitur, non tanquàm omninò certæ doctrinæ, sed tanquàm probabili. Neque (ait ipse) video satis firmum fundamentum; Nam, quod dicunt, illam non esse Communionem laicam, cui fundamento nititur Diana; verum est, ideò probabilem video sententiam. Sed adhuc posse responderi, non esse omninò Sacerdotalem: Nam Sacerdotalis illa est, qua Sacerdos ex consecratis tunc à se reficitur, ita vt Communio Sacerdotalis sit consummatio Sacrificij ab ipso facti: quod Sacrificium illa die non fit, sed ex præconsecratis (etiam ab alio) præcedenti die fit tota illa solemnitas. Vndè, sicut ipse Lugo, *numer. 150.* dixit, casum celebrantis non præmissa confessione ex mera malitia, non comprehendi in hoc præcepto; quia non debemus in præceptis positiuis argumentari ab vno casu ad alium, præsertim quando est maior ratio in vno, quàm in alio; sic etiam hîc non debemus argumentari à celebratione Missæ ad illam, quæ non est Missæ celebratio, sed Communio sine Sacrificio, in qua non est tanta ratio sic præcipiendi, sicut in illa, quæ est verè confectio Sacrificij. Vndè, sicut ipse Lugo, & cæteri communiter, reiicimus Vazquium dicentem, esse obligationem, si festum incidat in Parasceuem, audiendi illam celebritatem, quia succedit loco Missæ: quod video vel maximè reiicimus, quia non sufficit hoc, vt ab vna materia in aliam transferamus præceptum: ita in præsenti casu posset quis respondere, non sufficeret, quòd illa sit actio Sacerdotalis, & Communio non mere Laica, vt præceptum etiam ad illum casum se extendat. Quod vero ait Lugo, etiam illa die dici Sacerdotem celebrare, vt passim habetur in Rubricis Missalis; parum vrget, Vox etiam *celebrare, & celebritas*, etiam Vesperis solet accõmodari. Sic Gregorius magnus, & alij notant, in Ecclesia non solùm veteris legis, sed etiam nouæ Festa celebrari à Vespera in Vesperam; imò nomen celebritatis actioni publicæ, & cum solemnitate solet accommodari. Vnde non video, eam sententiam ità firmo niti fundamento, vt certò ausim affirmare, teneri sub mortali, quàm primùm confiteri eum, qui sic in illa die celebrauit; licèt existimem probabilius esse, teneri. Hucvsque Dicastillus. Sed ego puto, non esse recedendum à communi sententia affirmatiua.

Sup. hoc in Ref.seq.& suprà in fine Ref. 170.

2. Nota etiam hîc obiter Primò, me olim etiam docuisse, quòd in dicto præcepto Concilij Tridentini comprehenditur ille Sacerdos, qui Sacrificium alterius Sacerdotis deficientis post Consecrationem consummat, & complet, quia tunc verè dicitur celebrare, saltem partialiter, & non accipere Communionem more Laicorum, & moraliter gerere vnam quasi personam, & vnum Ministrum Christi cum altero Sacerdote deficiente, in cuius locum sufficitur, vt sit Minister Sacrificantis præcipui, qui est Christus. Verùm Dicastillus *vbi suprà* me citato, *num.159.* putat hæc non ità conuincere, vt non possint ex probabilibus principiis eludi; maximè, cùm agamus de obligatione præcepti positiui affirmatiui, in cuius obiecto, & materia, si aliquid deficiat ab eo, quod ordinario, & communi modo solet contingere, facilè est inuenire euasionem.

Quæ hic est suprà in Ref. 171. & in Ref. 170. §. Sed standò. & infrà in Ref. 183.

3. Nota secundò, me olim etiam docuisse præceptum Concilij quàm primùm confitendi, non obligare sub mortali, nisi vltrà triduum: sed Cardinalis de Lugo, *de Euchar. disput. 14. num. 161.* inuehitur contra me hoc asserentem. Verùm præter alios; quos adduxi *in parte 9. tractat.3. ref 23.* in mei fauorem nouissimè dictus Pater Dicastillus, *vbi suprà num. 165. & seqq.* me citato, nostram

senten

sententiam sequitur, ac confirmat & doctè, vt semper solet me defendit acriter ab omnibus impugnationibus, quas contrà sententiam nostram adduxerat dictus Eminentissimus Cardinalis de Lugo Vide illum, & non pigebit. Vide etiam in mei defensionem Bossium *in Moral. tom. x. tit.* 3. §. x1. *numer.* 208.

4. Sed si aliquis quærat, an stando in mea sententia qui intrà triduum non confitetur pro adimplendo dicto præcepto Concilij, an saltem peccet venialiter pro illa mora? Affirmatiuè videtur respondere Cardinalis Lugo, vt obseruat Dicastillus, *num.* 166. Sed ipse existimat nec leuiter peccare præcisè ex vi præcepti; quia tota vis sita est in hoc, quòd quandò non agitur de alio incommodo, quàm de mora, & dilatione per illas dictiones, *quam primùm, statim &c.* iura, & leges tantùm significant triduum, ita vt quantum ad sensum, & moralem interpretationem idem dicere *quam primùm, statim, illicò, &c.* atque dicere, intrà triduum, ita vt vna vox sit interpretatio alterius. Sic enim leges vna per alteram interpretantur, *leg. fin. Cod. de errore Aduocatorum* ibi: *in continenti*, id est, *triduò*, & *leg. fin. Cod. de Indiciis*, ibi: *illicò autem*, id est, *intrà triduum*. Sicut ergo, si præceptum, aut lex mandaret expressis verbis aliquid fieri intrà triduum: nemo posset, dicere, leuiter contra legem agere eum, qui differt actionem mandatam vsque in tertiam diem, & in fine illius integrè præstaret officium: ita nec peccabit leuiter, quando dicit *statim*, quamprimùm, &c. quia vt supponimus idem in hac materia significant. Tota data doctrina videtur fundari in eo, quòd cùm leges, & Superiores nihil aliud explicent, vel res ipsa manifestè non postulet maiorum celeritatem; non videntur quasi instantaneam, & mathematicam celeritatem postulare, sed benignè sunt interpretanda mandata iuxtà mores hominum, & aliarum legum in quibus per eas voces non maior celeritas postulatur.

5. Et tandem nota hìc casum curiosum, posse videlicet aliquando aliquem excommunicatum vrgente necessitate sacrificandi, vel communicandi, celebrare, vel Eucharistiam sumere absque præuia confessione, vel contritione; v. g. Petrus mandat Ioanni percutere, aut occidere procul absentem Franciscum Sacerdotem: iuit Ioannes executurus mandatum: interim dùm is pergit, Petrus pœnitentia ductus omnem adhibet diligentiam reuocandi Ioannem; sed irrito conatu, quia iam ille perrexit nimis procul: sed antè quàm eo veniat, vbi possit Franciscum percutere, Petrus attritus confitetur, certus quòd, cùm nondùm perueneri Ioannes ad locum, non executus fuerit mandatum; atque adeò, quòd nondùm ipse Petrus incurrerit excommunicationem (quæ, vt suppono, non incurritur ante consummatum opus.) Ecce iam Petrus ab omni culpa mundatus in puncto, quo Ioannes exequitur, incurrit excommunicationem existens in gratia. In hoc casu dico, quòd, si vrgeat necessitas communicandi; & non sit qui possit Petrum absoluere à censura, potest non obstante censura, communicare, nulla præmissa confessione (etiamsi adsit Confessarius, qui possit à peccatis absoluere, sed non à censura) atque etiam absque vlla contritione, quam tenetur habere post incursam censuram. Quod facile est probare. Nam ad confessionem non tenetur, quia iam fuit legitimè confessus ante incursam censuram: ad contritionem verò non, quia est gratia per eam confessionem, & non ampliùs peccauit, vt supponimus, quem statum gratiæ non sustulit incursus censuræ: ergo ex nullo capite tenetur confiteri, aut conteri. Adde, quòd nec possit confiteri, donec absoluatur à censura, quia nulla est necessitas confessionis, nec ratione Communionis, nec ex alio capite: imò, si adesset qui posset absoluere à censura; sola ea absolutio absque alia sacramentali satis esset, vt videtur notum positis prædictis circumstantiis. Et hæc omnia docet Dicastillus, *vbi suprà num.* 8. *dub.* 130. quæ secundùm eius mentem dicta esse volo, & in gratiam curiosorum; est enim vir doctissimus, & acuti ingenij.

RESOL. CLXXVII.

An Sacerdos, qui vrgente necessitate complet Sacrificium ab alio inchoatum, etiam post consecrationem, teneatur quamprimùm, *confiteri?* Ex part. 9. tract. 3. Res. 30.

§. 1. Affirmatiuè respondeo cum Amico *in Cur. Theol. tom.* 7. *disput.* 16. *sect.* 2. *num.* 34. &, me citato, Caspensi *in Cur. Theolog. tom.* 2. *tract.* 21. *disput.* 9. *sect.* 2. *num.* 27. & Reuerendiss. Candido *tom.* 3. *disquisit.* 2. *art.* 21. *dub.* 61. qui docet hoc, etiam facta consecratione. Et ratio est: quia hæc actio est propriè Sacerdotis, & sub nomine celebrationis meritò comprehenditur, iuxta communem vsum, & sensum huius vocis: ergo tenetur etiam hic Sacerdos, qui assumitur in tali casu, ad consummandum Sacrificium, vrgente necessitate, cum conscientia peccati mortalis; tenetur, inquam, vi Præcepti in Concilio conditi, quamprimùm posteà, finito Sacrificio, confiteri. Et hanc sententiam, me etiam citato, tenet Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 1. tr. 8. cap. x. sect. 1. num.* 116. Sup. hoc in Ref. præterita. §. Nota etiam hic, & cursim suprà in fine Ref. 170.

RESOL. CLXXVIII.

An Sacerdos, qui in ipsa actione celebrandi recordatur alicuius peccati mortalis, licet tunc eliciat actum contritionis, teneatur postea quamprimùm *confiteri, stante supradicto præcepto?*

Et quid est dicendum de Sacerdote, qui ex malitia celebrat non confessus; vel qui in ipso Sacrificio mortaliter peccaret ante communionem? Ex part. 2. tract. 14. Res. 61.

§. 1. Affirmatiuè respondet Suarez *in* 3. *part. tom.* 3. *disp.* 66. *sect.* 7. Regirald. *in praxi, tom.* 1. *lib.* 29. *c.* 7. *n.* 110. Bonacina *de Sacram. disp.* 4. *q.* 6. *punct.* 1. *n.* 39. Squillante *de oblig. cler. p.* 1. *n.* 131. & ex nostris Megala *in* 1. *p. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 2. Molfesius *in sum. tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 10. *n.* 18. cum aliis. Ratio verò est, nam talis Sacerdos celebrat vrgente necessitate, præuia confessione. Sup. hoc in Ref. seq. & in Ref. 1. post seq. §. 1. & suprà in Ref. 175. §. Notat.

2. Sed mihi semper visa est opinio Vasquez probabilior, quam ipse publicè docuit in Collegio Romano anno 1587. vt testatur *in* 3. *part. tom.* 3. *disputat.* 208. *cap.* 3. *numer.* 19. Dico igitur, si ante sumptum Sacramentum quis recordetur alicuius mortalis, illud tamen non confiteatur, non quia desit copia Confessarij, neque prætextu illius, sed propter scandalum aliorum, & ne incurrat infamiæ notam, non teneatur postea, ex præcepto Concilij quamprimùm confiteri; quod probatur ex verbis, & mente Concilij. Nam postquam Concilium explicuit nobis vim præcepti de præmittenda confessione, addidit, *modo non desit copia Confessarij, quòd si necessitate vrgente, absque præuia Confessione celebrauerit,*

quamprimum confiteatur; hoc autem non accidit, quando Sacerdos ideo solùm non confitetur, ne notam infamiæ incurrat, cùm tamen aliàs copiam habeat confessarij. Ergo, &c. Itaque secundùm Vasquez, prædictum præceptum Concilij solùm obligat, quando Sacerdos non habens copiam confessarij, & vrgente necessitate compulsus, non præmisit confessionem, cùm tamen antequam celebraret conscius esset peccati mortalis. Quare si aliquis Sacerdos, bona fide accedit ad altare, absque conscientia peccati mortalis, ibi autem recordatur alicuius, non tenebitur prædicto præcepto. Et hanc opinionem Vasquez docuerat antea Sayrus *de Sacram. lib.* 2 *c.* 7. *art.* 2. & postea Syluius *in* 3.*part.quæst.*80.*art.*4. *dub.* 2. vbi asserit contrarium esse dicendum de Sacerdote, qui ex malitia celebrat, non confessus, vel qui in ipso Sacrificio mortaliter peccaret ante communionem, licèt aliqui hoc negent, & probabilius, vt Nugnus *in* 3.*part.tom.*1.*quæst.*88.*art.*4.*diffic.*4.

Sup. hac materia suprà in Res. 172.&c. & sup. hoc vltimo in Res. seq. à lin.6.& prope finem, à vers. Oque de hecho se cometio. & ibi in fine, vers. qui in ipso actu.

RESOL. CLXXIX.

An Sacerdos teneatur quamprimùm *confiteri, si post consecrationem, ante tamen sumptionem, recordetur alicuius peccati mortalis?*

Et quid est dicendum de illo, qui in ipso actu celebrandi committit aliquod peccatum mortale, etiam post consecrationem, licèt communicauerit, præmissa contritione?

Et quid, si recordetur peccati obliti post sumptionem, vel finitam Missam?

Et quid est sentiendum, si ante celebrationem fuisset confessus, & alicuius peccati obliti mortalis recordaretur ante sumptionem?

Idem est de eo, qui antè Missam confessus est omnia peccata mortalia præter vnum, quod iustis de causis tacuit, vel de eo, qui habens casum reseruatum, & non potest recurrere ad Superiorem, vrgente necessitate celebrandi, confitetur inferiori? Ex part. 9. tract.3. Resol.24.

Sup. hoc in Res. præterita, & in aliis eius primæ not.

Sup hoc prope finem huius Res. vers. Oque de hecho & in fine vers. qui in ipso actu. & in Res præterita in fine, vers. vel qui in ipso.

Sup. hoc, quod hic docetur cũ eodẽ Candido ad literam, in Res. seq. §. 2. sed lege Res. not. primæ huius Res.

§.1. Affirmatiuè respondet Candidus *tom.*3.*disp.* 2. *art.*22. *dub.*59. *num.*67. vbi sic ait: [Sacerdos celebrans, si post consecrationem, ante tamen sumptionem, recordetur alicuius peccati mortalis, vi præcepti in Sacro Concilio conditi tenetur post celebrationem quamprimùm confiteri. Similiter tenetur confiteri quamprimùm finita celebratione, si aliquod peccatum commiserit post consecrationem, licèt communicauerit præmissa contritione: quia tunc dicitur celebrare, & communicare vrgente necessitate, sine præmissa Confessione: sed Sacerdos celebrans, vel communicans vrgente necessitate sine præuia Confessione, si aliàs habeat copiam Confessarij, obstringitur vi præcepti Concilij Tridentini quamprimùm posteà confiteri. Ergo.] Ita ille: qui tamen posteà *dub.* 60. docet, quòd si Sacerdos, qui solùm propter obliuionem celebrat, & communicat absque Confessione præmissa; vi Præcepti in Concilio conditi non tenetur posteà quamprimum confiteri. Quia oblinio non propriè dicitur vrgens necessitas: sed Concilium statuit, quòd Sacerdos celebrans vrgente necessitate, absque præuia Confessione, cum conscientia peccati mortalis, teneatur quamprimùm confiteri: ergo Sacerdos, qui obliuionem ante Communionem non est confessus peccatum mortale, quod habet, si post celebrationem illius recordetur, vi Præcepti in Concilio conditi *sess.* 13.*c.*7. non tenetur illud quamprimùm posteà confiteri. Vide etiam Hurtadum *de Sacram. Euchar. disp.* 9. *difficul.* 7. docentem quòd si Sacerdos, dum celebrat, ante sumptionem Eucharistiæ recordetur, & fiat conscius mortalis, anteà, vel tunc commissi, & nequeat tunc confiteri absque graui nota, neque desistere à celebrando, aut ob periculum grauis notæ, aut quia iam consecrauit, tenetur post celebrationem quamprimùm confiteri: quia tunc sumit Eucharistiam absque Confessione ob vrgentem necessitatem sumendi illam, ne, scilicet, notam incurrat, aut quia iam consecrauit, & quia caret copia Confessarij: quia nulli confiteri potest absque dicta nota.

2. Sed pro negatiua sententia ego olim adduxi Vasquez, & alios, quibus nunc addo, me citato, Pellizzarium *in Man. Regul. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 9. *sect.* 2. *n.* 41. & me etiam citato, Auersam *de Sacram. Euchar. quæst.* 8. *sect.* 7. Præpositum *in* 3. *par. quæst.* 80. *art.* 5 *dub.* 4. *n.* 21. vbi ita asserit: [Notandum, Decretum Concilij solùm respicere eos, qui sibi sunt conscij peccati mortalis: quia verba citata Concilij referuntur ad præcedentia, vt facilè patet ex textu. Vnde si aliquis existens in mortali, cuius non erat sibi conscius, celebrauerit, non tenetur postmodum primo quoque tempore confiteri: quòd etiam videtur verum in eo, qui cum inaduertentia, vel ignorantia etiam vincibili peccati celebrauit: nam, quamuis talis inaduertentia non excuset celebrantem à peccato; obstat tamen, quominùs dici possit conscius peccati, vt patet ex dictis. Decretum etiam videtur intelligendum de eo, qui sibi est conscius, antequàm celebret: quia videtur velle restringere facultatem celebrandi, antequàm præmittatur Confessio: quod non habet locum in eo, qui ignarus sui peccati incepit celebrare, & in decursu, saltem post consecrationem, illius recordatur: vnde talis non videtur Decreto comprehendi, & proinde non videtur teneri postmodum primo tempore confiteri.] Ita ille.

3. Probatur in super hæc opinio. Primò, quia in hoc casu non seruantur secunda conditio, quæ est inopia Confessarij: nam iste non ideò communicat conscius peccati mortalis, quia sibi deest copia Confessarij, cùm aliàs, vt supponitur, Confessarij copiam habeat, sed ne infamiæ notam incurrat. Secundò, quoniam finis Concilij in hoc Præcepto statuendo fuit, ne Sacerdotes negligentiores fierent in Confessario quærendo: quod non ita Concilium timere poterat de iis, qui habentes copiam Confessoris, illum tamen adire non possēt, ne infamiam incurrerēt: sicut de iis, qui Confessarij copiam non habentes celebrarent. Vt igitur hos redderet diligentiores, & cautiores in Confessario quærendo, peculiari Præcepto adstrinxit, vt quamprimùm confiterentur. Tertiò, *in Rubricis de defectibus dispositionis animæ*, in Missali Romano duo casus assignantur. Primus, quando Sacerdos non habens copiam Confessoris, vrgente necessitate, celebrat: & huic iniungitur Præceptum de confitendo, quamprimùm poterit. Secundus est, si in ipsa celebratione Sacerdos recordetur, se esse in peccato mortali: & huic vt necessarium remedium præcipitur sola contritio, nulla mentione facta de Præcepto confitendi quamprimùm poterit. Signum igitur est, Pontificem declarasse in hoc secundo casu Decretum Concilij non habere locum. Et hanc opinionem tenet, etiam, me citato, Caspensis *in Curs. Theolog. tom.* 1. *tractat.* 22. *disput.* 9. *sect.* 2. *num.* 26. vbi sic ait: Quamuis satis probabile sit, eum, qui in ipsa celebratione meminit alicuius mortalis, non teneri quamprimùm confiteri, nec de illo loqui Tridentinum; inquit enim: *Qui necessitate vrgente absque præuia Confessione celebrauit.* præuia autem Confessio Confessionem significat ante Missam: nam Confessio facta in medio Missæ non dicitur præuia, sed concomitans. Idem censeo, si ante celebrationem fuisset confessus

&

Sup. hoc infrà prope finem huius Res. vers. que es quando. & in principio Res. 1. post seq. & in Res. 183. in fine §. 1. vers. qui etiam putat & suprà in principio §. vlt. Res.178.

& alicuius mortalis obliti recordaretur ante sumptionem. Ratio est: quia Concilium solùm dicit, Sacerdotem teneri statim confiteri, quando, necessitate vrgente, absque præuia Confessione celebrauerit, & quòd reuerà non adsit copia Confessarij: ac proinde si aliquod horum deficiat, non est iniungenda Sacerdoti obligatio confitendi statim post celebrationem: & consequenter qui habens Confessarium celebrauit absque præuia Confessione, vel cum Confessione præuia ex inconsideratione, & obliuione alicuius peccati non tenetur quamprimùm confiteri: obligationes enim non sunt ampliandæ, dum Concilium illa duo requirat simul ad obligandum celebrantem absque præuia Confessione, quòd statim confiteatur, & necessitatem vrgentem, & inopiam Confessarij. Et eodem modo philosophandum existimo de eo, qui ante Missam confessus est omnia peccata mortalia, præter vnum, quod iustis de caussis tacui; vel de eo, qui habens casum reseruatum, & non potest recurrere ad Superiorem, vrgente necessitate celebrandi, confitetur inferiori, ab eóque absoluitur directè à non reseruatis. In priori casu solùm teneri confiteri ante aliam celebrationem, siue proximè, siue ad longum tempus futuram. In posteriori verò teneri confiteri Superiori tempore debito, quando instat obligatio celebrandi, & adest opportunitas recurrendi ad Superiorem.] Hucvsque Caspensis. Vnde ex his ego puto vtranque sententiam esse probabilem. Et ideò Hieronymus Garcias *in Summa Theolog. mor. tract. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 7.* [Ambas (ait) estas opiniones son prouables, y al parecer mas la segunda: però en vn caso tengo por mas prouable la primera, que es, quando auiendose vno confessado antes dezir Missa, y estando en ella, se acordasse de vn pecado mortal, que se le oluidò en la Confession proximè passada, ò que de hecho le cometio diziendo Missa; en esto caso por mas prouable tengo, que estaria obligado al Precepto del Concilio: porque este tal celebra con conciencia de pecado mortal, sin confessarse primero, de lo qual le escusa la necessidad presente, y vrgente, luego concurre aqui todo lo, que dize el Concilio; luego este caso comprehendesse en el Precepto del. Otro caso ponen algunos, y es, quando vno se acuerda del pecado, auiendo ya sumido, ò acabado de dezir Missa; però en este por tan prouable tengo la parte negatiua, como la affirmatiua.] Hæc Garcias. Vide etiam circa præsentem quæstionem Cardinalem de Lugo *de Eucharist. disp. 14. num. 146. & 147.* qui etiam addit, probabile esse, Sacerdotem qui in ipso actu celebrandi committit aliquod peccatum mortale, non teneri quamprimùm confiteri, quod etiam probat Pellizarius *in Man. Regul. tom. 2. tr. 8. c. 1. sect. 1. n. 157.*

Sup. hoc infrà in Res. 1. post seq. ad medium, & suprà in Res. 172. §. vlt. ad lin. 3. & pro reseruatis cōtentis in hoc textu ibi à lin. 6. & infrà in Res. 183 in principio.

Sup. hoc suprà ad medium, huius §. à vers. Idem, & sup. hac commissione peccati in fine huius Res. & in aliis eius vlt. annot.

Sup. hoc ad literam in fine §. Sed Res. seq.

Sup. hoc in principio huius Res. ad lin. 6. & vers. Similiter, & in hoc §. paulo superius, vers. oque de hecho le cometio, & in Res præterita cursim in fine à vers. vel qui in ipso actu.

RESOL. CLXXX.

An si post sumptionem Eucharistiæ Sacerdos recordetur alicuius peccati teneatur quamprimùm *confiteri?* Ex part. 9. tr. 3. Res. 25.

Sup. hoc in Res. 1. post seq signanter ad medium, §. 2. à vers. Ideoque.

§. 1. IN partem affirmatiuam inclinat Araujo *in 3. part. quæst. 80. art. 4. num. 30.* vbi sic ait: [Et si roges, an si quis post sumptam debitè Eucharistiam, recordetur peccati mortalis nondum confessi, an teneatur illud confiteri priùs, quàm iterum ad Communionem accedat, vel non? Respondeo, vtrumque esse probabile: sed affirmatiuam partem potiùs consulerem.] Ita ille.

2. Sed negatiuam sententiam tenet Candidus *tom. 3. disquis. 2. art. 22. dub. 60.* vbi ita ait: [Sacerdos, qui solùm propter obliuionem celebrat, & communicat absque Confessione præmissa, vi Præcepti in Sacro Concilio conditi non tenetur posteà quamprimùm confiteri: quia obliuio non propriè dicitur vrgens necessitas. Sed Sacrum Concilium statuit, quòd Sacerdos celebrans, vrgente necessitate absque præuia Confessione, cùm conscientia peccati mortalis, tenetur quamprimùm confiteri: ergo Sacerdos, qui ob obliuionem ante Communionem nòn est confessus peccatum mortale, quod habet; si post celebrationem illius recordetur, vt Præcepti in Sacro Concilio conditi *sess. 13. cap. 7.* non tenetur illud quamprimùm posteà confiteri.] Hæc Candidus. Vnde vtramque sententiam asserit Garcias *in Summa Theo. mor. tr. 3. difficul. 5. dub. 1. punct. 7. num. 85.* esse probabilem, sic asserens: [Otro caso ponen algunos, y es, quando vno se acuerda del pecado, auiendo ya sumido, ò cabado de dezir Missa: però en este por tan prouable tengo la parte negatiua, como la afirmatiua.

Sup. hoc ad literam in Res. præterita §. 1. ante medium, vers. qui tamen sed lege eam à principio, & aliam Res. eius primæ not.

Sup. hoc ad pedem literæ in Res præterita, prope finem, vers. Otro caso.

3. Verum ego prorsus negatiuæ sententiæ adhæreo: quia, si Sacerdos post sumptam Eucharistiam recordatur alicuius peccati, non potest dici, quòd celebrauerit sine præuia Confessione ex inopia Confessarij, vel vrgente necessitate, vt de casu prioris Resolutionis dicebatur: ergo non tenetur confiteri quamprimùm. Et ita tenet Persicus *de off. Sacerd. lib. 1. c. 1. dub. 15. n. 175.*

RESOL. CLXXXI.

Qui confessus est ante celebrationem, & ex obliuione omisit aliquod peccatum, quæritur, an teneatur confiteri illud quamprimùm *ex præcepto Concilij Tridentini sess. 13. cap. 7.?* Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Res. 97.

§. 1. AD hoc dubium affirmatiuè respondet Io. Præpositus *in 3. part. quæst. 80. art. 5. dub. 4. num. 21.* vbi sic ait: Si Sacerdos vrgente necessitate celebrauerit sine præuia confessione peccati mortalis, cuius ante celebrationem erat conscios, tenetur quamprimùm confiteri, quòd non solùm habet locum in eo, qui absolutè non est confessus, sed etiam in eo qui iusta de causa aliquid in confessione non recensuit, vel ex obliuione, quia huiusmodi peccatum, per se loquendo, debebat ante communionem subiici clauibus, & dici potest, quòd conscius illius celebrauerit, sine eiusdem confessione, & proinde Decretum Concilij ad illum casum se extendit. Ita ille.

Sup. hoc cursim in Res. 1. post præteritam §. vlt. inter principiū & medium, vers. Idem censeo, &c.

Sup. hoc iusta causa suprà in Res. 172 §. vlt. ad lin. 5. & post medium & in Res. 179. §. vlt. post medium, vers. Et eodem modo

RESOL. CLXXXII.

An Sacerdos, quando confessus est; & post celebrationem recordatur alicuius peccati obliti in dicta confessione, teneatur quamprimùm *confiteri vt impleat præceptum Concilij Tridentini sess. 13. cap. 7?*

Et notatur quod dictum præceptum Concilij tantum fuit latum pro celebrantibus, qui conscij mortalis, & non habentes copiam Confessarij, & vrgente necessitate celebrarunt absque præuia confessione.

Etiamque aduertitur, quod si quis in scamno communicantium recordetur mortalis posse, absque præuia confessione communicare? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Res. 6.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Præpositus *in 3. p. D. Thom. quæst. 80. art. 5. dub. 4. num. 21.* Sed ego contrariam probabiliter existimo

cum Petro Cornejo *tom.2.in 3.part.tract.4 disp.vnic. quæst. 80. dub. 3. num.* 3. vbi sic ait: Quæres an hoc præceptum quamprimùm confitendi, obliget non solùm quando non fuit præmissa confessio, sed etiam quando qui præmisit confessionem, oblitus fuit alicuius peccati mortalis, cuius post celebrationem recordatus est. Respondeo negatiuè, & ratio est, quia Concilium id præcipit quando non fuit præmissa confessio. Ita ille.

Intellecta doctrina huius § multi ex suprà dictis casibus facilè dissoluetur, & pro contento a lin.6. huius §. in Ref. 1. post 3 tæ etiam, & pro contento à lin 9 huius §. supra late in Ref.172. & in aliis eius primæ not. & pro contento in §. vlt. huius Ref. suprà in Ref. 46. & in aliis §§. eius primæ annot.

2. Notandum est etiam hîc ad tollendos scrupulos cum Hurtado *disp.9. de Euchar. diffic.7.* & alios, quòd dictum præceptum Concilij tantùm fuit latum pro celebrántibus, qui conscij mortalis, & non habētes copiam Confessarij, & vrgente necessitate celebrarunt absque præuia confessione, ideo qui celebrauit absque conscientia mortalis, quamuis post celebrationem recordetur mortalis ante celebrationem commissi, non tenetur eo præcepto, neque qui celebrauit conscius mortalis, si erat copia Confessarij, aut si non vrgebat necessitas celebrandi.

3. Notandum est etiam hîc obiter quòd si quis in scamno communicantium recordetur mortalis, posse absque præuia confessione communicare; secundum Henriquez, vt alibi dictum est, etiam seclusa nota, & scandalo, in quo videtur excedere. Sed Præpositus *vbi suprà n.19.* quia communiter potest subesse periculum infamiæ, putat in tali casu communicaturos posse sine scrupulo manere, nec expedire vt instituant confessionem ministraturo Eucharistiam.

RESOL. CLXXXIII.

An si quis, vrgente necessitate celebrandi, casum reseruatum cum omnibus aliis peccatis confessus sit cum inferiori Confessario, teneatur posteà quamprimum *ex præcepto Concilij Tridentini, sess. 13. cap. 7. confessionem facere cum Superiore?*

Et notatur, quod verba ista quamprimum *intelliguntur, vt Sacerdos postea confiteatur suo tempore nempe ante aliam celebrationem?* Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 64.

Sup. hoc suprà in Ref. 172. §. vlt. à lin. 6. & in Ref. 179. § vlt. post medium, cursim in vers Et eodem modo.

§. 1. CAsus est curiosus, & potest faciliter in praxi occurrere, & ad illum nouissimè respondet Ioannes de Lugo *de Sacram. disput.14. sect.7. num.* 152. vbi sic ait: Quæri potest de illo, qui habens casum reseruatum, & non potens recurrere ad Superiorem, confitetur, vrgente necessitate celebrandi, inferiori, ab eòque absoluitur indirectè à non reseruatis, an iste obligetur illo præcepto Tridentini ad confitendum posteà quamprimùm Superiori; an verò sufficiat confiteri Superiori tempore debito, quando scilicet instat obligatio, aut præceptum confessionis annuæ, vel propter recipiendam Eucharistiam? De hoc dubio nihil inuenio apud auctores, consequenter tamen ad doctrinam supra positam; videtur hic etiam comprehendi præcepto confitendi, posteà quamprimùm possit, quia hic reuera celebrauit ratione necessitatis vrgentis absque confessione illius peccati cuius conscientiam habebat, & quam præmittere debebat. Quòd autem cōfessus fuerit alia peccata non reseruata, non videtur sufficere, sicut neque in illo, qui confessus est alia, & postea recordatur ante Missam alterius peccati, quod non dixerat, quem tamen diximus debere post Missam quamprimum confiteri. Ita Lugo, qui etiam putat in dicto decreto Concilij comprehensum esse eum, qui prius quidem confessus fuerat & absolutus, sed postea recordatur peccati, non explicati in confessione, & ob necessitatem & carentiam Confessarij celebrat absque noua confessione.

Sup. hoc signanter in Ref. 1. not. præteritæ circà in dicto §. vlt. in principio.

2. Non desinam tamen hic obiter adnotare pro intelligentia illorum verborum Concilij, *quamprimum*, hæc P. Lugo asserere, *vbi suprà num.* 158. Alij dicunt verba ista intelligi vt Sacerdos posteà confiteatur suo tempore, nempe ante aliam celebrationem, quam sententiam saltem, per principia extrinseca probabilem esse docet idem Diana *loco citato*, & pro ea affert Stephan. Fagundez *de præcept. Eccles. tract.3. lib.3. cap.8. num.* 9. Molfesium *in summ. tom.1. tract.3. cap.10. num.* 18. & Petr. Binsfeldium *in enchir. Theolog past. cap.4.* verùm ex his auctoribus solus Fagundez id dixit absque alio auctore, vel ratione. Nam Molfesius loquitur ibi expressè de laïco communicante, vrgente necessitate, absque præuia confessione, & de illo dicit debere habere contritionem cum proposito confitendi non statim, sed suo tempore, pro quo affert Suarium & alios auctores, qui certe id non dicunt de Sacerdote celebrante. Petrus verò Binsfeldius citatur à P. Diana, non designata parte illius operis; oportet tamen quòd si in 1. part. non cap.5. sed cap.6. in quo tractat de illa obligatione Sacerdotis; sed ibi nullo modo insinuat eiusmodi sententiam, non potest ergo manere probabilis propter sola principia extrinseca, quæ non habet alium auctorem, nisi vnum, & est contra omnes alios. Hæc vsque Lugo. Sed aduertat Lector, Molfesium & Binsfeldium in fauorem sententiæ Fagundez non esse à me citatos falsò, vnde puto eorū codices quos penes se retinet amicissimus vir, non rectè impressos esse, vt ex incuria & ex reiteratis editionibus sæpè accidere solet, & ideo Binsfeldius, quem penes me habeo, *in enchir. Theol. pastor. part.2. cap.5. §.9. concl.6.* sic ait: Quando Sacerdoti existenti in Altari in mentem venit aliquod peccatum mortale, quod non est confessus, tunc sola contritio sufficit; verùm tenebitur absoluto sacrificio quamprimùm poterit confiteri, id est, antequam ampliùs celebret. Sic ille. Molfesius autem *in summ. tom.1. tract.3. cap.10. num.* 28. sic asserit: Est igitur alia secunda & vera limitatio ex parte celebrantis, si nempe inchoasset sacrificium, nec posset illud relinquere, vel ob scandalum, vel quia cœpta esset consecratio, & recordetur se esse in peccato mortali, vel quia post cœptum sacrificium cogitatione peccasset mortaliter, & sic de aliis; si non posset vocare Confessarium, cui confiteatur, dum non potest commodè confiteri, nec sacrificium inchoatum relinquere, potest, imò debet complere; conetur tamen contritionem habere cum proposito confitendi citiùs, quod licèt tutius sit & securius statim confiteri post completum sacrificium, data copia Confessarij; hoc tamen non est de præcepto, & satis est pro adimplendo præcepto si confiteatur suo tempore, nempe ante aliam celebrationem. Hæc Molfesius, licèt citet aliquos qui hoc non asserunt; tuentur igitur sententiam Fagundez alij duo Auctores; verùm, vt dixi, ex rationibus à priori mihi non placet.

Sup. hoc suprà in Ref. 170. §. Sed stando, & in Ref. 171. & in Ref. 176. §. Nota secundo.

RESOL. CLXXXIV.

An Sacerdos non celebrans, sed sumens Eucharistiam ab alio Sacerdote in peccato mortali teneatur quamprimùm *confiteri?* Ex part. 9 tr. 3. Ref. 28.

§. 1. REspondeo negatiuè: quia cùm hoc Præceptum sit pœnale, extendi non debet, nisi ad eos, ad quos verba ipsa Legislatoris in propria significatione sumpta se extendunt: atqui verba Concilij in propria significatione sumpta non se extendunt, nisi ad Sacerdotes celebrantes, ergo non debent

Sup. hoc suprà in Ref. 170. §. vlt. in principio.

debent ad alios extendi. Minor constat ex ipsis verbis Concilij: nam postquàm *citato cap.* -. declarauerat, qualis præparatio, tam laicis, quam Sacerdotibus, necessaria esset ad Eucharistiæ perceptionem, in fine capitis de solis Sacerdotibus statuit, quòd si vrgente necessitate absque præuia Confessione celebrauerint, quamprimùm confiteantur. Colligitúrque ex fine ipso Præcepti, qui est, ne Sacerdotes, quibus ex officio celebrare incumbit, prætextu vrgentis necessitatis sæpè celebrent sacramentali Confessione prætermissa. Itaque ex his patet, quòd Sacerdos: qui more laicorum communicat, non sacrificans, hac lege Concilij *seff.* 13. *cap.* 7. non obstringitur: quia ille non se gerit tunc, vt Sacerdos, sed vt laïcus: ergo tunc legibus tantùm laicorum astringitur, & non Sacerdotum. Tum, quia, ille tunc non celebrat: sed Concilium *loco citato*, loquitur solùm de Sacerdote celebrante, in illis verbis: *Quòd si necessitate vrgente Sacerdos abque præuia Confessione celebrauerit, quamprimùm confiteatur.* ergo Sacerdos, qui more laïcorum non celebrans communicat, non ligatur lege prædicta Concilij Tridentini. Et ita hanc sententiam tenet communiter Doctores; & solùm ex illis adducam Magistrum Serra *in* 3. *part quæst.* 80. *artic.* 4. vbi sic ait: [Hoc Præceptum ad laicos, & non Sacerdotes, qui absque præuia Confessione, vrgente necessitate, communicauerint, extendendum non esse, communiter dicunt Doctores: ij enim non quamprimùm, seu prima data occasione tenentur confiteri; sed possunt differre Confessionem, quovsque necessitas communicandi iterum instet. Et idem videtur esse de Sacerdotibus, qui non celebrando communicant, cùm solùm dicatur: *Si Sacerdos celebrauerit.* Ita ille, cui ex eadem Familia adde Arraujum *in* 3. *par. qu.* 80. *art.* 4. *n.* 29. & me citato, Leandrum *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 7. *disp.* 7. *quæst.* 48.

Sup. hoc pro laicis late in Ref. seq. & in alio §. eius primæ annot.

RESOL. CLXXXV.

An laïcus, qui vrgente necessitate, vel non habens copiam Confessarij sumpsit Eucharistiam, teneatur quamprimùm *confiteri?*

Et notatur, quod si homo immemor peccati mortalis non est confessus ante communionem, & ad linteum Altaris recordatur alicuius peccati mortalis, tenetur confiteri de illo, & sic Eucharistiam sumere; si vero ante Communionem confessus est & ad linteum Altaris recordatur alicuius peccati mortalis obliti in confessione, tunc non tenetur de illo conterere, sed proponere illud confiteri suo tempore? Ex part. 9. tr. 3. Ref. 27.

§. 1. AFfirmatiuæ sententiæ adhæret Emanuel Sà *verb. Confessio, num.* 5. & *verb. Eucharistia, num.* 14. Azorius *tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 31. *quæst.* 9. Henriquez *lib.* 8. *cap.* 45. Nauarrus, & alij, quos *alibi* citaui: quia Concilium generaliter declarauerat, & præceperat, nullum omninò posse, qui conscientiam peccati mortalis habet, communicare absque præuia Confessione: quando ergo *infra* potuit, quòd si necessitate vrgente Sacerdos absque præuia Confessione celebrauerit, quamprimùm confiteatur; videtur tunc relinquere idem iudicium de illis, qui sic communicarunt, de quibus hoc non ita expressit, forsitan quia in laïcis rarior occurrit necessitas sic communicandi. Aliam rationem reddit Henriquez: Præceptum enim diuinum, inquit de Confessione, sicut & Præceptum restitutionis, includit quamdam negationem, vt impleto semel termino, & cessante excusatione obliget statim Deo per Confessionem satisfacere. Hanc etiam sententiam tenet Michaël Zanardus *in direct. Theol. part.* 1. *de Sacram. Euchar. cap.* 7. non propter verba Concilij, ait ipse, quoniam tantùm de Sacerdote sunt, sed propter finem eius: quia Concilium videtur supponere hoc esse Domini Præceptum de communicando cum Confessione præcedente: at, quia necessitas non habet legem, ideò communicaturus in necessitate, intelligit se à Domino potestatem habere communicandi sine Confessione, sed non absolutè, cùm Præceptum sit superioris, sed pro tempore tantùm necessitatis. Vnde, ne videatur Domini Præceptum spernere, debet quamprimum confiteri, & est communis modus dispensandi Superiorum minorum, dum in Præceptis Superiorum maiorum dispensant; non absolutè, inquam, quia non possunt, sed pro tempore pro quo possunt.

Alibi supra in Ref. 170. §. Nota vero & lege doctrinam Ref. 184. signanter prope finem vers. Hoc præceptum.

2. Verùm non est recedendum à sententia negatiua, quam *alibi* docui, & nunc iterum doceo: quia in explicanda lege positiua standum est verbis, neque obligatio est extendenda ampliùs, quàm verba legis in proprietate intellecta requirunt: cùm ergo verba Concilij loquantur tantùm de Sacerdotibus, non sunt extendenda ad laicos. Vnde patet responsio ad fundamentum primum aliorum: neque enim in positiuis legibus procedit argumentum à pari, aut maiori; quamuis nec omninò par sit ratio: quia potuit Concilium hoc peculiariter iniungere Sacerdotibus, ne iterum necessitate vrgente cogantur absque Confessione præuia celebrare; quia copia Confessoris tunc iterum deerit, quam anteà neglexerint. Nec conuincit ratio Henriquez: quia in primis penè communis est omnium sententia, quòd non ex Præcepto diuino teneatur Sacerdos posteà quamprimùm confiteri, sed tantùm Ecclesiæ. Deinde, quia quando Præceptum diuinum vrget tantum hîc, & nunc ex occasione certi euentus, & propter impedimentum aliquod tunc impleri non potest, non semper necessarium est, quòd actus ille Præcepti statim exerceatur sublato impedimento, si transierit simul occasio, ratione cuius pro tunc quis obligabatur. Vt si quis in periculo sit moriendi, iure diuino tenetur Viaticum sumere; si tamen facultatem pro tunc sumendi non habeat, & morbus alleuietur, & sanetur ægrotus; non tenebitur posteà quamprimum communicare. Neque satis explicat Henriquez, quomodo in casu posito vrget Præceptum aliquod negatiuum. Itaque contra Nauarrum dicendum est, quòd in Præceptis, præsertim pœnalibus, quale est hoc, non est attendendum, quid Legislator interrogatus statuisset, sed quid de facto sua lege statuit. Cùm enim lex non obliget, vt existens in mente Legislatoris, sed vt scripto, aut verbo expressa; etiamsi Concilium in mente habuisset, aut interrogatum hoc ipsum de Laïcis statuisset; quia tamen hoc non statuit, laïcos non obligat: quia sola voluntas interna Legislatoris subditos non obligat. Et ita nostram sententiam tenet, me citato, Leandrus *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 7. *disp.* 7. *quæst.* 48. Mercerus *de Sacrament. quæst.* 80. *art.* 4. *dub.* 3. Granado *in* 3. *part. controu.* 6. *tract.* 10. *disput.* 7. *num.* 15. Lessius *in* 3. *part. quæst.* 80. *art.* 4. *numero* 11. Suarez *disput.* 66. *sect.* 7. & alij Doctores communiter, quos hîc vsque ad nauseam possem adducere: vnde sententiam affirmatiuam putauit parum probabilem Ioannes Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 80. *art.* 5. *dub.* 4. *num.* 20.

Alibi in Ref. nor. præterita.

3. Sed post hæc scripta inueni Henriquez *in Com. cas. mor. cap.* 34. *num.* 21 circa præsentem difficultatem sic asserere: [El hombre, que no teniendo conciencia de pecado mortal, llega à comulgar, sin auerse confessado, y estando con el paño en la mano se acuerda de algun pecado mortal, està obligado à

hazer

hazer vn acto de contricion, y luego pue de comulgar, y en acabando de comulgar està oblido à confessarse. Però si antes de llegar à comulgar se vuelle confessado de los pecados que se acordo, y despues de auer tomado el paño para comulgar, se acuerda de algun pecado mortal, que en la Confession se le oluidò de confessar, puede comulgar, sio hazer acto de contricion, proponiendo de confessarse à su tiempo; y la razon es, porque el Concilio Tridentino *sess.* 14. c. 7 determina, que los, que tienen conciencia de pecado mortal, se confessien antes de llegar a comulgar: y auiendo hecho esto, y no auiendosele oluidado al hombre los pecados por culpa suya, y estando en ocasion, que si leuantasse à confessar, daria nota, y escandalo, no està obligado à leuantarse, y assi puede comulgar. Però, porque en el otro caso, que atriba, diximos, no precedio la Confession sacramental, està obligado hombre à mas que esto, que es à confessarse en acabando de comulgar, y hazer vn acto de contricion antes de la Comunion. esta doctrina es de Autores graues, aunque no està impressa: y deuesse notar, porque los Doctores, que an escrito sobre este punto, no hazen distincion alguna entre el hombre, que llega à comulgar auiendose confessado, y el que llega no auiendosse confessado.]Hæc ille, quæ in gratiam curiosorum adnotare volui.

Sup. hoc pro Sacerdote in Altari supra lege latam doctrinam Ref. 164. 165. & 166.

RESOL. CLXXXVI.

An qui celebrat, vel sumit Eucharistiam, non præmissa confessione casu, quo eam præmittere tenebatur, committat duplex peccatum?

Idem est de illo, qui non præmittit contritionem.

Et obseruatur cum, qui intuitu reuerentia Sacramenti Eucharistia prohibitus præcepto aliquo positiuo adhuc humano sumere Eucharistiam, (vt prohibetur excommunicatus, & non ieiunus, & qui ob aliquod speciale peccatum prohibetur quasi indignus,) eam sumit in statu peccati mortalis, non committere duo peccata mortalia, sed vnum tantum numero? Ex part. 9. tr. 3. Ref. 32.

Sup. hoc infrà in tr. 7. Ref 56. §. 1. & in tom. 2. tr. 1. ex Ref. 149. §. Nota etiam.

§. 1. RESpondeo negatiuè cum Caspensi *in Cur. Theolog. tom.* 2. *tract.* 22. *disput.* 9. *sect.* 2. *num.* 28. vbi asserit, illum, qui culpabiliter accedit ad hoc Sacramentum, non præmissa Confessione sacramentali, non committere duo peccata mortalia, sed vnum duntaxat. Ratio est: quia Præceptum præmittendi Confessionem ante Eucharistiam, propriè non est positiuum, sed negatiuum: non enim obligamur ad confitendum per se ratione Confessionis; sed per accidens ratione Eucharistiæ sumendæ: quia propriè Præceptum huiusmodi est, ne quis indignè, & sine debita probatione accedat ad Sacramentum: vnde fit, vnum solum peccatum committi, scilicet, indignæ susceptionis Eucharistiæ: quia vbi est vnum propter aliud, est vnum tantùm. Idem etiam docet Trullench. *de Sacram. lib.* 3. *cap.* 6. *dub.* 4. *num.* 25. & Sotus *in* 4. *dist.* 18 *q.* 1. *art.* 4. & idem est de illo, qui non præmittit contritionem, vt optimè aduertit contra eundem Sotum, Vasquez hic *disput.* 208. *cap.* 3. *num.* 34. Ratio est: quia Præceptum præmittendi Confessionem, & contritionem, non tam est propter ipsa, quàm propter Eucharistiam: vnde non tam est affirmatiuum, quam negatiuum, & de non accedendo ad Eucharistiam absque hac debita probatione: non igitur peccat, non conterendo, aut non confitendo, & iterum, accedendo ad Eucharistiam; sed semel peccat, accedens absque contritione, & Confessione præuia. Et hæc omnia docet etiam Cotnejo *in* 3. *part. D. Thomæ, tract.* 4. *quæst.* 80. *disput. vnica, dub.* 1. *quæst.* 4 Vide etiam Ochagauiam *de Sacram. Euchar. tract.* 2. *quæst.* 8 *num.* 6. *& quæst.* 9. *num.* 11. & me citato, Leandrum *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 5. *disput.* 8. §. 8. *quæst.* 16.

2. Obserua etiam hîc obiter cum Hurtado *de Sacrament. disput.* 9. *difficult.* 1. & aliis, eum, qui intuitu reuerentiæ Sacramenti Eucharistiæ, prohibitus præcepto aliquo positiuo, adhuc humano, sumere Eucharistiam, (vt prohibetur excommunicatus, & non ieiunus, & qui ob aliquod speciale peccatum prohibetur quasi indignus,) eam sumit in statu peccati mortalis, committere duo peccata mortalia; sed vnum tantùm numero: quia, quamuis sumptio illa ex duobus titulis sit peccatum mortale, nempe, & quia est transgressio illius præcepti positiui, & quia est transgressio præcepti naturalis diuini non sumendi Eucharistiam in statu peccati mortalis; nihilominus quia vtrumque iste titulus eodem modo opponitur religioni, quia eodem modo est contra reuerentiam Sacramenti; ideò est idem specie peccatum, & etiam est idem numero: quia non est, vnde malitia numero multiplicetur; quia materia est eadem numero, & non respiciens diuersa extrinseca, imò nullum, quia est absoluta, nullum extrinsecum respiciens.

Sup. hoc infrà in tr. 7. Ref. 57. & sequentibus, & in tr. 1. Ref. 151. & ibi tr. 2. Ref. 43.

RESOL. CLXXXVII.

Peccati in confessione accusauit se decies adulterasse sed postea cognouit se quinquies tantum in peccatum adulterij incidisse; quæritur, an quando denuo confitetur, debeat certum numerum declarare, & dicere se tantum quinquies peccasse?

Et hæc Resolutio est generalis in aliis peccatis? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 25.

§. 1. MArtinus Bonacina *vbi infrà* ait hanc difficultatem nullum expressis verbis declarasse, sed ego inuenio ad illam affirmatiuè respondere Ioannem Yribar *in* 4. *senten. dist.* 17. *disp.* 57. *sect.* 8. *tom.* 2. vbi quærit, Quid iuris, si peracta confessione occurrant memoriæ aliqua peccata mortalia, quorum in foro illo non meminit? & respondit, Quòd si error in assignando numero fuit notabilis, tenetur pœnitens denuo forum repetere, & illa explanare. Vt ex. c. si bis, vel ter mœchatus est, & confessus est se decies mœchatum fuisse, deuincitur iterum confiteri. Sic ille.

2. Sed mihi prorsus placet opinio contraria Bonacinæ *de Sacram. disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 2. *punct.* 3. *num.* 3. nam si bona fide maiorem numerum peccatorum mortalium in confessione expressit, non solùm tenetur repetere confessionem, vt pote validam, & integram formaliter, verùm neque tenetur errorem maioris numeri confiteri. Ratio est, tum quia peccata sua confessioni semel subiecit, eorumque absolutionem obtinuit à Confessario, iudicium ferente circa minorem numerum in maiori contento, tum quia secunda confessio esset potius excusatio, quàm accusatio. Nec valet dicere, quod in tali casu deciperetur confessarius in materia graui; nam Respondeo quòd sic pœnitens deciperet confessarium, non formaliter, sed tantùm materialiter in sui præiudicium, & incommodum; nam ratione maioris numeri expressi, maior pœnitentia fuit illi à confessario iniuncta. Hæ sunt rationes Bonacinæ pro sua firmanda opinione, quam etiam ex nostris docuit P. D. Marcellus Megala *in* 1. *parte institutionum confessar. lib.* 1. *cap.* 18 *num.* 10. vbi postquam dixisset ex communi sententia DD. quòd si quis in confessione manifestando

manifestando numerum, si error notabilis sit, tenetur verum numerum manifestare. At si errauit in excessu, confitendo maiorem numerum notabiliter, non putat eum teneri ad verum numerum manifestandum; quia cum bona fide, & absque dolo id fecerit confessio non fuit infidelis, peccaminosa, & verè fuit integra, & quia in numero maiori minor numerus continetur. Hæc opinio prorsus est sequenda.

RESOL. CLXXXVIII.

An si quis confessus est centies, plus minusve, *furatum, si postea certo sciat fuisse centum, teneatur excessum confiteri?*

Et in textu huius Resolutionis datur Regula ad cognoscendum, quando obliget postea ad confitendum iterum peccata confessa sub his verbis plus minusve. Ex part. 1. tr. 6. & Misc. 6. Res. 59. alias 57.

Sup. hoc in dubus Ref. seqq.

§. 1. NEgatiuam sententiam ex Viualdo tanquam probabilem videtur admittere Pater Vercicelli *in qq. mor. tract. 5. quæst. 6. num. 23. & tract. 1. q.* 8. per totam, quia quamuis proprietas dictionis *Circiter*, aut plus, minus, vel similis, importet adiectionem paruæ summæ supra expressam: tamen in declaratione numeri peccatorum, præsertim cum numerus est magnus, & longi temporis, ex communi vsu loquendi confitentium, significat longè maiorem quantitatem, & sic addit dimidium supra quantitatem expressam, idque propter ingentem difficultatem, ac fere moralem impossibilitatem, quæ est in expressione certioris numeri, seu in restrictione ad illam propriam, ac legalem significationem dictionis pluris, vt modicam quantitatem exprimat, nempè decem supra centum. Ita ille, qui postea alias adducit rationes, sed prudenter in fine quæstionis apposuit hæc verba. Verùm his non obstantibus puto non esse recedendum ab opinione affirmatiua posita in *n.* 1. quia est communis inter Doctores, & communiter seruatur in praxi.

2. Itaque Viualdi opinio omninò est reiicienda, nec bene loquitur, qui contra omnes loquitur, maximè circa ea, quæ pertinent ad praxim Sacramentorum, & à communi vsu fidelium. De hac quæstione ego egi *in 3. part. tract. 4. resolut.* 94. & me citato de illa benè tractat Cardinalis Lugo *de pœnitent. disp.* 16. *sect.* 2. *num.* 96. & me citato Leander *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 5. *qu.* 10. alij notant, aliquos illa verba plus, vel minus extendi non solum ad duo, vel tria verum etiam ad quartam partem summæ cui adiicitur; vt si pœnitens dicat, octies periuraui plus, minusve, tunc extendantur ad decem, quia duo sunt quarta pars ex octo. Sic aliqui, quos refert *Glos. in l. Hac adiectio* 192. *ff. de ver. signif.* Quorum sententiam bene refutat Lugo eo quod nequeat esse vniuersaliter vera. Quia si aliquis mihi promittat centum millia aureorum, parum plus, vel minus, non satisfaciet dando septuaginta quinque millia, quia illud quod deest, licet sit sola quarta pars, non est tamen parum, sed multum minus, quam centum millia, quæ promisit Caspensis *in cur. Theol. t.* 2. *tr.* 24. *disp.* 4. *sect.* 15. *n.* 137. sic ait: Cùm enim quis confitetur decies peccaui, plus minusue, duo v. g. ad quæ se extendunt illa verba sunt aliquid paruum, & non est notabilis excessus: quando verò qui confitetur, mille peccaui plus, minusve; centum vel ducenta licet sint aliquid paruum respectiuè; sunt tamen aliquid magnum absolutè, & notabilis excessus necessariò exprimendus in subsequenti Confessione: hoc tamen relinquitur iudicio prudentis: quia regula omnino certa assignari non potest.

Quæ nunc hanc sequetur.

3. Verùm in his omnibus pro regula generali mihi placet quod sit admittenda explicatio iurisconsulti Vulpiani *in d. lege hac adiectio.* Vbi sic ait: Hæc adiectio plurisue non infinitam pecuniam continet sed modicam dumtaxat. Adiectio hæc solidorum decem, plurisuè ad minusculam (vel vt alij legunt, ad minutulam) summam refertur. Quanta autem debeat esse, non potest definiri vniuersali regula, sed arbitrio prudentis relinquitur, vt docet Glossa ibidem, & Vasquez *quæst.* 91. *art.* 1. *dub.* 6. *numer.* 2. debet autem in eo iudicio formando seruari hæc regula, vt quo maior est numerus qui nominatur; maior etiam numerus possit intelligi verbis illis plus, minusuè: non tamen debet hoc accipi proportione Arithmetica, vt dicunt, sed Geometrica: hoc est non debet ita accipi, vt si numero minori addita extendantur ad quintam partem, addita etiam numero maiori possint extendi ad quintam eius partem, v. g. cùm dicis peccaui decies plus, minusuè, verificatur si octo, vel si duodecim vicibus peccasti, atque adeo illa verba addunt vel demunt quintam partem numeri denarij, quæ est duo, & tamen cùm dicis peccaui centies plus minusve, non verificantur verba si octuaginta solis, vel centum viginti vicibus peccasti, quia quinta pars numeri centenarij, quæ est viginti, non est parum, sed multum plus, vel minus.

4. Ratio regulæ huius quoad vtramque partem est, quod ad verificanda illa verba, parum plus, vel minus semper debet interuenire aliqua paruitas in eo, quod additur, vel aufertur: paruitas autem aliquando est absoluta, quando in seipso absolutè est parum id, quod additur: aliquando verò est respectiua, quando licet in se non sit paruum; est tamen paruum respectiuè ad aliquid multò maius. Hinc est, quando verba illa plus, minúsve adduntur numero paruo, verificari, etiamsi id, quod additur, vel aufertur, sit tertia pars: v. g. si dicas peccaui ter plus, minúsve, vera sunt, si solum bis aut quater peccasti, quia licet vnum sit tertia pars numeri ternarij; est tamen in se satis paruum. Si autem dicas peccaui centies, plus, minúsve, non erunt vera si centum triginta vicibus peccasti, quia triginta, neque in se, neque respectiuè ad centum, sunt aliquid paruum; Et contra verò, si dicas peccaui millies, plus, minúsve, verum erit, licet mille quinquaginta vicibus peccaueris, quia licet quinquaginta non sint parum in se, sunt tamen nimis parum respectiuè ad mille. Hinc ergo oritur ratio, cur verba illa ad lapsus se extendant addita numero maiori, sed non cum totali proportione: quia scilicet, quando dicis decies plus, minúsve, duo v. g. ad quæ se extendunt illa verba sunt aliquid paruum ex vtroque capite, nempè absolutè, & respectiuè. Quando verò dicis millies, plus minúsve, ducentum licet sint aliquid paruum respectiuè, sunt tamen aliquid magnum absolutè, quæ magnitudo absoluta debet vinci per maiorem multò paruitatem respectiuam, ratione cuius possit intelligi illis verbis paruum plus, minúsve. Quò ergo maior est numerus, qui nominatur, eo plus debet distare ab illo pars quæ additur vel, aufertur, vt intelligatur verbis illis: quia quò pars illa est maior in se, eo minus intelligitur per paruum, nisi adeo crescat paruitas respectiua, vt propter excessum illum possit dici paruum, plus vel minus id quòd in se non est paruum, sed magnum. In praxi autem placet id; quod dicebat Menochius, verba illa posse verificari de quinque pro quolibet centenario; maximè si addantur numero millesimo, vel vltra millesimum, videtur aliquantulum stricta regula illa: qui enim dicit centies, plus, minúsve, verum dicit, licet centum & decem vicibus peccasset. Hucusque Caspensis, cui assentitur Leander *vbi supra*, vnde

de patet, vt diximus, esse prorsus refellendam opinionem quam ex Viualdo adducit Verricelli, nemo enim ex Doctoribus ausus est ad illum numerum pertingere; Hinc rectè nouissimè noster Pasqualigus *in sua theologia to.2.disp.73.sect.2.n.17.* sic ait; Quæres ad quantum se extendat particula plus, aut minus. Respondetur. Extendi tantum ad id, quod non est excessus notabilis supra numerum explicatum arbitrio prudentis viri iuxta qualitatem, & naturam subiectæ materiæ, vt desumitur ex *l. Hac adiectio ff. de verb. signific.* & notat Glossa ibidem vnde aliquando importat aliquid magnum respectiuè, licèt in se non sit aliquid magnum, vt duo respectu sex. Aliquando importat aliquid magnum in se, quia est aliquid parum respectiuè, vt quinquaginta respectu mille. Ita ille.

5. Et ideò immeritò hîc numerus extenderetur ad centum, vt ponitur in exemplo adducto à Verricelli.

6. Et tandem non desceram hîc apponere verba Martini de San Ioseph *in man. Confessor. to.1. lib.1. tr. 8. de pœnit. n.5.* vbi sic ait: El que no puede ajustar el numero de los pecados, podrà añadir la particula puco mas, ò menos, v. g. confessò vno diez pecados mortales, pocomas, ò menos; despues se à cordò que eran doze, no esta obligado à confessar los dos oluidados, porque entraron en la particula poco mas, ò menos Però si despues hallasse quatro ò cinco pecados mas, tendria obligacion de confessar el excesso, porque no se entendio de baxo de la dicha particula, sic Authores citati, de los pecados que se confiessa, sera mayor el numero de los que se pueden incluir en la particula, mas, ò menos.

RESOL. CLXXXIX.

Quomodo intelligenda sint illa verba plus minúsve, *quando pœnitens se accusat de numero peccatorum?* Ex part.3.tr.4.Res.93.aliàs 94.

Sup. hoc in Res. præterita, & in Res. seq.

§. 1. QVando non potest explicari certus numerus peccatorum, solent pœnitentes se accusare hoc modo, v.g. fornicatus sum vigesies, plus, vel minus; quæritur dicta verba ad quem numerum peccatorum extendantur; ita vt postea non teneantur illa confiteri, si commissorum ampliùs aliquot vicibus recordentur. Ioannes Sancius *in select. disp. 2. numero 14.* videtur docere illa verba *plus, vel minus*, vsque ad duo, vel tria extendi. Et ideo ait Filliucius *tom.1. tract.7.c.4. num.82.* si non constat certus numerus peccatorum, dicatur probabilis, dicendo, v. g. decies peccaui plus, vel minus, quod si postea aduertat fuisse 12. non est necesse illa duo ampliùs confiteri, secus si recordetur fuisse 15. vel 20. nam tunc teneretur confiteri illum excessum. Ita etiam docent Reginaldus *tom. 1. lib. 6. cap. 3. numero* 206. Vega *in summa, tom. 1. cap. 63. cas.* 22. Ledesma *in summa. tom.1.c.17. conclus.7.* Sotus *in 4. dist. 18.q.2. art.4.* Syluest. *ver. Confess.1.n.* 12. Sà *ver. Confessus, n.32.* Toletus *lib.3.c.7.n.2.* Villalobos *in summ. tom.1. tract.9. dub.35. num.5.* Syluius *in 3. addit. ad 3. part. q. 9. art.1. quæritur* 1. & alij

2. Sed supradicta opinio essee nimis rigida, & scrupulosa, & ideo non admittenda. Vnde mihi placet opinio Fagundez *præc. lib. 3. c. 5. numero. 9.* vbi docet, quòd maior, vel minor excessus illorum verborum, *plus, minúsve*, sumendus sit per ordinem ad maiorem, vel minorem numerum peccatorum, & ideo quando huiusmodi excessus, vel defectus sit nimis magnus, arbitro prudentis committitur. Quod vltimum etiam docuerat ante Vasquez *in 3. part. tom.4. quæst.91. art.1. dub.2. num.3.* Dicendum est igitur, illa verba *plus minúsve*, esse extendenda vltra binarium, vel ternarium, secundùm maiorem, vel minorem numerum peccatorum, de quibus pœnitens se accusauit. Et ideo Nauarrus *in cap. consideret, de pænit. dist.5. num. 41.* sic asserit. Non oportet confitentem nimium esse obnoxium in exactè confitendo numero, sed sufficit bona fide exprimere certum, puta centum plus minùs decem. Ita ille. Neque Doctores *supra* citati faciunt contra me. Nam loquuntur communiter, quando pœnitens se accusat decies plus, minúsve peccasse. Nam concedimus posito dicto numero, illa verba non esse extendenda nisi ad duo, vel tria peccata, non autem si pœnitens se accusaret, v.g. centies plus minúsve peccasse, quod est valde notandum à Confessariis, & pœnitentibus scrupulosis.

3. Non grauabor tamen hîc apponere singularem opinionem Martini Viualdi *in Candelabro aureo de confess. tit.7. §. sed dixi, num. 3. fol. mihi* 100. vbi sic ait. Si aliquis recordaretur multorum peccatorum, vt si confessus fuit peccasse decies, & postea recordatur peccasse vigesies, quia error magnus fuit in primo numero, teneatur illa peccata secundùm communem confiteri; sed verè, salua pace, mihi videtur, quòd si quis dixit, Peccauit decies in hoc peccato, & de omnibus aliis, quæ Deus scit me commisisse; in hoc casu, quorum non recordor, dico meam culpam, non teneri ampliùs confiteri, si postea aliqua venerint in memoriam; dummodo sufficiens examen, ac debitum priùs fuerit. Ita Viualdus. Sed an hæc opinio sit probabilis, iudicent alij; mihi enim non placet.

RESOL. CXC.

An quando quis confitetur commisisse erga Deum blasphemias, addendo paulo plus, minúsve, *si recordetur se aliis quatuor vicibus blasphemasse, teneatur has quatuor vices denuo confiteri?*

Et hæc Resolutio est generalis in aliis peccatis? Ex part. 4.tr.4.& Misc.Res.204.

§. 1. COmmuniter Doctores: quos vidi, asserunt, illa verba, *plus, vel minus*, extendi tantùm ad duo; sed extendi etiam ad quatuor, docet nouissimè Gaspar Hurtado *de Sacram. disp. 9. de pænit. diffic. 5.* vbi sic ait: Confitetur se fornicatum fuisse decem vicibus paulo plus, minúsve, & postea recordatur se aliis tribus, vel quatuor vicibus fornicatum fuisse, non tenetur illas tres, vel quatuor vices de nouo confiteri, Ita ille, cum quo videtur consentire Filliucius à me citatus *in 3. part. tr. 4. resol. 94.* quam vide. Sup. hoc in duabus Res. præteritis.

2. Non desinam tamen hîc adnotare, Hurtado suam sententiam veram existimare, quando etiam postquam talis recordatus est se illis tribus, vel quatuor vicibus amplius fornicatum fuisse, possit rectè ea verè iudicare se decem vicibus fornicatum fuisse paulo plus, minúsve, non verò quando id non potest sic iudicare, & dicere, vel quia post confessionem pœnitenti constante certo, aut determinato numero, nempè se duodecim vicibus determinatè fornicatum fuisse, vel quia post dictam recordationem non posset verè, & rectè indicare, & dicere se fornicatum fuisse decem vicibus paulo plus, minúsve, sed duodecim paulo plus, minúsve, quia sicut in principio pœnitenti certò constaret se duodecim vicibus determinatè fornicatum fuisse, aut iudicaret, se duodecim paulo plus minúsve fornicatum fuisse, teneretur sic confiteri,

teri, ſic etiam tenetur poſt confeſſionem factam. Ita Hurtado.

RESOL. CXCI.

An qui dixit Confeſſario ſe apud eum confeſſionem generalem facere velle, teneatur poſtea ei aperire omnia peccata mortalia? Ex part. 3. tract. 4. Reſ. 85. aliàs 86.

§. 1. Affirmatiuè reſpondent Victoria *in ſumma Sacrament. num.* 253. Ledeſma *in 2. part. 4. q.* 8. *art.* 1. *dub.* 15. Ratio eſt, quia aliter faciendo, decipit Confeſſarium, qui Chriſti vicem gerit in re graui.

2. Sed quia hic caſus frequenter ſolet accidere, ideo negatiuam ſententiam teneo cum Henriquez *lib. 2. cap. 12. num. 2. in gloſſa littera D*, & aliis communiter, quia quamuis ita dicendo mentiatur, id parum refert quoad hanc obligationem. Abſolutè enim non tenetur in ea confeſſione omnia dicere, nec dari præceptum poteſt etiam Papale, iuſtè obligans in hoc caſu ad omnia dicenda, nec fallit in re, quæ per ſe pertineat ad forum huius iudicis, ac proinde falſum eſt, dicere illum fallere Confeſſarium in re graui, pertinente ad ſuum iudicem. Si verò cùm id Confeſſario dixit, habebat reuera intentionem confitendi omnia peccata; hoc non obſtante non tenetur omnia dicere, quia poteſt poſtea mutare voluntatem ſuam, vnde non ſunt audiendi Victoria, & Ledeſma *vbi ſuprà.*

RESOL. CXCII.

Si quis incidit in peccatum, & non vult Confeſſario manifeſtare, tunc illud commiſiſſe, ſed cum illo fecit confeſſionem generalem, & inter alia peccata prius confeſſa confitetur etiam illud vltimum peccatum poſt vltimam confeſſionem perpetratum; quæritur, an hoc facere poſſit?

Ex quo deducitur, quod pœnitens non tenetur in confeſſione dicere ſe tale peccatum commiſiſſe poſt vltimam confeſſionem, niſi ob aliquam circunſtantiam mutantem ſpeciem neceſſe ſit hoc explicare. Ex part. 3. tr. 4. Reſ. 62.

Sup. hoc in Reſ. ſeq.

§. 1. De hoc caſu olim interrogatus fui, & magna diſſenſio inter multos extitit, & negatiuè reſpondendum videtur, quia in tali caſu notabiliter variatur iudicium Confeſſarij, nam putat illud peccatum iam fuiſſe olim clauibus ſubiectum, & abſolutum.

Sup. hoc in Reſ. not. præteritæ, §. 2. ad mediū. verſ. porque nayde, & ſeqq. & ſupra in Reſ. 129. ad medium, & in Reſ. 191. §. vlt. ad mediū.

2. Sed affirmatiua ſententia videtur tenenda ex caſu ſimili, quem docet Bonacina *de Sacrament. diſput. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 3. diffic. 4. num. 5.* vbi ex Sanchez, & Coninch probat pœnitentem in confeſſione non teneri dicere ſe tale peccatum commiſiſſe poſt vltimam confeſſionem, niſi ob aliquam peculiarem circumſtantiam mutantem ſpeciem, neceſſe ſit hoc exprimere. Sicut enim ſciens, vel dubitans ſe tale peccatum confeſſum fuiſſe, non tenetur ſub mortali dicere ſe aliàs confeſſum fuiſſe, vel dubitare an tale peccatum confeſſus ſit. Ita qui commiſit aliquod peccatum, non tenetur dicere, ſe tale peccatum poſt vltimam confeſſionem commiſiſſe, niſi adſit aliqua peculiaris circumſtantia. Ita Bonacina; ex quibus affirmatiuè reſoluitur caſus propoſitus. Ad argumentum contrarium reſpondetur, in tali caſu non variari notabiliter, ſed parum iudicium Confeſſarij, & pœnitens faciet maiorem pœnitentiam, quàm Confeſſarius impoſuit.

RESOL. CXCIII.

An in confeſſione generali quis debeat explicare, quod peccata commiſſa poſt vltimam confeſſionem non ſunt amplius confeſſa?

Et obiter notatur, ad hoc vt ieiunium naturale frangatur in ordine ad ſumptionem Eucharistiæ requiri nutritiuum eſſe id, quod editur. Ex part. 11. tract. 6. & Miſc. 6. Reſ. 22.

§. 1. Affirmatiua ſententia deducitur ex his, quæ docet nouiſſimè nominatim contra me Thomas Hurtadus *Var. tom. 2. tr. 7. c. 5. reſol. 9. num. 99.* vbi ſic aſſerit: Infertur quartò; Pœnitentem non poſſe in Sacramento pœnitentiæ vti æquiuocatione, amphibologia, aut vocum reſtrictione mentali, occultationeve veritatis, eſt indubitatum apud omnes, cùm enim Tribunal illud purè ſpirituale & veridicum ſit, nihil debet eſſe in ore quod non ſit in corde, aut in corde quod non ſit in ore. Hoc enim eſt quod deſiderabat Regius Propheta in Pſalm. 50. Pœnitentiali, dum expoſcebat à Domino dicens; *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Qua autem ratione eſſe poteſt mundum cor, & ſpiritus rectus, dum adeſt diſplicitas cordis, & veritatis occultatio, aut vocum mentalis reſtrictio? Vnde omnino falſo dixit Diana *part. 3. tr. 4. de Sacram. reſol. 62.* aſſerens quod ſi quis incidit in peccatum, & non vult Confeſſario manifeſtare tunc illud commiſiſſe, ſi faciat cum illo confeſſionem generalem, poterit inter alia peccata prius confeſſa, etiam illud vltimum peccatum non confeſſum confiteri, ſine eo quod dicat non confeſſum fuiſſe. Hoc inquam, ex ſe patet quam falſum ſit, quia confeſſio Sacramentalis, vt eſt de fide, fit per modum iudicij, in quo Confeſſor vt Iudex ſententiam fert contra pœnitentem, ſecundùm ea quæ ipſe de ſeipſo, ſeipſum accuſando dicit; atqui aduerſa omninò eſt ſententia de delicto quod remiſſum eſt, & pro illo reus manet obligatus ad pœnam duntaxat temporalem, & pecuniariam, ac eſt illa quæ fertur de delicto, quod meretur pœnam æternam, & capitalem, quale eſt peccatum mortale non confeſſum, & nunquam ſubiectum clauibus: ergo iſtud non confeſſum inter alia confeſſa ritè confiteri nequit, niſi dicat non eſſe confeſſum. Hucvſque Hurtadus.

Quæ hic eſt Reſ. antecedens à principio.

2. Sed licet hîc Auctor, ſit vir quidem doctiſſimus, & cui multum debent Profeſſores Theologiæ moralis, tamen aliquando poterat magis modeſte ſe habere in cenſurandis, & refellendis aliorum Doctorum opinionibus; vt patet legentibus eius opera; ideò non obſtantibus ea, quæ ſuperius ipſe dicit, non recedo ab opinione, quam probabiliter docui, & quam me citato docet, & multis argumentis tuetur Eminentiſſimus Cardinalis Lugo *de Sacrament. Pœnit. diſp. 16. ſect. 1. §. 1. à num. 46. vſque ad num. 56.* & me citato Hermannus Buſembaum *in Medulla Theol. mor. lib. 6. tract. 4. cap. 1. dub. 1. num.* 1. & me citato Leander *de Sacrament. tom. 2. tract. 5. diſp. 5. quæſt. 23.* & me citato Longhus *in tabulis Sacramentorum, tab. 2. cap* 11. *n.* 45. quibus etiam adde nouiſſimè Paſqualigum *in Theol. Sacra. tom. 2. diſp. 8. ſect. 6. num.* 40. & me citato Martinum de San Ioſeph *in mon. Confeſſ. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Pœnitent. num.* 13. vbi ſic ait: Vno cometio vn pecado graue, para ocultar al Confeſſor, que era de la confeſſion preſente, confeſſo ſe generalmente, y entra los pecados de la vida paſſada, confeſsò el vltimo: es muy probable, que pudo hazerlo aſſi, porque na diè eſtà obligado à dezir, que los pecados que cõfieſſa, ſon cometido

Sup. hoc in Reſ. not. præteritæ, §. 2. à lin. 4. & in aliis eius an. not.

metido despues de la vltima confession, sino es que interuenga alguna particular circumstantia, que no se dè à entender, sino es diziendo, que el pecado es reciente. Sic Bonacina *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 4. num. 5.* que cita a Sanchez, y à Coninch, y los cita, y sigue Diana *3. part. tract. 4. resol. 61.* y lo mismo me parece, aunque los pecados, que parece se encubren, se confiessen en otra qualquiera confession particular, como se digan con todas sus circumstancias, porque milita la misma razon, & de similibus simile est iudicium, *leg. Gallus. §. & quid si antum. ff. de lib. & posthum. leg. mulier. in principio, ff. ad Trebell. leg. non possunt, & leg. sequenti, ff. de legibus, §. rectè instit. mandati.* Ita ille.

Quæ hic est Ref. antecedens.

3. Et ratio nostræ sententiæ est, quia in confessione non est opus explicare quòd peccata sint vel non sint aliàs confessa, dummodò ex hoc non sequatur variatio speciei. Probatur: Peccatum est idem siue sit, siue non sit aliàs confessum. Ergo quod sit, vel non sit aliàs confessum, non est materia necessariò explicanda. Confirmatur: si ante confessionem præcedat contritio, non est explicandum, quod peccata sint remissa per contritionem, & si non præcedat, quod non sint remissa: Ergo. Obiicitur: Posset confessarius intelligere quod peccata noua sint aliàs confessa, & imponere minorem pœnitentiam: Ergo debent explicari. Respondetur negando consequentiam, quia in confessione non sunt omnia explicanda quæ conferunt ad augendam vel minuendam pœnitentiam. Obiicitur secundò: Plus distat peccatum non remissum à remisso, quam veniale à mortali. Ergo cùm pœnitens debeat explicare circumstantiam, quæ mutat de mortali in veniale, aut è contra debet etiam explicare, quod non sit remissum. Respondetur: Plus distare distantia extrinseca, non autem intrinseca in ratione peccati; debet autem explicari peccatum in ratione peccati secundum statum quem habet, dum fuit commissum, quia explicatur vt capax absolutionis, atque adeò secundùm esse intrinsecum. Itaque dicendum est in casu nostro, pœnitentem, licet non omninò explicet distinctè suum peccatum, imò vellet quod Confessarius intelligat de alio; verè tamen habere intentionem illud confitendi, atque ideò de illo loqui, nec aliquid contrarium dicere. Nec obstat quod dicat se velle confessionem generalem facere; per hoc enim non dicit se velle confiteri sola peccata antiqua, sed velle se etiam illa comprehēdere; nam confessio generalis omnia peccata complectitur vsque ad hanc horam. Nec etiam refert, quòd Confessarius intelligit illud esse peccatum antiquum; pœnitens enim id non dixit; atque ideò intentio absoluendi non regulatur ab existimatione priuata Confessarij, sed intendit absoluere à peccatis, quæ pœnitens detulit ad iudicium, quæcumque illa sint. Sicut, si quis affert baptizandum Infantem, & dicit esse filium suum, cùm non sit, sed supponit vnum pro alio; adhuc infans est baptizatus, quia minister intendit baptizare non eum, quem putat esse, sed eum quem præsentem habet, quicumque ille sit. Denique non refert quod pœnitens videatur implicitè iudicare quod sint peccata antiqua; nam ipse verè habet animum loquendi de peccatis nouis, & de illis vult loqui, licet desideret non intelligi quo ad hoc à Confessario: non est ergo idem, loqui obscurè ne intelligatur de illo, de quo loquitur, ac expresè negare; quia in primo casu verba verè significant id quod vult confiteri, atque ideo defert peccatum verum; in secundo autem casu verba non possent significare verum peccatum, sed falsum. Ex quibus patet responsio ad ea, quæ in contrarium adducta sunt à Patre Hurtado. Cæteras rationes pro nostra firmanda sententia, videbis apud Cardinalem Lugo *vbi supra*, qui, vt semper solet, late, & solidè illam tuetur & firmat. Et licet Hurtadi sententiam teneat doctissimus Pater Martinon. *de Sacram. tom. 3. disp 50. sect. 1. num. 17.* tamen postea sic asserit: Fateor tamen contrarium non esse improbabile, & in praxi satis tutum esse; quod quidem immeritò Hurtadus negauit. Qui etiam sciat nostram sententiam præter Lectores adductos, docere me citato Sapientissimum Patrem Amicum *in Curs. Theolog. tom. 8. disp 13. sect. 6. num. 125.* vbi sic ait: Dubitatur an si quis in confessione generali cum peccatis aliàs confessis confiteretur vnum peccatum post vltimam confessionem commissum, teneretur hanc circumstantiam explicare. Negat Diana *tract. 4. de Sacrament. resol. 61.* Quia nemo tenetur dum peccatum confitetur, dicere se illud commisisse post vltimam confessionem, nisi ob peculiarem circumstantiam peccati speciem variantem. Ita Amicus, & iterum ego.

Quæ hic est Ref. antecedens.

4. Nota hîc obiter primò, me olim docuisse tanquam probabile, adhoc vt ieiunium naturale frangatur in ordine ad sumptionem Eucharistiæ requiri nutritiuum esse id quod comeditur. Sed Pater Hurtadus *vbi supra tr. 11. cap. 8. & cap. 5. resol. 2. n. 197.* vocat nostram sententiam perniciosam, & nimis laxam. Mira res, quod opinio, quæ à viris doctis, & piis quotidie practicatur, & quam tot Auctores sapientissimi etiam ex Thomistis tuentur & docent, mira res inquam, quod à Patre Hurtado tam indigna nota inuratur: Sed ego ab illa non recedo, & illam me citato tenet nouissimè Leander *de Sacrament. tom. 2. tract. 7. disp. 5. quæst. 13. & 14.* & me citato Cardinalis Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 15. sect. 2. n. 27. cum seqq.* & me citato Franciscus Lugo *de Sacram. tom. 1. lib. 4. cap. 7. quæst. 6. n. 24.* & me citato Martinus de San Ioseph *in Mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Euchar. n. 7.* & me citato Garzias *in Summa tract. 3. difficult. 5. punct. 3. n. 31.* & me citato Pasqualigus *decis. 312. n. 3.* & me citato Hermannus Busembaum *in Medulla Theologiæ moralis, lib. 6. tract. 3. cap. 1. dub. 2.* & me citato Auersa *de Sacram. Euchar. quæst. 8 sect. 8.* qui inclytæ Religionis Patris Hurtadi bis Generalis dignissimus fuit. Videant modò viri docti, si Pater Hurtadus tam acriter nostram sententiam debebat impugnare, & illam tanquam perniciosam, & nimis laxam damnare. Vnde ex his refellendus etiam venit Bassæus *verb. Communis Sacram. n. 42.* & penes eum Henriquez. Non nego tamen sententiam Hurtadi esse satis probabilem, & illam, præter Doctores quos ipse citat, tenet Castrus Palaus *tom. 4. tract. 21. p. nct. 13. num. 3.* & Præpositus *in 3. part. q. 80. art. 8. dub. 1. num. 20. & 40.* Id quod constanter assero, est nostram opinionem etiam suam habere probabilitatem: vnde præter Doctores adductos, tenet me etiam citato, Trullench *de Sacram. lib. 3. cap. 6. dub. 1. n. 15.* vbi sic ait: Ad rationes primæ sententiæ responderi potest dicendo, res non comestibiles non frangere ieiunium, etiamsi in stomachum traiiciantur; quia reuera non sunt cibus, nec potus, vt supponitur, & Concilia, ac Canones solos cibos prohibent: ergo de illis cibis loquuntur, qui in stomacho alterari, & concoqui possunt. Vnde colligit Diana, non frangere ieiunium naturale eum, qui plures nummos aureos deglutiret, aut sint fructuum ossiculi, fragmentum metalli, vitri, aut capillulus, aut lignum, aut quid simile; quæ omnia admodum probabiliter sustineri possunt propter rationes dictas. Ita ille; cui etiam adde Patrem Tamburinum, *Opusc. 2. de Communione, cap. 2. §. 6. n. 18.* & Patrem Amicum *in Cur. Theol. tom. 7. disp. 17. sect. 1. num. 4.* qui docet papyrum, vel lapillum in stoma-

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Ref. 118. 119. & in Ref. 120. §. Verum. ad medium, à vers. Et licet.

chum

chum traiectum noo impedire Eucharistiæ sumptionem, quia non traiiciuotur per modum cibi.

RESOL. CXCIV.

An quis peccet, qui duos Confessarios habens, eorum vni prius confitetur mortalia, alteri postea solum venialia?

Et an hoc sit peccatum per accidens, v. g. si ob hanc causam pœnitens maneat in aliqua occasione peccati mortalis? Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 131. aliàs 132.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Syluester *verb. Confessio* 1. *q.* 6. & Victoria *in summa Sacram. num.* 196. quia etsi hoc non sit contra integritatem Sacramenti, est tamen quædam hypocrisis, & virtuale mendacium.

2. Sed contraria opinio est tenenda, quam tenet Fagundez *pr.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 14. Layman *in Theolog. mor. liv.* 5. *tract.* 6. *cap.* 8. *n.* 14. Coninch *de Sacrament. disp.* 6. *dub.* 4. *n.* 13. Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disp.* 22. *sect.* 1. *n* 22. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 16. *n.* 6. & Villalobos *in summa, tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 55. *n.* 1. Et ratio est, quia hoc non est contra integritatem Sacramenti, nam vtraque confessio est integra, neque est vera hypocrisis. Nam velle conseruare bonam famam apud Confessarium ordinarium, aut nullam, aut non grauem inordinationem cootinet. Non esse speciem mendacij, patet, quia talis nihil falsum confitetur, & licet facto ipso permittat alium decipi, id non est per se peccatum mortale.

3. Notandum est tamen per accidens, hoc esse aliquando peccatum mortale, vt si ob hanc causam pœnitens maneret in aliqua occasione peccati mortalis. Sed pro coronide huius resol. ponam hîc verba Villalobos *vbi supra, n.* 2. [Se ha de aduertir, que muchas vezes conuiene mudar Confessor por muchas causas, que los Confessores cada dia experimentan, las quales aun algunas vezes las ay entre Religiosas, y harian muy bien los que confiessan algunas vezes personas de ordinario, en aduertir les, que si alguna vez quisiessen, se confessassen con quien les pareciesse.] Vnde ait Layman *loco citato*, quòd imprudenter agunt Confessarij, si reprehendant pœnitentes suos, qui aliquando confessionale eorum declinant, cùm potiùs id dissimulare deberent.

RESOL. CXCV.

Quàm parcè, & cautè se gerere debeant Confessarij in interrogationibus aliquorum peccatorum cum mulieribus. Ex part. 3. tract. 4. Res. 98. alias 99.

§. 1. POnam hîc pulchra verba Angeli *verb. interrogationes, num.* 1. sic asserentis. Confitetur mulier, quòd fuit cognita extra vas debitum, non quærat postea Confessarius in quo loco, vel quomodo, & huiusmodi, sicut faciunt quidam, qui potius sunt contaminatores, quàm Confessores. Ita ille, quem postea sequutus est Fagundez *precept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 8. vbi sic asserit. Si mulier, aut vir confitetur habuisse copulam extra vas naturale, non est inquirendum in qua parte corporis, quia sufficit habere cognitionem huius peccati contra naturam, & non oportet scire illas circumstantias, quia maior cognitio potest afferre nocumentum magnum Confessori. Hinc Homobonus *in exam. Eccles. part.* 1. *tractat* 4. *cap.* 12. *q.* 11. dixit, præstare aliquando Sacerdotem minùs perfectè peccatum pœnitentis intelligere, quàm vel illi, vel sibi aliquod scandalum creare, quæ verba ille desumpsit ab Ægidio Coninch. *de Sacrament. disp.* 7. *dub.* 7. *n.* 56.

RESOL. CXCVI.

An inspirationibus diuinis non correspondere sit peccatum, & benè faciant, qui de hoc se accusant in confessione?

Et notatur, quod transgressio inspirationis oblatæ, quando offertur occasio frangendi præceptum, non est distinctum peccatum a crimine transgressi præcepti.

Et an vt solent facere communiter pœnitentes, sit consultum manifestare Confessario in actu sacramentalis confessionis supra dictas resistentias circa diuinas inspirationes?

Et in textu huius Resolutionis multa docentur, de quibus pœnitentes communiter se accusant, quæ peccata non sunt, de quibus erroribus æquum est Confessariis pœnitentes monere, & signanter in §. penultimo, & vltimo huius Resolutionis aduertitur, quod plures pœnitentes vxorati se accusant, quod tempore habitæ copulæ, vel extra verba amatoria, & impudica cum vxoribus sunt colloquuti, & quod in actu coniugij nimiam carnis delectationem sunt experti, quæ ex sententia Sancij neqoaqaam peccata sunt, de quibus Confessarij debent illos aduertere. Ex part. 3. tract. 4. Res. 52.

§. 1. HÆc resolutio sedabit multos scrupulos, præsertim personis spiritualibus. Toletus *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 6. asserit esse peccatum veniale nòn respondere diuinis inspirationibus, nec operari aliquod booum, cùm possit quis operari, licèt non obligetur ex præcepto. Sup. hoc in Res. seq.

2. Sed Sancius *in selectis disp.* 7. *n.* 4. inquirit ab isto Doctore, si ex præcepto non obligatur ad operandum, quare oiouttendo operationem peccabit veoialiter, cùm etiam peccatum veniale contra præceptum sit, & non præter præceptum, vt ipsemet Toletus testatur.

3. Ideo tanquam certum tenendum est, ait idem Sancius, nullum esse peccatum vocationibus diuinis ad consilia exhortantibus non respondere. Cùm enim consilia sequi noo sit sub præcepto, sed sub consilio, & non operari iuxta consilium, nullum peccatum sit, vt admittunt omnes, nec etiam non respondere vocationi ducenti ad consilium, peccatum veniale erit. Et hanc sententiam docet etiam Tannerus *in part.* 2. *disp.* 4. *quæst.* 10. *dub* 4. *num.* 70. vbi in repugnantia diuinis inspirationibus nullam culpam inuenit.

4. Hinc colligitur quòd quoties obsistitur ab hominibus inspirationibus ad sequendum consilia, vt quòd efficiantur Religiosi, quòd abstineant à curis sæcularibus, quòd sint contenti quibus tegantur, ne sedulò quærant alimenta superflua, ne nimium solliciti sint de salute corporis, vt orent mentaliter, quòd dignitates non appetant, &c. colligitur (inquam) non esse necessarium huiusmodi defectus non responsionis confiteri, cùm peccatum minimè sit deserere consilia Euangelij. Aduertántque Confessarij, fideles monere nullum interuenire peccatum in huiusmodi non responsionibus circa inspirationes diuinas, ne ex conscientia erronea peccent. Et hæc omnia Sancius *vbi supra*, quod etiam procedere in Religiosis obseruat.

5. Notandum est etiam hîc obiter cum eodem Sancio *num.* 11. quòd transgressio inspirationis oblatæ, quando offertur occasio frangendi præceptum,

non est distinctum peccatum à crimine transgressi præcepti, Sed an, vt solent facere communiter pœnitentes, sit consultum manifestare Confessario in actu sacramentalis confessionis supradictas resistentias circa diuinas inspirationes; negatiuè respondet *loco citato* Sancius *& disp.2. num.4. & seq.* Nam licèt secundùm se narrare aliquas imperfectiones causa humilitatis, & capiendi consilij sic vtilius, quàm ab illarum relatione abstinere; illas tamen sacramentaliter confiteri, & animo quo communiter à fidelibus in confessione recensentur, minus vtile est, quia sacramentalis Confessionis iurisdictio ad sola peccata se extendit. Narrare igitur vt absoluantur, quæ peccata non sunt, minus vtile est; fideles enim Illiterati eo animo recensere decreuerunt, vt ab eis absolutione liberentur. Cùm verò error hîc sit, æquũ erit Confessariis pœnitentes monere, ne sacramentaliter, vel vt absoluantur, ea quæ peccata non sunt, narrent. Hic idem Sancius tenet, quòd pœnitentes de multis rebus se accusare solent, vt absoluantur, quæ peccata non sunt. Et ideò.

6. Primò, pœnitens si examinationem sufficientem egisse bona fide arbitratur, & dolorem adducere (quamuis non egerit maxima examinatione,) quàm possit, aut non adducat magis intensum dolorem, non opus est huius defectus se accusare, quia ad moralem diligentiam solùm obligatur.

7. Secundò, pœnitentibus opus non est in fine Confessionis dicere; Me accuso & de omnibus commissionibus, opere, verbo, & cogitatione, quia huiusmodi generalis accusatio imbibita est in specialium confessione.

8. Tertiò, pœnitentibus opus non est in fine confessionis dicere; Me accuso de omnibus, quorum obliuiscor, quæ si in memoriam reuocarentur propalarem, quia huiusmodi propositum inclusum est in peccatorum accusatione.

9. Quartò, pœnitentibus opus non est se accusare non amasse Deum tota intensione actus, qua possent; quia in minima intensione impletur præceptum.

10. Quintò, pœnitentibus opus non est dicere; Me accuso eo modo, quo scit Deus me deliquisse, quia confessio facienda est iuxta conscientiam pœnitentis. Et hæc omnia Sancius *in selectis, disput. 1. n. 8. 17. 19. 21. & 25.*

11. Sextò, plures pœnitentes vxorati se accusant, quòd tempore habitæ copulæ, vel extra verba amatoria, & impudica cum vxoribus propriis fuerint colloquuti; quod tamen peccatum non est, quia illa honestantur matrimonio, sicut honestatur copula; idem Sancius *disp.6. n.4.*

12. Septimò, plures vxorati se accusant, quòd in actu coniugij nimiam carnis delectationem fuerint experti, nequaquam peccatum est, quia id est naturale copulæ carnali. Idem *ibidem num. 5.* Sed hoc vltimum aliquibus displicet, sicut etiam, & multa alia ex supradictis, quia verò amicissimus vir illa constanter affirmat, ideo de illis alij iudicent.

RESOL. CXCVII.

Solent in confessione viri timorati se accusare de ordinariis imperfectionibus, v. g. non consensisse diuinis inspirationibus; quæritur, an hoc ab ipsis laudabiliter efficiatur? Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Res. 19.

Sup. hoc in Res. præterita.

§. 1. NEgatiuè respondet Ioannes Sancius *in Selectis, disputat. 1. num.4.* vbi ait. Quod, licèt secundum se narrare aliquem suas imperfectiones, causa humilitatis, capiendi consilij, mortificationisve, sic vtilius, quam ab illarum relatione abstinere; illas tamen sacramentaliter confiteri more, & animo, quo communiter à fidelibus in confessione recensentur, minus vtile est. Nam sacramentalis confessionis iurisdictio ad sola peccata se extendit, vt constat ex institutione ipsius, illis Christi verbis Ioann. cap. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Et constat ex Tridentino, *sess. 14. can. 3.* de quo Soto *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 1. col. 2.* Ægidius *de Sacram. tom. 2. disput. 4. dub. 2. num. 16.* Vasquez *tom. 3. in 3. part. disp. 135. num. 25. & tom. de pœnit. quæst. 90. art. 1. dub. 1.* Suarez *tom. 1. de pœnit. disp. 35. sect. 1. num. 4.* Henriquez *lib. 4. cap. 2. num. 1.* Syluester *verb. Sacramentum, 1. quæst. 13.* Narrare igitur, vt absoluantur quæ peccata non sunt, minùs vtile est. Fideles tamen illiterati eo animo recensere decreuerunt, vt ab eis absolutione liberentur; cùm verò error hic sit, æquum erit Confessariis pœnitentes monere, ne sacramentaliter velut absoluendas imperfectiones, quæ peccata non sunt, narrent. Quòd si pœnitentes illas peccata esse putent, à Confessario doceantur scelera non esse, nec deinceps indigere eas amplius confessioni subiicere, vt absoluendas; & ne in posterum ex conscientia erronea peccent, id agentes, quòd neutiquam facinus est. Ita ille.

2. Sed nouissimè contrarium docet Pater Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 3. sect. 1. num. 42.* vbi ita asserit: Quæres an Regulares laudabiliter possint in confessionibus se accusare de ordinariis imperfectionibus, v. g. quod non responderint diuinis inspirationibus? Respondetur posse, & probatur, tum quia non est necesse, quod omnia, quæ pœnitens confitetur, absolutè, ac determinatè sint materia absolutionis; cum aliqua dicantur in confessione ad maiorem abundantiam ad plenius aperiendum statum pœnitentis, vel vt per absolutionem deleatur, si quid in iis peccatum fuit; tum quia plura ex iis, quæ videntur meræ imperfectiones, non fiunt sine aliqua culpa veniali; præsertim attenta communi Thomistarum sententia, quod non detur actus moralis indifferens in indiuiduo. Ita ille, & ante illum Eminentissimus Lugo *de Pœnitentia disp. 16. num. 103.*

RESOL. CXCVIII.

An Medicus teneatur relinquere infirmum nolentem confiteri? Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 92. aliàs 93.

§. 1. PIus V. anno Domini 1566. in quadam Bulla incipiente, *Super gregem*, &c. præcipit, ne Medici vltra tertium diem visitent ægrotum, nisi de illius confessione sibi constet per fidem Confessoris in scriptis datam, & addit, vt ante gradum Doctoratus petatur ab illis iuramentum seruandi illam constitutionem. Quæ quidem constitutio renouatur *cap. cùm infirmitas, de pœnit. & remiss.* vbi præcipitur Medicis, vt quando vocantur ad curandos ægrotos, priusquam curationem corporis incipiant, eos moneant ad confessionem faciendam, quæ omnia essent valdè Medicis onerosa, si benignè viri docti illa non explicarent. Sup. hoc in Res. seq.

2. Dico igitur primò contra Cherubinum *in compendio Bullarum, tom. 2. const. 3. Pij V. schol. 2.* Rodriquez *in qq. Regul. tom 1. quæst 4. art. 3.* D. Antoninum *3. part. tit. 7. c. 2. §. 4.* Syluestrũ *ver. Medicus, q. 3. dicto 3.* & alios, dictas constitutiones Pontificias non

obligare

obligare in quibuscumque morbis, sed in morbo graui, vel qui in principio prudenter iudicatur à Medico periculosus, vt grauis efficiatur. Ita Nugnus *in addit. ad 3. part. tom. 2. quæst. 6. art. 5. diffic. 2.* Scortia *in Bull. Pontific. epitome 89. theorem. 215.* Suarez *tom. 4. disp. 35. sect. 3. numer. 4.* Tabiena *ver. Medicina, q. 12. n. 13.* Rosella *ver. Medicus, n. 3.* Angelus *eodem verb. n. 9.* Armilla *num. 1.* Graffius *part. 1. decis. lib. 3. c. 14. num. 7.* Vega *in summ. tom. 2. cap. 35. cas. 3.* Homobonus *vbi infra*, & alij.

13. Dico secundò supradictã monitionem satis esse, vt Medicus faciat per alios, nam sic constitutiones illas interpretata est consuetudo. Ita Vega, Graffius, Suarez *locis cit.* & Homobonus *de statibus, part. 2. c. 5.* & alij penes ipsum.

4. Dico tertiò, quòd si æger in probabili mortis periculo constituatur, non est deserendus à Medico, etiamsi pertinax sit in renuenda confessione. Immo idem dicendum est, quoties Medici absentia esset grauiter ægro nocitura. Plus etiam addo, quòd quando creditur certò monitionem nil profuturam ob ægri obstinationem, nec Medicus tenetur eum admonere, nec eum deserere; nam Pontificis mens fuit spirituali ægri saluti consulere, & nihil frustraneum præcipit. Sed in hoc casu frustranea esset admonitio, nec ad eum finem conductus, Ergo, &c. Et ita docent Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 3. cap. 16. n. 10. 11. & 16.* Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. diffic. 27. n. 5.* Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 38. c. 13. n. 4.* & Sylvius *in addit. ad 3. part. D. Thomæ, q. 6. art. 5. quæritur 1. concl. 1.*

5. Dico quartò, non esse necessarium, quòd Medicus exigat fidem Sacerdotis in scriptis, sed sufficit testimonium illorum, qui eius curam gerunt, si sint fide digni. Immò talis potest esse infirmus, vt eius testimonium sufficiat; nam ita constitutionem Pij V. vsu receptam fuisse, testantur Didacus Nugnus *in 3. part. tom. 2. q. 6. art. 5. difficult. 2.* Fillliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 3. num. 34.* Scortia, Barbosa, & alij *vbi supra.*

6. Dico quintò, cum supradictis Doctoribus, iuramentum à Medicis præstitum exequendi decreti, solùm intelligi in quantum præsens constitutio Pij V. vsu recepta est: ita Scortia, Sanchez, & alij *locis citatis.* Immò Villalobos *in summa. tom. 1. tract. 9. diffic. 27. n. 5. in fine*, sic ait. [En esta Vniuersidad de Salamanca no esta en vso, que ni toman iuramento à los Doctores, ni ellos loguardan, sino que mandan confessar al enfermo, quando esta en peligro, y creo deue ser lo mismo en otras partes.] Sed an ita sit, nescio, in nostra tamen Synodo Panormitana *part. 2. n. 11.* sic habetur. Quòd Summus Pontifex Pius V. propositis pœnis iussit, ne Medici post triduum ægrotos inuisant, nisi peccata confessi fuerint: cuent Parochi vt executioni debitæ mandetur, quæ verba intelligenda sunt iuxta limitationes, & interpretationes Doctorum, de quibus *suprà* dictum est.

RESOL. CXCIX.

An nolentes confiteri possint à Medico curari?

Et docetur Medicum teneri per se, vel per alios nunciare mortem infirmo, quem præcognouit cito, & certo venturam, quando prænunciatio proderit valde animæ infirmi. Ex part. 11. tract. 1. & Misc. 1. Resol. 22.

§. 1. NEgatiuè respondet nominatim contra me Caramuel *in Theologia fundamentali fundam. 55. §. 2. numer. 1139.* vbi sic ait: Pius Quintus anno Domini 1566. euulgauit Bullam, quæ incipit *super gregem, &c.* Et in illa præcepit ne Medici vltra tertium diem visitent ægrum, nisi de illius confessione sibi constet per fidem Confessarij in scriptis exhibitam, &c. Quo illa modo obligat? Diana *part. 3. tract. 4. resol. 93.* perdoctè expendit, sed quia supposita obligatione adhuc laxè pronunciat, non erit animus examinare an obliget? Vbi, & quando? Sed quid facere possit Medicus ex suppositione quòd obliget; Dianam audiamus; Dicit quòd si æger in probabili mortis periculo constituatur, non est deserendus à Medico, etiamsi pertinax sit in renuenda confessione. Immò addit, idem dicendum fore, quoties Medici absentia esset grauiter ægro nocitura. Subiungit, quòd quando creditur certò, monitionem nihil profuturam ob ægri obstinationem, nec teneri Medicum eum deserere, nec admonere, & allegat pro se Sanchez, Villalobos, Barbosam, Syluiumque. Quæ hic est Ref. antecedens.

2. At ego rationem asserendi hæc non video, immò puto hæc omnia satis clarè insinuare, hanc opinionem Dianæ Bullam, etiam vbi acceptata est, Medicos non posse obligare in conscientia, quod ipsum falsissimum est, datur enim in Republica, qua Ecclesiastica, & qua sæculari, authoritas præcipiendi aliqua sub pœna capitis, & vltima condemnantur sententia, hæretici ab Inquisitoribus, & à Principibus alij scelerati: Cur igitur non poterit præcipi confessio vltima sub pœna capitis? & si poterit cur non etiam sub pœna carendi Medicis, & Medicinis: non solùm in eo casu, quo illi, & istæ requirantur ad melius, sed in casu etiam (possibili, aut impossibili) quo præsciretur certò ægrum sine Medico moriturum? Ergo in tali casu Medicus non teneretur iuuare ægrum qua proximus ex charitate, non qua Medicus ex officio, qui enim à Principe vltima condemnatur sententia, non debet priuata pietate iuuari. Ita Caramuel.

3. Sed ego non recedo à sententia quam docui, nec vrgent ea, quæ contra me asserit Caramuel; quia ego non adhæsi opinioni affirmatiuæ, quatenus Respublica Ecclesiastica non possit præcipere confessionem vltimam sub pœna capitis, & sub pœna carendi Medicis, & Medicinis; sed dictam sententiam tenui, quia putaui non fuisse latum præceptum in casu, quo æger ex desertione Medici poneretur in probabili periculo mortis, & sic intelligendam esse Bullam Pij Quinti ex praxi; & obseruantia subsequenti, & ex Doctorum opinione existimo.

4. Nam Summus Pontifex in tali casu aliquid noluit intendere, aut præcipere; Vnde præter Doctores à me citatos, nostram sententiam docet Castrus Palaus *tom. 3. tract. 14. disp. 2. punct. 7. §. 4. num. 5.* & Fagundez *in Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 25. num. 14.* vbi sic ait; Si autem admonitus æger confiteri nolit, iubet expressè Pius Quintus in suo motu proprio edito anno 1566. incipit (vt iam diximus) *super gregem Dominicum*, vt Medicus infirmum deserat, qui post tertium diem à monito transactum fidem non fecerit suæ confessionis per schedulam Confessarij, quasi eam pœnam iustissimè imponat ægro nolenti sua peccata sacra confessione expiare, vt doctè ait Suarez *dicto tom. 4. in 3. part. disputat. 35. sect. 3. num. 5.* nisi ex desertione Medici constituatur æger in probabili mortis periculo, tunc enim, etsi pertinax sit in recusanda confessione, deserendus non est, quia contra charitatis ordinem videtur non opem ferre ægro in ea necessitate posito corporis & animæ, quia fortè desperans obibit, & fortasse Medico non deserente sanitatem comparabit, aut morbo ingrauescente, confessionem suscipiet. Ita docet Sanchez post motum Pij Quinti, & ante illos, & prædictum motum Pij Quinti id iam

iam docuerunt D. Anton. 3. *part. tit. 7. cap. 2. §. 4.* Angelus *verbo Medicus num.* 8. & ibi Syluester *quæst. 5. dicto* 2, Armill. *num.* 1. Tabiena *verbo Medicina quæst.* 11. *num.* 12. & quamuis ante motum proprium Pij Quinti id docuerint, attento solo decreto capitis, *Cum infirmitas, de pænit. & remis.* illorum tamen ratio locum etiam habet post motum proprium Pij Quinti, nam si ea desertio est contra charitatem, nihil contrà charitatem intendere debuit Pius Quintus in suo motu proprio. Ita Fagundez, cui adde Fragosum *de Republica tom. 1. l. 5. disp. 13. §. 6. num* 222. Escobar de Mendoza *in Theol. mor. tr. 1. exam. 7. c. 3. n. 86. in fine.*

5. Non deseram hic obiter adnotare, aliquos docere teneri Medicum per se, vel per alium nunciare mortem infirmo, quam præcognouit citos & certo venturam, quando talis prænunciatio proderit valdè animæ infirmi, nec adhuc disposuit de bonis suis, & confitebitur si fortè habuerit conscientiam de mortali, in quo euentu tenetur; secus si probabiliter credit, quod prænunciatio mortis parum, aut nihil profutura sit infirmo; eo quod de bonis animæ, ac fortunæ iam disposuerit; tunc enim damnosa erit corpori, semper tamen bono corporis, bona animæ sunt præferenda. Ita Ioann. de Neapol. *quodlib.* 11. quem sequitur Tabien. *verbo Medicus n.* 15. & Syluest. *eodem verbo n. 4. vers. quartum*, vbi subdit ad id teneri Medicum, etiam quando dubitat an hæc prænunciatio profutura sit necne, quia in dubio debet, si potest commodè homo auertere à proximo suo damnum notabile. Quare non est standum dicto Galeni, dicentis Medicos erga infirmos deploratos debere semper sanitatem spondere, quia hoc nō procedit, nisi quando nunciatio esset valdè nociua: vel potius dicendum est Galenum fuisse loquutum tanquam conscium vitæ temporalis, & omninò vitæ spiritualis ignorantem. Sic Syluest. *suprà.* Vide Fragosum *vbi suprà num.* 224.

TRACTATVS QVARTVS DE ABSOLVTIONE SACRAMENTALI.

Et etiam moribundis sensibus destitutis largienda.

RESOL. I.

An Confessarius absoluens aliquem, sine iurisdictione, teneatur monere pœnitentem de defectu?

Idem est, si sine sufficienti dispositione pœnitentis eum absoluit, aut non obligauit ad restitutionem faciendam ad quam debebat illum obligare. Ex part. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 9.

Sup. hoc primo casu vt in annotatione posita infrà in §. Sed hanc. & signanter in §. Hæc omnia. huius Ref. Pro secundo casu in §. Sed. huius Ref. ad lin. 11. & §. vlt. Pro tertio casu infrà prope finem §. Sed hanc. huius Ref. & magis latè infrà in tr. 6. Ref. 22. & in aliis vers. eius not. Sup. hoc infrà in fine §. Hæc omnia huius Ref. & in alio §. eius annot. Sup hac bona fide lege latam doctrinam infrà Ref. 9. per totam, & aliarum eius notationum.

CASVS curiosus, & practicabilis, & ad illum negatiuè respondet nouissimè Ioannes Ponrius *in Cur. Theolog. disputat.* 46. *q.* 11. *concl.* 6. *num.* 149. vbi sic ait; Quæres quomodo se gerere debet Confessarius quando sine iurisdictione absoluit, aut sine sufficienti dispositiune pœnitentis; aot non obligabat ad restitutionem faciendam, ad quam debebat obligare, & quam propterea pœnitens non faciet, quia putat se non esse obligatum ad illam faciendam. Quantum ad defectum ob carentiam iurisdictionis, quando absolutio ex illo capite est inualida.

2. Respondeo, mihi probari sententiam Antonini, Syluestri, Nauarri, ac Ioannis Valeri, non teneri confessarium ad aliquid significandum pœnitenti; sed sufficere, quòd satisfaciat Deo pro proprio peccato, nisi pœnitens esset in statu, in quo verisimiliter non crederetur posteà vllo modo confessurus illa peccata.

3. Ratio est, quia quamuis non sit verè absolutus, nisi habuerit contritionē, tamen cùm procedat bona fide prima sequenti confessione erit in statu gratiæ, non obstante priori defectu: quia peccata tum malè confessa, condonabuntur indirectè posteà virtute alterius Confessionis sequentis.

4. Vnde non videtur fieri ipsi tantum malum, ob quod Confessarius deberet infamare se dicendo, quòd absoluerit malè.

5. Dixit autem, nisi pœnitens esset in statu, &c. quia tum periculum damnationis æternæ pœnitentis sufficienter obligaret Confessarium ad significandum defectum proprium.

6. Dices cum Ioanne, Medina, Soto, Corduba, Vasquez, Suarez, quos sequitur Cardinalis de Lugo, eum, qui est causa alicui non obseruandi præcepti diuini propter ignorantiam quam causauit in ipso, debere tollere illam ignorantiam, præsertim si potest sine graui damno. Sed Confessarius sic absoluens, est causa cur pœnitens non confiteatur validè sua peccata, vt tenetur ex præcepto diuino; quia putans se validè absolutum, ignorat se teneri ad confitenda iterum ea peccata: ergo.

7. Probatur maior, quia si quis diceret alicui, obligato ad audiendam Missam, quòd non esset obligatus, aut quòd fornicatio simplex non esset prohibita, deberet postea significare contrarium.

8. Respondeo, distinguendo maiorem, quando non obseruauit illud præceptum sufficienter, quantum est ex parte sua concedo, quando obseruauit, nego maiorem, & consequentiam, quia pœnitens in nostro casu iam satisfecit, quantum est ex parte sua, præcepto de confitendis illis peccatis. In casu autem Missæ, & fornicationis non solùm non obseruabit præceptum, sed committet actum oppositum.

9. Posset etiam distingui maior alio modo, quando periculum esset, quod si non tolleret ignorantiam, alia similia peccata sæpius committerentur, aut venirent in cognitionem erroris illius, qui causauit ignorantiam, aut aliquod aliud detrimentum graue succederet, concedo; quando non, nego.

10. In casu autem ignorantiæ de obligatione audiendi Missam, & fornicationis, & de prohibitione fornicationis, illud periculum esset; non verò in casu confessionis inualidæ ex defectu iurisdictionis in Sacerdote. Hanc responsionem præfero priori, & videtur mihi valdè notanda. Hucvsque Pontius; cui adde Ioannem de Soria *in epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 6. §. circa casus reseruatos*, cuius verba alibi adduxi. Alibi in tr. seq. Ref. 8. §. vlt.

11. Sed

Et pro alibi posito in lin. 1. huius §. Sed hanc. in omnibus Res. & §§. positis in annot. prima §. seq. huius Res.

11. Sed hanc sententiam ego alibi non admisi, & nunc iterum non admitto, est enim contra communem sententiam Doctorum, demptis aliquibus, & ita me citato tenet Leander *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disput. 11. q. 134.* vnde in re tam graui non grauabor hîc apponere verba sapientissimi Iacobi Granadi *in 3. part. D. Thomæ contr. 7. tract. 10. disput. 10. num. 5.* Tertius (asserit) defectus committi potest in aliquo essentiali sine quo Sacramentum pœnitentiæ fuit nullum, vt si pœnitens absolutus esset sine dolore requisito, aut Confessarius absoluisset sine iurisdictione; & tunc non est dubium, quin teneatur Confessarius vocare pœnitentem, & petita licentia detegere veritatem, & curare vt legitimè confiteatur; excusari tamen aliquando posset Confessarius ab hac obligatione, si inde resultaret sibi dammum, quod præponderat, vt bene Suarez *sect. 6. numer. 7.* notat autem Ledesma *in tractat. de pœnitentia capit. 21. dub. 6.* tam pro hoc casu, quàm pro aliis, in quibus tenetur Confessarius monere pœnitentem, petendam esse ab eo licentiam (nisi fortè iterum ad confitendum eidem reuerteretur) quia sine illa non potest agere cum illo de rebus in confessione iam peractis extra confessionem: vnde si nolit pœnitens eam concedere; liber erit Confessarius ab obligatione, quod ego verum puto saltem, quando Confessarius nihil positiuè dixit pœnitenti, vnde proueniret damnum tertiæ personæ, nam si dixisset mala fide, & peccando lethaliter, eum non teneri ad restituendum, videbitur Confessarius obligatus ad restitutionem, si pœnitens non restituat; Si verò id dixit bona fide, & non peccando lethaliter, non tenebitur ad restituendum: addit etiam Ledesma, & bene, si pœnitens sit absens, monendum esse per litteras à Confessario, dicente se habere negotium non leuis momenti, quod cum illo tractari oportet, & obtenta licentia tractabit, non verò aliter.

Sup. hoc notato infrà in tr. 7. Res. 44. & signanter lege etiam alias Res. eius not. & signanter pro parte vers. nisi fortè huius textus infrà in tr. 8. Res. 57.

Sup. hoc suprà à lin. 6. huius Res. & magis latè infrà in tr. 6. Res. 22. & in aliis vers. eius notat.

12. Hæc omnia Granadus *loco citato*; addam etiam hîc verba Remigij *in pract. confess. tr. 5. c. 5. §. 20. n. 3.* vbi sic ait; [Quando el confessor absoluio el penitente de algunos casos reseruados sobre que no tenia autoridad, deue procurarla del superior, y pedir licencia del penitente para habrarle acerca de su confessio, y absoluerle, si esto se puede hazer sin escandalo porque aliàs le ha de dezar en su buena fe; y como dize Henriquez, no auisarle nada de su absolucion inualida, porque se puede creer que ya esta in gracia, por la que diò el confessor de los pecados, sobre que tenia autoridad, y iurisdicio directa, y de los reseruados indirettamente. Fuera de que semejante persona se ha de constituir en gracia por otra confession con qualquier Sacerdote que la haga, haziendole de attrito contrito, y consequentemente no padecera niuno daño espiritual de la absolucioo antecedente. Es tambien buen consejo, que el confessor que cometio algun yerro en la confession, procure si el penitente se viene à caso à reconciliar, dezirle dissimoladamente, se acuse de todo lo que otra vez se acusò y absoruerle; nam hoc satis est, vt noua absolutio cadat in totam illam materiam superiorem, quæ illi vno verbo sufficienter nunc explicatur. Bien es verdad que si el penitente estuuiesse enfermo, y cercano à la muerte quedaria el confessor obligado ad auisar le del defetto cometido, y azer que se confessassè nueuamente por amor del peligro de su alma, si muriesse con la inualida absolucion. Ita ille.

Sup. hoc infrà in Res. 9. §. vlt. à lin. 6. & signanter infrà in tr. 5. Res. 8. §. vlt. & in Res. 25. & 40.

Sup. hoc infrà in tract. 5. Res. 8. §. vlt. in fine, & suprà in hac ipsamet Res. in fine §. Respondeo. & §. Dixi autem.

13. Nota verò, quod etiam est tenendum ex Pontio, *vbi suprà n. 110.* Quantùm ad defectum Confessarij; ex eo quod eius culpa pœnitens non significauerat omnia sua peccata, aut circunstantias ex se necessarias; si defectus fuit talis, vt eius occasione pœnitens verisimiliter committeret similem errorem iterum, vt Confessarius diceret, non esse necessario exprimendas circunstantias mutantes speciem, aut numerum peccatorum; tenetur admonere pœnitentem si absque graui detrimento poterit, siue culpabiliter, siue inculpabiliter commisit defectum; quia hoc exigit caritas, vt scilicet caueat errorem proximi in re tam necessaria, præsertim cùm ipse fuerit causa ipsius. Excusabit autem ad hoc graue detrimentum, quia illi errori potest caueri in aliis confessionibus per alium Confessarium, quem credibile est non omissurum interrogare de similibus circunstantiis, aut numero, si ipsemet pœnitens omittat illa specificare.

RESOL. II.

An sit valida absolutio sacramentalis collata sub conditione de præterito, vel futuro?

Et an si quis impenderet absolutionem sacramentalem dicendo : Ego tibi peccata remitto, condono; remittuntur tibi peccata: Sacramentum absolutionis tibi impendo, *an, inquam, peccet mortaliter?* Ex part. 11. tract. 4. & Misc. 4. Res. 18.

§. 1. REspondeo cum communi, quod sic, modò conditio sit de præterito, aut præsenti de re quæ verè est, vel fuit, vt absoluo te si habeas dispositionem requisitam: si possum te absoluere; si restituisti heri quod debebas.

2. Ratio est, quia talis conditio nec suspendit effectum Sacramenti, nec reddit pœnitentem incertum alio modo quam esset incertus si daretur absolutio sine illa conditione, & præterea, de facto datur, quandoque Baptismus cum conditione, si non sit baptizatus.

3. Existimo tamen non valere formam cum conditione de præsenti, aut præterito de re, cuius existantia non potest moraliter cognosci nec à Sacerdote, nec à pœnitente, cùm tameo si daretur absolutè magis essent certi de absolutione; v. g. si quis diceret; Ego te absoluo, si Alexander Magnus fecit aliquid, de quo nulla habetur notitia in historiis, aut si Magnus Turca iam dormiat: nam & absolutio data cum talibus conditionibus esset ridicula, nec est verisimile quod Deus instituerit pro forma Sacramenti formam ridiculam.

4. Et præterea forma Sacramenti debet esse ex natura sua talis, vt explicatione ipsius si cognosceretur, Ecclesia, & ipsemet pœnitens, ac Sacerdos absoluens posset moraliter cognoscere Sacramentum validè collatum fuisse, modò pœnitens fuerit benè dispositus.

5. Si verò conditio sit de futuro, vt absoluo te si cras restitueris; aut absoluo te, si sol cras oriatur; aut si Antichristus sit futurus; maior est in resoluendo difficultas.

6. Hiquæus existimat conditionem de futuro, quod certo cognoscitur pro præsenti futurum, non impedire validitatem absolutionis; eam verò, quæ est de futuro incerto impedire.

7. Conink verò, & Cardinalis de Lugo putant vtramque esse inualidam, quia vtraque æquè suspendit effectum Sacramenti.

8. Sed contra, nam conditio de futuro certo, vt ita dicam, non ita ex natura sua suspendit, quin Ecclesia possit colligere reum esse absolutum, & reuera illa conditio si Antichristus sit futurus, æquiualet huic: si verum sit, quod Antichristus sit futurus; Vnde conditio est de præsenti veritate futuritionis

Antichisti, quamuis dicatur esse conditio de futuro, quia obiectum ipsius est aliquid futurum, conditio verò de futuro incerto suspendit effectum, quantum ad cognitionem quam posset habere Ecclesia ex natura formæ, sicut conditio de præsenti, si Turca dormiat.

9. Itaque existimo cum Hiquæo, conditionem de futuro certo nullo modo impedire validitatem formæ ex eo, quod sit de futuro tali præcisè, nisi aliunde ex ridiculitate conditionis, vt dixi supra colligeretur, quod non deberet existimari forma valida.

10. Quantum autem ad conditionem de futuro incerto, vt si cras restitueris te absoluo, sentio cum communi, quod inualidet absolutionem, quia licet, vt paulò ante dixi de altera conditione, illa æquiualeat, si verum sit, quod restitueris, quæ conditio est de præsenti, & cognoscitur à Deo esse ex suppositione futuritionis; tamen quantum ad cognitionem, quam vel Confessarius, vel pœnitens, vel Ecclesia potest habere, non potest sciri, quod pœnitens esset pro præsenti absolutus cum vlla morali certitudine, etiamsi esset benè dispositus, & absolutio data à Sacerdote cum debita intentione; forma autem valida Sacramenti huius, & aliorum omnium saltim præter matrimonium, debet esse talis, vt ex natura ipsius, supposita dispositione suscipientis, & legitima applicatione ipsius per Ministrum, possit Ecclesia cognoscere, quod sortiatur in præsenti effectum.

11. Nec obstat dicere cùm Eminentissimo Domino meo Cardinali Lugo, quòd sicut consensus conditionalis mariti ducentis mulierem, si ipsa consenserit, transit in absolutum, nisi retractetur posita conditione, & tunc confertur gratia mediante matrimonio; ita absolutio data cum conditione de futuro, dabit effectum posita conditione, & tunc fiet validum Sacramentum.

12. Respondeo, negando consequentiam, quia posita conditione illa, à qua dependebat consensus mariti, ponitur de præsenti materia & forma eius, quæ est mutuus vtriusque contrahentis consensus, absque alio impedimento, vt supponitur, consensus quidem mulieris actu & realiter: consensus verò viri ad minos mortaliter? Vnde non est mirum, quod tum contrahatur validè matrimonium, & fiat Sacramentum illud validè: sed conditio futuri posita in absolutione conditionata non est nec materia, nec forma Sacramenti, nec consequenter ea posita applicatur materia & forma, sed illa applicata fuere antecedenter; Vnde antecedenter deberent causare gratiam, & constituere Sacramentum, vnde si tum non constituerint validum, nec contulerint gratiam, posteà non debebant alterutrum facere, nisi posteà applicentur; sicut enim, in ipso matrimonio non constituunt Sacramentum, nisi quando actu applicantur: ita nec in aliis Sacramentis debent actu constituere, nisi quando actu applicantur.

13. Et hæc omnia docet Ioannes Pontius *in cur. Theologia disputat. 46. quæst. 2. conclus. 2. num. 15.* Vide Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disputat. 2. quæst. 23. cum seq.* Castrum Palaum *tom. 4. tract. 13. punct. 5. num. 9.*

Sup. contento in hoc & seqq. §§. lege infra doctrinam Res. 8. per totam, & signanter §. vlt.

14. Notandum est tamen hic obiter casus, de quo, dum hæc scriberem fui interrogatus, An si quis impenderet absolutionem dicendo, Ego tibi peccata remitto, cõdono, remittuntur tibi peccata, Sacramentũ absolutionis tibi impendo, An inquam peccet mortaliter; Aliqui censent his, & similibus casibus, quando forma non redditur dubia, non committi peccatum mortale, seposito scandalo, vt Sotus *in 4. dist. 14. quæst. 1. art. 3. in fine*, & Valentia *tom. 4. disput. 7. quæst. 2. punct. 3. §. esset tamen peccatum mortale.*

15. Sed aliqui putant esse peccatum mortale; eo quod modus ordinarius absoluendi ex consuetudine grauiter obliget, neque possit occurrere iusta causa illum mutandi.

16. Et in hanc sententiam magis propendo cum Vasquez *in 3. part. to. 4. qu. 84. artic. 3. dub. 3. n. 12.* & Præposit. *in 3. part. q. 6. de forma Sacram. pœnit. dub. 1. num. 8.*

RESOL. III.

An Confessarius absoluens pœnitentem sub his verbis, Nos absoluimus vos in nomine Patris, &c. *peccet mortaliter?*

Et supponitur Confessarium validè sic absoluere.

Et aduertitur posse, interdum expedire vnica absolutione absoluere multos, quando vrget periculum mortis; sicut vna ablutione baptizari multi possunt.

Et docetur in forma absolutionis pro nomen, Te, & esse de essentia Sacramenti? Ex part. 11. tr. 6. & Misc. 6. Res. 13.

§. 1. Confessarium validè sic absoluere patet ex his, quæ docet Granadus *in 3. p. contr. 7. tr. 1. disp. 6. sect. 4. num. 30.* Secundò quæri potest an hæc sit forma sufficiens: *Nos absoluimus vos.* Respondetur pronomen, *nos*, quod se tenet ex parte subiecti, dupliciter accipi posse: Primò vt significet vnam tantùm personam, quæ tamen ob authoritatem vtatur eo termino, sicut vti solent Episcopi, & Reges, & sic non est dubium quin non obstet veritati absolutionis: secundò, vt significet plures Sacerdotes simul concurrere, vt causas inadæquatas ad eundem absoluendum, & sic forma non valeret, quia de ratione huius Sacramenti est vt ab vno ministro adæquatè conferatur; & ob eandem causam diximus in materia de Baptismo, non posse validè baptizari eundem à duobus. Quod attinet ad pronomen *Vos*, se tenens ex parte prædicati, dicendum est non obstare veritati formæ huius Sacramenti; nam vel illud vsurpatur etiam ob authoritatem personæ quæ absoluitur, vt si quis absoluens Episcopum diceret: *Ego vos absoluo*: & sic patet non esse mutationem alicuius momenti, vel vsurpatur eo quod simul plures homines ab eodem Confessario simul absoluantur; & ea etiam non est mutatio substantialis; imò in casu vrgentis necessitatis liceret id facere, vt si naufragium immineret, & simul plures confitentur eidem Sacerdoti, essetque periculum in mora Ita Granadus.

Sup. hoc magis late in principio Res. seq.

Sup. hoc infrà in Res. 46. §. vlt. & late in Res. 47. signanter in fine, & inferius in tr. 8. Res. 38. §. 1. in fine, & supra in tr. 3. Res. 123. vers. Tertio.

2. Sed difficultas est, an in tali casu Confessarius sic absoluens peccet mortaliter? Et negatiuè respondet Amicus *in cur. theol. tom. 8. disp. 11. num. 31.* vbi sic asserit, Notat Caietanus *in summa*, absolutionem datam in plurali, honoris causa, validam esse peccare tamen Sacerdotem qui illa vtitur, recedendo à communi forma Ecclesiæ. Haud tamen puto peccatum esse mortale. Aduertit etiam Henriquez *lib. 4. de sacrament. cap. 11. numero 4.* posse, & interdum expedire, vnica absolutione absoluere multos, quando vrget periculum mortis; sicut vna ablutione baptizari possunt multi. Est contra summam Tabienam, *verb. absolutio 1. nu. 8* docentem, non posse plures simul absolui ab vno. Ita Amicus, cui ego etiam adhæreo.

Sup. hoc supra in tr. 1. Res. 39. §. 1. & in alio §. eius primæ not.

3. Notandum est hic obiter, in forma absolutionis, pronomen, *Te*, esse de essentia Sacramenti, quoniam actio absolutiua debet esse determinata ad subiectum, quod absoluit; non est autem determinata, nisi per pronomen, *Te*: Vnde si iudex audito reo, vellet

Sup. hoc in §. vlt. Res. primæ post seq. & supra in tr. 1. Res. 60. §. 1.

pulo post initium. vers. Quā ob causam, & lege etiam alias Res. & §§. eius annot. & non pigebit.

veller illum absoluere, non sufficienter absolueret per solum verbum, *absoluo.* Pari modo non esset sufficiens forma Baptismi si omitteretur pronomen, *Te.* Ratio verò est, quia actio magis pendet à subiecto, circa quod determinatè versatur, quàm termino, à quo absoluit: ergo maior ratio est, vt in Sacramentum Pœnitentiæ exprimatur subiectum, quod est absoluendum, quàm peccata à quibus est absoluendum, sed hæc omnia non procedunt si Confessarius dicat, *Ego absoluo à peccatis tuis*; nam in illa particula, *tuis*, includitur, & implicitè continetur pronomen, *Te.* Et ita docet Eminentissimus dominus meus Cardinalis Lugo *de sacr. pœnit. disp. 17. sect. 1. num. 24.* & post illum Leander *de sacr. tom. 1. tr. 5. disp. 2. qu. 4.*

RESOL. IV.

An plures possint esse Ministri vnius pœnitentis in eadem confessione?

Et in textu huius Res. apponuntur aliqui casus, quamuis raro contingentes pro praxi supra dicta quæstionis.

Sed magis difficultas est, an in dictis casibus essent duo Sacramenta, vel vnum tantum?

Et an quando validè duo simul absoluunt, possint simul dicere: Nos te absoluimus? Ex part. 1. t. tr. 8. & Misc. 8. Res. 46.

Sup. hoc in Res. præterita §. 1. cursim ante medium, vers. Secundo vt significat.

§. 1. TRactat hoc dubium Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacr. pœnit. disp. 12. sect. 7.* quærens vtrum forma absolutionis possit proferri à pluribus ministris, & *num.* 160. sic respondet, In primis non videtur dubium, quod absolutio vtriusque esset valida, si vterque simul perficeret prolationem formæ, pœnitens esset dispositus, quia vtraque esset forma prolata à legitimo ministro super materiam debitam, & non esset maior ratio cur vna absolutio habere effectum, quam altera. Dixi tamen si pœnitens esset dispositus, quia cum ille modus accipiendi absolutionem à duobus, & confitendi simul vtrique sit contra Ecclesiæ consuetudinem, multi, quibus consentit Suarez in præsenti *disp. 8. sect. 4. num. 4.* putant esse illicitum, & posset ea hac parte deficere dispositio necessaria in pœnitente. Aliquando tamen cessat hæc ratio, vt si moribundo, qui confessionem petit, adueniant duo Sacerdotes, & vterque illum sensibus destitutum absoluat: vel si in naufragio, aut incendio aliquis multis Sacerdotibus præsentibus confiteatur, vt ab illis absoluatur, vel denique si bona fide id faceret existimans ita licere, in his enim & similibus casibus locum potest habere hæc quæstio, & nunc dicimus vtramque absolutionem concurrere ad gratiam sacramentalem, quia non est maior ratio de vna, quàm de altera. Quod autem aliqui opponunt repugnare duplicem causam adæquatam, qualis esset illa duplex absolutio, facile soluitur; Tum quia hæc absunt causæ physicæ, sed morales, vt suppono ex tractatu de Sacramen. in genere. Tum quia licet singulæ causæ in actu primo essent sufficientes de facto in actu secundo attemperaretur concursus vnius propter præsentiam alterius, & causalitas, seu productio gratiæ abesset duplex, sed vnica adæquata procedens ab vtraque causa; sicut quando de facto plures Sacerdotes consecrant eandem hostiam. Tum denique quia in nostro casu facilius dici posset singulas absolutiones habere suum effectum diuersum. Hucusque Lugo.

2. Sed notandum est hic pro curiosis cum Dicast. *de Sacr. tom. 2. tr. 8. disp. 10. dub. 2. num. 13.* casum posse occurrere ad impossibile, qui si contingat videtur posse, imo & debere absolui simul à duobus. Nempè si quando quis in prælio vulneratus ad mortem, & morti proximus cœpit vni confiteri, & propter periculum superuenientis hostis, Confessarius ante absolutionem fugiat, posteà verò cessante illo instante periculo redeat ad moribundum cuius iam confessionem alius Confessarius cœpisset excipere, ita vt vterque Confessarius iam præsens sit, & neuter integram confessionem excepisset, sed vnus vnam partem, alter alteram, pœnitens verò esset iam alienatus à sensibus, vterque posset, & deberet absoluere directè ab iis quæ audiuit, vt potè nesciens an illa ipsa, vel alia (saltem ea parte) explicauerit secundo Confessario, cumque fortè sit periculum in mora, poterit vterque simul absolutionem impendere directè eorum quæ audiuit, vt cætera simul indirectè remittantur, quæ quidem omnia sunt valdè notanda.

3. Sed magis difficultas est, an in prædictis casibus essent duo Sacramenta, vel vnum tantùm, de qua vide Lugum, & Dicastill. *loco citato* qui tamen in pluribus inter se discrepant, quibus adde Auersam *de Sacram. pœnit. q. 12. sect. 5.*

4. Ex his oritur aliud dubium, an quando duo validè simul absoluunt, possint singuli dicere; *Nos te absoluamus?* Suarez *to. 3. in 3. part. disp. 23. sect. ‥ n. 13.* valere putat, si sensus non sit, quod vterque concurrat vt causa partialis, sed quòd vterque causet illum effectum, perinde atque si duo consecrent eandem hostiam, verè dicet vterque nos consecrauimus hanc hostiam. Vasquez in hac materia *quæst. 91. art. 4. dub. 1. num. 8.* negat valere, iuxta ea quæ *tom. 2. in 3. part.* latius dixerat de Baptismo. Idem etiam docet Cardinalis Lugo *de pœnit. disp. 13. n. 176.* Vide etiam Coninch. *de Sacram. quæst. 67. art. 6. dub. 1. num. 43* & ne deseras recognoscere Dicastillum *vbi supra nu. 39. cum seqq.* vbi more suo latè, & doctè hoc dubium pertractat; & ex illo alia plura dubia emanantia curiosè discutit vsque ad *num. 62.*

RESOL. V.

An sit valida forma absolutionis sacramentalis, si dicatur: Absoluo te, non addendo à peccatis tuis?

Et quid est sentiendum, si Sacerdos solum diceret: Absoluo?

Et an talis Confessarius sit denunciandus Sancto officio? Ea part. 1. t. tr. 6. & Misc. 6. Res. 11.

§. 1. NOuissimè negatiuam sententiã docet Pater Pasqualigus *in Sacra Doctrina t. 2. d. 84. sect. 1. num.* 10. vbi sic ait: Dico secundò, verba, *Ego te absoluo* non sufficiunt, sed necesse est ponere saltem, à peccatis. Probatur: Illa verba sunt essentialia formæ, quæ sunt necessaria ad significandum effectum, quem causant: Sed hæc verba, *Absoluo te*, non significant: ergo. Minor probatur: Effectus Sacramenti est remittere peccata, & ab iis absoluere; verba autem, *Absoluo te*, non significant absolutionem à peccatis, quia absoluere est indifferens ad significandam absolutionem ab hoc, vel ab illo. Dices determinari à subiecta materia, quia cadit demonstratiuè suprà pœnitentem petentem absolui à peccatis. Contrà forma Sacramentorum non debet determinari à materia, sed ipsa debet determinare materiam ad significandum effectum Sacramenti: Ergo si ea se non significat determinatè effectum, non erit sufficiens. Dices secundò, verbum, *Absoluere*, supponere pro eo, à quo fit absolutio, & ideò non suspendere significationem. Contrà verba quæ non significant aliquod vnum, sed possunt significare plura, suspendunt significationem, cùm non sit maior ratio, cur potius vnum quàm alterum significent; tale autem

Ad magis firmandam doctrinam huius Res. lege Res. hanc sequentem vbi aliquid inuenies, & signãter in Res. 1. post seq. alin. 2. per totum §. 1. & vide etiam Res. eius secundæ annot. & in tom. 5. tr. 1. Res. 183. §. 1. ad medium, cursim in vers. sicut propter.

est

est verbum, *Absolvo*. Confirmatur: verba *Absolvo te*, non significant explicitè, & formaliter absolutionem à peccatis, sed ad summum virtualiter: ergo non sunt sufficiens forma. Consequentia probatur: forma Sacramentorum causat effectum ex vi suæ significationis: ergo ad causandum requiritur adæquata significatio formalis, quia causa non potest causare, nisi eius vis causativa formali modo existat. Hucusque Pasqualigus. Sed ante ipsum ex neotericis hanc sententiam docuerat Ioannes Vvigers *in 3. part. D. Thom. q. 84. art. 3. concl. 4. num.* 12. Pater Aversa *de Sacram. pœnit. qu.* 12. *sect.* 3. & Martinon *de Sacram. pœnit. disp.* 12. *sect.* 1. *n.* 7. 8. *&* 9. *in fine.*

2 Sed ego puto non esse recedendum ab affirmativa sententia, quam communiter asserunt Doctores. Ita S. Thomas *p.* 3. *q* 84. *art.* 3. Caietanus *ibidem in summa, verb. absolutio.* Sotus *in* 4. *dist.* 14. *q.* 1. *art.* 3. *in fine.* Mayronus, *q.* 1. *art.* 2. Angles *de Sacrament. pœnit. q.* 1. Sylvester *verb. absolutio, q.* 6. *num.* 4. Tabiena *eodem verbo. num.* 12. Armilla *num.* 4. Toletus *lib.* 3. *cap.* 12. Suarez, *t.* 4. *in* 3. *par. disput.* 19. *sect.* 1. Vasquez *q.* 84. *art.* 3. *dub.* 4. Sylvius *ibidem.* Henriquez, *lib.* 4. *de Sacram. cap.* 11. *num.* 3. Emanuel Sà *verb. Absolutio.* Coninch, *disput.* 4. *dub.* 3. *num.* 30. Amicus *in curs. Theolog. tom.* 8. *disp.* 10. *sect.* 1. *n.* 11. Præpositus *in* 3. *par. D. Thom. q.* 6. *de forma Sacram. pœn. dub.* 1. *num.* 4. Granadus *in* 3. *par. Contr.* 7. *tr.* 1. *disp.* 6. *sect.* 1. *num.* 6. Lessius *in* 3. *par. qu.* 84. *art.* 3. *num.* 16. Fabius *in* 4. *dist.* 14. *q.* 4. *disputat.* 21. *cap.* 3. *num.* 44 59. *&* 61 Mercerus *de Sacr. ad* 3. *par. qu.* 84. *art.* 3. *num.* 1. Remigius *in pract. confess. tract.* 5. *cap.* 5. §. 1. *num.* 4 Ioannes de Soria *in Epitome Sacram. p.* 2. *tract.* 1. *sect.* 1. *disput.* 6. §. *circa formam, seu absolutionem.* Martinus de San Ioseph *in mon. confessar. tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 2. *de pœnit. num.* 7. Ioannes Henriquez *in compend. cap.* 33. *num.* 2. Petrus à Sancto Ioseph *in Idea Sacram. cap.* 27. *resol.* 3. Caspensis *in curs. Theol. tom.* · . *tract.* 24. *disput.* 2. *sect.* 4. *numero* 40. Opatovius *de Sacramen. tr. de pœnitent. disp.* 1. *qu.* 3. *num.* 26. Tannetus *tom.* 4. Leander *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 2 *qu.* 7. Moscosus *in Summa tract.* 6. *cap.* 13. Cardinalis Lugo *de pœnit. disp.* 13. *sect.* 1. §. 3. *numero* 34 Fagundez *de Præcept. Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *numero* 19. Reginaldos *tom.* 8. *lib.* 28. *num.* 2. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 1. *punct.* 2. Villalobos *tom.* 1. *t.* 9. *difficult.* 5. *n.* 3. Ysambert *propos.* 2. *nu.* 7. Chellisonius *in* 3. *part. qu.* 84. *art.* 3. *dub.* 3. & ibi Pesantius, & Nugnus, Sayrus *de Sacr. in genere, lib.* 1. *cap.* 3. *part.* 5. §. *In pœnitentia Sacramento.* Molfesius *in Summa, tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 5. *num.* 26. Filliucius *tom.* 1. *tr.* 6. *c.* . *n.* 61. Castrus Palaus *tom.* 4. *tr.* 23. *punct.* 5. *num.* 2.

3. Probatur hæc opinio, quia ea tantum verba sunt essentialia formæ alicuius Sacramenti, quæ proprium eius effectum determinatè significant, provt coniunguntur propriæ suæ materiæ modo sibi debito, vt patet ex formis omnium aliorum Sacramentorum novæ legis: atqui sola ista duo verba, *absolvo te*, prout iuridicè pronunciantur à Sacerdote supra pœnitentem, statim post explicationem peccatorum in cõfessione Sacramentali factam, significant determinatè remissionem peccatorum, quæ est proprius effectus Sacramenti pœnitentiæ, omissis omnibus aliis verbis tam antecedentibus quàm consequentibus Præterea coniunguntur suæ materiæ modo convenienti Sacramento pœnitentiæ, quatenus illud est in forma iudicij, in quo accusatio rei, & cognitio criminum eius debet præcedere, tum pronuntiatio sententiæ absolutoriæ subsequi: igitur sola ista verba *Absolvo te*, sunt de essentia Sacramenti pœnitentiæ.

4. Dico igitur verbum, *Absolvo*, amplam habere significationem, & ad varia determinabilem, quæ ex intentione proferentis possit ad hanc, vel illam significationem determinari, & ex subiecta materia potest secundùm vsum communem cognosci accipi in determinata significatione, scilicet, vel pro absolutione à peccatis, vel pro absolutione à censuris, vel pro absolutione à pœnis & proinde quando in hoc iudicio dicitur, *Absolvo te*, ex vsu communi, verbum *Absolvo*, satis determinatè significat absolutionem à peccatis, cùm significatio illius in hoc Sacramento adaptetur iuxta exigentiam materiæ quam recipit, & cuius remissio petitur in hoc Sacramento. Confirmatur, quia si quis petat absolutionem à censura, sufficienter absolvetur etiam per illa verba, *Absolvo te*, quia illa verba, præsupposita explicatione censuræ, sufficienter determinatè significant absolutionem à censura. Itaque cum ea tantùm verba constituunt essentialem formam Sacramenti, quæ cum adiunctis circumstantiis exprimunt principalem effectum Sacramenti; talia sunt hæc verba, *Absolvo te*, in forma Sacramenti pœnitentiæ: ergo hæc tantum constituunt essentiam formæ huius Sacramenti. Maior constat, nam verba quoad significationem sumenda sunt secundùm omnes circumstantias quas habent adiunctas, & secundùm quas ex communi hominum institutione, determinantur ad significandam, vt patet in illa forma Baptismi corruptè prolata. *Ego te Baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritua Sancta*, quæ ex declaratione Zachariæ Papæ valida, est, eo quod prolata in talibus circumstantiis, ex communi hominum sensu significant mysterium Sanctissimæ Trinitatis, quæ tamen sub aliis circumstantiis prolata, illud non significarent. Pari igitur ratione, verba hæc, *Absolvo te*, etsi ex se indifferentia sint, ad significandam tam absolutionem à censura, quàm à peccatis, prolata tamen supra pœnitentem, quia sua peccata confessus est Sacerdoti, determinatur ad significandam absolutionem à peccatis, qui est principalis effectus huius Sacramenti. Vnde ex his patet responsio ad argumenta Pasqualigi, & Merceri: nam licet verbum, *Absolvo*, indifferens sit, determinari potest ex intentione ministri, & confessione pœnitentis, vt solutionem vinculi peccatorum significet; sicut si coram iudice sisteretur reus catenis ligatus, eo ipso quod iudex præciperet eum solui, non dubitaretur velle, vt à catenarum vinculis soluatur: sicut etiam cùm Lazarum suscitatum præcepit Dominus Iesus Christus, *Ioann.* 11. solui, sufficienter significavit vincula, quibus tanquam mortuus ligatus fuerat, vt sepeliretur. Et ideò cùm ex Dialecticis attributum in enunciatione attrahit à se subiectum, idest determinat eius significatum, designando pro quo illud supponat; sic etiam in oratione practica eius coniunctio ad hanc, & istam materiam in particulari determinat illius formale significatum cadere supra hanc, & istam materiam in particulari: sed hæc forma, *Ego te absolvo*, est quædam oratio practica, est enim Sacramentalis, & proindè effectiva illius quod significat, & dum iuridicè pronuntiatur à Sacerdote, statim post accusationem peccatorum factam à pœnitente pro obtinenda remissione peccatorum quoad culpam, ei coniungitur tanquam suæ speciali materiæ: ergo hac sui coniunctione ad accusationem, seu confessionem peccatorum determinat practicum formale eius significatum, esse remissionem peccatorum quoad culpam: nec proinde ad essentiam istius formæ opus est addere hanc particulam, *A peccatis tuis.* Et hoc potest illustrari exemplo familiari. Æger aliquis accedit ad medicum, cui morbum, morbiq; causas, symptomata, & id genus cætera accuratè explicat: si peritus ille medicus, his auditis, statim subiiciat, *Te sano*, hoc verbum rectè intelligitur dici propriè solummodò de curatione ab illo morbo, quem ægrotus ille modò exposuit medico;

Sup. hoc, quod hic cõfirmatur in t. 5. tr. 1. Res. 183.

Sup. hæc forma 8 primi supra in t. 1. ex doctrina Res. 4 §. vlt. & in tom. . Res. 222. §. vlt. prope finem.

&

& ad iſtud ſignificandum non fuit opus medicum addere hanc particulam, *ab hac tua infirmitate*; quia ex communi vſu loquendi id ſatis intelligitur, cùm ſit quædam reſponſio medici ad inquiſitionem ægroti: reſponſio autem, & interrogatio intelliguntur eſſe de vno, & eodem; ſed ſacramentalis confeſſio pœnitentis eſt doloroſa explicatio, & accuſatio morborum animæ eius, inquirentis à Sacerdote gratiam ſanantem per beneficium abſolutionis iuridicè: ergo ad practicam ſignificationem verborum formæ illius, *Ego te abſoluo*, ſic ſtatim pronunciatorum, ſequitur ſufficiens expreſſio eiuſmodi effectus proprij huius Sacramenti, & per conſequens hæc verba, *A peccatis tuis*, non ſunt de eſſentia formæ Sacramenti Pœnitentiæ. Vnde ex his, vt dixi, remanent ſoluta argumenta à Paſqualigo, & alijs in contrarium adducta.

Sup. contento in hoc § ſupra in Reſ. 3. §. ult. & ſuperius in tr. 1. Reſ. 60. paulo poſt initium à verſ. Quam ob cauſam & lege etiã alias Reſ. & §§ eius 40.

5. Sed quid dicendum ſi Sacerdos diceret ſolùm, *Abſoluo* Reſpondeo, abſolutionem eſſe nullam; quicquid aſſerat Henriquez, & alij; Et an talis confeſſarius eſſet denunciandus Sancto Officio, vide nouiſſimè Marantam *in ſuis Reſponſionibus, to. 5. reſp. 58. n. 21. cum ſeqq.* qui adducit cenſuram Patrum Societatis, aſſerentium, dictam opinionem eſſe falſam, & contra communem, non autem hæreticam. Dicendum eſt igitur, quod ſi aliquis Sacerdos pœnitentem abſoluens diceret tantum, *Abſoluo*, ſine aliqua explicatione ſubiecti, in quod cadit abſolutio, nullum faceret Sacramentum. Et ratio huius eſt, quia abſolutio, ſiue remiſſio debet ſignificari, & applicari in particulari, & practicè; non autem in abſtracto, non declarando cui applicatur: vnde ly *Te*, ſiue nomen proprium pœnitentis, ſiue aliud æquiualens neceſſariò eſt exprimendum in forma: nam abſolutio eſt iudicialis ſententia, quæ dirigenda eſt ad reum, & in eum eſt terminanda, dicendo autem ſimpliciter, *Abſoluo* ſine deſignatione pœnitentis abſoluti, non valet, vt eſt communis ſententia. Nec valet dicere, ſufficere in caſu Sacerdotis intentionem abſoluentis, quæ dirigitur ad pœnitentem; nam ex antecedentibus, & conſequentibus ſatis apparet pœnitentem præſentem à peccatis confeſſis abſolui; ergo Reſpondetur: intentionem non ſufficere, quia talis non eſt ſenſibilis, alioquin nec verba eſſent neceſſaria, ſi ſufficeret ſimpliciter Sacerdotis intentio, quod quidem falſum eſt; qua propter ſi omittatur particula illa, *Te*, ſine alio æquiualente, mutatur forma ſubſtantialiter; nam forma abſolutionis inſtituta eſt per verba demonſtratiua. Concludimus ergo verba illa, *Abſoluo te* eſſe neceſſaria, & eſſentialia, cùm vtrumque neceſſarium ſit ad effectum Sacramenti ſignificandum; actus enim iudicialis non poteſt ſignificari ſine verbo; *Abſoluo*, & remiſſio non fit practicè, ſi non declaretur perſona, cui fit remiſſio, & abſolutio.

RESOL. VI.

An quando dicta verba à peccatis tuis, *apponuntur, cauſent effectum principalem Sacramenti, tanquam pars?* Ex part. 11. tract. 6. & Miſc. 6. Reſ. 12.

Vt magis clareſcat doctrina huius Reſ. lege præteritam Reſ. & ex Reſ. ſeq. §. 2. ad lin. 5.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Ioannes Præpoſitus *in 3. p. q. 84. a. 6. de forma Sacram. pœnit. dub. 1. n. 6.* quia licet verbum, *Abſoluo*, poſſit per intentionem miniſtri determinari ad abſolutionem à peccatis, etiam ſine alio addito, tamen ſignificatio illius verbi non eſt determinata, vt per eiuſdem miniſtri intentionem non poſſit relinqui in ſuo modo ſignificandi confuſo, & determinabili per particulas adiunctas, *A peccatis tuis*, quo caſu conſtat ante aduentum particularum, ſenſum formæ non eſſe legitimum & completum, prout Chriſtus inſtituit, & proindè poſſe per illarum aduentum compleri, & ſignificationem verbi determinari ab abſolutionem à peccatis. Ita Præpoſitus.

2. Sed negatiuæ ſententiæ adhæret Cardinalis Lugo *de Sacr. pœn. diſp. 13. ſect. 2. §. 1. n. 34.* vbi ſic ait: Verius videtur etiam quando de facto adduntur illæ voces, *A peccatis tuis*, non concurrere ad effectum, ſed hunc dari ante earum prolationem, quam ſententiam tenet Suarez, *vbi ſupr. n. 20.* cum alijs recentioribus. Ratio autem ſumitur ex principio oppoſito, quia ſcilicet ante adiunctionem illorum verborum, iam in rigore propoſitio eſt abſoluta, & perfecta per priora verba, quæ reddunt ſenſum perfectum, & ſignificant totum obiectum; verba autem poſteriora deſeruiunt ſolùm ad idem clarius ſignificandum: quare ſicut in prolatione vltimæ ſyllabæ requiſitæ, non debet ad effectum expectari totum tempus, quo durat prolatio illius ſyllabæ; hæc enim poteſt protrahi, præſertim ſi cantetur, ſed ſtatim in prima prolatione illius ſyllabæ fit effectus, quia iam tunc ſignificatur ſufficienter, & illa prolatio, ſeu continuatio prolationis, non ſignificat aliquid nouum, ſed clarius, & melius ſignificat idem obiectum: ſic prolatio verborum *A peccatis tuis*, non eſt expectanda propter eandem rationem, quia nimirum ante illam habet iam ſenſum, & illa verba non ſignificant aliquid nouum, ſed idem clarius & melius, & licet verba in propoſitione de præſenti non debeant ſignificare obiectum præſens pro toto tempore ab initio prolationis, vt conſtat ex verbis conſecrationis, ſed præſens in fine prolationis; hoc autem intelligitur de fine prolationis, non quidem quando profertur vltimum verbum materiale illius propoſitionis, ſeu quando profertur vltimum, quod requiritur ad exprimendum ſenſum illius propoſitionis; tunc enim debet eſſe obiectum præſens; quare licèt poſtea ſequantur alia verba, quibus magis explicetur idem ſenſus, attendi tamen debet ad tempus, quo primùm fuit ſufficienter ſignificatus, tunc enim fuit iam propoſitio prolata in toto rigore. Hucuſque Lugo.

3. Ego autem in hac difficultate aſſero cum Amico *in curſ. theol. 8. d. 11. ſect. 2. num. 23.* quod ſi pœnitens non ſit diſpoſitus niſi in fine prolationis illorum verborum, *A peccatis tuis*, in prolatione horum verborum accipit gratiam Sacramentalem. Probatur noſtra aſſertio, quoniam hæc verba, *A peccatis tuis*, participant eandem ſignificationem, quam habent verba eſſentialia, *abſoluo te*, quia quod eſſentialia dicunt implicitè, hæc dicunt explicitè, ac proinde participant eandem virtutem cauſandi; nam verba Sacramentalia ex inſtitutione Chriſti efficiunt quod ſignificant. Et ideò in hoc tantum ſenſu veram cenſeo ſententiam Vaſquez, & aliorum, quorum quod hæc verba addita eſſentialibus cauſent effectum Sacramenti, non autem in caſu quo pœnitens reperiatur diſpoſitus in prolatione præcedentium verborum, *Ego te abſoluo*: nàm tunc effectus Sacramenti cauſatur in prolatione tantum præcedentium verborum: tum quia Sacramenta ſuum effectum cauſant ad inſtar cauſarum naturalium, quæ ſtatim ac ſunt, ſi impedimentum non habeant ſuum effectum cauſant, tum quia alioqui ſequeretur, poſſe pœnitentem ſuſcepto integro, ac valido Sacramento Pœnitentiæ damnari, ſi nimirum ſtatim poſt illa verba *abſoluo te*, nondum prolatis, *A peccatis tuis*, in quibus ſecundum Vaſquez confertur effectus huius Sacramenti, pœnitens moreretur: cùm in termino mortis non ſit capax effectus Sacramenti, & conſequenter,

sequenter, si pœnitens sit in termino mortis ante prolationem illotum verbotum, *A peccatis tuis*, non suscipiet effectum huius Sacrameoti, cùm tamen supponatur per verba præcedentia validè suscepisse totam, atque integram essentiam huius Sacramenti.

RESOL. VII.

An Sacerdos in articulo mortis relinquens illa verba à peccatis tuis, *in forma absolutionis sacramentalis, peccet mortaliter?*

Et an peccet mortaliter, qui in articulo mortis relinqueret illa verba in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, *in sacramentali absolutione?*

Et cur jam doceatur teneri pœnitentem in articulo mortis elicere actum contritionis, cum confitetur, & non sufficere attritionem cum Sacramento? Ex part. 11. tr.6 & Misc.6.Res.21.

§. 1. DIxi in articulo mortis, quia extra illum Sotus *in 4. dist 14. q. 1. art. 5.* Viualdus *de absolut. num.48. & 59.* Posseuinus *cap. 7. n. mihi 71. pag. 144.* & clarius Ludouicus de San Iuan, *q. 1. de Pœnit. art. 11. dub. 1. concl. 2. pag. 526.* Valentia *disp. 7. q. 1. pun. 3.* & Henriquez *lib. 1. de pœnit. cap. 11. n. 3.* putant nullum peccatum committere Sacerdotem, qui relinqueret dicta verba secluso scandalo, & contemptu: sed ego alibi docui esse tantùm peccatum veniale; & ita me citato tenet Leander vbi *infra q. 8.* & me citato Martinus de San Ioseph *in monit. confess. to. 1. lib. 1. tr. 2. de Pœnit. n. 7.* vbi sic ait: Las palabras, *ab omnibus peccatis tuis*, ni son de necessidad del Sacramento, ni de su integridad, porque se incluyen en la forma, *absoluo te*. D. Tho. *3. p. q. 84. art. 3.* Nauarrus *in Man. c. 26. n. 11.* Lugo *disp. 13. n. 14.* Henriquez *cap. 11. num. 3.* Reginaldus *lib. 28. num. 2.* Fagundez *precept. 2. lib. 4. c. 1. nu. 19.* Y aunque graues Autores afirman, que no serà pecado alguno omitir estas palabras; con todo esso juzgo que serà pecado venial por contrauenir a la costumbre de la Iglesia. Granados *tract. 1. disp. 6. sect. 1.* Moure *3. p. exam. cap. 6 §. 7. n. 4.* Diana *2. part. tr. 17. resol. 14 & tract. 15. resol. 47.* ita Martinus; cui adde Præpositum *in 3. p. quæst. 6. de forma Sacram. Pœni. dub 1. num. 6.*

Alibi in Res. not. seq. lege etiam duas Res. præteritas.

2. Difficultas itaque consistit, an sit peccatum mortale omittere dicta verba, quandò Sacerdos absoluit aliquem in articulo mortis. Et negatiuè respondet Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 2. q 9* quia, ait ille, longè probabilius, imò ferè certum est, prædicta verba, nec ad essentiam, nec ad integritatem formæ pertinere, nisi ad summum, vt implicitè, & intrinsecè contenta in illis verbis, *absoluo te*, vt ait Suarez *disp 19. sect. 2. n. 20. & 21.* Ergo adde, quod Pater Lugo *de Conscient. p. 1. c. 4. q. 5. num. 45.* Magister Serra *in p. 1. D. Thomæ, tom. 1. q. 19. art. 6 dub. 4. fol. 284.* Spinola *de Elect. opin. disp. 3. sect. 7. in Corol. fol. 259.* Clemens Scotus *opusc. 2. de opin. prob. p. 40* & alij, asserunt quod in articulo mortis, liceat amplecti opinionem minus probabilem, & minus tutam.

Res. 1. citata in hoc textu inuenietur in to. 2. tr. 1. Res. 221. §. Sed ego. & Res. 2. hic est suprà, in tr. 1. Res. 57. & signanter in duabus Res. præteritis.

Sup. hoc lege latam doctrinam duarum præteritarum Res.

3. Sed, vt verùm fatear mihi placet in hac difficultate opinio affirmatiua Patris Granado *in p. D. Tho. contr. 7. tract. 1. disp. 7. sect. 1. n 9.* vbi sic ait: Si absque vrgentissima necessitate omittantur illa verba *a peccatis tuis*, non dubito quin sit peccatum veniale, quia non seruatur communis modus absoluendi, quem seruant ministri Ecclesiæ, præsertim cum aliqui Doctores reputent, ea verba esse de necessitate formæ. Mortale verò crediderim, non esse per se loquendo; nam Valentia, *q. 1. punct. 3.* cum Dominic. Soto dicunt nullum esse peccatum; Henriquez non extare de hac re præceptum, & alioqui res non videtur tanti momenti, vt grauem obligationem inducat. Solum in articulo mortis videtur sub mortali teneri Confessarius, non omittere ea verba, *à peccatis tuis*, ne exponat pœnitentem alicui periculo non recipiendi tam necessarium Sacramentum; nàm graues Doctores, vt vidimus, existimant, ea verba esse omninò necessaria. Et propter similem rationem teneri pœnitentem in articulo mortis elicere actum contritionis cùm confitetur; quia licet certum ferè sit sufficere attritionem cognitam cum Sacramento isto ad iustificationem; non desunt qui sentiant oppositum, & in eo tempore, vbi agitur extrema salus, vitari oportet istud periculum. Quod verò attinet ad verba; *In nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti*, vel similia, non audeo omninò obligare sub mortali, etiam in prædicto articulo ad ea proferenda, quia Suarez, *disp. 19. sect. 1. num. 19.* & alij viri docti certum reputant, ea non esse de essentia; sed nihilominus valdè scrupulosum censerem ea omittere, & vix excusatem à mortali, cùm graues Doctores puteot esse de essentia Sacramenti, & non possint euidentet conuinci falsitatis. Hucvsque Granado. Verùm sententia Patris Leandri non caret sua probabilitate, & argumenta superiùs adducta à Patre Granado suam habent difficultatem; nam aliqui illa admittunt, & præsertim non assentior Patri Granado quoad illud de absoluente absque inuocatione Trinitatis, nam contra Durandum, & Maiorem, certum est, verba *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, non pertinere ad essentiam absolutionis, & quia hanc sententiam docuerat etiam Hieronymus Llamas *in Methodo, p. 4. cap. 2. §. 1.* Index expurgatorius nostri Sacri Tribunalis Inquisitionis Hispanicæ anno 1640 iussit deleri ex eius operibus, vt etiam testatur Leander *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 2. quæst. 10.* Sed ego, vt dixi, in articulo mortis verba illa, *à peccatis tuis*, minimè omittenda esse existimo.

Sup. hoc supra in tr. 3. Res. 91. & cū eodem Granado hic citato in Res. 92. & in aliis earum notationum.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 1. Res. 222. §. Sed ego. prope finem.

RESOL. VIII.

An quis peccet mortaliter si formam absolutionis variet, dummodo tamen verba significent actum iudicialem? Ex part. 5. tractat. 13. & Miscell. 1. Res. 34.

§. 1. CAsus est curiosus, & suppono quod forma absolutionis conferri debet modo indicatiuo, non autem deprecatiuo; si enim aliquis diceret, Absoluat te Deus, Sacramentum erit inualidum. Verùm non solùm valida erit absolutio facta modo indicatiuo, vt dictum est, sed etiam imperatiuo; vt si dicatur: Absoluatis, vel, Absoluatur Petrus, quia sententia decisiua iudicis conuenientius adhibetur non solùm modo indicatiuo, sed etiam imperatiuo. Imò contra Caietanum, & Sotum docet Sotus *in 4. dist. 14. quæst. 4.* Gabriel *quæst. 2. artic. 1.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 84. artic. 3. dub. 3.* Suarez *disp. 19. sect. 1.* & alij, formam absolutionis esse sufficientem, quoties significent actum iudicialem, & sententiam decisiuam absolutionis à peccatis, vt si Confessarius dicat: Volo absoluaris, Libet te absolui, &c. quia in his verbis saluatur sensus formæ sacramentalis absolutionis, quæ instituta est à Christo instar sententiæ iudicis.

Sup. hoc supra lege et Res. 2. § Notandum. & seqq.

2. Sed difficultas est, an Confessarius supradictis verbis absoluendo pœnitentem, peccet mortaliter? quid sentiam, non profetam, dicam solùm ea, quæ docet Hurtadus Complutensis *disput. de pænit.*

Sup. hoc signanter in §. not. præcedentæ.

dissicul.

difficul. 3. vbi sic asserit. Quamuis forma absolutionis supradictoimodo prolata sit sufficiens ad valorem Sacramenti, illicitè fiet si non proferatur modo indicatiuo; quia erit contra consuetudinem Ecclesiæ solo modo indicatiuo vtentis, id tamen non erit peccatum mortale, sed veniale, quia ea mutatio non est grauis, sed leuis. Ita ille.

RESOL. IX.

Sup. prima diffic. huius tract. suprà in tr. 3. Res. 26. & in Res. 27. §. Probatur secundo. prope finem, à vers. Vnde & seqq. & infrà lege ipsamet annotationem §. Dices. & §. vlt. huius Res. & omnes alias Res. eius annot. suprà ex Res. 1. vide §. Ratio.

An si quis bona fide confiteatur cum simplici Sacerdote de venialibus, & mortalibus, valida esset absolutio?

Et an etiam si quis cum attritione cognita confiteretur cum simplici Sacerdote non approbato bona tamen fide, si moriatur ante aliam confessionem, saluus fiat?

Et infertur confitentem bona fide peccata reseruata manere absolutum; vnde si Sacerdos culpabiliter absoluit, tenet absolutio? Ex part. 9. tr. 9. & Miscell. 4. Res. 29.

§. 1. Affirmatiuè respondet Maxuehellus, *de Casib. reseru. disput.* 1. *quæst.* 3. *difficult.* 14. *num.* 43. & 44. vbi sic ait: Inferior Sacerdos non potest absque causa rationabili, & vrgente necessitate absoluere pœnitentem à non reseruatis, remittendo postmodum illum ad superiorem pro reseruatis. Dixi, absque rationabili causa, vel vrgente necessitate; hac enim concurrente, poterit inferior Confessarius ita absoluere. Verum tamen est quòd si absque vlla legitima causa absolueret, adhuc tamen Sacramentum teneret, quoties pœnitens bona fide confiteretur. Et ratio est, quia in pœnitente adesset bona fides, vt suppono: debita item dispositio. Confessio item esset integra, & Confessarius haberet intentionem absoluendi ab iis peccatis, à quibus posset: ergo validum foret Sacramentum. Tum quia si pœnitens peccata illa reseruata fuisset oblitus, ea fuissent indirectè deleta, & pro iis delendis sufficeisset iurisdictio inferioris Confessoris: ergo adhuc delebuntur, etiamsi ea à pœnitente manifestentur: ad hoc enim, vt stet Sacramentum, sufficit quòd Confessarius habeat iurisdictionem circa partem materiæ à pœnitente exhibitæ: & sic ea peccata, circa quæ habet iurisdictionem, directè delentur; cætera verò circa quæ illam non habet; qualia sunt reseruata; indirectè tantùm, id est per concomitantiam, ex eo quod non possit vnum deleri sine alio. Tùm quia, si & Confessarius bona fide absolueret, & pœnitens bona fide confiteretur, ex eo quod hic putaret illum habere iurisdictionem super reseruata: Confessarius verò putaret peccata confessa non esse reseruata, certè in hoc casu staret Sacramentum, & tamen bona illa fides non suppleret iurisdictionem, quod argumento est, quia si pœnitens veniret postmodum in cognitionem, Confessionem non habuisse hanc iurisdictionem, teneretur iterum peccata reseruata Superiori subiicere; ergo adhuc stabit Sacramentum, etiamsi mala fide Sacerdos absoluat: bonitas enim, vel malitia Confessoris non reddit irritum Sacramentum quoties illi non deest intentio.

Sup. doctrina contenta ab illa in 3. huius tr. lege infrà in se. §. Res. 27. & aliam vers. & Res. eius primæ not.

Sup. hac bona fide lege Res. & § not. primæ & vlt. huius Res.

2. Dices, sequeretur pœnitentem obstrictum venialibus, & aliis mortalibus non reseruatis posse validè absolui à simplici Sacerdote, quoties illi bona fide confiteretur; & putaret illum habere iurisdictionem. Respondeo, concedendo sequelam, licet enim simplex Sacerdos per se iudicare non possit de peccatis mortalibus, tamen quatenus habet potestatem conficiendi tale Sacramentum propter iurisdictionem, quam habet circa peccata venialia confessa, inde est vt possit hominem sanctificare, & consequenter mortale peccatum expellere, licet ab illo illo per se non absoluat. Vide Suarez *de Pœnitentia, disputat.* 31. *sect.* 2. *num.* 6. & Reginaldum *in Praxi, tom.* 1. *lib.* 8. *num.* 81.

Sup. hoc in Res. not. primæ huius Res. & infrà in tr. 5. Res. 40. § Dices. sed lege eam per totam, & § vlt. huius Res.

& omnes Res. eius annot. & considera distinctionem doctrinæ illius, & istarum huius annot.

3. Hinc ego olim rectè respondi, quod si quis etiam cum attritione cognita confiteretur cum simplici Sacerdote non approbato, bona tamen fide, si moreretur ante aliam confessionem, saluus fieret, quia absolutio illa fuit valida, & gratiam Sacramentalem contulit. Ex his etiam infertur, confitens bona fide peccata reseruata manere absolutum; quia cùm non desit sufficiens iurisdictio in absoluente, si alioquis accedat bona fides, & dispositio ex parte pœnitentis, validum efficitur Sacramentum; accedit autem bona fides pœnitentis; quia ignorat esse casum reseruatum; vel quia inculpabiliter putat, illud posse absolui à quolibet. Vnde etiamsi Sacerdos culpabiliter absoluat, tenet absolutio; quia concurrunt omnia ad validitatem Sacramenti: & solùm manet pœnitens cum onere explicandi reseruatum Superiori, quoties illud nouerit esse reseruatum. Et ita docet Amicus *in Curs. Theolog. tom.* 8. *disputat.* 13. *sect.* 101. *num.* 123.

Sup. hoc contrarium lege suprà in Res. 1 signanter à §. Sed hanc. & seq. infrà in tr. 5. in Res. 8. § vlt. & in Res. 21. & 40.

RESOL. X.

An quilibet Sacerdos possit peccata venialia absoluere?

Et an hoc etiam extendatur ad mortalia legitimè confessa?

Et an nullus Prelatus Papa inferior possit hanc iurisdictionem à Sacerdotibus auferre?

Et notatur, quod in supradicto casu, si quis confitetur sola venialia, si habet aliquod peccatum mortale nondum confessum, quod tamen oblitus est, ab illo remanet absolutus, etiam si Confessarius sit simplex Sacerdos? Ex part. 5. tract. 14. & Miscell. 2. Res. 86.

§. 1. Affirmatiuè respondendum est, non quia contra Sotum *in 4. dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 2. in tali casu non requiratur iurisdictio, sed quia Summus Pontifex, & Ecclesia hanc iurisdictionem commisisse, seu delegasse, creduntur cuilibet Sacerdoti non excommunicato, eo ipso quòd illum ordinat; quod colligitur tum ex Doctorum auctoritate, tum ex natura culpæ venialis, quæ cùm non sit materia necessaria confessionis, nec indigeat scientia peculiari Confessarius, vt ab illis absoluat, vel debitam iniungat pœnitentiam, non erat ratio, ob quam requireret peculiarem Ministrum, sed quicumque Sacerdos esse posset, vt ita pleniori veritate acciperentur ea verba, quæ illi dicunt, cùm ordinatur, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. & ita hanc sententiam tenet S. Doctor *in 4. dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 2. *quæst.* 1. *ad* 3. Suarez *tom.* 4. *disp.* 26. *sect.* 2. *num.* 8. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 1. Granado *in 3. part. contr.* 7. *tract.* 10. *disp.* 4. *sect.* 1. *num.* 2. Sanchez *in summa, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 35. Præpositus *in 3. p. q.* 7. *de ministro sacrament. pœnit. dub.* 5. *num.* 37. Tannerus *tom.* 4. *disput.* 6. *quæst.* 9. *dub.* 3. *n.* 59. Vasquez *tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 1. *dub.* 6. *num.* 5. & 10. Fagundez *pr.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 15. & alij penes ipsos.

Sup. hoc in tom. 3. tract. Res. 39. à principio vsque ad §. Quintus casus. & vt magis clarescat doctrina huius Res. lege ibi Res. 35. & omnes Res. 10 §§. eius primæ & secundæ not. & cursim ibi in Res. 41. in fine §. Sedeitea. & breuiter cum Salas hoc negante ibidem in Res. 4 §. 2. ad medium, ve. §. Nam esto.

2. Non desinam tamen hîc pro curiosis adnotare, quòd licèt supradicta opinio sit tantorum Doctorum auctoritate fulcita, non defuit nostris temporibus, qui illam acriter impugnaret; & is est doctus

Philippus Faber *de pœnit. in 4. sent. dist. 17. quæst. vnic. disp. 1. c. cap. 3. num. 71.* vbi sic ait: Ad aliud verò de peccatis venialibus respondetur cum Nauarro *in cap. placuit, de pœnit. disput. 6. numero 22.* nullum textum me vidisse, quo probetur, eum qui sola peccata venialia habet, posse cui voluerit confiteri. Multi tamen affirmant hoc esse verissimum ex consuetudine Ecclesiæ, & Suarez *disp. 26. sect. 5.* antiquos Doctores supponere hanc consuetudinem Ecclesiæ, quòd quilibet Sacerdos ab eis absoluere possit, quod probat Suarez, quia *omnis vtriusque sexus*, &c. in quo est præceptum de annua confessione ab omnibus, intelligitur de peccatis mortalibus; & communiter Doctores cùm dicunt, confessionem cadere sub præcepto, intelligit confessionem de peccatis mortalibus, non de venialibus, quia hæc non sunt materia necessaria confessioni, & huius sententiæ est Scotus, præsertim *dist. 17. qu. 1. art. 3.* Verùm non video quomodo ex hac communi sententia, quòd præceptum confessionis obliget solùm ad peccata mortalia confitenda, deducatur, quòd Sacerdos quilibet possit absoluere à peccatis venialibus, quia præceptum confessionis est de illis peccatis, quæ separant a charitate, & inducunt ad damnationem æternam; cuiusmodi sunt mortalia; de venialibus verò cùm maneant cum charitate, neque vllus propter illa damnetur, ideo de illis nullum datur præceptum. Tamen cùm Sacerdotes per Ordinem sacramentalem instituti sunt iudices, vt *supra* diximus, præsertim ex Concil. Trident. & ad exercendum iudicium validè necessaria sit iurisdictionis potestas, proculdubio sequitur Sacerdotem simplicem non posse absoluere nisi eos, in quos habet iurisdictionem tam de peccatis grauibus, quam de leuibus. Vnde videmus nullum iudicem posse condemnare subditum alterius iudicis, neque ad minimam pœnam, nec de minima re. Licèt ergo peccata venialia sint leuia, tamen quia cùm dimittuntur à Sacerdote per absolutionem, dimittuntur per modum iudicij, non videtur Sacerdos sine iurisdictione posse ab illis absoluere. Nec valet ratio Soti *in 4. dist. 18. q. æst. 4. art. 1. ad 3.* quòd vbi nulla est potestas cogendi, ibi nulla est iurisdictio; nemo autem potest cogere aliquem ad confitendum peccata venialia, ergo ad illa non requiritur iurisdictio. Contra enim arguitur sic. Iurisdictio non solùm requiritur propter coactionem, sed propter validitatem actionis, iurisdictio in Sacerdote non requiritur ad cogendum pœnitentem vt confiteatur; sed illa coactio est a legislatore Christo Domino instituente præceptum confessionis; sed requiritur ad hoc vt confessio, & absolutio validè fiant; ideo licèt non teneatur ad confitendum venialia, tamen si velit illa confiteri, absolutio illorum à Sacerdote non potest esse valida, si desit iurisdictio. Præterea potest eodem modo cogere quoad venialia, quomodo potest quoad mortalia, scilicet obligando ad satisfactionem saltem sub pœna peccati venialis, & potest ligare non absoluendo, si non videat ipsum dispositum. Vnde quod dicunt Suarez *disp. illa 26. sect. 5.* per consuetudinem Ecclesiæ posse quemcumque Sacerdotem à peccatis venialibus absoluere, cùm statim est Sacerdos, & quòd hæc sententia communiter ab omnibus Doctoribus antiquis supponitur vera, est mihi valde dubium. In primis his temporibus neminem Sacerdotem vidimus audire sacramentaliter confessiones, nisi habeat auctoritatem iurisdictionis ordinariam, vel delegatam specialiter, & hanc fuisse antiquam consuetudinem, colligitur ex Concil. Trident. *sess. 14. cap. 7.* vbi inquit, In eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis. Et in principio illius cap. persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem esse debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Ex quibus colligitur morem Ecclesiæ semper fuisse Ministris huius Sacramenti explicitè dare auctoritatem ordinariam, vel delegatam, si quidem fuit semper consuetudo delegandi auctoritatem aliquorum casuum, & aliquorum non. Præterea qui dicunt fuisse semper consuetudinem in Ecclesia, quòd quilibet Sacerdos possit absoluere peccata venialia, sunt illi DD. præsertim, qui dicunt hoc licere Sacerdotibus, quia ad dimittenda hæc peccata non requiritur iurisdictio, vt Sotus *loco supra* nunc *citato*, vel qui dicunt iurisdictionem quo ad hæc Sacerdotem accipere à pœnitente, vt Caietan. *loco superiori c. notato*, vel a Deo immediatè per designationem personæ Sacerdotis, vt ait Nauarrus *vbi suprà*, vel dicunt hanc iurisdictionem immediatè de venialibus datam esse Sacerdotibus in Ordine sacro vt Capreolus & alij *suprà* citati. Omnes autem istæ opiniones superiùs reiectæ sunt ostendendo; quòd auctoritas Ordinis, & iurisdictionis auctoritas sunt distinctæ, & quòd ambæ de iure diuino requiruntur ad integrandam perfectam potestatem proximam Sacerdotis absoluendi à peccatis. Dicere autem, vt dicit vltima opinio, & Sotus, quòd Christus Dominus in illis verbis, *Accipite Spiritum sanctum*, &c. dederit absolutam facultatem Sacerdotibus absoluendi à venialibus, non à mortalibus, est omninò vanum, quia ibi instituit Sacramentum in remedium contra peccata indistinctè, & propterea ratio non expostular, vt ibi constituat Sacerdos pastores, & iudices animarum cum plena potestate in causis leuioribus, quæ sunt peccata venialia; in causis grauioribus verò, vt sunt mortalia, cum authoritate diminuta. Quòd etiam dicit Suarez hanc iurisdictionem absoluendi à peccatis venialibus esse omnibus Sacerdotibus datam ab Ecclesia, non autem esse ordinariam, vt patet, sed esse delegatam, mihi videtur esse sine fundamento, & voluntaria, nam oporteret adducere aliquem textum, vel auctoritatem viri grauis antiqui, qui attestaretur hanc auctoritatem, & iurisdictionem esse collatam Sacerdotibus simplicibus ab Ecclesia; Ego, vt inquit Nauarr. nullibi lego, nec ipsi legerunt, nec video nunc in vsu esse consuetudinem hanc vt Sacerdos non admissus ab Ordinario absoluat etiam à venialibus imò puto, saluo semper meliori iudicio, quòd si quis hoc attentaret, nihil faceret, & peccaret saltem venialiter, quia committeret sacrilegium, in re tamen leui, quia mitteret manum in messem alienam, cùm non appareat an habeat hanc iurisdictionem. Et hæc omnia docet Faber *vbi supra*.

3. Sed non est deserenda communis sententia, quam contra Sotum Doctores citati extendunt etiam ad mortalia iam legitimè confessa, vt possit simplex Sacerdos illa absoluere; & infert Granado *vbi supra in 3. part. de Sacram. contr. 7. tr. 10. disp. 4. sect. 1. num. 6.* vnum valde notandum scil. nullum Prælatum Papa inferiorem posse hanc iurisdictionem à Sacerdotibus auferre, quia quod à Papa conceditur inferiores non possunt abrogare, & consequenter licèt talis iurisdictio sit delegata, numquam cessat nisi ob maiorem excommunicationem. Hanc si Episcopus suspenderet Confessarium aliàs approbatum ab audiendis confessionibus, non intelligitur suspendisse, quia non potest ab audiendis confessionibus

Sup. hoc in Ref. not. primę huius Ref. Sup. hoc in tom 3. tr. 1 ex lata doctrina Ref. 31 §. vlt. in fine, & ex Ref. 35. §. Probatur à posteriori.

confeſſionibus de venialibus tantùm ſuſpendere, quicquid ſit de foro externo.

Sup. hoc in 2. 7. tr. 2. Ref. 87. §. vlt. poſt medium, à verſ. docet Sacerdotes.

4. Nota etiam cum Granado *loco cit.* quòd qui confitetur ſola venialia, ſi habeat aliquod mortale nondum confeſſum; quod tamen oblitus eſt, & propterea credat ſe non habere indirectè, ab illo remanere abſolutum, etiamſi Confeſſarius ſit ſimplex Sacerdos, debet tamen poſtea hoc peccatum cum legitimo Confeſſario confiteri.

RESOL. XI.

An nominatim excommunicatus poſſit validè abſoluere à venialibus? Ex part. 5. tr. 9. Reſ. 84.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Vaſquez *in 3. p. tom. 4. q. 93. art. 1. dub. 6. num.* 8. quia Sacerdos iure diuino habet iuriſdictionem, & materiam applicatam reſpectu venialium; ſed omnino verius eſt, per ſe loquendo, non valere, pro quo ſuppono quod ſupra ſuo loco oſtendimus, omnino verius eſſe iuriſdictionem reſpectu etiam venialium iure Eccleſiaſtico Sacerdotibus competere, quam iuriſdictionem Eccleſia poſſit ſuſpendere: ſuſpendiſſe autem ex eo patet, quòd ſuſpenderit iuriſdictionem nominatim excommunicati, & ita docet Præpoſitus *in 3. p. q. 2. dub.* 8. *n.* 49 cui adde Raynaudum *de monit. p. 2. cap.* 2. *num.* 5. & Auilam 2. *p. cap. 6. diſp. 3. dub. 1. concl.* 3. ſed ſententiam affirmatiuam Vaſquez puto etiam probabilem eſſe.

RESOL. XII.

An abſolutio ſacramentalis data ab excommunicato vitando ſit valida?

Et an hoc etiam intelligatur, ſi confeſſio, & abſolutio de peccatis venialibus tantum ſit?

Et an Sacerdos, v. g. qui in Hiſpania eſt nominatim excommunicatus, vel notorius Clerici percuſſor, ſi in Sicilia venit, vbi hoc ignoratur, & confertur ſibi beneficium Parochiale, confeſſiones, quas audit, an validè ſint; nam talis titulus præſumptus, & communis error facti, conferunt iuriſdictionem? Ex part. 10. tr. 15. & Miſc. 5. Reſ. 14.

Sup hoc recitantur ex doctrina Reſ. ſeq. § Probatur ad lin. 4. & magis late in to. 3. tr. 1. ex latiſſima doctrina Reſ. 35 §. Probatur. per ſeptem eius primas lineas.

§. 1. NOuiſſimè tanquam probabilem affirmatiuam ſententiam tenet Petrus Marchant *in Tribu. Sacram tom. 3. part. 1. tract. 4. tit. 1. ſect. 1. quaſt.* 10. *d.* 1. vbi ſic ait: Tenet Victoria *de excommunicatione, d.* 312. *alias* 313. validam eſſe abſolutionem datam à Sacerdote excommunicato maiori excommunicatione etiam denunciato, & notorio percuſſore Clerici. Cuius ratio eſt. Quia etſi multa iura vetent ne Sacerdos excommunicatus abſoluat, vel confeſſiones audiat, nullum tamen Ius expreſsè abſolutionem irritat, & nullam ex parte abſoluentis declarat. Vnde etſi denuntiatus vitandus in omni exercitio iuriſdictionis declaretur in Conſtitut. Mart. V. Nullum tamen eſt verbum, quod irritet abſolutionem ab eo datam, etſi ex parte pœnitentis ratione peccati mortalis, quod incurrit hoc ipſo, quo ſciens, & volens à vitando Sacramenta ſuſcipit, abſolutio ſit inualida. Vnde probabilem iudico etiam in praxi Victoriæ opinionem, & ſi Petrus confiteretur Paulo ſuo paſtori excommunicato, & notorio percuſſori Clerici, vel publicè, & nominatim denunciato (quam tamen ignoraret publicè, & nominatim denuntiatum, vel Clerici percuſſorem, eo quod fortè à Parochia tunc abeſſet) & ab ea abſoluetur, non condemnarem eum ad iterandam confeſſionem, ſed iudicarem abſolutionem validam. Ratio mea eſt conformiter ad eam, quam adfert Victoria. Quia re vera non obſtante excommunicatione talis paſtor non eſt priuatus paſtorali beneficio, cui cum ex natura ſua annexa ſit iuriſdictio in oues proprias quandiù non priuatur beneficio paſtorali, tandiù non priuatur iuriſdictione, ſed prohibetur tantum iuriſdictionem exercere. Quod amplius demonſtro: excommunicatio enim eſt iuris contentioſi, ſicque iuriſdictione fori externi priuat, non autem iuriſdictione fori interni, quod maximè ad Deum ſpectat vt poſtea dicetur. Quod verò excommunicatio prohibeat vſum iuriſdictionis, & priuet excommunicatum licita executione iuriſdictionis fori interni, & ſacreti pœnitentiæ, eſt: quia iſta iuriſdictio non exercetur niſi ſignis, & actionibus externis, quas, quia externæ ſunt, poteſt Eccleſia prohibere, & ita philoſophandum erit de quocumque excommunicato iuriſdictionem ſiue ordinariam, ſiue delegatam habere. Nec video quid poſſit opponi, quod contrarium conuincat: Quod enim dicitur excommunicatum denunciatum ab Eccleſia non tolerari, dicendum, non tolerari quoad licitum vſum, & exercitium adminiſtrationis Sacramentorum, & ideò peccare, imò aliam pœnam irregularitatis pro mulcta incurrere ſi faciat, non verò quoad iuriſdictionem fundamentalem, à qua validatur actus.

2. Nec obſtat, quod actus iuriſdictionis æternæ, vt ſententiæ, & alia facta ab excommunicato in foro externo inualidentur; Id enim fit, quia tota iuriſdictio illa, ſicut & eius exercitium pertinet ad forum externum: iuriſdictio autem fori Sacramentalis per ſe pertinet ad forum internum, etſi habeat externos actus neceſſariò coniunctos. Et addo ad confirmationem huius, quia excommunicatio, & ſuſpenſio ſunt diuerſæ cenſuræ, quæ ſe inuicem non includunt; atqui ſuſpenſio ab officio, cui eſt annexa iuriſdictio hoc ſingulariter habet quod ſuſpendat iuriſdictionem, ergo excommunicatio per ſe id non facit.

3. Dices, Denunciatio id facit.

Reſpond. Denunciationem pro certo ſuſpendere à licito exercitio iuriſdictionis, hoc vltimum autem de ablatione iuriſdictionis aliquo claro textu probari deberet; pœnæ enim ſtrictè ſunt interpretandæ.

4. Petes: Hac ſententia poſita quæ erit diſtinctio inter vitandum excommunicatum, & non vitandum?

5. Reſpond. Hæc diſtinctio erit, quod à vitando ſcienter nemo Sacramenta accipere poſſit, poſſit verò à non vitando: Neque enim Conſtitutio Martini V data eſt in fauorem excommunicatorum, ſed in fauorem Fidelium, ne anxietatibus multis intricarentur. Et vitatio, quæ per illam demandata eſt pro duobus generibus excommunicatorum, nimirum denunciatorum, & notoriorum percuſſorum Clerici decreta eſt in excommunicatorum horrorem, & pœnam, & in Fidelium terrorem, ſuppoſita notitia & ſcientia quæ ex denunciatione, & notorietate percuſſionis Clerici procedit: Poſita tamen inculpata ignorantia alicuius Fidelis, non eſt veriſimile quod ab ignorante ſit ille quantumuis publicè denuntiatus, vel notorius percuſſor Clerici vitandus ſub peccato mortali, & conſequenter cum ex parte ſua non peccet petendo abſolutionem, probabiliter ex fundamentis adiunctis puto eiuſmodi validè abſolutum. Hæc deduxi latius ob caſus occurrentes in animarum ſolatium: Hæc eſt enim huius ſæculi miſeranda conditio; vt excommunicatus etiam denuntia-

tus nominatim Romæ (vt vidi ad valuas S. Petri) vel etiam ob percussionem Clerici, non obstante ista denunciatione, & notitia percussionis Clerici audear confessiones ad se recurrentium audire, & cum accedentes idiotæ, & simplices sint, vel minus versati in istis confidenter accedunt, nec vitandos sciunt. Cum itaque (vt ex rationibus adductis patet) fundamentalis iurisdictio respectu absolutionis per excommunicationem simplicem (exclusis aliis pœnis) non videatur ablata, non video cur Absolutio annulletur. Hæc interim subiicio prudentum iudicio, & Ecclesiæ, alteram autem sententiam Doctorum communi vestigio magis tritam, tanquam securiorem sequor, alteram tanquam non improbabilem proposui. Hucvsque Marchant.

6. Sed ego puto prorsus non esse recedendum à negatiua sententia, & contra Victoriam vide Hieronymum Llamas *in Summa, part.1. cap... quæst. 25.* qui falsam eius sententiam vocat; est enim contra communem Doctorum opinionem teste Coninch, *de Sacrament. disput.* 14. *dub.* 10. *num.* 99. Sayro *de Cens. lib.2. cap.6. numero* 6. Castro Palao, *tom.* 6. *d.a. punct.13. num.9.* Marco Serio conciui nostro viro, quidem docto, *tom.2. de officio Parochi, disp.1. dist. vnica, quæst.* 11. *num.* 1. & aliis; dicendum est igitur cum Auila *de Cens. part.2. cap.6. disp.3. dub.1. concl.3.* Quòd si Sacramentum pœnitentiæ administretur ab excommunicato non tolerato extra articulum necessitatis, erit nullum.

7. Probatur; nam talis Sacerdos extra casum necessitatis vel nullam habet iurisdictionem, vel vt propriùs dicam habet eam impeditam, & ligatam; ergo, Et hanc conclusionem intelligo etiam de confessione venialium, nam ad absoluendum à venialibus etiam requiritur iurisdictio, & hæc datur ab Ecclesia, & per consequens, potest tolli, vel ligari ab ipsa Ecclesia, nam res per easdem causas dissoluitur, per quas nascitur. Hinc sequitur, quod licet aliquis cum ignorantia inuincibili confiteatur huiusmodi Sacerdoti, concessio erit nulla, & veritate comperta, erit necessariò iteranda, & loquor, de confessione mortalium. Hoc autem corollarium intelligitur quando ignorantia est particularis huius, vel illius pœnitentis, secus si sit ignorantia communis, & talis Sacerdos habeat aliqualem titulum, v. g. Sacerdos qui in Hispania est nominatim excommunicatus, & denunciatus, vel notorius percussor Clerici venit in Siciliam vbi hoc ignoratur, & confertur sibi beneficium parochiale, confessiones quas audit validæ sunt. Quicquid in contrarium asserat Palarius *in 4. distinct. 17. disputat. 7. col.* 12. Probatur, nam titulus præsumptus, & communis error facti conferunt iurisdictionem, vt ait Caietan. *in Summ. verbo absolutionis impedimenta, & verbo confessionis iteratio.* Nauarr. *cap.9. num.4.* & alij Auctores qui fundantur *in l. Barbarius, ff. de offic. Prætoris.*

Sup. hoc in Res. præterita magis late, & in alio §. eius annot.

Sup. hoc lege doctrinã Res. & §§ not. seq.

Sup. hoc in t. 3. tr. 1. Res. 4. §. penult. & in Res. 5. §. 1. & suprà in tr. 3. Res. 10. signãter in §. 1. & in aliis §§. cõfirmantibus & contrauertentibus doctrinam præcitam §.

8. Secundò, nam in hoc casu potius præsumendum est quod Ecclesia vult prospicere communi saluti Fidelium dando iurisdictionem huic Sacerdoti, quàm punire illum cum tanto detrimento Fidelium.

RESOL. XIII.

An Sacerdos suspensus valide absoluat? Ex part. 5. tr. 10. Res. 52.

Sup. hoc in Res. 1. post. seq. prope finem § penult. & in fine §.

§. 1. NEgatiuè respondet Sotus *in 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 5. concl. 2. & dist. 18. quæst. 3. art. 3.* dicens absolutionem datam à suspenso esse nullam. Sed meritò hanc sententiam ex eiusdem familia refellit Victoria *in sum. de Clauib. numero* 217. & Caietan *in 3. punct. quæst.* 82. *artic.* 9. Vide etiam Nauarrum *cap.9. num.7.* quia si talis Sacerdos ante habebat iurisdictionem, valida est eius absolutio, vt apertè patet ex *Extrauag. ad euitanda*, & ita hanc sententiam docet etiam Ludou. à Cruz *in Bull. Cruc. disp.1. cap.2. dub.18. num.7.*

vlt. & in tom. 5. tr. 3. ex doctrina Res. 13. in duabus primis lin.

RESOL. XIV.

An Sacramentum Pœnitentiæ ministratum à Sacerdote interdicto sit nullum, & eius absolutio inualida?
Ex quo aliqua alia inferuntur circa hoc? Ex part. 5. tr. 10. Res. 62.

Sup. hoc prope finem §. penult. & in fine §. vlt. Res. seq.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Phil. Faber *de cens. in 4. sent. dist. 15. qu. 1. disp. 5. cap. 1. numero* 23. quia priuatio ministerij huius Sacramenti non est priuatio potestatis Ordinis, ergo iurisdictionis, quia nulla alia adest potestas, vt patet; censuræ autem Ecclesiasticæ, vt *suprà* diximus, & ipse Suarez fassus est, non priuant potestate Ordinis, sed iurisdictionis. Cùm ergo in tali administratione sit carentia potestatis & iurisdictionis, nulla est absolutio quòd si aliquis bona fide accedat ad Sacerdotem interdictum, & ab illo absoluatur, dicendum est sicuti in aliis casibus, in quibus sit defectus ex parte Sacerdoris: vt si quis baptizetur ab aliquo sine intentione debita; in his autem casibus dicimus esse absolutum, non quidem vi Sacramenti, quod nullum est, sed ex pia & misericordi clementia Dei. Ita Faber.

2. Sed ego contrariam sententiam teneo, quia interdictum non priuat potestate Ordinis & iurisdictionis, sed impedit vsum licitum illius, nec aliud colligi potest ex iuribus allatis. Solùm potest obiici, quòd personaliter interdictus æquipatatur excommunicato, vt *suprà* dictum est, à quo certum est auferri omnino vsum iurisdictionis si denunciatus & non toleratus sit; atque ita absolutionem sacramentalem ab eo collatam esse inualidam. Huic soli obiectioni responderi potest, æquiparari præcisè quoad hoc, quod est esse vtrique prohibitum vsum actiuum huius Sacramenti, atque ita vterque peccabit illud ministrando, non tamen quantum ad ablationem iurisdictionis & inualiditatem Sacramenti, cùm hoc non reperiatur in iure expressum de interdicto sicut de excommunicatione. Quòd si vrgeas, personaliter interdictus non potest validè absolui, ergo nec absoluere. Patet antecedens ex supradictis. Respondetur esse disparem rationem, quia inualiditas absolutionis receptæ ab interdicto non prouenit ob defectum iurisdictionis in absoluente, sed defectu debitæ dispositionis, quia cùm peccat recipiendo illam, reddit eam inualidam; inualiditas verò absolutionis lata ab interdicto ex nullo cap. prouenire potest; & ita valida est, quia peccatum quod committit conferendi absolutionem, non potest illam inualidare; & ex alia parte interdictum non absorbet iurisdictionem. Hæc Cornejo *in 3. p. tract. 5. de interd. §. 1. disp. 2. dub. 3. quæst. 4.*

RESOL. XV.

An irregularis validè absoluat?
Idem dicendum est de interdicto, & suspenso.
Et an pœnitens grauiter peccet petens absolutionem ab eo irregulari, quem scit illam non posse conferre nisi graui peccato, & ponat obicem; ita vt absolutio sit inualida?

Et

Et quid, si pœnitens accedit & petit bona fide? Ex part. 4. tr. 2. Res. 68.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet nouissimè Hurtado *disput. 1. de irregularitate difficult. 11. num.* 19. vbi sic ait: Existimamus contra aliquos absolutionem à peccatis factam ab irregulari esse nullam, quia irregularitate impeditur quis ab vsu Ordinum quantum potest ab Ecclesia impediri, Ecclesia autem potest absolutionem à peccatis irritare, quia quamuis sit vsus potestatis, seu iurisdictionis Ordinis, pendet tamen ab Ecclesia quoad applicationem subditorum, quia ex vi Ordinis nullus est determinatus, absolutio autem in non subditum est nulla. Ita Hurtado, & ante illum Auila *de cens. part. 7. disp. 2. dub. 6. conclus. 7.* quod confirmatur, quia absolutio est actus Ordinis ex parte potestatis actiuæ, licèt connotet iurisdictionem ex parte materiæ.

2. Verùm mihi contraria sententia placet, quam docet Petrus Cornejo *in 3. part. D. Thomæ tract. 5. de irregular. disp. 5. dub. 3. quæst. 3. num. 4.* Villalobos *tom. 1. tract. 21. difficult. 2. num.* 8. vbi sic ait: [No esta priuado el irregular de la Iursidiçion en el fuero de la penitençia segun la mas probable opinion de suerte que licitamente puede el prouisor ò obispo aunque este irregular dar licençia a vn Sacerdote para que confiesse y si el irregular oyesse confessiones aunque pecaria mortalmente porque haze officio de orden, mas si de becho absoluiesse valdria la absoluçion porque tiene potestad de orden y de Iurisdiçion y ansi como el que esta prohibido de celebrar por estar descomulgado ò irregular si celebrasse, consegraria, lo mismo es à qui.] Ita ille, & ante illum Suarez *de censur. disp. 40. sect. 2. numero 25.* & nouissimè hanc sententiam tenet etiam Præpositus *in 3. part. quæst. 5. de irregular. dub. 5. numero 13.* vbi sic asserit. Dubitari potest, an absolutio impensa ab irregulari sit valida, quando scilicet ratione irreglaritatis impeditur eam impendere. Suppono futuram validam, si quis per iudicem non sit nominatim declaratus irregularis, iuxta *Extrauag. ad euitanda*, cùm in gratiam aliorum saltem eo casu relinquatur vsus iurisdictionis; quamuis peccet irregularis, si se ingerat; quæstio verò procedit in casu quo irregularitas sit per indicem promulgata. negat Auila; asserit Suarez, si non inueniatur obex ex parte pœnitentis quod dicit sensisse viros doctos à se consultos. Idem censet de suspensione ab Ordine & de interdicto, quæ sententia est valdè probabilis; quia irregularitas non irritat actus Ordinis, etiam eos, qui sunt ex institutione Ecclesiæ, vt consecrationem templi, altaris, calicis, &c. nec etiam irritat actus iurisdictionis, nam irregularis præcisè ratione irregularitatis non impeditur, quo minus possit etiam licitè excommunicare, leges ferre, &c. ergo ex hoc cap. absolutio sacramentalis non redditur inualida. Hæc Præpositus *loco citato*.

Sup. hic in vltimis lin. huius Res. & in aliis eartum annotat.

3. Sed pro praxi circa præsens dubium dicendum est cum Turriano *de censur. lib. 8. disp. 58. dub. 2.* seclusa ignorantia pœnitentis in casu de quo loquimur non posse validam esse absolutionem, quia peccaret grauiter petens absolutionem ab eo, quem scit non posse illam conferre sine peccato graui. Sed sic accedat pœnitens bona fide, existimans illum Sacerdotem posse absoluere, quia est toleratus ab Ecclesia, & publicè exercet officium suum, valida erit absolutio. Ita ille. Sed Præpositus, vt visum est, hoc etiam admittit in casu, quo irregularis esset publicè denunciatus, quod tu semper intellige, quando pœnitens accedit bona fide. aliter poneret obicem, & ex hoc capite absolutio esset inualida, & ita hanc sententiam affirmatiuam etiamsi irregularis sit publice denunciatus, præter Doctores citatos tenet etiam Coninch. *de censur. disp. 18. dub. 1. num. 7.* probans absolutionem ab illo datam esse validam, licèt Hurtado & Auila *ubi suprà*, & Nauarr. *in manual. cap. 9. num.* 8. doceant quòd suspensus & interdictus inualidè absoluit.

Sup. his suprà prope finem §. Verum. huius Res. à vers. Idem censet. & in duabus Res. præteritis.

RESOL. XVI.

An si non adsit Sacerdos nisi mutus, possit in articulo mortis absoluere moribundum signis, aut scriptura?

Et supponitur esse de essentia sacramentalis absolutionis, vt proferatur voce humana.

Et negatur Angelos ministrare posse Sacramenta etiam per corpora assumpta? Ex part. 11. tract. 6. & Misc. 6. Res. 14.

§. 1. SVppono esse de essentia absolutionis Sacramentalis, vt proferatur voce humana. Ita communiter Doctores, asserentes Sacramenta nouæ legis essentialiter constare verbis humanis, defectu quorum negant Angelos ministrare posse Sacramenta, etiam per corpora assumpta; quia nequeunt in illis humana verba exercere. Lege Caietanum 3. *p. q.* 64. vbi Scotum impugnat, *dist. 7. q. 1.* affirmat quodlibet suppositum intellectuale posse Sacramentum Baptismi ministrare: fundamentum sumitur ex Christi institutione, quæ nobis vsu, & traditione Ecclesiæ constat; præcipue ex Florentino in decreto Eugenij: vbi primò de omnibus Sacramentis vniuersaliter affirmat; ea verbis perfici. Secundò, formam huius Sacramenti assignans, ait, esse verba absolutionis, quæ Sacerdos profert, cùm dicit: *Ego te absoluo, &c.* Sumi autem eo loco verba à Concilio secundùm proprietatem, confirmat exceptio quam infra addit de Sacramento Matrimonij, cuius causa, inquit, efficiens regulariter est mutuus consensus, per verba de præsenti expressus; vbi addens; Regulariter, ostendit in reliquis necessaria esse verba propriè sumpta; nam exceptio, vt Iuristæ aiunt, regulam firmat. Confirmatur: nam pari modo possent reliqua etiam Sacramenta sine verbis à ministro prolatis, sed tantùm scriptis, confici. Nemo autem dixerit, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Ordinem, Extremam Vnctionem, perfici tantùm scripto. Maiorem ostendo; quia non minus forma huius Sacramenti, quàm reliquorum colligitur ex verbis Scripturæ, constat autem, formam aliquorum Sacramentorum propriis verbis humanis esse proferendam: ergo & hanc.

Sup. hoc, quod hic supponitur infrà ad medium §. Sed superius. huius Res. vers. Auctores verò. & in tom. 4. tr. 8. in Res. 111. §. 12. & §. Re obstat. & seqq. Sed lege eam per totam, & alium §. eius annot.

2. His positis, difficultas est, an saltem in articulo mortis; si non adsit alius, nisi Sacerdos mutus; possit absolutio nutibus, vel scriptura impendi. Et negatiuè respondet Nicolaus Ysambert *in 3. p. t. 3. disp. 8. art. 3. num.* 8. vbi sic ait: Si verba propria & ore Sacerdotis prolata, essent de essentia formæ Sacramenti Pœnitentiæ, Christus Dominus non videtur satis prudenter prouidisse saluti hominum; quia potest interdum contingere, vt fideli moribundo nullus adsit Sacerdos, quàm mutus, vel elinguis: ergo in tali casu absolutio per eum data scripto, vel nutu valebit: ergo cùm essentia huius Sacramenti, & formæ illius eadem sit extra casum necessitatis, ac in casu necessitatis; sicut mutus ille, vel elinguis validè absoluit moribundum sibi præsentem, sic etiam absolutio quoad suam essentiam non postulabit quod sit vocalis, & pronuncietur ore Sacerdotis. Respondetur, negando, sequi ex nostra senten-

tia Christum Dominum non satis prudenter statui hominum, & eorum saluti prouidisse. Primò, quia ad id non requiritur, vt omnibus, & singulis casibus etiam Metaphysicis, prouiderit saluti vniuscuiusque priuati in quolibet statu constituti; quia ad hoc vt dicatur prudenter prouidisse saluti vniuscuiusque hominis; satis est quod instituerit remedium, quod debite vsurpatum sit vnicuique adipiscendæ salutis æternæ remedium efficax, quantùm est ex se; & ad rationem gratiæ sufficientis, & remedij eiusmodi sufficit, quod defectus applicationis illius ad ponendum eius effectum in homine non teneat se ex parte Dei, vel Christi Domini; estò per concursum aliquorum agentium naturalium istud remedium impediatur hic & nunc applicari; hoc enim est per accidens, cùm Deus non eo fine hunc concursum intendat, nec teneatur impedire ordinem quem suauis eius prouidentia postulat, nimitùm vt sinat causas naturales, & liberas agere modo sibi naturali, & proportionatu. Deinde respondetur, hominem illum moribundum posse in tali casu conteri de peccatis cum voto confitendi Sacramentaliter sua peccata, & sic saluari absque reali susceptione Sacramenti Pœnitentiæ. Hucvsque Ysambert, cui etiam adde doctissimum Martinon *disputat. 52. de pœnitent. sect. 1. num. 5. & 6.*

3. Sed superius adducta non admittit Ioannes Pontius *in cursu Theologico, disp. 46. quæst. 2. conclus. 2. num. 9* in extremo vitæ periculo; tunc enim si non adesset nullus Sacerdos, nisi qui non posset loqui, non esset inconsultum, ait Pontius, confiteri ipsi & recipere absolutionem in scripto, aut nutibus ab ipso. Et quidem in illo extremo vitæ periculo tenemur ex charitate succurrere proximum eo meliori modo quo possumus, sed melius est adhibere in illa necessitate Sacramentum dubium, quàm nullum adhibere Sacramentum. Ergo, & in casu nostro melius esset adhiberi absolutionem dubiam, videlicet nutu, vel scripto, quàm nullam. Adde, quod licet, vt diximus, communis opinio Doctorum asserat absolutionem Sacramentalem voce humana debere proferri, tamen contraria opinio cùm adhuc non sit ab Ecclesia damnata, videtur saltem in articulo mortis practicanda per superius adducta. Auctores verò, qui sustinent non esse de essentia absolutionis Sacramentalis, vt proferatur voce humana, sunt Paludanus *in 4. distinct. 17. q. 2. art. 1.* Adrianus *in 4. quæst. 1. de Confessione, §. sed oritur.* Medina *Cod. de confessione, quæst. 15. de modo secret. confitendi.* Petrus Sotus, *sect. 11. de ratione secreti necessarij in confessione.* Nauar. *in Sum. cap. 21. num. 36* Probatur, quia absolutio Sacramentalis est quædam sententia in foro conscientiæ data; de ratione autem sententiæ non est, vt proferatur voce, cùm possit scripto, nutu, vel alio signo externo exprimi, vt patet de absolutione ab excommunicatione. Nec refert, quod hoc forum sit secretum, quia secreta, vel publica expressio sententiæ non variat essentialiter sententiam. Confirmatur: Confessio facta nutu, vel scripto est valida; ergo etiam absolutio.

Sup. hoc in Res. & 55. annot. primæ huius. Res.

4. Verùm, his non obstantibus, cum sententia negatiua vocetur à Theol. certa, vt ait Card. Lugo *de Sacram. Eucharist. disp. 13. sect. 1. num. 1.* Granadus *in 3. part. contr. 7. tract. 1. disp. 6. sect. 1. num. 1.* & alij, non autem sententiam Ioannis Pontij practicè approbare, sed eius finalem resolutionem iudicio Sanctæ Sedis remitto. Et quidem nimis premit, & vrget, vt dixi in principio Resolutionis, modus loquendi Eugenij Papæ in suo decreto, *sess. vlt. Concil. Florent. Patrum Concil. Tridem. citato cap. 3. sess. 14.* qui dum de hoc Sacramento loquuntur in particulari vtuntur terminis, importantibus vocalem & oralem pronunciationem formæ. Nam Eugenius in suo decreto, ita ait: Huius Sacramenti forma sunt verba absolutionis, quæ Sacerdos profert cùm dicit, *Ego te absoluo*: Vbi termini isti, quæ Sacerdos profert cum dicit, sunt diligenter expendendi; non enim possunt retinere suam veritatem in tali oratione, nisi prout denotant vocalem pronunciationem istorum verborum fieri à Sacerdote, vt per se patet; sicque significat id esse de essentia huius formæ. Patres item Trident. dicunt, formam huius Sacramenti illis ministri verbis positam esse; *Ego te absoluo.* Iidem *cap. 6.* agendo de absolutione Sacerdotali, ita dicunt, velut à iudice sententia pronunciatur, quæ omnia, & singula sic accuratè posita significant euidenter formam huius Sacramenti debere vocalem esse seu debere voce Sacerdotis absoluentis pronuntiari. Et licet aliqui Doctores asserant, quod in articulo mortis possit sub conditione baptizari aliquem cum aqua rosacea, tamen in hoc casu ipsi contendunt, & conantur saluari. Baptismum esse collatum in materia apta, & designata à sacra Scriptura, & Conciliis; quia cùm secundùm aliquos Philosophos Elementa sint in mixto, aqua rosacea, vel ab herbis elicita dici potest aqua. Sed in casu de quo loquimur, nescio quo pacto possint verificari verba Conciliorum, quod Confessarius absoluendo nutu, vel scriptura, dicatur proferre absolutionem voce humana; ideo, vt dixi, tu cogita.

RESOL. XVII.

An sit absoluendus, qui non confitetur nisi generalia?

Et pro praxi quæritur, an si rusticus, qui grosso modo sine certo numero peccatorum mortalium indocto Parocho bona fide confessus est, teneatur postea, detecto errore, confessiones factas reiterare?

Et an saltem in dicto casu teneatur Rusticus denuo confiteri, & declarare numerum peccatorum, quæ in aliis Confessionibus non fuit confessus, sed in confesso tantum?

Et obseruatur, quod in articulo mortis, si aliquis diceret in specie commisi multa periuria, v. g. non explicando numerum propter temporis angustiam, possit absolui, &c.

Et notatur confessiones bona fide factas post confessionem inualidam non esse necessario repetendas.

Et datur Regula, quomodo pertinens debeat se accusare de peccatis omissis in confessionibus inualidis, quando denuo validè confitetur. Ex part. 11. tr. 6. & Misc. 6. Resol. 60. aliàs 58.

§. 1. AD hunc casum sic respondet Caspensis *in Curs. Theol. tom 2. tract. 24. disp 4. sect. 15. num. 135.* Inquires quid sit faciendum cum homine rudi, qui non confitetur nisi quædam generalia. Respondetur si sit verè attritus, & verè apprehendat se peccasse, absoluendus est: communiter tamen, & extra necessitatem non est absoluendus, quia eo ipso quod non confitetur aliquod peccatum in particulari, sufficienter intelligitur non apprehendisse, quid sit peccatum, maximè cum interroganti de rebus in particulari, in quibus regulariter datur peccatum ad minus veniale, vt de distractione in oratione; ipse tamen semper respondet in nulla re illarum peccasse, quapropter neque attritionem habere potest. Ita Caspensis.

Sup. hoc cursissimè sed cũ Concilio Trident. infrà in Res. 55. §. 1. ad medium, vers. Et ideo colligit Tridentinum, & inferius in tr. 7. lege doctrinam Res. 4.

2. Verùm Pasqualigus *in Theol. tom. 2. disput. 81. sect. 1. num. 10.* putat posse absolui eum, qui solùm dicit se peccasse, etiam si nesciat exprimere aliquod peccatum siue in genere, siue in specie, quia dum

non

non scit explicare, censetur impotens ad explicandum; qui autem est impotens, potest absolui, si solum se accuset, quod peccauerit, vt constat in moribundis.

3. Non desinam etiam hîc apponere ea, quæ nouissimè adducit Remigius *in Pract. Confess. tr. 5. c. 5. §. 9. num. 5.* Acontece (ait ille) llegar à confessarse algun penitente, que nunca, ò muchas vezes no se ha confessado bien y enteramente, por no auer dicho el numero los pecados con buena fe, ò porque se confessò con Confessores ignorantes, ò por mejor dezir tan inauertidos, que no le auisaron nunca deste yerro tan notable y conocido. Querer pues, que semejante penitente veya à suplir este defecto, es nunca acabar, y affligible demasiadamente y hazer el Sacramento algo odioso; y assi enseñan los Doctores, que estando el penitente con buena fe, y perseuera en ella, no tiene el Confessor necessidad de preguntarle, ni hablarde nada desso, sino procure instituirle para en adelente, como dize doctamente Marcanzio: Nam etiamsi quandoque confessiones fecerit materialiter non integras, propter bonam tamen fidem censentur formaliter integræ. Però si el penitente en la confession dixere, ò preguntare algo de si està bien confessado, ò nò, en tal casos aunque no se ha de mandar que repita las confessiones hasta alli, ha de hazer que supla el defeto que cometia en ellas, diziendo el numero verisimil de los pecados que dexò de dezir en à quellas confessiones, y bastarà dezir auiendo hecho vna mediana diligencia de examen. Ita ille.

4. Vide etiam Leandrum *de Sacramento tom. 1. tr. 9. disp. 5. quæst. 71. & 72.* vbi quærit, an Rusticus qui grosso modo sine certo numero peccatorum mortalium indocto Parocho bona fide confessus est, teneatur postea detecto errore confessiones factas reiterare. Et an saltem in dicto casu teneatur Rusticus denuò confiteri, & declarare numerum peccatorum, quem in aliis confessionibus determinatè non fuit confessus, sed confusè tantùm. Et me citato negatiuè respondet.

Sup. hoc suprà in tr. 3. Ref. 121. ad medium, à vers. qui etiā postea. & in alio vers. eius annot. & infrà in tract 7. Ref. 122. §. vlt.

5. Idem etiam docet Cardinalis Lugo *de pœnitent. disp. 16. à n. 577.* qui etiam *num. 586. & 587.* & ex illo Leander *q. 83.* obseruant, quod in articulo mortis si aliquis diceret in specie, commisi multa periuria v. g. non explicando numerum propter temporis angustias. Et in hoc casu dubitari potest, an postea data occasione, & opportunitate debeat explicare numerum, quæ prius sub illa generalitate dixit. Et distinguendum existimo: nam vel Confessarius ex circumstantiis personæ, & temporis intellexit per illa verba verisimiliter numerum illum, & multitudinem, quam pœnitens concipiebat, & significare volebat, & iam tunc erit idem dicendum; quod de confessione rustici, in quo Parochus per illa verba attentis circumstantiis intelligit sufficienter multitudinem, quam pœnitens concipit, atque ideo propter eamdem rationem neque in illo obligandus erit pœnitens postea ad illum numerum magis distinctè declarandum; quia iam iuxta capacitatem præsentem declaratus fuit sufficienter ad hoc, vt absolutio directè ad totum illum nomerum terminaretur: si autem ex illis verbis Confessarius non potuit concipere prudenter aliquam multitudinem, & omnem verisimilem iuxta pœnitentis intentionem, tunc fatendum est absolutionem non terminari directè ad totam illam multitudinem, sed solum secundùm eam partem, quam Confessarios ex illis verbis potuit prudenter colligere, & ad minus terminatur ad aliqua: quoad reliqua verò manet obligatio confitendi illa distinctè, & procurandi directam absolutionem ab illis: quod in nostro casu (id est præcedentis quæstionis) non procedit, cùm absolutio supponatur directè terminata ad omnia peccata contenta in illa multitudine quam rusticus crasso modo confitetur.

Sup. doctrina seq. in hoc §. in Ref. 1. post seq. §. aliquis. & in aliis eius not.

6. Sed quia satis est consolatoria illa opinio, quod detur confessio informis, sed valida contra Vasquez, Suarez, & alios, vide illos, quos adducit & sequitur me citato Leander *vbi supra q. 75.* Vnde minimè dubitandum est hanc sententiam securam esse in praxi, & ex magnis angustiis liberare Confessarios, & pœnitentes.

Sup. hoc lege doctrinam Resolutionū not. seq. & suprà in tr. 3. Ref. 112. & 113. & in aliis eius annotationum.

7. Et nota hîc etiam confessiones bona fide factas post confessionem inualidam, non esse necessariò repetendas. Ita Lugo *vbi supra n. 599* & me citato Leander *q. 89.* qui etiam optime *quæst. 9.* contra Vasquez, Valentiam, Layman, Reginaldum, & alios, docet non esse necessarium repeti omnia mortalia distinctè, quando iteratur confessio inualida cum eodem Confessario, sed sufficere in eo casu quod in generali se accuset de omnibus mortalibus, quæ in confessione inualida fassus fuerat, & in speciali & distinctè declaret illud peccatum, quod tacuit, & sacrilegium ob hoc commissum, & si quæ de nouo alia habet mortalia; etiamsi Confessarius, nec prædictorum peccatorum, aut pœnitentiæ recordetur. Quia pœnitens in prima confessione licet inualidè, verè declarauit distinctè, & in specie sua peccata eidem Confessario. Et hic verè iniunxit pœnitenti pœnitentiam proportionatam, ergo nihil obstat, quò minus suæ obligationi satisfaciat; etiam in generali solum se accusando, & dicendo, Accuso me de omnibus peccatis, quæ in confessione inualida tibi aperui, & insuper de illo peccato, quod tacui, de sacrilegio ob hoc admisso, & de nouo de hoc, & de hoc peccato. Ex quo infertur posse optimè pœnitentem, qui diu eidem Confessario confessus est, reiterare vno verbo omnes illas confessiones, dicendo; Accuso me de iis omnibus, quæ tibi in aliis confessionibus, confessus sum. Quod quidem est optimum, & facile remedium, quando habet aliquod scrupulum, de defectu aliquo in eis commisso; accusando se simul de illo defectu, si culpabilis fuit.

Sup. hoc suprà in tr. 3. Ref. 119. §. vlt. & si placet lege alias Ref. eius primæ not.

Sup. hoc, quod hic docetur, latissimè suprà in tr. 3. Ref. 35. 36. 37. & 38.

Sup. hoc in tribus primis Ref. annot. præcetiæ, & negantes in Ref. 2. & 3.

Sup. hoc suprà in tr. 3. Resol. 37. §. vlt. à lin. 5. ex vers. rectè obseruat.

RESOL. XVIII.

An pro danda absolutione sufficiat, quod pœnitens se accuset de peccato veniali in genere? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 53.

§. 1. Casus est satis practicabilis cum pœnitentibus idiomatis, & etiam cum personis spiritualibus, & illum nouissimè pertractat Dicastillus *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 9. num. 60.* vbi sic ait: tandem posset aliquis colligere ex dictis non solum in casu necessitatis, sed etiam per se loquendo, confessionem peccati venialis in genere esse per se sufficientem materiam absolutionis in eo, qui solum habet venialia. Respondet Suarius *disp. illa 23. sect. 1. num. 10.* fortassè speculatiuè, ita esse propter iam dicta, nempe quod peccatum in communi possit esse materia, cùm ex alio capite non sit præceptum confitendi venialia in specie. Probatque tam à simili de eo, qui confitetur tantùm verba otiosa, in qua confessione non magis conscientiam suam declarat, quàm qui dicit peccasse venialiter: nec magis variat iudicium Confessarij. Nihilominus practicè putat negandum hoc esse propter incertitudinem materiæ. Ait ergo, licet homo absolutè non teneatur specie venialium confiteri, tamen supposito quod volt confiteri, teneri ad exhibendam materiam omninò certam, si possit,

Sup. hoc infra in tr. 7. ex Ref. 4. lege doctrinam §. vlt. & suprà in tr. 3. §. vlt. Ref. 103.

& ideò saltem aliquod veniale in particulari teneri confiteri.

2. Mihi autem illud prius satis probabile apparet, nempe sufficere confessionem illam in genere, etiamsi possit veniale in particulari confiteri: quia eo ipso quod probabile sit eam esse materiam sufficientem, & ex alio capite non esse necessariam materiam, non video cur non possit licitè eam adhibere tantùm: In Sacramentis enim, quæ nullo modo sunt de necessitate salutis, quale est de solis venialibus, in tali casu, non videtur ita necessarium adhibere materiam omninò certam, vt obligetur quis sub culpa maximè mortali. Nam ad hoc, vt quis prudenter operetur, satis est, quod adhibeat materiam probabilem. Hæc autem est valdè probabilis.

3. Adde, quòd si hoc speculatiuè verum est, etiam practicè erit verum. Tunc enim tantùm in re morali dicitur aliquid speculatiuè quidem verum, sed non practicè, quando id, quod in speculatione consideratur, non potest exhiberi in praxi, quin aliqua contingat variatio. Quando verò omnino inuariatum potest reduci ad praxim ea ratione, qua consideratur in speculatione, si speculatiuè verum est, practicè quoque verum censeri debet. Quapropter, cùm confessio venialis in genere possit in praxi exhiberi eo modo, quo speculatiuè censetur sufficiens, erit quoque practicè censenda talis. Hucusque Dicastillus.

RESOL. XIX.

An qui cum dolore vniuersali se accusat in confessione de venialibus, non determinando peccata in particulari, remaneat absolutus ab omnibus? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Ref. 24.

§. 1. Quæstio est practicabilis & curiosa, & nimis doctè examinata à Patre Dicastillo, vnde hic per extensum apponam eius verba, sic itaque asserit *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 6. dub. 17. num. 312.* His præmissis, assero, vt peccata venialia de quibus agimus sint materia Sacramenti directè, & sufficienter proposita, non esse necessarium, quod Confessarius, vel ex modo confitendi, aut ex persona confitente aliisve circumstantiis cognoscat quot sint, sal tem in confuso, talia peccata, sed satis esse, quod illa confiteatur in communi absque vlla determinatione, ita vt si nec pœnitens ex sua parte, neque confessarius ex sua restringant intentionem ad aliqua determinata, omnia ad quæ legitimus dolor se extendit, remittantur. Ratio est, quia nisi necessitas saltem ex præcepto in Sacramento postulet determinatam cognitionem, Sacramentalis virtus ad omnia peccata potest se extendere: sed necessitas Sacramenti Pœnitentiæ comparatione venialium non sic postulat determinatè cognitam multitudinem peccatorum remittendorum: ergo ad illam totam potest se extendere. Vtraque præmissa probatur; Primò à simili in Sacramento Eucharistiæ: nam in Sacramento Eucharistiæ, vt diximus loco notato, etiamsi quis nesciat quot sint hostiæ consecrandæ sibi propositæ, consecrat omnes quæ continentur, v. g. in pixide: ergo & absoluere potest omnia peccata, quæ continentur in intentione confitentis, etiamsi non sciat determinatè aliqua ratione quot sint. Neque enim minus potens est absolutio legitima ad absoluendum quotquot peccata per confessionem in confuso significantur, quam consecratio ad hostias, quotquot confusè in pixide cognitæ continentur: nec minus debet esse determinata materia Eucharistiæ, quæ demonstratur pronomine *Hoc*, quam materia absolutionis, quæ determinatur per confessionem: ergo sicut virtus consecratotia se extendit ad omnes hostias consecrandas, poterit se extendere virtus absolutoria ad omnia peccata absoluenda, etiamsi in vtroque casu non determinatè aliqua ratione cognoscantur quot sint hostiæ consecrandæ, & peccata remittenda.

2. Probatur 2. quia vt concedimus, Sacramentum Pœnitentiæ tunc valet, etiamsi non determinetur materia, nec est maior ratio peccati vnius, quàm alterius: ergo vel omnia, vel nulla peccata remittuntur. Quod valeat, omnes quidem supponimus, quòd autem non determinetur materia ad hæc potiùs, quàm ad illa, debet etiam supponi necessariò: alioquin non esset noster casus, in quo disputamus de confessione, dolore, & intentione in communi, nihil determinando in particulari. Ita ille. Et postquam ad aliquas difficultates respondisset *num. 318.* sic subdit.

3. Ab his & aliis difficultatibus liberabimur, si dicamus omnia remitti, quotiescumque prædicto modo confitetur homo cum dispositione extendente se ad omnia propter rationes dictas. Atque hoc ipsum habet locum non solùm in peccatorum venialium confessione, sed aliquando etiam in moralibus quoad directam absolutionem, ita vt esse possit, & non rarò casus, in quo peccata mortalia omnia directè absoluantur, quin in particulari specie, aut numero explicentur Confessario, neque Confessarius intelligat, quæ, vel quot sint, quæ pœnitens subiicit, in quo casu omnia, & singula mortalia (& quidem directè) absoluuntur, quod sic probo proponendo prius casum non infrequentem.

4. Aliquis moribundus multis peccatis mortalibus grauatus est, & præsenti Confessario (vt tollamus alias quæstiones de signis datis in absentia) dat tantùm signum, quod peccauerit, & velit confiteri nullo explicato particulari peccato, nec in numero, ita vt Confessarius tantùm intelligat illum confiteri, quod peccauerit, & doleat, & nihil possit ille amplius explicare: in tali casu danda est illis absolutio, & peccata remittuntur & quidem directè: hoc vltimum de directa absolutione probo: quia absoluuntur, sed non indirectè: ergo directè. Minorem probo, quia absolutio indirecta alicuius peccati, tunc tantùm est, quando absoluendo directè aliquod peccatum, aliud absoluitur consequenter per gratiam remissionis mortalis directè remissi; quia scilicet illa gratia non patitur secum mortalia; atque adeò cum non sit obex, quia habet (vt suppono) vniuersalem attritionem, gratia confertur, per quam absolutio non solùm directè tollit illud, quod datur pro materia, sed reliqua etiam tollit indirectè: In nostro autem casu nullum in particulari datur pro materia directa, sed omnia æqualiter in confuso subiiciuntur: ergo, vel omnia æquè primò remittuntur, cùm non sit maior ratio, ob quam absolutio cadat directè supra vnum, quàm supra aliud, atque adeò, vel confessio erit nulla (quod est falsum) vel omnia æquè primò absoluentur; directè quidem, sed non dicta explicitè. Quapropter, si homo ad se redeat, tenebitur suo tempore explicitè species, & numerum peccatorum confiteri, quia licèt directè fuerint absoluta, non tamen explicita specie, & numero ad quod etiam tenetur; vt certa doctrina docet.

Sup. hoc in Ref. 1. post præteritam, §. 1. item, a in. 2. & infrà lege doctrinam Resol. 55. à principio, & aliarum Ref. & §§. eius primæ not. & si placet etiam secundæ annot.

5. Si ergò absolutio directa cadere potest supra mortalia in confuso dicta, absque eo, quod intelligatur, quæ, & quot sint peccata commissa; pari, imo potiori ratione poterit cadere supra venialia absque eo, quod innotescat Confessario ex aliquo capite, quæ aut quot sint ea peccata. Præsertim, cùm in venialibus

nialibus non detur absolutio indirecta, quia gratia quæ datur intuito aliorum peccatorum, quæ dicuntur in confessione non apponitur peccato veniali, cuius si in homine iosto reperitur attritio, vel per illam remittuntur, vel, si iuxta alias sententias non sufficit attritio, vel non omois attritio; Sacramentum pœnitentiæ non attingit illa; ex vi productionis gratiæ, quæ confertur per absolutionem aliotum peccatorum, quia hæc gratia (vt dicebam) noo habet oppositionem cum illo: ergo non est locus absolutioni indirectæ. Atque adeo, si in nostro casu coofessionis factæ in genere remittuntur venialia, directè remittuntur & omnia: Directè quidem, quia non est vnde indirectè remittantur, sed ex vi confessionis illorum factæ in communi, & absolutionis ad illa directè, omnia vero remittuntur; quia non est ratio ob quam hæc potius quam illa, & ad omnia æquè primo refertur absolutio iam dicta.

Er hæc omnia docet Dicastillus *vbi suprà*, quibus ego libenter calculum meum adiungo.

RESOL. XX.

An qui inaduertenter non absoluit pœnitentem, possit illum absoluere varum distantem? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Res. 56.

Sup. hoc supra in tr. 3. Res. 74. §. vlt. reitanter ad mediu, à vers. Sicuti asserut DD.

§. 1. DE hoc dubio alibi dictum est, nunc verò tantùm adducam opinionem Petri Ochagauiæ *de Sacram. tract. 2. de Confess. sacrament. quæst. 41. num. 6.* vbi sie ait. Quòd si pœnitentem debitè depositum dimisit quis sine absolutione per inaduertentiam, aut alia via, si posset sine graui incommodo, deberet illum reuocare, & admonere. Cùm verò uon potest sine scandalo reuocare, & pœnitens vel expectat communionem, vel ex qualitate personæ cognoscit quod non incidat in nouum peccatum, debet absolui, sed est præsens, licèt aliquantùm remotus, aliàs commoditas expectanda, & admonendus. Ita Ochagauia.

RESOL. XXI.

Sup. prima diffic. huius tituli lege doctrinam Res. seq. & supra in tr. 3. Res. 45. in fine, & Res. 46. in principio, & pro parte. Vide vers. annot. primæ post seq. huius Res.

An in dubio, si puer habeat vsum rationis, sit absoluendus.

Et maximè in articulo mortis an sit absoluendus, & absolui debet?

Ex quo enim deducitur, quod si quis adultus confiteatur aliquid, quod dubitetur, an sit veniale, an sit absoluendus saltem sub conditione? Ex part. 4. tr. 3. Res. 53.

Sup. hoc pro mortis articulo Infrà in Res. 45.

§. 1. SI omnibus consideratis de pueri capacitate dubium manet, tunc absolui potest sub conditione, saltem animo retenta; imo in mortis articulo absolui debet, tali præsertim casu necessitatis, & in dubio inclinandum est in fauorem animæ. Ita Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 6. cap. 5. num. 7.* & ante illum Zambranus *de cas. temp. mor. c. 4. dub. 4. num. 4. & 9.* quia in dubiis fauendum est pœnitenti, qui habet ius ad Sacramentum ratione confessionis. Secundò, quia, vt docent multi, si quis adultus fatetur aliquid quod dubitatur an sit peccatum veniale, est absoluendus sub conditione (quamquam in dicto casu melius sit dicere aliqood peccatum saltem veniale certum vitæ præterire, etiamsi sit confessum.) ergo & in nostro casu, eadem enim est ratio, scilicet dubium de materia Sacramenti. Denique rationes pro articulo mortis, ferè æquè probant extra illum articulum. Et ita hanc sententiam docet nouissimè Villalobos *in summa tom. 1. tract. 9. difficult. 28. num. 3.* vbi sic ait. [Quando se dudasse si el muchacho tiene bastante vso de razon ò no, para coofessarse, toda via estara obligado à ello, como el que duda si tiene pecado mortal ò no, y ha se de absoluer de baxo de condicion.] Sic ille.

Sup. hoc supra in tr. 3. Res. 16. §. 1. ad medium, à vers. Et similiter potest.

RESOL. XXII.

An in dubio, si puer septennis vsum rationis habeat, possit Confessarius illum absque conditione absoluere? Ex part. 10. tr. 11. & Misc. 1. Res. 54.

Sup. hoc lege doctrinam Res. præcitatæ, & supra in tr. 3. Res. 16. §. 1. ad medium, à vers. Et similiter.

§. 1. CAsus est practicabilis. Et affirmatiuam sententiam tenet doctus Caramuel *in Theolog. mor. lib. 3. numer. 1388. 1389.* vbi sic ait: In dubio, an puer septennis, aut maior, habeat vsum rationis, debet absolute, & sine conditione absolui, etiam extra mortis articulum. Vt igitur hanc ecthesin, aut corollarium probem, præmittam breuiter Dianæ verba valde docta, & valdè necessaria. *Partis enim Quarta Tractatu 3. Resol. 52.* sic inquirit. Quando dubium est, an pueri rationis vsum habeant, præsumendi sunt habere, si compleuerint septennium, secus antea; quia præsumptio desumenda est ex communiter contingentibus. Imò si rem benè examines, videtur non posse dari verum dubium, sed probabilitatem; quia regulæ generales debent admitti, vbicumque non probetur contrarium: & vt existimo, hæc consequentia: ferè omnes septennes pueri habeot vsum rationis: ergo etiam Petrus: videtur probabilis, & debere rationibus fortibus elidi. Imo si nulla ratio contra eam militet, videtur moraliter certa. His positis discurro sic. Cùm ambigitur, an puer septenni maior habeat vsum rationis; debet supponi illum habere. Cùm illum habere supponitur; supponitur posse absolutè absolui: absoluendus est igitur sioe conditiooe. Hucvsque Caramuel.

Quæ hic est supra in tr. 3. Res. 46. & recitatiuè & cursim in alia Res. eius primæ not.

2. Sed aduersus illum insurgit nouissimè Pater Bardi *de Conscientia, discept. 6. cap. 11. part. 4. §. 9. numer. 5.* Et ratio est, quia nequit Confessarius in absoluendo pœnitentem ita se gerere, vt probabili irritationis periculo exponat Sacramentum, quando facilè potest tale periculum euitare. Igitur hæsitans de vsu rationis in puero, cuius confessionem excepit; noo potest illum absque conditione absoluere. Antecedens certum videtur; quia imprudens esset Confessarius, poteos periculum inualiditatis declinare, in illud se conücere; quando nulla vtilitas ex hoc proueoit, neque incommodum ex contrario. Itaque, quamuis Ius, complero septennio, præsumat in dubio adesse vsum rationis in puero; nihilominus in Sacramentorum administratione nequimus formare conscientiam practicè probabilem ex tali Iure præsumpto; quia validitas, aut inualiditas Sacramenti minimè dependet à præsumptionibus istis: nam tali præsumptione non obstante, si à parte rei, puer ille defectum habeat rationis; irritum erit Sacramentum: proinde eùm facilè possit Confessarius à tali periculo se eximere, conferens absolutionem sub conditione; prudentia dictat, vt conditionatè puerum illum absoluat. Ita Bardi, qui etiam alias obiectiones soluit; & me citato hanc negatiuam sententiam mordicus tuetur; à qua ego iterùm non recedo.

RESOL.

RESOL. XXIII.

An in casu, quo Confessarius debeat prabere absolutionem sub conditione, sufficiat, quod conditio sola mente sistat? Ex part. 10. tr. 11. & Misc. t. Ref. 55.

Sup. hoc suprà in tr 3. leg. doct. inam R. s. 16. prope finem §. 1. vers. & si sufficeret in his casibus, & quamuis non plené. Sup. hoc vide tamen, in tom. 4. tr. 3. doctrinam Ref. 156. ad medium &. r Ref. 157. §. 2 ad tn 4 & in tom. 3 tr. 2. ex Ref. 149. §. 1. prope finem. à vers. & voluntas. & in Ref. 156. à principio.

§. 1. NEgatiuè respondet Caramuel *in Theolog. mor. lib. 3. num.* 1495. vbi sic ait: Illa verba sub condirione saltem mentaliter concepta militant contra Sacramentale torum pœnitentiæ quod per signa sensibilia debet administrari. Non sufficit, quòd pœnitens peccata mente concipiat, sed requiritur absolute, quòd illa externo aliquo signo, ita explicet, vt Confessarius numerum, & speciem quantùm fieri possit, dignoscat. Fateor, Sacerdotem Confessario nutum, si in peccatum aliquod fragilitatis, v. g. fuerit lapsus, sufficienter confiteri suam culpam, dicens: Mœchatus sum; nec requiri, quòd sacrilegij circumitantiam, tametsi mutantem speciem verbis confiteatur; illam enim confitetur tam clarè, vt Confessarins non possit illam non intelligere: quòd si esset Confessario ignotus, deberet hanc circumstantiam ita explicare, vt sacrilegij malitia Confessario innotesceret puta dicendo, voto obstrictus sum, sum Religiosus, sum Subdiaconus, sum Diaconus, vel sum Sacerdos: quia in omnibus istis gradibus vnam, & eandem specificam seruandæ castitatis obligationem reperio. Ergo à fortiori Confessarius debet suam mentem extrinsecè manifestare, non solùm nutibus & signis; sed ex institutione Christi, verbis. Ergo, quando datur absolutio, debet fieri per verba absoluta; & quando conditionalis per verba condirionalia: non igitur sufficit conditio pura mente concepta. Confirmatur: Quia forma Sacramenti Pœnitentiæ consistir in verbis, nnn in intentione; hæc enim non est forma, sed dispositio, aut condirio sine qua non, ex parte agentis requisita: ergo qualia fuerint verba, talis erit absolutio: ergo condicionalis, si conditionalia; absoluta, si absoluta. Confirmatur iterum: Pœnitens habens peccata dubia non bene confiteretur, si absolutè diceret, se commisisse illa peccata, sub conditione mentaliter concepta: ergo nec Confessarius benè absoluet, si verbis absolutis sub conditione mentaliter concepta. Confirmatur tertio: Intentio debet verbis correspondere, ergo si illa sit condirionalis, hæc conditionalia debent esse; & si hæc absoluta fiat, illa debet esse absoluta. Aliàs enim non esset verborum & mentis conformitas; & verba illa plus mendacij, quàm absolutionis haberent. Ita Caramuel.

2. Sed contra illum dicendum est cum communi, & vera sententia, quòd casu eueniente, in quo Pœnitens conditionatè, & non absolute est absoluendus; poterit non solùm validè, verùm etiam licitè Confessarius, proferendo formam, in sola mente retinere conditionem. Probatur non solùm à posteriori ex Praxi, secundùm quam Confessarij docti, & prudentes id exercere solent, vel conditionem exprimendo in ipsa prolatione formæ, vel solùm condirionem retinendo in mente: sed etiam probatur à priori ex institutione nostrorum Sacramentorum; quæ, vt statuitur in Florentino, in Decreto Vnionis, tribus conficiuntur, videlicet, rebus vt materia, verbis vt forma, & intentione Ministri; ita vt deficiente vno ex his, irritum sit Sacramentum. Quamuis igitur forma consistat in verbis; nihilominus vigorem non habet, nisi prout substat in intentione Ministri; & ideò etiamsi Minister eam proferat absque intentione actuali, aut veniali conficiendi Sacramentum; nihil efficiet: mensurantur enim quodammodo verba per ipsam intentionem; & sic si conditionata erit intentio, conditionata exinatur forma; licèt secundùm verba grammaticaliter videatur absoluta. Et hæc est fundamentalis ratio pro nostra sententia, per quam possumus etiam soluere argumentum principale, in quo ipse Caramuel suam fundat sententiam. Dicimús ergo, Sacramentum esse administrandum per signa sensibilia, non præscindendo tamen ab intentione, à qua in sua efficacia determinantur. Et hæc omnia docet Bardi, *de conscientia, discept. 6. cap. 1. t. part. 4. §. 9. numer.* 10. Qui etiam postea respondet ad argumenta Caramuëlis. Rectè itaque sic asseruit Castrus Palaus, *tom. 4. tract. 13. disputat. vnica punct.* 20. §. 2. *num.* 4. Pueri accedentes ad Confessionem, diligenter examinandi sunt, an satis capaces existant absolutionis recipiendæ: Sunt enim plures, qui, esto, peccare sciant; peccata confiteri nequeunt; quos tamen non expedit statim dimittere, sed Confessoris monitis, & diligentia instruendi sunt. Qui si instructionem non percipiant, neque de peccatis, prout par est, doleant; concessa benedictione, & imposita aliqua pœnitentia, absque absolutione Sacramentali dimittantur, maxime quando nullo peccato mortali adstringuntur; hac enim via & Confessioni assuefient, & paulatim instruentur. Si verè mortale peccatum fassi fuerint; diligentius inuestigandum, & procurandum, vt dolorem debitum illius concipiant, & absolutioni recipiendæ se disponant. Quòd si nec sub dubio capaces absolutionis existant; monendi sunt, vt dispositioni debitæ incumbant, iterùm pro absolutione recipienda reuersuri. At stante dispositione, omninò absolui debent, præcipuè si vigeat aliqua necessitas, sub conditione tamen mente retenta, Ita Palaus; qui citat Zambranum, & Laymann quibus etiam adde Angelum Bossium *in Mar. tom. 1. par. 5. tit. 1. §. 25. num.* 360. Vnde etiam Leandrum, *de Sacram. tom. 1. tractat. 5. disp. 5. quæst.* 48.

RESOL. XXIV.

An si Confessarius habeat euidentiam, quod pœnitens fecerit tale peccatum, & si non est confessus, debeat illum absoluere? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 104. aliàs 105.

§. 1. REspondendum est negatiuè, quia licèt Confessarius, qui non habet euidentiam facti, sed solùm nouit ex aliorum relatu, vel vidit quidem peccatum, sed non ei constat, quòd non fuerit interea confessus, alteri non potest negare absolutionem, quia pœnitenti creditur pro se, & contra se; secus autem, vt præsupponimus in casu nostro quando Confessarius scit pœnitentem peccasse, & nón confessum fuisse. Et ita docent Henriquez *lib. 6. cap. 20. n. 6.* Syluius *in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. quæritur 3. concl. 3.* quia non est pronuncianda forma Sacramenti, vbi certò constat subiectum esse indispositum, & Confessor non solùm est iudex, sed etiam medicus. Et hoc etiam tenent Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 32. sect.* 3. Fagundez *præc. 2. lib. 6. cap. 4. num.* 38. & nouissimè Sancius *in Selectis, disput.* 8. *num. 6 & seq.* Sup. hoc infra in tr. 8. lege doct. in nam Ref. 52

2. At his non obstantibus, noster Magala *in t. p. lib. 1. c. 2. num.* 12. contrariam sententiam tuetur, vbi asserit in multis casibus excusari pœnitentem à materiali integritate confessionis, & in eisdem casibus etiam secundùm doctrinam Suarez, si interrogetur à Confessario pœnitens, an peccatum cõmiserit, confiteri

fiteri non teneri, posséque pœnitentem absque mortali negare. Ergo quando Confessarius ex propria scientia euidenter scit pœnitentem aliquod peccatum mortale commisisse, ac euidenter etiam scit non esse confessum, & pœnitens negat illud commisisse, potest aliquando Confessarius credere pœnitentem illud negare; non quia non commiserit, sed quia credit non teneri tunc illud confiteri; ergo tenetur tunc hoc sibi persuadere, & pœnitentem absoluere, si in aliis eit pœnitens ritè dispositus, alioquin grauem illi iniuriam faceret. Ita Megala, qui alias rationes pro hac firmanda sententia adducit. Sed circa præsentem quæstionem præter DD. citatos, vide etiam Toletum *lib. 3. cap. 16. num 4.* Nauarrum *cap. 8. num. 17. verb 21.* Fumum *verb. Confessio, §. 17. & 20.* D. Antoninum *part. 3. tit. 14. cap. 18. §. 15.* Syluestrum *ver. confessio 3. num. 8.* & alios.

RESOL. XXV.

An excommunicatus, si Sacramentum Pœnitentiæ recipiat, validè absoluatur? Ex part. 5. tr. 9. Res. 53.

Alibi infrà in Res. 38. & in seq. tr. in Res. 14. §. Sed quid. & seq. & in Res. 27. cursim in fine. & in Res. 34. & in tom. 5. tr. 1. Res. 168 per tota. & in tom. 9. tract. 7. Res. 124. §. Sed difficultas. & vers. Iustè m. ... hinc ... lege infrà in tr. 5. doctrinam Res. 32. & aliarum Res. & §§. eius annotationum, & in tom 9. tr. 7. Res. 123. paulo post initiū, à vers. Imo. & aliorum not. secundæ dictæ Res.

§. 1. Alibi ego fusè hoc dubium pertractaui cum multis Doctoribus, quibus nunc visum est addere Moscosum *in sum. tract. 16. 2. n. 2.* vbi sic asserit. [La difficultad en este caso esta en si el descomulgado tolerado, y el denunciado y no tolerado recibiessen el santo Sacramento de la penitencia, si es valido? Cosa muy cierta es, que si el tal descomulgado sabe que lo està y sin absoluerse, ni confessar la descomunion, ni hazer caudal della confiessa, que el tal no va dispuesto, pues ponit obicem Sacramento & gratiæ, procurando recibirle contra el mandado y precepto de la Iglesia, el Sacramento es nulo. Pero casos ay, en que aunque este descomulgado, y no absuelto recibiendo el Sacramento de la Penitencia, sea valido. Lo primero quando ignora inuincibilmente, y sin culpa que està descomulgado, entonces sin duda recibe el Sacramento, y la gracia, como si ignorasse inuincibilmente alguno otro pecado, y no le confessasse. Lo segundo si confessando sus pecados con oluido natural inculpable, no se acuerda de la descomunion, y mas dizen algunos Autores que aunque esta ignorancia sea en alguna manera culpable, como se halla en algunos, que no les passa por la imaginacion que poner las manos en vn Clerigo de prima tonsura es pecado, ni que trae aneja descomunion, o no adiuerten las descomuniones que se ponen contra los que hurtan la fruta, o no saben, y no consideran que es pecado mortal pedir absolucion de los pecados, y no de la descomunion, y si la tal ignorancia, y oluido es culpable, no anula la confession de tal manera que sea necessario boluella a hazer, aunque como los Theologos dizen, aquella Confession seria informe, y no se ha de boluer a reyterar, solo ey obligacion de confessar la negligencia, y oluido que tuuo en confessar la descomunion, y pedir la absolucion della primero. Verdad es, que si la negligencia, y oluido fuesse crassa enteramente, y afectada, que es de proposito no quererlo saber, la confession seria inualida. Lo tercero, si el penitente confessasse sus pecados, y la descomunion, y pidiesse absolucion della, y despues el Confessor se oluidasse de absoluelle della, y absoluiesse de solos los pecados, la confession seria valida, y daria gracia, pues el penitente hizo de su parte, todo lo que deuia. La razon desta verdad es (como està dicho) porque la Iglesia no tiene dados por inualidos los Sacramentos que recibe el descomulgado, y assi hemos de iuzgar del, que recibe el Sacramento de la Penitencia descomulgado, como del que recibe en otro qualquiera pecado, que si lleuan ignorancia inuencible, reciben gracia, y si con ignorancia vulgò crassa del peccado, y descomunion le reciben informe, y sin gracia.] Ita ille, & ego.

RESOL. XXVI.

An blasphemus consuetudinarius, & admonitus, sæpius in aliis confessionibus sit statim absoluendus?
Et an teneatur acceptare aliquam pœnitentiam, si fortè postea blasphemet?
Idem quæritur de iurante falsò ex consuetudine.
Et docetur non esse consilium bonum, si Confessores iurare, vel promittere faciant pœnitentes, aliquam pœnam subire, si reinciderint in aliquod peccatum; & ideo neque debent Confessary exigere ab aliis pœnitentibus iuramenta, vel vota desistendi ab aliquo crimine. Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Res. 30.

§. 1. Casus sunt satis practicabiles. Et quoad primum negatiuam sententiam docet Medina *in summa lib. 1. cap. 14.* Lopez *in instruct. part. 1. cap. 2.* Saytus *in Claui Regia lib. 5. cap. 5. num. 8.* & Suarez *de Religione tom. 2. lib. 3. cap. 8. num. 7.* vbi sic ait. De proposito credendum est pœnitenti, non obstante quacunque præcedenti frequentia, & inconstantia eius: quia sicut potuit mutari in malum, ita etiam in bonum; & ipse est sui accusator, defensor & testis. Supposito autem tali proposito obseruandum est, vt si homo habeat aliquas externas occasiones moraliter inducentes illum ad tenetè iurandum illas auferat; alioquin non sufficienter disponetur, si proximæ sint, & sine magno incommodo auferri possint. Deinde si sæpiùs proposuit emendari, & non fecit, adhibenda sunt remedia sufficientia, quæ ipse tenebitur acceptare iudicio Confessoris: denique si hæc non sufficerent, interdum erit vtile differre absolutionem per aliquot dies, in quibus cogatur attentiùs vigilare, & contrariam consuetudinem aliquando inchoare. Ita ille.

Sup. hoc in Res. seq. §. 1. & 2. & in Res. 1. post seq. à §. Sed difficultas. & infrà in tr. 7. lege doctrinā Resol. 125. per totam, & signanter à fin. §. & in fine 1. Vnde. vers. deducitur. & §. vlt. & infrà in tr. 6. Res. 19. in principio, sed lege eam per totam, & infrà in hoc ipsomet tract. Res. 30.

2. Sed ego loquendo de rigore affirmatiuæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Sanchez *in summa tom. 1. lib. 2. cap. 32. num. 45.* & Castrus Palaus *tom. 3. tract. 14. disputat. 1. punct. 9. numer. 6.* vbi ita asserit. Verùm mihi probabilius est, quando nullam curam apposuisti ad emendam, & admonitus fuisti sæpè in aliis confessionibus, adhuc te posse in rigore statim absolui, si verè doleas de præteritis, & de futuris emendationem proponas; quia ob peccata quæ non pendent ex occasione extrinseca, sed ex fragilitate peccatoris, non est differenda necessariò absolutio pœnitenti: quia eo ipso quòd de peccatis doles, remouet omnem occasionem, & periculum horum peccatorum, quod periculum situm erat in praua voluntate & affectu. Ita ille.

3. Quoad secundam verò dubitationem. An blasphemo consuetudinario, vel iuranti falsò sit conueniens imponere, v. g. ieiunium, eleemosynam, si fortè postea blasphemet, vel iuret, & ille teneatur exequi. Et circa hanc quæstionem affirmatiuè respondet Suarez, *vbi supr.* vt patet; sed nullam rationem pro sua sententia adducit. Sanchez autem negat *in summa tom. 1. lib. 4. c. 5. n. 17.* quia aliis peccatis id imponi non est solitum: neque iure aliquo probatur hoc procedere quoad consuetudinem.

Sup. hoc in Res. 1. not. præteritæ, §. Notandum. & seq. & infrà in tr. 6. Res. 3. §. vlt. Sed ne deseras legere eam per totā, & alias Res. eius primæ annot. & latè ibi in Res. 19. §. 1. post medium, à vers. Quod si sæpe. vsque in finem præcitatæ Res.

4. Verùm Castrus Palaus *loc. cit.* putat, si talis pœna sub conditione reincidentiæ imponatur, eo solo casu teneris exequi, quando tamen alio remedio non vteris ad extirpandam consuetudinem; si enim aliis remediis

remediis vtaris, cessabit obligatio vtendi medio à Confessario designato; siquidem illud neque vt iudex, neque vt medicus imposuit, cùm non sit iudex, nec medicus peccatorum committendorum, sed commissorum: ac proinde sub conditione peccati futuri applicare medicinam non potest, quam tu alias obligatus non sis accipere ad præcauenda futura peccata. Hæc Palaus.

5. Non desinam etiam hîc adnotare, Sanchez *in summa tom. 1. lib. 3. cap. 8. num. 8. in fine*, docere non esse consilium bonum, si Confessores iurare, vel promittere faciant pœnitentes aliquam pœnam subire, si reinciderint in aliquod peccatum, quia eos transgressionis periculo exponunt: & ideò neque debent Confessarij exigere a suis pœnitentibus iuramenta, vel vota desistendi ab aliquo crimine. Sed quoad primum dissentit Palaus *vbi suprà, punct. 10. num. 12.* quia non est idem periculum transgressionis: non enim qui iuramentum non fornicandi violaret, eo ipso violaret iuramentum de pœna subeunda; quia in fornicationem rapitur ob inordinatum affectum, secùs in pœnam. Sed opinio Sanchez magis mihi placet, nam periculum violandi iuramentum de subeunda aliqua pœna sequitur ex inordinato affectu pœnitentis ad fornicationem, ludum, &c. Ergo notentur omnia supradicta, quia, vt diximus, sunt passim practicabilia.

RESOL. XXVII.

An sit absolutio impertienda blasphemo consuetudinario, qui emendationem proposuit, & non est emendatus?

Idem est dicendum de illo, qui habet consuetudinem peierandi.

Et an pœnitens teneatur acceptare aliquam pœnam, vel afflictionem pro praua consuetudine tollenda?

Et quid dicendum est de eo, qui concubinam domi habet cum proxima, & morali occasione peccandi; an si promisit emendationem, & non est emendatus, sit illi absolutio impertienda? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Res. 49.

Sup. hoc in Res. præterita §. 1. & 2. & in Res. seq. à §. Sed difficultas. & infra in Res. 30. & inferius in tr. 6. Res. 19. à principio, sed lege eam per totam, & in tr. 7. Res. 15. Vide eius doctrinam per totam, & signanter à lin. 5. & in fine. §. Vnde. vers. deducitur. & §. vlt.

§. 1. Negatiuè respondet Medina *lib. 1. cap. 14. §. 2.* Ludouic. Lopez *in instruct. part. 1. cap. 282.* Ledesma *in summa, tom. 2. tract. 1. cap. 9. in fine*, & alij asserentes blasphemum, quando in aliis confessionibus emendationem proposuit simul cum aliis peccatis, nec emendatus est, non esse statim absoluendum: sed differendam ei esse absolutionem, donec emendetur. Et hanc sententiam sequitur Trullench *vbi infra*, & Azorius *tom. 2. lib. 11. cap. 3. quæst. 4.* si ter aut quater fuerit admonitus, & nullam diligentiam apposuit; tunc enim esset absolutio differenda.

2. Sed contrariam opinionem in rigore veram esse tuetur Fagundez *in Decalogum, tom. 1. lib. 2. cap. 9. numer. 20. & 21.* vbi ad præsentem casum ita respondet. Vel iste admonitus fuit à Confessariis specialiter in ipsis confessionibus, vt eam prauam consuetudinem auelleret, vel non fuit; sed cum aliis peccatis simul proposuit emendationem. Si nunquam fuit specialiter admonitus, vt eam consuetudinem iurandi tolleret, statim absoluendus est, cum acri tamen admonitione, vt se corripiat, & eam euellat. Et ratio est, quia si nunquam fuit à Confessariis admonitus, non est in tanta culpa. Si autem ter vel quater admonitus fuit, & aliquid curæ, vel laboris in ea euellenda apposuit, statim etiam est absoluendus, & non est ei differenda absolutio: quia ex parte sua aliquid contulit; & si ei differatur, fortè cadet animo, & à confessione deterrebitur, & labetur in peius. Si post admonitionem nihil curæ apposuit; dico posse adhuc in rigore absolui, si vere doleat de tali consuetudine, ac in posterum firmiter emendationem proponat; quia nullam occasionem extrinsecam habet, propter quam necessariò ei sit deneganda absolutio: sed ex fragilitate humana in hoc vitium, sicut & in alia labitur. Quod tamen non est dicendum de eo, qui concubinam domi habet, cùm proximam & moralem occasionem extrinsecam domi habeat peccandi. Dico tamen melius esse consilium, si ei absolutio per aliquod tempus differatur; si modo ipse pœnitens id non multum ægrè ferat, & non timeatur, vt ob id à confessione retrahatur; sed potiùs credatur illam dilationem ad emendationem illius fore medicinam. Si autem oppositum timeatur, non erit consiliũ ei absolutionem differre; nisi quando ille iis periuriis ingens præberet scandalum: quod totum arbitrio prudentis Confessarij committitur. Hucvsque Fagundez, cui adde etiam Castrum Palaum *tom. 3. tractat. 14. disputat. 5. punct. 9. numer. 6.* Et idem dicendum est de illo qui habet consuetudinem peierandi: quia, vt dictum est, ob peccata, quæ non pendent ex occasione extrinseca, sed ex fragilitate peccatoris, non est differenda necessariò absolutio: quia eo ipso quòd pœnitens de peccatis dolet, remouet omnem occasionem & periculum horum peccatorum: ergo de rigore potest absolui. Sed de his alibi à nobis actum.

Sup. hoc in Res. seq. §. 2. & signanter §. 3. à lin. 4. vers. Infero. & in Res. 1. post seq. & lege etiam Res. & §§. eius primæ annot.

3. Notandum est tamen hîc obiter, Suarez *de Religione, tom. 2. lib. 3. de iurament. cap. 8. num. 7.* docere pœnitentem teneri ad acceptandam aliquam pœnam, vel afflictionem pro praua consuetudine tollenda: quia vnusquisque tenetur procurare remedium, ne amicitiam cum Deo amittat; & consequenter illud acceptare, cùm à Confessario offertur. Sed ex Sanchez, & Soto, Fagundez, & Trullench *in Decalogum*, ille *vbi supra, num. 17.* hic *tom. 5. lib. 2. cap. 1. dub. 20. num. 10.* negant. Quia pro praua consuetudine in aliis peccatis hæc pœna imponi nequit, ita vt illius acceptatio obliget sub mortali: nec ratio, quæ affertur pro Suarez aliquid conuincit, quia alioquin sequeretur teneri eos qui hac praua consuetudine laborant, simile remedium sub mortali acceptare non solùm à Confessariis; sed etiam ab aliis viris prudentibus impositum, aut oblatum, & nouum admitterent peccatum, nisi illud acceptarent. Sufficit ergo, quòd iure diuino teneantur ipsi gratiam cum Deo conseruare, non tamen opus est, vt illos obligemus sub mortali ad acceptandum medium ac remedium à nobis oblatum, vt gratiam Dei conseruent.

Sup. hoc in Res. præterita §. Quod secundum. & seq. & infra in tr. 6. Res. 3. §. §. vlt. Sed lege eam per totam, & alias Res. eius primæ not. & latè ibi in Res. 19. signanter post medium §. ad vers. Quod si sæpe, vsque in finem dictæ Res.

4. Sed inter has pugnantes opiniones mihi placet distinguere cum Castro Palao *loco citato, tom. 3. tract. 14. disp. 1. punct. 9. num. 7.* Si enim in pœnitentiam medicinalem iuramentorum, quæ audita sunt in Confessione, aliquod ex supradictis remediis tibi Confessor iniungit, absque dubio teneris illud exequi: quia pœnitentiam à Confessore iniunctam tenetur pœnitens acceptare & exequi iuxta Tridentinum Concilium *in sess. 14. cap. 4.* & multis relatis docet Suarez *tom. 4. in 3. part. disp... num. 1. conclus. 1.* Verùm hæc pœnitentia absolutè est iniungenda, non dependenter à peccato futuro: aliàs in tua voluntate situm esset nullam pœnitentiam habere. Quapropter si sub conditione reincidentiæ imponatur; eo solo casu teneris illud remedium exequi: quando alio non vteris ad extirpandam prauam consuetudinem. Si enim aliis remediis vtatis, cessat obligatio vtendi medio à Confessore designato. Siquidem illud neque vt iudex, neque vt Medicus imponit: cùm non sit iudex,

Iudex,& Medicus peccatorum committendorum,fed iam antè commiſſorum : ac proinde fub conditione peccati futuri applicare medicinam non poteſt,quam tu alias obligatus non ſis accipere ad præcauenda futura peccata.

RESOL. XXVIII.

An quis teneatur occaſionem proximam vitare cum ſuo magno detrimento, ita vt Confeſſarius non poſſit illum abſoluere?

Sed difficultas eſt, quando nullus apparet profectus, an ſit impertiendu toties, quoties abſolutio? Ex part. 2. tr.16. & Miſc.2. Reſ.45. aliàs 47.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in aliis eius primæ not.

§. 1. RЕſpondeo negatiuè, ſi pœnitens habeat propoſitum amplius non peccandi;quia in hoc caſu non dicitur velle occaſionem, ſed permittere, cùm non vitare occaſionem,non oriatur,quia velit pœnitens in illa permanere,ſed quia velit non incurrere damnum in vita, honore, & pecuniis, quod abiecta occaſione obueniret.

Sup. hoc in Reſ. 1. poſt ſeq. & in aliis eius primæ annot.

2. Sed difficultas eſt, quando nullus apparet profectus, an ſit impertienda toties quoties abſolutio? Negatiuè reſpondet Suarez *in 3. p. tom. 4. diſp. 32. ſect. 2. in fine.* Graffiis *in deciſ. part. 1. lib. 1. c 28. num. 23.* Reginald. *in praxi tom. 1. lib. 8. num. 19.* Nauarr. *in c. 3. n. 21.* & alij.

3. Sed in contrariam ſententiam docet Viualdus *in Candelabro tit. de abſolutione. §. caſus Epiſcopis reſeruati, n. 43.* & nouiſſimè Ioannes Sancius *in ſelectis, diſp. 10. n. 16.* vbi aduersùs Suarez, ſic aſſerit. Infero octauò, filiumfamilias non potentem eiicere domo ancillam, cui ſæpè copulatur, fore abſoluendum toties,quoties verè pœnituerit,non ſolùm quando aliqua emẽdatio notatur,vt tenet Suarez,& alij, verùm etiam quando nullus apparet profectus, impoſſibile ſanè moraliter non eſt pœnitentem modò verè dolere de peccato, & proponere cauere; ſtatim verò poſt reditum ad domum occaſione inſtante mutare propoſitum; & inquiro ab his Doctoribus contrarium docentibus, an abſoluerent ipſi pœnitentem, ſæpè confitentem eadem peccata venialia; quando nullus appareret profectus? Abſolutionem ſanè impendent; quamuis occaſio peccandi venialiter non eſſet abſciſſa, non ſolùm ſi in poteſtate pœnitentis non ſit occaſionem remouere, imò etiam ſi poſſet. Igitur & impertiri debent reſpectu mortalium, quando adfuerit dolor,& verum propoſitum cauendi in futurum.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in aliis eius primæ annot.

4. Nec ſatisfacit reſponſio Coninch *de Sacrament. diſputat. 2. dub. 14. in fine*, quòd facilius debeat dari abſolutio reſpectu venialium, quàm mortalium, eo quòd facile magis committantur illa, quàm iſta. Non, inquam, valet, nam etſi faciliùs committantur venialia, verum tamen propoſitum, & dolorem venialium gerere tenetur pœnitens,dum ea ſubiicit confeſſioni, ſaltem, quando veniale,quod confitetur, eſſet totalis materia confeſſionis. At ſi reſpectu venialium reperiri queat verum propoſitum, & dolor abſque aliquo profectu, quare reſpectu mortalium id inueniri non valebit. Dum verò pœnitens vero propoſito eſt affectus, dignus eſt abſolutione, quantumcumque nulla notetur emendatio. Hoc adeò verum eſt, quòd ea ratione aſſerat Suarez, & cæteri, negandam eſſe abſolutionem quando nullus apparet profectus, quod præſumitur fictitium propoſitum pœnitentis: vellem ab eis audire, quare reſpectu venialium non adſit huiuſmodi præſumptio, etſi nullus appareat profectus, & inchoata emendatio, interueniat tamen reſpectu mortalium? Ita Sancius, quæ omnia ab ipſo tranſcripſi, quia noua, & a viris doctis diiudicanda. Si verò, aduersùs Sancium, dices in tali caſu ſaltem propter recidiuam, erit abſolutio neganda, reſpondebit Sancius negando, nam ipſe *in diſp. 9. num. 6.* [illegible] docet nunquam propter recidiuam, eſſe abſolutionem denegandam, ſi pœnitens habeat dolorem de præterito, & propoſitum de futuro. Sed de hoc nos *in tract. de Circumſtantiis.* Infr. in tr. 7. Reſ. 125.

RESOL. XXIX.

An aliquando ſint abſoluendi, qui nolunt dimittere occaſiones proximas peccandi?

Et pro praxi dictæ quæſtionis multi caſus in corpore huius Reſ. explanantur ſæpe contingentes in facto, quos Confeſſarij in promptu habere debent, quia quotidiani. Ex part. 4. & Miſc. Reſ. 165.

Alibi in Reſ. præter ta & ir Reſ. ſeq §. in hoc ergo. 8. §. 1i & infra in Reſ. 32. & in tom. 8. tr. 6. Reſ. 5. §. vlt. à lin. 4. & in tom. 2. tr. 4. Reſ. 119. §. Difficultas. in fine. & in aliis Reſ. §§. & verſ. potius in annot. Reſ. 3. huius annot.

§. 1. DE hac quæſtione alibi etiam actum eſt, nunc verò addam tantùm verba Ioſephi de Ortu *in ſpeculo Parochorum cap. 10. n. 33.* vbi ſic ait. Parochus non debet abſoluere peccatores, qui dum poſſunt nolunt dimittere occaſionem proximam peccandi, tamen iis infrà concurrentibus poteſt abſoluere. Primò, ſi in peccatore eſt vera pœnitentia præteritorum; ſecundò verum & firmum propoſitum non peccandi; tertiò credulitas quòd Deo adiuuante pœnitens ipſe non peccabit cùm ſe inuenerit in illa proxima occaſione; quartò ſi adſit aliqua rationabilis cauſa non ſeparandi ſiue pro tunc, ſiue per aliquod tempus, erit exemplum ſi ex tali ſeparatione damnum corporale, vel ſcandalum magnum ſequatur, nihil obſtat ſi concurrentibus iis, pluries etiam ſeptuagies ſepties pœnitens reinciderit, quia per hoc non fit argumentum verum adiudicandum non fuiſſe, neque eſſe veram pœnitentiam ſiue præſentem, vel præteritam, cùm natura humana ſit labilis, & de facili mutetur de vno ſtatu in alium: vnde notandum eſt, quòd in ſtatu peccati eſt, & vult, non eſt capax abſolutionis; qui verò in occaſione peccandi eſt, iis ſuprà concurrentibus abſolui poteſt. Abſolutio pariter non eſt deneganda pœnitenti, qui vult cauere à peccato, ſed credulitatem habet reincidere propter magnam conſuetudinem quam habuit peccandi, iſta enim credulitas relabendi non impedit, quin abſolutio pariat effectum ſuum, dummodo pœnitens, vt dixi, proponat non peccare, & illo tempore caueat. Idem ſentio de iis qui legitimè ſunt coniugati, & deinde habent aliquod impedimentum occultum pro quo veniunt ſeparandi quoad thorum,expectando Pontificiam diſpenſationem, quamuis interim peccatum timeatur propter proximam occaſionem, dummodo illa quatuor ſuperiùs dicta concurrant, poſſunt abſolui, in eadem domo ſimul conuerſari, & alter alteri ſeruire, quamuis familiariter, & vti conſanguinei ſimul cohabitent, eo maximè licebit, quando eorum ſeparatio à longe eſſet ſcandaloſa. Idem ſentio de viris, qui artem medendi exercent in partibus ſecretioribus, maximè in mulieribus, & ſæpe peccauerunt ſaltem moroſis delectationibus. Idem ſentio de Confeſſariis qui quotieſcumque confeſſionem cuiuſdam iuuenis, vel certæ mulieris audiunt, ſæpe peccant. Idem ſentio de pœnitentibus qui accedentes ad quemdam Confeſſarium ſe moroſè delectant delectatione mala, vnde ſæpe peccant, quando mutare non poſſunt abſque nota infamiæ, vel ſcandali. Idem ſentio de Magiſtris quarumcumque artium, qui docent puellas, vel pueros, & occaſionem

Sup. hoc in annot. vlt. huius Reſ.

Sup. hoc in Reſ. not. ſeq. & in aliis eius annot. primæ.

proximam habent peccandi, siue opere, siue cogitatione, siue locutione, quamuis non proponant dimittere artem, vel ministerium, dummodo quatuor illa superiùs allata concurrant, omnes absolui possunt, & hæc omnia docet Ioseph ab Ortu *vbi suprà*, quæ an omnia probabilia sint, iudicent viri docti, maximè exemplum de Medico, licèt, vt alibi diximus, Castrus Palaus & alij hanc sententiam etiam doceant; sed ego eius probabilitatem etiam aliis iudicandam relinquo, mihi enim non placet.

Alibi in tom. 8. tr. 6. Res. 31. & in aliis eius primæ annot.

RESOL. XXX.

An propter reincidentias frequentissimas sit neganda, vel differenda pœnitentibus absolutio sacramentalis? Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 30.

Sup. hoc supr. in Ref. 26. 27. & in Ref. 28. à §. Sed difficultas. & infrà in tr. 6. Ref. 19. in principio. & in tr. 7. Ref. 125. & leg. eam per totã, & signanter à lin. 5. & in fine §. Vnde. vers. deducetur. & in §. vlt.

§. 1. SVppono posse esse causam iustam negandi pro aliquo tempore, vel differendæ absolutionem in bonum ipsius pœnitentis, adhibendo aliqua media; sed difficultas est, an illis tentatis, pœnitens adhuc in iisdem peccatis miserè reincidat?

2. Tractat hanc difficultatem nouissimè Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 10. dub. 29. n. 575.* & sic respondet: Hic profectò hærent non pauci, & fateor me hæsisse non raró, quod enim aliqui dicunt differendam esse illis aliquoties absolutionem, donec aliqua appareat emendatio, id experientia compertum est non raró nocere, nisi fiat interim, dum melius instruitur, & cogitatur de re tota, iuxta ea quæ dixi *disp. 6. dub. 21.* de cætero, præcisè dilatio raró prodest, & sæpè nocet, & idem Ioannes Sanchez, quem ibi retuli, non satis probat hoc remedium, & confessarij experiuntur non semper benè succedere, imò sæpè male. Sic enim multi confessarium mutant, vt iam noua series remediorum incipiat, & in primis vicibus beneficium absolutionis accipiant, cùm quo, si postea non succedat, mutant, & pergunt ad alium, reintegrando etiam ab initio causam, & litem. Vnde hic obiter monuerim confessarios id ipsum debere exquirere à pœnitentibus, quos non raró tales inueniunt.

3. Sed quidquid de hoc sit, quid faciendum, si, licet non adeat alium confessarium, nec confessionem per totum annum omittat, sed eundem iterum, ac sæpius consulat, petatque absolui, nulla tamen appareat emendatio? an iste sic reiiciendus est? an potius aliquando absoluendus? Sanè si nunquam absoluatur per totum annum, ea non absolutio quid poterit prodesse, si alioquin ille capax est hic, & nunc, quando accedit? nam si non sit capax, nulla est quæstio, sed certum est nunquam esse absoluendum.

4. Quod si capax est, quando accedit, & aliquoties putetur pro medicina neganda absolutio, cur toties, & non sæpiùs? aut cur, si semper est capax, non semper illi confertur, maximè si iam experimento notum sit, non esse illi valdè molestum aliquoties absolutione priuari? Vnde illud remedium non video, quid commodi possit tunc habere? imò potius incommodi, dum priuatur gratia Sacramenti, & auxilijs, quæ intuitu illius ritè suscepti dari solent, alioquin non danda.

5. Propter hæc, & similia raró (fateor) vtendum iudico prædicto remedio negandæ, aut differendæ absolutionis, durumque mihi semper videtur, pœnitentem alioquin capacem tantæ gratiæ illa priuare. Nec tantùm æstimo prodesse illum sine metum, siue molestiam negatæ absolutionis impensæ, seclusa conuenientia temporis accepti ad melius instruendum, & disponendum, vt iam dixi.

6. In hoc ergo negotio, quando iustæ, & rationabiles causæ non tollendi prædictam occasionem subsistunt, etiamsi sæpius reincidat pœnitens, nec cogendus est illam tollere occasionem, nec priuandus absolutione, etiam sæpissimè recidiuus, quin potius hortandus, vt sæpè veniat ad confessionem, aliaque media adhibenda, quæ, spectato personæ statu, & opportunitate, prudenti Confessario expedite videantur, in quo vix, imò ne vix possunt aliquæ certæ regulæ assignari.

Sup. hoc in duabus Ref. antecedentibus, & infrà in §. vlt. huius Ref. & in Ref. 1. post seq. & supra in Ref. 27. §. 2. post medium, cursim in vers. Quod tamen. & in tom. 8. tr. 6. Ref. 4. §. Sed prius. ad medium, vers. Vt si vir. & in Ref. 5. §. vlt. ad lin. 4. & in tom. 7. tr. 7. Ref. 20. §. Respondeo. 2. lin. 8. vers. licet non expellere, & in tom. 2. tr. 6. Ref. 119. §. Difficultas. in fine.

7. Hæc doctrina sic, quantùm à me fieri potest, declaratur. Vel illa absolutio tunc est neganda propter frequentiam peccandi. Vel propter occasionem non vitatam; non propter hoc vltimum, quia non tenetur hic, & nunc, vt supponimus, vitare; non propter illud prius, vt probat discursus factus, quia illa negatio absolutionis vix potest prodesse, nisi fortè rarissimè, magisque proderit frequentia confessionis, & frequens beneficium absolutionis: ergo ex nullo capite erit neganda, si alioquin sit capax pœnitens.

8. Sicut ergo in peccatis, in quibus nec moraliter, nec physicè potest occasio penitus tolli, vt contingit in peccato mollitiei, potius Doctores, & vsus Confessariorum habet iniungere frequentiam confessionis apud eundem Confessarium, quam venientem absolutione priuare. Sic in his peccatis in quibus, si non physica; saltem moralis impossibilitas auertendæ occasionis reperitur; non videtur exigendum remedium separationis occasionis, nec remedium denegandæ absolutionis, cum hoc Sacramentum Christus instituerit non solùm ad delenda præterita; sed ad præcauenda futura peccata. Negata verò absolutione, vel (quod idem est in præsenti) dilata, negatur Sacramentum, atque adeo remedium à Christo institutum contra futura peccata. Quis autem vnquam vidit oportere priuare ægrotum, alioquin capacem remedij, optimo, & maximo remedio ad sanandum vulnus, vt vulnus sanetur?

9. Itaque concludo vix oportere vti, quando pœnit. ns est capax absolutionis, huiusmodi remedio, nisi fortè, quando per breue tempus differatur absolutio, vt adhuc perfectius, si id speratur, disponatur ad accipiendam illam ipsam illorum peccatorum absolutionem, quæ tunc debebat conferri, in quo sensu loquutus sum in ea *disputat. 6. dub. 21.* quando contendebam posse esse causam differendi absolutionem, raró enim ex mera dilatione absolutionis potest sperari correctio. Et sanè non video cur meliùs sperandum sit de peccatore tantum attrito, atque adeo non habente gratiam, & amicitiam Dei ante collatam absolutionem, quam de illo ipso iam constituto in amicitia Dei per absolutionem collatam. Quod si accesserit non iam attritus tantum; sed contritus, multò magis mihi videtur durum & absonum, amicum Dei, & amantem illum super omnia, non iam propter peccata præterita; sed propter metum futurorum, beneficio Sacramenti, & absolutione priuare. Et hæc omnia docet Dicastillus vbi supra.

10. Sed circa negandam, vel concedendam absolutionem in multis casibus, vide omninò Leandrum *de Sacrament. tomo primo, tractat. quinto, disputat. 7. à quæstion. 31. vsque ad 56.* in quibus discutit multa dubia more suo doctè, & breuiter, ad illum, & non pigebit.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. præsentis: et totam, & Ref. 1. post seq. & omnes aliarum ratâ annotat.

RESOL.

RESOL. XXXI.

An prima vice concubinarius ſit abſoluendus, etiam ſi concubinam eiiciat?

Et an hoc etiam procedere debeat quoad eos qui etſi concubinarij non ſint, populus tamen credit tales eſſe? Ex part. 5. tractat. 14. & Miſc. 2. Reſ. 107.

Quamuis nõ plene ſup. hoc lege tamen doctrinam Reſ. ſeq. & aliorum eius annot.

§. 1. NEgatiuè reſpondet Nauarr. *cap. 16. num. 20.* Syluest. *verb. concubinarius q. 2.* Chapeauilla *de caſib. reſeru. in fine, fol. 386.* vbi docet concubinarium, etiam ſi deteſtetur peccatum, & proponat emendationem, nunquam cenſendum eſſe contritum, niſi concubinam è domo eiiciat. Et hanc etiam ſententiam docet Anton. Fernandez *in inſtr. Confeſſ. edit. 2. p. 1. docum. 8. num. 6.* vbi ſic ait. [En el mas fuerte caſo del que tiene la manceba en caſa, algunos dizen, que vna, o dos vezes baſtara tener propoſito de la emienda; y otros dizen, que la eche antes, porque queda en pie la ocaſiun proxima. Yo digo, que ſi eſte en caſa à titulo ſolo de manceba, y luego la puede echar, o muy en breue, no lo abſuelua antés de echarla, pues eſta ocaſion proxima voluntaria; pero ſi la tiene comocriada con ſalario, y en miniſterios de caſa, abſoruerlo la primera vez con propoſito de buſcar otra, y echar la luego que pueda.] Ita ille.

2. Verùm Tabiena *verb. concubinatus, num. 2.* docet expreſsè poſſe abſolui concubinarium promittentem abſtinere, licet non abiciat concubinam; & hanc ſententiam probat ex multis Ioan. Sanch. *in ſelect. diſput. 10. per totam*, vbi *num. 4.* plus addit, ſcilicet, & ſi concubinarius ter, aut quater confeſſus in promiſſione elongandæ concubinæ defeciſſet, ſpecialiter ſi præteritis vicibus aliqua, licèt modica, emendatio eſſet inchoata, vt ſi mos eſſet inter concubinarios qualibet nocte eundem lectum occupare; poſt interpoſitas verò confeſſiones tertia nocte tantùm accubarent, abſoluendus erit. Sic ille qui *n. 8.* etiam tenet, quòd ſi ſtatuerimus non fore abſoluendum concubinarium ſæpè admonitum vſque dum expulerit concubinam, id intelligendum eſt, dum indicia doloris, & propoſiti fuerint ordinaria: at ſi extraordinaria inueniantur, puta lachrymarum copia, ſuſpiria ingentia, &, vt dici ſolet, cœlum attingentia, & proponat quamprimùm tempus patiatur, concubinam è ſua domo expellere, abſoluendus erit, etſi millies id promiſiſſet, quia indicia præſentia ſuperant præterita, coguntque Confeſſarium fictitia non eſſe credere; at vera diſpoſitione exiſtente conſtringi Confeſſarium beneficium abſolutionis impertiri, niſi excuſetur prudentialiter, quia cogitet fictitiam eſſe ob præterita, & præſentia indicia, nullus in dubium reuocauit.

3. Verùm his non obſtantibus ego puto, quòd quando pœnitens tenetur deſerere occaſionem peccandi, etſi poſſit Confeſſarius ſemel, aut iterum abſolutionem concedere, antequam de facto expellat, eo quòd fidit expulſurum, rarò tamen illam concedere debet, ſed potiùs cogere pœnitentem, vt à ſe peccati periculum expellat, & ſic liberum velit abſolui. Moueor ad id affirmandum experientia magiſtra, rarò enim pœnitens (præcipuè ſi ex illis eſt, qui ſemel in anno ad confeſſionem accedunt) occaſionem expellit iam abſolutus, ſed iterum eiſdem, & grauioribus peccatis ſe implicat, & Confeſſarius non ſolùm officium iudicis, ſed Medici debet exercere circa pœnitentem, ac proinde eſto indicet eſſe ritè diſpoſitum ad abſolutionem ratione firmi propoſiti, quod de præſenti habet, ideóque poſſet ex officio iudicis illi abſolutionem concedere: at ex officio Medici tenetur medicamentum apponere, quod videt eſſe vnicè neceſſarium ad præcauendum futura peccata, timere enim iuſtè poteſt non fore remouendam occaſionem, ſi abſolutionem non remota occaſione concedat: hæc omnia docet Palaus *tom. 1. tract. 2. diſp. 2. punct. 9. §. 3. num. 18.*

4. Nec deſinam hic apponere ea, quæ circa præſentem quæſtionem docet Megala *in promptuario, verb. concubina, n. 6.* ſic enim ait: concubinarij ita ſecreti, vt abſque vllo ſcandalo ſimul commorari valeant, abſolui poſſunt, quando arbitrio prudentis Confeſſarij nullum adeſt recidiui periculum, ceſſat enim tunc omnis cauſa, ob quam eſt ſeparatio indicenda; ſed rariſſimè hoc euenire ſolet, vt dicit Nauarr. *in manu. c. 16. num. 20.* nec illos abſoluendos eſſe dicit, niſi habeant propoſitum deliberatum nunquam conuerſandi opere, animo, aut voluntate. Si verò non ſunt ita ſecreti, vt abſque vllo ſcandalo ſimul commorari valeant, nempe quia vnus, vt duo ſciunt concubinatum, tunc abſoluendi non ſunt, niſi ſeparentur, quia etiam vnius, aut duorum ſcandalum eſt vitandum, vt contra Angelum ſupra tenet Sylueſter *in n. 2.* Et hoc dicas procedere etiam in articulo mortis, niſi vrgeat mors, & tempus deſit, tunc enim propoſitum ſufficit, vt dicit Toletus *in d. c. 10 n. 13.* Vbi etiam addit extra talem articulum primùm eſſe ſeparandos, & poſtea abſoluendos. Intellige quando adeſt recidiui periculum, aut aliquod ſcandalum quoad illos, qui in eadem domo non habitant, ſed concubinarij ſunt ad continuatam fornicationem, dicit aliquam experientiam ſumendam eſſe de illorum continentia ante abſolutionem; præſertim ſi ſæpe propoſuerunt ſe continere, & propoſitum fregerunt, nec tam perfecta contritio in illis apparet Et quod dictum eſt de concubinariis non ſecretis, dicit Nauarr. *in d. c. 17. n. 20.* procedere quoad eos, qui etſi concubinarij non ſint, populus tamen credit tales eſſe, quia non ſunt abſoluendi, niſi ſeparentur, donec veritas illuceſcat, cùm non ſolùm ab omni malo, ſed ab omni ſpecie mali cauendum ſit. Hactenus Megala.

RESOL. XXXII.

An in aliquibus caſibus concubinarius non teneatur è domo expellere concubinam, ita vt Confeſſarius poſſit ei licitè abſolutionem impendere? Ex part. 5. tr. 14. & Miſc. 2. Reſ. 108.

§. 1. ALiquos caſus enumerat Ioan. Sanch. *in ſelect. edit. Lugdun. diſp. 10, num. 20.* vbi ſic ait. Infero negandam non eſſe abſolutionem ei, qui ſuæ concubinæ, quam domi habet, mutuo dedit centum aureos, quorum recuperandorum ſpes nulla ſupererit, ſi domo illam eiiciat. Vel è contra ſi fœmina non recuperatura eſſet centum ſibi debita, ſi domum concubinarij deſereret: dictum eſt enim ſupra, quòd nullus teneatur occaſionem proximam vitare cum magno ſuo detrimento, nec tunc dicetur velle occaſionem, ſed permittere, cùm non abigere occaſionem non oriatur, quia velit pœnitens in illa permanere; ſed quia velit non incurrere damnum, quod abiecta occaſione obueniret. Vnde nec tenebitur domo eiicere concubinam, ſi concubinario ſit nimis vtilis ad lucrandum bona temporalia, media negotiatione: ſicut enim qui diues eſt, & officio laborioſo fungitur, vt ferrarij, vel lignarij, aſtrictus non eſt in die ieiunij ab officio ceſſare, nec qui ad nundinas properat, tenetur in die feſto

Sup. hoc ſuprà ex doctrina Reſ. 17 §. 2 poſt medium, curſim in verſ. Quod tamen. & latè in Reſ. 18. & 19. & ex Reſ. 30 §. In hoc ergo. & §. vlt. & in tom. 2. tr. 6. Reſ. 19. § Difficultas. in fine. & in tom 7. tr. 7. Reſol. 10. §. Reſpondeo. à lin. 8. & verſ. licet non expellere. & in tom. 8. tr. 6. Reſ. 4. §. Sed plus curſim ad medium, à

vers. V, si vit. & in Res. 5 §. vlt. ad lin. 4. & quamuis non plenè sup. hoc lege tamen doctrinam Res. præteritæ.

Missam audire, si ob id occasio accedendi elabatur, quantumcumque intendat ad nundinas ire causâ augendi luctum: sic nec concubinam eiicere, erit obnoxius concubinarius, si ex eiectione magnum emolumentum esset non acquisiturus; sufficiet, namque proponere deinceps non peccare. Imò & si concubina nimis vtilis esset ad oblectamentum concubinarij, vulgò, *regalo*, dum deficiente illo nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium affecerint, & alia famula ad id nimis difficilè adinueniretur, eiicere illam non erit concubinarius obligandus, quia oblectamentum dictis circumstantiis consideratum est maioris æstimationis, quàm quocumque horum temporale, ob quod fas erit cuique de nouo admittere fœminam ad sui famulatum, quantumcumque metuat labendi periculum, si aliam non inueniat paris qualitatis illis in rebus, quæ sibi sunt maximè vtiles, si namque ob hanc causam iam receptam expellere non constringitur, eodem iure de nouo admittere illam erit concessum.

2. Sed an hæc sint probabilia, aliis iudicandum relinquo, quilibet enim tenetur saluti propriæ spirituali consulere, etiam cum aliquo temporali, & corporali detrimento. Et ideo primum casum, quem *vbi suprà*, ponit Sanchez, refellit nominatim Castrus Palaus *tom. 1. tractat. 2. disput. 2. punct. 9. §. 3. numer.* 14. docens eiiciendam esse concubinam è domo, & amittendum debitum, ex cuius amissione concubinario non graue damnum veniat. Sed potest aliquis dicere. Ergo secundùm Palaum si graue damnum ex amissione debiti concubinarius patiatur, non esse concubinam è domo eiiciendam, ideo tu cogita.

3. Notandum est tamen hîc non eiecta concubina posse absolui pœnitentem, cùm cessat reincidendi periculum, quia deformis facta est, vel infirma, aut quia cognatio inter eos esset suborta, quæ ab ipsis contemni non creditur, aut noua alia intersint obstacula, Ita ex Grassio, Fernandez, & Lopez docet Sanchez *loco citato*, vbi suprà *num.* 12. & Castrus Palaus *num.* 16.

RESOL. XXXIII.

An Confessarius possit absoluere concubinarium amplius cum concubina non peccantem, permittens illam inuisere fine alendi filios, & ne cum aliis ipsa se immiscendo sit dictis filiis dedecori? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Res. 109.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Beia *p. 1. cas.* 14. quia talis nihili æstimat peccatum scandali, in quod coniicit illos, qui vident ipsum ingredi domum concubinæ, de quo ingressu non possunt non malè iudicare, tum, quia licèt illa subuentio sit opus charitatis respectu fœminæ, & iustitiæ respectu filiorum, cum tamen occultè, & per alios fieri rectè à viro illo possit absque hoc, quòd ipse ingressu suo det occasionem ruinæ, & temerarij iudicij videntibus, non potest à peccato scandali excusari, vt colligitur ex D. Thoma 2. 2. *q.* 43. Tum demum, quia etsi ille non habeat animum accedendi denuo ad dictam concubinam, præbet tamen eidem concubinæ ansam sua frequenti visitatione, vt verbis, voluntate, aut delectatione peccet, rarò enim inter quos extitit diuturna illicitæ concupiscentiæ familiaritas, dissolui, & extricari adeò potest, vt non remaneant quædam effrenatæ libidinis scintillæ, quæ conspectu mutuo facilè reuiuiscant.

2. Verùm nouissimè aduersùs illum insurgit Ioannes Sanch. *in select. edit. Lugd. disp.* 10. *n.* 9. vbi sic ait. Non est credendum Patri Beia inquienti non fore absoluendum concubinarium inuisentem concubinam fine alendi filios, si ex ingressu oritur scandalum. Mutatur namque scandalum in passiuum, cùm ex iusta causa non omittatur. Sic ille. Sed plus addit Castrus Palaus *tom. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 9. §. 3. n.* 11. nempe posse, imò teneri parentem alere filios ex concubina, qui nec separari possunt à matre, neque alia via possunt victum quærere, et si periculum habeat lapsus cum concubina. Ita Castrus. Sed ego in tali casu non video cur concubinarius per alios non possit filiis alimenta dicta præstare, vel cum aliis sociis ita in domum meretricis intrare, vt scandalo locus esse minimè possit.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 6. ex doctrina Res. 11. §. Nõ desinam. ad medium, à vers. qui etiã addit, cum eodem Palao hic citato, & multis aliis.

RESOL. XXXIV.

An Parentes sint absoluendi, qui nolunt ad colloquium admittere filium, qui indignum matrimonium contraxit?

Et quid, si non indignum saltem multum inæquale? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Res. 182.

§. 1. CAsus est practicabilis, & ad illum respondet Layman *in Theolog. moral. lib. 2. tr. 3. cap. 4. num.* 3. vbi sic ait. Iuuenis contra parentum voluntatem indigno matrimonio se copulauit, & non paruo dedecore familiam affecit, & propter parentes & fratres hominem ad colloquium suum admittere, eique veniam petenti ignoscere constanter recusant; quæritur an à Confessario absolui possint? Respondeo quòd pater offensus à filio in locum pœnæ reconciliationem ipsi ad tempus negare possit, & idcirco reliquis suis liberis, totique familiæ præcipere, vt hominem, qui ita deliquent, ad domum, vel consortium suum non admittant, quovsque delicto conuenientes pœnas fuisse censeatur, & familia hac in re præcipienti parere potest veluti ministri & executores iustæ vindictæ paternæ. Quare Confessarius in hoc casu duo exquirere debet. Primò vtrùm pater, vel patres ex animi odio procedant, an solùm iustam vindictam spectent ad ipsius delinquentis emendationem, familiæ honorem, & aliorum maiorem cautelam procurandam. Secundò vt vindicta, siue pœna quæ tali filio irrogatur, non excedat mensuram delicti; quare in perpetuum non poterunt illi reconciliationem denegare, sed tantùm ad tempus differre quovsque videbitur conueniens ad punitionem & fines bonos consequendos. Ita Layman; cuius doctrina etiam ampliari potest, quando filius valde nobilis contra parentum voluntatem si non indigno, saltem multum inæquali matrimonio se copulauit, & ita in casu contingenti senserunt mecum docti recentiores.

RESOL. XXXV.

Quidam Sacerdos noluit absolutionem impendere cuidam in triremibus per totam vitam condemnato, quia habebat voluntatem quamprimùm fugiendi, tunc statim solutionem huius casus anxiè à me petierunt.

Et an hoc intelligatur tam in Religiosis, quam in sæcularibus? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 39.

§. 1. REspondi, nimis rigidè in hoc se gerere Cõfessarium: nam licèt Vasquez *in p. 1. q. 96. art. 5. disp. 174. cap. 1. n. 7.* Becanus *in sua Theol.* Salas *p. 2. tom. 1. tr. 3. cap. 7. quæst. 8. num. 4.* Valentia *tom. 3. disp. 5.*

diſput. 5. quæſt. 13. punct. 4. Sayrus *in Claui Regia lib. 12. cap. 18. num.* 8. & alij aſſerunt non eſſe licitam fugam triremibus damnato, niſi, vt limitat Vaſquez, & Becanus, extra territorium Principis eſſet, cui ſubiectus eſt; nam ibi videtur eſſe ſolutus ab obedientia Principis.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Ref. 108. §. Notandum ſecundo. in fine, & ex doctrina Ref. 121. §. 2. paulo poſt initiú, veri, & longo tempore ad triremes. & in tom. 7. tr. 8. Ref. 14. §. 1. prope finem.

2. Tamen abſolutè contraria ſententia, vt probabilior tenenda eſt, quam tuentur hi omnes, Leſſius *lib. 2. cap. 31. dub. 5. num. 39.* Malderus *in 2. 2. tract. 6. cap. 3. dub. 6.* Salas *de legibus tract. 14. diſput. 15. ſect. 6. numer.* 88. Ledeſma *in ſumm. tom. 2. tract. 8. c. 24.* & alij. Ratio eſt. Nam, vt ait Leſſius, reus non tam condemnatur, vt in triremibus ſponte maneat, quam vt detineatur. Deinde nimis durum & graue eſſet obligare in conſcientia ad ſponte ibi manendũ, quando eſſet euidens ſpes euadendi. Poſt hæc ſcripta, inueni etiam hanc ſententiam amplexum eſſe nouiſſimè Sanchez *in ſumm. tom. 2. lib 6. cap. 8. n. 16.* qui rectè aſſerit, hanc fugam ſæcularibus quidem licere, non autem Religioſis; licet Bannez *in 2. 2. quæſt. 69. art. 4. poſt concl. 5.* contrarium aſſerere videatur, ait enim Religioſum duriſſimæ pœnæ ſubeúdæ damnatum poſſe fugere, non vt vagetur, ſed vt ſuperiorem, aut Pontificem adeat veniam petiturus. Ex his apparet, potuiſſe ſupradictum Confeſſarium illum pœnitentem abſoluere, ſicut ex iſta conſultatione motum intelligo poſtea feciſſe.

RESOL. XXXVI.

Quidam vir nobilis eſt in mora ſoluendi debitum vnciarum ducentarum ex contractu, ſæpius confitetur, & non reſtituit, habet tamen animum reſtituendi, quæritur à Confeſſario, an ſit illi confeſſio deneganda, maximè cum creditor multoties ab illo petierit ſolutionem? Ex part. 2. tr. 17. & Miſc. 3. Reſ. 3.

§. 1. Videtur reſpondendum quòd ſicnam præceptum reſtituendi quamuis formaliter ſit affirmatiuum, præcipitur enim ſolutio; eſt etiam ex parte præceptum negatiuum. Ergo ſtatim eſt adimplendum. Vide Salonium, Aragon. & Bannez *in 2. 2. quæſt. 62. art. 8.* Valent. *tom. 3. diſp. 4. q. 6. punct. 7.* Rebel. *lib. 2. de oſt. q. 17. n. 2.* Azot. *part. 3. lib. 4. c. 34.* & alios communiter.

2. Sed mihi non ita rigidè in hoc caſu procedendum eſſe videtur, nam quando debitor habet animum ſoluendi, neque ex tali dilatione detrimentum ſequitur creditori, ob eam iniuſtam moram, mortalis culpæ minimè condemnandus videtur; talis enim dilatio non eſt ipſi creditori adeò iniurioſa, vt debitor iudicandus ſit lethalis criminis reus. Non auderem hanc ſequi ſententiam, ſi patronos non haberet Molinam *de iuſt. tom. 3. tract. 2. diſp. 753. n. 1.* & Bonac. *de contract. diſp. 1. q. 6. punct. vnico, n. 4.*

3. Notent hanc deciſionem confeſſarij. nam multos tollit ſcrupulos, maximè in confeſſione nobilium, qui per multos menſes ſine aliqua iuſta cauſa differunt reſtitutionem; ſed vrgeant ſemper propter ſolutionem, maximè quando mora eſſet admodum magna, & commodè poſſet fieri reſtitutio.

RESOL. XXXVII.

Cuidam Confeſſario olim hic caſus accidit. Quædam mulier inter confabulationem cum viro ſibi in matrimonium coniungendo dicebat illi verba non quidem turpia, ſed affectioſa, & amatoria, vnde poſtea in pollutionem, & diſtillationem incurrebat ſine tamen vlla delectatione, vel periculo alicuius conſenſus, quia erat timorata conſcientiæ. Interrogatus fui, an peccauerit mortaliter, & ſi nollet deſiſtere ab his confabulationibus, an eſſet ei abſolutio deneganda?

Et in §. vltimo huius Reſolutionis traditur Regula generalis ad decidendos caſus particulares in pollutione præuiſa; & quando cauſa pollutionis præuiſa notabiliter, & per ſe influit, vel non influit. Ex part. 2. tr. 15. & Miſc. 1. Reſ. 31.

§. 1. Reſpondi omninò illi conſulendum eſſe, ab his ſermonibus abſtinere, ſed in rigore loquendo non eſſe denegandam abſolutionem, quia illa pollutio, & diſtillatio in hoc caſu, non eſt peccatum mortale, & hoc ita probabam. Pollutio licèt præuiſa, non tamen intenta, ex cauſa venialiter peccaminoſa non eſt peccatum mortale; ſed illa verba, ex quibus prouenit pollutio, de qua loquimur, ſunt tantùm peccata venialia. Ergo talis pollutio non erit peccatum mortale. Maior propoſitio probatur, quia cùm illa pollutio non ſit in ſe ſe volita, ſed in cauſa in qua præuidetur, in tantum mala erit, in quantum mala eſt cauſa, in tantum enim culpa eſt, in quantum eſt voluntaria; ſi ergo cauſa eſt venialiter mala, talis erit & pollutio. Et ſic hanc ſententiam tenet Vaſq. *in p. 2. tom. 1. diſputat. 115. c. 3. num. 9. & in opuſc. de reſtit. c. 3. §. 2. dub. 6. numer. 14.* Salas *in p. 2. tom. 2. q. 74. tract. 13. diſputat. 6. ſect. 18.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 16. num. 6.* Leſſius *de iuſt. lib. 4. c. 3. dub. 14. numer.* 100. & nouiſſimè Bonacina *tractat. de matr. q. 4. punct. 10. num. 9.* vbi ait pollutionem non eſſe peccatum mortale, quando prouenit ex cauſa venialiter luxurioſa, & leuiter influente in pollutionem. Et tandem docet etiam hanc ſententiam Filliuc. *in quæſt. mor. tom. 2. tract. 30. c. 8. n. 152.* vbi aſſerit, ſolum reperiri culpam mortalem in cauſa, ratione pollutionis præuiſæ, & non intentæ, quando abſque vrgenti neceſſitate exercetur actio ex ſua natura turpis, & per ſe tendens ad actus venereos excitandos, & conſummandam pollutionem, qualis tantum eſt in actionibus mortalibus pertinentibus ad ſextum præceptum, vt cogitationibus moroſis, aſpectibus & tactibus mortalibus. Si enim ſint tantùm veniales, ex defectu plenæ aduertentiæ, vel ex ſuo genere, vt quia ob curioſitatem tantùm, tunc tantùm venialis erit pollutio inde ſecquuta. Ita Filliucius. Ex his omnibus veram eſſe maiorem propoſitionem noſtri argumenti, apparet; & hoc etiam verum eſt, vbi nec neceſſitas, nec cauſa vtilitas adeſt Filliuc. *vbi ſuprà,* Sanchez cum aliis infrà.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 6. 1 ge doctrinã Ref. 36. & alterius Ref. eius primæ not. & ſignanter §. vlt. ante medium.

Sup. hoc infr in tr. 7. Ref 145. §. vlt.

Sup. hoc, quod hic aſſeritur, in §. 2. Ref. not. præteritæ, & in §§. annot. 1. dictæ Ref. & etiam ſecundæ.

2. Reſtat modò probare minorem, & oſtendere illa verba dicere, eſſe tantùm peccatum veniale, quod probat, & docet Ioan. Salas *in p. 2. tom. 2. tract. 13. diſp. 6. ſect. 42. n. 163.* & Sanchez, qui citat Nauar. & Cordub. *in tom. 3. de matrim. lib. 9. diſp. 46. num. 37.* vbi ait: Loqui verba amatoria, quæ vulgò *requiebros* appellamus, vt videlicet cor meum, bonum meum, anima mea, ob ſolam vanitatem & conciliandum vanum amorem, non excedunt culpam venialem; quæ quidem doctrina intelligenda eſt, ſecluſo ſcandalo, & periculo proprio, vel alieno, videlicet illa verba audientis vt ſuccedebat in noſtro caſu. Ergo concludendum eſt, pollutionem ex talibus verbis ſequentem non eſſe peccatum mortale, quia, vt diximus, prouenit ex cauſa tantùm venialiter peccaminoſa, & non adeſt periculum conſenſus, ſeu delectationis. Vnde Henriq. *vbi ſuprà* ait, non eſſe peccatum mortale, ſi quis pollutionem patiatur ex viſione fœminæ curioſa, vel eſu cibi calidi, aut lectione etiam turpi, quia hæc non ſunt, ait ille, cauſa phyſica, & moralis, quæ prouocent pollutionem.

3. Vt autem regula generalis tradatur Confeſſariis, vt poſſint in hac materia caſus particulares decidere,

Sup. his in Ref. 1. annot. ſeq. in eius §. 1. & in tom. 8. tr. 6. Ref. 12. à principio, & ſi pergis Ref. & §§. omnium eius annotationũ doctrina repleueris, & nõ pigebit.

decidere, hæc erit. Quando causa pollutionis præuisæ notabiliter, & per se influit, nec adest vrgens necessitas illam exercendi tribuitur culpæ mortali pollutio eáque culpa afficiet causam, quamuis aliàs licita esset: huiusmodi autem causæ, solæ sunt res Venereæ, vt tactus, aspectus, & turpia verba. Nota verò me signanter dixisse, *huiusmodi causa sola sunt res Venerea.* Nam multi DD. probabiliter docent etiam si gula, vel aliud peccatum non pertinens ad vitium luxuriæ, mortale sit, non propterea pollutio ex eo sequens, & in eo præuisa, mortalis erit. Quamuis ergo in ebrietate, vel esu, aut potu mortali, præuisa sit pollutio, non imputabitur ipsa ad peccatum mortale; nec quando homo dat eam causam, peccabit mortaliter contra castitatem, sed contra abstinentiam, & sobrietatem, aliámve virtutem. Imò quamuis gula esset mortalis ex circumstantia luxuriæ, nimirum quia esset ordinata ad fornicationem, ob quam sumerentur cibi calidi, non ideo pollutio esset mortalis, quia finis ille nihil in eam influit. Est Caietan. 2. 1. *quæst.* 54. *art.* 3. *paulò ante* 8. *in resp. ad* 5. Et idem est, cùm quis peccaret mortaliter, in cibo, vel potu, eo quòd se exponeret periculo consentiendi formaliter in pollutionem; si enim postea non consentiret formaliter in illam, non procuraret illam, quamuis sequeretur, non esset peccatum mortale. Ita Granad. *in part.* 2. *controuers.* 6. *tract.* 4. *disp.* 6. *num.* 12. *&* 18. Salas *in p.* 2. *tom.* 2. *tract.* 15. *disp.* 6. *sect.* 18. *num.* 117. Sanchez *loc. cit. lib.* 9. *disp.* 45. *numer.* 17. 18. *&* 21. Vasquez *vbi suprà*, cum aliis Patribus Societatis Iesu, de hac re consultis, vt ait Salas. Sed si cupis videre aliquos authores, extra citatos, testantes de hac quæstione; vide Reginald. *in praxi tom.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *sect.* 9. *n.* 43. Valent. *in* 2. 2. *disp.* 9. *q.* 3. *punct.* 3. §. *Itaque duo requiruntur, &* §. *sunt autem, &* §. *Itaque ad cognoscendum,* & Medinam *in p.* 2. *q.* 74. *art.* 6. *ad* 3. *&* 4.

Sup. hoc, quod hic docetur signanter infrà in tr. 7. Ref. 145. §. 1. & lege hic doctrinã Resol. annot. præteritæ per totam, & in tom. 7. tr. 5. ex Ref. 39. vide quatuor primos §§. sig̃ãter §. 1. & 4. & vt magis clarescat doctrina huius quæst. Vide etiam infrà in tr. 7. Ref. 61. & alium §. eius primæ.

RESOL. XXXVIII.

An absolutio obtenta bona fide à peccatis tantum, & non à censuris sit valida, si pœnitens sit nodatus aliqua excommunicatione, etiam reseruata, ita vt non teneatur iterare confessionem sed tantum petere absolutionem ab excommunicatione?

Et quid est sentiendum, si Confessarius sciat peccata habere annexam excommunicationem, & eum non obstante ex malitia absoluat, licet non habeat potestatem absoluendi à tali censura? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 78.

Sup. hoc supra in Ref. 25. & lege infrà in tr. 5. doctrinã § Sed quid. & seq. Resol. 14. & cursim in fine Ref. 27. & in Ref. 34. & in tom. 5. tr. 1. Ref. 156. per totam, & in tom. 9. tr. 7. Ref. 124. §. Sed difficultas & lege ibi doctrinam Ref. 123. paulo post initiũ, à vers. Imo. & aliarum not. secundæ præcitatæ Ref. & hic infrà in tr. 5. vide doctrinam Ref. 32. & aliarum Ref. & §§. cũ annotat.

§. 1. NEgatiuè respondet Finellius *tr. de cas. reseru. c.* 10. *num.* 8. vbi sic ait: Licèt quodlibet Sacramentum de facto collatum excommunicato teneat, nec per excõmunicationem irritetur vis Sacramenti; hoc tamen non est verum in sacramento Pœnitentiæ: etenim reliqua Sacramenta solùm requirunt Ordinis potestatem in conferente, quæ adimi non potest, at sacramentum Pœnitentiæ vlteriùs requirit iurisdictionem, per excommunicationem verò subtrahitur excommunicatus à iurisdictione Confessarij, & propterea absolutio eidem impertita, est nulla, quia absque iurisdictione; non item alia Sacramenta, quæ absque iurisdictione, quæ sit eorum validitati necessaria, conferuntur. Ita Finellius. Hanc etiam sententiam docent Ledesma *in summa tom.* 1. *de Sacrament. Pœnit. cap.* 20. *dub.* 2. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *tract. de excommunicat. dub.* 4. *num.* 8. & Sancius *in selectis, disp.* 32. *num.* 11. qui citat Paludanum, Adrianum, & Syluestrum, Maiorem, Gabrielem, Antoninum, Ledesmam, Chapeauillam, & alios, quibus ego addo nostrum Megalam *in* 1. *p. lib.* 5. *cap.* 19. *quæst.* 4. *in fine.*

2. Sed ego contrariam sententiam teneo cum Nauarro *in manuali, cap.* 9. *num.* 4. Toleto *lib.* 3. *c.* 10. Layman *in Theol. mor. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 12. *num.* 12. & Coninch *de Sacrament. disp.* 8. *dub.* 3. *concl.* 4. *num.* 104. vbi sic asserit: Qui est excommunicatus excommunicatione reseruata, si bona fide confiteatur aliqua peccata non reseruata simul cum reseruatis, validè absoluitur; nam nullo modo est de essentia huius Sacramenti, vt pœnitens prius absoluatur ab excommunicatione, quàm à peccatis. Sic ille. Dicendum est igitur, quòd excommunicatio non irritat absolutionem, dum se tenet ex parte recipientis, vnde nisi ipse sciens vellet Sacramento communicare, Sacramentum, & fructum Sacramenti reciperet, nullo enim iure fit irrita talis confessio, nedum cætera Sacramenta. Et ideo hanc sententiam præter DD. citatos, tenet etiam Suarez *de cens. disp.* 10 *sect.* 3. *num.* 6. qui citat Caietanum, Couarruuiam, & alios. Igitur in tali casu pœnitens absolutus à peccatis, & non à censura, non tenetur reiterare talem confessionem, sed tantùm petere absolutionem ab excommunicatione, quod est valde notandum.

Sup. hoc infr. in tr. 5. Ref. 39. §. Nota etiam. vers. Tertio.

3. Et omnia supradicta procedunt, non solùm quando pœnitens absoluitur, quia ipse ignorat excommunicationem, vel recipit Sacramentum ex necessitate, sed etiamsi Confessarius sciens peccata habere annexam excommunicationem, illum tamen, hoc non obstante, ex malitia absoluat, licèt non habeat potestatem absoluendi à tali censura.

4. Ad argumentum verò Finellij, & aliorum respondeo in hoc casu adesse iurisdictionem, nam per excommunicationem priuatur quis iurisdictione actiua in alios, non tamen subiectione passiua ad alios sibi superiores, seu (quod idem est) alij non priuantur iurisdictione in ipsum; alioquin non tam ipsorum excommunicatorum, quàm ipsius Confessoris esset talis pœna. Vide Suarez *vbi supr. n.* 11. *& seq.* Et hæc omnia vera esse etiam, vt diximus, si censura sit reseruata, optimè notat Suarez *loc. cit. num.* 25. adi illum, & non pigebit.

RESOL. XXXIX.

An non solum existens in articulo mortis, sed etiam in periculo possit absolui à quocumque Sacerdote ab omnibus casibus?

Et an hæc sententia etiam intelligatur, dum absoluendus morali necessitate coactus bellum, v. g. seu naufragium aggreditur, & secus si ex voluntate propria id faciat? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 59.

Sup. hoc infr. in tr. 5. Ref. 1. 2. & in aliis earum primarum annot. & in Ref. 7. cursim in eius primis lin. & in tom. 5. tr. 1. Ref. 41 § Verum si aliquis. & seq in tom. 5. tr. 1. Ref. 206. §. vlt. in principio, & in tom. 9. tr. 7. Ref. 126.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Sotus *in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 4. Canus *de Pœnit. part.* 5. Couarr. *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 11. *num.* 8. & Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 8. *punct.* 2. quia Trid. *in cap.* 7. *sess.* 14. vbi præbet talem iurisdictionem, loquitur tantùm de pœnitentibus existentibus in articulo mortis.

2. Sed affirmatiua sententia tenenda est, quam tuetur Merolla *tom.* 2. *disp.* 4. *cap.* 6. *coroll.* 3. *numer.* 92. Licet immeritò me citet pro negatiua sententia, nam ego in loco à meipso citato non loquor, vt legenti patet, de absolutione à censuris, & reseruatis, sed de applicatione Indulgentiarum, quas modò etiam teneo posse applicari in periculo mortis. Præpositus *in* 3. *part. quæst.* 7. *de ministro sacramenti Pœnitentia dub.* 6. *num.* 43. Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 1. *dub.* 1. Coninch *de Sacram. disput.* 8. *dub.* 2. *num.* 16. Iacobus Granado *de Sacrament. in* 3. *part.*

part. controu. 7. tract. 10. diſput. 4. ſect. 20. numer. 10. Bellochius *de caſib. reſeru. part. 1. quaeſt. 2. num. 125.* Floronus *de caſibus reſeruatis part. 1. cap. 4. §. 10. n. 3.* Vgolinus *de cenſ. tab. 1. cap. 4. §. 5. num. 9.* Sayrus *de cenſuris lib. 1. cap. 20. num. 28.* Coriolanus *de caſib. reſeruatis part. 1. ſect. 2. art. 16. num. 3.* Filliucius *de caſib. reſeru. cap. 8. numer. 8.* Cæleſtinus *in compend. Theol. moral. tract. t. cap. 13.* Tannerus *tom. 4. diſp. 6. quaeſt. 9. dub. 3. num. 75.* Suarez *tom. 4. diſp. 26. ſect. 4. num. 3.* Henriquez *lib. 6. cap. 11. num. 11.* Torreblanca *in pract. iuris ſpirit. lib. 14. cap. 6. num. 24.* Turrianus *de pœnit. diſput. 23. dub. 3.* Valboa *in prælection. Salmaticen. tom. 2. cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. num. 35.* Verùm Sanchez *in Summa, tom. 1. lib. 2. c. 13. n. 3.* Trullench *in Bulla Cruciata lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 4. numer. 6.* Ludouicus à Cruz *in Bulla Cruciata diſp. 1. cap. 3. dub. 18. num. 4.* & alij limitant hanc ſententiam, dum abſoluendus morali neceſſitate coactus bellum, v. g. ſeu nauigationem aggreditur, ſecus ſi voluntate propria id faciat, tunc enim non dicitur propriè in mortis periculo conſtitutus, cùm ipſe ſpontè velit ſe conſtituere.

Sup. hac limitatione in Reſ. 2. not. prætermiſſ §. vlt. & in Reſ. 3. §. 1. & 2. & in Reſ. 4. §. Primam. ad lin. 8. vel 9. & in Reſ. 5. §. vlt. ad lin. 7. verſ. Adde. & in Reſ. 6. per totam.

RESOL. XL.

An moribundus poſſit, quando alius non adeſt Sacerdos, petere à Sacerdote excommunicato, hæretico, ſchiſmatico, &c. abſolutionem, etiam ſi ſciat ſupradictos cum peccato Sacramentum adminiſtraturos? Ex part. 5. tr. 3. Reſ. 58.

Sup. hoc lege doctrinam §. vlt. Reſ. ſeq. & infr. in tr. 5. Reſ. 2. § 1. & ne prætermittas videre alias Reſ. eius primæ not. ad roborandam doctrinam huius Reſ. & in tom. 3. tr. 1. et Reſ. 43. leg. § Nota tamen, ſignāter pro doctrina conceſſa in principio huius Reſ.

§. 1. RESpondeo quòd quamuis dicti Sacerdotes præciſi poſſint, vt in ſuperiori reſolutione probatum eſt, validè pœnitentes abſoluere, vt tamen licitè poſſint, neceſſarium eſt quòd ſint à peccato mortali, contritione, aut aliter iuſtificati, niſi quando periculum ægroti ita vrget, vt ob ipſum ſtatum audiendum nequeant conteri, nec aliter iuſtificari, quia tunc licitè poſſunt, quamuis ſint in peccato mortali, & quamuis Sacerdos non ſit licitè adminiſtraturus abſolutionem, quia iuſtificari poteſt, & non vult, tunc pœnitens in articulo mortis exiſtens poteſt ab illo abſolutionem petere (quando pœnitens non timet ſubuerſionem ob communicationem cum eo Sacerdote, & quando ob communicationem cum eo non apparet profiteri errorem aliquem illius Sacerdotis) quia tunc petit quod Sacerdos ille poteſt licitè facere, ſi velit, quod etiam eſt verum, quamuis Sacerdos ille non ſit paratus ad illicitè abſoluendum, quia regula illa, nempe quòd nequeat quis inducere aliquem ad id, in quo peccaturus eſt, quando qui inducitur non eſt paratus ad id, tantùm eſt vera quando inducenti non eſt in præcepto id, ad quod inducit; confeſſio autem & receptio ſacramentalis abſolutionis in dicto articulo eſt pœnitenti in præcepto, imò etiam ipſi Miniſtro eſt in præcepto auditio & abſolutio. Et hæc omnia docet Hurtadus *de ſacram. Pœnit. diſp. 10. diffic. 8.* doctè, vt ſemper ſolet. Cui adde Præpoſitum *in 3. p. q. 7. de miniſtr. Sacram. pœnit. dub. 5. n. 41.* vbi ſic ait: In neceſſitate Sacramentum poſſe peti à non parato, etiamſi putetur peccaturus, ſcilicet, quando deeſt alius, nam poteſt actum exercere abſque peccato, & vrget neceſſitas talem actum petendi, propter quam pœnitens non cenſetur Confeſſarium ad peccatum inducere, vel eius peccato cooperari. Imò quando deſunt alij, pœnitens non tantùm poteſt, ſed etiam debet petere hoc Sacramentum ab excommunicato, imò hæretico, ſi non ſit periculum ſcandali, peruerſionis, &c. quia cùm communior ſententia teneat eum poſſe abſoluere, vt conſtitutus in articulo mortis ſuæ ſaluti conſulat, & vt præcepto confeſſionis ſatisfaciat, tenetur tali confiteri. Hucvſque Præpoſitus. Cui etiam conſentit Kelliſonius *in 3. part. tom. 2. quaeſt. 8. art. 6. dub. 1.* & Cæleſtin. *in Compend. Theol. moral. tract. 11. cap. 13.*

RESOL. XLI.

An Sacerdos hæreticus, & excommunicatus non toleratus habeat poteſtatem abſoluendi in articulo mortis? Et an in tali caſu non ſolum licitè, pœnitens poſſit à talibus expetere abſolutionem, ſed etiam per ſe loquendo teneri, quia ex diuino præcepto ad confeſſionem obligatur? Ex part. 4. tractat. 4. & Miſc. Reſ. 235.

§. 1. NEgatiuam ſententiam quoad hæreticos, & ſchiſmaticos docet Sotus *in 4. diſt. 18. quaeſt. 4. art. 4.* Nauarrus *in man. cap. 26. numer. 26.* & Martinus Ledeſma *2. 4. quaeſt. 21. art. 6.* Quia Sacerdos hæreticus, & ſchiſmaticus non habet iuriſdictionem, quia caret fide, quæ eſt fundamentum neceſſarium ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & de excommunicato non tolerato idem docuit Medina *Cod. de Confeſſione, quaeſt. 32.* & Couar. *in cap. alma mater, part. 2. §. 6.* quia per excommunicationem aufertur ei omnis iuriſdictio, ſaltem Eccleſiaſtica; ſed meritò contrariam ſententiam docet Cano, Suarez, & Vaſquez, quos citat, & ſequitur Gaſpar Hurtado *de Sacram. diſp. 10. de pœnit. diffic. 8.* quibus ego addo nouiſſimè doctum Guilielmum Mercerum *de Sacram. in 3. part. D. Thom. q. 8. art. 5. dub. 6. num. 2.* Layman *lib. 5. tr. 6. c. 12. num. 13.* Barboſam *in collect. in Concilium Trident. ſeſſ. 13. c. 7. num. 15.* & alios penes ipſum, quod probatur ex Concilio Trident. *ſeſſ. 14. cap. 7.* vbi ſic ait: Piè admodum in Eccleſia cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes a quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt; vnde triplex iſta vniuerſalitas, nempe quilibet pœnitens, à quibuſuis peccatis, per quemlibet Sacerdotem, nihil relinquit excipiendum: Prima comprehendit omnes pœnitentes, etiam excommunicatos, hæreticos, &c. Secunda omnia peccata affecta quacumque reſeruatione, & cenſura; Tertia omnes Sacerdotes quacumque cenſura, vel culpa ligatos, etiam non approbatos. Nec credendum eſt, Eccleſiam in tali caſu nolle concedere poteſtatem abſoluendi.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & infrà in tr. 5. Reſ. 2. & ſignanter & late in tom. 3. tr. 1. Reſ. 43.

2. Notandum eſt tamen, in tali caſu pœnitentem non ſolum licitè, vt obſeruat Mercerus, à talibus Sacerdotibus hæreticis, ſchiſmaticis, &c. expetere abſolutionem, ſed etiam, per ſe loquendo, teneri, quia obligatur ad confeſſionem ex diuino præcepto quod commodè impleri poteſt, & hoc procedit, vt optimè obſeruat Hurtado, etiamſi talis Sacerdos non ſit licitè adminiſtraturus abſolutionem, quia iuſtificari tunc poſſit, & non velit, etenim tunc pœnitens petit, quòd Sacerdos poteſt tunc licitè facere, ſi vult, quæ omnia limitanda ſunt, quando pœnitens non timet ſubuerſionem ob communicationem cum tali Sacerdote, & quando ob communicationem cum eo, non apparet profiteri errorem aliquem dicti Sacerdotis.

Sup. hoc in Reſ. præterita & leg. etiam alias Reſ. & §§. eius not.

RESOL. XLII.

An Sacerdos nominatim excommunicatus, vel publicus Clerici percuſſor, hæreticus, ſchiſmaticus, & c. habeat poteſtatem in articulo mortis abſoluendi moribundum?

ribundum? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 57.

§. 1. SVppono in articulo mortis posse simplicem Sacerdotem absoluere moribundum à quibuslibet peccatis, & censuris reseruatis, ex *c. pastoralis, de officio Ordinary*, ex Concilio Trident. *sess. 14. cap. 7.* Sed difficultas est de supradictis. Et negatiuam sententiam docet Medina *Cod. de Confess. q. 32. cui debeat fieri Confessio.* & Couarr. *in cap. Alma mater 2. part. §. 6.* qui a per excommunicationem auferetur omnis iurisdictio, saltē Ecclesiastica, & ideò D. Th. *in 4. dist. 19. q. 1. art. 1. quæst. unc. 2. ad 3.* dixit non posse recipi Sacramentum hoc valide ab excommunicato non tolerato. Et idem de hæreticis, vel schismaticis docuit Sotus, Nauarrus, & Ledesma, quos ego citaui *in part. 4. tr. 4. resol. 235.* quibus nunc addo Coriolanum *de casib. reseruatis, part. 1. sect. 2. art. 16. num. 10.*

Quæ hic est Ref. antecedens, & infrà in tr. 5. Ref. 2. & laté in tom. 3. tr. 1. Ref. 43.

2. Verùm meritò contrariam sententiam ibi docui cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Trullench *in Bulla Cruciata. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 5. num. 2.* Flotonum *de casibus reseruatis, part. 1. cap. 4. §. 18. num. 3.* Finellium *de casibus reseruatis, cap. 8. num. 4.* Cælestinum *in Compen. Theolog. moral. tract. 1. cap. 13.* Turrianum *de sacram. Pœnit. disput. 23. dub. 3.* Valboa *in lect. Salmat. tom. 2. cap. omnis vtriusque sexu de pœnit. & remiss. num. 34.* Iacobum Granado *de Sacram. in 3. part. contr. 7. tract. 10. disp. 4. sect. 2. num. 9.* Ludouicum Mæratium *in D. Thom. tom. 3. tract. de sacram. Pœnit. disput. 1. sect. 4. num. 3.* Tannerum *tom. 4. disp. 6. q. 9. dub. 3. num. 62.* Kellisonium *tom. 2. in 3. part. q. 8. art. 6. dub. 1.* Ochagauiam *de Sacram. tr. 2. de confess. quæst. 31. num. 4* Hurtadum de Mendoza & alios penes ipsos. Dico igitur post Tridentinum facultatem absoluendi in articulo mortis competere omnibus supradictis; quia particula *omnes*, hunc sensum recipit, & proinde in ea amplitudine potest intelligi. Confirmatur per particulam *quosli bet & quibusuis*, quilibet fideles absolui possunt ab omnibus protsus peccatis; ergo similiter per particulam *omnes* quilibet Sacerdos, nullo excepto, potest absoluere. Secundò id aliquo modo postulat motiuum Concilij, vt sc. animarum saluti in tali necessitate consulatur. Ecclesia ergo voluit in hoc casu summum fauorem fidelibus præstare, & concedere iurisdictionem omnibus, qui ex suo gradu illius sunt capaces, quales sunt omnes Sacerdotes. Et quoad hæreticos non grauabor hìc apponere verba Hurtadi de Mendoza *vol. 1. de fide, disp. 84. sect. 8. §. 139. & 140.* vbi sic ait. Hæreticus ratione Sacerdotij habet radicalem iurisdictionem in peccata, proximè autem illi est concessa vel à Pontifice immediatè, vel alia ratione (de quo non est quæstio) vt in eo articulo possit pœnitens absolui. Nec enim potestas data est Ecclesiæ in perniciem animarum, sed in salutem: at tunc iurisdictionis ademptio esset in animarum perniciem, & grauissime peccaret Papa, qui eam conaretur adimere. Ex parte autem pœnitentis ipsa necessitas se purgandi Sacramento est satis excusationis, hæreticus enim tenetur sanctè Sancta tractare, si aliter agit, est eius vitio, quod pœnitens cum tanto discrimine non tenetur vitare. Hic primùm obserua fugiendum esse periculum deceptionis. Quapropter ego monerem pœnitentem, ne hæretico permitteret verba facere de fide, aut errore, sed eum cogat ad audienda & absoluenda crimina. Si verò ille nolit pœnitentem absoluere, nisi priùs verbis de suis erroribus factis, illum audiat, qua potuerit distractione. Quod si prudenter timeat imminere sibi periculum deceptionis, tenetur illum non audire, nec adhibere. nisi certus ab hæretico, nulla de fide verba facienda. Tunc autem det operam contritioni, aderit enim præstò Deus fugienti Sacramentum, eo duntaxat animo, ne Deum offendat. At periculum deceptionis debet cadere in virum constantem; alioquin facienda est confessio ob imminens vitæ discrimen. Si autem sacerdos erret in forma, aut intentione Sacramenti, non est adhibendus ad confessionem, nisi priùs contestetur se vsurum intentione, & forma legitima, de quo debet ægro esse prudens persuasio. Huc vsque Hurtadus.

RESOL. XLIII.

An simplex Sacerdos, præsente Confessario iurisdictionem habente, possit absoluere moribundum?

Et in textu huius Resolutionis aduertitur, quod quando concurrunt inter se simplex Sacerdos, approbatus, & approbatus in aliena Diœcesi, excommunicatus, irregularis, suspensus, interdictus, schismaticus, degradatus, vel habens priuilegium, quomodo, & quis præferendus sit alter ad alterum in articulo mortis ad confitendum infirmum? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 60.

§. 1. PRima sententia absolutè negat. Secunda affirmat. Vtramque verò probabilem esse puto, ex rationibus & auctoritatibus adductis *in part. 1. tract. 5. resol. 5.*

2. Non desinam tamen hìc adnotare doctum Hurtadum de Mendoza *volum. 1. de fide disput. 82. sect. 6. §. 163. & sequent.* quandam tertiam sententiam docere, & ideo ponit duas conclusiones. Prima est quòd simplex Sacerdos præsente approbato Diœcesano non habet iurisdictionem ad absoluendum moribundum. Secunda quòd omnis Sacerdos Diœcesanus approbatus etiam præsente Prælato potest facultate non petita absoluere moribundum à quouis crimine & censura in foro conscientiæ, & pro hac firmanda sententia ingeniosas, & probabiles adducit rationes. Libet etiam hìc apponere ea, quæ dictus Hurtadus docet §. 145. & 146. vbi quærit in concursu simplicis Sacerdotis & excommunicati nominatim, aut publici Clerici percussoris, vter sit præferendus? Respondet simplicem præferendum, quia excommunicatus, dum excommunicatione tenetur, est simplex Sacerdos, & alia ex parte vitandus, cùm commodè potest; ergo simplex est præferendus, tum quia ipse excommunicatus tenetur neminem absoluere, nisi in necessitate extrema, quia illi interdictus est Sacramentorum vsus: tunc autem nulla est extrema necessitas; simplici verò Sacerdoti non est interdicta confessionis exceptio de peccatis venialibus, vnde in vsu Sacramenti est melioris conditionis excommunicato. Item illi est priuatiuè negata facultas, idest, non est concessa, sed nec negata contrariè, ob delicta; excommunicato autem est negata contrariè quapropter deterioris conditionis est simplici Sacerdote. Concurrente excommunicato cum irregulari non excommunicato præferendus est irregularis excommunicato vitando: suspensus autem, aut interdictus carens excommunicatione vitandorum est præferendus irregulari, & ij omnes degradato, & hic hæretico. Igitur vltimum locum habet hæreticus, cui præferendi sunt omnes Catholici, inter quos locum vltimum tenet degradatus, cui præponendi sunt cæteri Catholici. Suspensus, aut interdictus meliorem locum obtinet irregulari, & hic excommunicato nominatim, qui solis hæretico, & degradato præponitur, cæteris postponitur: omnibus autem aliqua censura ligatis præponitur Sacerdos simplex omni censura solutus.

Quæ nunc inuenientur in tom. 5. tr. 5. Ref. 26. & signanter à §. eius 3. & infr. in tr. 5 Ref. 7. § Notandum est & seq. & signanter pro omni contento in hac Ref. in tom. 3 tr. 1. Ref. 41 §. Verum quoad & seqq. sed lege eam à principio. Vel saltē à § Sed supra dicta. & perlege ibi Ref. 42. & in tom. 5. tr. 1. Ref. 205. §. 2. ad medium, à vers. Hoc autem. & ea Ref. 206. §. 1. à in. e. & in tom. 8 tr. 1. ex doctrina Ref. 4. §. 3. signanter post medium, à vers. Hanc etiam. & melius in Ref. 7. per totam, & hic vide doctrinam Ref. seq. & vt melius possis hac quæst. dissoluere, & occurrere obiectionibus lege infra in tr. 5. doctrinam Ref. 2. & aliarum Ref. & §§. eius annotationum, & Ref. 4. & omnium aliarū eius secundæ annot.

3. Notar

3. Notat etiam idem Hurtadus concurrente Sacerdote simplici cum approbato in alia diœcesi dumtaxat præferendum esse extra diœcesanum approbatum, secundùm Suarez, & Sanchez, quia ad id munus est approbatus ab Ecclesia, quod putat esse probabile, sed non probati argumento efficaci, & ideo contrariam sententiam ego teneo cum Trullench, *in Bull. Cruc. lib.* 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 4. quia approbatus extradiœcesanus est simplex in aliena diœcesi: est igitur ille concursus duorum Sacerdotum hic & nunc simplicium, cur ergo præferendus est extradiœcesanus? etenim ab Ecclesia est approbatus in aliena diœcesi, non in hac, in qua nulla penitus iurisdictione gaudet magis, quàm simplex. Si autem ob approbationem id dicunt, quia illa est argumentum scientiæ in approbato, potest illa coniectura superari; si pœnitens sciat simplicem esse doctiorem & dexteriorem, item dum satis noscatur esse sufficiens, non videtur esse cur alter sit necessariò præferendus.

Sup. hoc infr. in tr. 5. res. 7. §. Sed stando.

4. Sed quid dicendum si cum approbato adsit Sacerdos habens priuilegium absoluendi à censuris, & à reseruatis? Suarez *tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 3. *num.* 5. & Henriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 10. *num.* 1. *in glossa lit.* *D.* asserunt hunc non esse præferendum exposito, quia illud est veluti priuilegium, quod nullus sequi tenetur, eo quòd in illo articulo cessat reseruatio. At contrarium tenet Corduba & Nauarrus, quos citat & sequitur Sanchez *i* [illegible] *summ.* [illegible] 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 11. cui videtur adhærere Trullench. *in Bulla Cruc. lib.* 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 4.

RESOL. XLIV.

An si Sacerdos simplex cœpit audire confessionem moribundi, accedens Confessarius approbatus, teneatur desistere ab auditione?

Et quid, si contingat simplicem Sacerdotem iudicare infirmum esse in extremis, dum incipitur confessio, & postea ante absolutionem ita in melius abiisse, quod extra periculum esse indicetur, an adhuc teneatur illum absoluere?

Et quid est agendum, si in eo articulo contingat pœnitentem Sacerdoti simplici inualide forsitan confiteri, quia in ea confessione mentitus est, & consequenter fuit inualidè absolutus; si cupiente autem illo denuo confiteri eidem Confessario & Sacerdoti, superueniat legitimus Confessor?

Et quid, si æger valide confessus est, & velit postea aliqua peccata oblita confiteri; an hæc possint superueniente legitimo Confessario, absolui?

Et an, quia absolutus est in prædicto articulo, vel periculo mortis à casibus reseruatis, teneatur postea recurrere ad Superiorem, si forte periculum euadat?

Et quid dicendum est, si casus reseruati habeant annexam censuram?

Et an qui virtute Cruciatæ Bullæ absoluitur in articulo mortis à casibus in Bulla Cœnæ reseruatis non teneatur ad comparendum, nec possit illi id onus imponi? Ex part. 5. tr. 3. Res. 66.

Sup. hoc in Res. præterita & lege etiam alias Res. & §§. eius annotat. & pro contentis in hoc & seq. §. in tom. 3. tr. 1. Res. 41. §. Nota tamen. signantes à lin. §. vsque in finem dicti §.

§. 1. Hic casus habet difficultatem, supposita opinione, quòd simplex Sacerdos in mortis articulo possit absoluere moribundum præsente approbato, vel Prælato; sed stando in contraria sententia respondeo negatiuè ad casum propositum cum Iacobo Granado *de Sacram. in* 3. *part. controu.* 7. *tract.* 10. *disp.* 4. *sect.* 2. *n.* 32. vbi sic ait: Si petas an in euentu, quo Sacerdos non approbatus cœpisset iam audire confessionem existentis in articulo mortis, accederet legitimus Sacerdos, tenetur cessare ab audienda confessione, & illam remittere legitimo Ministro. Respondetur mihi videri probabilius non teneri, sed posse absoluere, quia iura fauent rei inceptæ, voluntque ab eo perfici à quo cœpta est, & alioqui non leue grauamen imponeretur pœnitenti, præsertim moribundo, si obligandus esset ad repetenda alteri Sacerdoti ea peccata, quæ iam confessus fuerat. Ita ille, qui citat Sanchez & Henriquez, quibus adde Trullench. *in Bul. Cruc. lib.* 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 5. *n.* 5. Ludouicum de la Cruz *in Bulla Cruc. disput.* 1. *cap.* 3. *dub.* 15. *num.* 10. Sancium *in selectis disput.* 44. *n.* 6. Præpositum *in* 3. *part. q.* 7. *de Ministro pœnitent. dub.* 5. *num.* 41. Floronum *de casibus reseru. part.* 1. *cap.* 4. §. 19. *n.* 10. Marchinum *de peste, p.* 3. *c.* 3. *n.* 13. Vnde non est audiendus Zambranus *de sacram. Pœnit. cap.* 4. *dub.* 5. *num.* 5. qui in hoc casu circa materiam absoluendi moribundum nimis strictè locutus est. Et nota hic obiter quòd si contingat simplicem Sacerdotem iudicare infirmum esse in extremis, dum incipitur confessio, & postea ante absolutionem, ita in melius abiisse, quod extra periculum esse indicetur, adhuc tenebitur illum absoluere, quia sufficit confessionem inceptam fuisse in periculo præsumpto, sicut diximus licentiam ad tempus non expirare incepta iam confessione, alias ægrotanti graue onus iniungeretur, videlicet bis crimina confitendi.

Sup. hac licentia ad tempus in tom. 7. tr. 1. Res. 101. in fine, & in to. 4. tr. 3. Res. 15. in fine §. 2.

2. Sed quid agendum, si in eo articulo contingat pœnitentem Sacerdoti simplici inualidè, forsitan confiteri, quia in ea confessione mentitus est, & consequenter fuit inualidè absolutus, cupiente autem illo denuo confiteri eidem Sacerdoti superueniat legitimus Confessarius. Respondeo posse illum detecto eo mendacio à prædicto simplice Sacerdote iterum absolui, quia is reuera habuit iurisdictionem ad priorem illam confessionem, & dum absolutio non est validè præstita, non censetur finita. Secus autem dicendum est, si æger validè confessus sit, & velit postea aliqua peccata oblita confiteri, nam hæc non possent absolui, nisi à legitimo superueniente Confessario. Et hæc omnia docet Ludouicus de la Cruz *in Bull. Cruc. disp.* 1. *cap.* 3. *dub.* 15. *num.* 13. & Trullench *in eadem Bulla lib.* 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 5. *nu.* 5. qui contra Sanchez optimè docet quòd in tali casu si pœnitens haberet excõmunicationem reseruatam, & ante absolutionem superueniat reseruator, posse hoc non obstante, inferiorem Confessarium absoluere ab illa, dummodo imponat onus pœnitenti, vt infrà dicetur, vt Superiori se præsentet.

Sup. hoc supr. in tr. 3. Resol. 49. §. Confirmatur. & in to. 3. tr. 1. Res. 41. §. Nota tamen, in fine, vers. Nota tamen. & in aliis lin. earũ notationum.

3. Notandum est tamen hic quòd qui absolutus est in prædicto articulo, vel periculo mortis à casibus reseruatis, non teneri postea recurrere ad Superiorem, si fortè periculum euadat, vt iterum ab illis absoluatur, quia Tridentinum ait pro eo tempore nullam esse reseruationem, & ita proinde se habent tunc peccata alioqui reseruata, ac si reseruata non essent. Solùm aduerte si casus habeat annexam censuram, debere se præsentare postea Superiori, vt præcipitur *in cap. eos qui, de senten. excommun.* [illegible] *in* 6. non quidem vt à Superiori absoluatur, quia iam à censuris & à peccatis absolutus est, sed vt se obedientem præbeat Ecclesiæ, & paratum implere aliam pœnitentiam, si à Superiori iniungatur, quod si non faciat, pœnitens reincidit in censuram. Ita Granado *vbi suprà num.* 13. cui adde Præpos. *loco citato.* Ludouicum de San Iuan *q.* 5. *art.* 17. *de sacram. Pœnitent. difficult.* 12. *concl.* 1. *&* 2. Finellium *de cas. reseru. cap.* 8. *num.* 10. Sanchez *in summ. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. Coriolanum *de cas. reseru. part.* 1. *sect.* 1. *art.* 16. *num.* 9. & Hurtadum de Mendoza *vol.* 1. *de fide, disput.* 84. *sect.* 8. §. 140. qui etiam §. 135. optimè obseruat cum Sanchez, eum qui virtute Bullæ absoluitur in mortis articulo à casibus in Bulla Cœnæ reseruatis, non teneri

Sup. hoc infr. in tr. 5. Res. 13. & in aliis §§. eius primæ not.

Sup. hoc in Res. not. præteritæ, & in tom. 5. tr. 1. Res. 101. & in aliis eius primæ annot.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Ref. 202. §. vlt. & melius in to. 9. tr. 7. Ref. 127. si gnanter in § Verum, ad medium, & verf. nam absolutus.

neri ad comparendum, nec posse illi idonus imponi, quia Bulla aliquod ei priuilegium donat distinctum ab his, quæ habet in ipso mortis articulo, alioquin quæ gratia donatur per Bullam; sed in eo articulo nulla alia gratia donari potest, nisi obligatione comparẽdi solui, quia absolutio directa iam ei erat licita ipso mortis articulo: ergo soluitur onere comparendi, quòd si in mortis articulo fuit absolutus cum onere comparendi, quia non habebat Bullam, potest ea habita iterum absolui in eodem, vel alio mortis articulo, & eo onere solui.

RESOL. XLV.

Quando puer est absoluendus in articulo mortis?

Et quid faciendum, quando æque dubitatur puerum habere vsum rationis, & non habere? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 68.

Sup. hoc supr. cursim in Ref. 21. ad lin. 5. & lege doctrinam aliarum Ref. eius primæ not. quamuis non sint pro articulo mortis.

§. 1. POst septennium completum absoluendus est puer saltem sub conditione, nisi constet non habere vsum rationis maxime in articulo mortis, quia stat pro illo iuris præsumptio de vsu rationis. Ita Zambranus *de sacram. Pœnit. cap. 4. dub. 3. num. 4.* vbi *numero* 8. asserit, quòd si æqua sit pro vtraque parte probabilitas, quia Confessarius æquè sentit puerum habere vsum rationis, & non habere, si tamẽ talis puer fateatur peccatum veniale, vel mortale, absoluendus est necessario sub conditione in articulo mortis. Ita Barth. de Medina, & multi viri docti. Probatur, quia hæc pars est tutior, cùm certum sit damnandum esse puerum si in peccato mortali discedat, in quo potest esse, licèt illud non cognoscat, & irreuerentia sacramenti tollatur conditione apposita. Ergo, &c. vide etiam Chapeauillam *de sacram. Pœnitent. quæst. 14. per totam.* Turreblancam *in pract. iuris spirit. lib. 14. cap. 6. num. 59.*

RESOL. XLVI.

An quando multis imminet periculum vitæ, vt fit in naufragio, peste, bello, &c. tunc singuli breuiter possint dicere aliqua peccata, & sic absolui?

Imo in dicto casu, an Confessarius ex Charitate, vt aliis subuenire possit, & similiter ipse pœnitens, qui viderit aliorum periculum, teneantur non perficere confessionem?

Et an in dicto casu possint simul, quando imminens periculum aliud non permitteret, ostendere dolorem, & aliqua peccata confiteri, & sic simul omnes absolui, vnica absolutione, & forma? Ex part. 2. tr. 16. & Misc 2. Ref. 41. aliàs 43.

Sup. contentis in his tribus primis §§. huius Ref. in Ref. 1. post. seq. & supra in tr. 5. Ref. 123. §. 1. verf. Tertio, & infrà in tra. 8. Resol. 38. in principio.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Nauarrus *de pœn. & rem. lib. 5. c. 13. num. 2.* sed vt verum fatear, bonus iste senex fuit non parum moribundis infensus, nam illis, etiam denegauit absolutionem per nutus, & signa.

2. Dicendum est igitur, posse confessarium in supradicto casu, pœnitentes absoluere, non audiendo omnia peccata. Ita docet Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 23. sect. 1.* Coninch *de Sacram. disp. 7. dub. 9. num. 74.* Ioan. de la Cruz *in direct. p. 2. de sacram. Pœn. q. 3. dub. 5. concl. 3.* & Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 9. dub. 33. num. 6.* vbi sic asserit: [El Confessor que confiessa, los que estan en tormenta basta, que oyga dos, ò quatro pecados à cada vno, y assi los absuelua, si no puede oyrlos enteramente. La razon es, porque puede vno callar el pecado, por el daño temporal, que se sigue a otro luego mejor podra por el peligro espiritual de los otros, que si no es assi no se pueden confessar.]

3. Sed plus addit Vasquez (attendat Lector) *in 3. p. tom. 4. q. 95. dub. 2. art. 2. num. 2.* nempe quòd in tali casu, tenetur Sacerdos ex charitate, vt alus subuenire possit; confessionem non perficere; imò si ipse non vellet, quia forsan scrupulo detineretur, aut alia de causa, pœnitens, qui videret aliorum periculum, potest non perficere confessionem, imò tenetur, & ratio est, quia teneretur aliis succurrere, nec detinere sacerdotem. Ita Vasquez.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ §. vlt.

4. Notandum est etiam, quòd quando imminens periculum, aliud non permitteret, possent omnes simul ostendere dolorem, & aliqua peccata confiteri, & sic simul omnes absolui vnica forma. Ita Coninch *vbi suprà*, & Doctores, quos citat & sequitur Fagundez *de præcepto Eccles. tract. 2. lib. 3. cap. 3. num. 11.* Restat modò respondere ad argumentum contrariæ sententiæ. Dico igitur talem confessionem esse integram formaliter, sed non materialiter.

Sup. hoc in Ref. seq & supra in Ref. 3. § 2. prope finem, & infrà in tr. 8. Ref. 38. §. 1. in fine & supra in tr. 3. Ref. 123. verf. Tertio.

RESOL. XLVII.

An cum periculum vitæ imminet, vt in naufragio, peste, bello, &c. tunc possint simul dicere aliqua peccata, & simul omnes absolui? Et an in tali casu supradicti teneantur publice, vel per interpretem confiteri, cum remedium habeant Contritionis?

Et quid, quando probabiliter dubitant se veram contritionem habere?

Et an sufficiat in dicto casu, vt omnes simul signo aliquo, v. g. vt genuflexione significent se peccasse, & & ita possint à Confessario simul absolui? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 71.

Sup. hoc in Ref. præterita, §. vlt. & in aliis eius annot. & infrà in fine huius Ref.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent aliqui apud Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. diff. c. 33. num. 6.* vbi sic ait: [Manuel Rodriguez y Nauarro tienen lo contrario desta resolucion, y dizen, que es necessario confessar enteramente los que pudiere, aunque los damas se queden por confessar. El fundamento desta opinion es, porque deue el Confessor hazer entero juyzio, loqual no podra dexar por respeto de los otros por vn principio comun, que dize: Non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona.]

2. Sed ipse ibi meritò respondet affirmatiuè, & sic docet Philippus de la Cruz *in Norte de Confessores tract. 1. §. 1.* vbi sic ait: [Ase de saber, que en ninguna ocasion hade oyr de confession à muchos juntos, ni absoluerlos, solo en vn caso, come quando ay peligro de muerte en guerra, y naufragio que entonces bien puede absoluer à muchos.] Ita ille, & Laymann *lib. 5. tract. 6. cap. 13. num. 5.* Zambranus *de sacrament. Pœnitent. cap 4. dub. 6. num. 14.* Valboa *in lect. Salmat. tom. 1. cap. omnis, &c. numero 37.* Cœlestinus *in compen. Theolog. moral. tract. 1. cap. 10. cas. 4. in fine.* Henriquez *lib. 2. de pœnit. cap. 22. numero 3.* Sotus *in 4. distinct. 18. q. 2. art. 5.* Angelus *ver. Confessio 1. num. 18.* & alij.

3. Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 4. dub. 3.* Coninch *de Sacrament. dispu. 5. dub. 10.* & alij putant in tali casu supradictos non teneri publicè confiteri, cùm remedium habeant contritionis, sed posse id facere si volunt, & tunc solùm dimidiatur confessio materialiter ex iusta causa, non autem formaliter, quia intentio illorum erat omnia confiteri si possent. Verùm an teneantur ita publicè confiteri, quando sciunt, aut dubitant probabiliter se veram contritionem habere, est dubium? Multi absolutè dicunt neminem teneri publicè, aut per interpretem confiteri, sed non loquuntur speciatim de articulo mortis, &

casu

Sup. hoc pro interprete ſupra in eta. 3. Reſ. 75 §. 2. & ſignanter §. Sed difficultas. & in Reſ. 79 §. vlt. & in Reſ. 80. §. Nota vero.

caſu præſenti, in quo de ſua contritione dubitant probabiliter, & hi ſunt Toletus *lib. 3. ſumm. cap. 6.* Sotus *in 4. diſt. 18. q. 2. art. 6.* Victoria, Valentia, Canus, & alij, quos citatos inuenies apud auctorem *Annotationum in Tolet. cap. 6. lib. 3.* & certe ambiguè in præſenti caſu loquitur Henriquez *lib. 2. de pœnit. cap. 2.* Dicendum tamen eſt in præſenti caſu, in quo quia in mortis articulo dubitat an veram habeat contritionem, teneri vel publicè, vel per interpreté ſaltè aliqua peccata minoris ſcandali confiteri propter periculum ſalutis æternæ, maius eſt enim periculum ſalutis æternæ, quàm infamiæ, & maior iactura illius, quam famæ temporalis amiſſio. & ita docet Fagundez *pr. 2. lib. 3. cap. 3. num. 11.* qui citat Suarez, Petrum Sotum, Canum, & Syluestram, quibus ego addo Granadum *de Sacram. in 3. part. contr. 7. tract. 9. diſp. 4. num. 2.* Sed ego, vt verum fatear, ſemper puto in tali caſu probabiliter dubitandum eſſe de contritione, per ea quæ ipſe *contr. 7. tract. 1. diſp. 9. ſect. 6. num. 18.* aſſerit, vt infrà dicam: ergo facienda videtur confeſſio, & ſufficeret vnum ſolum peccatum declarare, omiſſis etiam grauioribus, vt docet Hurtadus *diſput. 8. diffic. 2.* Imò plus addo, quòd ſi in particulari non poſſent ſupradicti peccatum aliquod declarare, ſufficeret vt omnes cum aliquo ſigno ſignificent ſe peccaſſe. Sed audiamus doctum Hurtadum *de ſacrament. Pœnit. diſput. 9. difficult. 10.* vbi ſic ait: In periculo mortis vt in peſte, bello, aut naufragio, quando periculum imminens aliud non permittit, poſſunt omnes ſimul ſigno aliquo, vt genuflexione, ſignificare ſe peccaſſe ſic in communi, & de eo dolere, vt continget, ſi Confeſſarius dicat, omnes qui volunt a peccatis abſolui, genuflectant, & tunc etiam poſſunt omnes ſimul abſolui à Confeſſario, dicente, Ego vos abſoluo à peccatis veſtris. Ita Hurtadus, quod eſt valdè notandum.

Sup. hoc lege doctrinam §. vlt. Reſ. prætetitæ & Reſ. & §§. eius not.

RESOL. XLVIII.

An tempore peſtis poſſit quis audire aliqua peccata, & confeſſione non finita moribundum abſoluere?

Et quid. ſi æger velit integrè confiteri? Ex part. 5. tr. 3. Reſ. 74.

Sup. contenta in hac Reſ. ſupra in Reſ. 46. in eius tribus primis §§ & infra in tr. 8. Reſ. 38. in principio, & ſupra in tr. 3. Reſ. 123. verſ. Tertio.

§. 1. NEgatiuam ſententiam mordicus ſuſtinet Philippus Marcilius *de peſte part. 3. cap. 4. numero 5. & ſeq.* vbi ex ſeptem argumentis conatur hanc ſententiam ſtabilire, adi illum, & non pigebit.

2. Non deſunt tamen doctores affirmatiuam ſententiam ſuſtinentes, licet conſulant Confeſſarios integram confeſſionem audire. Et ita docet Zambranus *de ſacr. Pœnit. c. 4. dub. 6. n. 11.* vbi ſic ait: Si quis non audeat tempore peſtis audire infectum, quia timet probabiliter ſibi periculum mortis ex infectione, audiat ſaltem non integrè, ſe accommodando opinioni iuniorum aliquotum, aſſerentium id poſſe fieri licitè, quia ſicut ſecundum omnes excuſatur pœnitens ab integritate, quando ex illa ſibi timet damnum corporis, vel rei familiaris, vel honoris, quia ſcilicet Confeſſarius ille iniuſtè pœnitenti inferret aliquod ex prædictis damnis, ſi illi integrè confiteatur, ita etiam excuſatur Confeſſarius ab audienda integra confeſſione, ex qua ſibi mortem timet. Ita ille. & poſt illum Chapeauilla *de ſacram. Pœnit. q. 26. in fine,* vbi ſic aſſerit: Quid ſi æger velit integrè confiteri? Reſpondeo, ſi Paſtor timet probabiliter periculum mortis ex infectione peſtilentis, non tenetur audire, ſed excuſatur, ſecundùm multos recentiores Doctores eruditos & pios, quorum ratio videtur eſſe, quia ſicut ſecundùm omnes excuſatur pœnitens ab integritate confeſſionis, quando ex illa ſibi timet damnum corporis, vel rei familiaris, vel honoris, quod ſcilicet Confeſſarius ipſi iniuſte inferret, ſi illi integre confiteretur; ita etiam excuſatur Confeſſarius ab audienda integra confeſſione, ex qua ſibi a confitente mortem timet. Quod noto in ſolamen Paſtorum, & eorum, qui necdum tanta charitate ardent, vt periculum vitæ corporalis pro maiori quiete ſpirituali proximi adire audeant. Hæc Chapeauilla. & ideo hanc ſententiam docet etiam Iacobus de Granado *de Sacr. in 3. part. D. Th. contr. 7. tract. 9. diſput. 5. ſect. 3. n. 10.* Laymann *lib. 3. tr. 6. c. 13. n. 4.* Coninch *de Sacram. diſp. 7. dub 9. n. 75.* Hurtadus *de ſacram. Pœnit. diſput. 9. diffic. 10.* Turrian. *de pœnit. diſput. 30. dub. 1.* Suarez *in 3. p. tom. 4. diſp. 23. ſect. 1. numero 1.* & alij. Et hæc opinio magis procederet ſi Confeſſarius audiendo alicuius moribundi integram confeſſionem, alij ſine confeſſione morerentur. Vnde Villalobos *in ſum. tom. 1. tr. 9. diffic. 33. num. 6.* ſic ait: [El Confeſſor que confieſſa los que eſtan en tormenta, baſta que oyga dos o quatro pecados, o cada vno, y aſſi los abſuelua, ſino puedo oyrlos enteramente, como dize Suarez cum mucha probabilidad, y ſe puede ſeguir. La razon es, porque vno puede callar el pecado por el daño temporal que ſe ſigue à otro, como diremos abaxo, luego mejor podra por el peligro eſpiritual de los otros, que ſi no es aſſi, no ſe pueden confeſſar.] Ita ille, cui adde Ioannem de la Cruz *in direct. conſcien. part. 2. de ſacrament. Pœnitent. q. 3. dub. 5. concluſ. 3.* vbi ſic aſſerit: Aliquando per accidens licitè dimidiatur confeſſio. Primò ſi pænitens ex defectu loquelæ, aut infirmitate vexatus, non poteſt omnia peccata confiteri. Ita Medina *in ſumma lib. 2. cap. 8.* Secundò ſi Confeſſor timet, quòd audiendo integram pœnitentis confeſſionem eius mortali morbo inficietur, aut ſi ſint multi infirmi, & ſi Confeſſor audit integram confeſſionem vnius, alij morientur ſine confeſſione. Hæc Ioannes de la Cruz.

3. Et tandem non deſinam hîc apponere verba Gabrielis Vaſquez *in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 2. dub. 1. n. 2.* vbi ſic ait: Licitum eſt aliquando integram non facere confeſſionem ex parte etiam aliorum, qui expectarent idem beneficium abſolutionis ab eodem Sacerdote, vt in bello, aut peſte, vbi videremus plurimos periclitantes hoc remedio indigere, & alios priuare illo, ſi vnius confeſſio integrè exciperetur imò in hoc caſu tenetur Sacerdos ex miſericordia, vt aliis ſubuenire poſſet, confeſſionem non perficere, imò ipſe ſi non vellet, qui forſan ſcrupulo detineretur, aut alia de cauſa pœnitens, qui videret aliorum periculum, poſſet non perficere confeſſionem, imò teneretur, quia teneretur alij ſuccurrere, nec detinere Sacerdotem; Secus verò quando Sacerdos timens adhuc infectionem periculoſam nollet relinquere confeſſionem, ſed etiam integram audire ſi enim non tantùm pœnitens non teneretur eam non perficere, ſed nec poſſet, quia quamuis Sacerdos poſſet, nec teneretur cum tanto periculo integram excipere confeſſionem, tamen poſſet etiam ſimile ſubire periculum, vt integram confeſſionem audiret, & conſolaretur ægrotum, & ita iam poſſet ægrotus integrè confiteri: quod ſi poſſet, teneretur, vt conſtat. Hucvſque Vaſquez *vbi ſuprà.*

Sup. hoc in Reſ. 1. not. præteritæ §. Sed plus.

RESOL. XLIX.

An liceat abſoluere moribundum, qui vult præbere eleemoſynam pro ſepultura in loco magis honorifico? Ex part. 5. tr. 3. Reſ. 102.

§. 1. Negatiuam

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1 Res. 12°. § Ad confirmationem ad medium, & in tom. 5. tr. 7. Res. 57. & signanter in tom. 6. tra. 7. Res. 65. §. Et ideo ad medium,

§. 1. NEgatiuam sententiam docuit inclytus Iurisconsultus Valboa de Magrouejo *in Prælect. Salmancen. tom. 2. cap. 4 de mutatu, num. 69.* vbi sic ait: Infertur tutum non esse à simoniæ labe pro loco magis honorifico sepulturæ pretium accipere, v.g. intra Ecclesiam, & non in cœmeterio, vt aduertit Antonius *2. part. tit. 1. §. 22.* Syluest. *ver. simonia, quæst. 15.* Ratio est manifesta, nam ibi tota ratio pretij est loci sanctitas, vel respectus ad maiorem sanctitatem: fateor tamen aliquos Theologos dixisse talem venditionem licitam esse, quasi ibi solùm quidam humanus honor vendatur in hominum apprehensione solùm consistens: hanc tamen opinionem non admitto. Nam licèt motiuum ementis sit honor ille humanus, id tamen, quod venditur, sanctum est, & honor ille annectitur spirituali, sicut etiam honor humanus est quid annexum dignitati Ecclesiasticæ, & sicut in hoc casu committeretur simonia, similiter & in illo; nam huiusmodi maior honor humanus non ex alio prouenit, quam ex maiori loci sanctitate: ergo ea ratione locum vendere erit simonia, certissimum tamen erit sub Ecclesiæ prohibitione contineri. Sic ille. Sed his non obstantibus absoluat Confessarius moribundum in casu supradicto, per ea quæ ego docui *in part. 1. tract. 1. Miscell. resol. 57.* & me citato, adducit Barbosa *de officio Parochi, cap. 16. num. 16. & seq.*

RESOL. L.

An sit absoluendus moribundus, qui vult mutare testamentum, quod in vita fecit cum iuramento? Ex part. 5. tr. 3. Res. 122.

Quoad hoc late in tom. 6. tr. 8 Res. 101. & 102. & ex illarũ doctrina facile terminabis hanc quæst.

§. 1. AFfirmatiuè videtur respondendum, ex doctrina Gomez *in l. 3. Tauri, num. 99.* Bart. & aliorum, quia iuramentum contra bonos mores non obligat, vt habetur *in reg. 6.* Sed testamentum iuratum est contra bonos mores, quia præbet hæredibus occasionem desiderandi mortem testatoris. Item, quia pactum, quo aliquis dicit: Instituo te hæredem, & nisi præstitero, spondeo tibi tantam pecuniam, est iniquum, estque non obseruandum, quia est contra libertatem naturalẽ testandi. *l. stipulat. o hoc modo, ff. de ve. b. oblig.* sed idem fit per testamentum iuratum, ergo.

2. Sed his non obstantibus, dico primò, quòd malè dispositum, & continens aliquid contra leges iustas, etiamsi iuramentum confirmatum sit, reuocandum est. Ratio, quia iuramentum in re illicita non obligat, hinc dici solet iuramentum non debere esse vinculum iniquitatis.

3. Dico secundò, quòd testamentum bene dispositum, & ex omni parte perfectum, ita vt nulla possit de nouo occurrere iusta causa mutandi, si iuratum est, & à testatore reuocetur, erit de facto reuocatum & posterius in vtroque foro valebit; peccabit tamen grauiter reuocans, & erit periurus.

4. Dico tertiò, quòd testamentum bene dispositum, sed tamen imperfectum, id est in quo non est benè omnibus futuris euentibus præuisum, si sit iuratum, & nulla de nouo iusta causa subsit illud mutandi, & à testatore reuocetur, reuocatio valebit, & reuocans erit periurus: si autem iusta causa subsit, licitum erit absque vllo peccato illud reuocare.

5. Prima pars patet ex secunda conclusione. Altera probatur, quia qui condit testamentum imperfectum, & illud iurat, vel ita iurat, vel statuat non mutare illud etiamsi iusta causa se postea offerat, vel statuit non seruare illud, quando noua causa se offert, quæ secundùm rectam rationem exigat aliquam mutationem, si primum, iuramentum fuit iniquum, & non obseruandum. Si secundum, testator prudenter retinuit facultatem mutandi testamentum oblata iusta causa, quod cum laude præstat adueniente tali causa, & hæc omnia docet Becanus *in sum. part. 2. tom. 3. cap. 7. quæst. 8. per totam.* Ex quibus conclusionibus Confessarius videbit, quando moribundus peccet, vel non peccet mutando testamentum iuratum. Vide etiam Lessium *lib. 2. cap. 19. dub. 8.* Villalobos *in sum. tom. 2. tract. 5. diffic. 22. num. 7.* & Malderum *in 2. 2. tr. 5. cap. 11. dub. 10.* & Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 4. cap. 1. dub. 17. num. 5.*

RESOL. LI.

An infirmus debeat statim ante mortem restituere pecuniam, & famam ablatam, alias non possit absolui? Ex part. 5. tr. 3. Res. 104.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Villalobos *in summa tom. 2. tract. 3. diffic. 27. num. 3.* [Aduiertan que si tienen deudas, las paguen luego, aunque vendan algunas alhajas, si lo pueden hazer sin gran detrimento de su casa. Lo vno, porque la restitucion obliga luego, como se dixo arriua, pudiendose hazer. Lo otro, porque lo que el testador no quiere hazer importandole tanto, por ventura no lo querra hazer el heredero, que ay muy poco que fiar el dia de oy.] Ita ille. Cui adde nostrum Leonem *de officio Confess. recollect. 16. num. 103.* vbi sic asserit. Infirmo potente commodè restituere non sufficit, vt ipse possit absolui, quòd demandauit hæredibus restitutionem. Ratio est quia iste habet voluntatem conditionalem, si moriatur, restituendi, aliàs non vult restituere, ergo indispositus. Probat etiam Gutierez experientia, quia videmus quotidie hæreditatem aliis obuenisse, quàm iis, quibus relicta fuit à testatore, & moueri lites, ita vt restitutio non possit fieri ab hæredibus: & dato quòd docti hæredes obtineant hæreditatẽ, etiam non curant dictas restitutiones facere. Vnde quotidie videmus patres in articulo mortis relinquere filiis, vt faciant restitutiones sibi demandatas ab eorum antecessoribus, & isti nepotibus. Hucvsque Pater Leo, qui citat Guttierez, Azorium, Reginaldum & Sayrum.

2. Vnde apparet rectè reijciendam esse opinionem Ioannis Baptistæ Poza *in tract. bene moriendi in Præmio mandam. 8. post §. 6.* vbi sic asserit [: Porque ordinariamente acontece à los infermos, que infamaroo o injusta, o falsamente atestiguaron en delitos infames, o qualidad de linages, que antes se dexaràn condenar para siempre, que desdezirse, y reparar el ageno honor, deuense les proponer los tormentos, y infamia mayor, a que para siempre se obligan, y juntamente se les facilita à esta satisfacion, diciendoles que por lo menos satishagan al honor quitado por escrito autentico, y secreto, dexandole al Confessor, o otra persona de confiança para que le escriua à la parte interessada despues de auer muerto de la presente enfermedad. Porque estando ya fuera de la Republica de los viuos, no se auergueneera de los dichos de los hombres, ni tendrà empacho de la region de los viuos desto rumores, y fama, què tan presto se oluidan, y deshacen.] Hæc ille. Sed, vt dixi, hæc opinio non est admittenda, quia restitutio famæ ex communi Doctorum opinione statim est facienda; ergo qui illam sine iusta causa vult differre est in statu peccati mortalis, nec potest absolui, & infirmus, qui post mortem vult famam à Confessario nomine sun restituendã, signum est non esse benè dispositum, quia non vult satisfacere præ-

cepto

præcepto restitutionis famæ, restituendo statim ac habet commoditatem.

RESOL. LII.

An lethaliter vulneratus; vel aliàs moribundus teneatur remittere inimico actionem iniuriarum, vulgo dicimus farci la remisione, *nec aliter possit absolui?*
Et quid, si læsus fuit primus, & iniustus aggressor, vel inuentus est cum vxore, &c? Ex part. 5. tract. 3. Res. 103.

Sup. doctrina contraria in hoc § lege in tom. 6. tr. 1. Res. 114.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Emanuel Sà *ver. iniuria, n. 1.* Bañes & Aragon *in 2. 2. quæst. 25. art. 9.* Saynis *in Claui Regia, lib. 11. cap. 8. n. 11.* & alij, per ea quæ adducit Lessius *lib. 2. cap. 27. dub. 4. n. 24. & seq.* Vnde Iacobus Mancinus *in practica visitandi infirmos, pract. 7. dub. 5. n. 7.* sic asserit. Quapropter non bene agunt aliqui Confessarij pœnitentes scrupulis afficientes, dum dicunt illos non posse saluari, nisi etiam coram iudice actiones iniuriarum remittant, cùm hoc liquidè falsum sit, vt patet. Sed notandum quòd quando læsus causam lædenti dedit, v.g. si læsus fuit primus, & iniustus aggressor, & ille ad se defendendum percussit, vel quia læsus inuentus fuit cum vxore, vel consanguinea lædentis, & similia, tunc læsum remissionem coram iudice in conscientia facere debere assero: & ratio est, quia lædens iustè se defendit, & non sibi damni causa imputari debet, sed aggressori danti operam rei illicitæ, iuxta illud: Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. Hæc omnia Mancinus.

2. Verùm licèt hæc omnia in rigore sint vera, non desinam tamen apponere hic verba Henrici Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 3. difficult. 6. num. 11.* vbi sic ait: [Nadie està obligado à perdonar al enemigo la satisfacion, aunque le pida perdon, assi lo tiene vna glosa. Syluestro, Bañes, Aragon, y la comun, la razon, es, porque si yo puedo en juyzio pedir à mi amigo, que me pague lo que me deue, tambien podre hazer lo mismo con el enemigo, pidiendo la satisfacion, y assi lo haze Dios, que aunque nos perdona la culpa en el Sagramento de la Penitencia pide satisfacion, o en este mundo, o en el Purgatorio. Bien es verdad, que seria muy loable perdonar del todo al enemigo, que pide perdon y aun acontece muchas vezes que como la persona, y la obra andan tan juntas, piensa vn hombre, que aborrece la obra del enemigo, y la persona, como dize Aragon: y dize muy bien Bañes acerca desto, que es muy difficultoso, y casi no ocurre moralmente hablando, que vno no quisiera perdonar la pena del cortar la mano, o cabeça al enemigo, y que no le tenga odio y assi este tal no es creyble, que està en bueno estado, saluo si sucediesse caso que la familia del ofendido quedasse infamada, si no le cortassen la mano, o le hiziessen desdezir, que entonces bien podria perirse sin odio.] Hæc ille. Sed, vt dixi, absolutè & in rigore loquendo, offensus tenetur, nec aliter potest absolui, remittere odium, & rancorem contra inimicum, & signa externa rancoris, non autem remissionem iniuriarum; conentur tamen Confessarij, si cum auxilio Dei possunt hoc etiam efficere.

RESOL. LIII.

Quidam in platea recepit vulnus lethale, si Confessarius illum audit, non potest mederi, si medetur, non

potest confiteri; quid ergo est faciendum, vt Confessarius possit illum absoluere?
Et obseruatur, quod si euenit infirmum dedisse signa contritionis, & doloris, nullus tamen id testatur, non ob id poterit Confessarius eum absoluere sub conditione, dicendo te absoluo, *si forte signa præstitisti.* Ex part. 5. tr. 3. Res. 56.

§. 1. CAsus potest frequenter accidere, & est curiosus; Ego verò, quicquid in contrarium asserat Possleuinus *in officio Curati, cap. 7. n. 80.* vnum saltem peccatum secretè audirem, & statim illum absoluerem, vt Medici postea vulnerato mederentur, & postquam medicamenta applicata fuissent, integram confessionem audirem, & illum denuò absoluerem. Sed quid faciendum, si Medici nollent à medicamentis desistere, & interim periculum est, vt vulneratus moriatur? Sufficit, asserunt aliqui, vt alta voce dicat se peccatorem esse, & tunc potest Confessarius illum absoluere, & ita docet Sanchez *in select. edit. Lugdun. disp. 44. num. 35.* vbi sic ait: Si in specie possit dicere aliquod peccatum, tamen assistentes infirmo recedere non valeant, quia videlicet vulneri inflicto medentur, sat erit infirmo dicere se peccatorem esse vt absolui possit, cùm constrictus neutiquam sit coram aliis peccata sua, etsi leuia, manifestare, Ita Sanchez.

Sup. hoc supra in tr. 3. Res. 63. § vlt. & in Res. 123. vers. Secundò. & lege etiam ibi doctrinam Res. 124.

2. Neque desinam hîc apponere praxim, quam pro hoc casu & similibus affert Mancinus in practica visitandi infirmos *pract. 4. dub 16.* vbi sic asserit: Quid faciendum, quando Confessarius accedit ad audiendam confessionem alicuius, qui non potest solus relinqui, nisi adiuuetur à circumstantibus, vt sunt recenter vulnerati, vel mulieres parturientes, & periculum est in mora? Respondeo quòd relinquat solùm personas necessarias ad hoc, atque potiùs viros, quàm mulieres, quos moneat, vt aures claudant, oculósque auertant à facie confitentis, & Confessarij, & sic omni meliori via illum interroget, & audiat, quandoque per signa sufficientia peccata accipiat, & absoluat, monendo etiam adstantes teneri sub peccato mortali secretum seruare, si aliquid obiter audierint. Sic ille. Sed hæc non satis viris doctis placent.

3. Obseruat tamen Sancius *vbi suprà*, quòd si eueniat infirmum signa dedisse doloris, nullus tamen id detestetur, non ob id poterit Confessarius eum absoluere sub conditione, dicendo, Te absoluo, si fortè signa præstitisti; quia confessio debet fieri Confessario per pœnitentem, vel interpretem, vt possit ipse absolutionem præstare. In illo autem euentu non fuit facta confessio, nec coram Confessario, nec coram interprete, qui certiorem reddat Confessarium de confessione. Nec opus erit interpretem in præsentia infirmi testificari de signis doloris. Cùm enim interpres coram Confessario comparet, confessio fit in præsentia Sacerdotis. Nec infirmo, qui in re signa doloris exhibuit, & aliquis testetur mendaciter se signa vidisse, proderit absolutio exhibita à Sacerdote. Non enim fit per Sacramentum per interpretem falsum formaliter, quamuis materialiter dicat verum; sicut enim proprius pœnitens si mentiretur formaliter, licèt materialiter verùm assereret, sacrilegium committeret, confessionem irritans; pariter interpres, qui loco pœnitentis penitus subrogatur. Sed de his difficultatibus vide meipsum *in 3. part. tract. 3.* in quo omnes casus enumero in quibus impertienda sit moribundo non valenti confiteri absolutio, quos postea recenset, & sequitur, me citato, Cælestinus *in Compendio Theologiæ moral. tr. 1. c. 25. per totum.* & Peyrinus *in Formulario Prælatorum lit. A. cap. 7. num. 7.*

Sup hoc inst. in Res. 61. §. Sed si. & latè in Res. 63. 64. & 65. & in tom 4. tr. 3. Res. 125. §. Ita.

Omnes istos casus inuenies in hoc ipsomet tract. à Res. seq.

RESOL. LIV.

De absolutione Sacramentali largienda moribundo. Ex part.3.tr.5.

Prologus ante Resolutionem primam dicti Tractatus.

§. 1. Difficilis est in praxi sæpiùs occurrens illa quæstio; ideo pro eius explicatione exacta quinque casus considero. Primò, quando moribundus nequit loqui, sed præsente Sacerdote nutibus absolutionem ab illo quærit. Secundò, quando præsente eodem Sacerdote, signa tantùm exhibet contritionis, v. g. percutiendo pectus, leuando oculos ad cœlum cum suspiriis, &c. Tertiò, quando absente Sacerdote quærit voce, vel nutibus confessionem, vel exhibet tantùm signa contritionis, & illo adueniente astantes testantur de hoc. Quartò, quando testis absens ab infirmo, vt v.g. ante domum in platea, supradicta signa, & petitionem confessionis Confessario manifestat; & tandem, Quintò, quando infirmus sensibus destitutus, nihil petiit, vel nutibus significauit, sed Sacerdos inuenit eum morti proximum: de his igitur casibus seorsim ad maiorem difficultatis elucidationem agemus; ideo quæro primò.

RESOL. LV.

An sit danda absolutio ei, qui nutibus tantum quærit à Confessario absolutionem?

Et an moribundus, qui non valet nisi per signa contritionis sua peccata confiteri, lucretur Iubilæum, quia hæc est vera confessio Sacramentalis? Ex part. 3.tr.3.Res.1.

Sup. prima diffic. huius tituli latè in tom. 4 tr. 3. Res. 155. à principio vsque ad §. vlt. & signanter à lin. 3. & lege etiam hic supra doctrinā Res. 17. §. Idē à lin 2. & Res. 19. §. Aliquis, & in tom. 5. tr. 1. Res. 3. recitanter in eius §. Quarto possei. & vide Res. not. seq.

§. 1. Negatiuè respondent ferè omnes Thomistæ recentiores, viri quidem docti, vt Sotus *in dist.18.q.2.art.6.ad* 1. Canus *relect. de pœn.part.*1. *§. at inhærendo.* Lopez *in instruct.p.* 1. *c.* 18. Conradus *in respons.cas.conse.p.*1.*q.*10. Medina *in sum.part.* 1.*cap.*8. *&* 19. *reg.*6. Nugnus, Aluarez, Coquetius, Auila *vbi infrà in resol.* 3. hanc sententiam docent etiam Graffius *part.*1. *lib.*1. *cap.* 36. *n.*16. Pedraza *in sum. cap.*7. Angles *in* 4. *p.*1. *de Confessione, art.*1. *diffic.* 10. Abulensis *in Matth.q.*79 Nauarrus *in man.c.*26.*n* 17. cum aliis. Et ratio est primò, quia per talem confessionem non datur notitia Confessori, quam antea non haberet; & ideo colligit Tridentinum *sess.*14. *c.*5. confessionem in genere non sufficere. Secundò, quia per illam confessionem nihil proponitur absoluendum, cùm actiones debeant esse circa particularia; & cùm confessio sit actus iudicialis, debet ex consequenti versari circa aliquod particulare. Tertiò, quia vel remittuntur omnia peccata directè, & hoc non; quia cùm non fiat confessio omnium, non possunt remitti directè; illa enim hoc modo remittuntur, quæ clauibus subiiciuntur; vel solùm directè peccatum in communi, & hoc non potest, quia peccatum in communi non est remissibile. Quartò, non sufficit voluntas confitendi absque actuali confessione, vt quis à peccatis absoluatur; sicut non sufficit voluntas habendi verum dolorem, sed requiritur vt re vera detur ipsa confessio, & actualis dolor. Sed in casu proposito solùm datur voluntas confitendi, vt patet. Ergo non erit adhibenda absolutio.

Sup. hoc magis latè supra in Res. 17. & lege etiam infra in tr. 7. doctrinam Res 4. à principio.

2. At his non obstantibus contrariam sententiam tenendam esse puto; quam tuentur Regius *in resol. cas.*39. *n.*4 Alphonsus de Leone *in tr. de officio & potest.confess.tom.*1. *recollect.*6 *num.* 121. Pharaonius *de sacram.Pænit.tr.* 1. *sess.* 16. *cas.* 15. Thomas à Iesu *in Tribun.consc. c.*51. §.10. Ragucius *in Lucerna Paroch.tit.de absolut.q.*97. Ytibarne *in* 4. *tom.*2. *dist.* 18. *quæst. vnic. disp.* 16. *sect.* 5. *concl. vlt.* Corduba *lib.*5. *de Indulg.q.*39. Suarez *tom.*4.*disp.*23.*sect.*1.*n.*5. Salas *in p.*2. *tr.*8. *disp.vnica, sect.*5. *num.*56. Turrianus *de pænit.q.*9. *art.*2. *disp.*30. *dub.* 1. Megala *in* 1.*p.lib.*1. *cap.* 31.*n.*8. Pitigianus *in* 4. *sent. tom.* 2. *dist.*17. *q. vnica, art.*8. *concl.*4. Ruardus *tom.*1. *contra Lutherum, art.*5. *post initium.* Henriquez *lib.*6. *cap.* 10. *n.* 7. Coninch *de Sacram.disp.*7. *dub.*10. *n.* 16. Reginaldus *de prudent.confess.cap.*21. *part.*2.*n.*91. Fernandez *in instruct. docum.* 4. *num.* 32. & à fortiori omnes Doctores citandi *in quarta resolutione pro secunda opinione.* Quæ hic est infr. Res. 51

3. Et ratio est, quia ex Christi institutione confessio sacramentalis debet esse integra, & tamen necessitas facere potest, vt confessio mutilata sufficiens sit ad obtinendam sacramentalem absolutionem; igitur necessitatem similiter facere posse dicendum est, vt ad eamdem obtinendam sufficiat confessionem fieri in genere de propriis peccatis, quando ad speciem, & numerum descendi non potest. Et confirmatur, quia si quis recordetur se peccasse mortaliter, & oblitus est cuius speciei fuerit illud peccatum, potest, & debet confiteri se peccatum mortale admisisse, cuius nequit in particulari meminisse; igitur in casu proposito pœnitens dat veram materiam; scilicet, veram sui ipsius accusationem, cum ostensione doloris, quantum hic, & nunc dare potest, ex qua Sacerdos in hoc foro cognoscit pœnitentem peccasse, & eum de hoc dolere, & consequenter cognoscit statum pœnitentis, quantum hic, & nunc cognosci potest; quæ omnia absolutè sufficiunt, vt sacramentaliter absolui possit; nam Deus à nobis non requirit aliam confessionem, quàm quæ nobis hic & nunc possibilis est, & ideo hanc sententiam determinant Canones, & Rituale Romanum Pauli V. iussu editum, vt in sequenti resolutione videbimus.

4. Restat modò respondere ad argumenta superiùs adducta. Itaque ad primum dico in casu proposito dari notitiam sacramentalem imperfectam quidem, & quæ nulla æstimaretur, si voluntariè omitteretur, quomodo loquutum est Concilium Tridentinum, sed quia aliter fieri non potest, satis est. Ad secundum proponitur absoluenda offensio diuina, vt talis est, & materia proxima est confessio illa particularis, & effectus absolutionis versatur circa personam particularem. Ad tertium, remittitur directè offensio diuina, indirectè singula peccata secundùm proprias species, quæ remanent subiicienda clauibus, quod etiam dicendum est in casu obliuionis speciei peccati. Et tandem ad quartum respondeo, hîc non dari voluntatem confitendi solùm, sed, vt dictum est, datur materia certa peccatorum, saltem in communi, fundata in voluntate; quam pœnitens manifestauit Confessario confessionem, & absolutionem nutibus postulando. Sed pro coronide huius resolutionis, notandum est hîc obiter, & curiosè, moribundum, qui non valet, nisi per signa contritionis, sua peccata confiteri, lucrari Iubilæum, quia hæc est vera confessio sacramentalis, & ita aduersùs Graffium *in appen.lib.*2. *c.*1.*n.*11. docet nouissimè Bartholomæus à sancto Fausto *in tract. de Iubilæo, lib.* 4. *q.*4 Verùm ad explicationem secundi casus deueniamus.

RESOL. LVI.

An moribundus, qui non audit, neque loqui potest, sed tantum pectus suum pulsat, suspirans in cælum oculos tollit, vel respicit aliquam imaginem; hoc vidente Sacerdote, vel aliis testificantibus, sit absoluendus?

Et an sit absoluendus Sacerdos, qui inchoata Missa, &

si

si corpore prius sanus, voce amissa, cadens ad interitum nereт?

Et quid est dicendum de illo, qui significans se cupere confiteri, & ideo ad genua Sacerdotis accedens, subito apoplexia tangitur, antequam illud verbum proferat, an talis sit absoluendus? Ex part. 3 tr. 3. Res. 2.

Sup. hoc cursim infrà in Res. 65. §. 1. ante medium, & in tom. 4. tr. 3. Res. 155. à principio vsque ad §. vlt.

§. 1. RЕspondet negatiuè Megala *in 1. p. lib. 1. c. 11. n. 8.* Thomas à Iesu *in Tribunali conscient. c. 2. §. 10. in fine.* Ioannes Franciscus Suarez *in enchiridio casuum conscientiæ, lib. 5. verb. Confessor, fol. 356. §. petens Confessarium.* Bonacina *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 4. num. 6.* & Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 23. sect. 1. n. 11.* vbi docent, moribundo in tali casu non sat esse adhibere signa contritionis; sed necessarium esse illa adhibere in ordine ad claues, petendo confessionem, seu vocando Sacerdotem, saltem signo, vel nutibus; quod non accidit in casu proposito. Ergo, &c.

2. Sed his non obstantibus, affirmatiuam sententiam tenent Zambranus *de cas. tempore mortis, cap. 4. dub. 2. sect. 4.* Pharaoinus *de sacram. Pœnit. tract. 1. sess. 16. cas. 15.* & Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 8. n. 4.* eo quòd signa pœnitentiæ, quæ præsente mortis periculo ab infirmis eduntur, censeri debeant ad sacramentalem absolutionem directa, cùm in tali statu optimum suæ animæ remedium desiderare soleant. Quapropter, licet infirmus in phrenesim lapsus absolui non possit, etiamsi cum sanus esset, & nihil de mortis periculo cogitaret, pectus secundùm morem pulsaret, aut sublatis oculis in cœlum dixerit, *Miserere mei Deus*; tamen si talia signa edidit morti vicinus, cùm plura verba proferre non possit, præsumptio plerumque fieri potest, quòd sacramentalem absolutionem a Sacerdote petierit. Ita Layman.

3. Et ante illum, hanc sententiam docuerat etiam Ioannes Chapeauilla *tract. de Sacramentis ministrandis tempore pestis, c. 3. q. 11.* & quia Codex rarus est, ponam eius verba. Quærit igitur, an Parochi teneantur absoluere infirmos signa contritionis ostendentes? & respondet, teneri absoluere sub conditione; quia (ait ille) in casu extremæ necessitatis in quo versantur, non requiritur expressa, sed sufficit tacita petitio confessionis. Et probatur primò, auctoritate D. Augustini *Ser. 44.* Tunditur, inquit, pectus, vt arguatur quod latet in pectore, vt euidenti pulsu occultum castigetur peccatum; reddit enim rationem, quare qui audiunt *Confiteor*, tundunt pectus, scilicet, vt manifestent peccatum, & sic illud castigent. At huiusmodi manifestatio peccati est confessio saltem tacita ad eius remissionem; ergo in illis signis reperitur cōfessio. Secundò, signa contritionis manifestant contritionem de peccato, quia aliter nō essent eius signa. Ergo manifestant peccatum, vt remittatur, contritio enim est animi dolor, ac detestatio de peccato commisso. Tertiò, quia in illo articulo signa illa fieri non solent, nisi ad manifestationem peccatorum, quæ pungunt conscientiam, & quorum remedium quæritur medicina pœnitentiæ; vult enim existens in illa necessitate declarare signis illis contritionis, quòd non potest voce, qua libenter si posset confessionem peteret; nam videmus etiam maximos peccatores, si vel vnicum verbum proferre possint, ardentissimè illo tempore efflagitare confessionem.

4. Nec valet dicere, quòd in illis signis contritionis sit inclusa aliqua peccatorum confessio, sed non illa quæ fit Sacerdoti, quæ sola est sacramentalis. Respondeo, etiam Sacerdoti faciendam contineri. Qui enim petit absolutionem verbis expressis, vel signis contritionis, non petit illam à laico, sed ab Ecclesia, & eius ministro, qui habent potestatem absoluendi peccata, atque adeò à Sacerdote, & ita idem est petere confessionem, vel absolutionem, verbis vel signis contritionis, ac dicere, Aliquis Sacerdos absoluat me à peccatis, quæ his verbis, vel signis contritionis manifesto in genere, meliori modo quo nunc possum. Hæc omnia Chapeauilla, quæ pij Confessarij in mente teneant, & illa in praxim, me consulente, & impellente deducant, absoluendo supradictos infirmos sub conditione.

5. Notandum est tamen hîc obiter ex supradictis, Sacerdotem, qui sano corpore nihil de mortis periculo suspicans Missam inchoasset, & in fine introitus decidisset mortuus, non posse à peccatis absolui, licèt generalem confessionem fecisset ad Deum coram ministro, & Ecclesia; quia illa confessio non fuit sacramentalis, neque directa ad accipiendam absolutionē in foro pœnitentiæ. Ita Layman *vbi supra.* Contrarium tamen dicendum est de illo, qui significans se cupere confiteri, ideoque ad genua Sacerdotis accedens, subitò apoplexia tangitur antequam aliud verbum proferat; talem enim instante mortis periculo absoluendum esse non dubito; quia in ordine ad confessionem sacramentalem dedit generalia signa, quibus ostendit se peccasse, & de eo dolere. Ita Coninch. *in confessione pro absolutione moribundi, n. 16.* quidquid dicat Coqnetius *in dissertat. de absolutione per literas, cap. 7. n. 21.* — Sup. hoc infr. in Res. 64. § vlt ad medium, & in Res. 65. §. Pellizzarius.

RESOL. LVII.

An sit absoluendus moribundus, si exhibeat supradicta signa, sed dubitatur, an sint orta ex contritione, vel ex angustia mortis? Ex part. 3. tr. 3. Res. 3.

§. 1. RЕspondeo affirmatiuè cum Sancio *in selectis disp. 44. n. 35. in fine,* vbi sic ait: Sub conditione impertienda erit absolutio; quando ambiguitas intercedet, num signa sint ex dolore orta, vel ex angore, & angustia mortis, cùm prodesse possit infirmo, & non obesse Sacramento; vitatur namque sacrilegij periculum conditione apposita, sic ille: & ita etiam docet Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 8. n. 4.* vbi hoc pacto asserit: Si consideratis circumstantiis, & examinatis his, coram quibus talia signa edita sunt, res dubia esse videatur; absolutio tamen conferri poterit sub conditione, si talis materia confessionis sufficiens sit ad absolutionis ministrationē. — Sup. hoc infr. in Res. 65. §. Auersa, cursim ante medium, vers. Sic quando. & cum eodem Sancio tantū hic citato in tom. 8. tr. 1. Res. 3. §. Imo, breuiter in fine.

RESOL. LVIII.

An Confessarius possit absoluere moribundum, qui in eius absentia confessionem petiit, vel signa pœnitentiæ fecit, aliquo hoc testante?

Idem infertur de petente Baptismum, & Extremam-Vnctionem, si post petitionem amisit loquelam. Ex part. 3. tr. 3. Res. 4.

§. 1. NЕgatiuè respondent à fortiori Doctores citati *in resol. 1. in principio,* & nouissimè docent hanc sententiam Petrus Fay *de sacram. Pœnit. in addit. ad 3. part. D. Thomæ, q. 9. art. 3. disp. 3. ad 9. argum.* Franciscus Coquetius *dissertat. de confessione per literas, c. 7. n. 21.* Didacus Aluarez *in part. 2. D. Thomæ. q. 19. art. 6. disp. 80. per totam.* Lauorius *tract. de indulgen. part. 2. cap. 10. n. 130.* & hanc sententiam ex Theologis Societatis Iesu, tenet nouissimè Turrianus *de pœnit. q. 9. art. 1. disp. 32. dub. 4.* & ex nostra Religione Alphonsus de Leone *tract. de officio, & potest. Confessar. tom. 1. recollect. 6. n. 123.* — Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Res 3. à lin. 5. & Res. citata in lin. 2. huius textus hic est supra Res. 55. & supra in tr. 3. Res. 74 signanter inter medium & finem § 1. vers. vide Aluarez. & in tom. 4. tr. 3. Res. 155. à lin. 1. & lege eam vsque ad §. vlt.

2. Probatur primò, quia confessio facta Sacerdoti, & accusatio propria propriorum peccatorum, est materia essentialis, & proxima sacramenti Pœniten

Pœnitentiæ; sed in nostro casu moribundus cùm vocauit Sacerdotem, vel signa contritionis effecit, nullam dedit materiam Confessario, (quia erat absens,)quamuis adstantibus dederit Ergo absoluendus non est ex defectu materiæ,& Sacerdotis. Confirmatur, quia, vt infra videbitur, Clemens VIII. damnauit confessionem factam absente Sacerdote, sed talis est confessio de qua loquimur. Ergo, &c.

3. Secundò, Canones qui contra hanc sententiam adducuntur, intelligendi sunt, vt vult glossa *in c. 8. caus. 26. q. 6.* de absolutione a censuris, quæ dari potest etiam inuitis; non verò de absolutione sacramentali confessionis, de qua loquimur.

Sup. hoc in tom 5. tr. 1. Itẽ in Ref. 189. & in Ref. eius not.

4. Tertiò, Rituale, seu Manuale Romanum, quod adducitur, est à Doctore confectum, & illius auctoritatem non excedit, neque consensus Pontificis, aut iussio, qua conscriptum fuit, & euulgatum, confert aliqood pondus rebus, quæ in eo præscribuntur, quia non præcessit serium, aut sufficiens Theologorum examen.

Pro conf. 10 in hoc § Tertio Rituale. infrà in § Ad tertium, huius Ref. &c.

5. Quartò, ad litteras Bellarmini, & Episcopi Armacani asserentium mentem Clement. VIII. dicendum est de illis authentice non constare, & si constar authenticè, dicunt Pontificem respondisse vt priuatum Doctorem: & sic in casu alio ad quandam Pontificiam responsionem, respondet Henriquez *lib. 14. cap. 3. num. 4 in glossa littera P.* Suarez *tom. 3. quæst. 66. art. 6. disp. 21. sect.* 3. Valentia *tom. 4. disp. 4. quæst. 1. punct.* 3. Sotus *in 4. sen. dist. 3. quæst. vnica, art. 6.* Canus *de locis Theolog. lib. 6. cap.* 8. Catharinus *contra Caietanum lib. 5. c. 3.* Vega *in Concil. Trident. lib. 9. c. 4. & 5.* Bellarminus *tom. 1. de Romano Pontif. lib. 4. cap. 12.* & alij. Et hæc sunt præcipua argumenta, quæ pro eorum firmanda sententia, adducunt Coquetius, Fay, & alij *vbi supra.*

Sup. hoc infr. in Ref. 62. & lege eam per totam, vt magis clarescat doctrina huius §. & Ref.

6. Sed ego prorsus aduersùs illos affirmatiuam sententiam tenendam esse puto; quam nobiscum tenet Angelicus Doctor D. Thomas *opusc. 65. §. de extrema vnct.* vbi *sub fine*, ita ait. Si autem infirmus, qui petit vnctionem, amisit notitiam, vel loquelam, antequam Sacerdos adueniat, quia in tali casu (quo scilicet aut Baptismum, aut absolutionem simili ratione petiisset, iuxta dicenda à nobis) debet etiam baptizari, & à peccatis absolui. Ita ille; & nescio quomodo clariùs nostram sententiam docere potuisset; aut qua ratione eius verba in alium sensum, vel apparenter detorqueri possent. Idem etiam docet ex discipulis D. Thomæ doctus Pater Ioan. de la Cruz *in directorio conscientiæ, part. 1. de sacrament. Pœnit. quæst. 3. dub. 8. conclus. 2.* & hæc opinio est communis in schola Patrum Societatis Iesu, & illam tenent Maldonatus *in summula casuum conscientiæ, quæst. 19. art. 14.* Vasquez *in 3. p. tom 4. quæst. 91. artic. 2. dub. 1. num. 4. & 5. & in part. 2. disp. 62. cap. 5. n. 40.* Suarez *tom. 4. disp. 23. sect. 1. §. de eo qui confessionem petit.* Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst. 11. punct* 1. Coninch *de Sacram. disp. 7. dub. 10. num. 99.* Reginaldus *in praxi tom. 1. lib. 8. & p. 3. n. 18.* Fillincius *tom. 1. tract. 7. cap. 5. n. 122.* Fagundez *præcept. 2. lib. 3. c. 1. num. 16.* Toletus *lib 1. cap. 8. num. 2.* Becanus *de Sacram. cap. 36. q. 1. num. 1.* Fernandez *in instruct. Sacerd. docum 4. n. 32.* Emanuel Sà *ver. absolutio, n. 10.* Henriquez *lib. 5. cap. 2. n. 7. & lib. 6. c. 30. n. 7.* Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. cap. 8. n. 4.* & alij. Idem docent ex nostra Religione Naldus *in summa, ver. infirmus, n. 8.* Megala *in 1. part. lib. 1. cap. 11. n. 8.* Molfesius *in summ. tom. 1. tract. 7. cap. 5. n. 4.* & alij. Et tandem præter citatos Doctores, docent etiam hanc sententiam Pontius *de matrim. lib. 4. cap. 25. n. 8.* Thomas à Iesu *in Tribunali conscient. cap. 11. §. 10.* Chapeauilla *tract. de Sacram. tempore pestis, cap. 3. quæst. 30.* Zambranus *de cas. tempor. mort. cap. 4. dub. 2. per totum.* Pharaonius *de sacram. Pœn. tract. 1. sess. 16. cas. 16.* Corduba *in quæstionario lib. 3. quæst. 39.* Medina *tract. 2. de confessione, quæst. 39.* Pitigianus *in 4. sent. tom. 2. disp. 17. quæst. vnica, art. 8. concl. 4. & 5.* Syluius *in addit. ad 3. p. D. Thomæ, quæst. 9. art. 2. quæritur 4. cas. 2.* Montesinus *in p. 1. D. Thomæ, disp. 29. quæst. 5. n. 176.* Ludouicus de San Iuan *in summa tom. 1. tract. de Pœnit. quæst. 5. art. 19. dub. 6.* Coriolanus *de casib. reseru. p. 1. tract. 9. diffic. 37. n. 6.* Bellochius *in praxi Theol. mor. p. 1. q. 2. n. 112.* Antonius de Literatis *in sum. p. 1. cap. 35. num. 7.* & alij penes ipsos.

7. Probatur primò hæc opinio ex auctoritate Conciliorum, nam in Arausicano I. *cap. 12.* sic habetur. Subitò obmutescens, prout statutum est, pœnitentiam accipere potest, si voluntatis præteritæ testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo nutu, & hic canon citatur *in cap. qui recedunt 26. quæst. 6.* Idem habetur in Concilio Carthaginensi IV. *c. 76. cit. in cap. 8. eadem causa, & quæst.* & in Concilio Carthaginensi III. *citato in c. ægrotantes. de consecr. dist. 4.* & sanctus Leo Papa *Epist. 89.* hoc clarè determinat; quod postea in Rituali Romano constitutum fuit, vbi sic habetur. Si inter confitendum, vel etiam antequã incipiat confiteri, vox, & loquela ægri deficiat; nutibus, & signis conetur (scilicet Sacerdos) quoad eius fieri potest peccata pœnitentis cognoscere, quibus vtcumque, vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiamsi confitendi desiderium, siue per se, siue per alios ostenderit, absoluendus est. Sic Romanum Rituale editum anno 1615. de quo paulò infrà.

8. Probatur secundò rationibus; quia talis moribuodus, eo quòd ostendit se dolere de peccatis cum signis contritionis, vel etiam petit Sacerdotem à quo absoluatur, fatetur se peccasse, petitque vt adstantes, tanquam suæ voluntatis interpretes, id Sacerdoti præsenti denuntient, ab eòque absolutionem pro se petant; caso quo id per se facere non possit; ergo dum hi id faciunt, ipse per eos, tanquam per suos interpretes, præsenti Sacerdoti confitetur. Igitur in tali casu infirmus, qui ostendit, & habet, & indicat præsentem, & absolutam voluntatem confitendi, confessionem de facto moraliter inchoare censetur; præsentia autem Sacerdotis, postea aduenientis, coram quo qui ante præsentes fuerant, moribundi voluntatem, ac desiderium testantur, ac tanquam horum interpretes Sacerdoti explicant, non solùm vt aduersarij obiiciunt, est merè materialis, & quasi per accidens, sed etiam verè humana, & formalis; quia ipse ex auditis, & visis humano modo, quantum potest in tali casu fieri, iudicat de statu pœnitentis; & ideo nostram sententiam tenuit Clemens VIII. qui interrogatus, an moribundus in casu de quo loquimur deberet sacramentaliter absolui; respondit debere absolui, & se eum absoluturum cùmque casum suo decreto nullo modo comprehendi.

9. Restat modò respondere ad argumenta contraria. Et ad primum patet responsio ex dictis; quia in tali casu, vt suprà diximus, cùm talis ostendat exteriùs se dolere de peccatis, ac velle confiteri, petatque in hunc finem Sacerdotem accersiri generatim iam incipit confiteri, simili ferè modo atque is, qui per interpretem confitetur, dum huic sua peccata dicit, vt Sacerdoti, deinde ea explicet; quare dum adstantes postea Sacerdoti præsenti pœnitentiam, & desiderium moribundi explicant, instar interpretum ipsius confessionem Sacerdoti exponunt, atque ipse per hoc Sacerdoti iam præsenti confitetur, atque ita sufficientem materiam absolutionis præbet. Vnde patet responsio ad Decretum Clem. VIII. nam in nostro casu negamus confessionem omninò absenti fieri, vt notat Syluius *in 3. part. q. 9. art. 3. concl. 3.* Fagundez Coninch, & alij *vbi supra.*

10. Ad secundum argumentum, quòd Canones adducti,

adducti, vt vult gloſſa *in cap.8. cauſ.26. quæſt. 6.* loquantur ſolùm de abſolutione à cenſuris, gratis dicitur, quia primò ibi nulla fit mentio cenſurarum, ſed loquuntur generatim de omnibus; qui ex infirmitate ſubitò obmuteſcunt, qui non niſi temerè poſſunt generatim præſumi eſſe cenſuris ligati. Secundò Canones illi comparant hanc reconciliationem cum Baptiſmo; ergo loquuntur de vero Sacramento. Tertiò loquuntur de reconciliatione, quæ requiritur ante ſumptionem Euchariſtiæ, quæ reſpectu eorum, de quibus dubitatur, an ſint in peccato mortali, debet fieri per ſuſceptionem ſacramẽti Pœnitentiæ. Quartò, quia ſi in hoc ita Concilia, & Patres interpretamur, neſcio quo pacto ex illis ſacramentum Pœnitentiæ probauimus.

Sup. hoc magis latè in tom. 2. tr. 2. Reſ. 57. §. Sed hæc opinio. & hic ſuprà §. Tertio.

11. Ad tertium argumentum de Romano Rituali reſpondet fusè Coninch *in reſponſione contra Coquetium, n. 38.* vbi probat ex Bulla Pauli V. illi Rituali præfixa, fuiſſe editum cum conſultatione Cardinalium, & ex authoritate Apoſtolica typis prodiiſſe.

12 Ad quartum argumentũ de reſponſione Clem. VIII. facta 1608. die 16. Aprilis, adducit eius exemplar Coninch *vbi ſuprà poſt n. 61.* ex Epiſtola illi data ab Archiepiſcopo Armacano ſub die 6. Iunij anno 1624. Et quamuis Pontifex, priuatim interrogatus, hoc reſponſum dederit, nec per id, vt Pontifex aliquid, cui omnes teneantur aſſentiri, definire intenderit; firmiter tamen probat, id quod eo probare præcipuè intendimus, ſcilicet illum caſum ipſius decreto nullo modo comprehendi; ipſe enim optimè mentem ſuá, quid in illo ſuo decreto damnare intenderit, ſcire potuit. Igitur remanet ſatis firmata noſtra ſententia ex authoritate Conciliorum, Canonum, reſponſionum Pontificum, & ex validiſſimis rationibus, quas tot Doctores afferunt, & ſequuntur; vnde valde miror Coquetium *vbi ſuprà in diſſertat. de confeſſione per litteras c.10. n.40.* docuiſſe illam in praxi non eſſe probabilem; ſed pro explicatione huius ſententiæ aliud dubium erit etiam explicandum; Quæritur igitur,

RESOL. LIX.

Quot teſtes in ſupradicto caſu debeant teſtificari Confeſſario de ſignis contritionis moribundi, vel quod confeſſionem petierit?

Et an oporteat teſtem eſſe Chriſtianum, aut infidelem, vel hæreticum, &c. Ex part. 2. tr. 3. Reſ. 5.

Sup. hoc eundem, & recitatè in tom. 3. tr. 1. Reſ. 3. §. vlt. & ex doctrina Reſ. 2. not. ſeq.

§. 1. VIdetur prima facie reſpondendum, plures teſtes neceſſarios eſſe ex Concilio Carthaginenſi IV. *c.76. & ex cap. 15. quæſt. 26. q. 6.* ibi, *dent teſtimonium, qui eum audierunt,* & ex Concilio Arauſicano I. *cap. 12. & ex cap. qui recedunt 26. q. 6.* ibi, *teſtimonium aliorum verbis habet*; & ex Leone Papa *Epiſt.* 89. ibi, *teſtimonia eis fidelium circumſtantium.* in quibus Concilia (vt patet) in numero plurali loquuntur. Ergo, &c.

2. Sed in tali caſu ſufficere vnum teſtem, docet Sancius *in ſelectis diſp. 44. n.35.* qui citat pro hac ſententia Raymundum, & Graffium, & quidem Felinus *in c. veniens el 1. n.8. de teſtibus*, tenet ſtandum fore dicto vnius teſtis, vbi non agitur de præiudicio alterius, modò iuret. Sed iurare in noſtro caſu neceſſarium non eſt, quia maximè impium eſſet mentiri. Nec oportebit teſtem eſſe Chriſtianum, aut infidelem, aut hæreticum, de his enim præſumi non poteſt affirmare quod falſum eſt, vt fiat Sacramentum; præſumendum tamen eſſet è contra, non teſtaturos ſigna pœnitentiæ eſſe tradita, ne miniſtretur Sacramentum verum; adhuc in hoc euentu, puto Sacramentum miniſtrandum ſub conditione, ſcilicet, Si verum eſt,

Sup. hoc ſuprà in tr. 3. ex doctrina Reſ. 34. & recitatiuè in Reſ. annot. præterita.

te ſigna pœnitentiæ oſtendiſſe, abſoluo te à peccatis, Et hæc omnia Sancius, & ante illum Zambranus *de Sacrament. tempore mortis cap. 4. dub. 2.* & Reginaldus *in praxi tom. 1. lib.8. cap.3. num. 8.* Sed ponam hic aliud dubium.

RESOL. LX.

An quem paulo antea in periculo mortis Confeſſarius audierat, & non abſoluerat, ſi poſtea ſuperueniens inuenit adhuc viuum, ſed amiſiſſe ſenſum, poſſit illum abſoluere? Ex part. 3. tr. 3. Reſ. 6.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Ioannes Chapeauilla *tract. de modo miniſtra. di Sacramenta tempore peſtis cap. 3. quæſt. 13.* Zambranus *de caſ. tempore mortis c.4. dub. 2. ſect. 7. n. 41.* dummodò non conſtet talem voluntatem pœnitendi mutaſſe; quia ponitur diſpoſitio ſufficiens ad ſuſcipiendam abſolutionem, & reperitur confeſſio non tantùm in genere, ſed etiam in ſpecie. Ergo, &c.

2. Nec valet dicere, quod poteſt contingere infirmum pœnitentem interim mutaſſe voluntatem confitendi; nam reſpondeo cum Chapeauilla *vbi ſuprà quæſt. 12.* quòd ferè impoſſibile eſt, vt quis exiſtens in articulo mortis, & deſiderans confiteri, mutet ita citò voluntatem. Secundò circumſtantes, qui adfuerunt, poſſunt teſtificari, an viderint ſigna mutationis voluntatis illius. Et tertiò, quia idem inconueniens poteſt ſæpiùs contingere in matrimonio contracto per procuratorem; quod tamen eſt in vſu Eccleſiæ, & verum Sacramentum. Ergo, &c. Sed quartum dubium principale explicandum videtur; Vnde quæro:

RESOL. LXI.

An ad abſoluendum moribundum ſit ſufficiens notitia mediata, quæ ex teſtibus mediatis proueniat?

Et an in prædicto caſu, ſecluſa omni atteſtatione teſtium, poſſit Sacerdos illum moribundum ſenſibus deſtitutum abſoluere ſub conditione?

Imò, an ad id teneatur? Ex part. 11. tr. 7. & Miſc. 7. Reſ. 31.

§. 1. QVod eſt quærere, an poſſit Sacerdos abſoluere moribundum, quando ij, qui teſtantur de voluntate, & petitione confeſſionis, non audierunt hoc ab ipſo infirmo, ſed de aliis, atque adeo non ſunt teſtes immediati, ſed mediati. Ratio dubitandi eſſe poteſt, quia in prædictis decretis videtur requiri teſtimonium eorum, qui ab infirmo audierant. Sic loquitur Concil. Carthag. IV. *can.67.* ſupra adductum, vbi dicitur, deeſt teſtimonium, qui eum audierat & accipiat pœnitentiam.

2. Verùm his non obſtantibus affirmatiuæ ſententiæ adhærendum eſſe puto, quam tuetur Martinus de S. Ioſeph *in man. confeſſ. tom. 1. lib. 5. tr. 16. de pœnit. num. 7.* vbi ſic ait; Pero ſi los teſtigos de quien oyo el confeſſor las ſeñales de penitencia no ſon los miſmos, que las vieron en el enfermo, ſino otros, que las oyeron affirmar à los primeros, aunque niegan graues Autores, que puede el confeſſor abſoluer al penitente con eſte teſtimonio incerto, es probable que quede ſer abſuelto debaxo de condicion, porque baſta el teſtimonio mediato para coſa tan graue, y de importancia; como abſoluer à vno en el articulo de la muerte, y al Sacramento non ſe le haze agrauio con la condicion de la abſolucion. Pruebalo Lugo *diſp. 17. num. 81.* pruebaſe porque conditio nihil ponit in eſſe, & ideo actus conditio-

nalis, non valet nisi existente conditione, *l. si quis sub conditione ff. si quis omissa causa, §. cedere diem, ff. de verb. signific. l. si quis fundum, ff. de contrahend. empt. l. ex pacto, ff. de hered. instituen.* Ita Martinus; cui adde Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 5. q. 44.* & ante omnes Cardinalem Lugo *de Sacram. pœn. disp. 17. sect. 5. n. 81.* & ratio est, quia notitia mediata, notitia est, & quæ sufficit ad alios effectus; in quibus maior certitudo requiritur. Nam si de Baptismo alicuius paruuli, vel etiam adulti quæratur, & non adsit, qui eum baptizauit, sed alius fide dignus, qui dicat se ab ipso audisse, quod eum baptizauerit, vel etiam per internuncium fide dignum id testatur, habebitur pro baptizato, quantu magis sufficiet hæc notitia ad absoluendum in eo periculo in quo absolutio prodesse potest, & non nocere? Vnde in Rituali Romano non alligatur ad testimonium immediatum, sed generaliter dicitur. Si confitendi desiderium per se, vel per alios ostenderit, absoluendus est. Ostendit autem per alios, qui per alios, mediatè id manifestat, sicut Deus locutus dicitur populo suo per Prophetas, licet non omnes audierint immediatè ipsos Prophetas, sed alios, quibus Prophetæ immediatè locuti fuerant. Ad quod etiam afferri potest exemplum confessionis, quæ fit per interpretem: posset enim contingere, quod non sufficeret vnus interpres, sed requirerentur duo, qui inter pœnitentem, & confessarium intercederent, v. g. si Græcus confiteretur cum Latino, & vteretur interprete Gallo, qui, & Græcum idioma intelligeret, & Gallicè explicaret, non confessario, quia, nec Gallicam linguam intelligeret, sed Italo laico, qui rursus Italicè idem explicaret confessario: tunc enim confessarius contentus esset notitia accepta non ab eo, qui immediatè à pœnitente acceperat, sed ab alio qui mediatè acceperat à pœnitente. Cur ergo in casu nostro non posset simili notitia à pœnitente accepta per duos intermedios quorum vnus altero mediante eam notitiam accepisset? Hoc idem si in matrimonio accideret, crederem valere matrimonium, quod per duos interpretes fide dignos celebraretur, quorum alter alterum interpretaretur; quando ergo petitur in casu nostro testimonium alterius de voluntate confitendi, quam infirmus ostenderit, non petitur testis omni exceptione maior, & iuridicè legitimus qui de visu testificetur, sed testimonium iuxta præsentem materiam, quæ in nullius præiudicium, atque adeo tale, vt possit probabiliter credi rem, ita esse, quod confessionem petierit. Et hæc omnia docet Lugo *vbi suprà*.

3. Ex his sequitur quod si aliquis in via v. g. diceret Sacerdoti, se tunc intellexisse ab aliquo in tali domo extare infirmum in articulo mortis, petentem confessarium, si ille Sacerdos petat illam domum, & inueniat moribundum sensibus destitutum, tunc quidem posse illum absoluere sub conditione stante supradicta attestatione ei facta, & ita hanc sententiam tenet etiam Hermanus Busembaum *in medulla Theol. mor. lib. 6. tract. 4. cap. 1. dub. 3. art. 1.*

Sup. hoc infr. in Ref. 63. 64. & 65. & supra in Ref. 53. §. vlt. & in tom. 4. tr. 3. Ref. 155. §. Ita.

4. Sed si aliquis quærat an in supradicto casu etiam seclusa omni attestatione testium, potuisset Sacerdos illum moribundum absoluere sub conditione; affirmatiuam sententiam tenet eruditus, & amicissimus Pater Laurentius Longus *in tabulis Sacram. tab. 2. cap. 28. num. 8.* Ioannes de Soria *in Epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disput. 6. §. circa articulum mortis.* Remigius *pract. confess. tract. 5. cap. 6. §. 11. num. 5.* & nouissimè Ioannes Pontius *in cur. Theol. disput. 46. quæst. 7. concl. 5. num. 95.* vbi loquens de incidentibus in amentiam, & de iis, qui nullum antea dederunt signum contritionis, sic asserit; Quamuis posset coniici ex anteacta bona vita, quod si habuit tempus, habuerit etiam internam dispositionem; tamen illa coniectura non sufficit, nisi ad absolutionem conditionatam, qualis, si possit dari ipsi, posset etiam ei, qui ante sceleratè viueret: quia tales solent dolere de peccatis, & petere confessionem, quando sunt in periculo vitæ, de quibus tamen non eodem modo quantum ad hoc discurrendum esse sentiunt Auctores, qui oppositum conclusionis tenent.

5. Quantum ad me autem attinet, non video, cur non possit dari vtrisque cum conditione, cùm nihil mali sit in conferenda tali absolutione, & non sit euidens, nec certum de fide, quod non possit prodesse.

6. Nec obstat, quia Concilia, & Pontifices in hoc casu semper addiderunt, absolutionem impendendam, modò testimonium ab aliis detur voluntatis præteritæ confitendi: ergo requiritur, quod ipse aliquando significauerit talem voluntatem.

7. Respondeo, eos loqui de absolutione absoluta, non conditionata: & propterea hoc argumentum valere de tali absolutione, non de conditionata, quidquid dicat Cardinalis de Lugo.

8. Dices cum Cardinali, hoc Sacramentum ex institutione sua esse iudicium sensibile, ad quod requiritur accusatio sensibilis.

9. Respondeo, negando consequentiam, si loquatur de alia sensibili accusatione, quàm de illa, quæ potest ex signis sensibilibus coniici: accusatio autem pœnitentis potest sic sensibiliter cognosci ex eo, quòd soleant pœnitentes cuiuscunque conditionis in periculo mortis petere confessionem, cùm possunt id facere; est enim verisimilius quod talis pœnitens idem faciat internè, aut fecerit ante, ergo saltem sub conditione absolui potest. Hucusque Pontius. Dicendum est igitur secundùm mentem horum Doctorum, moribundum sensibus destitutum posse à confessario sub conditione absolui, quin addit peccare mortaliter, si id non faciat Martin. de San Ioseph *in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tr. 16. de pœnit. n. 9.* vbi sic ait; Pero la mas graue question es, si podrà absoluer el cõfessor al penitente destituido de sentidos, que ni confessò pecado alguno, ni diò señales de contricion. Es comun opinion de los Dotores, que no podrà absoluerle, porque todos los decretos de los Pontifices, y Concilios, quando hablan de la absolucion de los enfermos sin sentido, dizen que podran ser absueltos, es con condicion que ayan pedido confession con palabras, ò señales, y el Concil. Trid. *sess. 14. c. 9.* enseña, que la confession es acto iudicial, en que forzosamẽte ha de auer algun modo de acusacion: y quando demos, que el tal enfermo tuuiesse atricion ò contricion interior, esta no es confession; señal de confession seria la contricion, ò atricion, significades con accion exterior y assi no basta la voluntad que pudo tener de confessarse, sino que la confession ha de ser actual; ò por señales, ò por llamar al confessor, con todo esso ay Autores graues que affirman, que aun en este caso apretado, le deue absoluer el confessor de baxo de condicion: si possum, & est capax absolutionis: y lo mismo han tenido hombres doctissimos, que no han escrito, porque todos dizen que en àquel punto, aun los hombres desalmados se conuierten de ordinario, y le piden misericordia à Dios, pesandoles de sus ofensas. Y na die en duda se ha de presumir, que no se acuerda, y cuyda de su saluacion eterna, y que por lo menos en lo interior carezca de atricion, con que ayudado con el Sacramento se salue. Et moriens nunquam præsumitur immemor salutis æternæ, *l. fin. C. ad leg. Iul. repetundar. cap. sancimus 1. q. 7.* A la verdad yo juzgo, que esta opinion es probable por principios extrinsecos, y en caso semejante pe-

carà

carà contra caridad el Sacerdote, que no absoluere al tal enfermo debaxo de la condicion dicha, porque no haziendo, como no se haze agrauio al Sacramento, dexara, deponer los medios, que puede para la saluacion del proximo en lance tan apretado. Ita Martinus de San Ioseph.

Alibi in Res. annot. præteritæ.

10. Sed ego pro hac sententia in pluribus locis alios Doctores adduxi, & quid sentiam aperui, nunc verò sufficiat pro curiosis Doctoribus iam alibi adductis, Authores in hac resolutione citatos addidisse.

RESOL. LXII.

Quis non coram infirmo; sed statim in eius absentia manifestauit Confessario illum petisse confessionẽ, vel signa contritionis ostendisse, quæritur, an si Sacerdos illum viuum adhuc inueniat, possit sacramentaliter absoluere?

Et an aduersus hoc non faciat Decretum Clem. VIII. editum die 20. Iunij 1602. in quo damnatur tãquam falsa, temeraria, & scandalosa ista propositio: scilicet licere per literas, seu inter nuntium confessionem absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere?

Et notatur Clem. VIII. in supra dicto declarare supra dictam absolutionem non solum illicitam, sed etiam inualidam, & nullam esse. Ex part. 3. tr. 3 Res. 7.

Sup. hoc in Resol. 1. post seq. §. vlt. & supra in tr. 3. Res. 76 §. vlt. & in Res. not. seq.

Sup. hoc primo, quod hic asseritur mir. lege §. Sed. huius Res. & suprà in tr. 3. Res. 74. per totam, & signãter prope finem, §. 1. à vers. Negant. & seqq.

§. 1. Affirmatiua sententia potest hoc argumento suaderi, quia in hoc casu, licèt illa confessio sit facta absente Sacerdote per nuncium, tamen postea absolutio non datur in absentia, sed in præsentia pœnitentis; ergo licita & valida erit. Et ita hanc opinionem tenent Henriquez *lib. 5. cap. 2. num. 7.* & Valentia *tom. 4. disp. 7. quæst. 11. punct. 1.* vbi sic asserit, quòd ipsa confessio possit fieri per nuncium, aut literas Sacerdoti, dummodo ipse Sacerdos non nisi præsentem postea absoluat, omnino est probabile; vt v. g. si æger aliquis absentem Sacerdotem per literas, aut per nuncium accersat, ac timens futurum, vt morbo postea oppressus, confiteri illi in præsentia non possit per easdem litteras, vel nuncium ipsi confiteatur, vt adueniens denuum Sacerdos se quantumuis morbo aggrauatum absoluat. Hæc Valentia, quæ omnia accidunt in casu nostro. Ergo, &c.

2. Nec aduersùs hanc doctrinam facit decretum Clementis VIII. editum die 20. Iunij 1602. in quo damnatur tamquam falsa, temeraria, & scandalosa ista propositio, scilicet, licere per litteras, internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Nam respondent aliqui hanc propositionem non ita à Pontifice damnari, vt vtrumque eius membrum censura notetur, ac proinde supradictam declarationem volunt intelligendam esse in sensu copulatiuo, seu complexiuo, non autem in censu diuiso; fundatur hæc interpretatio in tribus. Primò in particula & quæ vtrumque membrum coniungit, & parit sensum complexiuum; nam si diuisiuè loqui voluisset Pontifex, potiùs id explicasset per particulam *vel*. Secundò, quia Pontifex vtitur signo demonstratiuo singulari, dicens hanc propositionem, quod propriè denotat hypotheticam, damnari per modum vnius. Tertiò, quia inter Theologos tunc quando emanauit illud decretum, non erat quæstio de sensu diuisiuo, sed de complexiuo tantùm; ergo solùm censendum est Pontificem declarare id, de quo erat controuersia.

3. Et ita explicationem huius decreti modo quo suprà, esse probabilem putat Becanus *de Sacramentis, cap. 37. quæst. 8.* nam contrariam vocat tantùm tutiorem; vnde sic explanant hoc decretum Filliucius *in tom. 1. tract. 7. cap. 1. num. 20.* & Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 9. diffic. 37. num. 6.* vbi sic asserit: [A la declaracion de Clement. VIII. se puede responder que alli ambas cosas iuntas incluie confession y absolucion en ausentia; ya que no las ay iuntas, que està presente el Sacerdote, quando absolue, y mas que alli, no determina el Papa que la Confession echa en ausencia no es valida, sino solo dize que es illicita.] Ita ille. Et hoc vltimum, nempè Clementem VIII. in illo decreto non determinasse confessionem factam absente Sacerdote esse inualidam, sed illicitam, docet etiam Coninch in responsione contra Coquetium impugnantem absolutionem moribundi, *num. 27. & 28.*

4. Igitur ex supradictis videtur dicendum, posse Sacerdotem absoluere moribundum sensibus destitutum, si testes de signis eius contritionis non coram infirmo testimonium ferant, dummodo Sacerdos postea, præsente infirmo, illi sacramentalem absolutionem tribuat. Et hanc sententiam tenent Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 5. numero 122.* Bonacina *de Sacram. disput. 5. quæst. 5. sect. 2. punct. 2. §. 4. num. 10.* Fernandez *in exam. resol. mor. part. 3. cap. 7. §. 6. num. 50.* & Zambranus *de conf. tempore mortis, cap. 4. dub. 2. sect. 5. num. 31.* qui asserit confessionem absente Sacerdote esse validam tempore mortis, quando aliter fieri non potest, non obstante decreto Clem. VIII. vide etiam Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 7. cap. 3. num. 9. in fine.* Posseuinum *de officio curati cap. 7. num. 88.* Villalobos *vbi suprà*, & alios.

5. Nec contra hanc sententiam abit D. Leo *Epist. 89.* ibi, *testimonia ei fidelium circunstantium prodesse debebunt*, vbi videtur docere testes in hoc casu in præsentia infirmi testimonium ferre debere; nam aliquis posset respondere, Pontificem dixisse, quia id frequentius solet euenire, nempè vt Confessarius superueniat, vbi est moribũdus cũ aliis, qui postea illi testimonium ferant vocatum à moribundo Confessarium, &c. Vnde in Concilio Arausicano VII. *cap. 12.* & in Carthaginensi IV. *cap. 76.* dicitur absolutè sufficere Confessario ad absoluendum sacramentaliter infirmum, si testes dent testimonium de voluntate ipsius; ergo, &c.

6. Hæc opinio videtur mihi probabilis, & nouissimè, in terminis, vt asserunt, terminanobus iterum illam tenet Bonacina *tom. 3. disp. 2. quæst. 3. punct. 33. num. 4.* vbi asserit, posse absolui pœnitentem, qui accersiuit Confessarium per nuncium, & adueniente Confessario ita obmutuit, & ita sensibus destitutus est, vt nullum peccatum exprimere, aut doloris signum exhibere possit, nullúsque tunc adsit, qui petitionis confessionis fidem faciat, & ita Romæ sensisse multos DD. testatur. Et ita sentiunt multi viri docti Societatis Iesu; & nostræ Religionis.

Sup. hoc lege Res. & §§. annot. præteritarum huius Res.

7. Sed negatiuam sententiam ego teneo; quia puto esse de necessitate sacramentalis Confessionis, vt efficiatur in præsentia Sacerdotis; vt tenent ferè omnes Doctores ex Dominicanorum familia, & Societate Iesu *locis citati*, & illi quos ad satietatem adducit Franciscus Auila *in dissertatione de confessione per litteras cap. 2. per totum.* Confessio enim est actus personalis, vt & absolutio; ergo sicut Confessarius non potest absoluere in absentia, ita & pœnitens non potest confiteri nisi illo præsente; vnde Clemens VIII. quidquid asserat Villalobos & Filliucius *vbi suprà*, in illo decreto, non solùm damnauit absolutionem absente pœnitente, sed confessionem absente Confessario: & ita verba illa Clementis accipiẽda esse in sensu diuisiuo, & non complexiuo docet

Seraphinut Freitas *in addit. ad tract. de confess. sollicit. quæst.* 15. *num.* 31. Alphonsus de Leone *tract. de offic. & potest. Confess. tom.* 1 *recollect.* 6. *num.* 123. Turrianus *de pœn. quæst.* 9. *art.* 2. *disp.* 32. *dub.* 4. Fagundez *prac.* 2. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. Coquetius *in dissertatione de confessione per literas, cap.* 5. *num.* 15. Aluarez *in p.* 1. *D. Thoma, q.* 19. *art.* 6. *disp.* 80. *in appendice num.* 34. *& sequent.* Petrus Fay *de pœn. in addit. ad* 3. *p. q.* 9. *art.* 3. *disp.* 3. Pitigianus *in* 4. *sentent. tom.* 2. *dist.* 17. *quæst. unica, art.* 8. *concl.* 2. Nugnus *in* 3. *p. tom.* 2. *q.* 9. *art. diffic.* 2. *consist.* 2. Franciscus Auila *in dissertat. de confess. per literas cap.* 9. Ioannet Chapeauilla *tractat. de modo ministrandi Sacramenta tempore pestis, quæst.* 30. Sylulus *in* 3. *part. post concl.* 4. qui ex Cardinali Bellarmino testatur Clemen. VIII. intellexisse suum decretum in sensu diuiso, quod postea die 14. Iulij 1605. declarauit sacra Cardinalium Congregatio, cuius, verba afferunt Coquetius, & Fay *ubi supra.*

8. Igitur ex supradictis apparet, negatiuè respondendum esse ad casum propositum in præsenti resolutione, nam moribundus confiteretur per nuncium absente Sacerdote, quæ confessio est damnata, per dictum decretum Clem. VIII. quod non accidit in casu resol. 4. Videlicet, quando Confessarius inuenit moribundum sensibus destitutum, & adstantes testificantur illum confessionem petiisse, vel signa contritionis exhibuisse, nam (vt *supra* dictum est) dum tales adstantes Sacerdoti præsenti pœnitentiam, & desiderium moribundi explicant, instar interpretum ipsius confessionem Sacerdoti exponunt, atque ipse per hos Sacerdoti præsenti confitetur; quod non potest dici in casu de quo loquimur, nam testes exponunt Sacerdoti pœnitentiam moribundi, ipso absente; ergo est confessio facta per nuncium in absentia, quæ à Pontifice iam damnata, & improbata est; ergo, &c.

Quæ hic est supra Resol. 58.

9. Notandum est etiam hîc contra Coninch, & Villalobos *ubi supra*, Clemen. VIII. in supradicto decreto non solùm confessionem absenti factam, & absolutionem absenti datam declarasse illicitam, sed etiam inualidam, & nullam. Et ita præter Pitigianum, Nugnum, Auilam, Coquetium, Aluarez, Fagundez *ubi supra* docent etiam Io. de la Cruz *in direct. p.* 2. *de sacram. Pœn. quæst.* 3. *dub.* 7. *cõ l.* 3. Fabrus *de Pœn.* 4. *sent. dist.* 17 *quæst. unica, disp.* 29. *cap.* 1. *n.* 19. & Franciscus Auila *in dissertat. de confessione per litteras cap.* 9. sed ad vltimum dubium principale, curiosum & difficile deueniamus.

RESOL. LXIII.

An Confessarius possit absoluere sub conditione moribundum sensibus destitutum, qui neque petiit confessionem, nec vllum signum dedit contritionis? Ex part. 3. tr. 3. Res. 8.

Sup. hoc in duabus Res. seqq. & supra in Res. 53 §. vlt & in Res. 61. §. Sed & in tom. 4. tr. 5 Res. 155. §. Ita.

§. 1. Affirmatiuam sententiam (attendas quæso amice lector) docet Homobonus *in examine Ecclesia p.* 1. *tract.* 7. *cap.* 58. *quæst.* 84. vbi sic asserit: Prudenter aget Parochus, si fauorabiliori illi opinioni adhæreat, quæ sentit absolutionis beneficium moribundo impendi posse, etiam si nullum confessus sit peccatum, nec Confessarium petierit, nec indicia exhibuerit, ex quibus actus contritionis, vel attritionis argui possit; modò talis in mortis articulo constitutus, Christiano more viuere soleret, & bonus ac fidelis homo æstimaretur. Quod quidem placitum in praxi referunt amplexum fuisse Clement. VIII. Pontificem Maximum, ac prudentissimum virum; cùm enim quidam ex fabrica D. Petri præceps ruisset, & illum cadentem vidisset, absolutionem ei dedit; dicens: Si es capax, absoluo te à peccatis tuis. Quæ sententia illa sane ratione confirmatur, quòd in necessariis ad salutem tutior pars est amplectenda, & certiori periculo occurrendum est; & irreuerentiam Sacramenti, vel sacrilegij periculum, tum conditione apposita, tum authoritate Doctorum, hanc opinionem tuentium, cessare dicitur. Ita ille.

2. Et ante illum Molfesius *in summ. tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *n.* 48. & 49. qui notat hanc sententiam tenuisse ex nostra Religione Patrem D. Gabrielem Lotherimo, virum doctissimum, Patrem Salmeronem Societatis Iesu, & Patrem Lupum Capuccinum; & confirmat hanc opinionem his rationibus; quia in tali casu potest esse (prout in dubio præsumitur) vt quis sit memor salutis æternæ, & interiùs habeat aliquem efficacem attritionem, qua rectè dispositus sit recipere sacramentalem absolutionem, & de attrito fieri contritus. Nec vrget dicere, quòd multoties qui ex insperato loquelam amittunt, non solent habere peccatorum attritionem, quia præoccupati timore mortis, ad alia non aduertunt. Nam respondetur, in his vitiis frequentiùs accidere, vt cogitent de peccatis suis, vt experientia docet, & leges adaptantur ad ea, quæ frequentiùs, non autem quæ rarò accidunt. Sic Molphesius.

3. Hanc etiam sententiam docet Antonius de Litteratis *in summa edita Romæ cum approbatione Magistri Sacri Palatij anno* 1611. *part.* 1. *cap.* 15. *num.* 7. & quod maius est, hanc opinionem non solùm approbauit Gregorius XV. Pontifex maximus, quando erat Archiepiscopus Bononiensis *in memoriali Confess. cap.* 1. *de forma sacrament. Pœnit. num.* 16. *folio* 215. edito Bononiæ apud Ioannem Baptistam Bidellum anno 1613. sed etiam tenuit, debere Sacerdotes illam in praxim deducere; sic enim ibi asserit. Licet absoluere moribundum, etiam si nullum pœnitentiæ signum det in præsentia Confessarij, si tamen aliquis testetur eum ostendisse confitendi desiderium; ita docet Rituale Pauli V. immo addit Sacerdotale Romanum pagina 614. ex doctrina Diui Antonini, posse etiam absolui moribundum assuetum frequentare confessionem, quamuis repentino casu oppressus Sacramentum non petierit. Neque solùm potest Confessarius in his duobus casibus absoluere, sed etiam debet, quia contingere potest moribundum esse tantùm attritum; vnde damnetur, nisi absoluatur. Ita ille.

4 Vnde ego, saltem ex principio extrinseco puto, hanc sententiam probabilem esse, & ita illam tenens aliqui Patres Societatis Iesu, & nostræ Religionis, & dici potest, quòd in hoc casu adest aliquo modo materia, quæ per testificationem, & famam probitatis dicti moribundi efficitur præsens; probus enim vir supponitur omni die actus contritionis, & signa doloris elicere. Ergo, &c.

5. Verùm his non obstantibus sententiam negatiuam ego teneo, quam tuetur Henriquez *lib.* 3. *de pœn. cap.* 10. *num.* 9. vbi sic ait: Si infirmus amisso rationis iudicio, nullum præbet, nec paulo antea dederat peccati, & pœnitentiæ signum, nullo modo est absoluendus à peccatis, in quo quidem rudiores Sacerdotes errant. Sic ille, & post illum Petrus Fay *de pœn. in addit. ad* 3. *part. quæst.* 9. *art.* 2. *disp.* 2. ita asserens. Neutiquam absolui potest, qui subitò in supremum vitæ incidit discrimen, neque coram Sacerdote exprimere peccatum vllum potest, aut signis aliquibus dolorem peccatorum, & volitionem confitendi patefacere; licèt contrarium indifferetè, & ignoranter satis, ac sine vllo prorsus, vel apparente fundamento à variis Sacerdotibus practicetur. Sic Fay, & hanc sententiam nouissimè mordicus tenet

Epiſcopus Ioannes Malderus vir doctiſſimus *in tra. de ſigillo de confeſſ.cap.15.* Alphonſus de Leone *tract. de offic.& poteſt. confeſſ.tom.1.recol.6.n.131.* Naldus *in ſumm.ver.confeſſ. num.32.* cum alijs communiter. Et ratio eſt, quia abſolutio ex Concilio Trid.*ſeſſ.14. c.9.* eſt actus iudicialis, ſed iudicium non exercetur, vbi accuſatio nulla eſt; ergo.

6. Nec valet dicere cum Homobono, & Molfeſio *vbi ſuprà*, quòd moribundus in tali caſu forſitan interiùs habebit attritionem; nam reſpondeo cum Zambrano *de caſ.occurrentibus tempore mortis, cap.4. dub.2.ſect.8.num.46.* & cum omnibus Theologis, attritionem, vel contritionem interiorem non eſſe confeſſionem, ſed ſigna externa contritionis eſſe confeſſionem peccati in genere; nam materia Sacramentorum debet eſſe ſenſibilis, quæ non adeſt in caſu noſtro; ergo nullo pacto adhibenda erit abſolutio.

7. Firmat etiam hanc ſententiam Concil.Arauſic. I. *c. 12.* vbi ſic habetur. Subitò obmuteſcens baptizari, aut pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu; vide quomodo Concilium requirat materiam ſenſibilem, quam etiam poſtulat Concilium Carthaginenſe II. *c.34.* & IV. *c.76.* cum Decretali Leonis I. ad Theodorum Foroiulenſem, quæ eſt epiſt.91 vnde apparet, ſemper in Eccleſia cautum fuiſſe, ne moribundus abſoluatur, qui aliqua ſigna non dediſſet, per quæ aliqua confeſſio, & accuſatio haberi cenſeatur; & ideo Layman *in Theol. mor. lib. 5.tract.6.c. 12.num. 4.* ſic ait Patres & Doctores non aliter permittunt Pœnitentiæ ſacramentum moribundo obmuteſcenti miniſtrari, niſi antea ſacramentalem abſolutionem verbis, aut ſignis petiuerit. Ita ille cum Reginaldo *tom. 1.lib.8.cap.3.n.25.* Turriano *de pœn.q.9.art.2.diſput.30 dub. 1. ad 3. argum.* Bellochio *de caſ.reſer.part.1.q 2.n. 116.* Pitigiano *in 4.ſent. tom.2.diſt.17.q.vnica, art.8. concl.3.* Yribarne *in tom. 2.diſt.18. q.vnica, diſp.16.ſect. 5.* Vaſquez *in 3. part. tom.4.q.91.art.2.dub.1.n 1.* & alijs.

8. Nec vrget, quòd cùm talis moribundus benè vixerit, præſumitur habere confitendi voluntatem; nam reſpondent, quòd Concilium Tridentinum, & Florentinum aſſerunt materiam huius Sacramenti eſſe actus pœnitentis; ergo non ſufficit voluntas confitendi, ſed oportet confeſſionem eſſe actualem; ſaltem in nutu, aut vocatione Confeſſarij.

9. Et ſic ſatis explicata ſunt quinque dubia, quæ in principio Tractatus diſcutienda propoſuimus, placitis DD. circa præſentem quæſtionem iuxta.

RESOL. LXIV.

An Confeſſarius poſſit abſoluere ſub conditione moribundum, qui neque petijt confeſſionem, nec vllum ſignum dedit?

Et an ſit licitum Confeſſario abſoluere à peccatis morti proximum ſenſibus deſtitutum, etiam ſi nulli ſint præſentes, qui teſtentur illum petiiſſe confeſſionem, aut ſigna contritionis dediſſe, dummodo alius abſens qui illum vocauit, fidem de petita ab eodem confeſſione prius illi fecerit?

Et an ſit abſoluendus & ſub conditione Sacerdos, qui inchoata Miſſa poſt introitum, & ſi corpore prius ſanus, voce amiſſa, cadens ad interitum rueret? Ex part.4.& Miſc.Reſ.92.

§. 1. NEgatiuam ſententiam ego docui *in 3.part. tract. 3. reſol.* 8. cum multis Doctoribus, quibus adde Petrum Ochagauiam *de Sacrament. tract.2.de Confeſſ. ſacram.quæſt.1.num.14.* & Guilelmum Mercerum *in addit. ad 3.part. D. Thomæ q.9. art. 2. in dubio, num. 9.* qui reſpondet ad quandam authoritatem D.Auguſtini.

Quæ hic eſt Reſ. antecedēs, & in Reſ. ſeq. & ſupra in Reſ. 53. §. vlt. & in Reſ. 61 § Sed ſi & in tom 4.tr.8. Reſ. 155. §. 1. 2.

2. Verùm ibi pro affirmatiua ſententia adduxi Homobonum, Molfeſium, Litteratum & Gregor.XV. quando erat Archiep. Bononienſis, nunc addo Bartholom. a S. Fauſto *in moral. tom.1. lib.4. quæſt.* 204. quia, ait ille, ſi poteſt dari abſolutio ſub conditione, quando dubitatur, an pœnitens habeat vſum rationis, vel an ſint peccata, nulla eſt ratio conuincens, cur id fieri non poſſit; ſimiliter ſub conditione, quando talis hic nullum ſignum dedit contritionis, & aliàs deuotus erat, & frequentabat confeſſionem & communionem, nam poteſt eſſe, pro vt in dubio præſumitur, vt quis ſit memor ſalutis æternæ, & quòd interiùs habeat aliquam efficacem attritionem, qua rectè diſpoſitus ſit recipere ſacramentalem abſolutionem, & de attrito fiat contritus, præſertim quia nulla fit iniuria huic Sacramento, ſub conditione impertitur abſolutio, vnde ſi non reperietur diſpoſitus, abſolutio habetur pro non data, & ſic prodeſſe, non autem nocere poteſt, nec fit irreuerentia Sacramento; & in confirmationem huius refertur quòd dum caſu cadebat Romæ quidam ex fabrica D. Petri, & reperiebatur ibi Clemens VIII. Pont. Max. vir ſapientiſſ. & vidiſſet illum cadentem; quòd dederit ei abſolutionem his verbis; Si tu es capax abſolutionis, ergo te abſoluo. Ita Fauſtus *loco citato*. Et tandem nouiſſimè, poſſe in tali caſu abſolutionem per modum ſuffragij adhiberi, docet doctus Iacobus Bayus Profeſſor Sacr. Theol in Academ. Louanienſi *in inſtit. Relig. Chriſt. lib. 2. cap. 91.* & quia codex rarus eſt, ponam eius verba. Cæterùm ait, an repentè loquelam & ſenſum ac omnem intelligentiam deperdens ſine vlla præuia confeſſione; nullóque ſigno peculiari in ordine ad claues, ne vel in communi dato abſolui poſſit, maiorem habet difficultatem, cùm enim abſolutionis ſententia per modum iudicij & cauſæ cognitione proferenda ſit, nullaque hîc peccatorum confeſſio, vel iudicij materia reperiatur, abſolutionis ſententia impendi nequit; attamen per modum ſuffragij abſolutionem adhiberi, nihil vetat incluſa conditione tacita, vel expreſſa, in quantum poſſum, & quatenus capax es. Ita Bayus; ſed ego, vt dixi, negatiuam ſententiam tenendam eſſe puto, nec aliter in praxi faciendum eſſe exiſtimo.

3. Notandum eſt etiam hîc Philibertum Marchinum *in tract. de bello diuino, ſeu de peſte, part. 3. cap. 13. num. 15.* docere, quòd licitum eſt Confeſſario abſoluere à peccatis morti proximum ſenſibus deſtitutum, etiamſi nulli ſint præſentes, qui teſtentur ipſum petiiſſe confeſſionem, aut ſigna contritionis dediſſe, dummodo alius abſens qui illum vocauit, fidem de petita ab eodem confeſſione priùs illi fecerit Ita ille, vbi etiam *num.19.* docet; abſoluendum eſſe ſub conditione Sacerdotem qui inchoata Miſſa poſt introitum etſi corpore priùs ſanus, voce amiſſa cadens ad interitum rueret; quia præbens ſigna pœnitentiæ & Miſſam inchoans diſpoſitus iudicandus eſt ad ſacramentalem abſolutionem recipiendam, eo vel maximè quòd in articulo mortis quilibet quocumque pietatis ſigno virtualiter confeſſionem in votis habere cenſeatur, cùm vnuſquiſque in mortis diſcrimine optimo, quo poteſt, remedio animæ ſuæ prouidere præſumatur. Sed hæc omnia non admittunt Doctores, quos ego ipſe citaui *vbi ſuprà, reſol. 7.*

Sup. hoc vt in annot. vlt. huius Ref.

Sup hoc ſupr. in Reſ. 56. §. vlt. & infrà in Reſ. ſeq. §. Pellizzarius.

RESOL. LXV.

An moribundus nulla ſigna contritionis oſtendens poſſit ſub conditione abſolui?

Quæ hic eſt Reſ. 1. poſt præteritam, & in alijs eius primæ. & ſecundæ adnot

Quod

Quod idem dicendum est de Sacerdote, qui in confessione generali fieri solita in principio Missæ amittit loquelam, ac vsum sensuum, quod possit absolui sub conditione ex virtualis confessionis. Ex part.9.tr.6.& Misc.1. Ref.20.

§. 1. DIfficilis quæstio: & ideò sæpiùs ad illam pertractandam calamum sumo: & quia à pluribus per litteras nuper rogatus fui an præter Doctores à me *alias* adductos, alios haberem pro opinione affirmatiua tuenda, illos hîc non grauabor apponere: sic ita asserit Petrus Marchant *in Tribun. Sacram. tom. 1. tract. 4. tit. 4. dub. 7.* [Sed ad primam partem huius quartæ responsionis in fauorem animarum reuertamur, in qua dixi, quòd quando peccator Catholicus ita opprimitur, vt nullum appareat signum pœnitentiæ, aut desideratæ, siue postulatæ Confessionis; nihilominus possit sub conditione absolui, sine absoluendum esse. Cui responsioni, quamuis nonnulla *superius* dicta videantur aduersari; illam tamen sic declaro. Etsi namque in tali peccatore sic oppresso, nullum mihi signum appareat, quod materiam Confessionis faciat mihi sensibiliter præsentem in ordine ad absolutionem, nec mihi proinde certò constat, peccatorem sic obmutescentem de peccatis, aut salute cogitare; imò nec appareat eum ratione vti: potest tamen fieri, vt non tantùm intus de peccatis doleat, confiterique desideret; sed etiam aliqua signa edat per se sensibilia, etsi mihi incognita, vt sunt suspiria, gemitus, aspirationes, oculorum fixi intuitus, aut alij in corpore motus, qui, etsi doloris corporalis, aut naturæ patientis sint ordinariè signa; nihilominus ab ipso peccatore quandoque ordinantur, vt internæ pœnitentiæ nutus. Vnde absoluendo eum sub conditione, & muneri, ac charitati in hac extrema necessitate satisfacio; & conditio omnem irreuerentiam, & defectum, qui subesse posset, tollit, & in anxietate tanta animam Deo commendo intentione communi Ministris Ecclesiæ, quæ, vt *supra* dicebat S. Augustinus, nullum ex hac vita sine arrha suæ pacis exire velle debet. Confirmor in hac ignotorum signorum declaratione, eo, quod mihi semel extremo periculo post Extremam Vnctionem laboranti, & per omnia sensuum operatione destituto contigit. Sensibus omnibus destitutus eram, excepto auditu; ratione autem, & iudicio firmo, & recto intus vtebar, ita vt cùm me deficere, & ex Medico foris loquente, & ipsius naturæ debilitate perciperem, firmiter me Dei misericordiæ commendabam, & pium affectum aliquem foris conabar præstare. Vnde mirum est, si fortè gemitu aliquo, vel respiratione, vel doloris nutu illud non ostenderim, quamuis adstantes illa non notarent, nisi fortè vt erant signa naturæ patientis. Ab illo tempore in animum induxi, quòd, si quouis modo aliquem Catholicum sic oppressum, reciperem, nec signum aliquod mihi intelligibile pœnitentiæ dare posset; nihilominus sub conditione absoluerem, eo quòd fortè aliquod signum pœnitentiæ edat, etsi mihi incognitum: cùm (vt dixi) hoc sit charitatis, & conditio omnem defectum auferat, qui in administratione Sacramenti contingere posset.

Alibi in duabus Ref. præcedentibus, & supra in Ref. 51 §. vlt. & in Ref. 63 § 2. & in tom. 4. tr. 3. Ref. 155. § ita.

Sup. hoc late supra in Ref. 56. & in tom. 4. tra. 3. Ref. 155. à principio vsque ad §. vlt.

2. Lezana *in Summa qq. Regul. tom. 3. verb. Confessio, num.* 11. [Maius dubium est in caso, quo nec moribundus Confessionem postulauit, nec signa contritionis dedit, nec est aliquis, qui id testetur, an scilicet, tunc absolui possit, aut debeat modo dicto, scilicet, sub conditione. Affirmant Molfesius *in Summa, tom. 1. tract. 7. cap. 5. num. 48. & 49.* Homobonus *in exam. Eccles. par. 1. tract. 3. cap. 18. quæst. 84.* & alij, eò quòd dicant, Clement. VIII. ita fecisse cum quodam, quem ex fabrica S. Petri præcipitem ruere videbat; & quia credunt, quòd eo ipso, quòd homo est bonus fidelis, in tali casu vellet confiteri sua peccata. Sed negant communiter Doctores: tum, quia Concilia relata solùm loquuntur, quando moribundus petiuit Confessionem: tum, quia absolutio non potest dari sine actuali Confessione, quæ in hoc casu non extat. Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 91. art. 2. dub. 1.* Diana *supra, resolut.* 8. Lugo *supra, sect.* 3. Ego verò, licet hanc secundam sententiam probabiliorem credam; primam tamen non reputo omninò improbabilem, eò vel maximè quòd existimem, omnes fideles in eo periculo constitutos, si vel per modicum tempus sui compotes existant, non solùm actu interno Confessionem desiderare, sed externo actu id desiderium semper manifestare; quod videtur virtualis quædam Confessio, pro absolutione conditionatè concedenda. Sed alij iudices sunto.]

Quæ hîc est supra Ref. 63. &c.

3. Auersa *de Sacram. Pœnit. quæst. 10. sect. 18.* [At in casu extremæ necessitatis, quando moribundus non aliter confessus est, nec confiteri potest si fortè edidit aliquod Confessionis signum, & de hoc Sacerdos prudenter dubitet, quamuis id ei non notificetur, quia nec ipse, nec alius adfuit præsens, vt percipere posset tale signum, tunc si detur absolutio, fortè valebit, & ideò sub conditione impertienda est tali moribundo. Ita se habuit casus ille, qui narratur de operario lapso è fabrica D. Petri, & absoluto à Clemente Pontifice: poterat enim prudenter dubitari, illum in cadendo inclamasse Confessionem, quamuis nullus id audire, vel nuntiare posset: ideò piè illi poterat absolutio sub conditione impendi. Et inutile prorsus est, quod respondet Manriquez *vbi suprà*, potuisse id fieri à Pontifice, quia est supra omne positiuum ius. Certè enim hoc non dependet ex positiuo iure humano, sed ex iure diuino in instituendis Sacramentis, supra quod non est Pontifex: quare id similiter poterat, & in omni simili casu posset quilibet Sacerdos. Sic, quando dubitatur, num quis ex angustia mortis, vel ex compunctione cordis signa ediderit, conceditur debere sub conditione absolui. Item, si quis solitarius existens repentino casu oppressus, ex desiderio suæ salutis Confessionem inclamet, & alius fortè pertransiens eum audiat, idque nuntiet Sacerdoti, poterit sanè absolui: ergo etiam in casu, quo nullus audire, vel nuntiare potuerit, si dubitari possit, illum edidisse aliquod signum, (locus dubitandi aderit, quandocunque non constet oppositum,) impertienda ei erit sub conditione absolutio. Quando enim non potest haberi materia certa Sacramenti, licitum est tentare conficere cum materia dubia; in Sacramentis, inquam, ad salutem necessariis, qualia sunt Baptismus, & Pœnitentia. Quare, sicut in extrema necessitate licitum esset baptizare in aliquo liquore, de quo dubitaretur, an sit aqua naturalis quando certa aqua haberi non posset: ita in extrema necessitate licitum erit absoluere in dubio Confessionis: quia, si fortè moribundus eo modo, quo potuit, Confessionem petiit, iam adhibuit ex parte sua materiam necessariam, se aliquo modo accusando, & officium Iudicis implorando, & ad hoc sacrum Tribunal confugiendo; & ideò cum hoc dubio materiæ poterit adhiberi absolutionis forma. Et ita in praxi Lugus ex auditu narrat, in Belgio fieri à multis Confessariis, qui milites in bello moribundos, etiamsi nulla signa dare possint, absoluunt.]

Sup. hoc magis late suprà in Ref. 17. & in alio §. eius not.

4. Pellizzarius Societatis Iesu in *Man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 2. sect. 1. num. 60.* [Vtrùm verò Religiosus Sacerdos, qui in Confessione generali fieri solita in principio Missæ amittit loquelam, ac vsum sensuum,

Sup. hoc in Ref. præterita §. vlt. ad medium, & supr. in Ref. 56. §. vlt. in principio.

suum, possit sacramentaliter absolui ex vi talis Confessionis, qua ille se confessus est peccatorem, dicens: *Quia peccaui nimis cogitatione, verbo*, &c. Respondeo, non posse, eò quòd talis Confessio non sit sacramentalis, nec in ordine ad claues, (prout requiritur ad absolutionem;) sed oratio quædam ad alium finem prolata. Ita Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 8. num. 4.* & alij contra Marchinum *tract. de peste, par. 2. cap. 13. num. 15.* cuius opinionem puto defendi posse, non quidem, quòd hæc Confessio sit sufficiens ad absolutionem sacramentalem; sed ob doctrinam à nobis tradendam, nimirum posse absolui illum, qui sensibus omninò destituitur, & nullo pacto petit confessionem, si constet, illum fuisse solitum viuere more Christiano, &c.] Quam doctrinam postea firmauit *in tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. num. 114.* vbi testetur ex fide dignis, talem doctrinam docuisse, & practicasse Theologicæ Scholæ fulgentissimum lumen Suarez, & per se litteras à se consultos tradidisse Patrem Nicolaum Baidellum, & Patrem Anthonium Naldum, viros ex eorum Operibus impressis satis notos. Vide omninò dictum Pellizzarium.

5. Victorianus Premoli ex eadem Societate *in Memorial. Cleri. part. 4. cap. 1. num. 14.* [Sextò, scire debet nunquam licere absoluere absentem, quicquid aliqui in contrarium dixerint. Ita enim declarauit Clemens VIII. licet tamen absoluere moribundum, etiamsi nullum pœnitentiæ signum det in præsentia Confessarij, si tamen aliquis testetur, ostendisse confitendi desiderium. Ita docet Rituale Pauli V. & etiam *supra* diximus. Imò addit Sacerdotale *pag. 62.* ex doctrina D. Antonini: posse etiam absolui moribundum assuetum frequentare Confessionem, quamuis repentino casu oppressus, Sacramentum non petierit. Neque solùm potest Confessarius in his duobus casibus absoluere: sed etiam debet, quia contingere potest, moribundum esse tantùm attritum, vnde damnetur, nisi absoluatur, vt de priori casu dicit Suarez.] Et tandem Tamburinus Societatis Iesu *in Metho. in expedita Confessionis, edito Romæ 164., lib. 2. cap. 10. §. 1. nu. 11.* sic ait: [Nonnulli Doctores putant, eiusmodi moribundum satis superque petere Confessionem per mores Christianos tota vita sensibiliter peractos: atque adeò putant absolui posse, saltem sub conditione, si est capax absolutionis: idcircò in praxi censeo posse, saltem sub conditione dicta: imò propter tam vrgentem instantis mortis necessitatem, etiam debere. Ratio est: quia per conditionem cauetur iniuria Sacramenti: & ex alia parte consulitur, quantùm fieri potest, saluti moribundi, qui in tali articulo præsumi saltem attritus potest.] Ita ille.

Sup. hoc lege doctrinam Res. seq. & alteriu eius annot.

6. Et hanc sententiam nouissimè mordicùs tenet Leander *de Sacramen. tom. 1. tract. 5. disp. 5. quæst. 46.* omninò videndus. Idem etiam docuit Iansenius penes Lessium *in 3. par. D. Thomæ. quæst. 9. art. 2. dub. 2. num. 10.* præter Molfesium, Homobonum, Faustum, Anthonium de Litterariis, & alios, quos ego, vt dixi *alibi*, per extensum adduxi: quibus adde ex Societate Raynaudum *de Martyrio, part. 2. cap. 3. num. 7.* Virum doctum, & amicissimum.

Alibi in Res. positis in annot. prima huius Res.

7. Et ideò Ioannes Caramuel *in Theol. moral. lib. 3. disp. 4. n. 542.* putat, Confessarium teneri hanc sententiam in praxim deducere: ita enim ait: [Præter votum, iuramentum, præceptum, etiam proximi necessitas cogit hominem mutare dictamen probabile. Non posse absolui, qui nullum signum dederit, quo videatur actualiter petere Confessionem, sentis quidem probabilissimè: tibi enim viri doctissimi consentiunt: & tamen te peccaturum esse mortaliter, si non mutes dictamen, assero: cùm moribundo, omnibus sensibus destituto, qui nullo signo externo Confessionem petit, occurris. Ratio est clarissima: ille enim est in extrema necessitate constitutus, in periculo æternæ damnationis, & iure fraternæ charitatis teneris eum adiuuare; si potes: ergo & teneris ipsum absoluere, id enim potes: quia tametsi non possis operari contra tuum dictamen, potes illud prudenter mutare, & opinioni probabili subscribens, illi absolutionem concedere.] Ita ille. His tamen minimè obstantibus, puto sententiam supradictorum Authorum non esse omninò tenendam; sed omninò negatiuæ sententiæ adhærendum. Et ita docent communiter Doctores per ea, quæ *alibi* à nobis dicta sunt, &, me citato, docet etiam Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de pœnit. disp. 17. sect. 3.*

Sup. hoc lege doctrinam Res. seq. & alterius eius primæ not.

Alibi in Res. & §§. assignatis in annot. prima huius Res.

RESOL. LXVI.

An Confessarius non solum possit, sed teneatur adhibere absolutionem in casibus supradictis; quia ex duabus opinionibus semper est eligenda illa quæ fauet pænitenti, & quia in supradictis casibus Confessarius administrando Sacramentum cum opinione probabili, nullam illi iniuriam infert. Ex part. 3. tr. 3. Res. 9.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè, & ita docent Regius *in resol. cas. conf. cas. 9. num. 16.* Turrianus *de pœnit. quæst. 9 art. 3. disp. 30. dub. 1.* Suarez *tom. 4. disp. 23. sect. 1. num. 15.* Megala *in 1. part. lib. 2. cap. 11. num. 8.* Io. de la Cruz *in direct. part. 2. de sacrament. Pœn quæst. 3. dub. 8. concl. 2.* Coninch *de Sacram. disp. 7. dub. 10. num. 106.* Memoriale Greg. XV. *de forma sacram. Pœn. cap. 1. num. 17.* Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 5. num. 123.* Syluius *in 3. quæst. 9. art. 2. quæritur 4.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 91. art. .. dub. 1, num. 38.* & alij, quia cùm hoc licitè possit facere, vel ex charitate, vel ex iustitia (si ipsius pastor est) ad hoc obligatur; quod etiam verum est respectu eorum, qui contrariam sententiam tenent; quia cùm hanc sententiam possint in praxi tutò sequi propter suam probabilitatem, idque sit saluti moribundi valdè expediens, aut etiam necessarium; si solùm sit attritus, ad hoc, vt diximus, vel ex charitate, vel ex iustitia tenentur. Igitur Sacerdotes nolentes moribundum in tali casu absoluere, rectè Vasquez *vbi supra* vocat reos, & necatores animarum.

Sup. hoc in Res. præterita pro parte in §. Victorianus, ad medium. vers. Neque, & in §. vlt. ad fin. 8. vers. tamen & lege doctrinam Res. not. seq.

2. Non desinam tamen etiam hîc apponere sententiam Montesini *in part. 2. disp. 26. quæst 5. num. 245.* & Ioannis Sancij *in selectis, disput. 44. num. 35.* vbi sic ait: Aduertendum quòd licèt opinio negans, posse per nutus, & signa pœnitentem in extremis constitutum absolui, ne videlicet irritum fiat Sacramentum, sit in fauorem Sacramenti, & opinio affirmans, absolui posse, sit in fauorem suscipientis; ex dictis duabus opinionibus semper eligenda est illa, quæ fauet pœnitenti, cum Sacramenta instituta sint vt medecinæ suscipientium, vnde Sacramentum iuri suo cedit, vt ita dicam, ex periculo irritationis expons non ægrè fert, eò quòd salus spiritualis proximi magis tuta relinquitur suscepto Sacramento, quàm si illud non ministretur, & vbi violatio charitatis imminet, aut Religionis, charitas amplectenda est, & hæc violaretur non administrando Sacramentum infirmo indigenti, ex administratione verò solùm violaretur Religio. Ita Sancius.

Sup. hoc in co. 8. ar. 1. Res. 3. & in alijs eius primæ not.

3. Igitur cùm aliquis perplexus est inter duo præcepta simul occurrentia, strictius erit adimplendum; sed cùm magis obliget charitas, quàm Religio; ergo in

in casu nostro tenetur Confessarius potius adhibere absolutionem in fauorem pœnitentis, quàm illam denegare in reuerentiam Sacramenti; sed melius dicendum est; quòd in tali casu Confessarius administrando Sacramentum cum opinione probabili, nullam illi iniuriam infert; ergo tenetur ratione charitatis erga proximum ei illud administrare.

RESOL. LXVII.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. ex doctr. in Ref. 3. § 2. in principio.

An quando Confessarius ex opinione probabili absoluit moribundum, possit ei absolutionem prabere sine conditione? Ex part. 3. tr. 3. Ref. 10.

§. 1. Communiter Doctores asserunt absolutionem in tali casu dandam esse sub conditione; verùm Vasquez *in 3. par. tom. 4. quæst. 91. art. 2. dub. 1. n. 39.* in casu posito *supra in resolut.* 1. putat conditionem illam esse superuacaneam; & hanc sententiam docet etiam Sancius *in selectis disputat.* 44. *numer.* 32. vbi ita ait: Sequens opinionem, posse videlicet per signa absolui pœnitentem, non tenebitur sub conditione absoluere; nam ille, qui agens aliquam actionem, iudicat se non delinquere, absolutè potest illam exercere; nec opus erit conditionem addere. Vnde quando communiter dicunt Theologi, ministrandum esse Sacramentum sub conditione, quando dubitatur de valore Sacramenti, id intelligendum est in dubio proprio, non in opinionibus. Quod optimè confirmat caput *de quibus, de Baptismo*; vbi decernitur rebaptizandum esse illum sub conditione, de quo dubitatur, an sit baptizatus. Ita Sancius. Et hæc dicta sufficiant circa explanationem dubiorum, quæ in principio Tractatus exponenda proposui; omnia tamen subdendo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ correctioni, & doctorum virorum iudicio.

Quæ hic est supra Ref. 35.

Sup. hoc in tom 8. tr. 1. ex Ref. 3. §. Imo. & cum eodem Sancio hic citato, ibi à lin. 6.



TRACTATVS QVINTVS, DE ALIQVIBVS RESERVATIS, atque de eorum Absolutione.

RESOL. I.

An non solùm in articulo mortis, sed etiam in periculo possit quis eligere Confessarium non approbatum pro omnibus peccatis & censuris reseruatis? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 71.

Sup. hoc supra in tr. 4. Ref. 39. & hic infrà lege Ref. seq. & alias eius primæ not. & signantes infr. in primis lin. Ref. 7. & in tom. 5. tr. 1. Ref. 41. §. Verū si aliquis. & in tom. 5. tr. 1. ex Ref. 206. §. vlt. à principio. & in tom. 9. tr. 7. Ref. 126. per totum.

NEGATIVAM sententiam docent Sotus, Couarruuias, Graffius apud Finellium, *vbi supra*, cum Cano, & Ledesma, quos citat & sequitur Io. de la Cruz: putant enim distingui articulum mortis à periculo, ita vt priuilegium eligendi Sacerdotem non expositum pro confessione, sit solius articuli, non autem periculi.

2. Sed falluntur equidem, & ita affirmatiuam sententiam docet Finellius *tract. de cas. reseruatione, cap. 8. num. 8.* qui citat Henriquez, Abbatem, Angelum, Syluestrum, Medinam, Victoriam, Nauarrum, Philiarchum, Sayrum, & alios; vnde ipsimet aduersarij hanc opinionem probabilem putant, & ideo Ioan de la Cruz *in direct. conscient. part. 1. de Sacrament. Pœnit. q. 5. dub. 10. concl. 2.* sic asserit: Probabile est, quòd qui existit in periculo mortis, potest eligere in Confessorem, etiam non expositum, pro omnibus peccatis, & censuris etiam reseruatis. Ita ille. Et ratio præter alias ista erit, quia si periculum mortis ab articulo distinguamus, sæpiùs continget infirmum inabsolutum decedere, dum Confessarius morborum inexpertus nesciat articulum à periculo distinguere, ac propterea verum articulum non cognoscens, differat absolutionem, aut quia à reseruatis credat adhuc absoluere non posse, aut expectare velit Parochum, vel alium approbatum Sacerdotem. Dicendum est igitur, quòd mortis periculo idem priuilegium tribuitur, quod vel in mortis articulo conceditur, vnde ex his sequitur hæc dubitatio.

RESOL. II.

Sup. primæ diffic. huius tituli, & contento in §. 1. huius Resol. dempta vltima huius quæst. lege supra in tr. 4. doctrinam à Ref. 39. vsque ad Ref. 44. inclusiuè. & hic vide Ref. præteritam, & in tom. 5. tr. 1. ac deferas perlegere doctrinā Ref. 205. & 206. & si hic infr. prius legis doctrinā Ref. 4. & aliarum eius secundæ not. & postea perleges hanc Ref. & alias eius annot. & consequentes videas Ref. 4. huius annot. & alias eius not. facilius solutio huius quæst. patebit, & caput doctrina replebis, si prius caput non doles.

An in articulo mortis, seu periculo possit quilibet Sacerdos absoluere ab omnibus peccatis, censuris, & reseruatis?

Et an sub nomine Sacerdotum in hoc casu comprehendantur non approbati, excommunicati, suspensi, irregulares, degradati, hæretici, cessante periculo peruersionis, &c.

Et quid de simplici Sacerdote præsente Parocho?

Et in §. vltimo huius Resolutionis docetur, quomodo hæc sententia in periculo mortis, *intelligatur.*

Et quid, si propria sponte quis periculum mortis adeat, v. g. in bello iusto, maris longa nauigatione, &c? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 57.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 7.* cum communi Doctorum sententia, & sub nomine Sacerdotum in hoc casu comprehenduntur nō approbati, & expositi, item suspensi, irregulares, degradati, excommunicati, ac non tolerati, & contra Nauarrum *cap. 26. n. 26.* etiam hæretici cessante periculo peruersionis, & ego, vt alibi dixi, puto probabiliter simplicem Sacerdotem posse in tali casu etiam præsente Parocho, à reseruatis infirmum absoluere. Sed difficultas est pro praxi, quo tempore in periculosa infirmitate possit Confessarius à reseruatis absoluere? Respondent DD. non esse intelligendum vltimum vitæ spatium, sed quoduis etiam probabile mortis periculum. Sed hæc responsio adhuc manet in generalitate, itaque Sancius *in select. disp. 11. n. 5.* docet absolutionem à reseruatis posse impendi à prima die infirmitatis periculosæ, vt doloris lateris, tabardilli, &c. Ita Ille.

Sup. hac prima die in Ref. seq.

2. Notandum est tamen hîc, quòd ex Corduba Sanch. *in tom. 2. lib. 2. cap. 12. n. 13.* putat quoad periculum mortis hanc sententiam procedere, quando videlicet quis non propria sponte, sed ex causa vrgente, seu morali necessitate coactus, tale periculum adeat,

Sup. contenta in hoc § supr. in tr. 4. Ref.

39. in fine. & hic infra in Ref. 7. à lin. 5. §. 1. & seq. & in tom. 3. n. 1. Res. 41. §. Primam. & in tom. 5. tr. 1. Res. 206. §. vlt. à lin. 7. à vers. A Ido. & in tom. 9. tr. 7. Res. 126.

adeat. Sed hæc limitatio displicet Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 13.* & mihi, quia alij DD. de illa non faciunt mentionem: absolutè enim docent posse Sacerdotes non solùm in articulo, sed etiam in probabili periculo mortis à reseruatis absoluere. Deinde ratio cur Ecclesia in mortis periculo omnibus Sacerdotibus absoluendi potestatem tribuat, est, quia peccator in tali casu, tum iure diuino, tum positiuo, tum etiam naturali charitate erga seipsum ad confitendum obligatur, quæ ratio obligationis æquè locum habet, & si aliquis sine necessitate, sed propria sponte periculum mortis adeat, v.g. in bello iusto, maris longa nauigatione, &c. Non est ergo admittenda limitatio Sanchez.

RESOL. III.

An absolutio à reseruatis, quæ potest vt dictum est suprà, impendi à quolibet Sacerdote in periculo mortis, possit dari à prima die infirmitatis, quæ ponit infirmum in tali periculo? Ex part. 5. tract. 3. Res. 69.

Quæ hic est Res. antecedens in fine §. 1.

§. 1. PRo sententia affirmatiua *in part. 4. tract. 4. resol. 57.* adduxi Sancium *in select. disp. 12. n. 5.* & nouissimè, me citato, hanc sententiam docet etiam Cælestinus *in compen. Theol. moral. tract. 1. cap. 15. quæst. 1.* vbi ait, absolutionem a reseruatis posse impendi à prima die infirmitatis periculosæ, vt doloris lateris, pleuritidis, idque siue periculum mortis quis adeat propria sponte, siue causa aliqua vrgente, seu mortali necessitate coactus. Sic ille.

RESOL. IV.

Quando censeatur non adesse copiam Confessoris habentis potestatem in censuras, & peccata reseruata, an possit constitutus in articulo mortis absolui a quocumque Sacerdote? Ex part. 5. tract. 3. Res. 65.

Sup. hoc lege doctrinam omnium Res. & 55 not. seq. & si postea perlegis doctrinam Res. 1. post præteritam, & omnium eius primæ not. & supra in tr. 4. Vides Res. 43. & alias eius annot. & si etiam legis Res. 1. annot. seq. & alias Res. & 55. eius secundæ not. facillimè hæc difficultas soluta erit.

§. 1. ALiqui dicunt, vbi ipse ægrotus, etsi illum adire nequit, nec potest accersere, potest tamen Confessor illum adire, ac petere facultatem, & tunc dicunt non dici deesse copiam Confessoris superioris, & ob id volunt, vt debeat procurare ægrotus per litteras, vel per Confessarium, aut per alium facultatem. Mihi verò admodum placet, vt verè dicatur non adesse copia, quando nec constitutus in eo periculo potest personaliter Superiorem adire, neque eum commodè accersere, quia aut non veniet, aut magna nota erit. Nam ius non obligat pœnitentem, vt se per tertiam personam Superiori præsentet, sed per ipsum, & quando per se ipsum non potest, illum impeditum iudicat. *cap. quamuis, de sen. excom.* & ita tenet Sanchez *in summa tom. 2. lib. 2. cap. 13. num. 14.* nec est grauamen Confessoris adeundi Superiorem pro facultate, sed pœnitentis in pœnam sui delicti; & ob id, dum non potest eo modo, quo dictum est, dicitur verè impeditus, & tunc caret copia Confessoris. Et hæc omnia docet etiam Florouus *de casib. reseruat. part. 1. cap. 4. §. 19. numer. 9.* cui adde Trullench. *in Bull. Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 5. num. 6.* & Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 9. num. 7. & lib. 13. cap. 19. n. 3.*

2. Sed supradicta procedunt in opinione illorum, qui asserunt in articulo mortis adhibendum esse Prælatum ad confessionem, si fieri potest, vel ab eo petendam facultatem; quam sententiam tenet Suarez *tom. 4. disp. 26. sect. 4. n. 4. & tom. 5. disp. 22. sect. 1. n. 62. & de fide disp. 21. sect. 4. num. 2.* cum aliis DD.

quos citat, & sequitur Sanchez *in Sum. tom. 1. lib. 2. cap. 13. num. 7.* Sed quia ego contrariam sententiam probabilem esse puto, dico quòd in tali casu non tenetur mittere Confessarium, vt petat à Superiore facultatem, quia hoc esset onus magis Confessarij, quàm pœnitentis, neque eum teneri Superiorem adire, quamuis posset. e.g. sint simul in eadem domo Prælatus & subditus, hic tamen habeat crimina reseruata Prælato, non tenetur illum adire. Et ita præter alios docet Hurtadus de Mendoza *vol. 1. de fide disp. 84. sect. 8. §. 125. 147.*

Sup. hoc in tom. 5. tr. 8. Res. 26. §. 1. à lin. 3. à vers. Difficultas, & seq. & in Res. 28. ante medium. à vers. Nec tenentur. & hic infr. in Res. 21. à lin. 5. à vers. Nec tenentur. & lege etiam in tom. 5. tr. 8. doctrinam §. 3. Res. 14. quamuis ibi pro impedimento perpetuo, & signanter in dicto tom. 5. tr. 1. ex Res. 206. §. Aduerte.

3. Nec valet dicere, quòd finis auferendi reseruationem in mortis articulo fuit, ne cui reseruatio esset causa æternæ ruinæ; sed præsente Superiore, aut proprio Sacerdote, nulla est occasio ruinæ, quia adest copia Confessoris: ergo tunc non potest quilibet adhiberi. Respondeo ex ipsis authoribus cessante priuatiuè fine legis in particulari, non cessare vim legis ipsius; cessante verò contrariè, cessare vim legis; sed in eo casu cessat finis legis priuatiuè, non verò contrariè, cessat enim occasio ruinæ, non tamen imminet ruina, si confessio fiat apud alium præter Sacerdotem proprium: ergo non cessat vis legis. Deinde non cessat omnino finis legis, occasio enim æternæ ruinæ non solùm oritur ex inopia Confessoris, sed ex difficultate, quam communiter homines sentiunt in adeundo Prælato. Ecclesia verò omnem difficultatem voluit in eo articulo remouendam, vt quam maxima facilitate moribundus anteactæ vitæ rationem cum Deo componat. Quòd si quando hominibus volentibus aperit Ecclesia benignitatis thesauros, ablata criminum reseruatione, quid agendum est a pia matre cum filio, vltimum spiritum exhalante? an cum illo duriùs aget, quàm cum valentibus agendum censet interdum? Ad hæc nec opus erat reseruationem auferre? posset enim æger indirectè absolui à quouis Sacerdote in absentia Prælati, tunc autem nulla esset occasio ruinæ, quia æger Deo reconciliaretur. Voluit ergo Ecclesia omni benignitate tractare morti vicinos, illorum supremos miserata dolores.

4. Ad argumentum in forma distinguo maiorem. Finis fuit, vt nulla esset causa ruinæ præcisè; nego maiorem, ne esset causa ruinæ, nec occasio, nec difficultas ad salutem, concedo; sic distinguo minorem, non est causa absolutè concedo minorem; non est occasio orta ex difficultate, nego minorem, & consequentiam. Item ille est finis, quo priuatiuè cessante, non cessat legis vis. Et hæc omnia docet Hurtadus *vbi suprà*, cui adde Tannerum *tom. 4. disp. 6. q. 9. dub. 3. n. 67.* Coriolanum *de casib. reseruat. part. 1. sect. 2. art. 8. num. 7.* Finellium *de casib. reseru. cap. 8. num. 3.* Vnde ex his refellenda est opinio Zambrani *de sacrament. Pœnit. cap 4. dub. 4. num. 15.* vbi docet in articulo mortis, si infirmus habeat casum reseruatum, mittat per Confessarium pro eius licentia, non nominando personam pœnitentis; sed hæc, vt dixi, ex supradictis satis remanet labefactata, & illam reprobat Marchiuus *de peste part. 3. cap. 3. num. 25.* Trullench *in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 6. num. 3.* & Ludouicus de la Cruz *in Bulla Cruc. disp. 1. cap. 3. dub. 15. num. 6.*

RESOL. V.

An simplex Sacerdos possit absoluere à censuris, & casibus reseruatis omnes parturientes, tanquam constitutos in periculo mortis? Ex part. 3. tr. 4. Res. 72.

§. 1. AD hanc quæstionem affirmatiuè videtur respondere Bellochius *tract. de cas. reseru.*

Sup hoc in Res. seq. &

Infra in Ref. 8. §. Nota, & in tom. 3. tr. 1. Ref. 41. §. Secundam in fine, & in tom. 9. tr. 7. Ref. 126. in fine.

p. 1. q. 2. numer. 128. vbi sic ait: Quoad mulieres prægnantes proximas, aut vicinas partui, vel partus dolores iamiam sentientes, an dicantur positæ in periculo mortis, ita vt possint à reseruatis absolui, multi multa dicunt. Nauarrus *in man. c. 2. num. 9. in fine*, dicit, quòd periculum mortis limitandum est in muliere, quæ nunquam peperit, vel experta est partus difficiles. Idem fatentur Sotus *in 4. dist. 18. q. 1. artic. 5.* & Grassius *part. 1. lib. 1. cap. 11. numer. 7.* & Fulgosius *in l. 2. §. sed etsi qua cautioni*, dicit hoc non habere locum in mulieribus rusticis, quæ pariunt sine dolore, vt plurimum, & pro nihilo ducunt parere etiam binos. Abbas tamen *in cap. pastoralis, §. 1. num. 3. de offic. ordin.* tenet, quòd indistinctè habeat locum in omnibus mulieribus parturientibus. Et hæc sententia indistinctè admittenda est hoc modo, si scimus, iam ita partui propinquas, quæ dolores sentiant, & eo casu nulla est expectanda facultas à superiori, si verò non sunt ita partui propinquæ, tunc est expectanda Superioris licentia, quia non subest mortis periculum. Hæc omnia Bellochius.

2. Sed contrarium præter Nauarrum, & alios, quos ipse citat, docet etiam Finellius *tr. de cas. reseruatione, c. 8. num. 8.* vbi asserit: Non quælibet prægnans paritura in eodem periculo mortis constituitur, sed ea quæ primum partum sit editura, vel quæ aliàs difficiles, & periculosos partus solita sit habere. Ita ille, & ego.

RESOL. VI.

An pregnantes sint in articulo mortis, ita vt absolui debeant sicut cæteri moribundi? Ex part. 5. tr. 3. Res. 63.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis eius annot.

§. 1. NOn desinam hîc apponere opinioné eiusdem Hurtadi de Mendoza *loco citato de fide vol. 1. disput. 84. sect. 8. §. 126.* vbi sic ait: Primis gestationis mensibus prægnantes non esse in articulo mortis ob præcisam rationem prægnationis, quia tunc per se nullum imminet periculum, gestatio enim non minatur periculum, nisi in partu. Vt ergo qui lethali morbo premuntur, lento tamen eos non interrupturo, tam citò non possunt absolui à priuato Sacerdote ante tempus morti vicinum, ita nec prægnantes ante tempus partui vicinum, qui est mensis octauus completus, ineunte iam nono, partus enim septimestris est rarus, quapropter si ante id tempus vrgeat confessionis præceptum, aut velit ipsa accipere Eucharistiam, est confessio facienda, ac si non prægnaret, nisi per accidens esset in aperto vitæ discrimine. At omnes prægnantes esse in mortis periculo, est probabile, dum sunt iam parituræ; non est discrimen inter expertas, & inexpertas, imò inexpertæ sunt apertiùs in periculo, ob quod plures pereunt in primo partu, quàm secundo, aut tertio. His diebus in hac vrbe interiêre duæ primo partu repentè criminibus inexpiatis confessione. & quæ multos partus felices sunt expertæ, tandem in officio moriuntur. Partus enim multas ob causas æquiualet graui morbo, dum minùs de morte cogitatur repentè eam minatur. Opinor item omnem mulierem parituram teneri per se ad expianda crimina, antequam partu periclitetur, excusari autem per accidens ex ignorantia, aut inconsideratione, quia cum multæ quotidie pereant, nesciunt an ea sors eas continget, & quidem nulla prudens & timens Deum non se comparat ad moriendum, antequam se partui committat. Ita Hurtadus. Sed hæc opinio videtur aliquibus nimis rigida, nam mortis articulus est ille, in quo frequenter moriuntur, sed in partu mulieres non frequenter pereunt; ergo dicendum est non omnes prægnantes iam parituras esse in articulo mortis, sed illæ tantùm quæ difficilem expertæ sunt partum, vel ad plurimum, quæ primò pariunt, vt ego alibi probabiliter cum multis Doctoribus probaui: quibus nunc addo Sanchez *in Summa tom. 1. lib. 2. cap. 13. numer. 4.* Layman *lib. 5. tractat. 6. cap. 12. numer. 13.* Sotum *in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 5.* Grassium *part. 1. lib. 1. cap. 11. numer. 7.* Fforonum *de casibus reseruatis part. 1. cap. 4. §. 20. numero. 4.* Tannerum *tom. 4. disputat. 6. quæst. 9. dub. 3. numer. 74.* Marchinum *de peste part. 2. cap. 1. numer. 24.* Posseuinum *de officio Curati cap. 5. numer. 77.* Alterum Hurtadum *de Sacrament. Pœnit. disputat. 10. difficult. 9.* Finellium *de casib. reseruat. cap. 8. numer. 8.* & Fagundez *pr. 2. lib. 1. cap. 1. numer. 7.* vbi docet tunc prægnantes esse in articulo mortis, quando nunquam pepererunt, & quando partus difficiles expertæ sunt. Et ideo Trullench *in Bull. Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 4. num. 5.* sic ait: Indifferenter verum non videtur id, quod docet Syluester *ver. absolutio 1. §. 10.* omnes prægnantes posse absolui ab omnibus reseruatis, nisi quando difficiles partus solent habere. Ita ille, cui adde Ludouicum de la Cruz *in Bulla Cruc. disp. 1. cap. 3. dub. 28. num. 6.*

2. Verùm his non obstantibus sententiam Hurtadi de Mendoza tenet etiam Abb. *in cap. pastoralis, num. 3. de officio Ordinarij*, & nouissimè docet illam Petrus Bellochius *in praxi morali Theol. part. 1. quæst. 2. num. 129.* vbi sic ait: Hæc de mulieribus prægnantibus sententia indistinctè admittenda est hoc modo in iam ita partui propinqua, quæ dolores sentiat, & eo casu nulla est expectanda Superioris lincentia; si verò non sit ita partui propinqua, tunc est expectanda facultas à Superiore quia non subest mortis periculum. Sic ille.

RESOL. VII.

An qui voluntariè prælium, vel nauigationem periculosam aggreditur, possit absolui tanquam constitutus in periculo mortis?

Et aduertitur quoad absolutionem idem esse periculum, & articulum.

Et notatur quemcumque Sacerdotem potentem aliàs absoluere saltem a venialibus, habere facultatem in articulo mortis absoluendi quoscumque pœnitentes à quibuscumque peccatis, & censuris quantumuis alias reseruatis Sedi Apostolicæ, aut cuiuis alteri Superiori, etiam si præsens sit proprius Sacerdos, qui aliàs habeat facultatem absoluendi ab omnibus.

Et docetur, quod quando Sacerdos est impeditus hæresi, apostasia, schismate, & similibus impedimentis notis pœnitenti, tunc non potest in articulo mortis absolui ab illo, si adsit alius censura carens, aut prædictis, & similibus vitiis.

Et an possit Sacerdos absoluere à reseruatis in articulo mortis, quando pœnitens solum habet reseruata, adest tamen Parochus, vel alius Sacerdos expositus ab Episcopo pro audiendis confessionibus?

Et quid si cum reseruatis habeat pœnitens aliqua peccata non reseruata, & adsit Parochus, vel alius approbatus, an tunc sint præferendi simplici Sacerdoti? Ex part. 11. tr. 5. & Misc. 5. Res. 29.

§. 1. SVpponendum est id quod alibi probauimus, quoad absolutionem idem esse periculum, & articulum mortis, & ita me citato docet ex pluribus

Alibi suprà in Res. 1. & in aliis alibi not.

Sup. hac limi. tatione & seq. doctrina contenta in hoc, & seq. §. sup à in Ref. 2. §. vlt. & in aliis eius annot.

pluribus Dicaſtillus vbi infra. Sed Sanch. *in ſumma tom.1.l.2.c.13.n.1.* limitat hanc ſenteotiam cum Corduba, vt morali neceſſitate eogente, abſoluendus in id periculum incidere debeat. Explicat Sanchez ſuprà cum Corduba, vt, ſi neceſſe alicui ſit ex vrgenti cauſa nauigationem periculoſam, aut prælium aggredi: quando enim propria ſponte aggreditur, non dicitur conſtitutus in mortis periculo, ſed ipſe vult ſe conſtituere. Vnde ſtando in hàc limitatione, quam adducit Sanchez, reſpondendum videtur ad dubium huius reſolurionis negatiuè.

2. Sed vt verum fateat, hæc ſententia Sanchez nunquam mihi arriſit, & nouiſſimè inuenio eam repellere Dicaſtillum de Sacram. *tom.1.tract.8.diſp.10. dub.56. num.410.* Nam eo ipſo quod quis licitè poteſt aggredi prædictam nauigationem, vel inreſſe prælio cum prædicto periculo, etiamſi aliàs poſſet aliam viuendi rationem inſtituere, ſi tamen velit alterutrum illorum periculum ſubire, cenſetur conſtitutus in periculo mortis, vt poſſit abſolui, atque inprimis prælium iuſtum, ſtatuſque militiæ, & nauigationes inſtitutæ per maria, ſunt res vtiles, & fere neceſſariæ Reipublicæ. Quod debet fieri in Republica per aliquos homines, ſiue hos, ſiue illos. Vnde, ſicut bonum proprium & ſpeciale, graue & alicuius momenti cenſeretur ſufficiens, vt talis homo diceretur conſtitutus in tali periculo; ita etiam bonum commune Reipub. itaque vniuerſim loquendo, qui non in fraudem legis reſeruationis peccatorum, & cenſurarum, ſed quia ſic placet vitam inſtituere, & è re ſua fore iudicat vel nauigationem ingredi, vel militiam, vel prælium; etiamſi aliàs poſſet aliud vitæ inſtitutum ſequi, cenſebitur ſufficienter conſtitutus in articulo mortis, vt poſſit abſolui. Quod ſic amplius declaro; Vel ille homo qui nauigationem aggreditur, aut prælium, quando habet caſus reſeruatos peccat, aut non peccat: Si dicas peccare, durum omnino videtur ex vi præcepti reſeruationis peccati, velle illum obligare ad non nauigandum, vel præliandum alias licitè, neque, id poteſt ſufficienter probari: nec enim præceptum illud videtur obligare ad exiſtendum, & permanendum in eo ſtatu, in quo ſuo tempore poſſit; atque adeo, cogatur ire ad Superiorem per ſe, vel per alium pro beneficio abſolutionis; ſolum enim ex vi reſeruationis tenetur ad hoc, vt quando inſtet præceptum confitendi, compareat, ſi poſſit, coram Superiore. Si verò dicas, vt verum eſt, non peccare aggrediendo prælium ſeu nauigationem; non video, cur homo certus id facere, non poſſit abſolui, cum iam moraliter cenſeatur conſtitutus in periculo. Quod autem ſit conſtitutus à ſe, & propria voluntate, ſi alioquin ſe licitè conſtituit, parum refert. Accedit quod ſi de facto ſe conſtituat, etiamſi propria voluntate id faciat, iam ſemel conſtitutus poterit abſolui; neque id vt puto negabunt aduerſarij, ſiue peccauerit ſe conſtituendo, ſiue non, tunc enim ſi non poſſit ſe abducere ab aliquo periculo, iam ſaltem perſeuerantia eſt neceſſaria; ſicut etiamſi quis lethaliter, aut periculosè ſeipſum vulnerauerit, ſciens & volens, poterit nihilominus abſolui. Ex quo ſic argumentor pro noſtro caſu. Ille cum caſibus reſeruatis vult aggredi prælium, aut nauigationem, non peccat, & ſemel ingreſſus poteſt abſolui: ergo iam iam ingreſſurus cenſetur eſſe moraliter in eodem periculo, à quo aliàs non tenetur ſe ſubducere, & abſtinere: ergo fruſtra negabitur illi abſolutio permiſſa in periculo mortis. Confirmatur, quia eo ipſo, quod tale inſtitutum vitæ aut talis actio permittitur tali homini, cenſetur in Eccleſia inter eos, qui pro tunc ſunt in periculo. Et hæc omnia docet Dicaſtillus *vbi ſuprà.*

Alibi ſuprà in tr. 4. Ref. 43. & ſi placet lege alias Ref. eius annot. & ſignanter in tom. 3. tr. 1. Ref. 41. §. Itaque.

3. Notandum eſt hic, ſententiam quam ego alibi ſolum tanquam probabilem admiſeram, nouiſſimè abſolutè, & tanquam probabiliorem docere Dicaſtillum *vbi ſupra dub. 14. n. 337.* videlicet quemcumque ſacerdotem potentem aliàs abſoluere ſaltem à venialibus, habere facultatem in articulo mortis abſoluendi quoſcumque pœnitentes, a quibuſcumque peccatis & cenſuris, quantumuis alias reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, aut cuiuis alteri Superiori, etiamſi præſens ſit proprius Sacerdos, qui aliàs habeat facultatem abſoluendi ab omnibus. Et reſpondet ad omnia argumenta aduerſariorum: limitat tamen hanc ſententiam, quod quando Sacerdos eſt impeditus hæreſi, apoſtaſia, aut ſchiſmate, & ſimilibus impedimentis notis pœnitenti, tunc non poteſt pœnitens in articulo mortis abſolui ab illo, ſi adſit alius cenſuris carens, aut prædictis, & ſimilibus vitiis.

Sup. hac limitatione ſignãter in Ref. 1. annot. præteritæ.

4. Sed ſtando in opinione contraria, quæritur an poſſit ſimplex Sacerdos abſoluere à reſeruatis in articulo mortis, quando pœnitens ſolum habet reſeruata; adeſt tamen Parochus, vel alius Sacerdos expoſitus ab Epiſcopo ad audiendas confeſſiones.

Sup. hoc ſi vacas otio lege doctrinam Ref. 1. not. præteritæ, & a tarum eius not. ſignanter §. vlt. dictæ Ref.

5. Negatiuam ſententiam docet Sanchez *vbi ſuprà n.10.* Suarius *diſp. 26. ſect. 4.* Zambran. *cap. vlt. 4. dub. 4. n.16.* Probant, quia ceſſat neceſſitas, & approbatus ad audiendas confeſſiones eſt abſolutè & ſimpliciter Confeſſarius ab Eccleſia deſignatus, licet impeditus ſit quoad reſeruata.

6. At ego affirmatiuæ ſententiæ adhæreo, quam tuetur Dicaſtillus *vbi ſupra n.398.* nam dicere quod talis Ordinarius, aut delegatus aut approbatus habeat potius ius ad audiendas confeſſiones (vt ait Sanchez) quam alius ſimplex Sacerdos, aut eſt petere principium, & aſſumere pro antecedenti id ipſum de quo diſputamus, aut eſt aſſumere falſum, aut omnino extra rem. Quæ omnia ſigillatim probo: Si enim dicat Sanchez habere potius ius ad audiendas confeſſiones caſuum ſibi alioquin reſeruatorum, petit principium, & aſſumit pro antecedenti id, de quo diſputamus, vt patet. Si autem dicat habere potius ius ad audiendas confeſſiones, id eſt ad efficiendum Sacramentum confeſſionis in aliqua materia quæcumque ſit vagè & indeterminatè, falſum aſſumit. Nam etiam ſimplex Sacerdos habet poteſtatem efficiendi verum Sacramentum, ſaltem circa peccata venialia, vel mortalia iam rite confeſſa, quod eſt tam verè & propriè Sacramentum Confeſſionis, atque factum circa mortalia non confeſſa; ad quod Sacramentum non minus ius habet ſimplex Sacerdos, quam Parochus, aut Delegatus ad Sacramentum aliquod factum etiam circa mortale. Si denique dicat habere potius ius ad audiendas confeſſiones mortalium non reſeruatorum; adeo verum eſt, vt ipſe ſit tantum, qui habeat ius; ſimplex verò Sacerdos nullo modo. Hoc tamen omnino eſt extra rem: nam quod habeat poteſtatem circa alia peccata, impertinens eſt ad poteſtatem circa reſeruata, nec ob eam cauſam cenſeri debet habere aliàs potiùs ius ad confeſſionem circa reſeruata, quorum non eſt iudex competens, alioquin ſequeretur quod ſi eſſent duo Sacerdotes, quorum vnum non habeat tot caſus reſeruatos, à quibus non poſſit abſoluere; atque habeat alius, v. g. ſi vni reſeruentur blaſphemia, & Sodomia, & alteri tantum blaſphemia, hunc debere præferri alteri, quia in hoc ſenſu haberet potius ius, quam alius, ſiquidem ad plura peccata abſoluenda ſe poſſet extendere, quàm alios, quod nemo ſanæ mentis concedit. Nam habere poteſtatem ad aliquod peccatum abſoluendum, ad quod non habet alius, ſolum in ea re inducit inæqualitatem, non in alio extra illam rem.

7. Prætereà si ineptè quis diceret iudicem habentem potestatem ad iudicãdum in causis vnius oppidi omnino diuersi Regni, aut Prouinciæ, habere potius ius ad iudicandum de causis alterius Prouinciæ, quam priuatus aliquis homo. Item iudicem Ecclesiasticum constitutum ad iudicandum de causis, verbi gratia decimalibus, eo ipso habere ius ad iudicandum potius quam alium de causis Sacramentorum, aut de causis fidei; vel iudex ciuilis de causis militum qui sunt in castris: sunt enim hæ iurisdictiones circa materias longè diuersas: Pari ratione in nostro casu, non ex eo, quod vnus Sacerdos habeat iurisdictionem circa quædam peccata, censetur habere potius ius circa alia, quæ non sunt aliàs materia illi subiecta. Itaque existimo in illo casu, etiam supposita sententia, sub cuius suppositione disputamus, quemcumque Sacerdotem, etiam simplicem, alias aptum æquè benè posse absoluere à reseruatis sibi, & Parocho; respectu enim illorum peccatorum extra articulum mortis vterque est simplex Sacerdos. Hucvsque Dicastilhis; qui tamen optime subdit; Quod si in tali casu pœnitens habeat simul cum reseruatis mortalia non reseruata; tunc præferendus erit, qui habet facultatem absoluendi à mortalibus non reseruatis ei, qui est simplex Sacerdos, quia hic habet ius absoluendi aliqua mortalia, quæ tenetur pœnitens præcepto diuino confiteri proprio Sacerdoti, qualis est hic comparatione illorum.

RESOL. VIII.

An remigantes possint absolui à quocumque Sacerdote ab omnibus reseruatis tanquam constituti in periculo mortis?

Et quid de obsessis & obsidentibus?

Et asseritur mulieres etiam grauidas, quæ sunt vicinæ partui, & dolores iam sentiunt, posse à reseruatis absolui.

Et aduertitur, quid est faciendum, quando Confessor absoluit pœnitentem de aliquo casu reseruato non habens iurisdictionem? Ex part. 11. tr. 3. & Misc. 3. Res. 2.

Quæ nunc hanc sequuntur.

§. 1. DE hoc casu dum hæc scriberem interrogatus fui nomine cuiusdam Capellani triremium Militensium, & adduxi me ipsum *in part. 5. tr. 3. res. 61.* sed quia quærebant Auctores, qui absolutè assererent partem affirmatiuam, attuli Ioannem Henriquez *in qu. moral. sect. 5. part. 1. n. 1* vbi sic ait: Algunos Dotores citatos por Tomas Sanchez affirman, que el que esta codenado à galeras, non esta en peligro necessario de muerte, y consequentemente no esta en esse articulo. Pero mas creo, que el non parecer à estos Dotores, que no es peligro de muerte el estar, en galeras, es por no auer visto lo que alli passa, que por faltar le cosa alguna para articulo, y peligro de muerte. Y assi yo que he visto los peligros que alli ay, iuzgo con Manuel de Sà que este es verdadero articulo de muerte: porque si segun todos los Dotores el primer dia que vn enfermo cae de dolor de costado, ò de polmonia, ò modorra, entra en el verdadero articulo de muerte y no es menester esperar à que este el enfermo agonizando, quien puede dudar de que el primer dia que vn hombre entra en galeras, tenga la muerte mas à los ojos, que el enfermo mas peligroso? Este punto se ha disputado en conclusiones en vna Religion muy graue, y los Maestros mas doctos que alli assistieron, resoluieron que la opinion de Manuel de Sà era probable, y lo mismo me respondio à mi vn Padre muy docto de la Compañia de Iesus.] Ita ille, cui adde etiam Duardum *in Bulla Cœna lib. 1. §. 2. quæst. 2. n. 6. & 15.* & licet Sanchez contrarium doceat, quod non censentur esse in proximo periculo, eò vel maxime, quòd superueniente necessitate longioris peregrinationis soleant habere Sacerdotes pro confessionibus excipiendis. Verùm hac ratione non obstante, adhuc putarem posse absolui. Et ratio est, quia licet non semper sint in proximo actuali periculo, tamen illud semper probabiliter timent; sic Mazzucchellus *de cas. reseru. disp. 1. q. 3. difficult. 28. n. 106.*

2. Sed quid dicendum de obsessis, & obsidentibus? de hoc casu etiam interrogatus fui, annis elapsis tempore obsidionis Ciuitatis Cremonæ auxilio Dei, & prudentia, ac fortitudine Excell. Marchionis de Carazena ab incursu Gallorum feliciter liberatæ, & tunc adduxi Mazzucchellum. *vbi supra n. 99.* sic asserentem. Tertiò enumerantur obsessi, & obsidentes; Intellige tamen cum triplici limitatione. Primò, quod nomine obsessorum ij tantùm veniant, qui actu incumbunt defensioni Oppidi, vel Ciuitatis obsessæ; non verò alij, qui in loco tuto recepti possunt esse immunes ab ictibus inimicorum, nisi fortè etiam ipsi probabiliter timerent in ipsos crudelius post expugnationem, quæ verisimiliter timeretur, sæuiturum hostem, & ante expugnationem desperarent omnem copiam confessoris habentis legitimam auctoritatem absoluendi.

3. Secundò, quòd bellum sit vtrinque iustum, idest obsidio sit iusta ex parte obsidentium, & ex parte obsessorum sit iusta defensio.

4. Tertiò, quod qui obsidentur de proximo expugnentur bombardis obsidentium, & pariter obsidentes ipsi arceantur de propè bombardis obsessorum. Vnde si ij qui obsidentur, non expugnarentur bombardis obsidentium, aut obsidentes ipsi à longè starent; Tunc quia non censerentur in proximo mortis periculo, inde est, vt non possint à simplici Sacerdote absolui. Sicuti nec obsidentes ipsi absolui possent, quoties ex parte illorum bellum esset iniustum, neque obsessi, dato quod ex parte illorum esset iniusta defensio. Hæc ille, qui citat Bossium, Ripam, Syluestrum, & alios.

5. Nota etiam non deesse Doctores, asserentes mulieres etiam grauidas, quæ sint vicinæ partui, & dolores iam sentiant posse à reseruatis absolui; licet alias peperissent, & fuissent expertæ se non periclitari in partu, nec pati notabilem difficultatem, quales sunt fœminæ rusticæ, quæ modicam difficultatem in pariendo patiuntur, etiamsi gemellos pariant. Ratio autem horum Doctorum est, quia quælibet mulier grauida, licet sit assueta faciliter parere, tamen est reputanda in mortis periculo, cùm partus de sua natura sit res periculosa. Et sicut qui plures tempestates maris euasit, adhuc tamen censetur in mortis periculo, si in noua maris tempestate sit; ita mulier ea, quæ partui est proxima, censenda est in mortis periculo: non obstante quòd aliàs experta sit se parere sine difficultate, & periculo; & tum quia posset contingere, vt in vtero haberet gemellos, vel partum maiorem solito: Et ita hanc sententiam præter alios Doctores à me citatos tenet Magister Inojosa *in directorio vers. circa absolutionem à peccatis fol. 306.* vbi sic ait: Quis verò censendus sit articulus mortis, scire opus est; ne forsan moraliter distinguentes articulum, & periculum probabile, negemus periclitanti spirituale subsidium ab Ecclesia constitutis in articulo mortis salubriter præstitum. Piæ namque doctrinæ multum arridet sententia Syluestri, & Nauarri, docentium quod periculum mortis, licet naturaliter, & physicè differant, non tamen moraliter in materia fauorabilissima animabus periclitantibus, Sup. hoc supra in Res. 5. & 6. & in tom. 3. tr. 1. Res. 41. §. Secundum. in fine, & in tom. 9. tr. 7. Res. 116. in fine.

elitantibus,& indigentibus spiritualibus auxiliis. Iura namque, quæ huiusmodi remediis piè prouiderunt, nullatenus ad vim terminorum attenderunt, sed ad necessitatem potius, quæ vtrobique viget. Vndè ille dicetur positus moraliter in articulo mortis, quo arbitrio boni viri naturaliter est in periculo mortis, propter infirmitatem, vel propter violentiam, quando bellum actuale aggreditur, vel mare (vbi solent nauigantes periclitari) vel quando etiam mulier grauida vicina est partui, quantumcumque assueta facile parere. Ita ille. Sed in his omnibus superius dictis ego non recedo à sententia, quam docui, *vbi supra res. 61. & 62.*

Vt in duabus Resolutionibus sequentibus.

6. Sed notanda est hic obiter doctrina singularis Ioannis de Soria *in Epilogo summarum parte 2. tract. 1. resolutione 1. disp. 6. §. circa Casus reseruatos*, vbi docet, quod quando confessor absoluit pœnitentem in aliquo casu reseruato, non habens iurisdictionem, si pœnitens credit se fuisse valide absolutum, non est quod postea confessor laboret; cùm enim pœnitens fuerit absolutus ab omnibus peccatis, fuit etiam indirectè absolutus à reseruatis per infusionem gratiæ. Demum hæc opinio ex absolutione prolata, mihi non placet; idcò puto sequendam esse sententiam Martini de San Ioseph *in mor. 1. Confess. tomo primo, libro primo, tractat. 25. de pœnitent. numero* 10. vbi sic ait. Quando el penitente se confessò con buena fee, però la absolucion fue inualida, como de casos reseruados de que no pudo absoluer al penitente, esta obligado el confessor à auuisarle del yerro, para que se confiesse otra vez, porque el confessor es Pastor espiritual y deue mirar por su vtilidad espiritual en caso graue como este, donde el mismo confessor causò el daño; Però si se ha de seguir graue daño del auiso, non ay para que darle donde no ha de auer vtilidad, que solamente auia de seruir de boluer à confessar los pecados, cosa que no es de tanto momento, que se aya de obligar con tan graue daño, saluo en peligro de muerte, donde se puede temer, que no se boluer à mas à confessar, que à qui siempre se recipien bien semejantes auisos. Ita ille, cui adde Reuigium *in pract. Confess. tr. 5. cap. 5. §. 20. num. 3.*

Sup. hoc infr. in Res. 25. & 40. & suprà in n. 4. Res. 2. § Hæc omnia. & in Res. 9. §. vlt. à lin. 6.

Sup. hoc in Res. 3. not. præterea & in eodem §. in fine.

RESOL. IX.

An remigantes sint in articulo mortis, ita vt possint absolutionem obtinere, ac cæteri moribundi? Ex part. 5. tract. 3. Res. 62.

§. 1. AGit de hoc casu Hurtadus de Mendoza *vbi supra vol. 1. de fide, disput. 84. sect. 8.* §. 126. & sic asserit. De remigibus est controuersia, sintne in mortis articulo? Sà *ver. absolutio, num. 4.* censet eos esse in vitæ discrimine, Sanchez *eo cap. 13.* censet oppositum. Ego modò componam vtrumque, quando aggredienda est longa, ac biremibus periculosa nauigatio, remiges sunt in mortis articulo, vt de cæteris cum simili periculo nauigaturis dixit rectè Sanchez & Suarez *disput. 21. sect. 4. num. 23.* Ratio est, quia homines frequenter pereunt in ea occasione, & est omnibus periculum pereundi, licèt enim non sint omnes perituri simul, at certè omnes simul sunt in periculo, nec scitur quis sit euasurus. Nec expectandum est, vt suboriatur procella, tunc enim & Confessarij sunt pauci, & multa pœnitentium turba, & postponuntur remiges cæteris nauigantibus, quia sunt fæx biremium. Nec confessio tunc fit integra; tutius ergo est confessione integra præire periculo, quàm eam in tempestate dimidiare, vbi totum animum occupat præsens mors intenta procellis. Ego quidem existimo, qui eiusmodi ineunt nauigationes teneri per se lege charitatis ad se Deo reconciliandos, excusari autem nonnullos ex ignorantia, aut inconsideratione. Item cùm imminet pugna naualis, remiges sunt in periculo mortis. In his occasionibus accipiendus est Pater Sà, in quibus Pater Sanchez non aduersatur. Extra hos casus non sunt remiges in mortis articulo, sicut nec quiuis miles præsidiarius est in eo, sed illi dumtaxat, qui prælio sunt vicini, longè enim absente occasione certaminis non sunt in vitæ periculo. De iis loquitur Pater Sanchez, de quibus non est accipiendus Pater Sà. & hæc omnia docet Hurtadus *loc. citat.* Sed circa præsentem quæstionem ne deseras videre Bellochium *de casibus reseruat. part. 1. q. 2. num. 130. &* Finellium *de casib. reseru. c. 8. n. 8.* Torreblancam *in pract. iur. spir. lib. 4. cap. 6. num. 24. & 26.* quibus adde post hæc scripta visum Ægidium Trullench *in Bulla Cruciata lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 8. num. 5.* vbi sic ait. Damnati ad triremes non censentur in hoc periculo. quidquid dicat Sà *ver. Absolutio, n. 4.* quia id periculum non est proximum, & si aliquando contingat periculum, Sacerdos in triremibus ire solet confessiones periclitantium excepturus; atque sæpè triremes ad portum accedunt, in quo est Sacerdotum copia. Ita Trullench.

RESOL. X.

An bannitus, qui impune potest occidi, sit in periculo mortis, ita vt possit absolui, vt moribundus?

Et quid, si habeat saluum conductum? Ex part. 5. tract. 3. Res. 64.

§. 1. REspondet affirmatiuè Naldus *in Summa ver. absolutio a censuris num. 5.* Flotonus *de casibus reseruatis part. 1. cap. 4. §. 8. num. 9.* & Bellochius *in praxi Theol. moral. part. 1. quæst. 2. num. 135.* vbi sic ait: Addo absolutionem ab omni peccato, & censura posse dari per quemcumque Confessarium illi bannito, qui potest vbique impunè occidi: & ratio est, quia vbique & semper versatur in periculo mortis, non potest tamen illi dari absolutio si haberet saluum conductum. Ita ille.

RESOL. XI.

An damnati ad mortem sint in articulo mortis, ita vt possint absolui modo, quo supra dictum est de moribundis.

Et an si damnati habeant peccata reseruata, non teneantur mittere Confessarium, nec confessarius teneatur adire Superiorem pro facultate, etiam si possit, & etiam si sint simul in eadem domo Prælatus, & subditus? Ex part. 5. tr. 3. Res. 65.

§. 1. AD hunc casum ita respondet Hurtadus de Mendoza *vol. 1. de fide, disput. 84. sect. 8. §. 125.* Afficiendi vltimo supplicio sunt in mortis articulo: lata igitur sententia, & instante exequutione, sunt in eo mortis articulo, in quo nulla est reseruatio. Nec tenentur mittere Confessarium, vt petat à Superiore facultatē, quia rectè monet Pater Sanchez illud futurum oneri Confessario potiùs, quàm pœnitenti, qui quidem adire non potest. Addo eum non teneri eum Superiorem adire, quamuis posset, e. g. sint simul in eadem domo Prælatus & subditus, hic habeat crimina reseruata Prælato, non tenetur illum adire magis, quàm si esset ex morbo moribundus.

Sup. hoc & sequentibus in hac Ref. supra in Ref. 4 per totam. & in tom. 5 tr. 8. Ref. 24. §. 1. & in Ref. 26. à lin. 3. vers. Difficultas. & ad iterum cum eodem Hurtado, hic infra citato, in Ref. 28. paulo post initium, vers. Nec tenentur. & in dicto tom. 5. tr. 1. Ref. 206. §. Aduerte.

Ad hoc autem eum non teneri, ostendam §. 149. Ratio est, quia ex sententia iusta, aut iniusta, violentia hic est in articulo mortis, non secus ac qui ex morbo. Hæc autem immunitas à reseruatis non oritur ex hac, aut illa occasione periculi, sed ex ipso mortis articulo, vt in eo homo sine vlla difficultate sit expeditus ad se reconciliandum Deo, & cùm iam sit excessurus à viuis, non eget eo reseruationis fræno, nec cum illo agitur more cæterorum. Ita Hurtadus, cui adde Floronum *de cas. reseru. part. 1. cap. 4. §. 20. num. 3.* Finellium *de cas. reseru. cap. 8. num. 7.*

RESOL. XII.

An existens in ciuitate, & si sanus, vbi grassatur pestis, possit à quocunque Confessario non approbato absolui tanquam constitutus in articulo mortis?

Et aduertitur, quod debent tamen in casu de quo loquimur, Episcopi omnes suos casus, omnemque suam authoritatem omnibus Confessariis a se approbatis, & præsertim animarum curam habentibus concedere, & etiam pro se, & omnibus aliis Confessariis obtinere a Sede Apostolica facultatem absoluendi à casibus, & censuris Papalibus pro præsenti casu, & similibus. Ex part. 9. tr. 7 & Misc. 2. Ref. 12.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam, si pestis sit magna, & valdè in illa ciuitate sæuiens, tenet Marchinus *in Bello diuino, part. 3. c. 3. num. 4. & seq.* putat enim in tali casu cessare omnem reseruationé casuum, & censurarum, & omnes Sacerdotes iure Diuino, vel Ecclesiastico habere facultatem audiendi Confessiones, etsi non approbati fuerint ab Episcopo. Probat authoritate Doctorum asserentium, habitantes, seu existentes in loco pestilentia infecto, dici esse in periculo mortis, quorum primus, (ex quo alij sumpsére) est Cornejus *consil. 131.* incipiente: *In hac consultatione, .3. vel. 4* Ripa *tract. de peste, tit. de privileg. vlt. volunt. causa pestis. n.* 8. & Homobonus *in exam. Eccles. par. 3. tr. 13. q. 25.*

2. Probatur hæc opinio: quia proximè ingressuri bellum ante actualem pugnam, nauigantes orta procella ante scissionem nauis, & actuale naufragium, possunt propter imminens mortis periculum absolui à quolibet Sacerdote ab omni culpa, & censura; ergo etiam existentes in loco valdè pestifero, etsi sani, propter morale periculum pestem contrahendi, & moriendi, poterunt a quocumque Sacerdote absolui à quibuscumque peccatis, & censuris reseruatis. Et tandem sic commodiùs, & pleniùs saluti animarum succurritur, cùm plures Medici spirituales in tanto periculo constituuntur, & exponuntur. Neque Episcopi possunt esse in hac re rationabiliter inuiti, cùm agitur de animarum salute.

3. Sed ego de hoc casu interrogatus ab Eminentissimo Cardinali Doria, tempore, quo pestis grassabatur Panormi, negatiuè respondi, & tunc adduxi pro hac sententia Rutilium Benson. *in Spec. Episc. lib. 1. disp. 2. q. 6. concl. 1.* Et eam nunc inuenio docere, doctum, & amicissimum P. Bossium *de iur. Episc. disc. 2. dub. 2. num. 18.* Nam ex sententia contraria sequeretur magna confusio, & perturbatio ordinis Ecclesiastici, & decisionis, & applicationis Parochiarum in eadem Diœcesi, vel ciuitate, si quilibet Sacerdos indiscriminatim posset administrare Sacramentum Pœnitentiæ quibuscumque pœnitentibus: etiam inuitis propriis Pastoribus, imò etiam inuito ipso Episcopo. Quod posset contingere, si tunc quilibet Sacerdos à Iure diuino, vel Ecclesiastico haberet authoritatem audiendi confessiones cuiuscumque, tametsi sani. Cæteras rationes videbis apud Bossium, qui respondebit ad argumenta contraria.

4. Debent tamen in casu, de quo loquimur, Episcopi omnes suos casus, omnémque suam authoritatem omnibus Confessariis à se approbatis, & præsertim animarum curam habentibus concedere; & etiam pro se, & aliis Confessariis obtinere à Sede Apostolica facultatem absoluendi à casibus, & censuris Papalibus, vt ita faciliùs, & promptiùs homines ad pœnitentiam sub spe abundantioris veniæ obtinendæ alliciantur.

RESOL. XIII.

An absoluti in articulo mortis à casibus reseruatis teneantur, si conualuerint, comparere coram Superiore, sicut tenentur, si fuerint absoluti a censuris?

Et subditus absolutus ex facultate concessa cum onere comparendi, si ante absolutionem ignorauit dictum onus, an teneatur comparere? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 199.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet nouissimè Gaspar Hurtado *de sacram. Pœnit. disp. 11. diffic. 13.* quia facultas in iure concessa ad absoluendum à reseruatis, quibus excommunicatio annexa est, in articulo mortis, aut alio legitimo impedimento existente, extensa est à Doctoribus ad absoluendum à quibuscumque aliis, quamuis forsan eis non sit annexa excommunicatio. Ergo etiam extendenda est cum eodem onere, cum quo in iure concessa est ad absoluendum ab illis, quibus annexa est excommunicatio. Ita Hurtado contra Suarez. Sed ego sententiam Suarez puto probabilissimam esse, quam docuit Sanctotius *de casibus Papalibus, cap. 13. numer. 147.* Nauarrus *in man. cap. 26. numer. 26.* & nouissimè docet Guilielmus Mercerus *in 3. part. D. Thomæ q. 9. art. 6.* vbi sic ait: Notandum eos, qui propter periculum fuerint absoluti à censuris Superiori reseruatis, si euaserint, teneri, vt quamprimum potuerint, sistant se Superiori, non vt iterum absoluantur, sed vt obtemperent mandatis eius, & nisi fecerint, recidunt in easdem censuras, vt habetur *in cap. eos qui; de senten. excomm. in 6.* Sed eos quoque, qui absoluti fuerint à casibus reseruatis non habentibus censuram annexam, non teneri vt sistant se illi, cui erant reseruati, neque ampliùs confiteri eosdem. Ita Mercerus.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Ref. 202. à lin. 3. & sup. in tr. 4. Ref. 44. §. vlt & lege infrà ex Ref. 18. doctrinâ. §. vlt. signanter in fine.

Sup. hoc notato in Ref. 1. not. præterita, & in aliis eius not. & in Ref. 2. in eodem §. paulo post initium. & infr. in Ref. 19. § penult. & in tom. 5. tr. 8. Ref. 96. & in aliis eius annot. vlt.

2. Notandum est tamen hîc obiter, quòd subditus absolutus ex facultate concessa cum onere comparendi, non tenetur comparere, si ante absolutionem ignorauit dictum onus. Ita Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 92. art. 1. dub. 6.* Hurtado *vbi suprà, difficult. 12.* & alij.

RESOL. XIV.

An quando quis confitetur, si absque magna nota, & infamia non possit adire Superiorem, relinquendo confessionem, pro absolutione alicuius casus reseruati, possit adhuc Confessarius de illo peccato absoluere?

Et quid in dicto casu, si quis ob peccatum reseruatum incidit in excommunicationem similiter reseruatam? Ex part. 51 tr. 8. & Misc. 8. Ref. 49.

Alibi eundem infrà in Ref. 19. §. 2. ad fin. 3. & vers.

§. 1. VArij varia dicunt, quos ego alibi adduxi, nunc tanquam probabilem admitto affirmatiuam sententiam, quam tuetur Dicastill. *de Sacr. to. 2. tr. 8. disp. 11. dub. 57. n. 305.* vbi sic asserit; Probabile quidem

& adsit nihilominus & late in Res. 14. à principio, & in aliis eius primæ not.

quidem est alio modo posse intelligi huiusmodi voluntatem Superioris, & sanè si hoc modo loquuntur hi Auctores, facile inclinauerim in illorum sententiam, scilicet, quod Confessores, qui ex vi suæ facultatis generaliter habent iurisdictionem absoluendi ab omnibus peccatis, a quorum absolutione non impediantur reseruatione Superioris, in casu vrgentis necessitatis, possint directè absoluere ab iis peccatis, quæ alias essent reseruata, & pro tali casu prudenter præsumatur non fuisse reseruata, vt quando vrgente necessitate confessionis, est aut impossibilis moraliter, aut valdè difficilis aditus ad Superiorem; tunc enim probabiliter potest existimari, quod pro tali casu, & occasione peccatum illud non sit reseruatum, quià cùm potestas Superioris, & exercitium illius semper sit, & præsumatur esse in ædificationem, non in destructionem animarum, & in eo casu reseruatio potius cederet in damnum, quam in bonum animæ pœnitentis, non censetur Superior exercuisse suam potestatẽ reseruandi absolutionem pro illa occasione, quando ex reseruatione grauissima damna sequerentur, & tanti Sacramenti frequentia, quam posset habere, priuaretur, imò communionis frequentia, ad quam etiam non posset accedere nisi vrgente necessitate propter impedimentum illius peccati reseruati. Itaque voluntas credita vel præsumpta Superioris ex parte Superioris, qua tale peccatum hic & nunc ab inferiori Sacerdote possit absolui, non est voluntas illa præsumpta, aut ratihabitio, seu interpretatiua, qua censeatur velle hic & nunc, vt tale peccatum, quod reseruatum est absoluatur; talis enim voluntas nulla est, nec eam Superior significat actu, vt virtute illius censeatur inferior habere iurisdictionem, sed est duplex alia voluntas Superioris: altera, qua contulit confessario potestatem generalem absoluendi omnia peccata, ad quæ non pertingat reseruatio, & alia voluntas Superioris reseruâtis, quæ non censeatur reseruare peccata pro casibus tantæ necessitatis, sed se continere citra illam occasionem Quibus duabus voluntatibus sic probabiliter præsuppositis, & præsumptis, censetur libera, & expedita facultas ad absoluendum ab illis peccatis, quæ extra illam occasionem censerentur reseruata.

2. Probatur etiam hæc doctrina ex alia simili, videlicet dispensationes alioquin reseruatas pontifici in casibus vrgentibus, quando non adest, vel difficilis nimis aditus ad Pontificem, sequerenturque peccata, pericula, scandala, &c. si vel dispensatio non conferretur, vel nimis differretur, subiici tunc potestati Ordinarij in propria Diœcesi, quia scilicet siue in omnibus, vt aliqui putant, siue in plerisque paucis exceptis, (vt cautiores docent) id totum potest Episcopus in propria Diœcesi, quod potest Pontifex in vniuersali Ecclesia, si non sit à Pontifice reseruatum. Pro talibus autem casibus, in quibus illa reseruatio vrgeret potius in destructionem, quàm in ædificationem animarum, non censentur illæ dispensationes à Pontifice reseruatæ: ac proinde subiacere potestati Episcopi, alioquin generali. Si ergo in nostro casu, si Confessarius inferior habeat generalem potestatem absoluendi ab omnibus non reseruatis, & ex alio capite pro tali necessitate graui, peccata quæ extra illam essent reseruata, prudenter non censeantur reseruationi obnoxia, ne reseruatio vrgeat in destructionem animarum, poterit tunc ille Confessarius absoluere directè, hoc autem non est, quia directè possit absoluere reseruata, sed quia pro illa necessitate reseruata non sunt eo modo, quo pro necessitate articuli mortis non censentur reseruata. Huc vsque Dicastillus. Satis quidem probabiliter, vnde Confessarius audiendo confessiones nobilis fœminæ, quæ confessa est aliquod peccatum reseruatum, quæ si non sumeret Eucharistiam, Mater eius in aliquam suspicionem veniret, cum nota, & infamia puellæ, posset inquam in tali casu Confessarius illam absoluere, quia vt probauit Dicastillus, tunc illud peccatum non esset reseruatum; Et in doctrina superius posita cessant difficultates, quæ reperiuntur in aliis opinionibus circa præsens dubium, videlicet de absolutione directa, & indirecta, vel de expressione omnium peccatorum, vel tantùm de non reseruatorum.

3. Sed quid dicendum stando in opinione, quod in tali casu possit Confessarius absoluere directè à reseruatis, & indirectè a non reseruatis habeat locum quando quis ob peccatum reseruatum incidit in excommunicationẽ similiter reseruatam, ita vt excommunicatio non cadat sub iurisdictionem inferioris Sacerdotis, Sotus, Suarez, Henriquez, & alij sententiam tenent negatiuam, quia per excommunicationem interim dum subsistit, impeditur absolutio Sacramentalis a quibuscumque peccatis etiam a non reseruatis, atque adeò tunc nulla potest esse absolutio indirecta reseruatorum, quæ essentialiter supponit directam aliorum, ea verò tunc propter excommunicationem non habet locum.

Sup. hoc cursim infra in Res. 27. in fine & ne deleretur legere doctrinam Res. 34. & aliarum eius primæ not. & in to. 5. tract. 1 Res. 128. per totã, & signanter ad iir. 2. & supra in eta. 4. 21. & 38 & in to. 9. tract. 6. Res. 124. Sed diffi ultas, & vt melius absoluas hanc quæst. vide infra doctrinam Res. 32. & Res. & 55. eius annot. & in tom. 9. tr. 7. Res. 123. paulo post initium, à vers. Imo. &c.

4. Verum mihi opinio affirmatiua videtur probabilis cum Dicastill. *vbi sup. n.* 513. Nec igitur quod adhuc possit absolui indirectè à reseruatis, & directè à non reseruatis maximè quando excommunicatio est tolerata, tunc enim absoluitur ab habente iurisdictionem ac proinde validè, si cætera adsunt requisita, sicut quando quis absoluitur à non reseruatis directè, & indirectè à reseruatis ob inculpabilem obliuionem omissis. Ratio est quia pro tali casu non censetur excommunicatio impedire; loquimur enim in casu maximè necessitatis; cumque excommunicatio solùm impediat susceptionem Sacramentorum ex lege, & institutione humana Ecclesiastica, leges autem humanæ etiam Ecclesiasticæ non censeantur obligare in casibus vrgentissimis, & maximè necessitatis, ita lex hæc excommunicationis probabiliter censeri potest in tali casu non obligare. Atque est doctrina Suarij *disp.* 31. *sect.* 3. *n.* 6. vbi expressè docet quoties excommunicatus qui non potest absolui ab excommunicatione accipere potest licite Sacramentum Eucharistiæ, posse etiam licitè recipere sacramentum pœnitentiæ, quantùm est ex parte excommunicationis: nec enim minus potest in vno quàm in alio Sacramento. Supposita verò, necessitate, quæ honestat susceptionem, Eucharistiæ non obstante excommunicatione etiam honestare potest confessionem. Imo hic ordo est maximè consentaneus iuri naturali diuino præmittendi confessionem, ante communionem. Vnde si Ecclesia pro eo articulo necessitatis vel non potuit, vel noluit prohibere excommunicato Eucharistiam, nec etiam confessionem censetur prohibuisse.

RESOL. XV.

In Sacra Pænitentiaria conceditur aliquando facultas absoluendi pro hac vice, *quæritur, quomodo sit intelligenda illa particula?*

Et notatur, quod quando in Sacra Pænitentiaria quis peteret facultatem pro vno indigente licentiâ, vt possit absolui pro vna vice, non censetur exclusus ipse petens.

Et quid, si aliquis peteret facultatem pro vna vice, *pro casibus reseruatis, an includatur in hac petitione ipsemet petens?* Ex part. 11. tract. 8. & Miscell. 8. Resol. 48.

Quamuis non plene sup. hoc lege tamen doctrinam §§. Ref. v.t. annot seq.

§. 1. Certum est intelligendum esse illam facultatem cum aliqua temporis limitatione; Pertractat hoc dubium Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacram. pœnit. disp.* 10. *sect.* 8. *num.* 125. vbi sic ait: Petes quid si ille pænitens differat vsum facultatis quam habet, eligendi confessarium pro hac vice: & interim committit alia peccata similia; Si enim concedamus posse differri vlterius, & vlterius, & semper manere eamdem facultatem ad absolutionem ab omnibus commissis vsque ad diem, qua pœnitens vtitur facultate, sequitur posse ad finem vsque vitæ differri, vt in senectute faciat se absoluere semel, & simul ab omnibus peccatis totius, vitæ; quod videtur esse contra mentem Sacræ pœnitentiariæ concedentis illam facultatem pro hac vice.

Sup. prima doctrina contenta in hoc §. lege infra Ref. 47. & Ref. eius primæ not. & quamuis non plene sup. doctrina huius Ref. vide tamen in tom. 3. tract. 2. ex Ref. 50. §. Sed quid, & seqq.

2. Respondeo illa verba, *Pro hac vice coarctare proculdubio facultatem*; non tamen, ita vt à peccatis solùm ante concessionem commissis possit absolui; sed à commissis, vel committendis antè absolutionem intra certum tempus quod sufficiat ad verificanda moraliter illa verba pro hac vice. Aliunde tamen videtur ex hoc fieri quod etiamsi nulla peccata noua commisisset post concessionem; non posset tamen vti illa facultate ad absolutionem pro peccatis antea commissis; si elapsum fuisset iam illud tempus, quod requiritur ad verificāda verba illa, *pro hac vice*: quod etiam nimis durum, & scrupulosum mihi videtur. Cur enim non posset post annum, vel biennium vti facultate illa in ordine ad peccata sola, quæ antea commiserat; si nondum illo priuilegio vsus fuerat? Dici posset illa verba, *Pro hac vice verificari posse vtroque modo*; & alterum ex illis sufficere ad eorum veritatem. Quando enim tempus esset præsens, itaut nondum censeretur tanta distantia temporis, quæ sufficeret moraliter ad falsificandam illam loqutionem; tunc etiamsi alia similia peccata noua commisisset, posset eligere confessarium: quia ad hoc diceretur hac solùm vice absolui. Quantum autem temporis possit illis verbis comprehendi, pendet ex iudicio prudentis, & ex circumstantiis: nam quando ea licentia conceditur occasione alicuius festiuitatis, vel necessitatis occurrentis, in qua oportet confiteri, minus tempus videtur includi: quando verò aliquis petit à Sacra Pœnitentiaria facultatem semel eligendi Confessarium in ordine ad reseruata, & conceditur, *Pro hac vice*, videtur ad maius tempus extendi.

3. Quando verò nulla alia peccata noua post licentiam concessam commissa fuissent, videtur quod etiam si duo, vel tres anni, aut plures elapsi essent, posset adhuc pœnitens vti illo priuilegio: tunc enim verificarentur illa verba, *pro hac vice*, ratione materiæ, quæ esset eadem. Itaque ad verificanda illa verba alterum videtur sufficere, quod scilicet, absolutio sit de his peccatis narratis, & non aliis nouis, vel quod fiat hoc tempore, moraliter loquendo, & non alio longè distanti. Hucusque Cardinalis Lugo.

4. Verùm circa superius dicta, habet aliquam difficultatem Dicastillus *de Sacrament. tom.* 2 *tractat.* 8. *disputat.* 11. *dub.* 20. *numer.* 247. Et quidem (ait) quando facultas conceditur intuitu alicuius festiuitatis aut solemnitatis, nulla est difficultas quòd detur pro illo tempore, & non vltra. Tota difficultas est, quando absolutè non designato tempore petitur, & conceditur. Dicere autem quod videtur significare Cardinalis Lugo *n.* 126. est difficile, nempè illa verba, *pro hac vice*, duobus modis posse intelligi, ita vt alterutrum sufficiat, primò quando tempus moraliter est præsens, & nondum tanta distantia temporis, quæ sufficeret moraliter ad falsificandam illam locutionem, tunc etiam si alia similia peccata commisisset posset eligere confessarium: secundo quando nulla alia peccata noua post licentiam concessam commissa fuissent, videtur quod etiam si duo, vel tres anni, aut plures elapsi essent, posset adhuc pœnitens vti illo priuilegio; tunc enim verificarentur illa verba, *pro hac vice*, ratione materiæ quæ esset eadem. Ex his concludit Lugo, illa particula *hac vice*, significari, vel quod intelligatur de his tantum peccatis enarratis, vel quod fiat hoc tempore præsenti moraliter loquendo, idest non nimis distanti. Hoc tamen de tempore non multum distanti satis obscurum est. Quodnam quæso tempus? quot dies? quot menses? quot anni censendi sunt non multum distare? Nam quod ait de duobus, vel tribus, aut pluribus annis, difficile & gratis dictum videtur. Si enim quando dicitur nulla fuisse noua commissa peccata, intelligatur de nouis reseruatis tantùm; quæro quid si commiserit plura alia mortalia non reseruata? Et vrgeo, iste saltem debet si potest confiteri, & communicare singulis annis; Iam ergo, vel illis annis habuit copiam confessarij, vel non: si habuit, profectò etiamsi pluribus annis non fuerit absolutus, & interim commiserit plura reseruata, adhuc videatur posse habere locum illa verba, *pro hac vice*, quia toto tempore quo non potest confiteri, nulla vice omisit vsum facultatis datæ; atque adeò non est in mora; neque potest dici, quod prætererit occasio; pro qua illa verba, *Hac vice*, intelligi possunt aut debent. Quando enim conceditur facultas pro hac vice, saltem debet se extendere ad primam occasionem, qua possit confiteri: alioquin concessio nulla esset; quid enim prodesset concedi solum pro tempore, quo non potest? Si ergo iste multis annis (puta in captiuitate apud infideles) non habuit copiam Confessarij à tempore quo facultatem obtinuit, nemo dicet illam vicem transiisse, sed prima vice, qua poterit confiteri, & confiteatur, videtur confessio comprehendi illis verbis *Hac vice*, quantumuis plura interim peccata siue reseruata, siue non reseruata commiserit. Itaque res est satis obscura, & vix nisi ex circumstantiis determinabilis, Dicam tamen, quod mihi occurrat cogitanti.

5. Ego si auderem arbitrari in hac re pro licentia data in sacra pœnitentiaria, iudicarem illam confessionem, ad quam Ecclesia obligat nempè annuam, intelligi verbis, *hac vice*, cùm enim peccator ille ex vi præcepti Ecclesiæ, tantùm ad annuam teneatur confessionem mortalium vna vice faciendam, verba *Hac vice* possumus extendere ad totum tempus, quo Ecclesia obligat ad confessionem, & sic interpretari facultatem, quam dederunt legitimi Ecclesiæ ministri in dicta sacra pœnitentiaria, vt pro vice intelligant eam vicem, qua debet, & solet fieri confessio Ecclesiasticæ legis præscripto; quando autem quis non haberet toto anno, aut pluribus annis copiam Confessarij; donec illam habeat, meritò censeri potest manere suspensam iam vicem, vel nondum venisse eam vicem, quam si quis negligat, cùm possit & debeat, iam non videtur vti priuilegio ea vice, pro qua debet censeri concessa. Idem dixerim de facultate data ab Episcopo pro casibus sibi reseruatis; vt scilicet pro Vice intelligat more Ecclesiastico communi, est enim eadem ratio. Si autem agamus de facultate data in ordine Religioso, vbi lege, aut Regula solet præscribi confessionis frequentia maior, tunc cōsequenter verba *hac vice*, videntur intelligenda de illa vice, quam lex præscribit, aut regula, & interim si peccata aliqua committantur post datam illam facultatem verbis illis vniuersalibus eligendi Confessarium, & absolui à reseruatis, aut aliis æquiualentibus pro hac vice, si in illo tractu temporis labatur in noua

reseruata,

reseruata, poterit absolui, iuxta dicta. Et hæc omnia docet Dicastillus *vbi sup.* quibus ego adhæreo, & valde notanda esse puto, quia casus potest frequenter accidere, & de facto accedit.

Quoad hoc lege doctrinam. §. not. seq.

6. Notandum est hîc obiter, quod quando in sacra Pœnitentiaria quis peteret facultatem pro vno indigente licentia, vt possit absolui pro vna vice, non censetur exclusus ipse petens; Ita ex Lugo docet Dicastill. *vbi supra dub.* 3. incidente *num.* 355. Sed quid dicendum, an si aliquis petat facultatem à Superiori pro vna vice pro casibus reseruatis, includatur in hac petitione ipsemet petens, ita vt dicta facultate vti possit pro sua persona. Hoc dubium ego alibi pertractaui, & me citato pertractant Lugo, & Dicastill. *vbi supra*, quibus adhæret Leander *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 5. *disput.* 12. *quæst.* 55. asserit enim in hoc casu attendendam esse intentionem, & consuetudinem, quam concedentes talem facultatem habent. Nam si Superior concedat petenti facultatem absoluendi à reseruatis, tunc non posset petens virtute illius facultatis absolui ab alio; si verò Superior det petenti facultatem non absoluendi, sed eligendi Confessarium pro vna persona pro vna vice, vt faciat se absoluere à reseruatis; tunc non excluditur ipse petens, sed potius includitur, & ita potest illa facultate pro ipsomet vti. Et huic sententiæ ego libenter adhæreo, nam *vbi suprà* non ita clarè me locutum fuisse rectè obseruat contra Lugum, Pater Dicastillus.

Alibi infrà in Res. 67. §. vlt. & in aliis eius annot.

RESOL. XVI.

An qui legitimè impeditus non possit ire Romam pro absolutione, teneatur illam per literas obtinere à Sacra Pænitentiaria?

Difficultas verò est, an facultas à iure Episcopis permissa in tali casu se extendat ad omnes culpas, & censuras Sedi Apostolicæ reseruatas?

Et quid in casu hæresis?

Et notatur, quod Episcopus potest subditos impeditos absoluere ab excommunicatione Papali siue occulta, siue publica, non audita Confessione sacramentali, & sic subditus absolutus à censura, poterit deinde à quocumque Confessario absolui à culpa, & in prædictis casibus siue Episcopus, siue subditus sint intra diœcesim, siue extra? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 9.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Resol. 195. à principio, & à § Ex his & in Res. 196. in fine & in §. 2. à lin. 4. & in Res. 197. & in dicto tom. 5 tr. 2. Res. 72. § Sed tertiò ad lin. 4. & vers. secundo. & quamuis pro cri.... percussione Clerici lege ibi Res. 63. per totam, & in tom. 3. tr. 3. Res. 28. § 1 & 2. in tom. 9. tr 7 Res. 117. § Nec in tali casu. & in Res. 115. lege doctrinâ §. Asse- ro tertiò, & §. Verum ego.

§. 1. NEgatiuè respondet Bossius *de iurisd. Episc. dispept.* 1. *dub.* 4. *num.* 23. vbi sic ait: [An excommunicatione, seu casu papali irretitus, qui ob legitimum impedimentum personaliter ire Romam nequit pro absolutione; potest tamen mittere procuratorem, qui eius nomine petat, vel per epistolam petere absolutionem à Sede Apostolica, possit ab Episcopo suo absolui vigore illius facultatis generalis absoluendi impeditos, cum onere se præsentandi? Respondetur, posse absolui. Ratio est: quia, qui personaliter ire non potest, à iure non obligatur mittere procuratorem, vel epistolam; sed solùm, si vult, potest, ac proinde, qui personaliter ad Vrbem accedere non potest, censetur habere legitimum impedimentum; & sic ab Episcopis absolui potest.] Ita ille, qui vndecim citat Doctores. Et hanc sententiam ego docui *in part.* 4. *tract.* 4. *Resol.* 58.

2. Sed in tali casu recurrendum esse ad Sacr. Pœnitentiariam tenet pater Thesaurus *in praxi de pœnis, part.* 1. *cap.* 24. *amplias.* 3. & noster Pater Leone *de censur. recollect.* 2. *num.* 900. vbi sic ait: [Quæres primò, an si hoc casu, quis possit scribere, vel nuntium mittere ad Summum Pontificem, ad hoc teneatur, & interim non possit absolui à suo Episcopo, prout *suprà*. Pleriqoe Doctores respondēt affirmatiuè, hoc scilicet, casu posse etiam absolui à suo Episcopo, asserendo pro regula, quòd is, qui non potest ire, neque teneatur scribere; vel mittere. Quæ sententia, etsi vera sit in theoria; tamen contrarium obseruatur in praxi, maximè cùm non vrgeat etiam aliqua causa, quæ constituat periculum in mora, ratione Eucharistiæ sumendæ, vel Missam celebrandi, officium exercendi, &c. Videmus enim semper, occurrente simili casu, scribi Prælato, vel Pænitentiariæ, & ab eis facultatem expectari. Ratio huius praxis, secundùm me est: quia semper quando quis absoluitur ad reincidentiam, prout datur absolutio ratione impedimenti non perpetui; vbi commodè poterit adire habentem facultatem super censuram, à qua sic fuit absolutus; etiam tenetur per se, vel per alium, nempe, Confessarium, vel per scripturam petere absolutionem simplicem, & absolutam, ideò tutius est, ne multiplicentur entia sine necessitate, vt nunc compareat, vel scribat, tangit post Sanchez, etsi loquatur in alio casu, scilicet, absolutionis in articulo mortis, Bonacina *disp.* 1. *de censur. quæst.* 3. *punct.* 3. *numer.* 5. & in propriis terminis loquendo, *ibidem, puncto* 2. *numer.* 4 vbi: *Ego verò existimo, non esse credibile, Papam velle ab Episcopo absolutionem impendi, quando patet recursus ad Sedem Apostolicam.* Ita Leo *vbi supra.*

3. Seclusa itaque tali praxi, loquendo secundùm opinionem Doctorum, puto sententiam negatiuam esse probabilissimam. Et confirmatur: nam, vt docent Layman, Henriquez, Auila, Duardus, & alij; Matritensis, v.g. impeditus ire Romam, non tenetur adire Nuntium ibi commorantem; sed potest absolui ab Episcopo; quantò magis dicendum est non teneri, si Romæ moretur, adire Sacr. Pœnitentiariam. Et ratio est: quia iura in signum specialis reuerentiæ, ac priuilegij requirunt, vt pro absolutione Summos Pontifex adeatur: si ergo idem Summus Pontifex adiri non possit, cessat reseruatio papalis, & deuoluitur casus ad proprium Ordinarium. Confirmatur ex Auila, & Duardo: nam post Papam, Episcopus est Pastor ordinarius, & proprius; & consequenter Episcopus, in his casibus impedimenti adeundi Papam, absoluit tanquàm proprius Pastor, & potestate ordinaria, quæ sublata erat ei per reseruationem; restituta verò est existente impedimento recurrendi ad Papam: ergo absoluere potest huiusmodi impeditos, tametsi à Legato, si velint, absolutionem obtinere queant. Accedit quòd hæc reseruatio casuum papalium, respectu Episcopi, est odiosa, cùm in episcopali deroget: ergo strictè est interpretanda. Addi etiam posset quoad Legatum id, quod dicit Molina *tom* 4. *de iustit. tract.* 3. *disp.* 58. *num.* 5. sine speciali priuilegio non possunt absoluere Legati, nisi ab excommunicatione contracta ob enormem Clerici percussionem, non autem ab aliis censuris papalibus: quia in iure id expressum est tantùm de illa excommunicatione. Sed alij Doctores videntur extendere dictam Legati à latere facultatem etiam alias censuras, saltem vbi adest impedimentum adeundi Papam.

Sup. hoc Nuntio in Res. 1. not. præteritæ, ad medium § 1. & sequ. & in Res. 2. §. vlt. in principio. & in Res. 3. §. Sed magis. & in Res. 4. §. Aduerte quod. & in Resolut. 6. §. Ego. in fine, à vers. adde.

Sup. hoc pro Legato in to. 5. tr. 2. ex doctrina Res. 62. cursim in fine §. 1.

4. Ad caput autem, *Ea noscitur.* ab Altherio adductum, ad probandum esse recurrendum ad Legatum, cùm fieri potest, ab impedito accedere ad Papam. Respondet Duardus, ex eo id non probari generaliter: nam ibi absolutus (inquit) idcircò tenebatur comparere coram Papa, vel eius Legato; quia absolutio illa fuerat impensa ab excommunicatione ob Clerici percussionem, à qua potest absolui, non solùm à Papa, sed etiam ab eiusdem Legato, quare (subdit) licèt concedamus, quòd in eo casu, quando ab-

solutio

solutio obtineri potest à Legato, non est tribuenda ab Episcopo; quoad alios tamen casus Sedi Apostolicæ reseruatos id negatur, cùm super illos potestatem non habeat Legatus. Sed meliùs respondetur in dicto cap. *Ea noscitur.* & in dicto cap. *Quamuis.* nihil aliud haberi, quàm quòd Clericorum percussores non ab alio, quàm à Romano Pontifice, vel eius Legato absolui possint, præterquàm si canonico impedimento detineantur, quominùs Romanum Pontificem adire possint: vbi, cùm nulla fiat mentio Legati Apostolici, cùm non dicatur, si sint impediti adire Romanum Pontificem, vel eius Legatum; idem Textus potiùs fauet huic posteriori sententiæ. Et hæc omnia docet etiam Bossius *Supra, dub. 5. num 23.*

5. Et si aliter sentiendum esset, vix vnquam posset Episcopus absoluere à papali censura, cùm fere semper sint Religiosi, qui potestate absoluendi ab excõmunicationibus Papæ reseruatis sunt præditi. Dicendum est igitur, quòd extraordinaria potestas concessa Legato, aut Religiosis, non tollit ordinariam Episcoporum, quibus ius commune potestatem in necessitate circa censuras Papæ reseruatas tribuit easque tollendi.

Sup. hoc lege doctrinam omnium Ref. & §§ not. primæ huius Ref.

Sup. hoc pro impeditis & casu hæresi. in tom. 9. tr. 7. Ref. 117. lege ab eius § Verum. & magis late & signanter in Ref. 118 §. 1. à lin. 5. & vers. Affero igitur, & si perlegis eas per totas, & alias earum annot. doct. nis repleuerris, & facile hanc quæst. dissoluere poteris, & ne prætermittas in 10. 4. tr. 8. videre Resol. 23. & alias eius annot.

6. Verùm difficultas est, an prædicta facultas absoluendi legitimè impeditos, physicè, vel moraliter, adire Papam, à iure Episcopis permissa, sese extendat ad omnes culpas, & censuras Sedi Apostolicæ reseruatas, ita vt nulla sit excipienda, Sanchez *lib. 2. cap 13. num. 37.* affirmat solum casum hæresis non comprehendi sub dicta facultate absoluendi, idque propter strictissimam eius reseruationem; quando in generali concessione omnium censurarum papalium, etiam contentarum in Bulla Cœnæ, non intelligatur comprehensa absolutio excommunicationis ob hæresim contractæ. Et hanc opinionẽ, quoad omnes casus in Bulla Cœnæ Sedi Apostolicæ reseruatos, amplexus est Martinus Bonacina *to. 3. de censuris in Bulla Cœnæ contentis. disp. 1. quæst. 22. punct. 2. num. 23.* asserens, sibi probabilius videri, Episcopum, aut alium non posse, per se loquendo, hoc tempore absoluere ab excommunicationibus Bullæ legitimè impeditum adire Romanum Pontificem: tum ob dictam rationem, quòd Bulla in reseruatione excipit tantùm articulum mortis: tum, quia arbitratur ita esse vsu receptum: tum, quia contrarium nullo iure sufficienti probari potest. Nec suffragari potest ratio desumpta ex epicheia, scilicet, ex benigna Summi Pontificis voluntate, qui non debeat præsumi voluisse absolutionem reseruare, & denegari illi, qui vel omninò non potest, vel saltem sine magno incommodo nequit adire Sedem Apostolicam: quia in dicta Bulla Cœnæ in clausula reseruata expressè constat de contraria Summi Pontificis intentione. Et hanc opinionem tenet etiam Vgol. *de cens. in Bul. Cœn. par. 3. c. 2. §. 4. n. 2.*

7. His tamen non obstantibus, Bossius, *vbi supra dub. 2. num. 17.* putat, Episcopos vigore illius facultatis generalis sibi a iure concessæ absoluendi legitimè impeditos adire eum à quo essent aliàs absoluendi, etiam hoc tempore, (quoties non patet aditus ad Papam, vel nisi cum magna difficultate, incommodo, & mora,) posse absoluere subditos à quacunque culpa, & excommunicatione papali, etiam in Bulla Cœnæ contenta, tametsi ob crimen hæresis contracta, sub onere tamen se præsentandi Papæ, ne, scilicet, pro dilatione absolutionis periculum immineat animæ, &c. quod certè imminere, si prior sententia esset vera: nam ex ea sequeretur, quòd qui pateretur perpetuum, vel diuturnum impedimentũ, non posset toto illo tempore absolui, quod contingere non posset sine magno animæ periculo, & spirituali detrimento, cùm per totum illud longum temporis spatium existeret priuatus communione fidelium, participatione Sacramentorũ, & Ecclesiæ suffragiis, quamuis à contumacia recessisset, & paratus esset parere Ecclesiæ mandatis. Ergo, cùm sit eadem ratio de omnibus casibus papalibus, in casu perpetui, vel diuturni impedimenti, censenda est in Ecclesia adesse, & perseuerare eadem dispositio.

8. Et tandem Bossius respondens ad argumenta contraria Bonacinæ, & aliorum, sic concludit: [Itaque Episcopi, etiam hodie, facultate illa generali absoluendi legitimè impeditos, possunt absoluere in omnibus casibus occultis, vel publicis Papæ reseruatis in illo Decreto, & declaratione Clementis VIII. expressis: scilicet, in omnibus casibus Bullæ Cœnæ & in excommunicatione contracta, vel ob violationem immunitatis Ecclesiæ, iuxta Constitutionem Gregorij XIV. quæ incipit: *Cum alias nonnulli.* vel ob violationem clausuræ ad malum finem, vel ob prouocationem, & pugnam in duello, iuxta Decretum Sacri Concilij Trid. & Constitutionem Gregorij XIII. quæ incipit, *Ad tollendam*, vel ob simoniam realem scienter contractam, vel ob confidentiam beneficialem, vel denique ob percussionem Clericorum.] Hæc ille. Sed quidquid sit de aliis casibus, de quibus nunc non disputo, ego doctrinam viri docti, & amicissimi in casu hæresis non admitto.

9. Nota tamen, quòd Episcopus potest subditos impeditos ab excommunicatione papali, siue occulta, siue publica, absoluere, non audita Confessione sacramentali, seu extra Confessionem sacramentalem: nam illa facultas absoluendi Episcopo concessa est simpliciter, & absolutè sine limitatione ad forum Sacramenti, aut ad forum conscientiæ. Quare subditus sic absolutus à censura poterit deinde à quocunque Confessario exposito absolui à culpa: nam in casibus papalibus ablata censura, cessat reseruatio. Potest quoque Episcopus, vigore eiusdem facultatis; absoluere à censuris, seu excommunicationibus papalibus, eosdem impeditos minimè sibi præsentes, sed absentes, vt posteà queant à Sacerdote præsente à culpa sacramentaliter absolui. Item per præfatam facultatem Episcopus eosdem subditos impeditos, censuris papalibus innodatos, præsentes, vel absentes absoluere potest, siue ipse sit in propria Diœcesi, & subditi absoluendi existant extra Diœcesim, siue è conuerso subditi sint in Diœcesi, & Episcopus extra Diœcesim, siue tam Episcopus, quam idem subditi existant extra Diœcesim. Absolutio namque ab excommunicatione, & censura impenditur per iurisdictionem voluntariam, quæ tam pro foro interno, quàm pro foro externo, non circunscribitur loco, potestque extra proprium territorium exerceri. Vide Bossium *vbi supra, dub. 7.*

Sup. hoc cursim in tom 5. tr. 1. Ref. 194. §. 2. in fine. & pro contento in hoc §. in dicto tom. 5. tr. 8. Ref. 15. §. vlt. per totum. & in alias eius not. & signanter latissime in to. 5. tr. 3. Ref. 11. & signanter §. 2. & 3. sed ne prætermittas legere eam per totam, & cæteras Ref. & §§. eius annot.

RESOL. XVII.

An impeditus ire Romam pro absolutione casus Papalis, si sit etiam impeditus adire Episcopum, possit à Parocho, vel à quolibet Confessario absolui? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 10.

§. 1. NEgatiuè respondet Vasquez. *quæst. 91. art. 3 dub. 8. num. 4. & dub. 9. num. 23.* Monetur ex eo, quòd Trident. *sess. 14. cap. 7. de reform.* dixerit, Sacerdotem extra articulum mortis nihil posse in casibus reseruatis. Idem docet Vgol *de cens. 1. tabul. 1. cap. 4. §. 4. num. 14.* Bonac. *tom. 3. disp. 1. quæst. 22. punct. 2. num. 22.* Duard. *in Bul. Cœn. lib. 3. §. 2. quæst. 8. num.*

Sup. hoc cursim in tom. 1. tra. 1. et ata doctrina Ref. 195. §. In casu autem & in Resol. 195 §. Nec desinam

a8. &

& vide hic doctrinam Resol. seq. & aliarum eius primæ not.

28. & 38. Eò, quòd in Decreto Clementis VIII. disponitur, saltem Sacerdotes, & simplices Confessarios, sæculares, & Regulares in Italia extra vrbem degentes, quocumque existente impedimento adeundi Sedem Apostolicam, vel Episcopum, cui reseruantur casus, & in quacunque necessitate, (mortis articulo excepto,) non posse absoluere: nam id expressè decernitur in dicto Decreto, vt patet ex illis verbis eiusdem Decreti: *Nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in articulo mortis.* Cùm ergo Summus Pontifex sibi, & Episcopis reseruatoribus casus in dicto Decreto declaratos reseruet etiam in casu necessitatis, præter mortis articulum nullus alius inferior absque delegatione poterit ab eisdem absoluere, saltem in Italia extra vrbem: quia de Sacerdotibus tantùm de Italia extra vrbem Romam degentibus loquitur Decretum.

2. Verùm affirmatiuæ sententiæ adhæret nouissimè cum Cano, Soto, & Ledesma, Castr. Pal. *tom. 4. tr. 53. disp. vnica, punct. 15. num. 3.* quibus adde Suar. *tom. 4. disp. 30. sect. 4. num. 10.* Alther. *de cens. tom. 1. lib. 1. disp. 6. cap. 8. vers. Fundamentum verò.* Filliuc. *tom. 1. tr. 7. cap. 10. num. 109.* Henriq. *lib. 6. cap. 9. num. 7. in Gloss. a. litt. N.* Vvigers *de Sacram. q. 21. de excom. dub. 8. num. 48.* & alios. Probatur: quia reseruatio, ob bonum charitatis introducta, non debet in detrimentum charitatis cedere: cederet autem in graue charitatis detrimentum, & in animarum non leue periculum, si eo casu non posset Parochus ab eo peccato absoluere. Credendum ergo est, eam facultatem esse illi à Pontifice concessam. Neque obstat Concilium asserens, nihil posse extra articulum mortis Sacerdotes in casibus reseruatis: quia hoc intelligendum est per se: secùs, si à iure, vel ex priuilegio concedatur, sicuti Suar. existimat concessum esse, non solum Episcopis, sed etiam Sacerdotibus inferioribus, quoties Pontifex adiri non potest: & instat tempus communicandi, ex text. in c. *Nuper. de sent. excom.* ibi *à suo absoluatur Episcopo, vel proprio Sacerdote.* vbi Glos. infert: *Ergo simplex Sacerdos potest absoluere.*

3. Ex his patet responsio ad argumentum P. Vasq. desumptum ex Trident. Ad aliud verò ex Decreto Clementis VIII. respondetur, non obstare: tum, quia per Decretum prohibetur tantùm absolutio à reseruatis prætextu priuilegiorum, & indultorum: tum, quia debet intelligi, vt Trid. scalicet, vt extra mortis articulum, directè, & proprio iure Sacerdotes inferiores non possint absoluere à reseruatis Papæ, & Episcopis in illo Decreto contentis: secùs autem indirectè, & ex tacita commissione propter vitandum periculum animarum, iuxta c. fin. *de pœnit. & remiss. c. Mulieres, c. Sacro de sent. excom.*

4. Ego verò, vt meam sententiam promam, prima opinio videtur mihi probabilior, & magis conformis Concilio Tridentino, & Decreto Clementis VIII. Affirmatiuam autem sententiam non audeo, tanquàm improbabilem, damnare. Vide, præter Doctores citatos, Baunyum *in Theol. mor. tom. 2. disp. 3. quæst. 32.* & Tanner. *tom. 4. disp. 6. quæst. 10. dub. 6. num. 111.* vbi sic ait: [Similiter, si excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata, propter legitimum impedimentum, Papam, aut alium ab eo facultatem habentem, adire non possit, potest absoluere Episcopus: quòd si nec Episcopum possit adire, Parochus, eòque deficiente, quiuis approbatus Confessarius.] Ita ille.

RESOL. XVIII.

An impeditus adire Episcopum pro suis casibus reseruatis possit absolui à quocumque Confessario expo- sito cum obligatione comparendi coram Episcopo? Et in §. vltimo huius Resolutionis explanatur, quid facere debeat absolutus ab inferiori etiam extra articulum mortis a culpis Episcopo reseruatis ob accessum ad eumdem Episcopum difficilem? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Res. 11.

§. 1. AD hunc casum affirmatiuè respondet Cast. Pal. *tom. 4. tr. 23. disp. vnic. punct. 15. §. 4. n. 3.* vbi sic ait: [In casibus autem Episcopo reseruatis, non audet Suar. *disp. 30. sect. 3.* concedere hanc facultatem, eò quòd recursus ad Episcopum facilior sit, quam ad Pontificem. Et præterea de casibus pontificiis sunt iura concedentia hanc facultatem proprio Sacerdoti, cùm non potest Pontifex adiri: quod non inuenitur in casibus Episcopo reseruatis. At Canus *relect. de pœnit. 5. p. fol. 106. §. Secunda conclusio.* Sot. *in 4. distinct. 18. quæst. 1. art. 5. ad 1.* Ledesma *2. p. 4. qu. 8. art. 3. dub. 3. concl. 7.* & idem Suar. *disp. 31. sect.* .. generaliter loquuntur de casibus reseruatis; & affirmant, quoties ex aliqua graui causa omitti non potest Communio, posse inferiorem Sacerdotem a reseruatis absoluere. Monent tamen prædicti Doctores, hanc absolutionem esse indirectam: siquidem inferior Sacerdos non est propriè Iudex illorum peccatorum, & obligationem subit pœnitens coram Superiore comparendi. Sed hoc videtur satis consequenter dictum, aliàs iurisdictio ob necessitatem inferiori Sacerdoti communicaretur. Credo igitur, & Iudicem esse, tametsi pœnitens obligationem habeat comparendi.] Ita Palaus, cuius sententiam sustinet Henriquez *lib. 2. cap. 15. num. 3. in Glossa, litt. L. & cap. 10. num. 4.*

Sup. hoc in Res. seq. & in tom 5. tr. 1. ex lata doctrina Res. 195. In casu autem. & in Res. 196. §. Non desinam. & in dicto tom. 5. tr. 8. Res. 14. signanter in fine, a vers. Et superior, & quamuis non plenè super hoc, sed absque obligatione comparendi, lege tamen hic supra doctrinâ Res. 14. & signanter 17.

2. Probari potest etiam hæc opinio: quia etsi rariùs contingit, vt quis sit impeditus adire Episcopum, & inferiores Prælatos; quia inferior Prælatus propinquior esse solet; nihilominùs sæpè accidere potest, legitimũ impedimentum accedẽdi ad Episcopum, aut alium Prælatum inferiorem reseruatorem, & timeri probabile periculum animæ ex dilatione pœnitentiæ, & absolutionis: ergo concessio in iure facta Episcopis, & aliis inferioribus, quoad censuras, & casus papales in casu legitimi impedimenti, extendenda est etiam ad Parochos, & alios Confessarios respectu censurarum, & casuum Episcopo reseruatorum, vbi ad Episcopum non est facilis aditus, vel non sine graui incommodo, & mora, & ex dilatione pœnitentiæ, & absolutionis imminere potest animæ periculum: etenim, cùm eædem rationes allatæ in reseruatis Papæ suo modo locum habeant etiam in reseruatis Episcopis: vbi ad illos difficilis est aditus, censeri debet eadem iuris dispositio; imò (subdit Henriq. *lib. 6. cap. 15. num. 4. in textu*) fortior ratio concedit in casu impedimenti Parocho casus Episcopi, quàm Papæ. Confirmat idem Henriq. *in textu, & Glossa lit. A:* quia ita rationabiliter præsumitur Episcopi, vel alterius Prælati reseruatoris voluntas, non quidem ex ratihabitione de futuro (quæ non prodest ex Nauarro *in Manual. c. 9. n. 5.* Soto *in 4. dist. 18. q. 4. art. 3.* & aliis ab eodem Henriq. allegatis) Sed, quia, dum Summus Pontifex, vel Episcopus reseruat, inest ea, tacita conditio, & concessio, (quæ videntur ipso iure explicari,) & adest tacita ratihabitio, de præsenti, quæ sufficit, vt tradunt prædicti DD. & alij.

3. Sed, quia post hæc scripta inueni hanc sententiam affirmatiuam doceri etiam à docto P. Marchant. *in Tribun. Sacram. tom. 1. tract. 2. tit. 4. quæst. 8. conclus. 5.* eius verba per extensum apponam: sic ita asserit: [Quando non patet aditus ad Superiorem reseruantem, vel eius delegatum, aut non nisi cum graui difficultate, longa mora, aut detrimento potest inferior absoluere à casibus reseruatis Superiori, impo-

posito pœnitenti onere comparendi tempore opportuno, & cessantibus impedimentis, coram Superiore aut eius delegato, siue, ab illo facultatem absoluendi à reseruatis habente. Hoc omnino à iure communi concessum censeo ob rationes in Canonibus variis sparsim expressas.

4. Ex quibus omnibus, sic in re practica formo argumentum: Eadem est formaliter ratio recursus ad Episcopos, vel Superiores, aut eorum delegatos pro peccatis, & censuris reseruatis, quæ est recursus ad Sedem Apostolicam pro iisdem: sed Pontifex declarat in Canonibus, eos, qui ex impotentia, aut graui difficultate (vt sunt mulieres, valetudinarij, delicati, senes, impuberes, pauperes, &c.) non possunt adire Sanctam Sedem, posse ab Episcopis absolui: ergo pariter, qui similibus præpediti non possunt adire Episcopum vel eius delegatum, poterunt ab inferiore absolui, maximè cum onere comparendi, & dato iuramento de satisfactione, & obedientia, de quibus statim latè, & distinctè.

5. Ratio verò est: quia pia Mater Ecclesia in suis Decretis, & reseruationibus non potest censeri velle obligare ad aliquid moraliter impossibile, vel quod in graue detrimentum spiritale animarum, aut etiam temporale personarum vergit, vt ex istis declarationibus constat. Non est verò interdum minùs impossibilis, aut in graue detrimentum animarum, vel etiam personarum, recursus ad Episcopum, vel eius delegatum, quàm ad Sanctam Sedem, etsi talis impossibilitas, vel necessitas, siue periculum, non sit tam frequens: vnde Confessarij prudenti æstimationi ista sunt relinquenda.

6. Ex quibus infero primò, potestatem absoluendi, qua à reseruatis in huiusmodi necessitatibus, vel periculis inferiores absoluunt, esse directam, quamuis interpretatiuam, & onerosam: adeòque mihi semper visi sunt minùs consequenter loqui asserentes, inferiores Sacerdotes in dictis casibus directè à non reseruatis, indirectè verò à reseruatis absoluere: cùm reuerà directè ex potestate interpretatiua, & onerosa absoluant, quæ eis ex declaratione iuris communis tunc concessa censetur ratione declaratæ necessitatis, vel impedimenti sufficientis in similibus casibus, & causis] Hæc omnia Marchant. *loco cit.* qui posteà *quæst.9. concl.1.* adducit causas, quibus licet inferiori absoluere à reseruatis, vt, videlicet, quando quis siue nota, scandalo, infamia, dicteriis, suspicionibus, aut similibus, non potest à Communione, Missæ celebratione, Sacramentorum administratione abstinere, nec habet tunc ad manum aliquem, qui à peccatis reseruatis absoluat: Imò in omni casu, *Ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum*, vt habetur *lib.5. Decret. tit.39. c.16.*

7. Ratio est: quia Ecclesia per reseruationem non censetur suos subditos in aliquod animæ grauamen, vel periculum velle, aut præcipitare, aut in illis eos relinquere absque sufficienti subsidio, maximè cùm virtus tota, & finis reseruationis æquiualenter in isto onere comparendi, aut satisfaciendi seruetur, non tantùm in politia externa; sed in obligationibus strictissimis in foro conscientiæ. Et hæc omnia satis probabilia, & tuta existimo; & maximè notentur à Confessariis: quia in Authoribus non passim obuia, sed in praxi quotidiana: licèt etiam probabiliter contrarium asserat Fernandez à Castro Palao, *vbi suprà* citatus, cui adde Altherium *de censuris, tom.1. disp.6. vers. Si quis postulet.* Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 10. num. 289.* & alios.

Sup. hoc lege doctrinam Res. not. seq.

8. Notandum est tamen, quòd aliqui asserunt, quòd stando in opinione affirmatiua, absolutus ab inferiore, etiam extra mortis articulum à culpis Episcopo reseruatis, ob accessum ad eundem Episcopum difficilem, non remanet obligatus se præsentare eidem vt denuò illa peccata reseruata, iam ab inferiore absoluta confiteatur, & ab eisdem denuò absoluatur; cùm nemo bis teneatur subiicere clauibus eadem peccata semel ritè per sacramentalem absolutionem remissa. Sed si remanet aliqua obligatio se præsentandi Superiori in tali casu, id non erit, vt denuò peccatum à Superiore per absolutionem auferatur quoad culpam; sed solum, vt eidem Superiori exhibeatur debitus honor, conseruetur vigor Ecclesiasticæ disciplinæ; conueniens ab eodem Superiore, vt pote prudentiori Iudice, adhibeatur medecina: & etiam præscribatur maior satisfactio quoad Deũ, vel proximum, si ab inferiore minùs benè id factum fuerit. Ob has enim causas forrasse tanquàm probabile sustineri potest in dicto casu absolutum ab inferiore à casibus reseruatis etiam sine censura, teneri se præsentare Superiori, quàm citiùs poterit. Ita Bossius *de iur. Episcop. discept. 1. dub. 15. n. 163.* ex Vasquez *in 3. par. tom. 4. q. 91. art. 3. dub. 8. n. 8.*

Sup. hoc lege supra doctrinam Res. 13. & Res. & §. eius primæ annot.

RESOL. XIX.

An si aliquando non pateat aditus ad Episcopum pro casu reseruato, possit Confessarius pœnitentem absoluere? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Res. 58.

§. 1. NEgatiuè respondet Suar. *in 3. p. tom. 4. disp. 30. sect. 3. num. 13.* quia licèt quoties non patet aditus ad Papam, vel Nuncium, nisi cum magna difficultate, & mora, possit Sacerdos inferior absoluere à casibus Papalibus. Non ita dicendum est de casibus Episcopalibus, quia ius commune ita statuit quoad casus Papales, non autem quoad Episcopales.

Sup. hoc in Res. præterita & cursim in aliis §§. eius annot. prima.

2. Sed hæc sententia mihi non placet, sicut & Cœlestino *in Compend. Theol. moral. tract. 1. c. 23. num. 5.* quia par interdum videtur ratio quo ad casus Episcopales, fieri enim potest, vt non minus sit difficilis aditus ad Episcopum, quam ad Pontificem, & adsit nihilominus necessitas communicandi, vel celebrandi. Ita Cœlestinus, qui citat Gamachæum *in 3. part. D. Thom. de Sacrament. pœnit. c. 10. §. 1. verb. Caterùm si per inaduertentiam.* Nec te terreat, amice Lector, auctoritas Patris Suarez, nam pro mea, & Cœlestini sententia stat nouissimè Iacobus Granado *in 3. p. de Sacrament. contr. 7. tr. 10. disp. 7. num. 12.* vbi nostram sententiam confirmat ex multis rationibus, adi illum, & non pigebit, ego enim breuitati studeo.

Sup. hoc difficili aditu lege suprà doctrinam Res. 14. & si placet etiam Res. eius primæ annot.

RESOL. XX.

An Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis N. possit ab omnibus casibus reseruatis ab Archiepiscopo absque eius licentia & independenter ab illo absoluere?

Et adducitur Cardinali testanti de aliqua re, si vergat in præiudicium tertii, minimè credendum esse.

Et docetur, consuetudinem legitimè, plenè, & perfectè, atque concludenter probandam esse.

Et aduertitur, quod consuetudo non solum esse debet rationabilis, sed etiam legitimè præscripta, ita vt per vnum actum interrumpatur.

Et probatur factum Prædecessoris non officere Successoribus. Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Res. 11.

§. 1. SVppono ex declaratione Sacræ Cōgregationis, teste Barbosa *Collect. 181. num. 14.* Pœnitentiarium non posse absoluere à casibus Episcopo reseruatis, nisi Episcopus hanc facultatem ei specialiter

liter dederit, Ideò difficulas est in casu nostro, an Pœnitentiarius possit absoluere à reformatis, vigore assertæ consuetudinis? Et respondeo, quòd cùm consuetudo pertineat ad factum, qui eam allegat, tenetur illam probare, vt patet ex cap. 1. *de Constit. in 6.* cap. *Cùm in Iure. de offic.deleg.* cap. *Cùm Ecclesia Sutrina. de caus.posses.& propriet.* & ex l. *Si quis reum.ff.de custodia reor.* l. *Asseueratio.C.de non muner.pecun.* & docent Doctores, quos plena manu adducit Ludolphus Schraderus *de feud.tom.1.part.10.sect.9.n.143.*

2. Videndum est itaque, an scriptura N. olim Archiepiscopi, præsentata à R. Pœnitentiario, probet sufficienter consuetudinem ab ipso prætensam absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, independenter à licentia Illustrissimi Domini Archiepiscopi? Et negatiuè respondeo: quia consuetudo legitime probanda est: sed non est legitima probatio, quæ procedit ex testimonio vnius, vt patet ex l. 9. *C.de iureiurando:* & ita consuetudinem non probari per vnicum testem; sed plenè, & perfectè, atque concludenter probandā esse docet Hermannus Vulteius *vol.1.consil.33.n.34.* Nicolaus Rausnerus *lib.1.consil.12.n.112.* Matthias Vvesembecius *lib.1.consil.1.n.54.* Ludolphus Schraderus, *vbi supr. & lib.1.consil.6. n.45.* Cyriacus *lib.2. contr. 67. n.43.* Hulricus Hunnius *in vol.1. Treuleri super Pandectas, disp.1. Thes.9. quæst.62.* & Ioannes Vvrumserus *in Nucleo Iuris controuersi super Instituta, lib.1. tit.1. n.11.* & alij penes ipsos. Quibus ex Theologis adde Castrum Palaum *tom.1. tract.3. disp.3. punct. 6. n.7.* Ergo, cùm in casu nostro R. Pœnitentiarius consuetudinem in sui fauorem non probet, nisi per vnicum testem; sequitur, non esse legitimè probatam, atque ideò non posse officere Illustrissimo D. Archiepiscopo, ac frustra contra illum adduci dicendum erit.

3. Nec obstat dignitas personæ testificantis, cùm nō solùm sit Archiepiscopus, sed Archiepiscopus Prædecessor: ergo, cùm de eius interesse ageretur, omninò credendus videtur. Non, inquam, hoc obstat: quia etiā Cardinali testanti de aliqua re, si vergat in præiudicium tertij, minimè credendum esse asserunt Doctores, quos citat, & sequitur nouissimè Fragosus *de Republica Christiana, tom.1. part.1. lib.5. disp.15. num.8. & seq.* cum limitationibus *ibi* adductis.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 7. Res. 69. §. Nota tamen. ad medium. vers. Etiam si agnus.

4. Ad id verò, quòd sit Archiepiscopus Prædecessor, assero, factum prædecessoris non officere successoribus, vt ex multis probat Ioannes Baptista Larrea *in allegationibus fiscalibus, tom.1. allegat. 16. n.51.* Surdus *consil 419. n. 28.* Natta *consil.437.n.36.* Sesse *decis.74. n.25.* & Auendaño *de censibus.c.68.n.53.* & ex Theologis Suarez *de legib.lib.8.c.34.* cum aliis penes ipsos: ergo factum Archiepiscopi N. non potuit suis Archiepiscopis successoribus præiudicare. Vnde rectè clamant Iura, quòd nemo debet prægrauari, & onerari ex facto alieno, nec factum vnius debet alteri nocere, vt patet in l. *Si quis in suo.§. Legis. C.de inofficios. testam.* l. *In causa.ff.de Procuratoribus.* l. *Si vnus.§. Ante omnia. ff. de pactis, & consil.346. num. 26.* Surdus *consil.12. num.19. & consil.173. num.84.* Thomas de Thomasettis *in Floribus legum, reg.125.* cum aliis penes ipsos. Patet igitur ex supradictis, consuetudinem assertam à R. Pœnitentiario non esse plenè & legitimè probatam, atque ideò nihil officere.

Quoad hoc in tom. 6. tr. 1. lege doctrinam Res. 1.

5. Sed penes me, non solùm ex defectu probationis; sed etiam secundùm se, & à parte rei dicta consuetudo claudicare videtur. Primò, quia, si inter alia requisita opus est, vt consuetudo sit rationabilis, ex cap. *Cum dilectus.* cap. *Ex parte,* cap. fin. *de consuet. leg. 2. C. quæ sit long. cons.* & aliis Iuribus, quæ citat, & sequitur Gauffre *in Synopsi Decretalium, lib.1. tit. 5.* Chassanæus *in Paratitla ad Decretales, lib. 1. tit. 4.* Vallensis etiam *in Paratitla ad Decretales, lib.1. tit.4. §.2.n.6.* Vallenzuela *consil.4. ex n.66.* Fontanella *tom. 2. decis.488.n.8.* Hunnius *in Encyclopedia Iuris, part.1. tit.4.c.3.n.30. respons.51. 59.* Grauæus *lib.2.consil.3. n.7.* & alij communiter. Quo pacto dici potest rationabilis consuetudo, (de qua est quæstio,) cum in ordine ad absolutionem reseruatorum constitueret in vna Diœcesi duos Episcopos æquales in iurisdictione, & potestate, & independenter vnum ab altero, ita vt quod vnus ædificaret, alter destrueret. Et ideò ex hoc, vt reor, (non obstantibus seruitiis, & meritis Regularium erga Sedem Apostolicam,) visum est Pontificibus nouissime, priuilegia olim Regularibus concessa absoluendi à casibus Episcopo reseruatis penitùs abolere, & reuocare, vt patet ex Decreto Gregorij XIII. die 10. Septembris 1577. & ex alio Decreto Sacræ Congregationis, annuente Vrbano VIII. die 7. Nouembris, 1628.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. Res. 2. & 5.

6. Deinde, non solùm consuetudo debet esse rationabilis, sed etiam legitimè præscripta, ita vt per vnicum actum in contrarium interrumpatur, vt docet Socinus *lib.1. consil.7. n.11.* Romanus *consil.3. n.7.* Hippol. Riminaldus *lib. 2. consil.7. n.117.* Bartolus *in l. De quibus, n.16.* & *ibi* Baldus *n.19.* Iason *n. 9. ff. de legibus* Glossa *in l. Nemo §. Temporaria. ff. de regul. Iur.* & ex Neotericis Hunnius *in Encyclopedia Iuris, part.1. tit.4. cap.3. n.29.* Schraderus *de feudis tom.2. part.10. sect.10.n.157.* Mynsingerus *Decad. 5. respons. 56.n.17.* Grauæus *lib.1. consil.51. n.16.* & alij: sed in nostro casu, non semel, sed pluries dictam consuetudinem, si forsitan extitisset, interruptam fuisse dicendum est: nam Sacri Antistites in Synodis Diœcesanis semper absolutionem à reseruatis sibi competere declarant priuatiuè quoad alios, vt de facto patet in Synodo Illustrissimi Archiepiscopi non viuentis, & in Synodo Archiepiscopi N. in quo tantùm absolutionem à quatuor casibus reseruatis supradicto Pœnitentiario concessit, ipso tunc non contradicente, nec reclamante: ergo prætensa consuetudo nunc ab ipso adducta, nunquam fuit legitime præscripta, quia sæpiùs interrupta. Dicendum est itaque ex omnibus *superiùs* adductis, assertam consuetudinem contra Illustrissimum Archiepiscopum, vel nunquam extitisse, vel saltem à R. Pœnitentiario in Scripturis ab ipso allatis plenè, & concludenter, vt opus erat, minimè probatam fuisse.

RESOL. XXI.

Magis firmatur id, quod dictum est in superiori Resolutione; nempe Pœnitentiarium Ecclesiæ Cathedralis non posse absoluere à Casibus Episcopo reseruatis. Ex quo sequitur, quod non sit credendum Doctoribus testantibus de consuetudine. Ex part.9. tract. 8. & Misc.3. Res.15.

§. 1. VT magis elucescat veritas firmata *in superiori Resolutione,* visum est mihi *inferiùs* dicenda adnotare. Assero itaque, non deesse Doctores tenentes in indiuiduo, Pœnitentiarium ex vi suæ institutionis habere facultatem absoluendi à casibus Episcopo reseruatis: & ita docet Cucus *inst. maior. lib.5. tit.4. num.190. & cap. 4. num. 224* Piasecius *in praxi Episcop.par.2. cap.1. art.3. num.15.* Salazar de Mendoza *in libello de Instit. Canon. Pœnitent. in Ecclesia Toletana, §. 5.* Quia Concil Tridentinum *sess. 24. c.8.* ideò constituit, vt in omnibus Cathedralibus, vbi id fieri commodè potest, Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ instituatur, (qui sit Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico, & annorum quadraginta, seu aliàs, qui aptior pro loci qualitate inueniatur, quique, dum audiet Confessiones in Ecclesia, interim præsens in Choro censeatur,) ne ipsum Episcopum pro absolutione à reseruatis adire semper sit necesse: ergo Tridentinum dat

eidem Pœnitentiario facultatem absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, licet id non expressè dicat, Cæterùm, quidquid sit, an ex primaria institutione officij, & attento solùm Iure Tridentini id possit; nihilominùs iam passim vsu, & consuetudine receptum est, vt quasi ex munere, & officio in foro interiori, seu conscientiæ Pœnitentiarius, iuxta formam Concilij institutus, huiusmodi facultatem habeat, possitque pro eodem foro Pœnitentiæ absoluere à casibus Episcopo reseruatis. Et ita, stante dicta consuetudine, tenet Bossius *in disceptationib. moral. de potest. Episcop. discept.* 1. *n.* 51. Homobonus *de cas. reseru. part.* 1. §. *Pœnitentiariorum facultas*, & Chapeauill. *de cas. reseru. cap.* 3. *quæst.* 1. *diffic.* 2. vbi sic ait: [Quamuis Concilium Tridentinum expressè non det facultatem Pœnitentiario præfato absoluendi à casibus Episcopo reseruatis, vt patet legenti Concilium Trident. iam tamen passim vsu receptum est, vt Pœnitentiarius in Cathedrali, quasi ex officio, ab illis absoluat in foro interiori pœnitentiæ.] Ita ille. Et hæc omnia, satis sunt fauorabilia supradicto Pœnitentiario.

2. Verùm his non obstantibus, ego non recedo à sententia, cui *in superiori Resolutione* adhæsi in fauorem Archiepiscopi; & contra Cuccum, & Piasecium assero ex sua institutione, & ex vi sui officij non posse Pœnitentiarium absoluere à reseruatis Episcopo, nisi ipse ei specialiter facultatem dederit; cum in Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 8. de casuum reseruatorum absolutione, nouo iure nihil decretum sit, Et præter Declarationem Sacræ Congregationis à me adductam, hanc sententiam esse magis receptam testatur Machado *tom.* 2. *lib.* 4. *par.* 4. *tr.* 5. *docum.* 3. *n.* 2. & illam tenent Garcia *de beneficiis, par.* 5. *c.* 4. *n.* 115. Gauantus *in Enchir. Episc. verb. Pœnitentiarius, n.* 31. Riccius *in Praxi part.* 1. *decis. mihi* 492. *n.* 2. Vulpe *in Praxi iudiciaria, c.* 35. *n.* 15. Vgolinus *de potest. Episc. part.* 2. *cap* 33. *n.* 3. Nauarrus *cons.* 20. *de pœnit. & remiss. in* 2. *edit.* Zecchius *de Repub. Eccles. cap.* 24. *n.* 16. Zerola *in Prax. part.* 1. *verb. Dimissoria*, §. 1. Sayrus *in Floribus, de pœnit. & remiss. decis.* 44. Rodriquez *in Summa, tom.* 1. *cap.* 85. *n.* 2. Quibus omnibus adde Sacram Romanam in Neopolitana Pœnitentiaria, die 5. Iunij, 1637. coram heu! quondam amicissimo Merlino. Vnde piaculum existimarem, si cum Cucco, & Piasecio aliter sentirem contra Sacram Congregationem, & Rotam Romanam.

3. Nec obstat dicere, dictam sententiam veram esse, & amplectendam in rigore Iuris: secùs verò dicendum erit de consuetudine, de qua, vt *suprà* diximus, testantur Chapeauilla, Homobonus, Bossius, & alij, tribuentes Pœnitentiario Ecclesiæ Cathedralis facultatem absoluendi à casibus reseruatis independenter ab Episcopo; itavt possit secundùm Chapeauilla; talem facultatem aliis concedere, & subdelegare. Hoc, inquam, non obstante, puto, non esse recedendum à sententia negatiua, quam tenui in fauorem Archiepiscopi: & ideò dictam consuetudinem pro Pœnitentiario adductam à Chapeauilla, & aliis, valide confutat, & refellit Alphonsus de Leone *de censur. recollect.* 5. *n.* 58. Tum, quia (ait ille) consuetudo non sic de facili præsumitur, sed ab allegantibus ipsam, debet probari, *cap. finali, ext. de consuetudine*, cum aliis allegatis per Rotam *part.* 2. *recent. decis.* 112. *n.* 1. & ad probandam ipsam non sufficit dictum Doctorum, vt eam probant dicti Authores. Et datò, quòd credi debeat Doctori testanti de consuetudine; id tamen intelligi debet pro locis, in quibus Doctor, vel Doctores, qui de ea testantur, versati fuerunt, non pro omnibus locis, & sic de consuetudine vniuersali. Et ego testari possum, in pluribus Ciuitatibus Italiæ non vidisse contrarium seruari, quippe, non solùm expressè dari dictam facultatem Pœnitentiariis; sed illam concedi ab Episcopis pro quibusdam casibus, & non pro aliis: vnde, cùm consuetudo vniuersalis non sit vniformis, sed difformis; attendendum est Ius commune. Tum etiam, quia concesso, *ut supra*, quòd hoc non habeant Pœnitentiarij ex d. Concil. Trident. hoc dependet à voluntate ipsorum Episcoporum, & per consequens sumus in facultatiuis, in quibus non inducitur consuetudo liberæ voluntatis restrictiua per actus liberæ electionis; quidquid secùs dicendum esset, si ipsis reluctantibus Episcopi acquieuissent. Hucvsque Pater Leo.

4. Et quidem, quòd Doctoribus testantibus de consuetudine non sit credendum, docet Iason *in l. De quibus, ff. de legibus.* Bursatius *lib.* 1. *cons.* 8. *num.* 37. Hulricus Hunnius *in variis Resolutionibus Iuris ciuilis, lib.* 1. *tract.* 1. *quæst.* 29. & late Ioannes Vvurmserus *in Nucleo Iuris controuersi, lib.* 1. *tit.* 2. *contr.* 11. *n.* 27. *cum seqq.* Vel saltem illis credendum esse pro locis, in quibus versati sunt, obseruat Rolandus à Valle *volum.* 4. *n.* 18. Cacheranus *Decis. Pedemon.* 141. *num.* 16. Riminaldus Iunior *lib.* 3. *cons.* 245. *num.* 41. *& sequ.* Hondedeus *lib.* 1. *cons.* 110. *num.* 20. & alij. Vnde ex his sequitur, Chapeauillam, & alios Doctores assertores, Pœnitentiarios ex consuetudine habere facultatem absoluendi à casibus Episcopis reseruatis, esse intelligendos de consuetudine, forsitan vigente in Diœcesibus, vbi scripserunt: nam, si de generali consuetudine in omnibus Diœcesibus testarentur, falsum hoc esset; cùm de multis Diœcesibus Leone, *vbi supra*, testetur contrarium. Et Zecchius notat, S. Carolum Borromæum facultatem absoluendi à casibus suo Pœnitentiario tribuisse, quod passim videmus fieri ab Episcopis. Nec talis consuetudo vniuersalis, si adesset, Sacræ Congregationi, & Sacræ Rotæ ignota foret, & de illa supradicti Doctores mentionem facerent. Dicendum est itaque, Chapeauillam, & alios, de consuetudine aliquorum locorum fuisse loquutos: vnde Pœnitentiarius in casu nostro dictam consuetudinem adesse teneretur probare: sed cùm adhuc non probauerit, remanet non posse absoluere à reseruatis Archiepiscopi, absque eius licentia. Et post hæc scripta ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, vt patet ex infrascripto Decreto: [Die 2. Maij, 1648. instante Archiepiscopo Cusentino Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium S.C.T. Interpretum respondit, Decanum Ecclesiæ Cathedralis Cusentinæ præbendam Pœnitentiariæ obtinentem non posse absoluere à casibus per ipsum Archiepiscopum reseruatis, nisi eidem dictus Archiepiscopus concesserit facultatem, non obstante prætensa consuetudine allegata. *Aloysius Cardinalis Carafa Præfectus. Franciscus Paulucius Secretarius.*]

Sup. hoc in tom. 6. tr. 2. Res. 34. per totam, & in tom. 3. tr. 4. Res. 5. §. 1. à lin. 6. & res. Et quod credendum.

RESOL. XXII.

An priuilegia à Pontificibus concessa, vt absoluamur à Casibus reseruatis Episcopo, intelligantur independenter ab Episcopo ipso?

Et aduertitur potestatem Episcopis reseruandi peccata concessam illis, esse à summo Pontifice, & non à iure Diuino.

Et docetur, quod si Pontifex non potest penitus ab Episcopali ordine potestatem reseruandi casus tollere; potest tamen illam restringere, aut limitare, tanquam Supremus iurisdictionis Collator; & ideo si Pontifex Episcoporum potestatem vellet restringere; & Episcopus vellet potestatem Parochorum limitare, plusquam par est, restricta, & limitata erit.

Et supponitur Pontificē posse sibi reseruare aliqua peccata pro tota Ecclesia; Episcopū pro suo Episcopatu;

&

& Parochum pro sua Parochia; sed ista vltima reseruatio ferè semper inutilis erit. Ex part.10.tt.12. & Misc.2.Res.18.

Sup omni doctrina huius Res in tom 4. tt.8. Res 75. per totam, & si libet vide etiam §§.eius annotatio-num.

§. 1. NEgatiuam sententiam (attendas quæso amice Lector) tenet Ioannes Paulus Donatus, Theologus Carmelitanus, *in tract. de casibus Sedi Apostolicæ reseruatis.* Et quia Codex difficulter inuenitur: est enim Typis impressum Augustæ Taurinorum, anno 1581. ideò per extensum eius verba hîc non grauabor apponere. Sic itaque ait: Episcoporum electio atque adeo obligatio ad sua exercenda munera est de iure Diuino. Sed Episcoporum electionem esse de iure Diuino, potest intelligi dupliciter, nempè in genere, quòd scilicet singulis Ecclesiis secundum Ecclesiasticam diuisionem sint Episcopi applicandi. Alio modo in speciali, puta quòd hîc Petrus, & alibi Paulus præsideat. Primò vtrique modo Episcoporum electio est de iure Diuino; nam à Christo iussum est Episcopo esse: at secundo modo est de iure positiuo; sic enim à Papæ electione pendet, quòd hîc Petrus, & alibi Paulus sint Episcopi. Cùm igitur Episcoporum electio in genere, & Episcoporum functiones sint formaliter de iure Diuino; consequens fit casuum reseruationem esse de iure Diuino, vndè & Concilium Tridentinum, *sess.14. cap.7* dixit: Pontificibus Maximis, & Episcopis authoritate illis tradita in sibi subditos Sacerdotes conuenire sibi reseruare peccata quædam grauia & enormia. Sed quæ Episcopis conueniunt de iure Diuino, à Papa tolli non possunt: ergo fieri non potest, vt Pontifex Romanus concedat, vt quoties in peccata Episcopis reseruata, vel etiam Sedi Apostolicæ inciderimus, toties inconsulto Episcopo absolui possimus. Quòd si rogas, cur ergo à Summo conceduntur Pontifice Confessariis huiusmodi facultates de absoluendo toties quoties in casus reseruatos incidimus? Dicerem, id fieri posse de plenitudine potestatis in eo sensu, in quo à Summo conceduntur Pontifice. Nunquam enim Summus Pontifex suo Diplomate munera, & functiones Episcopis conuenientia de iure Diuino, inter quæ est sibi reseruare Casus, auferre intendit: sunt ergo huiusmodi concessiones intelligendæ secundùm ius commune, nempè quòd sicuti absolutus à reseruatis casibus, si post periculum reseruatori quàm primùm se non præsentauerit, in easdem censuras, in quibus erat priùs, incidit, vt habetur in *cap. Eos qui in 6. de sentent. excommunic. & in cap. Si quis suadente Diabolo. de Pœnis in Clement.* Ità Summus Pontifex in his Diplomatibus, quibus concedit Confratribus, & aliis, vt absolui possint à casibus reseruatis, intelligi debet ad effectum solummodò consequendi Indulgentias pro tempore scilicet illo; nisi tamen tempore debito Reseruatori casuum se præsentauerint, in easdem incidunt censuras: nam particula de se præsentando Reseruatori casuum intelligitur, in omnibus, in quibus fit mentio de reseruatis casibus, quia est particula in iure expressa; & in speciali non exprimitur, nisi ad tollendam ignorantiam iuris; vt habetur in *cap. Si quis suadente Diabolo, de Pœnis in Clement.* Sensus ergo Diplomatis est, quòd vt faciliùs Indulgentias consequi possimus, si in diebus, in quibus huiusmodi relaxationes, dantur facilè Superiorem adire non possumus; concedit Summus Pontifex, vt à reseruatis casibus absolui possimus: tenemur tamen de iure communi Superiori nos præsentare. Verùm quia præceptum de confitendo est affirmatiuum & non obligat statim, vt affirmat D. Thomas 4. *Sent. dist. 17. quæst.3. art.1.q.3.* fit consequens, quòd qui habet casus reseruatos, illos confiteri non teneatur, nisi tempore debito, nimirum vel vbi obliuionis imminet periculum, vel in articulo mortis, vel tempore Paschæ, vt præcipitur in *cap. Omnis, vtriusque sexus, de pœnit. & remission.* Vt ergo non tenemur singulari aliquo præcepto nisi in præfatis confiteri temporibus; ita etiam superiorem adire non tenemur, pro ab illo impetranda à reseruatis casibus absolutione, nisi in præfatis temporibus. Volentibus ergo huiusmodi Indulgentias suscipere, concedit Summus Pontifex, non obstante, quòd facilè Superiorem nunc adire possimus; si tamen in præsentiarum eum pro obtinenda absolutione à casibus reseruatis adire nolumus, dummodò in tempore debito id facere intendamus, vt absolui possimus à casibus reseruatis: nam alioquin, nisi ita intelligeret Summus Pontifex, in ius Diuinum poneret falcem, & Episcopos iure illo Diuino sibi reseruandi casus priuaret. Hucvsque Magister Donatus.

2. Sed eius sententiam protius reiiciendam esse puto; est enim contra Pontificis authoritatem, & contra communem vsum, & Praxim: nam videmus Pontifices aliquando concessisse Regularibus Priuilegia vt possint absoluere à casibus Episcopo reseruatis, & hoc independenter ab ipsis: sicut & hodie independenter ab Episcopis absoluuntur omnes à casibus Episcopalibus, qui gaudent priuilegio Bullæ Cruciatæ. Negandum est itaque Patri Donato, ius reseruandi casus pertinere ad Episcopos de iure Diuino. Nam hanc potestatem illis esse concessam à Summo Pontifice, rectè docet Nauarrus *in Mann. cap.27. numer.293. in fine.* Suarez. *in 3. part. tom.4. disp. 29. sect.1. num. 6.* Mazuchellus *de Casib. reseru. disp.1. quæst.1. difficult.3. num.6.* Finellius *de Casibus reseru. cap.3. num.2.* Flotonus, *de Casib. reseru. part.1. cap.2. §.4. num. 15.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 9. art. 3. dub. 1. num. 10.* & alij. Nullibi enim probatur, vt ait Fagundez *Precept. 2. lib. 8. cap. 1. num. 8.* iure Diuino competere Episcopis aliam iurisdictionem, præter illam habitualem, fundamentalem quæ eis datur per ordinationem, & consecrationem: vnde omnis alia conceditur eis immediatè à Papa *cap. In nouo. dist. 21.* vnde deducitur, Episcopos habere hanc potestatem reseruandi casus immediatè à Papa, non à Deo: licet enim Castro *de iusta Hæretic. punitione, lib.2. cap.24.* & Victoria *in relect. 2. de potestate Ecclesiæ, cap. 2.* existiment, Episcopos habere suam iurisdictionem immediatè à Christo, non à Papa; & fundamentum accipiant ex illo Actorum 20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus Sanctus Episcopos, regere Ecclesiam Dei* attamen, hæc verba longè habent diuersum intellectum: solùm enim ex illis concluditur dignitatem, & consecrationem Episcoporum esse de iure Diuino, & teneri Summum Pontificem aliquos Episcopos consecrare: iurisdictionem tamen actualem, non concluditur ex illis, esse de iure Diuino: videmus enim aliquos Episcopos titulares nullam habere iurisdictionem actualem, quia non habent oues: licet habeant fundamentum proximum ad illam, characterem scilicet Episcopalem: tunc autem eis hæc iurisdictio actualis conceditur, cùm eis assignantur oues à Summo Pontifice: vnde iurisdictio habitualis est de iure diuino; actualis verò de iure humano à Summo Pontifice promanans. Et licet supradictis videtur obstare Conciliũ Trid. *sess.14. c.7.* vbi sic habetur: *Neque dubitandum est quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem* (scilicet reseruare sibi peccata) *Episcopis omnibus in sua cuique Diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes authoritate, præsertim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est.* Vbi Concilium videtur hanc potestatem in iure potius fundare Diuino, vt constat ex illis verbis: *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt:* & ex

illis: *Pro data illis in subditos authoritate*: Sicut ergo Christus voluit Episcopum habere authoritatem maiorem in subditos, quam alios Sacerdotes; sic voluit, quòd possent sibi aliqua peccata reseruare, à quibus alij Sacerdotes absoluere non possent.

3. Sed verè verba Concilij non obstant nostræ sententiæ, si dicamus cum eminentissimo Cardinali Lugo, *de Pœnit. disp. 20. sect. 1. n. 5.* directè fundari Episcopi potestatem in iure Diuino; indirectè verò ex potestate Pontificis, vel vt dixit Fagundez, suprà iurisdictionem Episcoporum habitualem esse de iure Diuino; actualem verò esse de iure humano à Pontifice emanantem.

4. Igitur non est discedendum à nostra sententia; sed distinguendum est cum sapientissimo Cardinali Lugo, *de Sacram. Pœnitent. disp. 10. sect. 1. n. 5.* inter concessionem directam, & indirectam, & dicendum, directè fundari hanc Episcopi potestatem in iure Diuino; indirectè verò in voluntate Pontificis: & cum eodem Lugo, *num. 2.* Summum Pontificem pro suprema, & vniuersali potestate posse sibi reseruare aliqua peccata pro tota Ecclesia: Episcopos item, per se loquendo, posse pro suo Episcopatu: Parochum denique pro sua Parochia; ita tamen, vt reseruante Pontifice, nemo possit absoluere, nisi de licentia ipsius Pontificis; reseruante Episcopo, possint absoluere alij de licentia Summi Pontificis. Denique si Parochus reseruet, possent alij absoluere de licentia Papæ, vel Episcopi. Et ideò non solent Parochi reseruare; quia esset ferè inutilis illa reseruatio.

5. Confirmantur supradicta ex Castro Palao, *tom. 4. tract. 23. punct. 15. §. 1. num. 2.* vbi docet, quòd etiamsi verum esset iurisdictionem Episcoporum à iure Diuino immediatè prouenire; tamen Pontifici subordinatam esse, dicendum est; sed ipse verius existimat, solam iurisdictionem Pontificiam in omnes Fideles à Christo immediatè manasse; ex illa verò ad Episcopos; deinde ad Parochos iuxta Pontificis voluntatem descendere. Et si de facto Pontifex Episcoporum potestatem vellet restringere, & Episcopi vellent potestatem Parochorum limitare plusquàm par est; restricta, & limitata erit. Vide Coninch, *de Sacrament. disp 8. num. 11.* & Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 12 num. 5. quæst. 3.* qui tamen putat Pontificem non posse penitus ab Episcopali ordine potestatem reseruandi casus tollere; posset tamen illam restringere, aut limitare, tanquàm supremus iurisdictionis collator. Vnde rectè dixit Lugo *vbi suprà numer. 6.* quod licet Pontifex non possit extinguere, aut tollere omninò Episcoporum iurisdictionem: potest tamen limitare eorum potestatem, prout expedire videbit. Patet etiam ex omnibus superiùs dictis responsio ad ea, quæ pro sua sententia adduxit Magister Donatus *loc. cit.* quam vt dixi, prorsus reiiciendam esse, existimo.

RESOL. XXIII.

An Confessarius absoluens à casibus Episcopo reseruatis sine prætextu alicuius priuilegij incidat in excommunicationem, & alias pœnas Decreti Clem. VIII?

Et an Religiosus, qui absque facultate absoluerit ab aliquo casu in Religione reseruato, non incidat in pœnas dicti Decreti iuxta aliud Decretum Clem. VIII.

Et an qui absoluit à reseruatis sub spe ratihabitionis, vel ex inconsideratione, aut ignorantia, non tamen crassa, aut affectata, incidat in dictam excommunicationem?

Et an Sacerdos, qui in dictam excommunicationem incidit absoluendo absque facultate à casibus reseruatis, possit absolui ab Episcopo vigore Concilij Tridentini sess. 24. de reformat.?

Idest, an Episcopus possit absoluere à casibus reseruatis ex noua lege post dictum Concilium Tridentinum; & quid circa hoc declarauit Sacra Cardinalium Congregatio? Ex part. 3. tr. 4. Res. 73.

§. 1. Affirmatiuè respondent Homobonus *in exam. Eccl. part. 1. tract. 5. cap. 4. q. 22.* & Floronus *tract. de cas. reseru. part. 1. c. 5. n. 17.* aliàs pauci quidem in has pœnas inciderent, & receptus vsus declarat, ita fuisse mentem Summi Pontificis.

2. Non reticebo tamen, negatiuam sententiam docere Horatium Gambaruptam *de casib. reseruat. c. 3. num. 12.* per verba in dicto decreto posita, vbi sub prætextu priuilegiorum, &c. sumpto argumento ab iis, quæ in simili docuerat Nauar. *in man. c. 25. n. 94.* & Cou. *in c. Alma mater, p. 1. §. 6. n. 9.* An posset aliquis dicere cum Florono *vbi supr.* verba illa, *sub prætextu priuilegiorum*, intelligenda esse, ne Regulares possint sub prætextu priuilegiorum absoluere, & sic ne haberent causam vllam excusationis: vnde clausulam illam putat appositam esse ampliatiuè. Sed negatiua sententia tenenda est per ea, quæ adducit Suar. *de censur. disp. 21. sect. 6. n. 11.* Philiarchus *de officio Sacerd. tom. 1. p. 1. lib. 3. c. 30.* Sayrus *de cens. lib. 3. c. 31. n. 10.* Rodriq. *qq. Regul. tom. 2. q. 47. art. 2.* Sanchez *in sum. tom. 2. lib. 6. c. 16. num. 68.* Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. lege latam doctrinã Ref. 268. & aliarum eius primæ not.

3. Notandum est tamen cum Ipso Florono §. 4. & Homobono *locis citatis*, non incurrere in pœnas dicti decreti Religiosum, qui absque facultate absolueret ab aliquo casu in Religione reseruato; iuxta aliud decretum Clem. VIII. Nam hoc decretum de quo loquimur, loquitur tantùm de casibus, tum Summo Pontifici, tum Episcopis, vel aliis sæcularibus Prælatis Episcopali auctoritate fungentibus reseruatis: ergo, &c.

4. Notandum est etiam cum Finellio *tractat. de casib. reseruat. c. 6. n. 6. & 8.* & aliis, quòd ad incurrendas pœnas dicti decreti non satis est absoluere à reseruatis, absque facultate, sed necessaria est præsumptio in absoluente, vt patet ex ipsis verbis decreti. Vnde si quis absoluat à reseruatis sub spe ratihabitionis, vel ex consideratione, aut ignorantia, non tamen crassa, aut affectata, non incideret in excommunicationem. Sup. hac ratihabitione latè in R. seq. & in aliis Ref. & §. eius annot.

5. Sed hîc obiter potest aliquis quærere, an Sacerdos, qui in dictam excommunicationem incidit, absoluendo absque facultate à casibus reseruatis, possit absolui ab Episcopo vigore Concil. Trid. *sess. 24. de reform.* Negatiuè respondent Floronus *tr. de cas. reseru. p. 1. c. 5. §. 2. n. 4.* & alij, quia Episcopus non potest absoluere à casibus reseruatis ex noua lege post dictum Concilium Tridentinum, & asserunt ita declarasse Cardinalium Congregationem. Sup. hoc primo casu q. à . . . pro priuilegiis Regularium in tom. 7. t. 1. et Ref. 269 lege doctrinam §. Notandum & pro contento in vers. qua Episcopus, huius §. in tom. 3. tr. 3. Ref. 27. & cursim in §. ante medium. vers. Tunc denique Ref. 60. & lege etiam ibi doctrinam Ref. 32. signanter in duabus vlt. lin. §. 1.

6. Non desunt tamen Doctores affirmatiuam sententiam docentes, vt Beia *p. 4. cas. 37.* Finellius *de cas. reseruat. cap. 7. num 12.* & Homobonus *de exam. Eccles. p. 1. tract. 5. c. 4 q. 21.* qui citat Suarez, Peregrinum, & alios, tum quia verba Concilij non arctantur, vel limitantur, & cùm decretum sit fauorabile animabus fidelium, & nullum inferat nocumentum, debet ampliari, tum quia vbi loquitur antecedenter de suspensionibus, & irregularitatibus, absolutè loquitur de omnibus ex delicto occulto prouenientibus. Et ita per casus occultos reseruatos intelligit, quocumque tempore sint reseruati, quousque de illis fiat absolutio: tum denique quia tam in reseruatis, quàm in reseruandis est eadem ratio absolutionis, si sunt occulti, ac proinde debet in vtrisque esse eadem legis dispositio. Cur enim minor erit Episcoporum auctoritas in nouis reseruationibus, quàm in antiquis.

RESOL.

RESOL. XXIV.

An absolutio casuum reseruatorum ex præsumptione ratihabitionis sit valida?

Ex quo in corpore huius Resolutionis quinque obiectiones deducuntur circa hoc, & in vltima loquitur Confessarium grauiter peccare, qui ita confessionem audire incipit.

Et similiter peccare grauiter, qui tali sciens confitetur, quamuis is facilius ex ignorantia possit excusari. Ex part. 6.tr. 6. & Misc. 1.Res. 57.

Sup. hoc in Rei præterita §.Notandum est etiam. & supra lege doctrinam Res.14. & superius in tr. 3. Res. 5. §. Sciendum. & in tom. 7. tr. 1. vide doctrinam Res. 110.à principio.

§. 1. MVlta circa resolutionem præsentis dubij asserit Crousers *in Regulam S. Francisci, cap.7.sect.21.fol.697.* vbi sic ait: Dico primò, quòd quantum ad effectum tollendi excommunicationem, & onus reseruationis; absolutionem eiusmodi validari per ratificationem subsequentem: neque de hoc puto controuersiam esse posse.

2. Dico secundò si eiusmodi absolutioni nulla fuit materia, in quam directè caderet, non puto validari posse per ratificationem subsequentem probabiliter præsumptam; neque quantum ad effectum conferendi gratiam; quia cùm talis absolutio fuerit nulla ex omnimoda carentia materiæ necessariæ, simpliciter non fuit sacramentalis: cùm verò subsequens ratihabitio non possit illam de non Sacramentali facere Sacramentalem, non video quomodo per ratificationem, ad illos effectus, quos obtinere non potest nisi sit Sacramentalis, validari possit. Si tamen simpliciter fuit Sacramentalis, quia fuit valida, quoad aliquam Confessionis partem, in quam directè cecidit: certum est eo ipso validam fuisse, quantùm ad effectum conferendi gratiam, nec vt valida sit egere ratihabitione subsequente. An verò quantum ad effectum tollendi obligationem iterum confitendi mortalia, quæ iam facta sunt non reseruata per ratihabitionem subsequentem, valida etiam esse possit; non videtur cur non possit validari ad hunc effectum per sequentem ratihabitionem: si enim non posset, id esset, quia talis absolutio non esset simpliciter Sacramentalis; & hoc, non quia supponitur simpliciter esse talis, vel quia secundùm quid non est Sacramentalis; eò quòd non feratur directè in reseruata: sed neque hoc dici potest: quia quod absolutio non feratur directè in reseruata, hoc non obstat, quò minùs aliquo modo etiam respectu reseruatorum sit Sacramentalis, dum tollit maculam peccati inductam per eiusmodi reseruata, à quibus tantùm forte inducta est; supposito quòd pœnitens non habeat aliud mortale, nisi reseruatum. Rursùs quòd huiusmodi absolutio sit Sacramentalis patet, quia verè significat sublationem maculæ inductæ per peccata, veréque illam efficit: cur ergo non poterit, accedente ratihabitione, tollere obligationem iterum confitendi? præsertim cùm talis sit, vt ei nihil substantiale desit: sed solùm irritari possit ex defectu alicuius conditionis, videlicet sufficientis applicationis alicuius partis materiæ: nam supponimus potestatem iurisdictionis huic absolutioni non deesse etiam ad absolutionem reseruatorum, modò ipsi subiiciantur directè.

3. Si dicas, quòd veritas formæ exigit, vt obligatio illa peccata iterum subiiciendi, clauibus tollatur hic & nunc per absolutionis verba: hoc gratis omninò dicitur: quia cùm per primam absolutionem legitimam mortalium tollatur eiusmodi obligatio, sequeretur, quòd iterata absolutio eorundem veritatem non haberet: & quòd venialia non possunt verè sacramentaliter absolui; cum nulla sit de illis confitendi obligatio, quæ tolli possit: non requirit ergo veritas formæ, quòd hic & nunc tollatur talis obligatio: imò simpliciter non requirit, quòd omninò tollatur, poterit ergo tollere dictam obligationem accedente ratihabitione.

4. Si dicas, quod non est, operari non potest. Respondeo id verum esse de reali effectu, & de reali operatione: sublatio autem dictæ obligationis est quid morale, non reale.

5. Obiicit Suarez. Talis absolutio vel est à principio nulla, vel valida: si valida, ergo non per ratihabitionem; ergo sine consensu Superioris poterit quis absolui validè à reseruatis: quod est falsum, exceptis quibusdam casibus: si nulla saltem quoad effectum tollendæ obligationis iterum confitendi: ergo talis obligatio tolli non potest, nisi iterum confitendo. Respondeo, quòd talis absolutio, quoad hunc effectum, nec est nulla, nec valida simpliciter, quousque accedat, vel dissensus, vel assensus probabiliter præsumptus; qui si accedat, tollitur obligatio confitendi per confessionem & absolutionem legitimè priùs factas: quia scilicet, cùm ex probabili præsumptione factæ sint, nulla etiam in eis interuenit fraus, quæ obstet, ne postmodum ratificari possint. Si verò non accedat consensus, manebit obligatio ad iterum confitendum, non e. pacto, vt putat Suarez, sed quia deficiente ratihabitione talis obligatio non fuit sublata: manebit inquam, non quia in absoluente nulla fuit iurisdictio; sed quia deficiente consensu, seu ratihabitione, sufficiens esse non potest ad tollendum onus confitendi iterum.

6. Si dicas hunc effectum non posse pendere à futuro euentu. Respondeo negando: & ratio est, quia cùm absolutio Sacramentalis sit etiam actus iudicialis, cui non repugnat hoc modo validitatem obtinere; potest etiam quàntum ad effectum, pendere à futuro euentu. Hic enim effectus vel non est Sacramentum; vel si est, non est necesse, vt ad veritatem formæ absolutionis hic & nunc, cùm pronunciatur, fiat. Deinde videtur absolutio ita validari per ratificationem posse, sicut dum dicitur *Matth.16. Quodcumque solueris, erit solutum.* Et hæc omnia docet Crousers, vbi suprà.

7. Sed sententiam Suarez negatiuam prorsus tenendam esse existimo, quam tuentur etiam Vasquez *tom.2. q.93. art.1. dub.1.* Lugo *de Sacram. pœnit. disp. 19. sect. 2. n. 21.* & communiter Doctores. Et quidem si sermo sit de propria ratihabitione, quæ ex se est voluntas consequens, ac supponens actum factum, non potest esse dubium, cùm Sacramentum non possit esse suspensum, & dependens à consensu futuro Superioris: nam si à principio non fuit validum; nec fiet etiam validum postea, licèt Superior ratum habeat. Si verò fuit validum, non indiget ratihabitione: nam validum erit, licet postea ratum non habeat Superior. Neque hic locum habet regula iuris, ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari. Illa enim intelligitur ad summum de ratihabitione in ordine ad actus, qui licèt à principio non fuerint validi, possunt tamen postea validi fieri, & eorum valor per iuris fictionem retrotrahi, quales non sunt actiones Sacramentales, vt constat: quæ si verè ab initio non valent, non possunt postea accipere valorem, quando iam non sunt, vnde in illis magis habet locum illa alia iuris regula, Quod ab initio valet, tractu temporis non conualescit.

8. Et ideo ad omnimodam intelligentiam huius materiæ non desinam hic apponere ea omnia, quæ docet Coninch *de Sacrament. disput. 8. dub. 4. numer. 34. & seq.* vbi nostram sententiam docens sic asserit. Hinc sequitur primò, vt is, qui caret iurisdictione aliquem validè absoluat, nullo modo sufficere, vt

Pastor ipsius actum postea ratum habeat. Quia hoc Sacramentum omninò inualidè confertur ab eo, qui non habet iurisdictionem. Ratihabitio autem sub nullo modo potest efficere, aut vt absoluens iam antè verè habuerit iurisdictionem; aut vt Sacramentum inualidè collatum conualescat: præsertim cùm hoc Sacramentum nullo modo possit pendere à conditione futura: vt ostendi *tom. 1. quæst. 64. art. 8. dub. 2.* Et ad illam regulam iuris citatam. Respondeo illam solùm intelligendam de iis actibus, qui in sui valore immediatè pendent à ratihabitione alterius: vt fit in contractibus & similibus. Adde cùm absolutio non possit dari nomine alicuius alterius hominis, seu immediatè nomine & auctoritate Dei, nullum eam posse ratam habere: quia vt dicitur *ibid. Reg. iuris 9.* Ratum habere quis non potest, quod ipsius nomine non est gestum.

9. Sequitur secundò, vt quis validè absoluat, non sufficere, vt omninò præsumat Parocho gratum esse, ipsius subditi confessionem audiat: nec etiam quòd Parochus sciens hoc fieri, id de facto interiùs in animo suo approbet. Nam nec illa præsumptio, nec interior illa approbatio alteri de facto dant iurisdictionem, sine qua inualidè cõfessionem audit. Quare necesse est, vt Parochus internum illum consensum aliquo signo externo exprimat, quo eum audienti sufficienter explicet: ita vt hic determinatè sciat illum consentire.

Sup. hoc suprà in tr. 1. Ref. 5. §. 1. & aliis §§. & versi. eius primæ not.

10. Vnde sequitur tertiò, non semper sufficere, quòd Parochus videat me, v.g. audire suum subditũ, & non contradicat: quia inde non possum certò colligere eum in hoc consentire. Nam potest fieri, vt non contradicat; quia putat me ex priuilegio, aut alia ratione habere iurisdictionem, quia nimirum falsò putat pœnitentem solùm confiteri venialia: aut quia nõ audet contradicere, ne lites aut iurgia excitentur, aut aliquod scandalum fiat. Quare vt eius non prohibitio habeat rationem concessionis veræ, necesse est primò, vt constet mihi ipsum scire, vel saltem credere me carere omni iurisdictione: eumque esse talem, qui liberrimè contradiceret, si factum meum non approbaret: aut qui me ita amet, vt libenter habeat mei ipsius consensum in similibus rebus præsumere.

11. Sequitur quartò, etiam in hoc casu si Parochus non videat me, dum accingo ad audiendam confessionem, sed tantùm superueniat, dum confessionem audire cœpi, & dicto modo factum meum approbet, me initio quovsque talis approbatio sufficienter fiat, omnia inualidè agere, quia sine vlla iurisdictione: quare necessarium erit, vt pœnitens secundò confiteatur omnia peccata, quæ priùs fuerat confessus; quia illa confessio cùm non sit facta legitimo iudici, non potuit esse Sacramentalis. Poterit tamen hoc breuiter facere, dicendo se confiteri omnia peccata, quæ ante fuerat confessus.

12. Sequitur quintò, eum grauiter peccare, qui ita cõfessionem audire incipit, etsi speret Pastorem mox superuenturum, & ita approbaturum ipsius factum. Tum quia initio inualidè confessionem audio cum iniuria pœnitentis, & ipsius Sacramenti, ac vsurpatione alienæ iurisdictionis: tum etiam quia exponit se periculo inualidè absoluendi, si Pastor verè interiùs factum non approbet, aut non sufficienter exteriùs id exprimat. Et similiter grauiter peccat, qui tali sciens confitetur: quamuis hic faciliùs ex ignorantia excusari possit. Quare quando grauissima necessitas non postulat, nunquam simile quid, nisi expressa venia priùs petita, faciendum est.

13. Dicendum est igitur contra Crousers, quòd cùm agitur de iurisdictione ad valorem Sacramenti pœnitentiæ, requiritur verè actualis voluntas expressa, vel tacita: quæ ratihabitio de præsenti, vel de præterito appellatur.

RESOL. XXV.

Quid facere debeat Confessarius, qui malè absoluit pœnitentem de aliquo casu reseruato non habens iurisdictionem? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 60.

§. 1. Hic casus in praxi potest frequenter accidere, & communiter respondent Theologi, quòd debet petere iurisdictionem à Superiori, & postea si non adest scandalum, monere pœnitentem ad iterum confitendum; vel si pœnitens inscius veniat ad secundam confessionem, petat Confessarius ab eo, an doleat etiam de peccatis præcedente confessione dictis, & cupiat, si qua ratione necesse sit, etiam ab iis absolui: & si dicat, quòd sic, illum absoluat; nihil defectu primæ confessionis dicendo. Vide Coninch *de Sacram. disp. 8. dub. 17. n. 141. & 143.* Nugn. *tom. 2. in addit. ad 3. p. q. 8. art. 3.* Floron. *tract. de cas. reseru. p. 1. c. 5. §. 1.* Posseuin. *de offic. cur. c. 7. n. 64.* Homobon. *tr. de cas. reseru. c. 6. n. 5.* Contad. *in resp. cas. consc. p. 1. q. 18.* Nauar. *in man. c. 16. n. 14.* Sylu. *in addit. ad 3. p. q. 8. art. 4. quæritur 8. concl. 1. & 2.* & alij communiter. Sed his non obstantibus, inuenio Ioan. Valerum *in differentiis vtriusque fori. ver. differentia. differ. 9. n. 2. in fin.* cum aliquibus docere, in tali casu, cùm pœnitens est ignarus, nihil à Confessario faciendum esse, nec à superiore licentiam absoluendi impetrandam esse, ex arg. *c. quia circa, de consang. & affin.* quia taliter absolutus est ab omnibus scilicet directè à non reseruatis, & indirectè à reseruatis per infusionem gratiæ. Ergo, &c. Ita ille, & citat Cordubam, & Henriquez. Sed tu tene communem sententiam, quæ quidem, vt diximus, procedit, quando Confessarius potest sine scandalo admonere pœnitentem; quando verò scandalum adsit, vel non adsit, remittitur arbitrio prudentis Confessarij. Non reticeam tamen, quod Philippus Faber Lector S. Theol. in Academia Patauina, difficile putat in tali casu re vera non adesse scandalum. Ita ille *in dist. de pœnit. in 4. sent. dist. 19. q. vnica, disput. 33. cap. 3. num. 18.*

Sup. hoc suprà in tr. 4. Ref. 1. §. Hæc omnia. Sed lege eam per totam, & in Ref. 9. §. vlt. à lin. 6. & suprà in hoc tr. Ref. 8. §. vlt. & vide infrà doctrinam Ref. 40.

RESOL. XXVI.

An confitens Superiori liberetur à reseruatione, quoad peccata oblita?

Ex quo infertur, si superior absoluat ab vna censura solum, & habeat potestatem delegatam, non manere pœnitentem absolutum ab aliis, quas fortè incurrerat, nec ablatam esse reseruationem pro illis.

Sed quid est sentiendum, quando absoluit generaliter ab omni excommunicatione in quantum potest; & quando absoluit generaliter à peccatis; an tunc verba dirigantur ad omnes censuras, & peccata reseruata, & per consequens ad omnia oblita? Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Ref. 56.

§. 1. Negatiuam sententiam tenent Doctores, quos citat, & sequitur nominatim cõtra me P. Pasqualigus *in praxi de Iubilæo, quæst. 242. n. 8.* vbi sic ait: Secundò colligitur contra eundem Bossium *sect. 1. de Iubilæo, casu 19. n. 4.* & eos quos citat *n. 8.* Eum qui confitetur Superiori, aut alteri habenti auctoritatem vniuersalem delegatam, non remanere liberum à reseruatione quoad oblita, vt docent Alterius *tom. 1. de censur. lib. 4. disp. 4. cap. 3. dub. 1. vers. Dico secundò.* Suarez *disp. 31. de pœnit. sect. 4. n. 18.* Coriolanus *part. 1. de casib. reseruat. art. 9. n. 4. vers. Si verò.* Bonacina *disp. 5. de pœnit. quæst. 7. punct. 5. §. 5. num. 4. vers. Addo.* Floronus *part. 1. de casib. reseru. cap. 4. §. 10. vers. Aut confitetur.* Ratio est, quia quoad reseruata, cùm causa non sit cognita, nec etiam

Sup. hoc infrà in Ref. 39. §. Nota etiam. cursim in fine. Vers. Nota septimo. & in tom. 4. tr. 3. Ref. 52. & 53. & ibi in tr. 4. Ref. 60. § Obiiciunt. cursim post medium, vers. Casus etiam reseruati.

remanet iudicata, cum iudicium non possit ferri super incognito: vnde nec etiam est ablata reseruatio; & sicuti peccata non reseruata debent iterum iudicari, quando sunt oblita, ita & reseruata oblita ab eo, cui sunt reseruata. Accedit, quod finis reseruationis est, quod Superior cognoscat ipse de reseruatis: vnde quoad oblita non cessat finis, atque adeò nec reseruatio. Ita Pasqualigus.

2. Sed ergo non recedo à sententia affirmatiua, quam docui, & quam communem esse fatetur ipse Pasqualigus, pro qua 26. Doctores affert, quibus ego addo me citato Quintanadueñam *de Iubuao duarum hebdomarum, cap. 12. nu. 5.* vbi sic ait: Si à vno le absoluerian de vnos casos reseruados, ò censuras en tiempo del Iubileo, y el passado se le acordara otros; podia ser absuelto dellos, y de ellas, de qualquer Confessor, aunque aya muchos años, que passò el Iubileo, y aunque ningun reseruado viuesse confessado, si confessò otros, se deuia absoluer passado el Iubileo, si lo ganò, que siempre le queda aquel derecho. Sic Coninch. *disp. 8. dub. 12. num. 98.* Molfesio *tom. 1. tract. 7. cap. 21. num. 25.* Reginaldo *tom. 1. lib. 8. num. 99.* Y aduiertase que no es necessario, que el mismo que le confessò en el Iubileo le absuelua, ò dentrò, ò despues del, sino que puede escoger otro: y en la opinion que afirma nu ser necessaria confession para ganar el Iubileo, al que no tiene mortales; si passado el se acuerda de casos reseruados, ò censuras, no hizo en el ninguna confession, por no hallaser con mortales; però si las de mas diligencias; no obstante puede ser absuelto de las censuras, y reseruados, y comutarle votos, &c. Ita ille; & magis latè validissimis rationibus hanc sententiam confirmat Cardinalis Lugo *de pœnit. disp. 20. sect. 7. per totam*, vbi respondet ad omnia argumenta.

Sup. his sequentibus in hoc §. in tom. 4. tr. 4. Resol. 60. §. Obiiciũtur per 10tũ. & lege etiam alias Resol. & §§ eius primæ, & secũdæ not. & propartè ibi in Res. 46. pro contento in vers. raduertase. huius lectum.

3. Et quidem quoties subditus fide bona, & cum simplicitate confitetur Superiori, & detegit ei latebras cordis sui; iam facit, quantum est ex se, vt superior adhibeat eius conscientiæ remedia necessaria: non est ergo, cur non sit contentus Superior eiusmodi manifestatione, & tollat reseruationem, sicut tollit, quando manifestat vnum reseruatum, etiam respectu oblitorum, prout fatetur Suarez: Vasquez verò, vt consequenter loquatur, id etiam negat. Sed certè non est credibile, quòd si subditus fecit confessionem generalem totius vitæ cum Superiore, velit adhuc Superior obligare illum, vt quoties ei aliquid occurrerit circa illam confessionem addendum; v.g. circa aliquam circunstantiam non satis explicatam, vel quid simile; toties redeat ad ipsum. Quid enim, si cum Pontifice Summo, vel eius summo Pœnitentiario facta esset confessio: numquid, hi etiam volunt, vt redeat Pœnitens ad ipsos, quoties est aliquod dubium circa ea, quæ explicari debeant.

4. Confirmatur, quia si subditus explicitè diceret, se desiderare absolui ab omni vinculo, quantum fieri posset; iam Superior præsumeretur velle auferre reseruationem, vt fatetur Suarez. Sed quoties confitetur Prælato desiderat, & petit implicitè absolutionem, & remissionem maiorem, quam habere possit ad hoc enim venit omnis pœnitens ad Confessarium, vt soluatur, quantum solui possit. Ergo præsumitur etiam Superior velle soluere quantum potest, iuxta desiderium pœnitentis. Cur enim non præsumemus eum velle facere id, quod faceret absque illa difficultate, quoties à pœnitente explicitè peteretur. Certum est autem, quòd si subditus dicat: Pater, ego non sum mihi conscius alicuius casus reseruati; sed tamen ad cautelam desidero solui à vinculo reseruationis. Superior numquam hoc illi in confessione negaret: ergo cum magno fundamento præsumimus, ita velle absoluere semper, vt soluat quantum potest.

5. Ex his infertur: Si Superior habens potestatem delegatam absoluat ab vna solum excommunicatione reseruata, non manere pœnitentem absolutum ab illis, quas fortè incurrerat, nec ablatam esse reseruationem pro illis; quia absolutionis verba tunc solùm terminantur ad illam excommunicationem, nec vllo modo indicant solutionem ab alus, aut ab earum reseruatione. Quando verò generaliter absoluit ab omni excommunicatione, in quantum potest, iam tunc verba diliguntur ab omnes. Item quando absoluit generaliter à peccatis, iam tunc ostendit, se velle eorum vincula soluere, quantum potest: quare, cùm vnum vinculum ex illis sit reseruatio, à qua potest Superior directè soluere; credi debet hoc etiam vinculum soluere per illa verba generalia. Remanet igitur nostra sententia satis firmata; nec credo Patrem Pasqualigum illam tanquam probabilem non admittere. Vnde me citato, doctissimus, & amicissimus P. Bardi *in Bullam Cruciata, part. 2. tract. 6. cap. 1. sect. 11. num. 102.* vtramque sententiam probabilem esse censet.

RESOL. XXVII.

An quis possit licitò absoluere pœnitentem, qui peccata reseruata habet cum onere, vt ea sola postea Superiori confiteatur?

Et quid si excommunicatio annexa sit peccatis reseruatis: Ex part. 3. tr. 4. Res. 58.

§. 1. NEgatiuè (seclusa aliqua necessitate, respondet Coninch *de Sacram. disp. 8. dub. 13. concl. 3. n. 103.* & communiter neoterici, quia quòd in hoc Sacramento requiratur necessariò integra peccatorum mortalium confessio, non tam est propter integritatem confessionis, quam propter integritatem absolutionis, quam nullo modo docet dimidiari sine graui necessitate, sicut peccatorum dimidiata remissio, nunquam fieri potest; in tali autem casu dimidiatur directa absolutio. Ergo &c. Deinde in tali casu non sola absolutio, sed etiam confessio dimidiatur. Nam cùm talis Confessor non sit legitimus iudex peccatorum reseruatorum, eo casu non fit integra confessio iudici competenti; quod tamen ad integritatem confessionis est necessarium.

Sup hoc infr. in Res. 39 §. Nota etiam cursim ad medium, vers. Nota quarto, & suprà in tr. 4. Res. 9. §. 1 à lin. 3.

2. Secunda sententia affirmat, & ita docent Syluester, Nauarrus, Toletus, & alij, quos nouissime citat, & sequitur Hieronymus Pharaonius *de sacram. Pœn. sect. 18. cas. 4.*

3. Sed Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 7. cap. 12. n. 11.* media via incedit, sic enim asserit. Si pœnitens bona fide ad confessionem venerit, quia vel nesciuit tale peccatum superiori reseruatum esse, vel tamen si sciuerit, existimauit tamen legitimè se ab inferiori Sacerdore absolui posse, cum obligatione postea tempore opportuno se præsentandi Prælato: in hoc casu, arbitror plerunque absolutionem dari posse, modò pœnitens præter reseruatum aliud peccatum absolutioni subiiciat. Ratio est, partim quia aliqualis necessitas vrget, siquidem pœnitens ægro animo discedet absque absolutione, cum ex sua parte benè dispositus sit, partim, quia graues Doctores absolutè docent, quòd Sacerdos pœnitentem, qui peccata reseruata habet, absoluere possit cum onere, vt ea sola Superiori postea confiteatur, & ab aliis directè absoluatur; excipe, nisi excommunicatio annexa sit. Ita Layman. Omnes istæ tres sententiæ sunt probabiles, sed prima mihi magis placet.

Sup. hoc quod hic excipitur magis late supra in Res. 14. §. penult. & vlt. & vide etiã alia Res. eius not

RESOL. XXVIII.

An pœnitens, quià Superiore fuit absolutus à peccatis reseruatis, teneatur postea ista cum aliis Sacerdoti inferiori confiteri? Ex part.4.tr.3.Ref.74.

Sup. hoc infr. in tr. 7. Ref. 115. signanter in fine §. 2. vers. amo licèt.

§. 1. Affirmatiuè respondet Homobonus *in exam. Eccles. part. 1 tract. 5. cap. 4. q. 15.* qui citat Henriquez, Suarez, & Coninch: vni enim Confessario pandenda sunt omnia peccata.

2. Verùm non reticebo contrariam sententiam docere Ioan. de la Cruz Dominicanum *in direct. conscient. part. 2. de sacram. Pœnit. q. 3. dub. 5. concl. 3.* vbi sic asserit. Etsi Superior possit audire integram confessionem, & ad id teneatur, si non est occupatus, si tamen nolit, & solùm absoluat à reseruatis, valet sacramentum. Et licèt pœnitens tunc maneat absolutus ab omnibus peccatis, à reseruatis directè, & indirectè à non reseruatis, cùm gratia data in illo Sacramento æquè excludat omnia peccata, tamen si vult, sumere Eucharistiam, tenetur confiteri alia peccata non reseruata alteri Confessori, non tamen sunt isti confitenda peccata reseruata Superiori confessa, cùm iam sint subiecta clauibus Ecclesiæ, & directè absoluat. Ita ille, qui citat Maiorem, & Gersonem; sed tu primam sententiam tene, licèt vtramque probabilem esse doceat Ledesma *in summa, tom. 1. de sacram. Pœnit. cap. 10. conclus. 3. dub. 4. fol. mihi 334.*

RESOL. XXIX.

An si qui confessus est omnia peccata reseruata legitimo Superiori inualidè tamen, vel ex defectu doloris, vel ex integritate, teneatur postea cum legitimo Superiore confiteri, vel sufficiat cum quocumque Confessario approbato?

Et an hoc procedat etiam dictis peccatis confessis tempore Iubilai?

Et an, quando quis confitetur bona fide in aliquo die septimana Iubilai casus reseruatos, & postea non adimplet alia opera præcepta in Iubilæo, peccata illa maneant reseruata?

Et quid est dicendum de peccatis reseruatis oblitis in illa confessione; an possint postea confiteri non habenti potestatem in reseruata, etiamsi iubilæum non lucratus fuerit? Ex part. 4. tract. 4. & Miscell. Resol. 124.

Alibi supra in tr. 3. Ref. 50. §. Notandum est tamen. & lege doctrinà Ref. not. seq.

§. 1. Alibi probabiliter docui, illa peccata non manere ampliùs reseruata, & posse à quocumque Confessario approbato absolui; scio aliqui displicuisse hanc sententiam, immeritò tamen, & ideo illam iterum doceo, & præter Doctores alibi à me citatos tenet nouissimè hanc sententiam è Societate Iesu Ludouicus Merantius *in D. Thom. tom. 3. tract. de pœnit. disp. 30. sect. 3. num. 1.* Præpositus *in 3. part. D. Thom. quæst. 9. de reseruatione casuum conscientiæ, dub. 4. num. 14.* & ante illos Petrus de Ochagauia *de Sacram tract. 12. de Confessione sacramentali, quæst. 21 num. 8.* vbi sic ait: Si quis expressè confiteatur omnes casus reseruatos Sacerdoti habenti ad id iurisdictionem, vel concessam in gratiam sui, vel in gratiam pœnitentis, satisfacit omnino reseruationi, etiamsi confessio ex alio capite nulla reddatur. Vnde talia peccata potest postea cuilibet Confessario confiteri. Patet, quia reseruatio ad id ordinatur, vt pœnitens deferat peccata proprio Sacerdoti, & eius sententiam audiat, & pœnitentiam impositam acceptet; sed hoc totum contingit, cùm confessio ex aliquo capite redditur nulla, vt supponimus; ergo tollitur omnino reseruatio, & hæc conclusio etiam est vera, cùm absolutio datur ratione potestatis delegatæ, quia satisfit fini reseruationis. Ita ille, qui tamen *num. 11.* obseruat hanc doctinam non esse veram, quando quis inualidè confitetur peccata tempore Iubilæi, nam tunc nullo modo tollitur reseruatio, quia tunc absolutio à peccatis reseruatis conceditur per modum fauoris, & cum ordine ad iustificationem animarum, vt media absolutione à reseruatis excitentur fideles ad quærendam salutem animæ, ergo intelligitur talis facultas absoluendi à reseruatis concedi cum hac conditione, vt pœnitens expiet animam à peccatis, & verè confiteatur vera ac salutari confessione. Sup. hoc in Ref. seq. & lege doctrinam Ref. not. præteritæ, & in eodem §. & in to. 4. tr. 3. Ref. 50. & 51.

2. Nota etiam hic obiter cum dicto Ochagauia, & cum aliis Doctoribus, quos alibi citaui, quando quis cõfitetur bona fide in aliquo die septimanæ casus reseruatos, & postea non adimplet alia opera præcepta in Iubilæo, peccata illa non manere reseruata; sed quid dicendum de peccatis reseruatis oblitis in illa confessione, an possint postea confiteri non habenti potestatem in reseruata, etiamsi Iubilæum non lucratus fuerit? Negatiuè respondet Præpos. *vbi suprà num. 30.* licèt pro contraria sententia citet Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 31. sect. 4. num. 24.* Sup: dubei diffic. concerns in hoc §. in tom. 4. tr. 4. Ref. 41 §. 4. & 2. & in Ref. 62. §. Verum, à principio vsque ad medium, & rursum & iterum in tom. 7. tra. 1. in fine Ref. 166.

RESOL. XXX.

An confessio reseruatorum inualida, si facta est Confessario habenti tantum facultatem delegatam tollat etiam reseruationem?

Et an hoc omnino certum sit, quando peccatum est reseruatum ob annexam censuram? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 65.

§. 1. Suppono ea quæ alibi satis probaui peccata reseruata confessa superiori in confessione scienter nulla, non manere ampliùs reseruata; sed posse postea mutato proposito, & vero dolore concepto illa confiteri Confessario. Difficultas est in casu, quo confessio sic inualida facta sit Confessori habenti tantùm delegatam potestatem. Respondet Filliuc. *tract. 7. de Confess. cap. 10. num. 311.* peccata adhuc remanere reseruata, vbi sic habet; Nullo autem modo ita contingeret, quando confessio illa fieret delegato, qui non habet potestatem absoluendi, nisi sacramentaliter: hoc enim ipso quòd confessio non fuit valida, sequitur manere peccatum reseruatum sicut antè. Alibi in Ref. præterita. &c. Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. prope finem, vers. quando quis inualidè. & in alus eius noc. & in tom. 4. tr. 3. Ref. 50. & 51.

2. Respondeo tamen probabile esse, quòd etiam in hoc casu sit liber à reseruatione. Et ratio est, quia Pœnitens videtur satisfecisse fini reseruationis, finis enim reseruationis est, vt Pœnitens, qui peccatum reseruatum commisit, aperiat illud superiori, ab eóque debitam recipiat satisfactionem. Tum quia cùm hoc tam multi DD. Asserant, & superiores non contradicant, videntur in eo consentire, & supplere iurisdictionem; in opinione enim probabili præsumitur superior supplere iurisdictionem. Et hoc omnino certum est quando peccatum est tantùm reseruatum ob annexam censuram, quia talis Confessarius ab hac potest absoluere etiam extra collationem Sacramenti. Ita Coninch *de Sacram. disput. 8. dub. 11. num. 92.* & alij.

RESOL. XXXI.

An Sacerdos, qui habet casus reseruatos, à quibus præsens Confessarius illum non potest absoluere, possit contritus

contritus fine prauia confessione Sacrum conficere?

Et fi talis Sacerdos habeat cum aliquo peccato referuato aliqua peccata non referuata, vel faltem alia peccata venialia, teneatur confiteri omnia fupra dicta peccata venialia, & referuata, vt poſſit faltem ab illis indirecte abſolui?

Et quid eſt dicendum, ſi Sacerdos, qui habet peccatum referuatum, habeat etiam facultatem vt poſſit illud confiteri cum onere poſtea comparendi coram Superiore, an poſſit omittere confeſſionem? Ex part. 2. tr. 14. Ref. 65.

Sup. prima diffic. & contenta in §. 1. 3. & 4. huius Ref. in seq. Ref. §. At ego. & in Ref. 1. post. seq. & in aliis eius primæ annot. Sup. contento in hoc §. 2. infra in Ref. 36.

§. 1. NEgatiuè reſpondet Suarez *vbi ſuprà*, & Sotus *in 4. diſt. 17. q. 2. art. 5.* putat enim eo caſu teneri talem Sacerdotem præmittere confeſſionem omnium peccatorum, ſi habeat alia peccata minimè referuata, referuata, & ita ab omnibus ſaltem indirectè abſolui, non autem tenetur hoc facere, ſi nulla habeat peccata non referuata.

2. Sed Ægidius de Coninch *de Sacram. q. 80. art. 4. dub. 2. n. 21.* etiamſi talis Sacerdos habeat cum aliquo peccato referuato, tantùm alia peccata venialia, puta teneri confiteri omnia ſupradicta peccata, venialia, videlicet, & referuata, vt poſſit ſaltem ab illis indirectè abſolui.

Sup. hoc in Ref. not. 1. huius Ref. &c.

3. Aliqui verò contrariam ſententiam abſolutè docent, quæ aſſerit in tali caſu poſſe Sacerdotem, ſi adeſt ſcandalum, celebrare, fine præuia confeſſione, quia eadem peccata bis confiteri graue onus videtur. Ita Armill. *ver. communio*, §. 8. qui citat D. Antoninum, & Palud. Victoria *in ſum. num. 79.* Syluius *in addit. ad 3. part. q. 20. art. 2. dub. 3. §. 4.* & Sancius *ſelectis, diſp. 32. n. 10.*

4. Ego cum Filliucio *tom. 1. tract. 4. cap. 8. n. 213.* probabilem, & tutam in praxi hanc ſententiam eſſe exiſtimo.

Quamuis non plene ſup. contento in hoc §. lege tamen ſupra in tract. 3. doctrinam §. 1. & §. Notandum. ad medium, à verſ. Neque. Ref. 157.

5. Nota tamen, quòd Filliucius *ibidem*, exiſtimat etiam eſſe probabilem illam ſententiam, quæ aſſerit, quòd Sacerdos habens peccatum referuatum, poſſit omittere confeſſionem, etiamſi habuerit facultatem, vt poſſit illud confiteri inferiori, ſed cum onere poſtea comparendi coram ſuperiore.

RESOL. XXXII.

Quidam habebat caſum referuatum cum excommunicatione annexa, & vrgente neceſſitate celebrauit, quæſierunt, an in tali caſu tenebatur confiteri Sacerdoti inferiori?

Idem eſt de laico, vrgente neceſſitate ad communicandum?

Et quid in dicto caſu, ſi pœnitens habeat aliqua peccata non referuata, an teneatur illa confiteri Sacerdoti inferiori? Ex part. 3. tractat. 4. Reſol. 103. aliàs 104.

Sup. prima diffic. huius textus infra in Ref. 33. §. vlt. & in Ref. 35. §. Ex his. & ſeq. & in 10. 3. tra. 1. Ref. 127. poſt. medium, verſ. Tertius. & melius in 10. 9. tr. 7. Reſol. 125. à lin. 2. & vt melius hanc quæſt. diſſoluas, lege

§. 1. ALiqui affirmatiuè reſponderunt, nam in tali caſu conſulens tenebatur ſaltem confiteri peccata non referuata, vt docent Alexander *p. 4. q. 18. membr. 4. art. 5. §. 2.* Soto *lect. 10. de confeſſione*, & probabilem putat Filliucius *tom. 1. tract. 4 cap. 7 n. 213.* & licèt neceſſariò in tali caſu confitenda eſſe omnia peccata, velit Vega *in ſpeculo curatorum tom. 1. cap. 11 n. 173.* Chapeauilla *tract. de caſ. referuat. cap. 8.* & alij.

2. Nec obſtabat, quòd peccatum referuatum habebat annexam excommunicationem, nam in tali caſu etiam poteſt pœnitens confiteri peccata ex mente Nauarri *cap. 3. num. 3.* Couarruuiæ *in cap. alma mater, p. 1. §. 2. num. 5.* Caietani *in ſumma, ver. abſolutionis impedimenta*, quia, vt ait Suarez *tom. 4. diſp. 31. ſect. 3. num. 6. & tom. 5. diſp. 10. ſect. 3. num. 9.* excommunicatio non irritat abſolutionem, dum ſe tenet ex parte recipientis.

infra doctrinam Ref. 34. & aliarum Ref. eius primæ not.

3. At ego tunc probabiliter etiam putaui, non ſolùm ratione excommunicationis, ſed etiam propter ſolùm peccatum referuatum potuiſſe conſulentem celebrare ſine præuia confeſſione. Et ita liberat pœnitentes habentes caſum referuatum à confeſſione peccatorum, etiam non referuatorum, Richardus *in 4. diſt. 17. art. 2. quæſt. 8. ad 2.* Adrianus *quæſt. 4. de confeſſ.* Durandus *in 4. diſt. 17. quæſt. 19.* & nouiſſimè Syluius *in addit. ad 3. p. D. Thomæ, quæſt. 10. art. 2. quæritur 3.* poteſt igitur in tali caſu ſacerdos, ſiue laicus, ſumere Euchariſtiam, vel celebrare Miſſam ſine præuia confeſſione cum Sacerdote inferiori, ſed tantùm cum contritione, tanquam non habens copiam Confeſſarij.

Sup. hoc in §. 1. 3. & 4. Ref. præterit., & in Ref. ſeq. & in aliis eius primæ not.

4. Dixi non ſolùm ratione communicationis; quia ſi peccatum referuatum habeat annexam excommunicationem, tunc licet pœnitens habeat alia peccata non referuata, non tenebitur illa confiteri ſacerdoti inferiori, ſed poterit vrgente neceſsitate ſumere Euchariſtiam eliciendo actum contritionis. Et ita docent Vaſquez *tom. 4. tract. de excomm. dub. 4. num. 8. §. tertia ergo opinio.* Syluius *vbi ſuprà.* Megala *in 1. p. lib. 5. cap. 19. n. 7. in fine.* Ledeſma *in ſumma tom. 1. cap. 20. diffic. 2.* Paludanus *in 4. diſt. 17. quæſt. 6. art. 1. concl. 2. & 4* Syluest. *ver. Excommunicatio 4. num. 1. & verb. confeſſ. 1. q. 3. caſ. 5. & verb. confeſſor 3. n. 12.* Gabriel *in 4. q. 1. art. 3 dub. 2.* D. Antoninus *p. 3. tit. 14. cap. 19. §. 4.* & alij. Ex quibus omnibus apparet, pœnitentem habentem caſum referuatum, etiam cum excommunicatione, vrgente neceſsitate ad celebrandum, vel communicandum, poſſe vt ſibi magis libuerit, vel expedierit, aut confiteri peccata non referuata, ſeu ſimul referuata, & non referuata, vel elicere actum contritionis, ſine præuia confeſsione celebrare, aut communicare.

Sup. contento in hoc §. in Ref. omnibus & §§. contentis & in annot. 1. huius Ref.

RESOL. XXXIII.

An ſi non adſit Confeſſarius potens abſoluere à peccatis referuatis, poſſit, qui illa habet, elicita tamen contritione, ſine vlla præuia confeſſione Euchariſtiam ſumere?

Idem eſt dicendum de eo, qui habet excommunicationem referuatam, vrgente neceſſitate communicandi?

Et quid, ſi præter mortale, ex cuius manifeſtatione pœnitens timet damnum, non habet niſi venialia, an in eo caſu talis Sacerdos teneatur confiteri venialia ad præceptum de præmittenda confeſſione ſacramentali ante Euchariſtiam ſeruandum?

Idem eſt dicendum ad præceptum annuæ confeſſionis implendum? Ex part. 9. tr. 3. Ref. 11.

§. 1. NEgatiuè reſpondet Garcias *in ſum. Theol. mor. tr. 3. diff. cul. 5 dub. 1. punct. 5. num 96. & ſeqq.* Amicus *Cur. Theol. diſp. 26 ſect. 2. num 14.* ſic aſſerit: [A Confeſsione non excuſatur, qui habet Sacerdotem à quo poſsit abſolui à non referuatis, licèt directè abſolui non poſsit à referuatis: nam, ſicut in tali caſu tenetur tali Sacerdoti confiteri ad præceptum annuæ Confeſsionis, quod eſt minus; ita ad præceptum de præmittenda ſacramentali Confeſsione peccati mortalis ante Euchariſtiam, quod eſt maius. Eadem ratio eſt de illo, qui probabiliter timet aliquod notabile damnum ſpirituale, aut temporale ſe paſſurum ex Confeſsione alicuius peccati: nam tunc tenetur confiteri reliqua, eo duntaxat ſuppreſſo, ex cuius manifeſtatione damnum timet: ſicut in

Sup. prima diffic. huius Ref. ſupra in Ref. 31. §. 1. 3. & 4. & in Ref. 32. §. At ego. & infra in Ref. ſeq. §. Notandum. & ſignanter §. Sed plus & infra in hac ipſamet Ref. §. Sed ego. & in Ref. 37. §. 1. & ſuprà in tr. 3. lege doctrinam Ref. 58. §. Sed obiter

& in Ref. 153 § vlt. & cur sim in Ref. 124. vers. Quartò. Sup. hoc primo huius §. infra in Ref. 36. §. 2. ad medium, à vers. an qui solum &c. Sup. hoc viri mo supra to tr. 3. Ref. 60. & in aliis eius not. Sup. hic prima doctrina huius §. leg: similem infra in Ref. 1. po seq. §. Non nego, paulo post initium, à vers. Adde.

in eo casu teneretur tali Sacerdoti confiteri ad præceptum annuæ Confessionis implendum.

2. Sed quid, si, præter mortale, ex cuius manifestatione timet damnum, non habeat nisi venialia, an in eo casu tali Sacerdoti teneretur confiteri venialia ad præceptum de præmittenda sacramentali Confessione ante Eucharistiam seruandum? Variant in hoc Doctores: ego tamen puto teneri: nam, sicut in eo casu teneretur confiteri venialia ad præceptum annuæ Confessionis seruandum; ita à fortiori teneretur ad præceptum dignæ Communionis adimplendum.

3. Dices: Ergo ad seruandum hoc præceptum tenebimur confiteri cuiuis Sacerdoti, etiam simplici, nullam habenti iurisdictionem; cùm quiuis Sacerdos authoritatem habeat absoluendi à venialibus. Respondeo, negando consequentiam: sicut nec tenemur ad seruandum annuæ Confessionis præceptum confiteri peccata venialia cuiuis Sacerdoti, sed tantùm proprio. Ratio: quia cùm præceptum tantùm sit de præmittenda Confessione peccati mortalis, per se tale præceptum supponit in Confessario authoritatem, & iurisdictionem supra peccata mortalia. Ergo hoc ipso, quòd Sacerdos non habet talem authoritatem, non tenemur illi confiteri: esto confitendo illi tantùm venialia, in quæ habet authoritatem, indirectè absolueret à mortalibus, supra quæ non habet authoritatem. Nec est par ratio de eo, qui suppresso mortali, ex cuius manifestatione damnum timet, confitetur venialia ei, qui authoritatem habet supra mortalia: nam talis Confessor comprehenditur in Decreto Concilij, in quo tamen non comprehenditur, qui nullam habet iurisdictionem supra peccata mortalia.] Hucusque Pater Amicus.

Docuit in omnibus Ref. & §§ not. primæ huius Ref.

4. Sed ego puto probabiliter, vt olim docui, in tali casu, quando non adest Confessarius, qui possit absoluere à reseruatis, posse aliquem celebrare, vel sumere Eucharistiam absque Confessione præmissa, eliciendo solùm actum contritionis. Et hanc sententiam, tanquàm probabilem, etiam admittit Lessius *in 3. part. quæst. 80. art. 4. dub. 2. num. 9.* Et ita, me citato, tenet etiam Ludouicus Caspensis *in Cur. Theol. tom. 1. tract. 22. disp. 9. sect. 2. num. 17.* vbi sic ait: [Inquires, an, qui habet peccatum reseruatum, teneatur confiteri Sacerdoti habenti solùm potestatem in non reseruata; an verò possit communicare absque Confessione, quasi non habeat copiam Confessarij, cùm in hac re triplex sit sententia. Prima asserentium debere confiteri inferiori reseruata, & non reseruata, vt absoluatur directè à non reseruatis, & indirectè à reseruatis. Secunda existimantium, posse communicare cum sola contritione; non tamen posse confiteri inferiori, quia inferior non potest validè absoluere à non reseruatis. Tertia aliorum asserentium, in eo euentu non obligari ad confitendum peccata reseruata, à quibus inferior non potest absoluere; obligari tamen ad dicenda confessario peccata non reseruata, à quibus absoluere potest. Placet mihi resolutio

Quæ hic est Ref. antecedens, & in aliis eius annotationum.

Diana *tom. 2. tract. 4. res.* 104. quamlibet harum sententiarum tutò posse sequi, sic enim ait: Ex quibus omnibus apparet, pœnitentem habentem casum reseruatum, etiam cum excommunicatione, vrgente necessitate ad celebrandum, vel communicandum, posse, vt sibi magis libuerit, vel expedierit, aut confiteri peccata non reseruata, seu simul reseruata, & non reseruata, vel elicere actum Contritionis, & sine præuia Confessione celebrare, aut communicare. His obstat Tridentinum *sess. 14. cap. 7.* vbi ait: *Extra mortis articulum Sacerdotem inferiorem nihil posse in casibus reseruatis.* Nam intelligendum est nihil posse directè, potest tamen indirectè: si quis enim immemor reseruatorum, confiteatur non reseruata, certissimum est indirectè absolui à reseruatis: ergo quamuis inferior Sacerdos nihil possit directè in reseruata, poterit tamen indirectè.] Ita Caspensis, & iterum ego.

5. Nota, quòd eodem modo philosophandum est de eo, qui habet excommunicationem reseruatam vrgente necessitate communicandi, & carente copia Superioris legitimi, posse quidem in tali casu cum contritione communicare, vel posse confiteri non reseruata Sacerdoti inferiori, à quo absoluatur directè ab illis, & indirectè à reseruatis, licèt maneat adhuc excommunicatus. Excommunicatio enim, sicut propter vrgentem necessitatem non priuat illum tunc receptione Eucharistiæ, ita ob eandem necessitatem nec priuat receptione Sacramenti pœnitentiæ. Quæ doctrina simili modo fundatur in veritate, & diuersitate sententiarum aliquorum negantium, posse confiteri, vt absoluatur directè à non reseruatis, aliorum verò affirmantium.

Sup. hoc in Ref. præsenti & in aliis eius primæ annot.

RESOL. XXXIV.

An in casu necessitatis possit quis confiteri peccata reseruata, quæ habent annexam excommunicationem cum Sacerdote inferiori?

Et quid, si peccatum reseruatum non habeat annexam excommunicationem, licèt pœnitens habeat aliqua peccata non reseruata, an teneatur illa confiteri cum Sacerdote inferiori? Ex part. 3. tract. 5. & Misc. 1. Ref. 68.

Sup. hoc supra in tr. 4. Resol. 25 & 18 & in hoc tr. supra in Ref. 14. §. Sed quid, & seq. & cursim in fine Ref. 27. & tom. 5. tr. 1. Ref. 128. & in tom. 9. tr. 7 Ref. 114. §. Sed dices, & ad meliorem solutionem huius quæst. supra doctrinâ Ref. 32 & aliarum Ref. & §§. eius annot. & in tom. 9. tr. 7. Ref. 121. paulo post initiû à vers. Imo & in aliis eius secundæ annot.

§. 1. QVis ad vitandum scandalum debet Missam celebrare, habet casus reseruatos cum excommunicatione annexa, existimat se non esse contritum, sed tantùm attritum: quæritur an possit confiteri illa peccata reseruata cum annexa excommunicatione; ita vt per Sacramentum de attrito efficiatur contritus, & sic sine peccato celebrare. Respondent communiter negatiuè, quia excommunicatione non ablata, absolutio inualida est; sed in tali casu Confessarius non habet iurisdictionem circa excommunicationem: ergo inualida erit talis confessio. Et ita docent Paludanus *in 4. dist. 17. q. 6. art. 1. concl. 2. & 4.* Syluester *verb. excommunicatio 4. num. 1. & verb. confessio 1. q. 3. cas. 5. & verb. Confess. num. 12.* Gabriel *in 4. q. 1. art. 3. dub. 2.* D. Antonin. *part. 3. tit. 14. cap. 19. §. 4.* Sotus *in 4. dist. 12. q. 1. art. 1.* Ledesma *2. part. 4. q. 23. art. 1.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. tract. de excommunic. dub. 4. numer. 8.* Ledesma *in summa, tract. de pœnit. cap. 20. dub. 2.* Toletus *lib. 3. cap. 8. §. tertius casus,* & alij.

2. Sed contrariam sententiam puto etiam probabilem esse, quam docent Nauar. *in manual. cap. 9. nu. 3.* Couarr. *in cap. alma mater, part. 1. §. 2. num. 5.* Caietanus *in summa vers. absolutionis impedimenta, & in opusc. q. 1. de qualit. confess. & ver. excommunic. minor.* Suar. *in 3. p. tom. 4. disput. 31. sect. 3. n. 6. & tom. 5. disp. 19. sect. 3. n. 9.* & nouissimè Villalobos *in summa, to. 1. tract. 9. diffic. 40. n. 7.* vbi sic asserit: [En el caso de la conclusion passada (nempe quando pœnitens ratione scandali debet celebrare, & habet casus reseruatos) es licito absoluer al pœnitente de los pecados no reseruados, aunque el pecado reseruado annexa descommunion: de laqual el inferior no puede absoluer esta sentencia es de Angelo, Medina, y Suarez. El fundamento es, que la descommunion no haye inhabil a la persona para recebir el Sacramento, sino solo prohibe, que no se reciba, que puesta la deuida materia y forma, no se puede impedir el Sacramento; y assi si el confessor oluidasse de absoluer de la excommunion, y absoluiesse primero de los pecados,

cados, quedaria absuelto el pœnitente, y ay caso en que por alguna grande causa podra allegar al Sacramento de la Eucharistia estando descomulgado sin pecado.] Ita ille.

3. Notandum est tamen hic obiter, quòd habentem casum reseruatum siue excommunicatione annexa, vrgente necessitate communicãdi ad vitandum scandalum, ad summum asserunt, aliqui solùm teneri confiteri peccata non reseruata Confessario inferiori. Tunc enim cùm certus sit pœnitens non posse se absolui à reseruato, ad aliud non erit vtilis confessio reseruati, quàm ad se diffamandum coram tali Confessario. Ita docent Alexander de Alex. *part.* 4. *q.* 18. *membr.* 4. *art.* 5. §. 2. *ad vlt.* Petrus de Soto *lect.* 10. *de confess.* Angelus *verb. confess.* 2. §. 7. & hanc opinionem *in tract. de celebrat. Missar. resolut.* 65. probabilem putant cum Filliucio *tom.* 4. *tractat.* 4. *cap.* 7. *num.* 213. quamuis hoc formidet concedere Suarez *tom.* 4. *disp.* 31. *sect.* 3. *n.* 8. necessariò esse omnia peccata confitenda tali casu doceant Vega *in speculo Parochorum, tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 273. Chapeauilla *de cas. reseru. cap.* 8. & alij.

Quæ hic est supra Ref. 31. & melius ad rem infra in Ref. 35. & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ, & late supra in Ref. 32. §. At ego. & in Ref. 33. §. Sed ego. & §. 1. & in aliis not. primæ dictæ Ref.

4. Sed plus addit Sancius *in selectis, disp.* 32. *num.* 10. cum Richardo *in* 4. *dist.* 17. *art.* 2. *q.* 8. *ad* 2. Adriano *q.* 4. *de confessione.* Durando *in* 4. *dist.* 17. *q.* 19. quia liberat pœnitentem in tali casu à confessione etiam non reseruatorum.

5. Igitur pro praxi Confessariorum ex supradictis opinionibus probabilibus Doctorum, pœnitens vrgente necessitate communicandi ad vitandam infamiam grauem, habens casus reseruatos, potest primò confiteri cum inferiori Sacerdote omnia peccata, non reseruata, quàm reseruata, & celebrare; vel secundo potest confiteri tantùm peccata non reseruata, & reticere reseruata, vel tertiò si hoc etiam non velit, eliciat actum contritionis, & celebret sine præuia confessione. Si autem peccata reseruata habeãt annexam excommunicationem, primò conteratur, & celebret, vel secundò si est tantùm attritus, confiteatur cum inferiori Sacerdote, & Missam dicat, vel communionem sumat. Notentur hæc omnia, quia in praxi erunt multum practicabilia.

RESOL. XXXV.

An si quis habeat peccata reseruata, & ratione scandali teneatur confiteri, si non adsit Sacerdos in talia peccata facultatem absoluendi habens, possit quis confiteri alia peccata, & reseruata relinquere?

Ex quo etiam deducitur, quid facere debeat ille, qui teneatur confiteri tempore Paschatis, vel facere Sacrum, aut sumere Eucharistiam ratione scandali, & tamen est innodatus aliqua excommunicatione propter hæresim? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 10.

Sup. hoc supra in Ref. 31. §. 1. & in Ref. 32. ex doctrina §. 3. & in Ref. 33. ex doctrina §. 1. & § Sed ego. post medium, vers. obligari tamen. & in Ref 34. § Notandum est. & § Sed plus. & infra in Ref. 1. post. seq § 1. & supra in tr. 3. Ref. 58. §. penult. & vlt. & in Ref. 123. vers. Quare & in Ref. 153. §. vlt.

§. 1. NEgatiuè respondet Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 11. *punct.* 1. cum Caietano & Soto. Asserunt enim in tali casu omnia peccata esse necessariò confitenda, reseruata videlicet, & non reseruata, quia confessio debet esse integra quoad possit, & in tali casu peccata non reseruata absoluuntur directè, & reseruata indirectè. Adde quòd ratio medicinæ id postulat.

2. Sed contrariam sententiam docet Alexander *in* 4. *part. quæst.* 18. *mem.* 4. *artic.* 5. §. 2. quam nouissimè tenet etiam doctus Hurtadus de Mendoza *in* 2. 2. *disp.* 84. *sect.* 7. *sect.* 7. §. 182. quia talis Confessarius non est iudex illorũ criminum reseruatorum, neque hæc peccata sunt materia tunc illius confessionis, medicinam autem coniunctam habet cum iudicio. Item illa absolutio est indirecta, ad quam non est opus explicare peccatum, vt patet in multis aliis occasionibus, ergo, &c. Neque argumenta contraria vrgent, debet enim confessio esse integra materialiter, quando est iurisdictio directa, eorum autem, quæ non cadunt in iurisdictionem Sacerdotis, non est necessaria illa tunc integritas, à qua excusamur ob defectum iurisdictionis: medecinam autem satis aptam adhibet Confessarius, quia tunc pœnitens tenetur illi indicare motiuum generale contra omnia peccata mortalia, puto igitur vtramque sententiam probabilem esse. Vnde in casu contingenti potest quis, vt ego etiam alibi notaui, reticere, vel confiteri peccata reseruata. Et ideo ego olim satis probabiliter contra quendam ignarum Confessarium consului adolescentem, qui magnum ruborem habebat confiteri in casu, de quo loquimur, peccata reseruata cum quodam Sacerdote, satis inquam, probabiliter consului potuisse illa non confiteri, sed alia peccata mortalia ei in confessione aperire, & absolutionem obtinere, recognosce Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disput.* 31. *sect.* 3. *num.* 8.

3. Ex his etiam deducitur resolutio illius casus, de quo his diebus à viro magnæ auctoritatis interrogatus fui, nempe quid facere debeat ille, qui tenetur confiteri tempore Paschatis, vel facere Sacrum, aut sumere Eucharistiam ratione scandali, & tamen est innodatus excommunicatione propter hæresim?

Sup. hoc supra in Ref. 32. & in Ref. 33. §. vlt. & in tot. §. 1. Resol. 127 post medium, & melius in to. 9. tr. 7 Ref. 125. à lin. 1. & vide ibi Resol. 113. post paulo minũ à v. limo, & alias Ref. eius secundæ annot. & vt melius hanc quæst. terminare valeas, lege hic dictam Ref. præteritam & aliarum eius primæ annot.

4. Respondeo quòd talis hæreticus vel tenetur dimidiare confessionem tacendo hæresim, vel illam exponere Confessori approbato, qui directè possit absoluere à peccato simplici, & indirectè ab hæresi, tunc enim potest impleri præceptum quoad substantiam, eique est imponendum onus comparendi ante aliam confessionem sacramentalem; quòd si culpatè non comparet, committit peccatum nouum: vrgente autem præcepto secunda vice, est maior cautio exigenda. Quòd si pertinax sit in comparendo, est ei neganda absolutio, vt aliis, de quorum emendatione desperatur. Hic autem casus & sequens est moraliter impossibilis in Hispania, vbi Ministri Quæsitoris præstò sunt extimis mortalium, quibus se possit sistere hæreticus. Probatur hæc opinio, quia integritas materialis huius Sacramenti non obligat cum tanto dispendio, & quemadmodum ad vitandam infamiam, ex reseruatione confessionis potest quis eam dimidiare, & indirectè absolui peccato tacito: ita potest in nostro casu eam dimidiare, vel absolui indirectè confessa hæresi, quia absolutio directa non obligat ad tam graue damnum, & quidem se abstinere a Communione, vel Sacro, esset cymbalo euulgare cum aliquo crimine capitali teneri, quo arceantur à communione. Si verò absque graui nota potest vitare Communionẽ, aut Sacrũ, donec se sistat suo iudici, id tenetur præstare. Et hæc omnia docet Hurtadus de Mendoza *vbi supra in* 2. 2. *disput.* 84. *sect.* 7. §. 185. *& sequen.*

5. Non nego tamen nostram sententiam circa præsentem quæstionem negari ab aliquibus; & ideo illam non admittit alter Hurtadus Complutensis *de pœnitent. disputat.* 11. *difficult.* 14. ex Concilio Trident. *sess.* 14. *cap.* 7. dum ait: Extra articulum mortis Sacerdotes nihil posse in casibus reseruatis; si ergo Sacerdotes inferiores post auditionem reseruatorum possint ab illis absoluere aliquo modo, iam aliquid possent in casibus reseruatis sibi confessis. Adde quòd ex contraria opinione sequeretur extra articulum mortis in casu grauis necessitatis, cum qui habet mortalia, & venialia, posse confiteri simplici Sacerdoti non approbato, & ab eo absolui ab illis. Consequens autem est contra consuetudinem Ecclesiæ. Sequela probatur, quia simplex Sacerdos habet iurisdictionem completam in venialia, ergo

Sup. hoc in tom. 9. tra. 7. Ref. 127. §. Nec obstat dicere, quod Concilium.

Sup. hac doctrina lege similem, supra in § Dices. Ref. 33.

ergo auditis mortalibus, & venialibus, posset pœnitentem absoluere etiam à mortalibus. Putat igitur Gaspar Hurtadus peccata reseruata habentem posse extra articulum mortis procedere, ac si non haberet copiam Confessarij, ac proinde in casu grauis notæ ex eo, quòd non communicet, aut non celebret, posse absque præuia confessione sola contritione perfecta iustificatum communicare, aut celebrare, quamuis peccatis reseruatis sit annexa excommunicatio. Et hanc etiam opinionem docet Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 91. artic. 3. dub. 9.* & Turrianus *de pœnitent. disp. 31. dub. 9.*

6 Sed his non obstantibus, vt dixi, ego satis probabiliter puto cum Valentia debere pœnitentem in his casibus reseruata confiteri, vel cum Hurtado de Mendoza reticere, & non reseruata explicare, & sic enim sola attritione gratiam in Sacramento suscipere, quam cum contritione perfecta obtinere nemo est qui non cognoscat multum quidem difficile esse. Nostra igitur sententia nimis animarum consolatoria est.

RESOL. XXXVI.

An qui habet peccata reseruata, & nullum aliud simplex, si non adest Confessarius habens in illa iurisdictionem, teneatur confiteri venialia?

Et an, qui solum habet vnicum peccatum mortale, & illud non possit declarare Confessario sine aliquo ex notabilibus incommodis, teneatur illud tacendo, confiteri sola venialia, quando obligat præceptum confessionis, etiam extra mortis articulum? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. Res. 9.

Sup. hoc supra in Res. 31. §. 2.

§. 1. NEgatiuè respondet Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 23. sect. 2. n. 6.* & ratio est quia nullus tenetur confiteri peccata venialia.

2. Verùm huic doctrinæ non acquiescit Hurtadus de Mendoza *in 2. 1. disp. 84. sect. 7. §. 182.* Qui enim est Eucharistiam accepturus, tenetur se purgare à peccato mortali, qua potuerit securiori ratione, ita vt habeat moralem satisfactionem, quam potuerit; sed de contritione non possumus tam moraliter esse certi, quàm de confessione, quia contritio est peccatori difficilior, & cognitu difficillima. ergo non est satis contritionem procurare, quando adest Confessarius. Ad argumentum respondeo non esse obligationem per se confitendi venialia, per accidens autem potest esse propter peccatum mortale, quod tunc dimittendum est; est tamen obligatio se Deo reconciliandi ante Eucharistiam, quod tunc non fit tam securè, quàm per confessionem. Ita ille. Et hanc opinionem in casu simili docet etiam Iacobus Granado *in 3. part. de Sacramen. controu. 7. tr. 9. disput. 5. sect. 3. nummer. 23.* vbi sic ait. An qui solùm haberet vnum peccatum mortale, & illud non posset declarare Confessario sine aliquo ex notabilibus incommodis suprà enumeratis, teneretur illud tacendo confiteri sola venialia, quando obligat præceptum confessionis extra etiam mortis articulum. Negat Suarez. Sed profectò mihi verisimilius videtur ad id teneri. nam præceptum Confessionis obligat etiam huiusmodi pœnitentem, cùm reuera habeat peccatum lethale; & licèt illud non confiteatur propter notabile damnum inde prouenturum, certè confitendo venialia, consequetur etiam mortalis, quod tacet, remissionem, quæ est finis. & ratio ob quam tale præceptum imponitur. Hæc Iacobus Granado. Vnde puto vtramque sententiam esse probabilem; sed ego affirmatiuæ tanquam probabiliori adhæreo.

Sup. hoc suprà in Res. 33. recitantur in §. Sed quid. & latè cum eodem Granado hic citato & plurimis aliis superius intr 3. Res. 60. à lin. 2 & in multis aliis Res. & §§. eius not.

RESOL. XXXVII.

An vna nox sit longum tempus, vt possit quis confiteri reseruata cum Sacerdote non habente potestatem ab illis absoluendi?

Et supponitur posse quem confiteri dimidiata confessione, vel etiam explicato casu reseruato cum onere postea comparendi, quando longa temporis mora est interiicienda. Ex part. 5. tractat. 13. & Misc. 1. Resol. 8.

§. 1. SVpponendum est cum P. Suarez *tom. 4. disp. 23. sect. 2. n. 7.* & Iacobo Granado *in part. de Sacram. controu. 7. tr. 9. disp. 5. sect. 3. n. 22.* posse quem confiteri dimidiata confessione, vel etiam explicato casu reseruato cum onere postea comparendi, quando longa temporis mora est interiicienda, antequam legitimus iudex posset adiri, tunc esset grauissimo damno peccatori longa mora in confessione, tum quia priuatur pœnitens longo tempore gratia sacramentali remissiua peccatorum, & auxiliis gratiæ ad vitanda peccata de cætero, quæ ob illud Sacramentum dantur; maxime verò priuaretur gratia Eucharistica, quæ maioris momenti est, quam omnia incommoda temporalia, tum quia est grauissimum damnum tandiu esse in peccato mortali. Contritio flagitiosis est plerumque difficilis, ad quam illi non animantur frequenter, quos à peccaris arcet non tam amor Dei, quàm suppliciorum minæ: attritio autem est facilior, atque communior, éstque horrendum in peccato mortali diu versari: ergo, &c.

Sup. hoc, quod hic supponitur in Res. 1. post præteritam, & in aliis eius ptimæ not. & melius suprà in tr. 3. Res. 66. §. 1. & §. Notandū est. & in Res. 18. §. 1. & in Res. 123. vers. Quinto.

2. Sed difficultas est, si tempus vnius noctis dicatur longum tempus? Ad hoc dubium respondet Hurtadus *in 2. 2. disp. 84. sect. 7. §. 190.* vbi sic ait. Optarem ego vt Pater Suarez & alij exponerent, an interiecta vna nox esset breue tempus, an longum? & vtrum esset causa sufficiens ad indirectam absolutionem, peccatorem ire cubitum Deo reconciliaturum? qui enim se sentiret difficilem in exercenda contritione, & cognosceret se satis esse paratum ad confessionem, habétque præstò Sacerdotem, an infelix hic homo iturus est ad somnum in peccato mortali? & fortè ex illo somno rapiatur ad tartara? Author libri de spiritualibus documentis, *cap. 53. tom. Operum Augustini*, explanans testimonium Christi apud Lucam 12. *Stulte, hac nocte repetent animam tuam.* rectè hæc ait. Heu quare non timemus, quod Euangelium terribiliter insonat, dicens: Stulte, hac nocte exposcent animam tuam, & Augustinus ipse *tom. 10. lib. homil.* 48. Non & vitam fugabat, & de crastino cogitabat, quod in aliis expectabat, in se non sperabat. Vnde concludo voluisse Christum omnes monitos non differendam pœnitentiam à nocte in diem sequentem, quia fortè illum non adspiciemus, vt in numeris contingit. Ad rationem Suarez responderi posset, esse rationabilem causam exemplum tot hominum raptorum ad tumulum derepentè, & nullum nisi per insanum posse in mortali dormire peccato. At nihil audeo decernere, quia quæstionem hanc vidi nullibi, nec volo alicui in alterutram partem præire. Ita Hurtado de Mendoza. Sed, vt verum fatear, non mihi videtur longum tempus spatium vnius noctis, vt quis possit modo quo suprà confiteri; & ad id, quòd asserit Hurtadus, dico, quòd sicut quis in spatio vnius noctis, potest derepentè occumbere, ita etiam potest in spatio vnius horæ, imò & momenti; vnde ex hoc capite quis semper posset confiteri cum quolibet Confessario, si non haberet copiam alterius habentis potestatem absoluendi à reseruatis.

RESOL.

RESOL. XXXVIII.

An qui ignorat reseruationem alicuius casus, incurrat in illam?

Et quid ex praxi omnium Religionum, in quibus ignorantia reseruationis non tribuit facultatem absoluendi pœnitentem, qui reseruationem ignorauit? Ex part.6.tract.6.& Misc.1.Ref.42.

Sup. hoc in Ref.seq.& infra in Ref.48. § vlt.& in 10. p.tr.7. ex doctrina Ref.62 §. Respõdeo. & in 10.6. tr. 1. Ref. 38. §. Sed si aliquis. & seqq.

§. 1. Casus frequenter in praxi potest accidere: & ad illum respondet nouissimè Pater Lugo *de Sacrament.Pœnit. disput.10.sect.2.num.11.* vbi sic ait: Secundò dubitari potest de ignorantibus reseruationem pœnalem, an illam incurrant: de quo latè Thomas Sanchez *lib.9. de matrim.disp. 32. à numer. 15.* vbi refert plures docentes ad incurrendam pœnam Ecclesiasticam non requiri scientiam prohibitionis iuris positiui. Alij dicunt eam scientiam requiri, quam sententiam ipse sequitur, & *num.18.* dicit in terminis reseruationem, quæ imponitur in pœnam delicti, quod prohibetur aliqua Bulla Pontificia non incurri ab ignorante inuincibiliter illam Ecclesiæ prohibitionem. Denique alij dicunt requiri non solùm scientiam prohibitionis, sed etiam talis pœnæ impositæ: quare ignorans inuincibiliter reseruationem peccati impositam non illam incurret; quam sententiam ipse Sanchez existimat probabilem, licèt contrariam teneat vt probabiliorem. Cæterum quia quæstio hæc generalis est ad omnes pœnas Ecclesiasticas, sufficiat indicasse sententias probabiles; quæ in hoc puncto sunt; vt vnusquisque in facti occurrentia possit eam doctrinam probabilem ad praxim applicare. Hæc Lugo, in quibus videtur apertè sentire ignorantem reseruationem alicuius casus secundùm opinionem probabilem non incurrere in dictam reseruationem.

2. Sed dices auctoritatem Patris Lugo, vt patet, & omnia supradicta procedere in reseruatione, quæ imponitur in pœnam; non de ea quæ non statuitur vt pœna, sed vt medicina; & ideò subdit Lugo certum esse talem reseruationem afficere etiam ignorantes, vt patet ex praxi omnium Religionum, in quibus ignorantia reseruationis non tribuit facultatem absoluendi pœnitentem, qui reseruationem ignorauit. Et ita etiam docet in terminis Sanchez *vbi suprà, lib.9.disp.32.n.18.* vt visum est.

3. Verùm posset aliquis dicere, quòd reseruatio casuum semper refertur ad bonam Ecclesiæ gubernationem, vt grauiora delicta Superioribus reseruentur, & tamen hoc non obstante asserunt aliqui Doctores talem reseruationem esse pœnalem & odiosam ad instar statuti. Ita Coriolanus *de casib. reseru. part.1.sect.1.art.5.n.4.* Bonacina *de Sacrament.disp.5. quæst.7.punct. 5.§.4. n.1.* Chapeauilla *de casib. reseru. cap. 6. q.1.* Naldus *in summa verb. casus reseruatus, num.3.* Reginaldus *tom.1.lib.1.cap.11.num.137.* Bresserus *de conscient. lib.4. cap.8.n.198.* Homobonus *de casib.reseru.part.1.c.2.* Ergo simpliciter dicendum est reseruationem casuum inducere rationem pœnæ, & per consequens qui ignorat dictam reseruationem non incurrere in illam.

4. His tamen non obstantibus, qoia affirmatiua sententia est communis, non audeo ab illa recedere: & ideo sententiam Sanchez, & Patris Lugo: tenet nouissimè Hurtadus de Mendoza *in 2.2. D. Thomæ, vol.1. disput 48. sect.1. §.8.* vbi sic ait: Obserua Auctores nonnollos opinari non reseruari peccatum illius, qui reseruationem ignorat. At improbabilis est ea opinio, quando reseruatio non est in odium delinquentis; sed ob prudentem administrationem Ecclesiæ. Cùm ergo reseruatio non tam sit in hæreticum pœna; quam limitatio iurisdictionis Prælatorum inferiorum per se vtilis & moraliter necessaria ad prudens Ecclesiæ moderamen, non potest ob solam ignorantiam reseruationis hæreticus excusari à reseruatione. Ita ille. Igitur cùm per reseruationem tollatur iurisdictio absoluendi; ignorantia non potest officere, vt absolutio sit valida, sicut si bona fide quis simpliciter Sacerdoti confiteretur.

RESOL. XXXIX.

An ignorans casum reseruatum sine censura absolui possit à quocumque Confessario, etiam si non habeat potestatem absoluendi à reseruatis?

Et an excommunicatus excommunicatione reseruata, sed non denunciatus, absolutus à Confessario inferiori ratione periculi, vel articuli mortis, si à periculo & articulo mortis exeat, teneatur se præsentare Superiori, si non habeat, cui satisfaciat?

Et in §. Nota etiam. huius Resolutionis alij septem casus cursissimè adducuntur, sed iam omnes in corpore, vel in calce huius tractatus sunt appositi. Ex part.10 tract.24.Misc.4.Ref.65.aliàs 63.

§. 1. Curiosa quæstio, & passim practicabilis, & quæ nimis plausibilis erit Confessariis; quam nouissimè doctè, & latè more suo pertractat Pater Ioseph de Ianuario, *de casibus reseruat. resolut. 1. per totam:* & affirmatiuè respondet: Et ratio est, quia reseruatio casuum per modum Statuti, seu in Synodo est pœnalis: sed ignorantes non tenentur ad statutum pœnale; ergo subditi ignorantes reseruationem, non incurrunt in illam. Si ergo non incurrunt: ergo possunt absolui à quocumque inferiori Confessario, cùm habeat hic potestatem ex delegatione in hunc Pœnitentem. Confirmatur à Grassio *lib. 2. de Casibus reseru. capit. 40. num. 29.* quia hic actus prout dicit qualitatem reseruationis est inuoluntarius, cùm sit secundùm hanc qualitatem ignoranter factus, ergo secundùm quod dicit illam reseruationem, nullum est peccatum, & consequenter nec casus reseruatus. Dices, quod etsi reseruatio sit facta in Synodo, est facta Confessariis, non pœnitentibus. Respondeo, quod est facta Pœnitentibus, dum res indifferens in ordine ad Pœnitentes sunt peccaminosæ; sic locutio cum Monialibus est indifferens, & fit peccaminosa, quia est reseruata in Synodo, &c. & sic de cæteris, &c. Reseruatio enim, vel est de re prohibita, quia mala & est in pœnam delicti, & consequenter, in ordine ad transgressores; vel est de re mala, quia prohibita, & tunc res indifferens fit peccaminosa, in ordine ad Pœnitentes. Igitur reseruatio tota, quanta est, est in ordine ad Pœnitentes per se primo, & directè, licèt respiciat Confessarios per accidens, seu per aliud, nempè per Pœnitentes. Et si velis dicere quod reseruatio, æqualiter respicit Confessarios, ac Pœnitentes. Respondeo, quod sufficit mihi, si sit statutum in ordine ad Pœnitentes, quod statutum non obligat ignorantes, vt dixi, &, si non obligat Pœnitentes, consequenter Confessarij non possunt absoluere hos, non transgressores huius statuti.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis eius annot.

2. Nec obstat dicere, quod hæc doctrina vera est, quando reseruatio est in odium delicti; sed falsa, quando est ob bonam Ecclesiæ gubernationem. Quia contra est: nam reseruatio per modum Statuti semper debet respicere commune bonum, aliter non obligaret, cùm lex sit coordinatio rationis in ordine

ad bonum commune. Vndè etsi in odium delicti fiat, si fit per statutum, bonum commune respicere debet. Et quia statutum reseruationis (siue sit de peccato malo quia prohibito, quod dicitur reseruatum ob bonam Ecclesiæ gubernationem; siue de peccato prohibito quia malo, quod dicitur reseruatum in pœnam, secundùm Castrum Palaum *tom. 1. disp. 1. punct. 18. numer. 8. vers. Secundò infero*, &c.) semper habet annexam pœnam, nempè obligationem se præsentandi Superiori, quæ pœna est, secundum Suarez *de Pœnit. disp. 30. sect. 3. num. 6.* Ideò statutum reseruationis semper dicitur pœnale, vt optimè Fagundez *2. Eccles. Pracept. lib. 8. cap. 1. numer. 8.* Nec dicas Secundò, quod reseruatio non est tam pœna delinquentis, quàm limitatio iurisdictionis absoluentis. Quia contra est: nam reseruatio per modum statuti est limitatio iurisdictionis, non absoluta, sed cum ordine ad Pœnitentes, qui tenentur ad statuta Diœcesana. Vnde ideo limitatur hæc iurisdictio, quia Pœnitens fecit contra statutum: ergo quia quando ignoranter quis operatur, non facit contra statutum, ideò potest absolui. Nec dicas

Sup. hoc late infra in Res. 44. & 45.

Tertio cum Naldo *in summa verb. Casus reseruatus, num. 7. in fine*, quod reseruatio potest fieri etiam de peccatis præteritis: ergo ignorantia nihil prodest. Quia contra est: nam quando reseruatio fit de peccatis præteritis, non fit per modum statuti in ordine ad Pœnitentes, sed per modum præcepti in ordine ad Confessarios sine vllo respectu ad Pœnitentes, & ideò obligat Confessarios, & nullo modo Pœnitentes: At quando fit per modum statuti de peccatis futuris, fit cum ordine ad Pœnitentes, ad hoc scilicet, ne faciliùs in facinorosa, & atrociora crimina dilabantur, & consequenter obligat Confessarios in ordine ad Pœnitentes. Hinc est, quòd cùm Pœnitentes non incidant in reseruationem ratione ignorantiæ, Confessarij inferiores possunt absoluere à peccatis sine tali reseruatione. Et ideò ignorantia prodest in reseruatione de peccatis futuris, non verò de præsentibus. Alias rationes videbis penes eundem, de Ianuario: adi illum, & non pigebit. Sed ne deseras recognoscere Mazuchel-

Alibi in Res. 2. not præteritæ in eius §. vlt.

lum, quem ego alibi adduxi, *de Casib. reseruat. disp. 2. difficult. 5.* & Merollam, *tom. 1. disp. 1. cap. 2. difficult. 11. num. 642.* contrariam sententiam tenentes; sed sententiam de Ianuario puto satis probabilem esse quam tuetur etiam Grassius, *de Casib. reseru. lib. 2. cap. 40. num. 29.* & Nauarrus *in Manual. cap. 27. num. 80.*

Sup. primo casu ex contentis in hoc §. infrà in Res. 42. & in aliis eius primæ annot & pro secundo casu in Resol. seq. lege § Ad secundum. & seqq Pro tertio casu suprà in tr. 4. Res. 38 § Et omnia. & si placet lege alias Res. eius primæ annot. & pro quarto casu supra in Res. 27. &c.

3. Nota etiam hîc obiter primò, habentem peccata dubia reseruata: posse absolui à quocumque Confessario inferiori; quia reseruatio non est in possessione casus dubij, dubitans verò, est in possessione non reseruationis: vndè melior est conditio dubitantis, quàm reseruationis. Nota secundò, quod absolutus per inferiorem Confessarium à casu dubiè reseruato ab Episcopo cum censura, certioratus deinde de reseruatione, non tenetur se præsentare Superiori. Nota Tertio, quod Pœnitens, qui in casum reseruatum cum censura incidit, si bona fide accedit ad inferiorem Confessarium, qui scit se non habere potestatem absoluendi talem casum, si ab ipso absoluitur, non tenetur quando venit in malam fidem confessionem iterare, sed tantùm casum censuratum Superiori manifestare. Nota quarto, quod potest licitè Confessarius inferior absoluere Pœnitentem, habentem casum reseruatum, & non reseruatum: & post absolutionem illum mittere ad Superiorem pro absolutione à reseruato tantùm. No-

Pro hoc quinto casu infrà in Res. 30. §. Vnde à

ta quintò, quod Confessarius inferior, potest Pœnitentem absoluere à casibus reseruatis in sua Diœcesi, quando Pœnitens eos commisit, vbi reseruati non erant. Nota sextò, quod Confessarius inferior potest peregrinos absoluere à casibus commissis in Diœcesi, vbi reseruati sunt, si in Diœcesi ipsius Confessarij non sint reseruati, etiam si data opera ad talem Confessarium extra Diœcesim accedant. Nota septimò, quod Pœnitens qui dum confessus est cum potente à reseruatis absoluere, inculpabiliter est oblitus, vel rationabilem habuit causam reseruata non confitendi, à quolibet Confessario inferiori potest absolui. Et hæc omnia latè probat Ianuarius *vbi supra, resol. 2. vsque ad resol. 11.*

lin. t. lege distinctionem eius not. Pro sexto infra in Res. 41. & in aliis eius annot. Pro septimo late supra in Res. 26. & in aliis eius notat.

4. Et tandem dictus Ianuarius, *resolut. 2.* quærit, an excommunicatus excommunicatione reseruata, sed non denunciatus, absolutus à Confessario inferiori ratione periculi, vel articuli mortis, si à periculo, vel articulo exeat, teneantur se præsentare Superiori, si non habeat cui satisfaciat? Et negatiuè respondet cum Millardo à me alibi citato, Cælestino, & Texeda *tom. 2. l. 3. tract. 3. §. 4. controu. 10. dub. 2 quæst. 2. num. 136.* Probatur hæc opinio ex Tridentino, *sess. 14. cap. 7.* vbi hæc habet: *In eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis. Atque ideò omnes Sacerdotes, quoslibet Pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt*, &c. Si ergo absolutus à casibus reseruatis non tenetur adire Superiorem secundum communissimam sententiam: ergo neque absolutus à censura reseruata; sicut enim cessat reseruatio à casu, ita à censura per hæc verba Concilij: Ne dicas, quod de excommunicatione habemus. Textum expressum in cap. *Eos qui de senten. Excommunication. in 6.* At de reseruatione, nullum habemus locum, hoc præcipientem. Quia contra est; nam Textus ille meo iudicio loquitur cum excommunicatis deductis in foro fori, non verò de non denunciatis. Textus verba hæc sunt: *Eos, qui à sententia Canonis, vel hominis (cum ad illum, à quo aliàs de iure fuerant absoluendi, nequeunt propter imminentis mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum, pro absolutionis beneficio habere recursum) ab alio absoluuntur*, &c. *si cessante postea periculo, vel impedimentum huiusmodi, se illi, à quo his cessantibus absolui debebant, quàm cito commodè poterunt, contempserint præsentare, mandatum ipsius super illis, pro quibus excommunicati fuerint, humiliter recepturi, & satisfactum prout iustitia suadebit. Decernimus (ne sic censura illudantur Ecclesiastica) in eandem sententiam reincidere, ipso iure*, &c. Vbi nota illa verba: *Se illi, à quo his cessantibus absolui debebant.* Non dixit, *sine his* neque *ante hac his cessantibus*, ergo loquitur cum illis tantùm, qui absoluti in mortis articulo, debent absolui à Superiori excommunicatore: sed hi sunt tantùm deducti, seu denuntiati excommunicati. Hi enim absoluti, ratione periculi in foro conscientiæ debent à Superiori absolui transacto periculo, in foro fori: vt patet: ergo cum his tantùm loquitur, & non cum excommunicatis, & non deductis. Nisi velis dicere cum Millardo *in Summa Parochorum de Pœnit. cas. 97. num. 10.* hoc onus se præsentandi coram superiore, non ampliùs habere locum post Concilium Tridentinum, & sic cessare ex vi verborum Concilij, cùm nulla sit reseruatio.

Sup. hoc supra in Res. 13. §. post medium, vers. Notandum & in aliis eius not. & magis late in tom 3. tr. 1. Res. 208. & in aliis eius primæ annot.

5. Nec obstat cap. *Ea noscitur*, & cap. *Quamuis*, &c. *Quod de his, de senten. Excommunicat.* & Extrauag. *Inter cuncta de Priuileg.* Quia ibi Canones non vigent quoad absolutos in periculo mortis, etsi vigeant quoad alios alia ratione absolutos; vt patet per dictum Concilium Tridentinum, dum dicit *loco cit.* in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo

articulo mortis, &c. & Concilium monetur, vt in postilla eiusdem Concilij, ex c. *Fœlicu. de Pœnis in 6.* & ex cap. *Pastoralis. §. Præterea, de Officio Iud. ordin.* & ex Clem. *cupientes. §. Sanè de Pœnis.* In quibus Textibus nulla fit mentio de tali obligatione: Cùm ergo Concilium dicat, quod in articulo mortis nulla sit reseruatio, fundatur in his Textibus, in quibus non est talis obligatio se præsentandi; dicendum erit, quod illi Canones, quoad hanc partem iam cessarunt. Vel dic, & meliùs: quod dum Concilium Tridentinum refert ius antiquum, de obligatione Pœnitentis se præsentandi, signum est, quod correxit ius antiquum, quoad hanc partem. Cæteras rationes videbis penes dictum Ianuarium. Sed, vt verum fatear, Doctores communiter contra Ianuarium sentiunt; vt ego alibi probaui: non puto tamen eius sententiam improbabilem esse, licèt ego contrariæ adhæream.

Alibi in Ref. not. præterita.

RESOL. XL.

An pœnitens bona fide confitens casum reseruatum, nesciens esse talem, absoluatur validè?

Et quid, si dubitet; an sit reseruatus, & post absolutionem nouit esse talem; v. g. si propter dubium Sacerdos inferior absoluit ab hæresi, vel alio peccato reseruato, & postea pœnitens, re meliùs examinata, deponat dubium, & recordetur certò peccati commissi, quod erat reseruatum, an censeatur legitimè absolutus, vel an debeat recurrere ad Superiorem pro absolutione?

Et proponitur similis casus de illo, qui dubius de voto Castitatis emisso petiit dispensationem ab Episcopo, qui ratione dubij dispensauit, eo quod votum Castitatis dubium non est reseruatum? Ex part. 6. tract. 6. & Miscell. 1. Resol. 40.

Sup. hoc supra in tr. 4. lege doctrinam Resol. 2. per totam, & signanter à §. Sed hanc. & in Res. 9. §. vltim. & hic supra in Res. 8. §. vltim. & in Res. 25.

§. 1. CVriosa sunt dubia, & ad primum sic respondet Ioannes Præpositus *in 3. pa t. q. 9. de reseruat. cas. dub. 7. num.* 38. Si pœnitens bona fide confitetur nesciens suum casum esse reseruatum, vel Sacerdotem non posse ab eo absoluere, absolutio videtur valida, Ecclesia tacitè hîc & nunc dante iurisdictionem in bonum animarum. Primò, quia alioquin innumeri meritò remanerent anxij de suis confessionibus. Secundò ita sciant casus reseruatos, nec sit pœnitentium eos scire, vel Sacerdotum potestatem, vnde siue Sacerdos absoluendo peccet, siue non, pœnitens bona fide procedens videtur validè absolui, remanente onere se sistendi Superiori.

Sup. hoc in Resol. 2. not. præteritæ. §. Dices. & in alijs eius annot.

2. Dices, qui bona fide confitetur mortalia non habenti circa illa iurisdictionem, non absoluitur; ergo nec prior. Respondeo primò Suarez sentire pœnitentem in casu antecedenti, non videtur improbabilis. Respondeo tamen secundò negando consequentiam, quia eo quòd in casu antecedenti Ecclesia non det iurisdictionem, non sequitur notabile animarum periculum, cùm ille casus sit omnino rarus, scilicet, vel quòd non habens potestatem absoluendi à mortalibus se exponat ad confessiones excipiendas; vel non expositus requiratur audire. Si verò in priori casu Ecclesia non daret hîc & nunc iurisdictionem, frequenter sequi posset animarum periculum, & quodammodo per se rem moraliter considerando, cùm Sacerdotes expositi frequenter hac in re possint errare. Huc vsque Præpositus.

3. Ad secundum dubium sic respondet Pater Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disputat. 20. sect. 2. num.* 20. Peres si propter dubium Sacerdos inferior absoluit ab hæresi, verbi gratia, vel alio peccato reseruato: & postea pœnitens re meliùs, examinata deponat dubium, & recordetur certò peccati commissi, quod erat reseruatum, an censeatur iam legitime absolutus; an verò debeat recurrere ad Superiorem pro absolutione. Videtur dicendum ablatam iam esse reseruationem, si iuxta id quod diximus, probabile esset quòd qui confessus est peccatum dubium, licèt postea recordetur fuisse certum, non teneatur illud iterum vt certum confiteri; quia iam fuit ab illo directè absolutus sub conditione si fuerat commissum: similiter enim in casu præsenti remanet directè absolutus: quia ille qui in dubio absoluit ab hæresis peccato, ad hoc maximè absoluit, vt si verè fuit peccatum, remittatur: ergo si postea constet fuisse verè peccatum, constat etiam fuisse absolutum directè; ergo non remanet obligatio illud iterum Superiori confitendi. Aliunde tamen obstare posset, quòd licet id in peccatis non habentibus censuram posset dici, non videtur tamen habere locum in iis, quæ reseruantur ratione censuræ reseruatæ, qualis est hæresis: nam si reuera commissum fuit tale peccatum, quamuis pœnitens sit postea dubius, incurrit tamen re ipsa excommunicationem reseruatam; non est enim alia excommunicatio pro tali peccato; vel si sit alia, loqui possumus de peccato non habente nisi vnicam excommunicationem reseruatam; ab hac autem reseruata excommunicatione non potuit absoluere inferior: ergo semper remanet obligatio recurrendi ad Superiorem pro absolutione huiusmodi excommunicationis reseruatæ, quando constat postea certò fuisse incursum. Adhuc tamen existimo absolutè satis probabile non esse recurrendum ad Superiorem postea pro absolutione peccati, aut excommunicationis. Ad quod est optima doctrina Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 4. capit. 44. num.* 10. vbi proponit casum similem de illo, qui dubius de voto castitatis emisso, petiit dispensationem ab Episcopo, vel ab alio potente dispensare in votis non reseruatis, qui ratione dubij dispensauit, eò quòd votum castitatis dubium non sit reseruatum; etiam eo casu, quo propter præsumptionem obliget votum: postea verò comperta veritate & certitudine voti, quærit Sanchez an debeat recurrere ad Papam pro eius dispensatione, & respondet negatiuè; quia recta Ecclesiæ gubernatio hoc exigit: & quia cum ratione dubij tunc votum non esset reseruatum, potuit tunc in illo inferior dispensare, qui legitimè vsus est potestate quam habebat dispensandi in votis dubiis. Quod quidem mihi verissimum videtur, quia alioquin dispensatio fuisset vana: non enim dispensatur sub conditione, si non fuit votum, sed potiùs sub conditione, si fuit verè votum: nam si non fuit votum, non est dispensabile: ergo si Episcopus potest tunc dispensare, potest tollere obligationem casu quo fuerit.

Sup. hoc in Res. seq. & in Res. præterita in §. Nota secundum in vers. Nota secundo. & cũ eodem Lugo hic citato in tom. 5. tract. 8. Resol. 3. §. Sed ponamus. & quamuis nõ pro reseruatis, lege tamen supra in tract. 3. latam doctrinã Res. 137. & aliarum eius primæ not.

Sup. hoc in to. 3. tr. 2. ex doctrina Resol. 78 & aliarum eius primæ, & secundæ annot. & si placet lege etiam Resol. tertiæ annot.

4. Ex hoc exemplo arguere possumus ab casum nostrum, quia sicut votum in dubio non est reseruatum, sic nec peccatum, vel excommunicatio illa, quia in dubio non censetur peccatum reseruatum: ergo sicut in dubio voti Episcopus v. g. dispensat, & dispensatio manet valida, licet postea constet de voti certitudine; sic absoluens ab hæresi dubia validè absoluit, & absolutio valebit, licèt postea constet de certitudine censuræ incursæ: non enim fuit data sub conditione de futuro, scilicet si postea non constaret de veritate, quia non est in vsu Ecclesiæ talis modus absoluendi ab excõmunicatione, ergo si in dubio tollitur reseruatio, & datur potestas absoluendi à censura, absolutio valida est, quicquid postea consequatur: si autem semel valida fuit, non potest postea excommunicatio redire sine noua culpa, non enim data fuit absolutio ad reincidentiam, nec dari potuit, nisi in casibus expressis in iure, qualis non est

iste: ergo manet pœnitens absolutus ab excommunicatione. Porrò validam fuisse ab initio absolutionem durante dubio negari non potest, quia alioquin ille sic absolutus non esset capax suffragiorum, aut beneficiorum; imò nec licitè Sacramentorum, nisi per accidens propter ignorantiam, quæ omnia absurda sunt. Denique si semel ablata est censura, eo ipso cessauit reseruatio peccati, quod reseruatum erat ratione censuræ; nec potest redire reseruatio non redeunte ipsa censura.

5. Hinc constat responsio ad rationem dubitandi suprà positam: dicimus enim Sacerdotem inferiorem absoluere quidem ab excommunicatione, quam Hæreticus v. g. incurrerat, & quæ reseruata erat secundum se; sed cessauit reseruatio propter dubium adueniens, in quo dubio suspenditur reseruatio; ita tamen, vt si durante illo dubio non absoluatur pœnitens, postea cessante dubio redeat reseruatio, & iam non possit absolui ab inferiore. Nam reseruatio non est sicut excommunicatio, quæ non redit sine noua culpa, sed est ablatio potestatis, quæ potestas dari potest pro aliquo tempore vel circunstantia, & auferri potest, vt fit tempore Iubilæi, quo cessat reseruatio, & transacto illo tempore redit pro iis, qui noluerunt lucrari Iubilæum. Sic enim aufertur quamdiu durat dubium, atque ideò tunc censura & peccatum possunt auferri ab inferiore, cessante autem dubio redit reseruatio, si non fuit data absolutio tempore præcedenti. Et hæc omnia docet Lugo *loc. cit.* quæ secundùm ipsius mentem dicta esse volo.

RESOL. XLI.

An quando quis confessus est peccatum dubium, si postea certum comperit esse reseruatum, tenetur illud confiteri cum Confessario habente potestatem circa reseruata?

Et supponitur in reseruatione non includi peccata dubia.

Et an saltem teneatur confiteri supra dictum tale peccatum tanquam certum apud quemcumque ordinarium Confessarium? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 72.

Sup. hoc quod hic supponitur in Ref. seq. & in aliis eius primæ not. Sup. hoc lege doctrinam §. 1. annot. seq.

§. 1. SVppono in reseruatione non includi peccata dubia, vt, me citato, rectè obseruat Auersa *de sacram. Pœnit. quæst. 17 sect. 2.* Imò ego puto, quòd si post factam confessionem, & acceptam absolutionem de tali peccato dubio certior fiat pœnitens de suo peccato, non teneri de eo ampliùs confiteri apud superiorem, vel alium ministrum habentem facultatem super casus reseruatos; non quia non teneatur iterum confiteri tale peccatum tanquam certum, nam tenetur illud confiteri, sed quia poterit apud quemcumque ordinarium Confessarium de illo confiteri, & absolui. Et ita hanc sententiam tenet Auersa *vbi suprà*, & ante illum Cardinalis Lugo *de sacrament. Pœnit. disput. 20. sect. 2. num. 20.*

Contrarium leg. ex Lugo in Ref. præterita. §. Ad secundum & in aliis not. primæ præcitati §.

RESOL. XLII.

An dubitans, vtrum casus sit reseruatus, possit illum Confessarius absoluere?

Et an possit reseruari peccatum in dubio, an sit mortifera in materia aliqua determinata? Ex part. 4. tr. 3. Ref. 4.

Sup. hoc supra in Resol. 39. §. Nota etiam, cursim in principio,

§. 1. NEgatiuè respondet Armilla. Ferias, & Corduba, quos citat Sanchez *vbi infrà*, quia hæc pars tutior est, & est solius habentis potestatem absoluẽdi à reseruatis, iudicare an casus reseruatus sit.

& in Ref. præterita in principio, & lege etiam doctrinam Ref. seq. per totam, & in Resol. nou. seq. in eius §. 2. & in to. 5. tr. 2. Ref. 5 §. vlt. ad mediũ, vers. vnde.

2. At ego contrariam sententiam teneo cum Sà *verb. casus reseruati, num.* 5. Ochagauia *de sacram. Pœnit. tract. 2. q. 13. num.* 8. Hurtado *de Sacram. tom. 1. diffic. 11. de pœnit. dub.* 6. Homobono *in consult. cas. conscient. vol. 2. parc. 5. respons.* 87. Filliucio *tom. 2. tract. 21. cap. 4. n.* 172. & Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num.* 15. & aliis quos citat, & sequitur nouissimè Laurentius Portel *in dubius regularium, ver. casus reseruati num.* 7. vbi sic ait: Si sit in dubio quòd casus sit reseruarus, præsumitur non reseruatus, & potest absolui tanquam non reseruatus. Ita ille; & ratio est, quia reseruatio est odiosa, per consequens strictè interpretenda.

3. Verùm hanc sententiam Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num.* 74. limitat, nisi esset præsumptio fori externi pro illius delicti admissi veritate, quia stante hac præsumptione, est pro certitudine delicti possessio, & illi præsumptioni est in vtroque foro standum, contraria veritas non constat: vt, v. g. hæresis externa reseruatur, quando etiam mente ita sentitur, dubius autem eam proferens est, an ita mente senserit, vel an mente ita sentienti protulerit exteriùs animo eius asserendæ, & sic fit verè externa, ac proinde reseruata, an solius loci animo censebitur in hoc dubio reseruata, quia cùm verba sint naturaliter signa intentionis, & nullus præsumat dicere quod in corde non habet, nec aliter quàm in eo habet, præsumptio est ac possessio in hoc dubio vt hæresis illa processerit exteriùs ex vero consensu interiori in illam. Sic Sanchez.

Sup. hoc in to. 5. tr. 8. lege doctrinam Ref. 3.

4. Non reticeam tamen nouissimè aduersùs illum insurgere Thomam Merollam *in disp. Theol. tom. 1. disp. 3. cap. 3. dub. 2. coroll. 23. num.* 370. vbi impugnat supradictam Sanchez limitationem; existimat enim casum non censeri reseruatum, nisi certò constet de reseruatione, nec satis esse quòd præsumatur reseruatus, quia cùm reseruatio sit odiosa, & ideo strictè interpretanda quando Prælatus reseruat sibi, v. g. hæresim, debet intelligi de peccato hæresis certo, & non tantùm præsumpto; & confirmatur hoc à simili, nam quamuis quando quis est certus, se emisisse votum castitatis, sed dubitat an habuerit animum se obligandi, teneatur castitatem seruare, quia possessio, ac præsumptio stat pro illo voto castitatis; nihilominus tale votum non censetur Pontifici reseruatum, vt concedit ipse Sanchez *lib. 4. cap. 40. n. 26. & cap. 44. num.* 2. Et hoc non alia ratione, nisi quia, cùm reseruatio sit odiosa, restrigenda est ad casus certos; ergo eadem ratione dicendum est in casu nostro hæc omnia Merolla *loc. cit.* sed sententiam Sanchez nouissimè tenet Alphons. de Leone *de potest. confess. part. 1. recollect. 15. num.* 25. verùm vtramque sententiam ego puto probabilem esse.

5. Notandum est etiam hic obiter, posse reseruari peccatum in dubio, an sit mortifera in materia aliqua determinata, quod fusè probat nouissimè Turrianus *in selectis disput. part. 1. disp. 38. dub. vnico.*

RESOL. XLIII.

An casus dubius, si contineatur in Bulla Cœna, possit absolui à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbato.

Ex quo deducitur, quod casus dubius non censetur reseruatus? Ex part. 10. tract. 14. & Misc. 4. Ref. 10. aliàs 8.

§. 1. PRobabiliter affirmatiuè respondet Pater Pelizzarius *in Mon. Regul. tom. 1. tractatu 6. capite 2. sect. 1. n.* 16. vbi sic asserit: Quæres, an pœnæ latæ in Decreto Clementis contra absoluentes à

Sup. hoc lege doctrinam Ref. & 55. not. seq.

casibus

casibus Bullæ Cœnæ incurrantur in casu, quo quis absoluat a casu, de quo dubitat eum contineri in ipsa Bulla? Respondetur videri non incurrere, attento Decreto moderatorio posteriori eiusdem Clementis ad eundem effectum edito. Ita viri Docti à me consulti, & constat ex eo, quod casus reseruatus in dubio non est reseruatus, nisi iure positiuo aliter statuatur: in posteriori autem Decreto Clementis VIII. quod fuit moderatiuum prioris ab eodem Clemente lati super absolutionem reseruatorum, nulla fit mentio de casibus Bullæ Cœnæ dubiis; sicuti fiebat in priori Decreto; quod proinde dicendum est moderatum fuisse etiam quoad præfatos casus dubios dictæ Bullæ. Ita ille, Et post illum nouissime idem sentit Carolus de Baucio *in Miscellaneis casuum conscientiæ, tom. 2. opuscul. 2. quæst.* 138. vbi docet, quod licet sit cautum in iure quod casus dubij in Bulla Cœnæ Domini non possint absolui, vt patet ex sacra Congregatione Episcoporum, & regularium de mente Clementis VIII. quando reuocantur casus reseruati ab ordinario loci Regularibus, & aliis priuilegiatis; tamen idem Decretum de mandato eiusdem Clementis VIII, fuit moderatum, & declaratum, videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantùm comprehendi casus, qui in Bulla Cœnæ Domini legi consueta continentur, &c. & non facit mentionem quando casus est dubius, sicut in primo Decreto clare prohibuit, vt casus dubij contenti in Bulla Cœnæ non absoluantur: ergo moderatio primi Decreti fuit deducta res ad terminos iuris communis, quod ius secundum probabilem Doctorum sententiam, ait quod casus reseruatus dubius, non censendus est reseruatus; licet alij Doctores oppositum sentiant. Quod fuit moderatum primum Decretum quoad casus dubios in Cœna Domini vltra rationem: idem sentit ad modum R. Pater Vincentius Campanilis Societatis Iesu prædictus bonitate, ac doctrina. Hæc Baucius *loco citato*.

Sup. hoc etiã cursim supra in Ref. 41. & magis late in Ref. 42. & in Ref. 39. § Nota etiam. in principio, & in tom. 5. tr. 8 ex doctrina Ref. 5. signanter §. 2. & ibi in tr. 2. Ref. 5. §. vlt. ad medium, vers. Vnde.

RESOL. XLIV.

An reseruatio casuum includat peccata preterita?
Et quid si censura super his imponatur?
Pro quibus aliqua aduertuntur contingentia in supra dictis casibus? Ex part. 8. tract. 7. & Miscell. Ref. 70.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè; igitur dum Prælatus casus aliquos reseruat, censetur comprehendere non solùm postea committendos, sed etiam antea commissos: vt notant Floronus *de casibus reseruatis, cap. 3. numer.* 17. Naldus *in summ. verb. casus, num.* 7. Bordonus *resolut.* 78. *quæst.* 24. Nisi tamen oppositum explicet, loquendo solùm de peccatis postea committendis. Et nisi censuram imponat; & cum censura reseruationem: quia censuram non nisi ad peccata committenda referre potest, & ita intelligetur etiam reseruationem referre. Aut nisi demum quis ante promulgationem edicti confessus iam ritè & validè fuisset, ac per obliuionem aut iusta de causa peccata illa prætermisisset, quia tunc liberè posset de iis confiteri & absolui. Aut etiam nisi iam confessionem incepisset, quia tunc pariter liberè eam posset prosequi, & de omnibus simul peccatis absolui. Ita aduertit Bordonus *quæst.* 25. & 26.

Sup. hoc in Resol. seq. & cursim cum Naldo tantũ hic citato supra in Resol. 39. §. 2. ad medium, vers. Nec dicas.
Sup hoc in Resol. §. not. præteritæ, §. Sed hic. ad lin. 7.

RESOL. XLV.

An reseruatio casuum comprehendat peccata commissa ante eius reseruationem?
Et quid, si cum reseruatione casuum Superior imponat censuram, & cum censura reseruationem?
Et docetur, quod cessante causa legis, & causa finali cessat etiam lex, & hoc habet locum in legibus, & statutis.
Et aduertitur, quod ignorantes reseruationem adhuc illi subiiciuntur? Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Ref. 39.

§. 1. NEgatiuè respondet Pasqualigus *in qq. canon. 2. quæst.* 166. *num.* 2. lex enim non plus extenditur, quam se extendat finis, & ratio ipsius ob quam proximè Legislator mouetur. Et proinde cessante ratione legis, & causa finali, cessat etiam lex, *l. in omni ff. de adoptionib. & l. quod actum, ff. de pactis, & l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. &c. Et si Christus de Iureiur.* Quod habere locum etiam in legibus, & statutis, notant Petr. Anchar. *consil.* 48. *n.* 4. Dynus *consil.* 6. *num.* 2. *vers. Præterea*, Angel. *consil.* 86. Ludou. Rodolphio, *lib.* 2. *Variar. quæst.* 35. *n.* 10. Et ratio est, quia cum finis moueat Legislatorem ad condendam legem, intentio ipsius, vt pote directa ad finem, non plus se extendit ad illam materiam, in qua non reperitur finis: cùm autem lex non obliget nisi secundum mensuram intentionis Legislatoris, non obligat circa eam materiam, in qua non repetitur finis. Cùm ergo finis reseruationis absolutionis non habeat locum in peccatis commissis ante reseruationem, non obligabit quoad ipsa.

Sup. hac doctrina in to. 6. tr. 1. Resol. 70 & in aliis multis eius annot.

2. Rursus cùm reseruatio quoad dispositionem imitetur legem; & lex de nouo aliquid disponens non trahatur ad præterita, sed solùm ad futura, *l. leges. C. de legib.* & cap. *Cognoscent.* & cap. fin *de constit.* sequitur quod ea, quæ habent causam de præterito, non debeant iudicari secundum legem nouam, sed solùm secundùm ius antiquum. Et proinde Rota *decis.* 818. *num.* 2. *p.* 3. *diuers.* dixi Legem subsequentem non extendi ad præsentia, quæ sunt connexa cum præteritis: ergo nec etiam reseruatio extenditur ad absolutionem de præsenti quoad peccata de præterito, quæ commissa sunt ante reseruationem.

3. Sed hæc opinio est contra praxim Confessariorum, & contra communiorem sententiam Doctorum; & ita præter Floronum, Vgolinum, Naldum, & Bordonum quos citaui *in part.* 8. *tract.* 8. *resol.* 70. Tenet iterum hoc Bordonus *in Miscell. decis.* 492. quibus adde me citato Pellizzarium *in Man. Regul. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 2. *sect.* 2. *num.* 126. nisi cum reseruatione casuum superior imponat censuram, & cum censura reseruationem. Ad rationes verò Pasqualigi respondet Bordonus *dicta decis.* 492. dicit enim verùm esse quod lex non plus se extendit, quàm faciat finis, à quo Legislator mouetur ad legem condendam; consequenter, quando condit legem reseruationis à prædicto fine obuiandi peccatis mouetur: quoniam autem obuiatio non specificatur ab hoc, vel illo peccato in specie, sed in genere non spectatis commissis vel committendis; ideò sub eadem reseruatione comprehendit vtrumque genus peccati; licet enim obuiatio habeat pro obiecto peccatum futurum, nihilominus extenditur etiam ad præteritum; in quantum pœnitens reddendo se difficilem & incommodum ad inueniendum Pœnitentiarium, vel Superiorem pro absolutione à reseruatis, retrahitur à futuris culpis, consequenter peccatum iam commissum inuoluit motiuum quod inducit legislatorem ad reseruationem. Deinde finis reseruationis non tantùm est obuiare peccatis futuris, sed etiam vt per eorum absolutionem faciendam tantùm ab Episcopis, vel eis

Quæ hic est Ref. antecedens. & in alio vers. eius primæ not. Super hac censuram in Ref. annot. præteritæ ante medium.

eis specialiter deputatis, occurratur prudentius cum meliori medecina atrocioribus peccatis: vt enim dicitur *sess.* 14 *cap.* 7. reseruatio fit, vt atrociora quædam & grauiora crimina, non à quibusuis, sed à summis duntaxat Sacerdotibus absoluerentur. Nam melius consilium & aptior medecina conferri potest ab Episcopis, & ab eisdem deputatis, quam à singulis Confessariis indifferenter, sed consilium & medecina omnibus peccatis indifferenter est applicabilis: ergo reseruatio ad hunc finem facta comprehendit peccata, tam futura, quàm præterita. Præterea Legislator potest peccata etiam commissa ante promulgationem nondum remissa per absolutionem sibi expressè reseruare, vt omnes debent concedere; ergo in reseruatione non est necessarium vt Legislator moueatur à sola obuiatione, sed aliunde etiam moueri potest, nempe vt melius agatur cum peccatore per præfatum, aut Pœnitentiarium prudentiorem. Vide etiam responsiones ad alia argumenta Pasqualigi penes dictum Bordonum, qui affert multas limitationes ad illam regulam, quod lex respicit tantùm futura.

Sup hoc supra in Ref. 38 & 39. & in aliis §§. earū notationum primatum.

4. Et quidem sicut ignorantes reseruationes, adhuc illi subiiciuntur vt docet Mazuchellus, *de casib. reser. disputat.* 1. *quæst.* 2. *num.* 16. Lupus, *part.* 1. *dist.* 4. *articl.* 2. *difficult.* 1. Floronus *part.* 1. *cap.* 4. *numer.* 14. Auersa, *quæst.* 17. *de pœnit. sect.* 5. §. *Satis tamen*: ergo sicut non sunt excusandi à reseruatione propter ignorantiam, ita neque propter tempus antecedens promulgationem reseruationis ideò ignorantes. Quare peccata commissa ante reseruationem iudicanda sunt, non secundum legem quæ vigebat tempore delicti, sed per nouam legem, quæ est in obseruantia tempore absolutionis: nam Confessarius debet inspicere, & obseruare legem quæ illi prohibet absolutionem à talibus peccatis, ita quod omnia, & sola peccata quatenus commissa, cadunt sub iudice absoluenda, provt iam commissa sunt, & non committenda.

RESOL. XLVI.

An in casibus reseruatis, & excommunicationibus detur paruitas materiæ? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 46.

Sup. hoc ex doctrina Ref. 2. not. seq. per totam, signanter in §. vlt.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè, quia modicitas rei quemadmodum excusat à mortali, ita etiam excusabit à reseruatione, v. g. modicitas rei subtractæ in Ecclesia quemadmodum excusat à peccato mortali sacrilegij, ita quoque à reseruatione; imò licèt subtractor huiusmodi habuisset intentionem plura surripiendi, quamuis eo casu mortaliter peccaret; ex *c.* 6. *finali.* 14. *quæst.* 6. tamen sacrilegium illud non esset reseruatum, quippe requiritur quòd peccatum mortale reseruatum sit tale ex quantitate operis externi, non ex relatione ad intentionem tantùm, quia in modico non præsumitur dolus, & propterea pro eo non statuitur pœna, arg. *cap. & si quæstiones, Extrauag. de simonia*, & ita sentit Henriquez *de Pœn. sacr. lib.* 3. *c.* 14. §. 6. Item si paucis alloquaris Monialem, vel transiens illam salutes, aut salutandi respondeas, siue de statu eius ipsam interroges, siue interrogatus respondeas, non incidis in excommunicationem propterea latam. Iacob. de Graff. *decis. lib.* 4. *cap.* 8 *nu.* 5. & per consequens talis allocutio non erit casus reseruatus. Et hæc omnia docet etiam Finellius *de cas. reseru. cap.* 5. *nu.* 8. cui adde Bellocchium *in praxi Theolog. moral. part.* 2. *q.* 9. *n.* 136.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1. Ref. 84. §. Nota sexto. & in Resol. 124. à lin. 3.

2. RESOL. XLVI. *pag.* 154. *in fine resol.* hæc addantur: Notandum est etiam hîc, quòd sicut in exommunicatione datur paruitas materiæ, sic etiam danda est in actionibus pro quibus irregularitas incurritur, & ideo ratione paruitatis materiæ excusandus est ab incursione irregularitatis, si quis reo dicat vt ascendat alterum gradum scholæ. Ita Henriq. *lib.* 14. *c.* 12. *n.* 7. & post illum Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 21. *diffic.* 17. *num.* 13.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Ref. 77. & in aliis eius primæ not.

3. Sed ego puto in tali casu, & similibus non solùm aliquem excusari, ab irregularitate ratione paruitatis materiæ, sed quia probabiliter soli illi sunt irregulares ex defectu lenitatis, qui cooperantur, nec tanquam ministri iustitiæ; ex quo fit, alios omnes qui cùm non sint ministri iustitiæ, videntur aliquid facere, aut dicere, ex quo mors citiùs sequitur, non esse irregulares. Ita ego alibi cum Vasq. Turriano, Hurtado &, me citato nouissimè hanc sententiam docet etiam Cœlest. *in comp. Theol. mor. tr.* 4. *c.* 5. *q.* 1.

RESOL. XLVII.

An qui obtinuit licentiam absoluendi aliquem à casibus reseruatis, in quos inciderat, & postea inueniat illum incidisse etiam in dictis casibus post licentiam obtentam, an, inquam, possit illum absoluere?

Et an peregrinus, qui habet casum reseruatum in sua Diœcesi, si non est reseruatus eo in loco, vbi confitetur, possit absolui ab omni eo, qui illum alias possit audire? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 109.

§. 1. HIc casus frequenter potest accidere, & alibi affirmatiuè respondi, & nunc iterum respondeo cum Ioanne Præposito *in* 3. *part. D. Thom. q.* 9. *de reseruatione casuum, dub.* 3. *n.* 22. vbi sic ait: Si Parocho petenti per literas potestatem absoluendi aliquem à casibus reseruatis in quos inciderat, ea facultas concedatur, & pœnitens rursus incidat in similem casum antequam confiteatur, videtur etiam posse ab illo absolui, quia petitio & concessio tacitè intelliguntur de similibus casibus, qui post illam concessionem clauibus bona fide subiicientur, quod etiam videtur verum, licèt Parochus scripsisset non esse periculum relapsus, quia eo non obstante concessio est absolutè facta, & independenter ab eo quòd non relaberetur, neque id adiiciendo Parochus bona fide recepit Episcopum. Ita ille, qui etiam *ibi* notat, peregrinum habentem casum reseruatum in sua diœcesi, si non sit reseruatus eo loco vbi confitetur, posse absolui ab omni eo, qui illum aliàs possit audire, quod est notandum, vt ego alibi notaui, contra illos qui asserunt in tali casu Confessarium illum si non habeat potestatem absoluendi à casibus reseruatis, non posse supradictum absoluere; sed tu ne recedas ab opinione affirmatiua.

Alibi in tom. 7. tr. 1. Resol. 109 § penult. &. hic supra lege doctrinā §. Respondeo. Ref. 15.

Alibi in Ref. seq. & in alijs eius primæ annot.

RESOL. XLVIII.

An Confessarius vnius Episcopatus possit absoluere pœnitentem alterius Episcopatus à casibus reseruatis?

Et an hoc etiam procedat in Confessariis Regularibus, modo pœnitens hoc non efficiat in fraudem proprij ordinarij? Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 102. aliàs 103.

§. 1. DE hac quæstione alibi actum est, & ideo nunc breuiter dico quòd negatiuam sententiam docent Bellochius *in praxi Theol mor. p.* 1. *q.* 2. *n.* 24. Floronius *de cas. reseru. p.* 1. *cap.* 4. §. 11. *n.* 4 & Sotus *in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *art.* 4. vide etiam Chapeauillam *tr. de cas. reseru. p.* 1. *cap.* 4. *diffic.* 9. Vgolinum *de potest. Episc. cap.* 36. *num.* 3. & alios.

Alibi signanter infrà in Ref. 50. & supra in fine Ref. 47. & in Resol. 39. §. Nota prope finem. vers.

2. Sed

Nota sexto. & infra in Res. seq. §. 1. signanter prope finem à vers. Quin Confessorem.

2. Sed contrarium ego sentio; & ita tenent Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap.* 14. *num.* 8. & Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 59. *num.* 4. vbi sic asserit. [Los peregrinos y caminantes se han de iuzgar como si fuessen subditos del Obispo del lugar donde se hallan, que en este sentido se ha de entender la costumbre, y la extrauagante de Eugenio IV. si el caso esta reseruado en ambos Obispados, hà le de absoluer el Obispo, ò el que tuuiere su autoridad para absoluer de los casos reseruados, y lo mismo es si el caso esta reseruado solamente en el Obispado donde esta, mas si el caso esta reseruado solamente en su proprio Obispado, en tal caso puede absoluer el Confessor del Obispado adonde esta, aunque no tenga autoridad para absoluer de casos reseruados como tienen Cayetano, Paludano, y Suares.] Ita Villalobos; & hæc omnia à fortiori procedunt in Confessariis Regularibus, modò pœnitentes id non faciant in fraudem proprij Ordinarij.

Sup. hoc in Res. 1. not. præteritæ §. Vnde. à lin. 5. & vers. Vt notat.

Sup. hac fraude in Res. 4. not. primæ huius Res. §. 1. paulo post initium, à vers. Habentem, & in aliis eius not.

RESOL. XLIX.

An peregrini incidẽtes in aliquos casus reseruatos illius Diœcesis, possint absolui à Confessario non habente potestatem, nec iurisdictionem absoluendi à reseruatis?

Et an qui habet peccata reseruata in vna Diœcesi, non possit data opera ad aliam Diœcesim pergere, vt ibi absoluatur, &c.

Et an exterius, qui in hoc loco peccata hic reseruata commisit, nequit absolui nisi ab habente potestatem circa reseruata? Ex part. 11. tract. 2. & Misc. 2. Res. 48.

Sup. hoc in Res. seq. lege §. Vnde.

§. 1. INterrogatus de hoc casu non vt respõderem quid ego sentirem, sed an secundùm aliquos opinio affirmatiua esset probabilis: Et affirmatiuè respondi, nam Leander *de Sacramentis tom.* 1 *tract.* 5. *disp.* 12. *q.* 27. negatiuam sententiam, quam ipse tenet, vocat probabiliorem. Ergo affirmatiua erit probabilis; & pro illa citat Fagundez, Vegam, Graffium, & Petrum de Ledesma. Hanc sententiam etiam tanquam probabilem admittit Andreas Mendo *in Bull. Cruciat. disp.* 23. *c.* 2. *num.* 22. vbi sic ait, Habentem peccata reseruata in vna Diœcesi, non posse data opera ad aliam Diœcesim, in qua non sunt reseruata, pergere, & ibi absolui declaratum fuisse in Sacra Congregatione Cardinalium die 19. Nouembris 1616. affirmat Zambellus, *verbo Casus.* 16. Contrarium videtur probabile, si tamen Confessarius habet facultatem absoluendi à reseruatis in sua Diœcesi, nam id plures docent, quòd autem data opera ille pergat ad aliam Diœcesim, non obstat, cùm suo iure vtatur. Et quidem tunc ille iudicatur esse eius Diœcesis, in qua iudicio se submittit, & absoluitur secundùm consuetudinem eius Diœcesis. Fateor, hanc doctrinam à prædictis Auctoribus tradi de Peregrinis, bona fide, & non data opera in aliena Diœcesi confitentibus peccata, quæ in sua erant reseruata, esto non sint in illa; sed non improbabiliter fieri potest prædicta extensio. Quin, & Confessorem non habentem potestatem ad absoluendum à reseruatis in hac Diœcesi, posse in illa absoluere à peccatis reseruatis in alia, docet Rodriquez *in summ. cap.* 55. *conclus.* 2. cum pluribus, quia pœnitens, qui hîc confitetur; iudicatur incola huius loci, & iuxta forum huius absoluitur, in hoc autem loco, supponitur, non esse ea peccata reseruata.

Sup. hac doctrina in §. vlt. Res. not. præteritæ, & suprà in Res. 39. §. Nota, sextum prope finem, vers. Nota sexto, & in fine Res. 45 & in tom. 7. tr. 1. Res. 104. §. vlt. Sed lege eam per totam, & quamuis sine vlla mentione reseruatorum. Vide tamen supra in tr. 2. doctrinã Res. 117. & §. eius primæ annot.

Sup. hoc in Res. seq. & in aliis eius primæ not.

2. Ob hanc rationem pœnitens exterus, qui in hoc loco peccata hic reseruata commisit, quamuis non sint reseruata in loco, à quo discessit, nequit absolui, nisi ab habente potestatem circa reseruata. Sic Caietanus *in summ. verbo Absolutio* 2. Probabile tamen est oppositum. Ita Mendo.

Sup. hoc in Res. & 55. not. primæ huius Res.

3. Sed vt meam promam sententiam, ego negatiuæ adhæreo. Dico igitur peregrinos, & aduenas ex recepta consuetudine existimandos esse in ordine ad confessionem, sicut eos qui sunt incolæ eiusdem loci: neque enim Confessarij huius Ciuitatis debent, aut possunt interrogare singulos pœnitentes de patria, vel an sint Peregrini, & multo minus de casibus reseruatis in sua patria, quos certè nec Confessarius huius Ciuitatis, nec ipse pœnitens Peregrinus scire possunt. Debuit ergo consuetudo; vt vtilis esset ad praxim, ita introduci, vt solùm sit attendendum ad locum, in quo fit confessio. Vnde si pœnitens confiteatur aliquod peccatum, quod in loco, à quo discessit, non erat reseruatum; in locó tamen Confessionis sit reseruatum; Confessarius, qui in hoc loco non habet facultatem ad reseruata, non potest eum absoluere. Et ita sentit ex Suarez Cardinalis Lugo *de Pœnit. disputat.* 20. *sect.* 1. *num.* 72.

RESOL. L.

Hîc Panormi sodomia reseruatur à Domino Archiepiscopo; quidam iter agens per aliam Diœcesim fuit absolutus à tali casu à quodam Sacerdote ordinario: postea Panormum rediens, cùm incidenter in altera confessione id explicaret, noluit Confessarius illum absoluere, asserendo illam confessionem fuisse inualidam, & ipsum non habere potestatem absoluendi à casibus reseruatis; quæsitum à me fuit, an hæc opinio esset vera?

Et an hoc intelligatur, quando quis non suscipit peregrinationem in fraudem legis, ea de causa sola, vt possit aliis confiteri?

Et quid est dicendum, si supradictus casus, vel alius fuisset in vtraque Diœcesi reseruatus? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 56.

§. 1. REspondi illam mordicus docere ex Societate IESV, Paul. Comitol. *in suis responsionibus moral. lib.* 1. *q.* 28. *num.* 2. Nugnum *in addit. ad* 3. *p. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 5. *dub.* 10. *fol. mihi* 296. Sotum *in* 4. *sent. dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 4. & ex nostris P. Megalam *in* 1. *p. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 14. Graff. *p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 46. & plerosque alios, qui omnes asserunt iter facientes, licèt possint in omni loco confiteri peccata sua cuicumque Sacerdoti approbato, & hoc ex præsumpta concessione proprij pastoris; tamen hoc illis minimè licere, si habent casus reseruatos. Probat hanc sententiam Comitulus, & Nugnus præcipuè ex authoritate Bonifacij VIII. *c. si Episcopus, de pœnit. & remiss. lib.* 6. vbi ait. Si Episcopus suo subdito concesserit, vt sibi possit idoneum eligere Confessorem: ille, quem is elegerit in casibus, qui eidem Episcopo specialiter reseruantur, nullam habet penitus potestatem. Deinde si opinio contraria esset vera, multi peregrinarentur hac sola intentione, vt absoluerentur à casibus reseruatis. Sed hoc est maximum inconueniens. Ergo.

Sup. hoc suprà in fine Res. 47. & in Res. 48. & in Res. 49. §. 1. prope finem, à vers. Quin, & Confessorum, & in Res. 39. §. Nota, prope finem; vers. Nota sexto.

2. At veriùs, & magis probabiliter dicendum mihi videtur, subditum vnius Episcopi iter agentem per aliam Diœcesim, non solùm confiteri posse Confessoribus illius Episcopatus, sed etiam à casibus reseruatis absolui, licèt Confessarius non habeat in illo Episcopatu facultatem circa peccata reseruata; dummodo peccatum non sit reseruatum in vtroque Episcopatu, vt non erat in casu nostro; quia tunc clarum

est, non posse remitti à tali Confessario. Ita Suarez *vbi supra*. Regin. *in praxi, tom.* 1. *lib* 8. *c.* 5. *sect.* 3. *numer.* 69. Henriq. *lib.* 6. *c.* 14. *num.* 5. *litt.* Q. Homobonus *de casib. reseruat. p.* 1. *c.* 2. *fol.* 46. & alij. Et ratio est, nam, vt ait Suarez *in* 3. *p. tom.* 4. *disput.* 30. *sect.* 1. *num.* 4. qui iter agit in alieno Episcopatu, non ideo ibi confitetur, & absolui potest, quia vtitur facultate eligendi Confessorem; sed quia hoc ipso, quòd versatur in alieno Episcopatu, potest ibi absolui, more incolarum illius Diœcesis, & ita se gerere, ac si esset subditus Episcopi illius loci: hoc enim sensu intelligi debet consuetudo approbata ab Eugenio IV. quam habent peregrinantes in itinere confitendi; sed quia in illa Diœcesi non sunt reseruata peccata illa, quæ in proprio Episcopatu sunt. Ergo ab illis poterit absolui à quocumque Confessario approbato, in reseruata potestatem non habente.

3. Vnde patet responsio ad primum argumentum Comitoli, & Nugni. Nam, vt diximus, in nostro casu, pœnitens non vtitur facultate eligendi Confessarium, sed se habet tanquam incola illius Diœcesis: & patet à simili; nam, vt notat Homobon. *vbi suprà*, iter faciens, si casus habeat reseruatos Episcopo loci, in quo confitetur, qui non sint reseruati Episcopo proprij domicilij, clarum est non posse à quolibet simplici Confessario absolui, quia iudicandus est iuxta leges loci, in quo reperitur. Ergo si habeat casus reseruatos Episcopo proprij domicilij, & non Episcopo loci, videtur posse absolui à Sacerdote ordinario, ex ratione supradicta. Vel responderi potest, quòd licèt tales peregrinantes eligerent Confessarium, ex facultate proprij, consuetudinem ita talem licentiam interpretari, vt possint absolui etiam à casibus reseruatis à quocumque Confessario, in illo loco approbato.

Sup. hoc in Ref. 2. not. præte itæ. §. vlt. post medium, cursim in vers. y lo mesmo es, & lege Ref. 5. not. præcitatæ & ex Ref. 4. eundem §. vers. Quinto.

4. Ad secundum argumentum respondeo, ex Coninch *de Sacrament. disp.* 8. *dec.* 8. *num.* 61. Graffio *in suis dec. aur. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 13. *num.* 47. & Homob. *loc. cit.* nostram sententiam intelligendam esse de iis, qui non suscipiunt peregrinationem in fraudem legis, ea solùm de causa, vt possint aliis confiteri. Ex his omnibus apparet, dictum pœnitentem, de quo consultus fui, ritè absolutum fuisse.

Pro contento in hoc §. vlt. in Ref. 3. not. primæ huius Ref. paulo post initium, vers. Hebentem peccata, & in aliis annot. præcitati vers.

RESOL. LI.

An si v. g. furtum, sodomia, &c. essent casus reseruati in aliqua Diœcesi, si committantur in Monasteriis Regularium exemptis, possint à quocunque Confessario absolui?

Et docetur, quod non dicitur subditus, qui intra Diœcesim furtum in loco exempto, vt in Monasterio, commisit.

Et quæritur, an puellæ manentes in educatione apud Moniales exemptas subiaceant iurisdictioni, aut reseruationi casuum facta ab Ordinario loci.

Et an violantes statutum, vel sententiam Episcopi in Monasterio exempto incurrant excommunicationem ab Episcopo latam? Ex part. 10. tract 14. & Misc. 4. Ref. 9. aliàs 7.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam nouissimè docet Carolus de Baucio *in Miscellaneis casuum conscientia tom* 2. *Opuscul.* 5. *quæst.* 269. vbi sic ait: Sciendum est quod Monasteria Regularium, licèt sint intra Diœcesim, sunt loca exempta quoad iurisdictionem Episcopi; nam locus exemptus, & locus extra Diœcesim æquiparantur ex glossa *in Clementina* 1. *de Foro compet.* & expressè docet Henriquez, *lib.* 13. *cap.* 16. *num.* 2. vbi docet, quod non dicitur subditus, qui intra Diœcesim fecit furtum in loco tamen exempto, vt in Monasterio. Idem docent Doctores teste Syluestro, *verb. Excommunicat.* 2. *num.* 12. ita etiam docent Doctores teste Bonacina, *tom.* 1. *d.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 11. *num.* 8. Sed petes, quid dicendum si quis commisit peccatum reseruatum in loco exempto, puta in Monasterio intra Diœcesim, quis potest illum absoluere? Respondeo posse absolui à quocumque approbato Confessario carente potestate super reseruatis, & ratio mihi est, quia dum non incidit in casum reseruatum, quia illud fuit commissum in loco exempto, consequenter absolui potest à quocumque simplici Confessario approbato, vt patet ex supra allata doctrina. Ita Baucius *vbi suprà*. Ex cuius doctrina infertur, quod si quis Panormi committeret casum reseruatum in Ecclesia sancti Cataldi, posse absolui à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbato, etiam si non haberet potestatem absoluendi Casus reseruatos, quia dicta Ecclesia sancti Cataldi est locus exemptus à Iurisdictione Archiepiscopi Panormitani, & subditus Archiepiscopo Montis Regalis.

2. Confirmatur supradicta sententia ex doctrina amicissimi Patris Pellizzarij, *tractatu de Monialibus, cap.* 5. *sectione* 4. *num.* 190. vbi sic asserit: Quæres an puellæ manentes in educatione apud Moniales exemptas, subiaceant iurisdictioni proprij Ordinarij? Respondetur; quod cùm iuxta dicta à Laymann, *libro* 1. *tract.* 4. *cap.* 11. *num.* 5. locus exemptus, & locus extra Diœcesim æqoiparentur, ex Glossa *in Clementina* 1. *de foro compet.* non omninò improbabiliter posset quis asserere dictas puellas non subiacere Ordinario, nisi in iis casibus, in quibus ei subiacent ipsæmet Moniales exemptæ: sicut neque subiacerent in casu, quo illæ essent extra Diœcesim. Et postea *num.* 191. quærit an dictæ puellæ, quandiu commorantur in Monasteriis Monialium exemptarum, subiaceant reseruationi casuum factæ ab Ordinario loci. Et respondet videri probabile, quod non subiaceant; si enim non subiacerent casibus Ordinarij Ferrariensis v. g. si existerent extra Diœcesim Ferrariensem, sic nec illis subiacebunt, si existat in loco exempto (cuiusmodi est Monasterium Monialium exemptarum:) siquidem locus exemptus æquiparatur loco extra Diœcesim. Et testatur ita etiam sensisse viros Doctos à se consultos.

Sup. hoc lege infra doctrinam Ref. 54. & aliarum eius not.

3. Confirmatur secundò ex doctrina DD. asserentium Monasteria existentia intra Diœcesim Episcopi esse exempta ratione sui non solùm, sed etiam ratione personarum. Idem prius docuit Henriquez *l.* 13. *cap.* 16. *num.* 2. & deinde secutus est Bonacina cum aliis DD. à se citatis, de censuris, *disp.* 1. *quæst.* 1. *part.* 11. *num.* 8. circa finem, vbi docent, violantes Statutum Episcopi in Monasterio exempto non incurrere excommunicationem ab Episcopo latam: Et addit, hoc est verum iuxta sententiam Auilæ, & aliorum, non solùm quando censura est lata per statutum, sed etiam quando est lata per sententiam. Vnde sequitur, quod si aliquis subditus Episcopo ante promulgationem Edicti existeret iuxta Diœcesim in Monasterio regulari, non incurreret censuram si tali die non iret ad professionem, dummodo non exeat à Monasterio regulari tali die.

Sup. hac assertione in tom. 5. tr. 1. Ref. 86. §. vlt. ad medium, sed lege eam per totam, & in Ref. 99. §. Dico. post medium, à vers. & hæc doctrina, & in aliis eorum annot.

4. Sed licet hæc omnia probabiliter dicta sint, etiam probabiliter alij contrarium sentiunt. Vide Suarez *de Censuris, disp.* 5. *sect.* 4. *num.* 6. Coninch *d.* 13. *de censuris, dub.* 7. *num.* 63. Salas *disp.* 14. *de legibus, sect.* 6. *num.* 85. Alterium *de censuris, disp.* 5. *de causa excommunicationis, lib.* 3. *cap.* 5. *vers. Hic autem.* Fillucium, *tract.* 11. *cap.* 5. *quæst.* 9. *num.* 149. Mercollam, *tom.* 2. *Theol. Mor. disp.* 4. *cap.* 6. *num.* 489. Cochier. *de Iurisdict. Ordinar. in exempt. part.* 2. *quæst.* 45. *num.* 2. *& sequenti.* & Palaum *part.* 1. *Oper. Moral.*

Sup. hoc in Reſ.&55.not. prætetita.

tractat.3. diſput.1.punct.14. §.5. num. 30. aſſerentes Monaſteria Regularium eſſe loca exempta, non ratione ſui, ſed ratione perſonarum. Ergo corruunt omnia ſupradicta. Et nouiſſimè ſapientiſſimus Pater Arriaga *in curſu Theologico, tom. 4. tract. de legibus, diſputatione* 13. *sect.2. num.* 21. *&* 22. ſolide probat diuerſum eſſe locum exemptum à loco extra Diœceſim: Et ideò, ego magis adhæreo huic ſententiæ, licet contraria non careat ſua probabilitate, quam præter Doctores citatos, tenet Bordonus *in Conſ. Regul. tom.* 1. *reſol.* 7. *num.* 4. Bonacina *de cenſuris, quæſt.* 1. *punct.*11. *num.*8. Paſqualigus *in quæſtionibus Can. quæſt.* 176. *per totam.* & Marcus Vidal *in Arca Theolog. Moral. titul. de cenſuris, Inquiſit. n.*36.

RESOL. LII.

An incidat in caſum reſeruatum blaſphemia, ſi quis in ebrietate illam proferat, quam ante ebrietatem prauidit?

Et an iſte cenſuram incurrat, ſi ea eſſet lata contra blaſphemantes?

Et an ſi quis vinum vſque ad ebrietatem ſumeret ad finem, & animo iactandi blaſphemias, iſte incidat in caſum reſeruatum blaſphemia, ſi illas proferat in ebrietate?

Et an iſte in iſto caſu non teneatur confiteri, ſe illas iactaſſe; ſed ſatis ſi dicere, quod ſe inebriauit animo illas iactandi?

Et notatur caſum reſeruatum blaſphemia eſſe de blaſphemia publica, & conſuetudinaria.

Sed difficultas eſt, quanam dicenda ſit blaſphemia publica, & quanam dicatur prolata ex conſuetudine?

Et an conculcantes & percutientes imagines ſacras ſint blaſphemi, vel ſacrilegi?

Et an hoc delictum pertineat ad S.Officium? Ex part. 10.tr.14.& Miſc.4. Reſ.70. aliàs 68.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Reſ.39. §. 2. & ſignanter§. Non deſinã. &pro cenſura lege ibi §.vlt.

§. 1. ALiqui affirmatiuè reſpondent. Ratio illorum eſt, quia talis blaſphemia diceretur voluntaria in cauſa. Et ſic putant quod iſte incideret in Cenſuram, ſi ea eſſet lata contra blaſphemantes. Ad quod facit regula, quam communiter tradunt Doctores ad dignoſcendum quodnam voluntarium ſufficiat ad incurrendam cenſuram: videlicet, ſi verba legis abſolutè prohibeant aliquod delictum ſub cenſura, puta homicidium, cenſuram incurri voluntariè occidendo eo voluntario, quod ſufficit ad culpam lethalem, & ad contumaciam contra Eccleſiam. Sed voluntarium in cauſa ſufficit ad peccatum mortale: Ergo ſufficiet ad cenſuram: Ergo etiam ad reſeruationem. Secùs verò quando culpa ſua fuiſſet quidem factus ebrius, ſed tamen non aduertiſſet ad periculum blaſphemandi, quia in tali caſu ſola ebrietas eſſet illi imputanda, non blaſphemia.

2. Sed Oliuerius Mazuchellus, *in tract. de caſibus reſeruat. diſp.2. cap.* 16. *quæſt.* 3. *num.* 55. contrariam ſententiam docet, quia talis blaſphemia in ebrietate prolata, non eſt peccatum: ergo nec reſeruata. Pro quo aduerte blaſphemiam, & alia peccata oris, puta hæreſim, maledictionem, contumeliam eſſentialiter non eſſe talia, niſi cum vſu rationis proferantur. Cæterum ita blaſphemantem non incidere in caſum expreſsè docet Graffius *in Praxi, lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 52. Addit etiam idem Mazuchellus id verum eſſe etiamſi quis vinum vſque ad ebrietatem ſumete ad finem blaſphemandi, iſte non incideret in caſum, Et ratio eſt, quia illi adhuc imputari non poſſet peccatum blaſphemiæ; vtpotè quod vſum rationis requirat. Vide Sancium *in Selectis diſputat.* 20. *n.* 5. *ad medium*, qui ad finem numeri infert, eum, qui ſe inebriauerit animo iactandi blaſphemias, ſi tempore inebrietatis illas iactet, non teneri in confeſſione dicere ſe illas iactaſſe, ſed ſatis eſſe dicere quod ſe inebriauerit animo illas iactandi.

3. Notandum eſt tamen hîc obiter, caſum reſeruatum blaſphemiæ eſſe de blaſphemia publica, & conſuetudinaria. Difficultas eſt, quænam dicenda ſit blaſphemia publica: Dico igitur cum noſtro Patre Vidal *in Arca Theolog. Moral. de blaſphemia. Inquiſit. vnica, num.*38. quod ad minùs coram ſex perſonis audientibus pronunciari blaſphemiam, dicenda eſt blaſphemia publica; quia penè occultum dicitur, quod fit coram quinque, cap. *Qui aliquando.* §.*Hæc ergo ſecreta de Pœnit. diſt. prim.* & Gloſſ. *in cap. Manifeſta* 2. *quæſt.*1. vbi habetur, occultum, dici, quod quinque ſciunt. Obſeruant etiam idem Vidal, *num.*41. cui adda Finellium, *de caſibus reſeru. caſ.* 3. *n.* 26. non eſſe dicendam blaſphemiam publicam, quando quis blaſphemat coram filiis, vel famulis tantùm, etiamſi eſſent plures quàm decem: Nam ad dicendam blaſphemiam publicã requiritur præſentia, & intelligentia Exterorum, qui non ſint ex familia blaſphemantis. Altera difficultas eſt, quænam blaſphemia dicatur prolata ex conſuetudine. Aliqui, vt Graffius *in ſua Praxi Caſuum reſeru. lib.*1. *cap.*10. *num.*14. Lucas Floronius *de Caſibus reſeruat. part.*2. *caſu* 3. *num.*10. & alij ex tribus actibus volunt induci. Alij, vt Iaſon *in leg. Ait Prætor.* 1 § *Iurari. ff. de Iureiurando, num.*4. cum eius Aſſeclis, ſentiunt non conſtitui per ternos actus, ſed requiri multò plures, non tenentes tamen numerum. Alij volunt, nec decem ſufficere actus in vno, aut altero die productos, vt Finellius cum eius Sectatoribus *ex de Caſib. reſeru. caſ.*3. *num.*18. alij procedunt cum diſtinctione ſic, vel conſuetudo eſt circa peccata contra Iuſtitiam, vt peccatum furti, & homicidij; vel eſt circa peccata contra charitatem, velut eſt ſodomia, inceſtus, blaſphemia, &c. Suppoſita hac diſtinctione, dicunt in peccatis contra Iuſtitiam conſtitui conſuetudinem ex geminato, aut triplicato peccato interpellatis temporibus patrato; & autumant ſic debere intelligi Doctores ſtatuentes conſuetudinem conſtitui ex duplici, aut triplici actu; nam quis non affirmaret illum eſſe conſuetudinarium furem, aut homicidam, qui in anno etia committeret furta grauia aut homicidia? Cæterum in peccatis ſolummodo contra charitatem exiſtimant non eſſe improbabilem opinionem Finellij, & eius Sectatorum, dicentium neque decem ſufficere actus in vno, aut altero die productos. Patet enim, quod ſi reſeruaretur mollities, quæ eſt peccatum contra charitatem, non ſufficeret actus ternus, vel quaternus, aut etiam maior numerus ad conſtituendam conſuetudinem. Quapropter leui negotio Doctores diſſidentes de numero iterationis ad conſtituendam conſuetudinem poſſent conciliari hanc admittendo diſtinctionem, quam vt longè attendendam, propono; quia diſtinguentes, vel attingunt veritatis finem, vel ei approximantur. Alij declinando ab extremis, tanquam periculoſis, & viam ſequentes mediam, quæ vulgo dicitur, Regia, aiunt quinque ſufficere actus, & in propoſito quinque blaſphemias, ad conſtituendum hominem conſuetudinariom in blaſphemiis. Iſtius ſententiæ ſunt præcipuè, quos viderint ipſe Lazarius *Canonicar. QQ. quæſt.*8. *num.*5. Homobonus *de Caſibus reſer. part.* 2. *caſu* 1. Petrus Bellochius *in Praxi Morali Theolog. part.* 2. *quæſt.*1. *num.*241. & ita etiam docet Vidal, *num.*40. Ex his patet, quod raro accidit, vt obſeruat Finellius *vbi ſuprà num.*29. conſuetudinarium, & publicum, in eodem concurrere; Multi enim ſunt blaſphematores conſuetudinarij, qui tamen non ſunt publici, & è contra; caſus vero complectitur

Sup. contento in hoc §. lege doctrinam § 1 per totũ, Reſ. ſeq & pro parte vide doctrinam § Reſ. not. ſeq.

Sup. hoc præter doctrinã. §. not. præcetitæ, ſignanter in tom. 5. tr. 11. ex Reſ. 8. lege doctrinam §. Nota tamen.

plectitur vtrumque. Neque hoc dixisse volui ad laxandas Confessariorum manus, verùm ad eosdem liberandos errore, ne, si fortè quempiam absoluant contra conscientiam erroneam sponte sua, si non excommunicationis, saltem mortalis peccati laqueo se implicent, & plurimi etiam se excommunicatos crederent, etsi non essent.

Sup. contento in hoc §. in tom. 5. tr. 12. Ref. 9. per totam.

4. At si aliquis hic quærat, an conculcantes, vel percutientes sacras imagines sint blasphemi, vel sacrilegi? Respondeo, hanc esse blasphemiam, docere Gyptium *de casibus reseruat. cap. 9. casu 3. num. 8.* esse verò sacrilegium meliùs tenet Pater Vidal. *vbi supr. num. 33.* Sed quicquid sit de hoc, certum est tale delictum pertinere ad Sanctum Officium tanquam merè Ecclesiasticum; & ita me citato tenet nouissimè Antonellus *in Regim. Eccles. Epis. tom. 2. lib. 6. cap. 25. num. 1.*

RESOL. LIII.

An sit blasphemas consuetudinarius, qui post retractam per actum oppositum prauam voluntatem, iterum deliberatè per tres vices blasphemat?

Et an iste nunquam incidat blasphemando tali modo in casum reseruatum blasphemia publica, & ex consuetudine; & hoc toties quoties per retractationem, & post actum contritionis extra Sacramentum detestatur consuetudinem aduertenter blasphemandi, si iterum semel, vel bis, aut ter blasphemat post vltimam retractationem, confessionem, vel contritionem?

Et notatur, quod hoc non debet intelligi de blasphemiis eodem tempore, eodemque impetu ira prolatis, sed de euomitis in interpellatis temporibus.

Et quid est dicendum de eo, qui in ludo eodem, & cum eisdem personis ex interuallo, & interpellatis diuersis verbis pluries blasphemauit Deum, vel B. Virginem, an, inquam, incidat in casum reseruatum, vt blasphemus ex praua consuetudine? Ex part. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 71. aliàs 69.

Sup. doctrina contenta in hoc §. pro blasphemia publica, & consuetudinaria, lege §. Notandum est. Ref. præteritæ, & pro consuetudine blasphemandi tātum perlege in tom. 5. tract. 12. ex Ref. 8. doctrinam §. Nota tamen.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Carolus de Baucio *de Casibus reseru. Ecclesia Neapolitana, fol. 41.* vbi sic ait: Dubium est, qui sic blasphemat coram quinque Deum ex peruersa consuetudine, sed accepta pœnitentia in foro pœnitentiali decreuit apud se non amplius blasphemare; verùm post aliquod temporis spatium, iterum reincidit bis, aut ter coram sex personis, an iste dicatur peruersè blasphemare. Respondetur quod sic; quia consuetudo facilè inducitur, sed difficulter repellitur, & res de facili redit ad pristinam naturam. Rursus illud dicitur nunquam fuisse, quod nunquam decreuit, vt patet ex cap. *Nam & ego.* iniuncta gloss. *de verb. significat.* sed qui post blasphemiam pœnitentia peracta recidunt, non videntur perstitisse in pœnitentia: ergo perseuerant in habitu peruerso blasphemiæ, vt consuetudo reuiuiscat; vt patet ex Textu, *in cap. Eos, qui de senten. Excommunicat. in 6.* Hucvsque Baucius; cui adde Graffium, *de Casib. reseru. lib. 1. cap. 10. numer. 67.*

2. Sed negatiuam sententiam tenet noster Pater Vidal *in Arca Theolog. Mor. tit. de Blasphemia. Inquis. vnica, num. 41.* sic asserens: Quæres an censeatur blasphemans ex peruersa consuetudine ille, qui dum confessus est peccata sua habuit firmum propositum se corrigendi, & non ampliùs blasphemandi: attamen interiecto aliquo temporis spatio, iterùm aduertenter blasphemat semel, aut bis coram tot personis sufficientibus ad faciendam blasphemiam publicam, & per consequens an illa blasphemia comprehendatur sub casu reseruato. Respondetur negatiuè. Probatur primò, quia blasphemiæ remissæ non aggrauant, neque coincidunt cum subsequentibus, sed istæ vltimæ non sunt ex se sufficientes ad constituendum blasphemantem ex consuetudine: ergo non censetur blasphemans ex praua consuetudine, qui post habitum efficax propositum non ampliùs blasphemandi iterum semel, vel bis blasphemat, ac idcirco talis blasphemia non erit reseruata: Antecedens probatur, quia blasphemiæ remissæ per pœnitentiam sunt omninò extinctæ, quoad omne suum esse, & virtutem: ergo nullo modo concurrunt ad constituendas subsequentes: Nam quod in se nullum esse habet, neque etiam potest concurrere ad esse alterius. Secundò probatur: illa consuetudo peccaminosa blasphemandi videtur interrupta per efficax propositum se abstinendi ab hoc blasphemiæ peccato: ergo cessat status huius peccati; cùm eius causa sit interrupta, & ablata, & ideò per actus subsequentes denuò incipitur, non verò continuatur: ergo quis iterum blasphemando semel, vel bis, non censetur blasphemans ex consuetudine praua, & per consequens illa blasphemia non erit reseruata. Aduertendum etiam est, hanc nostram probabilissimam, & veram opinionem verificari semper, toties quoties quis per actum contritionis extra Sacramentum Pœnitentiæ detestatur hanc peruersam consuetudinem aduertenter blasphemandi. Vnde, si quis coram pluribus personis in diuersis temporibus proferret semel, aut bis, vel ter blasphemiam aduertenter, & posteà per verum contritionis actum se pœniteret; & deinde interiecto temporis spatio iterum semel, bis, vel ter blasphemaret coram pluribus personis, ac prætereà denuo se efficaciter pœniteret, & id per plures vices obseruaret tam labi in peccatum blasphemiæ, quàm resurgere cum Dei gratia; dico, quod iste nunquam incideret blasphemando tali modo in casum reseruatum blasphemiæ publicæ, & ex consuetudine. Patet ex suprà adductis. Nota ergo pie Lector totum id diligenter, si vis immunis esse à multis scrupulis: Nam hic casus passim solet occurrere. Et hæc omnia docet Pater Vidal vbi suprà: in cuius fauorem obseruo hanc opinionem extare in tabella casuum conscientiæ Episcopatus Bergomensis, in qua vt obseruat Lupo *de Casibus reseruatis, part. 2. casu 11. num. 9.* declaratur vt tempus ac numeratio actuum blasphemiarum incipiat post habitam vltimam confessionem, vsque ad immediatè sequentem. Et hoc etiam docet Floronus *de Casibus reseruatis, part. 1. cas. 3. num. 10.*

3. Et nota hic superiùs dicta debere intelligi, non de blasphemiis in eodem impetu iræ, eodemque tempore prolatis, sed de euomitis in interpellatis temporibus. Ratio est, tum quia actus plures vnico contextu facti, pro vnico iudicantur. Curtius, *consil. 54. super duob. col. 1. in fine.* Tum quia ex continuatione actus vnum crimen supponitur. Dices cum *leg. Nunquam plura, ff. de Priuatis delictis*, quòd plura delicta pluribus pœnis plecti debent: ista autem sunt plura delicta, scilicet plures blasphemiæ: ergo, vel pluribus pœnis, vel saltem pœna resurrectionis puniri debent. Respondetur, quod nec pluribus pœnis plecti debent quia non sunt euomitæ cum interuallo temporis: nec item plecti debent pœna reseruationis, quia non sunt plura peccata blasphemiæ formaliter loquendo, vti requiritur ad incidendum in casum, sed vnum. Obiicies, quod actus geminatus plus operatur, quàm simplex. *leg. Cum scimus. Cod. de Agric. & censitis, lib. 11.* Respondetur, quod operatur aliquid plus quoad ostensionem maioris malitiæ, sed non quoad multiplicitatem actuum, seu blasphemiarum formaliter distinctarum.

Sup. hoc ista in tr. 7. Ref. 29. §. vlt. & in aliis §§. eius annot.

4. Nota

4. Nota etiam, quod dubium est de eo, qui in ludo eodem, cum eildem periolus ex interuallo, & interpellaris diuersis verbis pluries blasphemauerit Deum, vel Beatissimam Virginem, an incidat in casum reseruatum, vt blasphemans ex peruersa consuetudine. Respondetur non incurrere casum reseruatum, quia non sunt diuersæ blasphemiæ, si fuerint prolatæ ex interuallo, & interpellatis diuersis vicibus in eodem ludo, quia solius temporis interuallum non inducit diuersitatem, vel pluralitatem delicti, sed diuersi impetus. Quare si eodem impetu diuersis temporibus tantùm continuatis cum temporis interuallo fuerint prolatæ plures, & plures blasphemiæ, vna tantùm censetur: Ad hoc facit Text. *in leg. Quod lex. §. fin ff. de adult.* Et hæc omnia docet Baucius, *vbi suprà fol.* 37. & ante illum Graffius *loco citato, num.* 61.

RESOL. LIV.

An alumni, qui viuunt in Collegiis Societatis Iesu, vel aliorum Regularium exemptorum subdantur casibus Episcopalibus?

Idem est quoad confessiones & censuras. Ex part. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 14. aliàs 12.

Sup. hoc suprà in tr. 3. Ref. 24. §. Verum nimis. & hic suprà ex Ref. 51. lege doctrinam §. Confirmatur supra dicta per totum, & signanter post medium, vers. Et postea.

§. 1. MOuet hoc dubium Bordonus *in consil. Regul. resol.* 38. *quæst.* 5. *num.* 10. vbi sic ait. An Scholares collegialiter viuentes sub cura, & disciplina Religiosorum exemptorum, vt sunt nobiles in Collegiis Societatis IESV, aut aliorum Regularium subiiciantur quoad casus reseruatos ab exemptis, Superioribus Monasterij, vbi manent, an Episcopo, in cuius Diœcesi habitant?

2. Respondetur, si confitentur Confessariis Regularibus ab Episcopo, necessariò approbatis, tenentur casibus Episcopalibus, quia ille Confessarius, cui restricta est potestas; illos iudicare non potest, nisi virtute potestatis, quam habet à suo Episcopo, ac proinde a reseruatis absoluere non potest secum collegialiter viuentes. Quod si confiteri possunt Confessariis solùm intra Religionem admissis, subiiciuntur casibus Regularibus, quia talis Confessarius eos iudicare habet iuxta limites potestatis sibi communicatæ à suo Superiore. Faciunt dicta superiùs sub *quæstione* 1. Confirmatur, quia isti confiteri possunt Confessariis solùm in Religione approbatis, cum continui sint eorum commensales. Ita Bordonus: sed prorsus dicendum est, supradictos, quoad confessiones, censuras & casus reseruatos per omnia subiectos esse Episcopo in cuiusuis Diœcesi habitent; nec valet esse continuos commensales Regularium, nam ex suis viuunt expensis, & talem rationem *alibi* refutauimus.

Alibi in Ref. 1. not. præteritim.

RESOL. LV.

In Tabella casuum reseruatorum Diœcesis Panormitana adest peccatum sodomiæ; quæsitum à me fuit, an pueri ante annos pubertatis includantur in tali reseruatione? Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. Ref. 12.

Sup. hoc infrà in Ref. 65. §. Quarto quarto, & inferius in tr. 7. Ref. 137. §. vlt.

§. 1. DVas inuenio apud Doctores sententias circa hanc quæstionem. Prima affirmat, sic Homobonus *de cas. reseru. p.* 1. *c.* 3. *fol.* 60. ait: Peccata impuberum, vt masculorum ante 14. annum, reseruationibus Episcoporum subduntur, nisi aliud eorum statutis caueatur: ita etiam docuit Laxarius *tractat. de Blasphemia, q.* 9. *numer.* 42. & nouissimè Floronus *de casib. reseruat. part.* 1. *cap.* 3. *num* 3.

2. Secunda opinio negat, ita doctissimus Paludanus *in* 4. *sent. dist.* 34. *qu.* 1. *artic.* 1. & nouissimè Iacobus de Graffis *tom.* 1. *Consiliorum lib.* 5. *de adult. cons.* 1. *n.* 13. *& seq.* vbi quærit, an pueri succubi & muliebria patientes comprehendantur sub casu reseruato; & respondet negatiuè, quia sicut minor ætas in foro exteriori excusat à pœna ordinaria, ita & in animæ iudicio. Et ita etiam docet Bellochius *de cas. reseruat. p.* 2. *q.* 1. *n.* 203. *& q.* 17. *num.* 66.

RESOL. LVI.

Quidam Sacerdos absoluit pœnitentem, qui rem habuerat cum fœmina in vase præpostero, tenens illam opinionem, hanc non esse veram sodomiam, non includi in casu reseruato sodomiæ posito in Tabella Illustrissimi Archiepiscopi; quæsiuit postea, an peccauerit, & an illud Sacramentum fuerit nullum, quia ille pœnitens aliud peccatum in illa confessione non fuerit confessus?

Et discutitur, an in materia Sacramentorum sequi possit opinio probabilis, relicta probabiliori & tutiori?

Et adde non solum errorem communem, sed etiam probabilem Doctorum opinionem efficere, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiamsi forte opinio illa sit falsa, vt si probabile sit talem posse absoluere a reseruatis, censuris, & similibus. Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. Ref. 29.

§. 1. ALiqui, vt ipse asserebat, responderunt affirmatiuè. Nam licèt in aliis possit quis sequi opinionem probabilem, relicta etiam probabiliori & tutiori, vt nos suprà probauimus, tamen hoc non est licitum in administrandis Sacramentis. Sed talis Sacerdos tenuit opinionem probabilem, & cum illa Sacramentum administrauit; ergo. Et ita hanc sententiam docuit Sancius *in select. disput.* 44. *num.* 19. Nugnus *in addit. ad* 3. *p. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 5. *dub.* 1. Salas *in p.* 2. *tom.* 1. *tract.* 8. *disp. vnic. sect.* 10. *n.* 101. *& sect.* 27. *n.* 285. *&* 287. & nouissimè Filliuc. *in q. mor. tom.* 2. *tract.* 21. *c.* 4. *n.* 139. vbi ait: In casu opinionum circa iurisdictionem Sacerdotis confessiones excipientis, magis tutam opinionem sequendam esse censeo, vbi tamen adesset communis error, cum titulo colorato satis tuto, potest talis haberi pro vero Confessario. Hæc ille.

Sup. hoc infra in Ref. 58. § Et ideo. & §. vlt. sed lege eam per totã, & in Ref. 65. § vlt. & in tom. 6. tr. 1. in fine Ref. 79. & in tom. 5. tr 9. Ref. 35. § 1. post medium, à vers. vnde asserit. & si placet, lege hic infrà in tr 7. doctrinam Ref. 132. signanter ad medium.

2. Sed ego ad propositum dubium negatiuè respondi. Nam licèt verum sit, quòd in materia Sacramentorum non sit sequenda opinio probabilis, relicta probabiliori & tutiori, non solùm ratione obligationis charitatis erga proximum, vt voluit Vasquez *in p.* 1. *tom.* 1. *disp.* 63. *cap.* 3. verùm etiam ratione reuerentiæ debitæ Sacramento, & ita absolutè tenuit hanc opinionem Suarez *in* 3. *p. tom.* 4. *disput.* 26. *sect.* 6. *num.* 5. licèt mihi distinctio Vasq. magis placeat, tamen ab hac regula, & ex ista conclusione excipitur casus, de quo loquimur: nam si aliquæ opiniones circa iurisdictionem Sacerdotis ad audiendas confessiones versantur, & opinio probabilis doceat illam habere, probabilior autem neget, licitum est Sacerdoti relinquere probabiliorem, & sequi probabilem. Ita Malder. *in p.* 2. *quæst.* 19. *art.* 5. *disp.* 86. *ante dictum* 7. Martinez *tom.* 1. *in p.* 1. *q.* 19. *art.* 9. *dub.* 6. *concl.* 7. Bonac. *tract. de leg. disput.* 2. *q.* 4. *punct.* 9. *num.* 19. Reginald. *in praxi, tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 102. *&* 103. Coninch *de Sacram. disp.* 8. *dub.* 3. *concl.* 6. *num.* 22. *& dub.* 6. *num.* 46. & Lessius *de iust. lib.* 2. *c.* 29. *dub.* 8. *num.* 68. vbi asserit: Adde non solùm errorem communem, sed etiam probabilem

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Ref. 4. & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Res. 4. §. Sed audiamus. & in aliis §§. & & vlt. eius not.

babilem DD. opinionem efficere, vt Ecclesia det iurisdictionem, etiamsi fortè opinio illa sit falsa: vt si probabile sit, talem posse absoluere à reseruatis, vel censuris, & similibus. Ita Lessius, qui citat pro hac opinione etiam Henriquez *lib. 2. de pænit. c. 14. num. 3. & 4.* & illam etiam post Lessium & alios docet Sanchez *in summa. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 35.* Quoniam (ait ipse) in talibus confessionibus semper quispiam fatetur aliqua venialia cum mortalibus, de quibus mortalibus est opinio probabilis; sed quilibet Sacerdos habet certam iurisdictionem circa venialia, & ideo cùm pœnitens non ponat obicem, & sit certa iurisdictio in aliquam materiæ partem, erit certus confessionis valor: & quamuis talis Confessarius careat iurisdictione in mortalia ea indirectè & per accidens, virtute illius iurisdictionis remittuntur, quicquid in contrarium afferat Nugnus *vbi suprà.*

3. Dico igitur non solum adesse valorem Sacramenti in illa confessione, in qua pœnitens cum mortalibus, de quibus adest opinio probabilis, confitetur aliqua venialia, vt modò asserebat Sanchez: sed etiam quando in illa confessione (vt fuit in casu, de quo interrogatus fui) non confitetur, nisi illud peccatum, de quo extabat opinio probabilis, confessarium posse illum absoluere; nam tunc opinio DD. probabilis efficit, vt Ecclesia tali sacerdoti in illo casu conferat iurisdictionem.

4. Ad argumentum pro contraria sententia in principio positum, patet responsio ex dictis. Nam in aliis casibus in materia Sacramentorum, sequendo opinionem probabilem, relicta probabiliori & tutiori, esset periculum irritandi Sacramentum, quod in casu de quo loquimur, non potest euenire. Nam licèt illa opinio probabilis sit falsa à parte rei, tamen in tali casu iurisdictio suppletur & confertur ab Ecclesia. Illud verò quod ait Filliuc. mihi displicet. Nam si non esset admittenda doctrina superiùs posita in casu, de quo loquimur, sequerentur eadem incommoda, quæ sequerentur, Ecclesia non supplente iurisdictionem, quando est error communis, & titulus coloratus, in quo casu vult ipse iurisdictionem ab Ecclesia suppleri. Ex his omnibus apparet, me rectè consuluisse, Sacerdotem absoluentem cum opinione probabili illum pœnitentem, qui rem habuerat cum fœmina in vase præpostero, non obstante reseruatione peccati sodomiæ, non peccasse, neque irritum effecisse Sacramentum. Salua semper, &c.

RESOL. LVII.

An Bulla Pij V. contra Clericos Sodomitas obliget in foro conscientiæ, & sit vsu recepta? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 61.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 5. Res. 38. §. Quoad. & per. lege obiectionem Caramuelis aduersus hanc quæst. in tom. 6. tr. 1. Res. 39. signanter à lin. 1. § 2. & vide etiam doctrinam alterius Res. eius primæ not. & infrà vide Res. 63. & alias Res. & §§. eius an-

§. 1. OBligare putauit Nauar. *in man. cap. 27. num. 249.* & in hanc opinionem inclinat Gambarupta *de casibus reseruatis cas. 1. n. 4.*

2. Sed contrariam sententiam docuit Iac. de Graff. *in suis dec. p. 1. lib. 2. c. 90. num. 4. & 5.* vbi probat supradictam Extrauagantem tantùm pertinere ad forum exterius. Et non esse in foro conscientiæ vsu receptam, tradiderunt Belloch. *in praxi de cas. reser. p. 2. q. 1. n. 211.* Auila *de cens. p. 7. disp. 4. dub. 7. concl. 7. in fin.* Henriq. *in sum. lib. 14. c. 5. n. 1.* & Prosper de August. *in addit. ad summ. Quaranta, ver. sodomia*, & ita asserit, respondisse multos viros doctos, & innuit Soar. *de censur. disp. 31. sect. 4. num. 22.* & absolute tenet Filliuc. *de casib. reseruat. p. 2. c. 7. §. 1. num. 8.* vbi testatur, quemdam ex Societate Iesu testatum fuisse, Cardinalem Sabellinum Vicarium Romani Pontificis consultum respondisse, hanc Bullam non esse vsu receptam. Sed quia fieri potest vt alicubi sit vsu recepta, ideo quæritur,

notationum, & doctrinas sep'eueris pro hac quæst.

RESOL. LVIII.

An Clericus incurrat in pœnas supradictæ Bullæ, si habeat rem cum aliqua muliere in vase præpostere?
Et an incurrat in casum reseruatum sodomiæ ille, qui cum muliere rem habuerit in vase præpostere? Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 62.

Sup. hoc in tom. 6. tr. 1. ex doctrina Res. 79. & aliarum eius notationum, & signanter ibidem in fine, & in Res. 3. annot. seq. cursim in fine §. 1. & in tom. 5. tr. 5. Res. 38. § 2. ad medium.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Sayrus *de cens. lib. 7. c. 12. n. 23.* Campanile *in diuer. iur. Can. rubr. 11. c. 22. n. 17.* Garsias *de benef. tom. 1. p. 12. c. 10. §. 1. n. 207.* Prosper de August. *in addit. ad summ. Quaranta, verb. sodomia*, & Aloys. Ricc. *in praxi, p. 3. resol. 62. n. 4. & p. 1. resol. 302. n. 2. & in Collect. areis decis. part. 3. collect. 1877.* Ratio est, quia cócubitus cum fœmina in vase præpostero est verè sodomia, vt tenet Homob. *in exam. Eccl. q. 1. tr. 7. c. 28. q. 214.* Regin. *in praxi tom. 2. l. 22. c. 3. sect. 10. n. 49.* Lessius *lib. 4. c. 3. dub. 13. n. 90.* Llamas *in sum. p. 3. c. 8. §. 21.* Menoch. *lib. 2. de arbitrariis cent. 3. cas. 286. n. 3.* qui citat Cardinal. Dec. Afflict. & alios, vide etiam Iul. Clarum *lib. 5. § sodomia, n. 25.* & Lamberc. *de iure patron. p. 1. lib. 2. in art. 1. principali, n. 3.*

Sup. contenta in hoc & §. vlt. huius Res. suprà in Res. 56 & infra in Res. 61. § vlt. & in fine Res. not. præteritæ, & in tom. 5. tr. 9. Res. 15 §. 1. prope finem, à vers. vnde asserit, & infrà in tr. 7. Res. 132. signanter ad medium.

2. Et ideo Iac. de Graff. *in praxi. lib. 1. cap. 11. numer. 2.* cum Riccio *vbi suprà*, & Gambarupta *de cas. reseruat. cas. 2. num. 3.* Homobon. *de cas. resern. p. 2. cas. 5. sect. 3.* asserit, concubitum cum fœmina contra naturam, esse includendum in casu reseruato sodomiæ.

3. At mihi contraria sententia semper visa est etiam probabilis, & probabilem etiam illam vocat Barbosa *in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 31. c. 4. n. 10.* & in terminis nostræ Bullæ eam docet Axor. *p. 3. lib. 3. cap. 19. quæst. 3.* Floronus *de cas. resern. p. 2. cas. 7. §. 1. n. 9.* & Belloch. *vbi suprà, num. 219.* vbi probant, Clericum non incurrere in pœnas huius Extrauagantis, si cognoscat fœminam extra vas debitum. Ratio est, quia sodomia est peccatum contra sexum, & debitum instrumentum; sed quando aliquis præposterè cognoscit mulierem, si non seruat debitum vas, seruat tamen sexum. Ergo non committit propriè sodomiã. Et ita docet D. Thom. 22. *quæst. 154. art. 11.* cum Caiet. Axor. *vbi sup. cap. 20. quæst. 1.* Tannerus *in 2. 2. disp. 3. q. 3. punct. 6. num. 149.* Valent. *tom. 3. disp. 9. q. 3. punct. 3.* Zanardus *in direct. part. 2. præcept. 6. c. 10.* Ioan. de la Cruz *in direct. cons. p. 1. præc. 7. art. 7. dub. 8. concl. 1.* Ledesma *p. 2. tract. 27. c. 15. concl. 1.* Henriquez *lib. 11. c. 17. num. 6. in gl. litt. A. & B.* Bonac. *tract. de matr. q. 4. punct. 11. propos. 1.* Filliuc. *tom. 1. tract. 10. c. 8. n. 158.* cum aliis.

Sup. hoc suprà in §. Et ideo. huius Res. & in aliis eius not.

4. Ex his apparet, me probabiliter olim respondisse, quemdam non incurrisse in casum reseruatum sodomiæ, dum habuit rem cum muliere in vase præpostero: & ita tenent Syluius in D. Th. 2. 2. *q. 154. art. 12.* Bonac. *vbi suprà n. 5.* Chapeauilla *de cas. reseru. c. 15. quæst. 2.* Summa Corona *p. 2. c. 2. n. 26.* Floronus *de cas. resern. p. 2. cas. 7. n. 6.* & Iac. de Graff. sibi contrarius *in tom. 2. lib. 5. cons. 3.* cum aliis.

RESOL. LIX.

An Clericus incurrat pœnas supradictæ Extrauagantis, si non emisit semen intra vas?
Ex quo deducitur, quod ad incurrendum in casum reseruatum sodomiæ, necessarium est, vt semen intra vas effundatur, sin autem, non erit propriè sodomia. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 63.

§. 1. Respon

§. 1. REspondeo negatiuè, & ita in terminis docuit Bellochius *in praxi de cas. res. p. 2. q. 1. n. 210.* Azor. *p. 3. lib. 3. c. 19. q. 4.* Salzedo *in add. ad pract. crim. Diaz. c. 88.* Iac. de Graff. *in dec. p. 1. lib. 2. cap. 90. n. 11.* Rodriquez *in sum. p. 1. c. 108.* Floronus *de cas. res. part. 2. cas. 7. n. 8. & 9.* Sayrus *de cens. lib. 6. c. 12. n. 23.* Campanile *in direct. iur. Can. rub. 11. c. 22. n. 14.* Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 27. c. 15. concl. 4.* Zanardus *in Theol. part. 2. prac. 6. c. 9.* Chapeauilla *de cas. res. c. 15. quaest. 3. p. 1.* Finellius *de cas. res. cas. 9. n. 6.* Coriol. *de cas. reseru. p. 2. cas. 9. n. 26. in fin.* Filliuc. *tom. 1. tract. 17. c. 7. n. 127.* Aloys. Ricc. *in praxi, tom. 3. resol. 62. n. 2. & p. 1. resol. 392. n. 2.* Prosper. de August. *in add. ad sum. Quaranta, ver. sodomia.* Suarez *de cens. disp. 31. sect. 4. n. 21.* Et ratio est, quia quando lex prohibet aliquod delictum, intelligit de delicto consummato; sed quando semen intra vas non immittitur, non dicitur sodomia consummata. Ergo, &c. Maior patet ex authoritate *c. hac autem dist. 5. de pæn. & ex l. 1. §. hac verba, ff. quod quisque iuris.* Minor probatur ex communi DD. sententia, qui asserunt non esse perfectè sodomiam, quando masculus habet rem cum masculo, si non emittat semen intra vas. Vide Regin. *tom. 2. lib. 12. c. 3. sect. 10. num. 49* Sanch. *de matr. tom. 3. lib. 10. disp. .. n. 1* . & alios.

Sup hoc infra in Res. 65. §. Quæro tertio.

2. Hinc rectè deducitur ad incurrendum casum reseruatum sodomiæ, necessarium esse, vt semen intra vas effundatur; sin aliter, non erit propriè sodomia, & per consequens, nec casus reseruatus. Ita Bonac. *de matrim quaest. 4. punct. 11. n. 2.* Finellius *de cas. reseru. cas 9. num. 6.* Chapeauilla *cap. 25. quaes. 2.* Graffius *tom. 1 lib. 5. c. cas. 3. numer. 20. de adulter.* Homobon. *de cas. res. part. 2. cap. 4. sect. 5. & in exam. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 38. quaes. 114.* vbi asserit, tunc sodomiam esse casum Episcopo reseruatum, quando delictum est consummatum, & perfectum, quod accidit, quando seminatio facta est in vase obscœno; vel etiam, ex multorum sententia, si membrum ex partibus pudendis extrahatur, & extra vas semen effundatur. Quæ quidem vltima verba sunt valde adnotanda, licet aliqui contrarium sentiant; nam in tali casu sodomia non est consummata, sed attentata. Ergo non est casus reseruatus; sicut etiam non erit casus reseruatus, si membrum intra vas ponatur per multum spatium temporis, incipiendo, & prosequendo actum sodomiticum, sed semen non effundatur. Vide Molfes. *in summ. tom. 1. tract. 7. cap. 20. cas. 9. num. 109.*

RESOL. LX.

An in pœnae dicta Bulla incidant Clerici tam agentes vitium sodomiticum, quam patientes?

Et an casus reseruati sodomia extendantur solum ad agentem, & non ad patientem? Ex part. 2. tract. 17. & Misc. 3. Res. 64.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 2. Res. 12. §. vlt. ad fin. 3.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam amplexus est Aloys. Riccius *in praxi tom. 1. resol. 57. n. 7.* Floronus *in tract. de cas. res. p. 2. cas. 7. §. 1. n. 6.* & Coriolan. *tract. de cas. res. part. 2. cas 9. § 10. n 30.* quia tam Clericus agens, quàm patiens dicitur sodomiam perpetrare: vnde iura, pœnas, infligentia contra sodomitas, loqountur, tam in agente, quàm in patiente, vt constat ex authoritate *l. cùm vir. C. de adult. §. 1. in auth. vt non luxurientur contra naturam*; & rectè quidem, nam in correlatiuis dispositum in vno censetur etiam dispositum in alio ex illis; & ita Bonac. *tract. de matrim. q. 4. punct. 11. n. 2* Finellius *tract. de cas reseru. cas. 9. n. 5.* & alij, putant in casum reseruatum sodomiæ, incurrere tam agentem, quam patientem.

2. Sed in contrarium posset aliquis dicere, patientes non posse propriè dici sodomitas, sed molles, iuxta illud D. Pauli 1. *Cor. 6. Neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt.* Vbi glossa sic exponit, quam sequitur D. Thom. *in 2. 2. q. 138 art. 1. ad 1.* & Caiet. *in summ. ver. mollities, in fi.* vbi asserit, quòd molles dupliciter dicuntur, vel quia patientes sunt cum aliis, vel quia peragunt in se pollutionem voluntariam. Deinde tum ex diuersitate vocabuli, tum ex diuersitate pœnæ, tum ex grauitate sceleris adest magna differentia inter agentem, & patientem; nam maius est peccatum agentis, quàm patientis, vt notauit D. Antonin. *in summ. part. 3. tit. 17. cap. 17. §. 4.* & in foro contentioso, maior pœna imponitur agenti, quàm patienti. Vnde Iac. de Graff. *in pract. cas. res. lib. 1. cap. 11. num. 7. 8. & 26.* putauit, quòd reseruatio casus sodomiæ extendatur solùm ad agentem, & non ad patientem. An verò hæc opinio sit probabilis, iudicent viri docti.

Sup. hoc infr. in Res. 65. §. Quæro secundo. & in aliis ibi annot.

RESOL. LXI.

An Clericus sodomiticum crimen admittens semel, vel bis, aut ter incurrat pœnas supradictæ Bullæ?

Et an sit denuntianda mulier, quæ semel maleficium fecit, aut superstitionem, nisi saperet hæresim? Ex part. 2. tractat. 17. & Misc. 3. Res. 65.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenuit Azeued. *lib. 8. recop. leg. 1. tit. 21. n. 12. & 23.* Io. de Vela *de pœnis delict. c. 33.* Ceuallos *in tract. de cognitione per viam violentia p. 2. q. 87. n. 4.* Ignatius de Saldezo *in add. ad pract. crim. Bernardi Diaz. c. 8. litt. C.* & post illum nouissimè Flauius Cherubinos *in compendio Bullarij constit. 72. Pij V. schol. 2.* Ex Theologis Aldrete *in discip. relig. lib. 2. c. 15. §. 5. n. 8.* & hanc sententiam probabilem vocat Ledesma *in sum. p. 2. tract. 27. c. 17. n. 15. concl. 4.* Ratio est, quia si in laicis huius criminis frequentia minimè desideretur, quare in clericis idem non erit iudicandum?

2. Deinde, licèt Pontifex in hac Bulla vtatur hoc verbo *exercentes*, tamen Pontifices in Canonicis decretis, tam rigidam, & exactam verborum proprietatem obseruare non solent, & Pius V. in Extrauag. confirmat aliam editam anno 1. sui Pontificatus, in qua non verbo *exercentes*, sed *perpetrantes* vsus est. Ergo, &c.

3 Sed nimis rigida sunt hæc; ideo negantem sententiam docent communiter DD. Hi sunt Medius *in tract. de sacris Ordinibus, cap. 22. n. 9.* Bellochius *in praxi de cas. res. p. 2. q 1. n. 217.* Homob. *de cas. res. p. 2. c. 4. sect. 5. cas. ..* Graffius *in dec. p. 1. lib. 2, c. 90. n. 12.* Rodriq. *in summ. p. 1. cap. 208. n. 1* Floronus *de cas. res. p. 2. cas. 7. §. 1. n. 9.* Sayrus *de cens. lib. 7. cap. 12. num. 23.* Campanile *in diuer. iur. Canon. rubr. 1. c. 22. n. 11.* Zanardus *in direct. Theol. p. 2. pracep. 9. c. 9* Finell. *de cas reseru. cas. 9. n. 6.* Azor. *p. 3. lib. 3. c. 19. q. 2.* Nauarrus *in man. c. 27. num. 250.* Auila *de censu. p 7 disp. 4. concl. 7.* Coriolan. *de cas. res. p. 2. cas. 9 n. 25.* Filliuc. *tom. 1. tract. 17. cap. 7. n. 127.* Aloysius Ricc. *in praxi tom. 3. resol. 58. num. 1. & p. 1. resol. 302. num. 3.* Suar. *de cens. disp. 31.* Genuensis *in praxi Archiep. c. 97. n. 1.* Prosper de August. *in addit. ad summam, Quaranta, ver. sodomia. lin 4.* & alij qui aduersùs Salzedum *vbi supra*, & alios citatos ab Aldre. *de discipl. Relig. lib. 2. cap. 15. §. 5. à n. 26. vsque ad 34.* & Portel *in dub. Regul. ver. Pœna, n. 6.* asserũt non sufficere vnicum lapsum, vel si bis, aut ter tale crimen commiserit; nam in Bulla Sum. Pontif. infligit has pœnas in clericos exercentes sodomiam: at in iure intelliguntur hi, qui aliquid faciunt frequenti vsu, & continuato, sicut non

dicitur artifex, seu mercator, qui semel, aut iterum id exercet: sed qui toties exercet, vt opinione vulgi habeatur pro tali. Et hanc opinionem insinuat etiam Henriq. *in summ. lib. 14. c. 5. num. 1. in glossa F.* Vide etiam Panorm. *in cap. 1. num. 24. de indic.* & copiosè Floron. *de cas. resern. vbi sup. p. 2. cas. 2. num. 1. & seq.* Hinc Genuensis *in praxi Archiepisc. c. 18. num. 15.* docet, non esse denunciandam mulierem, quæ semel maleficium fecit, aut superstitionem, nisi saperet hæresim manifestè, & simplicitas, aut alia iusta causa non excusaret.

RESOL. LXII.

An Clericus incurrat pœnas dictæ Bullæ, si vitium bestialitatis commiserit?

Et pro praxi huius quæstionis aliqui alij diuersi casus explanantur, & tandem deducitur legem pœnalem non esse extendendam de casu ad casum, ex identitate rationis; & casibus reseruatis, vt pote pœnalibus strictam debere fieri interpretationem. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 66.

§. 1. INcurrere putauit Aloysius Ricc. *in praxi tom. 3. resol. 59.* Campanile *in diuer. iur. Can. rub. 11. cap. 12. n. 18.* Roland. à Valle *vol. 1. cons. 7. n. 2.* Ledesma *in sum. tom. 1. tr. 27. c. 11. concl. 4.* Vega *in summ. tom. 2. cap. 102. cas. 5.* Homob. *in exam. Eccl. p. 2. tract. 11. c. 12. n. 26.* Narbona *in 3. p. recopil. lib. 4. tit. 1. leg. 10. gl. 8. n. 13.* Rodriq. *in sum. tom. 1. c. 208. n. 2.* & Prosper de August. *in add. ad summam Quaranta, ver. sodomia*, & nouissimè Belloch. *de cas. reseru. p. 2. q. 5. num. 39.* Et ratio est, quia lex pœnalis extenditur de casu ad casum, quando militat eadem ratio, vt notat gl. *in cap. 1. de temp. ord. ver. Italie*, quam Glossam singularem vocauit Abbas *in c. nihil, de electione, & in c. finali, de rescript.* & alij. Sup. hoc in tom 5. tr. 1. Res. 79. & in aliis eius annot. primæ.

2. At his non obstantibus, puto clericum vitium bestialitatis exercentem non incurrere in pœnas huius Bullæ; & ita tenet Barbosa *in suis collect. tom. 2. lib. 5. tit. 31. cap. 4. num. 11.* Garsias *de beneficiis tom. 2. p. 11. c. 10. §. 2. num. 205.* & Bannez *in 2. 2. q. 64. art. 8.* Et ratio est; nam bestialitas non est propriè sodomia, contra quam edita fuit hæc Bulla: & lex pœnalis non est extendenda ad casum non expressum, etiam si in illo eadem inueniatur ratio, maximè in foro conscientiæ, vt probat P. Miranda *in man. Prælat. tract. de monialibus, q. 2. art. 10. conclus. 1.* Sanchez *de matrim. tom. 3 lib. 10. disp. 4. n. 3.* Henriquex *in summ. lib. 7. 30. n. 4. in gl. litera C.* Garsias *vbi sup. n. 206.* Castrus *de leg. lib. 6. cap. 3. n. 5. & c. 4. n. 1.* & alij.

3. Probatur hæc opinio exemplis. Nam *in Clem. vnica, de consang. & affin.* excommunicantur Moniales professæ, cuicumque nubentes, & accipientes illas in vxores, & excommunicantur etiam professi ineuntes matrimonium. Et tamen, vt notat Cardin. Ancharanus, & Bonifacius *hic*, D. Antoninus *p. 3. tit. 24. art. 34.* Caiet. *in summ. ver. excommunicatio, c. 47.* cum Sanch. *de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 48. num. 2.* si aliqua fœmina sæcularis iniret matrimonium cum professo, non incideret in dictam excommunicationem, sicut incideret in dictam excommunicationem vir ineundo matrimonium cum Moniali. Et tamen militat eadem ratio. Sed quia textus loquitur de masculis nubentibus cum Monialibus, & non de fœminis nubentibus cum professis, licèt, vt dixi, in vtrisque militet eadem ratio, tamen mulieres nubentes cum professis non incurrerent in excommunicationem, quia lex pœnalis restringenda est, & non amplianda, etiam ex identitate rationis.

4. Secundò, in Concil. Trident. *sess. 25. de regul. cap. 8.* excommunicantur omnes, qui cogunt mulieres ad ingrediendum Monasterium: & Sanch. *in summ. tom. 1. lib. 4. cap. 4. num. 3.* cum Suarex, & Bannez asserunt sub nomine mulierum non esse includendos viros. Et tamen etsi Concilium de solis cogentibus fœminas loquatur, eius ratio finalis, quæ est libertati ingressus consulere, æquè procedit in viris coactis.

5. Tertiò, Religiosus administrans sacramentum Pœnitentiæ, vel Baptismi, sine licentia Parochi, non incurrit pœnas *Clem. 1. de priuileg.* quia dicta Clementina loquitur solùm de sacramentis Eucharistiæ, Matrimonij, & Extremæ vnctionis. Et tamen in aliis sacramentis Pœnitentiæ, & Baptismi eadem militat ratio. Ita Glossa, & Abbas *ibidem*, quibus adde Capel. Tholos. *dec. 121.* Sup. hoc pro Baptismo supra in tr. 1. Res. 48.

6. Quartò, Glossa *in Clement. 1. de decimis*, vbi asserit constitutionem illam, qua punitur Religiosus fraudans decimas Ecclesiæ, non extendi ad Clericos sæculares eadem facientes.

7. Quintò, etiam Glossa *ver. suspensi in c. finali, de offic. deleg. lib. 6.* restringit pœnam dicti capitis ad solos conseruatores, de quibus loquitur, dicens aliter esse in Delegato similia faciente.

8. Sextò, eadem Glossa *ver. moderatas, in fine in cap. statutum §. insuper. de rescr.* pœnam d. c. loquentis de legato Papæ, non audet extendere ad delegatos ordinarij, eundem excessum, circa expensas facientes.

9. Septimò, Greg. XIII. excommunicauit ingredientes Monasteria Monialium prætextu licentiarum: & tamen in hanc excommunicationem non incurrunt illi, qui dicta Monasteria, sine prætextu licentiarum ingrediuntur, vt infrà, Deo dante, videbimus: & docet Suarex *de cens. disp. 22. sect. 6. n. 11.* Sup. hoc in tom 5. tr. 1. Res. 90. & ibi in tr. 9. Res. 55. §. vlt. post medium, à vers. Et ego.

10. Ex his omnibus apparet, legem pœnalem non esse extendendam de casu ad casum ex identitate rationis: vnde, vt suprà diximus, Clericus committens vitium bestialitatis non incurrit in pœnas huius constit. Pij V. quia est de edita contra Clericos exercentes sodomiam. Vndè apparet me rectè olim consuluisse in casibus reseruatis, vtpote pœnalibus, strictam debere fieri interpretationem. Et ita tradiderunt ex nostris P. Naldus *in summ. cas. n. 3.* Chapeauilla *de cas. reser. cap. 6. quæst. 1.* Coriolan. etiam *de cas. res. p. 1. sect. 1. a. 5. n. 4.* Homobon. *p. 1. de cas. res. c. 2.* Bonac. *de matrim. disp. 4. punct. 11. n. 5. de Sacram. disp. 5. q. 7. punct. 5. §. 3. num. 1.* Reginald. *in praxi tom. 1. c. 11 sect. 1. n. 127.* & alij, aduersùs Floronum *tract. de casib. reseru. p. 1. c. 1. n. 30. & 40.* Finell. *de cas. reseru. c. 5. num. 3. & cas. 4. num. 25.* Graffium *in pract. lib. 1. c. 4. reg. 4. num. 25.* & alios contrarium sentientes. Sed tu tene primam sententiam. Olim signatæ in tom 5. tr. 9 Res 35. à lin 7. & vers. Ideo & in alia Res. eius not. & hic ex consequentis doctrinæ quatuor Res. præteritarũ.

RESOL. LXIII.

Vtrum ad incurrendas pœnas supradictæ Bullæ exigatur sententia Iudicis, ita vt ante illam Clerici dictas pœnas non incurrant in conscientia?

Et ex doctrina huius quæstionis deducuntur alij septem casus in §. vltimo huius Resolutionis, & alij quamplurimi deduci possunt, in quibus non incurritur in pœnas à lege Ciuili vel Ecclesiastica impositas ante Iudicis sententiam. Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 67.

§. 1. DVbius in hac re manet Nauarr. *in man. c. 27. num. 150.* & potiùs videtur inclinare, quòd dictæ pœnæ incurrantur in foro conscientiæ. Ratio est, quia Pontifex in textu Bullæ dicit, *Priuamus*; quod verbum, cùm sit præsentis temporis, continet sententiam latam. Sup. hoc lege Res. & 55. not. seq. & signanter cursim & incitanter in tom. 5. tract. 2. Resol. 12.

2. Sed hæc sententia admodum dura, & rigorosa est;

§. vlt. in principio, & melius ibi in tr.5. Ref. 38. §.1.in principio, & lege etiam alias duas primas Ref.eius not.

est; vnde mihi contraria vera videtur, quam tuentur, & docent Sayr. *de censur. lib. 7.c 12. num. 24.* Homobon. *de exam. Eccl. part. 1. tract. 11. cap. 12. q. 26.* Sanchez *de matrim. tom.2. lib. 7. disput. 46. numer. 28.* quicitat Graffium, Vegam & Rodriq. Auila *de cens. p. 7. disp. 4. dub. 7. concl. 7.* Henriquez *lib. 14. c. 5. num. 2. in gloss. lit. F.* Homob. de bonis *in exam. Theol. p. 1. tr. 5. c. 8. qu. 15.* Floron *de cas. res. p. 1. cas. 7. §. 1. num. 8.* Bonac. *de matrim. q. 4. punct. 11. num. 2.* Finell. *de cas. res. cas. 9. num. 6.* Azor. *p. 3. lib. 3. c. 19. q. 5.* Fanard. *in direct. p. 2. prac. 6. c. 9.* Suar. *de cens. disput. 31. sect. 4. num. 22.* Filliuc. *tom. 1. tract. 17. n. 127.* & alij.

Sup. hoc in tom 6. tr. 1. Ref. 34 § vlt. & ex doctrina Ref. 36. & signanter 78. & in tom. 5. tr. 6. Ref. 34. à lin. 6. & in tom. 7. tr. 1. ex lata doctrina Ref. 246 & 247. & in tom 4. tr. 8. Ref. 56. & lege eam per totam, & signanter eius §. Ex quibus. & in tom. 3 tr. 3. ex Ref. 69. Vide §. Notandum. & in tom. 9. tract. 7. Ref. 109. §. Sed quid.

3. Probatur hæc opinio ex principiis de legibus; nam lex pœnalis, quæ non potest executioni demandari, absque hominis actione, etiamsi ipso iure, vel ipso facto feratur, vel etiam dicatur nulla, expectata declaratione ante iudicis condemnationem, non obligat. Et ratio est, quia vsu, & consuetudine, quæ est optima legum interpres, receptum est, vt nullus se priuet re antea obtenta, nisi declaratoria criminis sententia à Iudice feratur. Secundò, si talis lex obligaret ante iudicis sententiam, esset nimis acerba cogeret enim homines ad se prodendum, & ad exequendum in se durissimam pœnam, ad quod nulla lex obligat: leges enim humanæ faciles, & tolerabiles esse debent, & humanæ imbecillitati accommodatæ. Ita Vasquez *in p. 2. tom. 2. disp. 168. num. 14.* Couarr. *in 4. p. 2. §. 8. n. 3. illat. 3.* Becan. *in p. 2. tract. 3. c. 2.* & Molina *de inst. tom 1. tract. 1. disp. 95. n. 14.* post citatos 10 Doctores asserit hanc sententiam esse communem inter Theologos, & Iurisperitos: & etiam pro illa citat 43. Doctores Salas *de legibus disp. 15. sect. 2. num. 18.* vide etiam Villalob. *in sum. tract. 2. diffic. 26. n. 2.* Molfel. *in summ. tom. 1. tract. 9. c. 9. n. 35.* Lorca *in p. 2. tom. 1. disp. 24. de legibus.* Lessium *lib. 2. c. 29. dub. 8. n. 63.* Suarez *de legib. lib. 5. c. 5. & seq.* Ioan. de la Cruz *in direct. conf. p. 1. in princ. dub. 3. de legib.*

4. Ex his deducitur resolutio multorum casuum. Et primò habetur intelligentia pœnarum appositarum in Bulla Sixti V. contra Clericos non deferentes habitum, & in Bulla Clem. VIII. contra Religiosos munera largientes: in illas enim nullus incurrit, nisi post iudicis sententiam. Ita Molfel. *vbi supra.* Secundò leges ponentes taxam tritico, & pœnas contrauenientibus, non obligant ante iudicis condemnatoriam sententiam: tenentur quidem venditores restituere excessum pretij, non autem ad pœnam, nisi à iudice condemnentur. Ita Villalob. *vbi sup. n. 3.* Item tertiò Beneficiarius potest beneficium retinere, donec declaretur delictum, propter quod priuatus est ipso facto beneficio nisi fortè in lege dicat pœnam in foro conscientiæ statim subeundam esse Surd. *decis. 247. per tot.* & Azor. *part. 1. lib. 5. c. 7. q. 6.* & alij. Quartò, Rectores Ecclesiarum alienantes bona Ecclesiastica, sine solemnitatibus necessariis, non tenentur abdicare beneficia, per Extrauag. *ambitiosa.* ante iudicis latam sententiam, quia dicta Bulla ita fuit vsu recepta: sic Nauar. *in man. c. 27. num. 110.* & Sanch. *in summ. tom. 1. lib. 2. c. 22. num. 20.* cum aliis. Quintò, idem dicendum videtur de Religiosis, qui admittunt mulieres intra septa Monasterij ex Motu proprio Pij V. Ita Rodriq. *in explicat. dicta Bulla num. 32.* Item sextò; superiorem alicuius Religionis incidentem in aliquem casum absolutionis, seu priuationis ipso facto Prioratus, etiam si palàm constet de crimine, dicendum est non incurrere dictam pœnam, donec per superiorem declaretur, & consequenter tuta conscientia in eo manere posse, nec licere subditis illum expellere à Gubernatione. Ita Ioan. Valer. *in differentiis vtriusque fori, ver. nona, differ. 20. n. 4.* Item septimò, hæretici, & alij, quorum bona ipso iure publicantur, non tenentur ante iudicis sententiam dicta bona restituere fisco. Ita Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 2. c. 20. num. 7.* qui 33. Doctores citat: tenentes hanc sententiam, & nouissimè Sanctarell. *tract. de haresi cap. 2. dub. 1. num. 6.* Dicendum est igitur, Clericos sodomitas non incurrere in pœnas Bullæ Pij V. ante sententiam iudicis declaratoriam.

RESOL. LXIV.

Praxis pro Confessariis circa absolutionem Clericis Sodomiticis impertiendam. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 68.

§. 1. SI Clericus non exerceat sodomiam, est sine dubio absoluendus. Si exerceat, aliqui putant esse absoluendum, dum per Confessarium, vel alium virum secretum procuretur noua prouisio beneficij, dignitatis, officij, &c. Sed ego puto, sine vllo metu absolui posse absque noua prouisione. Quia, vt diximus, in foro conscientiæ non obligatur ad ferendam pœnam latam per istam Extrauagantem, si non præcedat sententia Iudicis declaratoria. Et cùm in prima resol. diximus dictam Extrauagantem in foro interiori non fuisse vsu receptam; ideo dicendum est absolutè, tali Clerico sodomitæ, si sit contritus, etiam retento beneficio, officio, & dignitate, absolutionem omnino impertiendam esse.

Quæ hic est suprà Ref 37.

RESOL. LXV.

Enumerantur aliqui casus, in quibus discutitur, an incidatur, vel non incidatur in sodomiam reseruatam? Ex part. 7. tr. 12. & Misc. 3. Ref. 13. aliàs 11.

§. 1. SOlent Episcopi sæpius reseruare casum Sodomiæ: ideò quæro Primò, an fœmina cum fœmina ita congrediens, vt altera earum masculi vicem gerat, & effusio seminis intra vas naturale sequatur, incidat in casum reseruatum Sodomiæ? Affirmat Lupus *de cas. reseru. part. 2. cas. 10. num. 14.* & alij, quia talis coitus est innaturalis, & cum persona indebita, videlicet ad non debitum sexum. Mihi verò magis placet opinio negatiua, quia licet actus iste ad Sodomiam reducatur cùm sit inter personas eiusdem sexus: tamen non est verè, & propriè Sodomia, quia licet non seruetur sexus, seruatur tamen vas. Quod si casus dari posset, vt fœmina alteram fœminam ita supergrederetur, vt vel medio aliquo instrumento, vel sine instrumento immitteret semen intra vas præposterum alterius, quod fieri posse affert ex Auicenna, Antonius Gomez *l. 80. Taur. n. 34.* tunc dicerem ligari hac reseruatione, quia tunc peccaretur contra vas debitum, & contra sexum, quod diximus esse de ratione Sodomiæ. Et ita nostram sententiam præter alios docet Mazuchellus *tr. de cas. reseru. disp. 1. cap. 12. num. 6.*

2. Quæro secundò, an patientes includantur in casu reseruato Sodomiæ. Affirmatiuè respondent communiter, quia tam patiens quàm agens propriè dicitur committere peccatum Sodomiæ. Tum quia, licèt verbum (committere) propriè designet actionem, non passionem: tamen quia sumus in eodem genere delicti, vnum includitur in alio. Tum quia in correlatiuis dispositum in vno, censetur etiam dispositum in alio.

Sup. hoc suprà in fine Ref. 60. sed lege eam per totam, & in tom. 7. tr. 1. Ref. 115. signanter in eius § vlt. & in tom 6. tr. 1. ex doctrina Ref. 69 §. vlt. in fine.

3. Non deseram tamen adnotare, quòd licèt Bordonus *in Concil. regul. resol. 38. quæst. 23. num. 44.* huic sententiæ adhæreat, tamen *Resol. 48. q. 5. n. 2.* contrarium putat non esse improbabile, nempe patientem,

non incidere in casum reseruatum Sodomiæ; quod absolute tenet nouissime P. Alphonsus de Leone *de cens. Recollect. 5. num.* 3. qui citat Marchinum *de sacramen. Ord. tract. u par. 8. cap. 4. n.* 20. vide etiam eundem Leonem *Recoll. 6. num.* 876.

Sup. hoc lege §§. not. præteritæ, & seq.

4. Nota tamen: quòd sententia affirmatiua procedit modò agens seminet intra vas, quia cùm actio ipsi potissimum tribuatur, si ea perfecta non est, peccatum non subiicitur reseruationi, neque ex parte patientis, licèt etiam seminet, quia complementum peccati semper attenditur ex parte agentis, vt qui est nobilior patiente.

Sup hoc suprà in Ref. 59. §. vlt. & in tom. 7. tr. 1. Ref. 125. § Sed aliquis. & seq

5. Quæro tertiò, an qui inchoat Sodomiam in vase præpostero, sed postea emittat semen extra vas, incidat in casum reseruatum. Affirmatiuè respondent aliqui, quia iam crimen satis perfectum, & completum censetur in genere Sodomiæ, vt ex multis probat Fagundez *in Decal. tom. 1. lib. 6. cap. 9. num.* 8. & quia proprius dolus nemini debet patrocinari, neque ex sua iniquitate nullus debet reportare commodum, & nil in fraudem legis est faciendum. Ad quæ dico prædicta referri ad culpam, nam sic peccans non excusatur à peccato mollitiei coniuncto cum aliqua circumstantia Sodomiæ, non autem esse referenda ad legem reseruationis, à qua non excusatur ratione suæ malitiæ, sed quia non peccauit cum omnibus illis circunstantiis, cum quibus hoc peccatum reseruatur; neque ita se retrahere refert, & auget peccatum, sed minuit, & sub alia specie ponit. Et ideo hanc sententiam tenet Lupus *de cas. reser. par.* 2. *cas.* 10. *n.* 12. Bordonus *in consil. Regul. resol.* 48. *num.* 17. & nouissimè P. Leo *de cons. Recollect. 6. num.* 873. vbi me citat: vnde non approbo id quod asserit Mazuchel. *tr. de cas. reser. disp. 2. cap.* 22. *num.* 14. quod licèt in reseruationem non incidat is, qui vsque ad consummationem peccatum hoc peregerit in vase præpostero, quam præuidens fraudulenter membrum extraxerit, & extra vas semen effuderit; ad Superiorem tamen remittendum, ne illi sua fraus patrocinetur. Non inquam, mihi placet hæc opinio; nam si talis non incidit in casum reseruatum, quare tenetur Episcopum adire? Dicendum est igitur, quod actus in casu nostro non est Sodomia completa, & consummata, sed incœpta, ergo non includitur in casu reseruato; nam reseruatio includit tantùm delictum perfectum, & consummatum, non autem attentatum; non nego tamen contrariam sententiam esse probabilem.

Sup. hoc suprà in Ref. 53. & si placet lege §. eius annot.

6. Quæro quartò, an impuberes incidant in casum reseruatum Sodomiæ. Affirmat Mazuchellus *loc. cit. num.* 12. quia Episcopi absolutè loquuntur, ergo reseruatio absolutè est intelligenda; tum quia impuberes obligantur cæteris legibus & censuris, & si possunt peccare mortaliter, consequenter reseruatione ligari possunt. Tamen Lupus *de cas. reseruat. part. 1. dist. 4. num.* 6. docet impuberes ligari quidem reseruationibus adnexis iis peccatis, quæ non sunt carnalia, qualia sunt homicidium, blasphemia, &c. iis verò, quæ sunt adnexæ peccatis carnalibus, non ligari, cùm regulariter loquendo non compleant. Et hanc etiam sententiam Lupi admittit Bordonus *in cons. Regul. res.* 38. *q.* 11. *num.* 18. quia peccata carnalia, quæ genitalibus fiunt, non tribuuntur impuberibus *ex cap. 1. de delictis puer.* quia infra hoc tempus nequeunt seminare, & si quandoque semen emittunt, non ideo incidunt, quia reseruatio instar aliarum legum non aptatur ad ea, quæ ratò accidunt, *l. nam ad ea, ff. de legibus.* & hoc procedit etiam quando impubes patitur à pubere, qui licèt ligetur casibus, non tamen impubes, quia ex eo quod miscetur cum pubere non amittit impubertatem, ratione cuius eximitur à reseruatione, non obstante quod agens, & patiens pari pœna debeant puniri, quia id procedit quando ex intendit vtrumque punire, quod non accidit in casu præsenti.

Sup. hoc suprà in Ref. 56. & in Ref. 58 §. Et ideo. & §. vlt. & in tom. 6. tr. 1. Ref. 79. in fine, & in tom. 5 tr. 9 Ref. 15 §. 1. post medium, à vers. Vnde asserit & hæc infrà in tr. 7. Ref. 132 §. gnantes ad medium.

7. Quæro quinto, an exercens copulam Sodomiticam cum fœminis incidat in casum reseruatum. Affirmatiuè respondent aliqui, quia talis verè dicitur exercere Sodomiam, vt ex pluribus tenet Fagundez *in Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num.* 7. Mihi vero magis placet opinio negatiua, quam docet nouissimè Lupus *de cas. reseruat. part. 2. cas.* 10. *numer.* 3. & alij, quos citat & sequitur Mazuchellus *vbi suprà disputat. 2. cap. 22. numer* 17. Dicendum est igitur copulam hanc, masculi videlicet cum fœmina in vase præpostero non esse propriè Sodomiam. Et ratio est, quia in Sodomia propriè peccatur non solùm contra vas, sed etiam contra sexum; masculus autem præposterè cognoscens fœminam, licèt non seruet vas, seruat tamen sexum. Ergo, &c. Et ita nostram sententiam docet etiam nouissimè Dicastillus *de iust. lib. 1. disputat. 3. dub. 16. numer.* 353. *& seq.* Et licèt aliqua, quæ in præsenti Resolutione diximus, alibi à nobis obseruata sint, tamen, quia in praxi quotidie accidunt, voluit in gratiam Confessariorum ea, quæ circa illa nouiter senserunt Doctores.

Alibi in Resolutionibus, & §§. præteritarum annotationum.

RESOL. LXVI.

Illustrissimus Cardinalis Archiepiscopus reseruauit in hac Diœcesi Panormitana aliquos casus, sed multis Regularium Superioribus dedit potestatem absoluendi; interrogatus sæpius fui à nostratibus, & exteris, an dicti Superiores Regularium possint istam authoritatem concedere alicui particulari?

Idem quæritur de Pœnitentiariis. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 53.

§. 1. RESpondi non posse eandem potestatem subdelegare, nisi habuerint expressam ad hoc licentiam ab Episcopo: delegatus enim ad nudum ministerium non potest subdelegare: & sic non possunt concedere omnes casus simul alicui Confessario, vt ab eis absoluat toties, quoties acciderit. Possunt tamen absolutionem casus particularis in facto occurrentis alteri committere; v. g. cum petitur ab aliquo Confessario inferiori, qui asserit se habere pœnitentem cum tali casu reseruato, tunc potest dictus Superior, & Pœnitentiarius dare authoritatem dicto Confessario, vt illum absoluat ab eo casu. Et aliter faciendo, confessiones erunt nullæ ex defectu iurisdictionis. Ita in terminis Piasecius *in praxi Episc. p. 2. c. 1. num.* 15. Aloysius Riccius *in praxi fori Eccl. part. 1. resol. 419. numer.* 1. Zerola *in praxi pœnit. c.* 15. *q.* 17. *in praxi Episc. p. 1. ver. Pœnitentiarius, q.* 4. Finellius *de casib. reseruat. c. 9. numer.* 11. Homobon. *de casib. reseruat. p. 1. c.* 5. circa præsentem materiam vide etiam Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. tota disp.* 31. & Molin. *de iust. & iure, tract. 5. disp.* 15. *num.* 4.

RESOL. LXVII.

An Vicarius Episcopi, si habeat potestatem subdelegandi possit absolui ab alio, si incidit in casum reseruatum?

Et an idem dicendum sit de Priore, qui vt Vicarius ab Episcopo talem potestatem à Prælato sui Monasterij habuit, an si in aliquem casum inciderit, possit ab alio Confessario subdelegato de illo absolutionem obtinere, sine licentia Prælati?

Et quid de Episcopo, si in casum inciderit reseruatum Summo Pontifici, à quo ipso alios absoluere potest?

Et

Et an, si subditus petat à Prælato omnem eius authoritatem pro vna vice, & vna persona sibi subiecta, includatur ipse petens, ita vt possit absolui à reseruatis ab aliquo Confessario?
Idem est dicendum de dispensatione, ac de absolutione. Ex part. 3. tract. 4. Res. 141. aliàs 142.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Res. 121. § 2.

§. 1. NEgatiuam senteotiam mordicus tenet Iacobus de Graffis *in appen. ad decis. aur. lib. 3. c. 8. num. 21.* Primò ex præsumpta mente Prælati, quæ magis attendenda est, quàm verba, ex *l. de quibus, ff. de legibus.* Sed interrogatus Episcopus à Vicario, an etiam illa auctoritate vti posset, diceret quòd non, quia si secus esset, perniciosum esset concedenti, quia sic posset dare occasionem peccandi, & qui occasionem peccandi dat, ipse damnum dedisse videtur; vnde ne hoc absurdum accidat, dicendum est, verba generalia arctari, vt non comprehendatur perniciosum concedenti, ex *l. si cui, ff. de seruit.* Secundò, verba generalia arctantur semper ad solita concedi, ex *l. si finita, ff. de damno infect.* & ad id quod est de iure, vt notat glossa *in cap. fin. vers. negati., de offic. deleg.* sed semper potestas absoluendi cum potestate subdelegandi intelligitur data in personam aliorum, & nemo potest auctorizare seipsum ex *cap. qualiter, de elect.* & in generali sermooe excipitur persona cui loquimur, *l. qui hæred. §. Plautius. ver. at si hæres, ff. de cond. & demonst.* Ergo, &c. etiam dictus Graffius idem asserit de priore habente potestatem à Prælato absoluendi casus reseruatos, cum potestate subdelegandi, putat enim, sicut de Vicario Episcopi asseruit, si incidat in aliquem casum reseruatum, non posse ab illo, quem ipse subdelegauerit, absolui.

2. His tamen non obstantibus contrariam sententiam doceot Vgolinus *de potest. Episc. cap. 39. n. 2.* & Floronus *de cas. reseru. part. 1. c. 3. §. 1. n. 3.* Nam & Episcopus, si in casum incidit reseruatum Romano Pontifici, à quo ipse alios absoluere potest, delegando eam facultatem alteri ab eo, absolui valet, atque ità sacra Cardinalium Congregatio declarauit, Tridentinum Concilium *in sess. 24. de refer. c. 6.* & ita communiter asserunt Doctores, Maiolus *de irregular. lib. 5. c. 21. n. 7.* Suarez *tom. 4. disp. 41. sect. 2. num. 9.* Henriquez *lib. 14. c. 18. n. 3.* Saytus *de cens. lib. 7. c. 9. n. 5.* Riccius *in praxi, part. 1. resol. 445. n. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 3. n. 3. & in summ. tom. 1. lib. 2. c. 11. num. 11.* Bellettus *in disquisit. cler. part. 1. tit. de disciplina Clericali, §. 1. num. 54.* Naldus *in summa, ver. casus, n. 6.* Emmanuel Sà *ver. confessor. num. 16.* & alij, quidquid in contrarium asserat Marius Alterius *de cens. tom. 2. disp. 8. c. 3. concl. 4. ver. 3.* Quæri potest in ordine ad dispensationem, sicut loquuntur etiam multi ex *suprà* citatis Doctoribus, idem dicendum de dispensatione, ac de absolutione.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 3. Res. 17. & in tom. 9. tr. 7. Res. 115. §. penult. prope finem à vers. An verò.

3. Nec valet dicere in tali casu, Vicarium seipsum quodammodo absoluere, cùm delegatus delegantis officio fungatur. Nam respondeo, quòd id locum haberet, vbi iurisdictio delegata est ab eo, cui iurisdictio competit ordinaria, at Vicarius hîc subdelegat, subdelegatus autem fungitur vice primi delegantis, ac perinde est, ac si ipse primò delegans delegasset, quo casu sine dubitatione Vicarius absolui posset. Et idem diceodum est de Priore, qui vt vicarius ab Episcopo talem potestatem habuit à Prælato sui Monasterij; nam si in aliquem casum inciderit, potest ab alio Confessario subdelegato, de illo absolutiooem obtinere sine licentia Prælati.

4. Sed ponam hîc pulchrum dubium, an si subditus petat à Prælato omnem eius auctoritatem pro vna vice, vna persona sibi subiecta includatur ipse petens, ita vt possit absolui à reseruatis ab aliquo Confessario. Videtur affirmatiuè respondendum, si petens diceret: Est quædam persona, quæ indiget vestra auctoritate, placétne vobis illam mihi date? Secus autem si diceret: Rogo te, vt des mihi tuam facultatem pro vna persona. Et ratio est, quia in generali sermone comprehenditur etiam persona sua, quando loquens concipit verba in persona alterius, vt patet ex *l. Paulus respondit, §. fin. ff. de pignoribus.* Et ita hanc sententiam videtur tenere Floronus *vbi supra*, ex Graffio, qui tamen contrarium docet. Sed post hæc scripta inueni Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 9. diffic. 64. num. 4.* circa præsens dubium sic asserere. [Quando el Prelado concede à vno la autoridad sin restrincioo ninguna, es visto concederla actiua y passiua, que aunque algunos dudan desto, es mas conforme al estilo de la Religion, mientras el Prelado no declara otra cosa.] Sic ille; & nouissimè noster P. Leone *de off. & potest. Confess. tom. 2. recollect. 6. num. 131.* asserit, quòd quando subditus petit facultatem à Superiore pro vna persona pro casibus reseruatis, potest vti pro sua persona.

Sup. hoc suprà in Res. 15. §. vlt. ad fin. 6. Sed lege eam per totã, & non pigebit, & in tom. 7. tract. 1. Res. 109. §. Notandum. cursim in fine, & in Res. 111. § 1.

RESOL. LXVIII.

An mortuo Episcopo casus reseruati expirent, vt possint absolui à quocumque Confessario?
Et quid, si casus reseruati sint per Statutum, vel Synodum Diœcesanam; aut quæ iure, vel consuetudine ipsi Episcopo reseruantur; an absolutio petenda sit à Successore, seu Capitulo, Sede vacante? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Res. 108.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Præpos. *in addit. ad 3. part. quæst. 9. de reseruatione casuum, dub. 1. n. 6.* Censet Sa *ver. absolutio, n. 21.* mortuo Episcopo quemlibet Confessarium posse absoluere à casibus ipsi reseruatis, quod non videtur solidum, & primò id non videtur posse dici de reseruatis per statum, cùm etiam mortuo Episcopo illud vim suam retinere soleat. Secundò neque de reseruatis ab homine, quia per reseruationem inferiori sublata est iurisdictio necessaria ad valorem huius Sacramenti; non potest autem ex iure, vel alio solido fundamento colligi, quòd ea per mortem Episcopi restituatur. Sic ille.

Sup. contento in hac Res. 111. § 1. & 2. Res. seq. & quamuis pro Regularibus in tom. 7 tr. 1. lege doctrinam Res. 119.

2. Verùm hæc doctrina Præpositi admittitur ab aliis, quoad casus reseruatos per Statutum, vel Synodum Diœcesanam: secus autem minimè, & ita docet Gauantus *in enchir. Episc. ver. casus reseruati, num. 16.* Rubeus *in aphoris. Episc. ver. casus reseruati, numer. 4.* & Piasecius *in praxi nouiss. Episcop. part. 2. cap. 1. art. 3. numer. 21.* vbi ita ait. Casus quos Episcopus sibi reseruat, expirant morte ipsius, non verò illi, qui de iure, vel consuetudine ipsi reseruantur, neque illi, quos per proprium statutum sibi reseruat; cùm enim statutum duret post mortem, *cap. fin. de offic. leg.* reseruatio quoque durabit, & absolutio petenda est à successore, seu Capitulo Sede vacante. Hæc ille. Vide etiam Ægidium Trullench *in Bull. Cruciat. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 2. num. 6.*

RESOL. LXIX.

An, mortuo Episcopo, quilibet Sacerdos possit absoluere à casibus sibi reseruatis?
Et quid est dicendum, si casus sint reseruati per statutum, vel legem Synodalem?
Et an si in mandatis Visitationum Episcopi reseruent sibi aliqua peccata, siue cum excommunicatione, siue sine illa, respiret reseruatio, mortuo Episcopo?

Cc 3 *Idem*

Idem est dicendum de Visitationibus Prouincialium Religionum.

Et an supradicta iure ligantur quoad illos, qui in vita condentis Episcopi, vel Prouincialis Regularium prædictam censuram, aut reseruationem, non incurrerunt; nam si adhuc viuente Episcopo incursa sunt, tunc quidem reseruatio, & excommunicatio adhuc durat, mortuo Episcopo, aut Prælato Regularium? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 41.

Sup. contento in hoc & seq. §. in Ref. præterita per totum & quamuis pro Regularibus in tom. 7. tr. 1. lege doctrinam Ref. 119.

§. 1. AD hanc dubitationem Præpositus *in 3. part. q. 9. de referu. cas. dub. 1. numer. 6.* sic respondet. Sà *verb. absolutio, num. 21.* censet mortuo Episcopo quemlibet Confessarium posse absoluere à casibus reseruatis, quod non videtur solidum. Et primùm id non videtur posse dici de reseruatis per statutum; cùm etiam mortuo Episcopo illud vim suam retinere soleat. Secundò neque de reseruatis ab homine, quia per reseruationem inferiori sublata est iurisdictiu necessaria ad valorem huius Sacramenti: non potest autem ex iure, vel alio solido fundamento colligi, quòd ea per mortem Episcopi restituatur. Ita Præpositus.

2. Cui quoad primum libenter adhæreo, non autem quoad secundum: nam omnes Doctores asserunt reseruationem factam per legem, aut statutum Synodale differre à reseruatione personali: quia reseruatio facta per legem non expirat morte reseruantis; quia lex semper loquitur: & de se est perpetua, nisi abeat in desuetudinem: reseruatio verò personalis expirat morte reseruantis; ergo mortuo Episcopo quilibet Sacerdos poterit absoluere casus reseruatos reseruatione personali, quia expirauit dicta reseruatio; ergo in illos habet iurisdictionem. Et ita hanc sententiam docet Fagundez *part. 2. lib. 8. cap. 1. num. 30.* Sanchez *de matrimonio, lib. 8. disp. 28. num. 61.* & alij.

3. Notandum est etiam ex his obiter, quòd si in mandatis Visitationum Episcopi reseruent sibi aliqua peccata, siue cum excommunicatione, siue sine illa, expirat tamen reseruatio mortuo Episcopo, quod intelligendum est, quoad illos, qui in vita condentis Episcopi prædictam censuram, v. g. non incurrerunt: nam si adhuc viuente ipso incursæ sunt, tunc quidem reseruatio adhuc durat. Et idem dicendum est de Visitationibus Prouincialium Religionum, quia hæ non durant, nisi quandiu ipsi Prouinciales durant in officio. Ita ex Nauarro, Fagundez *ubi suprà.* Et ratio huius sententiæ est, quia ordinationes latæ in mandatis Visitationum sunt mandata generalia aut specialia hominum, & sic expirant mortuo latore.

Sup. hoc §. grantes in Ref. 2. ct. præterita.

TRACTATVS SEXTVS

DE SATISFACTIONE SACRAMENTALI.

RESOL. I.

An Confessarius teneatur imponere pœnitentiam ante absolutionem?

Et an consuetudo, vt prius imponatur pœnitentia, quam pœnitens absoluatur, nullam inducat obligationem? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 36.

§. 1. AFfirmatiuè respondet glossa *in Clement. dudū, de sepult. verb. audire,* quia in eo textu pœnitentia prius imponitur, quàm absoluatur pœnitens, & ita consuetudo inualuit, vt patet: ergo, &c.

2. Sed dicendum est liberum esse Confessario post absolutionem etiam imponere satisfactionem. Probatur ex *cap. finali, de censibus in 6.* vbi sic dicitur: Potest Archiepiscopus dum visitat, confessiones suffraganeorum audire, ac absoluere confitentes, ipsisque salutares iniungere pœnitentias. Sic ibi: Igitur potest Confessarius ante & post absolutionem, pœnitentiam imponere, vt patet ex dictis iuribus, licèt consuetudo iam obtinuerit, tanquam quid melius, vt prius imponatur pœnitentia, quàm pœnitens absoluatur à peccatis. Nota tamen dictam consuetudinem nullam induxisse obligationem, vt rectè notat Ochagauia *de Sacrament. tract. vlt. de pœnit. quæst. 10. num. 7.*

Sup. hac consuetudine infra in Ref. 48. §. vlt.

RESOL. II.

An pœnitens teneatur acceptare iniunctam à Confessario pœnitentiam, sub onere peccati mortalis?

Et an Confessarius possit absoluere pœnitentem, nolentem acceptare iniunctam pœnitentiam?

Et quid, si pœnitens non respueret omnem pœnitentiam, sed aliqualem, licet paruam, vt vnum Pater noster *acceptet?* Ex part. 3. tractat. 15. & Misc. 1. Ref. 52.

§. 1. ITa affirmatiuè respondendum videtur aliquibus, vt improbabilem negantem sententiam iudicet Nugnus *in 3. part. tom. 2. q. 15. art. 1. & q. 13. art. 2. difficult. 2. concl. 1.* plus addit Suarez *in 3. p. tom. 4. disput. 38. sect. 7. num. 2.* & Coriolanus *tract. cas. reseru. p. 1. sect. 3. concl. 16. num. 3.* cum aliis. Imò Vasq. *in 3. p. tom. 4. q. 94. art. 1. dub. 1. num. 5.* de fide hanc sententiam definitam esse existimat, quod antea docuerat Victoria *in sum. num. 209.* Et sic præter DD. antiquos, ferè omnes neoterici asserunt pœnitentem, sub onere peccati mortalis, debere acceptare iniunctam pœnitentiam à Confessario. Ita docet Sanctarell. *tract. de Blasphemia c. 7. dub. 1. num. 8. in fin.* Valent. *tom. 4. disput. 7. q. 14. punct. 4.* Sylu. *in 3. p. q. 18. art. 3. dub. 3.* Fagundez *de præcept. Eccl. tr. 2. lib. 2. c. 3. num. 18.* Tolet. *in sum. lib. 3. c. 9. numer. 3.* Henriq. *lib. 2. c. 3. num. 11.* Bellar. *de pœnit. lib. 4. c. 13.* Filliuc. *tom. 1. tr. 8. c. 1. q. 8. num. 53.* Ledesma *in sum. tom. 1. de pœnit. c. 23. concl. 8. dub. 1.* Bonac. *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 3. punct. 4. num. 1.* Megala *in 1. p. lib. 6. c. 3. num. 2.* Coninch *de Sacramentis, disp. 10. dub. 9. num. 79.* Villalobos *vbi infra,* & alij DD. afferunt pro hac sententia multas rationes, sed præcipuè authoritatem Concilij Tridentini, asserentis, Sacerdotes habere potestatem ligandi, sed si pœnitens posset respuere pœnitentiam, Sacerdos non haberet talem potestatem. Ergo, &c.

Sup. hoc lege doctrinam duarum Ref. sequentium. & signanter doctrinam §. vlt. Ref. primæ hanc sequentis, & aliarum citat annot.

2. His tamen non obstantibus, non desunt Doctores, qui post Concilium Tridentinum, contrariam docuere sententiam. Hi sunt, Greg. Ruys *in contr. sup. 4. sent. contr. 94.* Raphaël de Cæsare *in consol. anim. dial. 8.*

dial.8. c.26. Beia *in Respons. cas. consc. p.3. cas.3.* Nauartus *in man. c. 20. num. 26.* & nouissime Yribarne *in 4. sent. tom.2. dist.19. q.1. disp. 17. sect. 3.* & Pitigianus etiam *in 4. eodem dist.19. q. vnic. art. 3.* præter DD. qui ante Concilium scripserunt, & etiam post Concilium probabilem vocant hanc opinionem Sotus *in 4. dist.20. q.2. art. 1.* Zerola *in praxi pœnit. c. 25. q. 9.* ex ordine Prædicatorum P. Ioann. de la Cruz *in direct. consc. p.2. de Sacram. pœnit. q.4. dub.3. concl.1.* & nouissimè Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 9. dub. 28. num. 4.* vbi sic ait. [En practica se ha de dezir, que si el penitente no quiere aceptar la penitēcia, y en lo demas llegò bien dispuesto, debe el Sacerdote absoluerle, contra su opinion, porque la opinion contraria, es probable practicè, pues la tienen hombres tan doctos.] Ita Villalobos, qui ad partes hanc opinionem ibi doctè pertractat. Et ratio est, quia peccator in hac vita non tenetur satisfacere pro pœna temporali; & ideo potest eam remittere in Purgatorium, ac proinde non tenetur, quoad hoc obedire Iudici ac Confessori, id præcipienti. Respondent verò ad argumentum Concilij, dicendo posse Sacerdotem ligare ad pœnam, sicut in eodem Concilio, & absoluere à culpa; sed constat apud omnes non posse absoluere nolentem, sed tantùm volentem, & pœnitentiam acceptantem: sed non sequitur, hoc posse etiam nolentem, sicut, vt dictum est, absoluere nolentem non posset.

Sup. hac practica ignāter in Res.1. post seq. in principio, & lege etiam Res. eius secundæ not. & infrà vide ex Res. 47. §.1. ad lin. 7. vers. Sicut enim.

3. Notandum est etiam, aliquos Doctores asserere pœnitentem, non respuentem omnem pœnitentiam, sed aliqualem, licèt paruam, vt vnum *Pater noster*, &c. acceptantem, non esse à Confessario, sine absolutionis beneficio, dimittendum. Ita Reginald. *in praxi tom.1. lib.7. c 2. num. 15.* Homobonus *in exam. Eccl. p. 1. tract. 5. cap. 15. q.92.* Hostiens. *in sum de pœnit. §. & an sit, ver. quid de operibus.* Abb. *in c. significauit, num.2. eod. tit.* Molfesius *in sum. tom.1. tract.7. c.25. num.57.* & alij. Sed sufficiat, in re tam graui, varias sententias proposuisse, & DD. post Concil. Trident. maximè pro secunda sententia non sine labore, in gratiam studiosorum collegisse, nihil tamen de eorum placitis approbando, vel reprobando.

Sup. hoc infr. in fine Res. 9. à vers. Non esse. & lege etiam doctrinam §.2. Res. 1. not. præteritæ, signanter ad medium, à vers. Addit.

RESOL. III.

An opinio plurimorum Doctorum asserentium pœnitentem non teneri acceptare pœnitentiam impositam à Confessario sit saltem tanquam improbabilis censuranda? Ex part. 11. tr.7. & Misc.7. Res.2.

§. 1. Ego teneo cum communi Doctorum sententia, Confessarium posse obligare pœnitentem ad acceptandam satisfactionem iniunctam, & ipsum teneri ad eam acceptandam, dummodò sit rationabilis. Probatur, Sacerdos habet claues ad soluendum, & ligandum, & hæc potestas est in ordine ad impendendas pœnitentias, vt docet Trident. *sess.14. cap.8. & cap.15.* Ergo Sacerdotes habent potestatem obligandi pœnitentes in ordine ad satisfactionem. Ergo pœnitentes tenentur acceptare pœnitentiam iniunctam, quia tenentur ad id, ad quod obligantur ab habente legitimam potestatem.

Sup. hac doctrina in Res. præterita, & in Res. seq. & lege etiam Res. & §§. not. vltimæ huius Res.

2. Dices: Sacerdotem posse ligare eo modo, quo potest soluere, vnde sicut non potest soluere, nisi volentem solui, ita nec ligari, nisi volentem. Contra. Eo ipso quod pœnitens vult solui, vult iudicari secundùm propriam conscientiam quoad peccata. Ergo se subiicit potestati iudicatiuæ Sacerdotis. Ergo punitioni, quia punitio est de necessitate iudicij.

3. Sed difficultas est, an opinio contraria plurimorum Doctorum sit tanquam improbabilis censuranda, Ego olim adduxi, aliquos, qui negatiuè respondent, sed nouissimè illam nota improbabilitatis inurit Cardinalis de Lugo; Verùm aduersus illum insurgit Ioannes Pontius *in curs. Theol. disp.46. q.14. conclus.4. n.171.* vbi sic ait: Non tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam iniunctam à Sacerdote in ordine ad satisfaciendum pro pœna temporali, in quam commutatur æterna: debet tamen eam implere si eam acceptet.

Sup. hoc in Res. not præteritæ.

4. Hanc tenet Doctor *4. disp.49. n.27.* cum suis, & Gabr. Ioann. de Medina, Nauarro, Syluestro contra Recentiores communius, quos sequitur Cardinalis de Lugo, quem miror addere (aliorum malè fundatis censuris) non esse audiendos illos, qui adhuc illam sententiam probabilem putant, quos authores congerit Diana: vtinam doctus Cardinalis parceret censuræ, aut melius consideraret fundamenta sua, ac nostra. Ita ille, & Leander *de Sacram. tom.1. tr.5. disp.9. quæst.66.* Licet nostram, & Cardinalis de Lugo sententiam teneat, tamen aduersus illam nominatim asserit non bene contrariam tanquam probabilem damnasse. Idem obseruat post adductum Cardinalem de Lugo Martinus de San Ioseph *in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 27. de pœnit. num. 6.* vbi sic ait: [El penitente tiene obligacion à aceptar la penitencia iusta, que le impone el Confessor: la razon es, porque la confession es juizio, y todo juizio consta de la virtud coactiua, y assi puede obligar el Confessor en el juizio de la confession, Lugus, y es comun. Però tambien es bien probable la opinion de Escoto *dist.19. num.27. & 28.* que dize que el penitente no està obligado à aceptar la penitencia: pero que si la acepta tiene obligacion à cumpirla, porque no ay precepto, que obligue à satisfazer en esta vida, sino que se puede remitir la satisfacion en el purgatorio. Y assi los que dixeron, que la opinion de Escoto es improbable ò nò leieron, ò no aduertieron à la fuerza de sus razones; inaduertencia por cierto bien probable. Ita ille, cui adde Ioannem de Soria *in epilogo summa part.2. tract. 2. sect.1. disp. 6.*

5. Sed pro curiosis hìc adducam doctissimum Scotistam, qui tenet authoritatem Scoti non facere pro casu nostro. Hic itaque asserit Petrus Marchant. *in Tribunali Sacram. tom.1. tract.6. t.3. quæst... conclus.2. fol. 249.* Dices apud Doctorem subtilem Scotum *in 4. distinct.15. quæst.1. num.14.* permittitur Pœnitenti recusare omnem pœnitentiam modò satisfacere velit residuo pœnarum debitarum in purgatorio. Respondeo subtilitatem esse merè speculatiuam, & in praxi nullatenus tutam, etsi enim concludat de satisfactione pœnarum simpliciter in foro Dei, quam debet peccator in hoc mundo, vel in alio adimplere: Non tamen concludit de satisfactione, vt est pars integralis Sacramenti, & cuius susceptio ad integritatem Sacramenti spectat: Vnde dico, etsi pœnitens quò ad forum Dei possit recusare pœnas, & se resoluere ad satisfactionem in igne Purgatorij: quoad forum tamen Sacramenti grauem irreuerentiam faceret Sacramento, redderetque illud mutilum parte integrali, ac non minus mortaliter peccaret, quàm qui ex propria voluntate culpabiliter omitteret partem integralem sacrificij. Quod ergo Doctor subtilis subtiliter concludit, est quod, qui pœnitentiam Sacramentalem respueret, essentiam Sacramenti non læderet, tamen læderet non sine mortali peccato eius integritatem, Hucvsque Pater Marchant.

6. Sed video recentiores Scotistas Fabrum Pontium, & alios hanc distinctionem non admittere, ideò remanet adhuc difficultas, an dicta opinio sit censuranda saltem tanquam improbabilis,

& in fauorem Cardinalis de Lugo adducam Patrem Amicum, qui *in cursu Theolog. tom 8. disp. 16. sect. 1. num. 3.* sic ait: Hanc sententiam Vasquez & Victoria putant de fide; Suarez ita certam vt sine temeritate negari non possit; Canus oppositam vocat intolerabilem. Et sanè si verba Trident *session. 14. apit. 8. & can. 15.* expendantur, adeo sententia hæc certa est, vt de ea dubitari non possit. Verba autem Concilij sunt hæc; Habeant præ oculis (supple Sacerdotes) vt satisfactio quam imponunt, non sit tantùm ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem; nam claues Sacerdotum non ad absoluendum dumtaxat sed & ad ligandum concessas etiam antiqui Patres & credunt, & docent. Et *can. 15.* Oppositum sub anathemate damnat Si igitur in Sacerdote est potestas ligandi pœnitentem per iniunctam satisfactionem, erit in pœnitente obligatio acceptandi: alioqui frustra esset in Sacerdote potestas, cui nulla responderet in pœnitente subiectio.

7. Dices primò cum Nauarro. Esse in Sacerdote potestatem non absolutam sed arbitrariam, cui respondet in pœnitente subiectio non coacta, sed libera. Sed contra. Nam hanc potestatem ligandi Concilium comparat cum potestate soluendi, atqui potestas soluendi siue à culpa, siue à pœna æterna (non enim intelligi potest de potestate soluendi à pœna temporali: quia hæc est eadem cum potestate ligandi per pœnitentiæ impositionem: quæ quatenus pœnitentem obligat ad acceptam satisfactionem, dicitur potestas ligandi) non est potestas arbitraria, sed absoluta: quia non est in arbitrio Sacerdotis absoluere, vel non absoluere pœnitentem à peccatis, sed ex præcepto tenetur posita subiecti dispositione: quo etiam præcepto tenetur pœnitens ad absolutionem procurandam & acceptam: ergo etiam potestas ligandi per satisfactionem erit in Sacerdote absoluta, consequenter etiam in pœnitente respondet obligatio acceptandi absoluta.

8. Dices secundò, cum Fabro apud Dianam *tr. 4. de Sacrament. resol. 51.* Concilium intelligi de pœnitentia, quatenus est medecinalis & præseruatiua à futuris peccatis; non autem quatenus est satisfactoria; Vt sic enim potest illam non acceptare, sed in alia vita soluere. Sed contra, nam hanc potestatem, quam Confessarius habet imponendi pœnitenti satisfactionem, manifestè extendit se ad imponendam illam etiam in vindictam, & castigationem præteritorum peccatorum, vt ex ipsius verbis suprà relatis aperte constat. Confirmatur, quia Confessarios in hoc Tribunali non solùm agit partes Medici, sed etiam Iudicis & Ministri Dei, cuius offensas iuxta ipsorum grauitatem punire debet in reo. Et hæc omnia docet Amicus vbi sopra, quæ censuram Cardinalis Lugo confirmant, & rationes quas adducit Pontius contra ipsum eneruant. His tamen non obstantibus, cum licentia Patris Leandri, ego iudicium meum circa præfatam censuram, an rectè vel non, lata sit, lectoribus ex dignis rationibus non aperiam, & vellem à sacra Congregatione Concilij Tridentini circa præsentem difficultatem oraculum sumi.

Quæ nunc hanc sequetur, & suprà in tr. 4. Resol. 26 §. Quoad secundam & in Ref. 27. §. Notandum. & seq. & hic infrà ex latissima doctrina Ref. 19 signanter post medium, §. & à vers. Quod si sæpè. vsque ad finem prædictæ Ref. & hoc intellige pro pœnitentia medicinali, & pro pœnitentia satisfactoria in Resol. annot. primæ huius Ref.

RESOL. IV.

An pœnitens, qui non vult acceptare pœnitentiam, sit absoluendus?

Et quid, si pœnitentia sit medecinalis, seu præseruatiua? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 51.

§. 1. NEgatiuè respondeo cum Doctoribus, quos citaui *in tract. 1. miscellan. resol. 52.* quibus nunc addo Comitolum *in resp. moral. lib. 1. quæst. 35. per totam*, vbi mordicus nostram sententiam probat.

2 Sed etiam notaui aliquos DD. affirmatiuam sententiam probabilem existimare, quibus nunc addo Fabrum lectorum primarium sacræ Theologiæ in Academia Patauina *de pœn. in 4. sent. dist. 19. q. vnic. disp. 35. cap. 12. n. 26. & seq.* & Pharaonium *tract. 1. de pœ. sect. 22. cas. 10.* vbi probant, quòd si pœnitentia sit satisfactoria, & non medicinalis, seu præseruatiua posse pœnitentem illam non acceptare, modò habuerit animum satisfaciendi, vel viuens in hoc sæculo per indulgentiam, & bona opera, vel mortuus per pœnas Purgatorij; quia non adest præceptum de acceptanda tali pœnitentia. Addit tamen Faber *vbi supra, num. 129.* quòd licèt hæc opinio sit vera, tamen in praxi non esset de facili ponenda in vsu, quia difficile est inuenire aliquem verè pœnitentem, qui bona fide confiteatur, adeò saxeum, vt nolit vel tantillum pœnitentiæ acceptare. Proinde si quis accederet, qui nollet vel exiguam pœnitentiam acceptare, esset multum considerandum, an haberet verum dolorem, & esset benè dispositus; qui enim nec ter *Iesus* dicere vellet, non videtur benè dispositus, & proinde ex hoc capite esset reiiciendus, non autem quia teneretur ad acceptandam pœnitentiam. Quod si constaret probabiliter verè pœnitentem, & saltem attritum, neque enim ex hoc præcisè, quòd non vult acceptare pœnitentiam, est in peccato mortali, quia conteritur de peccato, & vult puniri ab eo cuius est pœnam iustè infligere; certè non esset dimittendus sine absolutione. Ita Faber, vide supradictam resol. 52. & Vegam *in summ. tom. 2. cap. 64. cas. 1.* cum Estio *in 4. sent. dist. 15. §. 20.* qui hanc sententiam probabilem putat, nam contrariam vocat tantùm probabiliorem.

Quæ hic est Ref. 2. post præcedentem & lege etiã doctrinam Ref. eius tertiæ, & signanter vide Ref. precedentem è præteritam.

Sup. hac pœnitentia medicinali in §. vlt. Ref. antecedentis, & in anis eius annot & pro doctrina seq. in hoc §. suprà in Resol. 2 §. vlt. & etiam ibi lege §. penul. & infra Ref. 47 §. 1. ad lin. 7. cum in vers. sicut. Cum.

RESOL. V.

Quidam Confessarius voluntariè omisit imponere pœnitentiam in confessione peccatorum venialium, quæsiuit, an peccatum mortale commiserit?

Et pœnitens, qui reliquit facere pœnitentiam leuem, v. g. vt si vnus Psalmus, vel Miserere, & hoc etiam si ob peccata grauia fuerit impositum, an peccet mortaliter?

Et an omissio pœnitentiæ grauis imposita propter sola venialia, vel mortalia iam prius confessa; sit culpa mortalis? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 44.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam videtur indicare Suarex *in 3. part. to. 4. disp. 38. sect. 3. in principio*, & Valerius Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 7. cap. 2. num. 12.* vbi asserit, quòd non est dubium, quin Confessarius sub graui peccato teneatur aliquid semper in satisfactionem imponere debenti ac valenti eam adimplere: nam alioquin redderet Sacramentum mutilum, truncata vna ipsius parte, quæ est satisfactio.

2. Sed licèt obligatio imponendi pœnitentiam sit ex genere suo grauis; potest tamen aliquando ex paruitate materiæ in eius omissione adesse tantùm peccatum veniale; vt si pœnitentia leuis deberet imponi ob peccata aliqua venialia, sæpè iam confessa: tunc enim Sacerdos non peccaret mortaliter, si secluso contemptu non imponeret vllam pœnitentiam. Et ita docet Lugo *de pœnitent. disp. 25. sect. 4. num. 4.*

3. Notandum est etiam hîc obiter pœnitentem, qui

Sup. contento in hoc § vlt. infrà in Ref. 47. & in Ref. 48. § 1. & 2. & in Ref. 6. paulo post initium. à v. Et ideo. vsque in finem dictæ Ref.

qui relinquit facere pœnitentiam leuem, vt sit vnus Psalmus, vel *Miserere* impositus fuit: & hoc quidem etiam si ob peccata grauia fuerit impositus, non peccare mortaliter: immò Suarez *tom 4. disp. 38. sect. 7. num. 5.* & alij putant omissionem pœnitentiæ grauis impositæ propter sola venialia vel mortalia priùs confessa non esse culpam mortalem, licèt contrarium asserat Ioannes Præpositus *in 3. part. quæst. 12. de satisfactione, dub. 8. num,* 108. Sed de his alibi dictum est: & de illis nouissimè tractat Auctor Casuum Conscientiæ Bononiæ discussorum anno 1634. mense Decembri, *cas.* 5. & nobiscum sentit.

RESOL. VI.

An Confessarius possit imponere pœnitentiam leuem sub mortali? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 51.

Sup. doctrina huius textus in tom. 8. tr. 4. Ref. 12. § 1. à lin. 2. & seqq.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Ioannes Sancius *in selectis disp. 15. num. 14. & 15.* vbi sic ait: Licèt emittens votum rei leuis, etiam cum animo se obligandi ad mortale, non possit grauem obligationem inducere vt illius omissio sit lethale, nec id possit Legislator præcipiens rem leuem; Confessarius tamen rem leuem sub pœnitentia iniunctam poterit præcipere implendam sub mortali, & id semper intelligitur, quia materia grauis reputatur partem integrantem Sacramentum omittere. Et ideò si modica esset iniuncta pœnitentia, & pœnitens illam culpabiliter non impleret, lethaliter peccare iudico, ductus ex principiis intrinsecis, cùm truncum & defectibile reddat Sacramentum, quod graue quid est: sicut enim ille, cui impositum esset sub pœnitentia vnam tantùm salutationem Angelicam recitare, & nollet acceptare absque causa absoluẽdus nõ esset, vt indispositus renuẽs integrare Sacramentum; eodem modo nolens implere iniunctam Orationẽ Angelicam mortaliter peccabit, cùm nolit implere illam obligationem, quam sub mortali acceptauit; & quamuis Oratio Angelica secundùm naturam orationis materia modica sit, secundùm quòd materia & pars constituitur Sacramenti Pœnitentiæ; grauis est reputanda, sicut deglutire aquæ guttam secundùm se quid modicum sit: at post illius sumptionem Eucharistiam sumere quid graue est, eo quòd præceptum pronuncietur de non sumendo Eucharistiam post sumptionem cibi, aut potus, quantumuis exigui, & graue semper præceptum violatur, & in re graui, videlicet irreligiositatis Sacramenti, sicut simoniæ crimen mortale erit rem spiritualem vendere etiam exiguo pretio. Ita Sancius *loco citato.* Igitur per illum omittere pœnitentiam leuem impositam à Confessario, semper erit peccatum mortale.

Sup. sequentibus in hoc & seq. §. infrà in Ref. 47. & in aliis eius primæ not. & in Ref. 48. & in cæteris aliis Resol. & §. eius secundæ annot. & lege etiam §. vlt. Ref. prætentæ in principio dicti §.

2. Sed communiter contrarium docent DD. asserentes non implentem leuem pœnitentiam pro solis venialibus, vel mortalibus iam confessis delinquere tantùm venialiter, quia quamuis integritas Sacramenti non seruetur, tamen est in re valde extrinseca, & secundaria, & quid leue reputatur ex hac parte Sacramentum non integrare. Et ita tenet Suarez *tom. 4. in 3. part. disp. 38. sect. 7. nu.* 5. Coninch *de Sacram. disp. 10. n.* 80. Reginaldus *tom. 1. lib. 7. n.* 77. Henriquez *lib. 5. cap. 20. n. 4. in gloss. lit. M.* & alij. Vnde etiam ad dubium propositum in titulo resolutionis negatiuam sententiam docet Merolla *tom. 2. disp. 4. c. 3. dub. 25. nu.* 283. asserens non posse Confessarium imponere pœnitentiam leuem sub mortali.

RESOL. VII.

Quam sit necessarium ad tollendos Cõfessariorum scrupulos in imponendis paruis pœnitentiis, apponere post absolutionem illam clausulam. Quidquid boni feceris, & mali sustinueris, &c.

Et notatur, quod verba dicta clausula erunt pœnitenti declaranda.

Et aduertitur, quod doctrina huius Resolutionis non est intelligenda, si pœnitens egeat pœnitentia aliqua præseruatiua? Ex part. 3. tract. 4. Resolut. 96 aliàs 97.

§. 1. LIcèt pœnitentiæ pro peccatis à Confessariis in confessione iniungẽdæ non sint determinatæ, sed relinquantur arbitrio Confessarij moderandæ, attentis criminum, & delictorum circumstantiis; attamen si Confessarius pro magnis peccatis imponere paruas pœnitentias, peccaret ex communi DD. consensu, ideò multi Confessarij magnis scrupulis in imponendis pœnitentiis excruciantur. Dicendum est igitur ad eorum solatium, quòd si post peccatorum absolutionem, apponant clausulam illam, *quidquid boni feceris*, &c. excusantur à peccato, si fortè paruas pœnitentias imposuissent. Et ita docet Beia *in resp. p. 3. cas. 1. in fine*, vbi sic asserit: Hinc fortè possunt excusari à peccatis Confessores imponendo paruas pœnitentias, quia omnes hac clausula iam vtantur, *quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum*, &c. Homines autem vt plurimum bona multa faciunt, & mala plurima sustinent, quæ sic applicata, rationem habent satisfactionis sacramentalis. Ita ille. Et Homobonus *in exam. Eccles. p. 1. tract. 5. cap. 15. q. 94.* sic ait: Admonent DD. Confessarium debere pœnitenti iniungere, *vt quidquid boni fecerit, & mali sustinuerit, in suam satisfactionem cedat.* Qua clausula excusari videntur Confessarij, si vel pro magnis peccatis paruas pœnitentias iniungant; sic Homobonus. Vide etiam Reginaldum *in praxi to. 1. lib. 7. c. 1. sect. 1. n. 26.* Filliucium *to. 1. tr. 8. c. 2. n. 47.* & Bonacinam *de pœnit. disp. 5. q. 5. sect. 3. n. 13.* Sed supradicta opinio non est intelligenda, si pœnitens egeat pœnitentia aliqua præseruatiua, quia illa opera bona ab ipso postea facienda, non erunt forsitan proportionata ad necessariam peccatorum medelam, & verba dictæ clausulæ erunt pœnitenti declaranda, vt sciat leuem pœnitentiam sibi ideò imponi, quia omnia bona opera totius suæ vitæ, in satisfactionem pœnæ peccatis suis debitæ iniunguntur & acceptantur.

Sup. hoc in tribus Resol. seqq. & in quarta §. 2. prope finem cum Villalobos vers. Vnde & in Ref. 18 §. Nota hic. & in Ref. 31 § Quarto secundo.

Sup. hoc in Ref. seq. prope finem, & infra in Ref. 10. §. 1. in fine & in alio §. eius not.

RESOL. VIII.

An Confessarius excusetur à culpa, si imponat leues pœnitentias propter illa verba, quæ in absolutione semper adduntur, Quidquid boni feceris, & mali sustinueris, &c. *maximè si hoc pœnitenti explicet?* Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 5.

§. 1. SOlutio huius dubij pendet ex illa quæstione: an possit imponi pœnitentia sine obligatione. Et quia Pater Lugo negatiuam sententiam tenet, negatiuè etiam respondet ad dubium propositum. Sic igitur asserit *de Sacramento pœnitent. disp. 25. sect 4. num* 56. Obiiciunt verba illa Sacerdotis, quæ post absolutionem adiungit: *Quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum*, &c. Quibus verbis videtur eleuare omnia opera pœnitentis ad fructum ex opere operato. Respondeo, si hoc

Sup. prima difficultate tituli huius Ref. & controuersia contenta à lin. 4 huius textus in Ref. præterita, & in duabus seqq. & cum Villalobos

infrà ex doctrina Resol. 11. §. cursim prope finem vers. Vnde. & in Ref. 18. §. Nota hic. & Ref. 31. §. Quæro secundo.

hoe esset, elenarentur etiam ad eum effectum merita Beatæ Virginis, omnium Sanctorum, & Sanctarum, quorum ibi etiam fit mentio. Quare debemus fateri illam esse meram deprecationem, sicut & verba præcedentia. *Misereatur tui*, &c. Et quidem ex se videtur esse parum credibile, quod per illa verba generalia, omnia opera pœnitentis maneant Sacramentalia. Quam absurditatem vt vitaret Suarez *sect. 6. in fine*, aduertit illam virtutem extendi solùm ad satisfaciendum pro peccatis in illa confessione confessis: quia de illis tantùm fertur iudicium, atque adeò, postquam illa fuerint plenè remissa, ille cessabit effectus. Sed hæc limitatio adhuc non tollit omninò difficultatem; quia licèt postea ex defectu indigentiæ illa opera vlteriora non causent remissionem pœnæ, adhuc verè sunt pars Sacramenti: sicut si alicui, qui nullam pœnam debet, imponatur vnno ieiunium, verè illud erit pars Sacramenti pœnitentiæ. Vnde non videtur probabilis doctrina aliquorum, quos affert Diana *tom. 2. tract. 4. de Sacrament. resol.* 97. qui excusant à peccato

Quæ hic est Res. antecedens.

Confessarios, leues pœnitentias imponentes pro grauissimis peccatis, quando addunt in fine verba illa, *Quidquid boni feceris*, &c. Certè si hæc doctrina vera esset, frustrà Tridentinum verba illa grauissima vsurpasset *sess. 14. cap.* 8. ad deterrendos Confessarios. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate; salutares & conuenientes satisfactiones iniungere: ne si fortè peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Certè hoc ingens periculum vno verbo addito vitatur dicendo: *Quidquid boni feceris*. &c. Quem Sacerdotum vsum proferendi illa verba Concilium non ignorabant: non ergo videtur in praxi vllo modo admittenda illatio illa. Hucvsque Pater Lugo.

2. Non desinam tamen hîc adnotare nouissimè affirmatiuam sententiam docere ex eadem Societate Stephanum Bauny *in Theolog. Moral. part. 1. tract. 4. quæst. 11.* vbi sic ait: Sunt multæ causæ, ob quas leuior pœnitentia, quàm deceret, iniungi possit, vt iniunctio bonorum omnium; quæ per se aut alium pœnités facturus creditur, quæ quoniam multa sunt, & copiosa, sicut & mala, quæ quis sustinet: ob eam causam Confessarios excusari à peccato, cùm pœnitentias iusto minores imperant. Dices opera bona pœnitentiæ iniunctæ vicem habere non posse, nisi fuerint imperata in eam rem à Confessario: at talis imperij nulla fit, hic mentio. Respondendum iniunctionem esse duplicem: putam vnam & absolutam; hypotheticam aliam: fit illa dum disertè ac clarè præcipitur, vt pars Sacramentalis: altera, quæ est conditionata, fit cum Sacerdos ad nullum quidem speciale opus pœnitentem obligat, generatim tamen per potestatem clauis applicat satisfactiuni peccatorum omne opus benè factum, & faciendum à pœnitente qua applicatione Sacramentali, habent illa bona sic generatim sumpta, vt sint magis satisfactoria, quàm quæ spontè sunt suscepta, illa enim sunt Sacramentalia ex applicatione Confessarij vim habentia Sacramentalis satisfactionis: ista, id est, voluntate propria, ac ex deuotione facta, aut facienda, nequaquam: quare facilè culpæ non est vllius arguendus Confessarius, cùm pauca quædam, eáque toleratu facilia ad expiationem pœnæ pro peccatis commeritæ pœnitenti præscribit. Enimuerò quod ad æqualitatem deest inter vtrumque videtur suppleri posse per ea bona, quæ vt plurimum fiunt à singulis, vel mala quæ iidem subeunt, maximè si sunt in satisfactionem imposita: quæ etsi sunt vera, séque Sacerdos cupere indicet, vt bona pœnitentis omnia sint ei loco pœnitentiæ his verbi; *Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Sanctorum omnium, quidquid boni feceris & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, & augmentum gratiæ, Amen.* Tamen vt ei benè vertat, quicquid vnquam egit, aut pertulit, expedit ad eius spirituale commodum exaggeratiùs hæc illi, ac clariùs à Confessario pœnitentiæ nomine indici. Et hæc omnia docet Bauny, vbi suprà. Alij verò magis adhærendum esse negatiuè sententiæ existimant; licèt ego affirmatiuæ cum aliquibus Doctoribus probabiliter adhæserim *in 3. par. tr. 4. resol.* 97. quicquid aliqui garriant, fateor tamen negatiuam sententiam esse probabiliorem.

Sup. hoc in Ref. not. seq. & infra, in Ref. 10 §. 1. in fine, & in alio § eius not. Quæ hic est Ref. antecedens, & in aliis eius primæ annot.

RESOL. IX.

An Confessarius possit minuere pœnitentiam pro magnis peccatis, si post eorum absolutionem addat clausulam: Quidquid boni feceris?

Et infertur omnia opera bona Confesso iniuncta, etiam quæ facturus est in peccato, operari ex opere operato meritorum Christi remissionem pœnæ temporalis ex peccatis confessis, & remissis.

Et docetur commutationem pœnitentiæ posse fieri à Confessario extra confessionem sacramentalem, etiam a secundo Confessario.

Et explanatur, quod Pontifex, vel Episcopus potest communicare sacramentalem pœnitentium extra iudicium sacramentale per applicationem Indulgentiæ.

Et aduertitur, quod pœnitens satisfacit pœnitentia de danda eleemosyna, dando illam patri, fratribus, aut aliis indigentibus, & si teneatur aliter illis subuenire.

Et obseruatur, quod cui integrum Rosarium (ex tribus enim partibus constat,) iniunctum est in pœnitentiam, satisfacit recitando tribus diebus, singulis singulas partes.

Idem pœnitens impotens ad implendam pœnitentiam Ieiunij in pane, & aqua, non tenetur ieiunare modo consueto Ecclesiæ.

Et an cui iniunctum est, vt quotidie per annum, mensem, vel hebdomadam Psalmos, vel Coronam recitet, &c. satisfaciat, si vno, duobus vel tribus diebus hæc recitet simul?

Et tandem aduertitur, quod non est deneganda absolutio pœnitenti, qui nolit acceptare pœnitentiam pro peccatis confessis nisi leuem, & exiguam, secus vero si nullam? Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Res. 55. aliàs 54.

§. 1. NEgatiuè nominatim contra me respondet eminentissimus Lugo, cui adde Tannerum *in 3. part. tom. 4. quæst. 94. art. 2. dub. 1. n.* 10. Coninch *de Sacram. disp.* 10. *dub.* 8. *num.* 94. Castrum Palaum *tom 4. tractat. 23. disput. vnic. punct.* 21. §. 3. *num.* 13. & alios, negantes ea verba communia: quidquid boni feceris, &c. efficacia esse, vt omnia opera bona, postmodum facta ex opere operato, remittant pœnas pro peccatis debitas. Nam ex vi illorum verborum non designantur opera in satisfactionem ex opere operato, sed oratur Deus, vt taliter fiant, vt in satisfactionem peccatorum deseruiant. Tum quia in communi designatur; quæ designatio obligatione apta non est. Si enim peccatum in communi non licet pro materia huius Sacramenti constituere, nisi in casu raro, & extraordinario; neque etiam satisfactionem in communi licebit. Tum quia æquè designantur

Sup. hoc in duobus Res. præcedentibus, & in Ref. seq. & infrà cum Villalobos ex doctrina Ref. 21. §. 1. prope finem. & in Ref. 18 § Nota hic. & in Resol. 31. §. Quæro secundo.

tur omnia opera à pœnitente efficienda, vt in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ deseruiant, aut designantur in peccatorum remissionem. Sed ea opera à confessario iniuncta, vim non habent augendi gratiam ex opere operato, vt etiam Contrarij fatentur: ergo neque vim habere debent remittendi peccata ex opere operato. Adde, absque fundamento ea verba restringi ad satisfactionem pro peccatis in ea Confessione declaratis: nam opus in satisfactionem à Confessario iniunctum, non solùm pro peccatis illius Confessionis, sed pro quibuscumque peccatis satisfactorium est. Ergo idem est dicendum, si omnia opera in communi possint in satisfactionem iniungi.

Docuit in Ref. not. præteritæ.

2. Hæc opinio est satis probabilis; sed etiam probabilem existimo affirmatiuam sententiam quam docui, & nouissimè me citato tenet Leandrus *tom. 1. tract. 5. disp. 9. quæst.* 109. quia quamuis per huiusmodi clausulam non alliget Confessor pœnitentem ad bona opera, saltem in particulari peragenda, efficit tamen vt quæcumque pe[r]egerit, ei in pœnitentiam Sacramentalem cedant. Nam vt benè obseruat Amicus *in Curs. Theolog. tom.* 8. *disputat.* 16. *sect.* 5. *dub.* 6. *num.* 85. vi illorum verborum: quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem pœnæ, & præmium vitæ æternæ; omnia bona, quæ pœnitens est facturus, & mala, quæ patienter est passurus, operari ex opere operato ipsi pœnitenti: nam per hæc verba, tam bona à pœnitente acta, quàm mala ab eodem sustinenter passa, virtute clauium eleuantur ad operandum ex meritis Christi vltra id, quod operarentur, ex sola sua intrinseca honestate. Dicendum est itaque quòd supradicta verba per se nullum effectum Sacramentalem operantur, sed solùm ex intentione absoluentis in partem pœnitentiæ iniungunt opera bona, quæ facturus est, & mala quæ patienter toleraturus est pœnitens. Vnde non ipsa verba, sed opera iniuncta per hæc verba operantur effectum quem operatur pœnitentia ipsa, quæ à Confessore iniungitur; quia cùm Confessarius virtute clauium potestatem habeat eleuandi omnia opera bona pœnitentis vt illa ex meritis Christi operentur vltra proprium valorem, his verbis, hac intentione prolatis, omnia opera bona pœnitentis eleuat ad operandum effectum vltra valorem proprium, ex opere operato meritorum Christi. Confirmatur, quia potest Confessarius in pœnitentiam iniungere confesso omnia bona opera; quæ facturus est: ergo etiamsi hoc explicitè illi non dicat, modò intentionem habeat ea in pœnitentiam iniungendi, manebunt omnia in pœnitentiam iniuncta, non secus ac si explicitè illa in pœnitentiam iniunxisset, cùm non sit necessaria notitia, & expressa acceptatio pœnitentis, sed sufficiat sola intentio ministri, vt illa operentur tanquam pars Sacramenti virtute meritorum Christi vt constat in casu, quo quis post Sacramentalem Confessionem suorum peccatorum amitteret sensum. Is enim posset, & deberet absolui, præsertim si instaret periculum mortis, vt docent Leo Papa, *Canone, his qui* 26. *q.* 6. Et Paulus V. in suo Rituali: nam in eo casu absoluens eleuaret præteritum dolorem pœnitentis vt partem Sacramenti, ad operandum ex meritis Christi absque notitia ipsius pœnitentis.

3. Ex his infertur omnia opera bona in pœnitentiam Confesso iniuncta, etiam quæ facturus est in statu peccati operari ex opere operato meritorum Christi remissionem pœnæ temporalis relictæ ex peccatis confessis & remissis, quia cùm hanc vim habeat pœnitentia pœnitenti explicitè imposita, eandem vim habent omnia opera bona ex intentione Ministri pro pœnitentia iniuncta, cùm non minus hæc, quàm illa suam virtutem operandi habeant ex meritis Christi, quæ sicut per peccatum pœnitentis suum valorem non amittunt, ita illam iis operibus communicant, quæ iniuncta sunt pœnitenti vt pars integralis Sacramenti, quia cum homo etiam in peccato existens sit capax remissionis pœnæ ex confessis, & remissis peccatis relictæ, cumque per peccatum pœnitentis merita Christi non extinguantur, non est, cur hunc effectum pœnitentiæ Sacramentali, etiam in statu peccati solutæ denegemus. Rectè igitur ex his omnibus Pater Leandrus nostram sententiam amplexus est, quam etiam admittit Vviggers *in supplem. ad 3. part. D. Thomæ quæst.* 15. *art.* 2. *num.* 11.

4. Nota etiam. Leandrum nominatim contra me, quæst. 101. *vbi suprà*, docere commutationem pœnitentiæ posse fieri à Confessario extra confessionem Sacramentalem etiam à secundo Confessario; quod est valde notandum. Sed ego non discedo à sententia, quam docui in loco ab ipso citato; & docet nouissimè Amicus *vbi sup. in Curs. Theol. tom.* 8 *disp.* 16. *sect.* 4. *num.* 47. etenim sicut non licuit priori Confessario pœnitentiam imponere, nisi ex Sacramentali iudicio, ita neque licebit posteriori, illam in aliam commutare, nisi ex Sacramentali iudicio cùm vterque teneatur integrum facere Sacramentum: integratur autem Sacramentum per pœnitentiam Sacramentalem iniunctam.

Sup hoc infrà in Ref. 14 § 1. in fine, & in Ref. 13. § 2 & in Ref. 24. §. Nota etiam eiusmodem. & [illegible] in fine, & late in Ref. 25. §. Sed pro. & §. Sed contrariam. & in Ref. 36. & cursim in Ref. 28 §. Sed circa, vers. Dummodo.

5. Instabis. Potest Pontifex, vel Episcopus mutare sacramentalem Pœnitentiam extra iudicium sacramentale per applicationem indulgentiæ per quam, aut tollitur tota, si sit plenaria; aut pars, si plenaria non sit. Respondeo, posse Pontificem, vel Episcopum per applicationem indulgentiæ extra Confessionem sacramentalem pœnitentiam mutare; quia per indulgentiam ex opere operato supplere possunt effectum sacramentalis satisfactionis, qui est remissio pœnæ relictæ ex peccatis condonatis, & recompensatio diuinæ offensæ, quæ recompensatio æquè fit per indulgentiam, per quam Christi satisfactio applicatur: quos effectus supplere non possunt inferiores Sacerdotes extra Sacramentum Pœnitentiæ. Et hanc sententiam, me citato, tenet etiam Trullench. *de Sacram. lib.* 4. *cap.* 6. *dub.* 3. *num.* 9.

6. Idem Leandrus, *quæst.* 47. docet, nominatim contra me, quòd pœnitens satisfacit pœnitentiæ de danda eleemosyna, dando illam patri, fratribus, aut auis indigentibus, si teneatur illis aliter subuenire; quia benigna interpretatione censetur confessarium tali eleemosyna alias ex præcepto contentum esse. Sed ego iterum negatiuæ sententiæ adhæreo, & illam docet nouissimè Amicus *vbi suprà, sect.* 5. *dub.* 9. *num.* 90. vbi sic asserit: Si imponatur pro pœnitentia eleemosyna, satisfacit pœnitens, etiamsi illam faciat extremè indigenti, cui aliàs ex præcepto charitatis tenetur illam facere. Secus si illam faciat propriis parentibus, vel consanguineis, qui ordinariè semper extremè indigent. Ratio discriminis est; quia hic casus obligat ordinariè pœnitentem ad succurrendum suis extremè indigentibus; non autem ille; proinde ille non censetur, sicut iste à pœnitentia confessarij exclusus. Ita ille.

Sup. hoc infrà in Ref. 40 §. Tertiò infertur. & cursim in tom. 4 tr. 7. Resol. 64 §. vlt. in fine.

Sup. hoc infr. in Ref 12. §. vlt. ad mediu. ve [illegible] idem. & in Ref. 50 §. Quarto infertur.

7. Et tandem nota, quòd cui integrum Rosarium, ex tribus partibus constans, iniunctum est in pœnitentiam, satisfacit recitando tribus diebus singulis singulas partes. Item pœnitens impotens ad implendam pœnitentiam ieiunij in pane & aqua, non tenetur ieiunare modo consueto Ecclesiæ. Et cui iniunctum est in pœnitentiam, vt quotidie per vnum annum, mensem, vel hebdomadam, Psalmos, vel Coronam recitet, satisfacit si vno, duobus, aut tribus diebus, &c. hæc recitet simul. Ita Leandrus, *qu.* 74. 75. & 79. Non esse verò denegandam absolutionem

Sup prima d[icti] huius §. in tom. 8. tr. 4. Res. 47 Pro secunda in to. 4 tr. 6. Resol. 66. §. 1. Pro tertia infra in Ref. 21. Pro quarta supra in Resol. 2. §. vlt. & in Resol. 4.

nem pœnitenti, ſi nollet acceptare pœnitentiam pro peccatis confeſſis, niſi leuem, & exiguam; ſecus autem ſi nullam, docet ex Layman Caſtrus Palaus *vbi ſupra, §.4.num.5.*

RESOL. X.

Adducuntur alia doctrina conſolatoria pro Confeſſariis ſcrupuloſis circa impoſitionem pœnitentiæ in ſacramentali confeſſione.

Prima eſt, quod poſſit Confeſſarius dare leuem pœnitentiam pro magnis peccatis, ſi poſt eius abſolutionem apponat clauſulam iſtam, Quidquid boni feceris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum, &c.

Altera doctrina eſt, quod ſi probabiliter Confeſſarius opinatur pœnitentem lucraturum eſſe aliquam Indulgentiam plenariam, poteſt ſimiliter pro magnis peccatis imponere pœnitentiam leuem.

Et docetur eſſe Indulgentiam plenariam conceſſam ab Adriano VI. omnibus Chriſti fidelibus, qui ſalutationem Angelicam veſpertinam, ſeu poſt-Completorium poſt ſolis occaſum ter recitant, cum verſiculis ſolitis, etiamque eam lucrari, ſi illam ignorent.

Imo additur, quod ſiquis recitauit ſero in ſtatu peccati mortalis dictas ſalutationes Angelicas, ſi poſtea mane, v.g. reddat in gratiam, lucrabitur illam Indulgentiam Adriani VI. Ex part. 10. tr. 16. & Miſc. 6. Reſ. 1.

§. 1. VOcatus fui his diebus à Cõfeſſario, qui in imponendis pœnitentiis dum excipiebat Confeſſiones, & poſtea nimis angebatur ſcrupulis; & ad eius conſolationem, & quietem adduxi duas opiniones. Prima eſt, quod poſſit Confeſſor dare leuem pœnitentiam pro magnis peccatis, ſi poſt eorum abſolutionem, apponat clauſulam iſtam; *Quidquid boni feceris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum.* Et ratio eſt; quia quamuis per huiuſmodi clauſulam; non alliget pœnitentes ad bona opera (ſaltem in particulari) peragenda, efficit tamen, vt quæcumque peregerint, eis in pœnitentiam Sacramentalem cedant. Sic D. Thomas, *Quodlibet. 3. articl. 28.* & ex illo P. Soto, *lect. 2. de Satisfact.* & alij, quos Ego alibi citaui; quibus nunc addo me citato Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. diſp. 9. quæſt.* 109. Martinum de San Ioſeph, *in Monita Confeſſ. tom. 1. l. 1. tract. 26. de Pœnitentia, numer.* 12. & me citato Baſſæum *v. Satisfactio, numer.* 5. vbi ſic ait: Præterea non ſolùm iniungi poſſunt opera in particulari, verùm etiam in generali, vt ſi Confeſſarius abſoluendo dicat: Quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum; huiuſmodi enim opera ſic iniuncta eleuantur ad ſatisfactionem, ex opere operato pro peccatis in illa confeſſione manifeſtatis, quia per huiuſmodi iniunctionem fiunt pars Sacramenti; vnde vſu receptum eſt, vt modicæ pœnitentiæ iniungantur, quia id in quo deficiunt pœnitentiæ iniunctæ, ſuppleri poteſt per bona opera, quæ vt plurimùm ab hominibus præſtantur. Ita ille. Vide etiam Baucium *in Caſibus Singularibus Conſcientiæ, caſ.* 11. & Trullench, *de Sacram. lib. quarto capit. 7. dub. 5. numer. 9. &* 14. Hanc ſententiam me citato tenet Machadus, *tom. primo lib. tertio part. 1. tract. 5. docum. 9. numer. 5.* vbi ſic ait: [Para aſſegurar eſte peligro, e inconueniente, añadio la Igleſia en eſpecial cuydado à la forma de la abſolucion aquellas vltimas palabras: Quidquid boni feceris, vel mali ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum, &c. las quales afirman graues Autores, que ſiruen de que el Confeſſor ſe libere de pecado en auir impueſto pœnitencias leues por graues pecados; porque generalmente hablando, los hombres por la mayor parte hazen algunas obras buenas, y padecer muchos trabaios, que applicados por el Confeſſor, tienen razon, y ſer de ſatisfacion Sacramental. Et *tom. 2. lib. 7. part. 5. tract. 5. docum. 5. numer. 8.* ſic etiam me citato; aſſerit: [Finalmente acerca de las vltimas palabras: conuiene à ſaber; Quidquid boni feceris, vel mali ſuſtinueris, &c. ſe ha de aduertir, que aunque no tienen neceſſitad, y connexion alguna con las de la forma: con todo eſſo, ſegun enſeñan grauiſſimos Auctores ſon tan importantes, y tienen tanta fuerça para la ſatisfacion, y penitencia para la remiſſion de la pena: que aunque el Confeſſor huuiera pecadò en auer impueſto corta penitencia al penitente, y deſigual à la grauedad de ſus pecados, ſe eſcuſaua dela culpa con aplicarſelas, en la forma que la Igleſia las aplica, porque verdaderamente no ſe puede negar que los hombres hazen muchas obras buenas, y demas de ellas padecer muchos trabaios; y applicado lo vno, y lo otro por penitencia, tienen razon de ſatisfacion Sacramental. Et licet hanc doctrinam non admittit Cardinalis de Lugo, vt ego alibi adnotaui, tamen præter Doctores citatos, illam admittit Reuerendiſſimus Candidus, Sacri Palatij Apoſtoli digniſſimus Magiſter, *tom. 1. diſquiſit. 24. art. 31. dub. 16.* vbi ſic aſſerit: Tres ſunt gradus bonorum operum pœnalium, quibus Deo ſatisfacimus. Primus, & præcipuus ille eſt, quando illa bona, quæ agimus, ſunt ſpeciatim, & in particulari iniuncta à Confeſſore, hæc enim opera ſunt maximè ſatisfactoria. Secundus gradus eſt eorum operum, quæ Confeſſor iniungit generatim, & ſub conditione, dicendo: Si quid boni feceris, & mali patienter ſuſtinueris; & hæc etiam ſunt multum ſatisfactoria virtute clauis, & magis quam ſint illa, quæ propria voluntate ex deuotione facimus, quia hæc nullo modo ſunt ſacramentalia, & ideò cæteris paribus minus habent de ſatisfactione. Ita bene declarat Caietanus *in opuſculis, tom. 1. tract. 6. quæſt. 1. de ſatisfactione.* Hinc poſſunt excuſari à peccato Confeſſores imponendo paruas pœnitentias in particulari; quia omnes hac clauſura iam vtuntur: Quidquid boni feceris, & mali patienter ſuſtinueris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum tuorum; homines autem, vt plurimum, in hoc mundo bona multa faciunt, & mala plurima ſuſtinent, quæ ſic applicata rationem habent ſatisfactionis ſacramentalis, quo fit, vt fructuoſa maximè ſint hæc verba *Quidquid boni feceris*, &c. & declaranda pœnitenti, vt ſciat leuem pœnitentiam ſibi ideò imponi, quia omnia bona opera totius ſuæ vitæ in ſatisfactionem pœnæ peccatis ſuis debitæ iniunguntur. Ita Candidus. Vnde ex authoritate tantorum virorum ſatis remanet probabilis hæc opinio.

Alibi in tribus Reſ. præteritis, & cum Villalobos ex doctrina Reſ. ſeq. §. 2. curſim in fine, verſ. Vnde. & infra in Reſ. 12. §. Nota hic. & in Reſ. 31. §. Quæro ſecundo.

Alibi in Reſ. 1. poſt. præcitatam.

Sup. hoc ſupra in fine Reſ. 7. & prope finem Reſ. 8. & infra in Reſ. 31 § Reſpondetur.

2. Alteram doctrinam ſupradicto Confeſſario adduxi; nempe poſſe Confeſſarium in Sacramento Pœnitentiæ leues pœnitentias imponere, quia probabiliter opinatur pœnitentem lucraturum eſſe aliquam Indulgentiam plenariam; & ita docet in terminis Pater Gobat *in Theſ. Indulgen. part. 2. c. 39. num. 687.* vbi hæc ait: Confeſſarius poteſt in omittenda pœnitentia vindicatiua, accommodare ſe opinioni, qui probabiliter credit ſuum pœnitentem, lucraturum mox, vel lucratum iam eſſe Indulgentiam plenariam ratione Congregationis, cui inſcriptus eſt, ratione numiſmatis quinque Sanctorum, &c. Et vel maximè hoc facere poteſt, quando pœnitens grauatus eſt antiquis pœnitentiis ieiuniorum, diſciplinarum, roſariorum, confeſſionum octiduarum, &c. Et

hoc

hoc ipsum practicare potest etiam in casu, quo pœnitens ooo scit se lucratum esse, vel mox lucraturum Indulgentiam plenariam. Et quia tam multi Indulgentias partiales adipiscuntur ratione Concionum, aut Templorum Ordinum Mendicantium, quæ adeunt, & visitant. Item ratione Confraternitatum, Nominis Iesu, &c. Item ratione Confraternitatum, quibus sunt adscripti: itemque ratione ternæ salutationis Angelicæ, quam ad pulsum matutinum, & vespertinum recitant. Hæc omnia Gobat, quæ magis latè probat *in tract. de Iubilaeo, cap. 25. quæst. 67. n. 170.* vbi me citato inter alia sic ait: Tenetur idem Confessarius imponere pœnitentiam vindicatiuam, seu satisfactiuam, quando non est ipsi satis probabile, obtinuisse pœnitentem, vel mox obtenturum esse Indulgentiam, Argument. Concilij Tridentini, *sess. 14. cap. 8.* tenereturque pœnitens illam admittere quando similiter noo habet probabilem coniecturam se potitum, aut potiturum Indulgentia, pœnitentiam adæquante, Argumeot. eiusdem Concilij Tridentini, *loco citato*, potestatem ligandi Sacerdotibus concessam, extendentis etiam ad pœnitentiæ iniunctionem, & commoniter Doctores contra nonnullos. Si tamen probabiliter credat Confessarius, pœnitentem iam consecutum aut mox consecuturum Indulgentiam plenariam, aut aliam æqualem pœnæ ab ipso promeritæ, potest omnem pœniteotiam, in quantum est vindicatiua, seu punitiua, & satisfactiua, omittere, sicut & ob eandem causam pœnitens etiam absque consensu Confessarij. Ita Gobat. Itaque in opinione Patris Gobat; potest, v.g. Confessarius imponere mane leuem pœnitentiam in Confessione absque peccato, quia satis probabiliter existimat pœnitentem sero, vel altero die lucraturum Indulgentiam plenariam io recitatione Angelica vespertina, stante Indulgentia plenaria concessa ab Adriano VI. omnibus Christi fidelibus, qui dictam salutationem Aogelicam recitarent: de qua Indulgentia vide etiam eundem Gobat me citato *cap. 30. q. 85. num. 690. cum seqq.* & me citato Lezanam *in Summa QQ. Regul. tom. 3. verb. Indulgentia, n. 20.* & me citato Leandrum *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 14. q. 37.* & me citato Mariam de Rhetia Cappucinum *in Fasciculo Sacrarum Indulgentiarum*, Escobar virum doctissimum, & amicissimum, *in Teolog. moral. tract. 7. exam. 5. c. 8. n. 54.* & Layman penes ipsum.

Sup. hoc in Ref. not. seq. in principio.

3. Et hanc Indulgentiam lucrari omnes Christi fideles, etiamsi illam ignorent, satis alibi probaui, ex Molina, Portel, & aliis; quibus nunc addo me citato Leandrum *vbi supra*; & me citato Gobat, *part. 1. cap. 14. quæst. 48. n. 163.* & me citato Martinum de San Ioseph *in monita Confessariorum, tom. 1. lib. 1. tract. 6. de indulgentiis, num. 8.* Quintanadueñam *in Theolog. Mor. tom. 1. in Appendice, tract. 9. dub. 6. num. 1. & 6.* Escobar *vbi supra*. Thomam Leonardum Dominicanum *in Thesauro Sacratissimi Rosarij, cap. 9. fol. 59. §. vlt.* Pellizzarium *in Manuali Regul. tom. 2. tract. 8. capit. 5. num. 250.* & Eminentissimum Domioum meum Cardinalem Lugo *de Sacrament. Pœnitentia, disput. 27. sect. 6. num. 82.* vbi firma hanc sententiam, & respondet ad argumenta contraria: Ex quibus patet vt diximus, omnes Christi fideles lucrari Indulgentiam plenariam recitando post solis occasum tria *Aue Maria* cum versiculis solitis, etiamsi nescitent, quod recitantibus illas salutationes Angelicas Summus Pontifex concesserit Indulgentiam plenariam. Immò plus addo, secundum opinionem probabilem aliquorum; quod si quis recitauit sero in statu peccati mortalis dictas salutationes Angelicas, si posteà mane v.g. redeat in gratiam, lucrabitur illam Indulgentiam plenariam Adriani VI. Et ita docet ex Sylvestro, Paludano, & Nauarro, Quintaoadueñas *in Theol. Mural. tom. 1. in Appendice tract. 8. dub. vlt. n. 5.* & me citato Martinus de San Ioseph *in monita Confessariorum tom. 1. l. 2. tract. 4. de Indulgentiis, n. 5.* & me citato Bassæus *in Floribus Theolog. vers. Indulgentia 2. num. 4.* Pellizzarius *in manual. Regular. tom. 2. tractat. 8. capit. 5. sect. 5. num. 255.* cum Cardinali de Lugo & Filliucio penes ipsum, qui omnes hanc seotentiam tanquam probabilem admittunt. Vnde pro casu nostro Gabat *de Indulgentiis, part. 1 cap. 12. quæst. 44. n. 256.* fatetur hanc sententiam esse practicè valdè tutam, vt tam Confessarius circa pœnitentiæ iniunctiooem, quam ipse pœnitens circa eius executionem, possint in praxi huic opinioni se accommodare. Et hæc omnia satis confirmant opinionem dicti Patris Gobat, quam supra adduximus, nempe, posse Confessarium in pœnitentiis vindicatiuis se leuiter gerere cum pœnitentibus, existimantem eos mox Indulgentiam aliquam lucraturos. Nec obstat quod difficilè quis scire potest se verè lucratum esse indulgentiam. Respondeo; licet raro, vel numquam possit constare integrè aliquem satisfecisse pro peccatis, vel Indulgentiam fuisse lucratum; dico tamen ad nostram rem sufficere quod probabiliter quis videatur, satisfecisse; cum probabilitas sufficiat; vt quis prudeoter operetur. Et ita ex Lugo, & Soto docet Tamburinus *opusc. de Confessione, lib. 4. cap. 1. §. 1. n. 6.*

Alibi in to. 5. tr. 2. Ref. 18. & in alia Resol. eius se. eundæ not.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 5. Ref. 11. & 12.

4. Nota vero quod omnia superius dicta, à me tam diligenter obseruata sunt, non vt habenas laxarem Confessariis imponendi oscitanter, & ad libitum leues pœnitentias in Sacramentali Confessione: Absit hoc. Sed postquam prudeoter, & consideratis omnibus circumstantiis ex parte Pœnitentis, satisfactionem imposuerunt, ne dent postea locum scrupulis, nec sinant ab ipsis vexari, sed quiescant ex doctrinis superius allatis. Itaque omnia superius dicta pro scrupulosis tantum admittenda esse puto, quibus aliqua conceduntur, & permittuntur, quæ aliis nec concedi, nec permitti possunt; ac debent.

RESOL. XI.

An Confessarius posit imponere pænitentiam omnino liberam faciendam arbitrio pænitentis?

Et infertur, quod non requiritur semper, vt Confessarius iniungat aliquod opus in particulari, sed sufficit, vt dicat, impono tibi pro pænitentia, quidquid hodie, vel hac hebdomada, vel mense feceris.

Et an tamen ex voluntate Confessarij, & ex iusta causa posit pænitentia impleri per alium, & suum effectum ex opere operato in eo, pro quo impletur, sortiri? Ez part. 3. tract. 4. Ref. 82.

§. 1. NEgatiuè ex Vasquez respondet Turrianus *de pænit. disp. 35. dub. 2.* quia si pœnitentia est libera, non prouenit à potestate ligandi, hæc enim ligat pœnitentem; vnde non erit pars Sacramenti. Deinde prædictus modus ligandi non quadrat in sententiam: sententia enim iudicis iusta ligat, & aliàs non est sententia, sed consilium iudicis; ergo, &c. Vide etiam Petrum Fay *de pænit. in addit. ad 3. part. q. 15. art. 1. disp. 4.*

Sup hoc in fra in Ref. 37. §. Nota tertio. & cursimè in alia vers. eius not.

2. Sed his nonobstantibus affirmatiuam opinionem docet Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 9. dif. 77. n. 2.* vbi sic asserit. [Ha se de aduertir, que no esta obligado el Confessor a dar siempre la penitencia por via de precepto, que algunas vezes basta dezir, si hissieredes tales, y tales boenas obras, yo os la doy en penitencia, que con esto por virtud de la llaues se leuanta de punto aquella satisfacion, y esta muy en vso

narre Confessores.] Ita ille, & ante illum Filliucius *tom.1.tract.8.c.2.n.37.* & Fagundez *pr.2.lib.9.cap.5.num.11.* Henriquez *lib.5.de Pœnit.c.21.n.5.* & Suarez *tom.4.disp.38.sentent.3.n.2.* qui citat Paludanum, Sotum, Victoriam, Ledesmam, & alios. Et ratio est, quia Sacerdos imponendo in tali pacto pœnitentiam ligat, & soluit; ligat quidem, quatenus necessitatem huius pœnitentiæ imponit, non simpliciter, sed ad hunc finem, consequendi ex opere operato remissionem pœnæ per hoc Sacramentum: soluit autem, quatenus facienti talem pœnitentiam, commutat pœnam purgatorij in faciliorem pœnam, quæ per se, & sine virtute clauium necessaria esset. Vnde ex his colligitur pro praxi, vt optimè obseruat Villalobos *vbi suprà*, quòd optimi Confessarij semper in absolutione deberent addere illa verba, *quidquid boni egeris, aut mali sustinueris*, &c. Ex his etiam infertur cum Fagundez *vbi suprà, cap.5.n.11.* quòd non requiritur semper, vt Confessarius iniungat aliquod opus in particulari, sed sufficit si dicat, præsertim personis spiritualibus. Impono tibi pro pœnitentia quidquid hodie, vel hac hebdomada, vel mense boni feceris.

Sup. hoc latissimè suprà in Res.7. & in cæteris aliis Res. & §§. eius primæ not.

3. Notandum est etiam hîc obiter contra eundem Turrianum *dub.3.* Vasquez, & Martinum Ledesmam, posse pœnitentiam ex voluntate tamen Confessarij, & ex iusta causa per alium impleri, & suum effectum ex opere operato in eo, pro quo impletur, sortiri, quia hoc modo impletus semper intelligitur actus personalis pœnitentis, quatenus ad illius petitionem, & preces fit & vt sic potest esse suo modo pars Sacramenti suscepti, & hoc debet fieri à Confessario à principio, quando imposuit pœnitentiam, & in actu confessionis. Et ita hanc sententiam docent Fagund. *prac.2.lib.9.c.4.n.12.* & 13. Filliuc. *vbi suprà, n.58.*

Sup. hoc infra in Res. 37. §. Nota quarto. & in Res. 45. Nota Pasqualigium.

RESOL. XII.

An aliquando sit conueniens imponere pœnitentiam implendam per opus alias præceptum?

Et an, si Sacerdos imponat ieiunium absolute, satisfaciat pœnitens per ieiunium, per quod aliunde teneretur?

Et quid, si Confessarius præcipiat, vt in diebus festis duæ Missæ audiantur, vel quando eleemosyna iniuncta sit, an intelligendum sit, Missam, quæ in præcepto est, & eleemosynam quomodocumque factam, etiam comprehendere velle? Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 83. aliàs 84.

§. 1. DIdacus Nugnus *in addit. ad 3. p. q. 15. art. 1. dif. 2. concl. 2.* docet id non esse conueniens, & Confessorem imponentem talem pœnitentiam peccare venialiter, si confessio sit de venialibus; & mortaliter, si confessio sit de mortalibus, & probat hanc opinionem tribus argumentis.

Sup. hoc infra in Res. 37. §. Notandum secundo.

2. Sed contrariam sententiam prorsus tenendam esse existimo, quam aduersùs Nugnum tenet nouissimè Turrianus *de Pœnitent. disput. 37. dub. 2.* Suarez, Vasquez, Henriquez, quibus ego addo Layman *in Theolog. moral. lib.5. dub.6. cap. 15. num.10.* Villalobos *in summ. tom.1. tractat.8. cap.2. num.46.* Fagundez *pr.2.lib.9.cap.5.num.8.* Thomam à Iesu *en el Tribunal de la Conciencia, tract.2.c.2.* asserentes, posse hoc expedire vt saltem ex parte aliquid pœnitentiæ imponatur per opus præceptum implendum, considerata pœnitentis dispositione, & infirmitate. Et certè cùm opus præcepti sit satisfactorium, atque adeò possit per illud perfici Sacramentum, & opus eleuans vt sit satisfactio sacramentalis, non apparet quare non possit aliquando à Confessore iniungi iustè virtute clauium.

3. Notandum est tamen hîc non debere imponi regulariter pro satisfactione sacramentali opera debita præcepto aliquo. Vnde infertur, quòd si Sacerdos imponat ieiunium absolutè, non satisfaciet pœnitens per ieiunium ad quod aliunde teneretur, mens enim, & intentio Sacerdotibus in hoc casu est præscribere ieiunium plenè liberum, nisi ex verbis Confessarij, vel rei circumstantiis contrarium colligi possit. Puta si Confessarius præcipiat, vt diebus festis duæ Missæ audiantur, intelligendus est, Missam, quæ in præcepto est, etiam comprehendere velle. Item si cui certa eleemosyna iniuncta fuit, is satisfacit etiam, dando extremè indigenti. Cum enim casus iste extraordinarius sit, & rarò contingens, non videtur Confessarius eum excludere voluisse, ne alioquin pœnitens nimis fortasse grauetur duplicem eleemosynam dando. Et sic docet Petrus Fay *de pœnit. in addit. ad 3. part. q. 15. art. 1. disput. 2. concl. 1.* Layman *in Theol. mor. lib.5. tract.6. c.15. n.10.* Coninch *de Sacram. disp.10. dub.8. n.69.* & alij *vbi suprà*, quidquid in contrarium asserat Sotus *in 4. dist. 10. quæst. 2. artic. 1. in fine*, vbi sic distinguit. Si obligatio faciendi eleemosynam superuenit post confessionem, sufficiet illa eleemosyna ad implendam obligationem pœnitentis; secus si antecessit. Sed hanc distinctionem meritò impugnant Suarez, Turrianus, & Fagundez. Nam quid quæso refert; quòd obligatio antecedat, vel subsequatur.

Sup. hoc infra in Res. 30. §. Ex quibus. & in Res. 31. §. 1. &c.

Sup. hoc infra in Res. 51. & in alia Res. & §§. eius not. Sup. hoc suprà in Res. 9. §. Item. ad mediū. vers. Si imponatur. & infra in Resol. 30. §. Quarto infertur.

RESOL. XIII.

An Confessarius possit imponere sub pœnitentia, quod sacra Eucharistia non suscipiatur?

Ex quo etiam deducitur, an expediat Prælatos Religionum priuare susceptione Eucharistiæ suos subditos causa illos mortificandi; nec id expediat Confessariis erga suos pœnitentes?

Et docetur, quod Communiones, quæ ex consuetudine præfinitæ sunt fieri, potest Prælatus imperare; quæ vero præfinitæ non sunt, non possit iubere, quia ad id, quod est super Regulam, non potest obligare.

Etiamque notatur, quod sumptio Eucharistiæ possit imponi sub pœnitentia, sed eam acceptare non tenetur pœnitens. Ex part. 3. tract. 4. Res. 114. aliàs 115.

§. 1. HÆc quæstio nostris temporibus fuit in Hispania inter viros doctos summopere agitata, & affirmatiuam sententiam docuit Salazar *tract. de frequent. commun. cap.14. §.1.* vbi sic asserit. [El sentimiento de la Iglesia vniuersal es y ha sido siempre, que el Confessor puede imponer por penitencia la dilacion de la Comunion si ay iustas causas para ello, y que muchas vezes la suele auer. No puedo citar por esta sentencia ninguno en particular, porque nadie la ha tratado en terminos;] & post multas rationes, quas adducit, tandem sic concludit. [Se colige claramente que aunque en la especulacion podamos tener diuersos pareceres, però en quanto à la pratica todos hemos de conuenir en que el penitente à quien su Confessor le mandare en penitencia de sus culpas, que no comulgue, siépre estara obligado à obedecerle. Porque el dicho Confessor para dar la penitencia es superior, y la que le impone es siguendo opinion probable, y assi aunque para las escuelas sea este punto de controuersia de argumento y disputas, para los penitentes, no es materia de duda ni consultacion.] Ita ille.

Sup. hoc in Res. seq.

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam docet Sancius *in selectis, disputat.33. per totam*, quia cessatio operis virtutis nullius est entitatis, nec pœnalitatis materialis requisitæ ad Sacramentum, & consequen

consequenter nec meriti, ne satisfactionis, in addit. *num.* 21. quòd Confessarius iniungens sub pœnitentia non sumptionem Eucharistiæ, aduersatur Concilio Tridentino, & Cardinalium declarationi. Deinde *num* 21. & 23. varios textus explicat, in quibus decernebatur delinquentes priuandus fore per aliquod tempus communione in pœnam sui delicti, & resoluit ex dictis decretis, non posse sumi argumentum, quòd possit Confessarius imponere sub pœnitentia cessationem sumptionis Eucharistiæ. Ex hac & multis aliis rationibus, quas ibi adducit Sancius notat

Sup. his duabus casibus primus seqq. in hoc textu cum eisdem Sancio, & Salaza. hic infra citatti in to. 2. tr. 2. Ref. 96. prope finem. vers. Quarto non esse. & vers. Quinto non esse.

primò *in disp.* 30. *num.* 5. quòd non expedit Prælatis Religionum priuare susceptione Eucharistiæ suos subditos causa illos mortificandi, nec id expedit Confessariis erga suos pœnitentes, quia de se minus bonum mortificatio adducit subdito, quàm susceptio Eucharistiæ. Secundò notat, quòd pœnitens purus à mortali, sequens consilium Confessarij vetantis communionem fine præcauendi peccata venialia, vel imperfectiones, licitè agit, & meretur, melius tamen egisset, si communicasset contra huiusmodi consilium, aliorum Doctorum opinionem sequens, dicentium non esse amplectendum in illo euentu: quia ex communione plura nascerentur bona, quàm ex abstinentia. Et quamuis per accidens contingat ob negationem Eucharistiæ curare magis pœnitentem cauere peccata venialia, non ob id expediet illam denegare; quia quæ per accidens eueniunt possunt etiam non euenire, & aliàs iam habet pœnitens, vt dum mundus sit à mortali, sibi non negetur Eucharistia. Vnde pœnitens non habens conscientiam peccati mortalis, non tenetur obedire ex præcepto Confessario præcipienti, ne communicet ob finem acquirendi emendationem venialium, vel imperfectionem. Iurisdictio namque Confessarij non se extendit ad negandam Eucharistiam. Et tandem

Sup. hoc in principio §. vlt. Ref. seq.

tertiò notat quòd sũptio Eucharistiæ absolutè potest imponi sub pœnitentia, quia est actus virtutis Religionis, non tamen tenetur illam acceptare pœnitens, quia grauari non potest acceptare opus quod adimplendum sit in statu gratiæ, & status pœnitentis non est aliquid materiale, & sensibile, & consequenter non potest rationem pœnitentiæ intrare. Et nota etiam hîc obiter, quòd communiones, quæ ex constitutione præfinitæ sunt fieri, potest Prælatus imperare: quæ verò præfinitæ non sunt, probabile

Sup. hoc magis latè in to. 2. tr. 1 Ref. 88. ex doctrina §. 2. ad medium.

est non posse iubere, quia ad id, quod est suprà regulam, non potest obligare. Hæc omnia Sancius, vir doctissimus & amicissimus; quæ tamen ab aliquibus non admittuntur, & ideò an sint probabiliter dicta, aliis iudicandum relinquo, ego enim libenter adhæreo sententiæ P. Salazar *vbi suprà*, viri quidem doctissimi.

RESOL. XIV.

An Confessarius possit imponere pœnitentiam, ne quis tali die recipiat Eucharistiam, & si pœnitens talem pœnitentiam acceptauit, teneatur postea illam implere?

Et an sumptio Eucharistiæ possit imponi in pœnitentiã!

Et an pœnitens in vtroque casu teneatur talem pœnitentiam acceptare?

Et cursim docetur posse Confessarium commutare pœnitentiam ab alio impositam, dummodo fiat in sacramentalem confessionem, & habeat æqualem potestatem. Ex part. 10. tr. 13. & Misc. 3. Resol. 47.

Pro primo casu posito in titulo huius Ref. suprà in Ref. præterita

§. 1. AD vtrumque Casum negatiuè respondet Baucius *in Miscellan. Casu Conscientiæ, tom.* 1. *Opusc.* 2. *quæstione* 228. Et ratio quoad Primum est, quia cessatio ab actu virtutis non potest esse obiectum pœnitentiæ; vt fusiùs disputat Sancius correptus *in Selectu, disputatione duodecima*, sed non communicare est cessare ab actu virtutis; ergo. Quoad secundum verò sic asserit: Certum est non teneri acceptare eiusmodi pœnitentiam, & teneri Confessarium aliam dare; sed si eam acceptauit, putans se teneri, dico, saluo meliori iudicio, cùm non inuenerim apud Doctores, quod non tenetur adimplere pœnitens, hanc pœnitentiam, nimium cessare à Communione. Et ratio Mihi est, quia non est actus virtutis, licèt contineat in se actum obedientiæ Confessario, cùm sit impeditiuum maioris boni, nempe fructus ad augmentum gratiæ, quod prouenit ex perceptione huius Sacramenti, necnon acquiritur robur ad restituendum tentationibus Diaboli, & ad sedandum fomitem, cùm sit hoc Sacramentum vinum germinans Virgines *Zach.* 9. Probatur præterea, si Confessarius ex malitia, vel ignorantia imponeret pœnitenti onus satisfaciendi pœnitentiæ, quæ est in se mala, saltem venialiter; vel poneret illum in occasione proxima peccati mortalis, vtique pœnitens si ex ignorantia acceptauit hanc pœnitentiam, non teneretur adimplere: ergo idem dicendum est, quando pœnitentia imposita à Confessario, est impeditiua maioris boni, non tenetur pœnitens eam adimplere: Putà quando, pœnitens sine conscientia peccati mortalis, & deuotus accedit ad Communionem Sacramentalem. Arbitror verò ad hoc vt Sacramentum fiat integrum, in alia Confessione non iterata Confessione, sed inita Sacramentum, ac nouam Confessionem debere pœnitentem petere commutationem talis pœnitentiæ; vt docui *in Praxi Confessionum fol.* 2. *edit. fol.* 133. vbi dixi cum Doctoribus à me citatis, posse ex iusta causa commutari pœnitentiam ab alio Confessore impositam, dummodo fiat intra sacramentalem confessionem, & habeat æqualem potestatem, sicut habuit prior confessarius, qui primam pœnitentiam imposuit. Huc vsque Baucius.

Sup. hoc infra in Ref. 25. §. 4. post medium, & signãter a vers. His tamen. & in aliis alias annot.

Sup. casibus seqq. in hoc §. latè infra in Ref. 25 § Sed graue & §. Sed pro & in alius Ref & §§. eorum not. Alibi in Ref. præterita.

2. Sed ego alibi contra Baucium in vtroque casu, opinionem affirmatiuam tenui, & me citato tenet nouissimè Marcus Serius *tom.* 1. *de Officio Parochi disputat.* 4. *difficult. vnica quæst.* 22. *num.* 3. & me etiam citato. Leandrus *de Sacrament. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 9. *quæst.* 38. vbi quærit an etiam imponi possit sub pœnitentia, quod Sacra Eucharistia non recipiatur. Et respondet posse; quia præceptum latum de non recipienda Eucharistia, est punitiuum, & pœnale; & iustum si detur cum hac intentione, sub pœnitentia: Ergo benè potest à Confessario pœnitentia iniungi; & consequenter tenetur pœnitens illi parere. Hæc etiam est praxis Fidelium, qui omnes vnanimiter hanc, practicè, sententiam sequuntur, & ingenuè amplectuntur.

3. Vnde hîc non deseram etiam apponere verba Eminentissimi Domini mei Cardinalis de Lugo, qui, *de Sacram. Pœnit. disp.* 25. *sect.* 5. *n.* 65. sic ait: Dubitari potest, an possit Confessarius imponere in pœnitentiam, quod abstineat pœnitens à Communione aliquot diebus: de quo controuersia fuit annis præteritis, quibusdam id negantibus, quod latè defendit Ioan. Sancius *in select. disp.* 33. per totam, vbi multa congerit; quibusdam verò affirmantibus, quos defendit Pater Ferdinandus de Salazar, *tract. de frequent. Communionis, cap.* 14. §. 2. Ex iis autem, quæ diximus, *disp.* 17. *de Eucharist.* facilè respondere possumus, ostendimus enim, frequentem vsum Communionis non esse rem ita determinatè bonam, vt non possit aliquando, & in aliquibus circumstantiis melius esse abstinere, quàm accedere, etiamsi non sit conscientia peccati mortalis: Quod auctoritate, ra-

tione,& exemplis latè probauimus. Cùm ergo Confessarius possit præcipere opera honesta, & virtutum,in pœnitentiam;non videtur dubium in genere, & de possibili loquendo, quod possit aliquando præcipere pœnitenti, vt abstineat à Communione tali die: quando, scilicet, constat melius esse tunc abstinere, quàm accedere; quod ex statu pœnitentis, & defectu reuerentiæ,& dispositionis colligi prudenter potest. Dum tamen illa omissio Communionis non sit occasio alijs iudicandi, quod à Confessario fuerit in pœnitentiam imposita, ne fortè hac via cogeretur pœnitens suam Confessionem manifestare. Regulariter tamen non expedit talem pœnitentiam imponere, licèt in casu rarissimo negandum non sit, quod possit vtiliter imponi.

Sup. hoc cum eodem Sancio hic citato in Resf. præterita, §. vltim. prope finem. vers. Et tandè tertio notat.

4. Magis autem displicet, quod prædictus Sancius, *disp.*30. notat, quòd sumptio Eucharistiæ, licet possit in pœnitentiam imponi, quia est actus virtutis religionis; non tamen tenetur illam acceptare pœnitens: quia non potest obligari ad acceptandum opus, quod adimplendum sit in statu gratiæ. Quod quidem si prædictus Auctor generaliter doceret, quod pœnitens non teneatur ad accipiendam talem pœnitentiam, sed possit ad alium Confessarium recurrere, relicta Confessione imperfecta; non ita displiceret: de hoc enim posteà videbimus. Quod autem dicat, id prouenire ratione talis operis, quod cùm exigat statum gratiæ ad sui executionem, videatur excedere Confessarij potestatem: hoc, inquam, omninò displicet: certum enim est, Ecclesiam posse præcipere Sacerdoti, vt aliquibus celebret, aut audiat Confessiones, vt ministret aliqua Sacramenta, quæ omnia fieri debent in statu gratiæ: quantò magis poterit Confessarius hæc præcipere, qui potest etiam actus internos in satisfactionem imponere, eò quòd eius potestas non arctetur ad limites fori externi? Adde nihil magis commune esse, quàm imponere pro pœnitentia frequentiam Confessionis menstruæ, v. g. cùm tamen certum sit non posse Sacramentum etiam Pœnitentiæ suscipi, nisi in statu gratiæ; saltem in vltimo instanti, quo completè suscipitur Sacramentum: cur ergo ad Sacramentum etiam Eucharistiæ non poterit pœnitens à Confessario obligari. Et hæc omnia docet Cardinalis de Lugo. Sed ne deseras recognoscere doctissimum Theologum inclytæ Societatis Iesu Ioannem Perlinum, *de frequentia, & vsu Eucharistiæ distinct.* 4.*c.*5.*per totum*, in quo rationes Sancij & Baucij penitus lebefactat.

Sup. hoc infra in Resf. 37. §. vlt. & eurfim ex doctrina Ref. 31. §. 1 ad medium vers. Hoc autem.

RESOL. XV.

An Confessarius licitè imponat sub pœnitentia Officium, v. g. mortuorum, vel alias Orationes recitandas pro animabus Purgatorij? Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 54.

Sup. hoc in tribus Resol. seqq. & in 10. tr. 10 lege ex Resol. 14. doctrinam §. vlt signanter ad medium vers. Vnde.

§. 1. CVriosa est hæc quæstio,& in praxi sæpiùs à multis exercetur. Sed negatiuè respondent Vega *in summ. tom.*2.*cap.*64.*cas.*4. & Sancius *in select. disp.*16.*num.*1. vbi sic asserit. Mos est plurimis Confessariis iniungere sub pœnitentia nocturnum defunctorum, Psalmos, vel responsoria recitanda à pœnitentibus pro animabus in Purgatorio existentibus. Rectè tamen non proceditur: nam Sacramentum Pœnitentiæ ad remissionem culpæ, & pœnæ pœnitentis est institutum, & vt satisfaciat pro pœnis debitis, pars illa integralis (satisfactio videlicet) est ordinata contra naturam. Igitur huius institutionis erit partem satisfactoriam iniungere quæ pro pœnis debitis pœnitenti non prosit, sed aliis, & idem est partem satisfactoriam pro alienis pœnis iniungere, atque nullam satisfactionem imponere. Ita Saucius, qui soluit omnia argumenta, quæ in contrarium adduci possunt. Nec te fallat (ait) cùm legis in Sanchez *de matr. lib.*8.*disp.*34.*num.*41. dispensantem in foro conscientiæ in voto religionis, vel castitatis, posse iniungere sub pœnitentia recitare orationem Dominicam,& Angelicam pro animabus Purgatorij; nam ibi loquitur de pœnitentia in foro secreto iniuncta, non autem de pœnitentia sacramentali; & est dispar ratio inter forum interius, & forum sacramentale. Nec valet dicere, quòd Confessarij iniungentes aliquas orationes pro pœnitentia offerendas pro animabus Purgatorij, tantùm intendunt valorem interpretationis illis applicare. Nam respondeo, quòd directè non prodest animabus talis pœnitentia, vt probat Saucius *num.* 12. adde quòd Confessarij tales pœnitentias iniungentes, nunquam id cogitant. Ergo, &c.

2. Sed his non obstantibus, post hæc scripta inueni Turrianum virum doctissimum *de pœnitent. disputat.* 37. *dub.* 4. contra Sancium docere affirmatiuam sententiam,nempe posse imponi pœnitenti pro satisfactione Sacramentali,opus pœnale applicandum pro animabus Purgatorij, lege illum,& non pigebit.

RESOL. XVI.

An rectè Confessarij imponant pœnitentias applicandas pro animabus Purgatorij? Ex part. 3. tractat. addit. Resol. 11.

§. 1. HIc casus frequentissimus est, & passim hoc faciunt Confessarij. Sed ego pro negatiua sententia *in* 3.*part. tractat.*4. *resolut.*54. adduxi Ioannem Sancium, cui nunc addo Philippum de la Cruz *in thesauro Ecclesiast. tract.*2.§.6. *num.*11. vbi sic ait. (Noten los Confessores con cuidado lo que al presente a qui se dita, y preuengolo assi, por tener conocimiento de que quotidianamente caen en esta falta y descuido, que quando confiessan y imponen la tal penitencia, la dan, deziendo a los seglares, que rezen tantos rezarios, ayunen tantos dias: hagan dezir tantas missas, y otras diligencias; Alos Ecclesiasticos, que rezen vno, o dos Noturnos de difuntos, o los Salmos Penitenciales con sus preces, o sin ella, o otra qualquiera oracion, y esto par las animas que estan en Purgatorio paciendo. Y verdaderamente hazen mal, porque el sacrosanto Sacramento de la Penitencia fue instituido para remetir y perdonar la culpa y la pena del penitence, y para que satisfaga por el reato, a loqual se ordena la tal satisfacion, y assi sera contra la naturaleza de aqueste instituto el imponer la parte de la satisfacion al penitente, y que no le sea de prouecho sino a otros y querer que satisfaga por penas agenas quedando el tal obligado y cargado con las suyas propias, y assi digo, que imponerle al penitente, quando se confiessa deste modo y manera las penitencias para que satisfaga por las animas, es no darle ninguna penitencia, y assi al penitente que desta manera se le diere, aunque tenga obligacion a cumplir lo que le mandan, y mas y a açetada, pena de pecado, y a sea graue la que le imponen, assi por pecados mortales no confessados, o confessados, y aunque sean veniales, con la comun; y enseñan Zerola, Sayro, Valencia, Coninch, Reginaldo, Rodriquez, Nauarro y otros infinitos que cita y sigue Enriquez, alosquales se allega Bonacina; con todo esso no tiene obligacion a aplicar la tal penitencia por las animas de Purgatorio. El fundamento

Sup. hoc in Ref. præterita, & in dubus seqq. & lege alicm vers. etiam not.

damento es, porque la tal satisfacion fue dada imprudentemente, y el Confessor no tiene autoridad para imponer penitencias indiscretas, y siendo la penitencia fuera de razon, no tiene el penitente obligacion a complirla, como enseña la comun, y trata muy bien Villalobos. Esta dotrina mas en particular resuelue Vega y Pedraça, y entre algunos auisos que da al Confessor; pone estos por essenciales, y refiere los que mas hazen al intento, y a la letra dize Pedraça, Algunos dan en penitencia, que no buelua a caer en tal culpa; y otros, que si cayeren en ella, que sean obligados a hazer tal cosa; de lo qual se ha de gardar mucho el Confessor, porque esto es armar lazo al que va suelto. Otros que rezen tal cosa por las almas del Purgatorio, y es descuido, porque la penitencia se da para satisfazer por si y no pur otro, &c. La qual dotrina patrocina tambien el Dotor Iuan Sanchez con agudeza, y pareçe cosa dura, que deuiendo Pedro mil Ducados, y queriendo pagar los por si para que desse modo, quede desobligado y libre, se le premia a que aquella cantidad pague por Antonio que los deue a Marcos, y que por esso el tal Pedro, queda con la carga y obligacion de pagar, assi al presente deue vno pagar segun los pecados cometidos pena como de vn año en purgatorio, debesele aplicar penitencia saludable para que quede desobligado, Llega el confessor, y mandale que satisfaga por otro o, por otros que estan en penas, y assi queda el tal penitente cargado con aquella obligacion, que a no satisfazer el por otro camino, saliendo desta vida con ella, es fuerça la pague en el penitente, y assi se aduierta y note, que ni missas, ni oraciones, ni limosna las aplique el Confessor quando confiessa a alguno, y le quiere imponer la penitencia por las animas, sino por el mismo penitente que es quien ha de satisfazer, como dize muy bien el Dotor Iuan Sanchez.] Ita ille. Verùm pro affirmatiua sententia in dicta resolut. adduxi Turrianum *tractat. de Pœnitent. disputatione trigesimaseptima, dub. 4.* & quia Codex rarus est, ponam hic per extensum eius verba, sic enim ait. *Recentiores aliqui ausi sunt dicere hoc non esse licitum, & probant: quia opus illud est pars Sacramenti, & fructus eius est ipsi pœnitenti, qui recipit Sacramentum. Mihi placet primò, satisfactionem, vt habet effectum ex opere operato, non posse pro alio offerri, vel alteri applicari; quia effectus Sacramenti ex institutione Christi datur recipienti Sacramentum. Secundò existimo, satisfactionem, qua respondet operi pœnali, ex opere operantis posse pro altero offerri, & alteri applicari, quia hac non respondet soli recipienti sacramentum, neque talis est institutio, neque fundamentum ad dicendum esse talem institutionem. Tertiò existimo, opus pœnale posse imponi pœnitenti cum obligatione, vt satisfactionem ex opere operantis offerat pro anima purgatorij; nihil est enim quod hoc impediat. Ratio verò contraria opinionis solùm probat, effectum ex opere operato non posse pro alio offerri. Et hac sententia est in vsu apud doctissimos homines quos ego agnosco. Dices, illud potest esse pars Sacramenti, ergo non potest pro altero offerri. Ratio est, illud opus, vt habet effectum vt partem Sacramenti, non posse pro altero offerri, bene tamen vt habet effectum ex opere operato. An verò contraria opinio recentiorum habeat probabilitatem, dicam in censura Theologiæ.* Ita Turrianus. Sed vtramque sententiam probabiliorem esse ego existimo.

RESOL. XVII.

An Confessarius possit imponere pœnitenti, vt satisfactionem pro peccatis impositam, applicet pro animabus Purgatorij?

Et ex doctrina huius quæstionis infertur non solum pro defunctis, sed etiam pro viuis posse sacramentalem pœnitentiam imponi. Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Resol. 57.

§. 1. EGo *alibi* pro negatiua sententia adduxi Sancium, pro affirmatiua Turrianum: sed hæc quæstio magnos excitauit rumores inter aliquos Theologos hic Romæ existentes, & ideò nunc denuò visum est mihi illam pertractare. Dico igitur nouissimè, negatiuam sententiam Sancij, me citato, docere Burdonum *in conf. Regul. tom. 2. res. 70. q. 4. n. 16.* vbi tenet, „quòd Confessarius nullo modo imponere potest pœnitenti pro satisfactione, vt recitet aliquam orationem pro animabus Defunctorum. Probatur: tum, quia opus satisfactorium ex Sacramento Pœnitentiæ præcise institutum fuit pro delendis pœnis debitis pro culpis, & peccatis iam remissis, & hoc ex primaria sua institutione: ergo non est credendum, ad alium finem, quàm intentum à Christo Domino in ipsamet institutione. Tum, quia Sacramenta tantùm prosunt recipientibus, & non aliis. Tum, quia Confessarius super pœnitentem nullum aliud ius habet, nisi in ordine ad salutem animæ eius: ergo illi præcipere non potest, vt orationibus impositis loco pœnitentiæ satisfaciat, & prosit aliis; neque enim pœnitens, quatenus pœnitens, neque simpliciter, vt suppono, habet debitum orandi pro mortuis hic, & nunc: ergo neque à Confessario cogi potest: in tantum enim pœnitens subditur Confessario, in quantum pœnitens est; cùm extra hunc actum, quandoque pœnitentis sit aliunde Superior Confessarij; sub ratione autem pœnitentis nihil debet mortuis, sed tantùm sibi ipsi; aliter eadem difficultas moueri posset fauore viuorum. Neque valet distinctio Turriani, quòd Confessarius possit imponere satisfactionem pro mortuis ex ea parte, qua opus spectatur ex parte operantis: quia vt sic, hoc tantum se tenet ex parte ipsius pœnitentis, & Confessarius imponendo satisfactionem iniungit id solùm, quod deest ad perfectionem, & complementum Sacramenti; consequenter satisfactio per suam potestatem ordinatur tantùm ad opus operatum, & ad partem sacramentalem. Vel dicas, huiusmodi considerationes se tenere tantùm ex parte pœnitentis, quatenus subiectum est huius Sacramenti; consequenter Confessarium in pœnitentia iniungenda non posse recedere à natura Sacramenti, cuius finis est, vt totum opus, tam ex parte operati, quàm operantis solùm prosit ipsi pœnitenti. Deinde quandoque satisfactio ex parte operantis in peccato mortali nihil prodest, consequenter saltem in eo casu mortuis frustratoria est. Demum opus operantis, vt quid minoris conditionis, accessoriè dependet ab opere operato, & per ipsum regulatur: ergo soli pœnitenti potest prodesse, sicut opus operatum. Et hæc omnia docet Bordonus *loco citato*, qui citat Philippum à Cruz, à me anteà adductum, cui adde Vegam *in Summa, tom. 1. c. 64. cas. 4.*

Alibi in duabus Res. præteritis, & in Res. seq. & in tom. 8. tr. 10. ex Res. 14. lege doctrinam §. vlt. signanter ad medium vers. Vnde.

2. Sed sententiæ affirmatiuæ non desunt alij Doctores, præter Turrianum, pro qua aduertendum primò, in opere quolibet bono in gratia facto tria reperiri, videlicet, meritum, satisfactionem, & impetrationem, meritum alicuius portionis gloriæ, satisfactionem pœnæ peccatis debitæ, & impetrationem beneficij alicuius à Deo. Secundò, in opere satisfactorio in pœnitentiam à Sacerdote imposito, du-

plicem satisfactionem reperiri: alia est ex opere operato, quæ respondet operi, qua sacramentale est, & virtute Sacramenti eleuatur: alia est ex opere operantis, quæ respondet operi, & æstimationi eius, iuxta hominis feruorem, & charitatem.

3. Hoc supposito, asserit contra Sancium Petrus Marchant, *in Tribun. Sacrament. tom. 1. tract. 6. tit. 3. quæst. 5.* quòd fructus satisfactionis in pœnitentia imposita ex opere operantis procedens, potest applicari fidelibus defunctis, etiam de mandato Confessarij, cui acquiescere debet pœnitens. Et hoc est, quod antiquæ praxes pœnitentiarum indicant: habent enim illa opera, præter bonitatem propriam, quandam charitatis diffusionem, qua homo pro peccatis suis satisfaciens, etiam ad proximum diffunditur. Ex. gr. do eleemosynam pauperi: per istud opus, & mea peccata redimo, & proximi indigentiæ consulo. Sic in sanctificationis pœnitentiis imponit Confessarius Sacerdoti pœnitenti, vt pro defunctis celebret tres Missas; Sacerdos illas celebrans sibi acquirit portionem, quæ ex vi sacrificij ipsi celebranti ex opere operato debetur; & portionem, quæ ex vi operis per Sacramẽtum pœnitentiæ eleuati, oritur: fructum autem Missæ, qui cæteris, pro quibus celebratur, applicari solet, tenetur ex vi præcepti Confessarij applicare defunctis. Quod & clarissimè exemplificatur de pœnitente, qui tenebatur Officium Defunctorum pro defuncto certo tempore legere, & non legit, si Sacerdos illi pro pœnitentia illud legendum imponit, absque alia pœnitentia. Certum primò est, pœnitentiam priori obligationi per hoc satisfacere. Secundò, certum est, Officium illud Defunctorum sic ex priori obligatione impositum, defuncto prodesse; quia ad illud prius habebat ius. Tertiò, certum est, pœnitentem per hoc, sacramentalem pœnitentiam implere, & cùm sacramentalis pœnitentia ex opere operato partem pœnæ debitæ pro peccatis diminuat, consequenter dicendum est, illam diminutionem pœnitenti deberi. Ex his patet responsio ad rationem in contrarium propositam.

4. Et ideò hanc etiam sententiam ex aliis rationibus, me citato, tenet etiam sapientissimus Pater Amicus *in Cur. Theolog. tom. 8. disput. 16. sect. 5. dub. 3. num. 63.* ex eo, ait ipse [quòd pœnitentia sacramentalis iniungatur pœnitenti pro remissione pœnæ alterius, non desinit esse pars Sacramenti: ergo licitum erit ad hunc finem illam imponere. Antecedens probatur: quoniam, vt sit pars Sacramenti, sufficit, vt virtute clauium eleuetur ad conferendum effectum ex opere operato, quem semper operabitur, siue imponatur prò remissione pœnæ ipsius pœnitentis, siue alterius. Confirmatur: quia, sicut potest effectus impetrationis Sacramenti applicari alij, ita & remissio pœnæ. Ex his infertur, non solùm pro defunctis, sed etiam pro viuis posse sacramentalem pœnitentiam imponi.

5. Dices: Claues sacramentales non se extendunt vltra spheram suæ virtutis: sed virtus clauium non se extendit vltra bonum pœnitentis, in ordine ad quod sunt datæ claues Sacerdoti. Respondetur, distinguendo minorem: virtus clauium non se extendit immediatè vltra bonum pœnitentis, concedo; mediatè, nego. Etenim per pœnitentiam applicandam defunctis immediatè procuratur bonum ipsius pœnitentis, dum eius morbo medetur, qui fortasse contra iustitiam, vel charitatem deliquit in defunctos; mediatè verò bonum defunctorum.

6. Ex dictis patet ad fundamentum oppositæ sententiæ. Nam ex eo, quòd pœnitentia imponatur applicanda defunctis, non tollitur, quin possit, saltem per modum medelæ, vel cautelæ, prodesse pœnitenti; ac proinde in tali casu Sacramentum suo fine non frustraretur. Non inficior tamen, tunc sacramentalem satisfactionem, quoad proprium suum effectum remittendi pœnam ex opere operato, non prodesse pœnitenti; sed defunctis: verùm hoc nihil obstat, nec repugnat Sacramento. Huc vsque Pater Amicus, quæ tamen omnia secundùm eius mentem dicta esse volo.

7. Et tandem hanc sententiam affirmatiuam docet etiam Cardinalis de Lugo *de Sacrament. Pœnitentia, disput. 25. num. 64.* Pellizzarius *de Mon. cap. 10. sect. 3. num. 211.* & Castrus Palaus *tom. 4. tract. 23. disp. vnica, punct. 21. num. 3.* Concedunt namque, Sacramentum Pœnitentiæ ad delenda peccata pœnitentis, tam quoad culpam, quàm pœnam institutum esse; sed inde non infertur, orationes pro animabus Purgatorij explicandas effectum in pœnitente habituras non esse: habent quidem effectum ex opere operato, & virtute Sacramenti, qui à pœnitente animabus Purgatorij communicari non potest; tametsi illis communicet effectum, seu satisfactionem, illis orationibus correspondentem, quatenus ab ipso procedunt: qui effectus est omninò distinctus, & separabilis ab affectu, & satisfactione, quem illæ orationes habent, quatenus à Confessario sunt iniunctæ, & pars Sacramenti pœnitentiæ constitutæ. Et ideò ex his omnibus ego prorsus huic posteriori sententiæ affirmatiuæ adhæreo. Puto tamen maturè procedendum in censurando priorem sententiam Sancij.

RESOL. XVIII.

An opinio aliquorum asserentium Confessarium non posse imponere pœnitentiam pro animabus Purgatorij sit probabilis?

Et obseruatur primo sapius Confessarios excusari à culpa imponentes leues pœnitentias in confessionibus ratione illius clausula: Passio Domini nostri, *&c. quamuis essentia absolutionis consistat in his verbis.* Absoluo te?

Secundo posse pœnitentem commutare pœnitentiam impositam in melius.

Tertio, tunc dilationem pœnitentia grauis esse nimiam, quando differtur post tertium diem, ab imposita pœnitentia.

Sed tandem quaritur, an si tempus implendi pœnitentiam à Confessario non sit prafixum, possit pœnitentia ad annum differri? Ex part. 11. tractat. 8. & Misc. 8. Resol. 16.

§. 1. Affirmatiuè respondet Turrianus *in selectis cent. 3. Theol. dub. 1. in fine.* Sed si hæc censura esset vera feriret non solum Sancium, Vegam, Bordonum, & alios, sed etiam ex sua Societate virum doctum Andream Mendo *in Appendice ad Bullam Cruciata disputat. 4. capit. 8. num. 61.* vbi sic ait: Consequentior mihi videtur opinio Ioannis Sancij negans, posse pœnitentias à confessario iniungi applicandas pro animabus Purgatorij; Et saltem assero, etsi confessarij sententiæ oppositæ conformentur; in praxi rarò esse eas pœnitentias iniuncturos: tum quia par est, consulere ipsi pœnitenti, & conari, vt pœnæ ab ipso debitæ minuantur: tum quia pœnitentes iudicant, per opera iniuncta, quæ adimplent pro suis culpis, satisfieri, nec obstare eam applicationem pro defunctis: atque adeo, si agnoscerent, nihil à se solui pro pœnis debitis, forsan id ægrè ferrent, & se deceptos putarent. Quæ omnia vitari congruum apparet. Ita Mendo. Sup. hoc in tribus Resol, præcedentibus, & in to. 8. tract. 10. et Ref. 14. lege doctrinam §. vlt. signanter ad medium. vers. Vnde.

2. Sed ego difficulter sequor Turrianum nimis pronum ad censurandas opiniones, ideo quicquid sit de probabilitate huius sententiæ, ego pluries contra-

tiam

tiam docui, & nunc iterum doceo, & nouissimè me citato docet Dicastillus *de Sacrament. tom.2. tract.8. disput. 14. dub. 6. num. 95. cum sequent.* & quærit ab aduersariis an pro pœnitentia peccatorum, & satisfactione Sacramentali liceat, aut expediat iniungere eleemosynam dandam pauperi indigenti quando pœnitens talis est, vt possit eleemosynam facere? aut liceat iniungere, vt captiuum virum probum, ac sanctum, qui in carcere detinetur in summa angustia, impeditus, ne interim transeat ad iucundissimam vitam sibi suis meritis debitam, soluto lytro redimat, & liberet? Nemo proculdubio negauit illud esse opus dignum, quod iniungatur, & assumatur pro satisfactione Sacramenti. Atqui suffragium oblitum pro anima indigenti, quæ in Purgatorio captiua detinetur, &c. eleemosyna est collata indigenti, & lytrum est, quod datur, vt è carcere liberetur, & transeat ad vitam iucundissimam patriæ Cœlestis sibi debitæ, ergo, nisi aliquid speciale obstet, opus illud misericordiæ tale est, vt merito possit iniungi pœnitenti, & assumi ab illo in satisfactionem suorum peccatorum. Vnde mihi placet quod docet Catechismus Romanus in fine de satisfactione, imponendam scilicet esse orationem pro defunctis, in qua includitur eleemosyna acceptissima, & ipsi defuncti sic liberati orabunt pro pœnitente. Quapropter, si nihil obstet, non video cur tanto zelo aliqui conentur exturbare hanc sententiam, & obloquantur contra eos, qui eam ad praxim reducunt.

3. Dicendum igitur quod non obstante quod Sacramenta ex se, & ex institutione sua instituta sint, vt prosint suscipientibua, non verò aliis, & quod Confessarius tantum habeat ius in ordine ad salutem animæ confitentis; potest mandare, vt faciat aliquid quod prosit non tantum animæ ipsius confitentis; sed quod etiam prosit corpori pauperis, scilicet largiri ei eleemosynam corporalem, quia corporalis eleemosynæ largitio prodest etiam animæ pœnitentis conferentis illam ad meritum, & satisfactionem, & ad hoc mandandum ius habet Confessarius; quia est actio seruiens ad salutem, & satisfactionem pro peccatis confitentis; ergo etiam non obstante quod Sacramenta ex se ordinentur, vt prosint suscipientibus, non verò, vt prosint aliis, & quod Confessarius tantum habeat ius in ordine ad salutem animæ confitentis, poterit mandare, vt faciat aliquid quod prosit non tantum animæ ipsius confitentis, sed quod etiam prosit animæ pauperis indigentis in Purgatorio, & ad hoc etiam mandandum ius habebit, & quia est actio seruiens ad salutem, & satisfactionem pro peccatis confitentis. Cæteras rationes videbis apud Dicastill. *vbi suprà*, qui etiam respondet ad omnia argumenta P. Bordoni, qui sententiæ Sancij, P. Mendo, & aliorum adhæsit.

Sup. hoc suprà in Ref. 7. § 9. 10. & in Ref. 11. cursum in fine §. 2. vers. Vnde. & infrà in Resol. 31. §. Quarto secundo.

4. Nota hic obiter me alibi obseruasse, aliquos Doctores asserere excusari sæpius Confessarios imponentes leues pœnitentias in confessionibus ratione illius clausulæ, *Passio Domini nostri, &c.* Et hanc sententiam inuenio nouissimè etiam docere Andr. Mendo *in Bullam Cruciata, disputat. 23. cap. 12. numer. 125.* vbi sic ait: Itaque essentia absolutionis consistit in his verbis, *Absoluo te*, per quæ quis à censuris, & peccatis absolutus manet. Laudabile autem est, & æquum, vti communi forma; *Misereatur, &c. Dominus noster Iesus Christus, &c. Passio Domini nostri, &c.* Nisi fortè assiduè quis confiteatur, maximè si nuper confessus, iterum redeat, vt aliquod peccatum omissum exponat, tunc enim vt praxis fert, sat est dicere; *Ego te absoluo à peccatis tuis. In nomine, &c.* Expediat tamen semper adiungere, *Passio Domini nostri, &c.* per hæc namque verba applicantur in satisfactionem omnia opera bona pœnitentis. In quo duo sunt commoda, alterum, vt pœnitens plus satisfaciat pro peccatis, mediis suis bonis operibus, quam aliàs esset satisfacturus, si ea opera loco etiam pœnitentiæ Sacramentalis ex intentione Confessarij apponantur; alterum posse minui pœnitentiam, quæ apponitur, vel saltem Confessarium non debere scrupulis pungi, vtrum sufficientem imposuerit satisfactionem, necne? Ita ille. Sed circa præsentem quæstionem vide Dicastillum *vbi infrà dub. 3. per totam.*

Alibi infrà in Ref. 28. & in aliis eius primæ not.

5. Nota secundò, me alibi probabiliter cum multis aliis docuisse, pœnitentem posse commutare pœnitentiam impositam à Confessario in melius; Et ita etiam docet nouissimè Ioannes Caramuel *in Theol. Fundamentali fundament. 66. n. 1193.*

Sup. hoc infrà in Ref. 46. & in aliis eius primæ annot.

6. Nota tertiò, quod mihi displicet id quod asserit Ochagauia *de Sacrament. tractat. vltim. de Pœnitentia, quæst. 8.* tunc dilationem pœnitentiæ grauis esse nimiam, quando differtur post tertium diem ab imposita pœnitentia; mitius tamen Hurtado, & alij putant eam solam dilationem non esse nimiam; imo nec vltra octauum diem; maximè quando præstanda non facilè executioni mandatur, vt si flagella, seu disciplina imponatur ei, qui domi suæ vix habet locum clam cæteris, vt id possit facere, deberque res disponere, vt tandem alibi fieri possit. Addunt tamen limitationem, nisi quando res in pœnitentiam iniuncta, esset valde grauis, & posset commodè impleri: merito tamen id totum tandem relinquunt iudicio prudentum, nec enim ex sola grauitate, quidquid illi dicant, fit, vt dilatio minor esse debeat, quin potiùs voluntas Confessarij non præscribentis tempus sæpè censeri potest non adeo strictè rem grauem præcipere, vt quo grauior sit cæteris paribus, censeatur minorem dilationem indulgere. Sed ego alibi si non fuerit præfixum tempus à Confessario, obseruaui, Fagundez docere pœnitentem posse differre pœnitentiam vsque ad annum; sed nouissimè non approbat hanc sententiam Dicastillus *de Sacr. tom. 2. tract. 8. disp. 14. dub. 4. n. 65.* Verum illam sequitur Antonius Escobar, & alij à me alibi adducti.

Alibi infrà in Ref. 44 § Sed ego. & in aliis eius annot.

RESOL. XIX.

An Confessarius possit imponere pœnitentiam, vt si quis committeret tale peccatum, soluat statim eleemosynam pauperibus, vel confiteatur, aut communicet Dominica sequenti, &c. Ex part. 10. tract. 13. & Miscell. 3. Resol. 48.

Sup. doctrina huius textus latè suprà in tr. 7. Ref. 16. à principio, & in Resol. 17. etiam à principio, & in Ref. 18. à §. Sed difficultas. & infrà in tr. 7. Ref. 125. à lin. 5. & in fine §. Vnde. & §. vlt.

§. 1. PRima opinio negat. Ita Sanchez *in Summa, tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 16. & 17.* vbi ait: Deducitur quandò neganda sit absolutio affectis prædicta iurandi consuetudine. Quod tantùm contingit, quandò ea est iuxta dicta, mortalis, nec est firmum eius corrigendæ propositum; sicut contingit in aliis peccatis mortalibus. Quod multò fortius est in hac consuetudine obseruandum, eo quod quasi in alteram naturam transeat, & consistat in peccato oris, quod faciliùs committitur, & difficiliùs euellitur. At existenti eo proposito non est deneganda absolutio; & circa illud est habenda fides ipsi pœnitenti, sicut in aliis, quæ pro se, & contra se dicit. Tenetur quoque vt absolutionis capax sit, externas occasiones quæ morale ac proximum illius consuetudinis iurandi periculum illi afferunt, euitare, si id absque magno incommodo possit. Sicut de aliis proximis peccandi occasionibus tradunt Doctores communiter. Quod si sæpè proposuit emendam, nec id fecit, dubium est an teneatur pœnitens ad aliquam pœnam, vel remedium acceptanda iudicio Confessoris, qualia sunt frequentiùs

Sup. hoc in Resol. 1. not. præteritæ. §. Quoad secundum. & in Resol. 1. §. Notandum est. & suprà in Ref. 3. §. vlt.

frequentiùs fateri, aliquam breuem orationem recitare, aliquam eleemosynam largiri, pro singulis iuramentis temerariis, aut alia huiusmodi. Sotus *de Iuramentorum abusu*, *c.12.* absolutè, & indistinctè ait non teneri in rigore pœnam aliquam acceptare, si in ea temeraria iuramenta reinciderit, quamuis id consilium saluberrimum sit. Quia aliis peccatis id imponi nequit, nec iure aliquo probatur id speciale esse in hac consuetudine. Ità Sanchez.

2. Secunda opinio affirmat. Ità Suarez *de Religione, tom.1. lib. 3. de Iuram. cap.8. num.7.* sic asserens: Deindè si sæpius proposuit emendari, & non fecit, adhibenda sunt remedia conuenientia, quæ ipse tenebitur acceptare iudicio Confessoris, qualia sunt frequentius confiteri, aliquam eleemosynam, vel orationem breuem facere pro singulis iuramentis temerè prolatis, vel similia. Denique si hæc non sufficerent, interdum erit vtile differre absolutionem per aliquot dies, in quibus cogatur attentiùs vigilare, & contrariam consuetudinem aliquo modo inchoare. Hæc Suarez.

3. Tertia opinio firmat Confessarium non debere tales pœnitentias imponere: sed si pœnitens acceptet, debere illam adimplere. Ità Martinus de San Ioseph *in Moni.Confess.tom.1.lib.1.tract.27. de Pænitentia n. 12.* vbi hæc ait: [No hazen bien los Confessores, que quando sus penitentes tienen costumbre de cometer algun pecado, v.g. de prejurar se, ò de poluciones, les imponen penitencias, de que cada vez que boluieren al pecado, den tanto de limosna, ò ayunen, &c. porque el Confessor no es juez, ni Medico de los pecados, que estan por cometer: ni estarà obligado el penitente à cumplir estas penitencias como ponga otros medios para salir de los pecados. Mi parecer, es que no es buen consejo imponer estas penitencias, puodendose remediar por otra via el penitente: pero despues de impuestas, y acetadas aurà obligacion de complirlas. La razon es, que el Confessor es Medico, y como tal puede aplicar remedios con que dexe firme la salud, y aun està obligado en ello. Ità ille.

4. Sed vt verum fatear absolutè mihi placet opinio Suarez affirmatiua; posse videlicet Confessarium tales pœnitentias imponere; & ità nouissimè docet Baucius *in Miscellan. tom 2. Opusc.1.q.180.* charitas exposcit, vt Confessarius non solùm euitet peccata præsentia media absolutione; sed etiam peccata futura medio remedio præseruatiuo: nam Confessarius non solùm est Iudex, sed etiam est Medicus spiritualis Animarum; & Medicus sicut applicat Medicamenta corporalia infirmo, ac conualescenti, ne incidat in eandem ægritudinem; ita Medicus Spiritualis, qui est Confessarius, debet applicare remedia, ne pœnitens in idem peccatum sæpius à se commissum sine emendatione labatur. Hanc etiam sententiam præter Suarez, & Baucium, tenet etiam doctus Pater Leandrus *de Sacram.tom.1.tr.5.disp.9.q.30.* qui ex Frias, & Gersone Cancellario Parisiensi firmat posse Confessarium aliquando dare pœnitentiam de non peccando tali, vel tali crimine, per certum tempus futurum, sub pœna aliqua, vel pecuniaria, vel corporali efficaciter soluenda, aut sub debito redeundi ad Confessionem, infrà biduum, post perpetrationem delicti. Ità ille, & ità sæpiùs obseruatur in praxi à piis & doctis Confessariis: non grauabor hîc apponere verba Magistri Texeda *tom.2. lib.3. tr.2. contr.5. n.214.* vbi sic ait: Difficultas est an pœnitens, sæpè proposuit emendam, & tamen nunquam emendatus est, teneatur acceptare aliquam pœnam, vel remedium à Confessario impositum, v.g. crebram confessionem, aliquam eleemosynam elargiendam pro singulis iuramentis, aut talem orationem recitandam, &c. & in propriis terminis Sanchius, *tom.1 lib. 3. c.5. num.17.* affirmat, affectum prædicta iurandi consuetudine non teneri in rigore pœnam aliquam acceptare, etiam si in eam temerariam iuramenti consuetudinem reinciderit, & reddit rationem, quia in aliis peccatis id imponi nequit, nec iure aliquo probatur id speciale esse in hac consuetudine. Cæterùm non video qua ratione is auctor ausus sit id asserere & prædictam doctrinam typis mandare, quia quilibet peccator tenetur iure diuino pœnitentiam agere de suis peccatis, atque adeò eodem iure teneutur auferre impedimentum, quo possit saluiferum remedium, & medicinam conuenientem quærere, quibus possit illis obstare, vt ex statu infelicissimo culpæ, transeat ad statum felicissimum gratiæ, & amicitiæ Dei: sed ista remedia, quæ Confessor iudicauerit attenta pœnitentis consuetudine, & eius inclinatione, & viuendi modo, sunt reuera ad id opus magis apta, & conuenientiora; ergo tenetur illa acceptare. Secundò, quia infirmus tenetur iure naturali vti medicamentis à perito Medico sibi applicatis propter conseruandam vitam præcipuè, quandò extremè indiget: ergo peccator tenetur vti remediis applicatis à Medico salutis, cùm sit in extrema necessitate propter acquirendam vitam æternam: Ostendo consequentiam, quia eadem prorsus est vtriusque ratio, aliàs ageret contrà charitatem, qua tenetur seipsum diligere, quod est mortale contrà præceptum diuinum: Huc vsque Texeda, poterat tamen cum viro doctissimo magis blandè se habere.

Sup. hoc in Resolutionibus annot. secundæ huius Res.

5. Et sciat Lector opinionem Sanchez acriter sustinere inclytum Theologum Stephanum Fagundez *in Decal.tom.1.precept.2. lib.2.c.8. n.21.* cuius verba hæc sunt: Dubitant aliqui Doctores, an teneatur pœnitens in Confessione acceptare aliquam pœnam, vel afflictionem veluti remedium impositum ad tollendam prauam consuetudinem iurandi, aut blasphemandi, qua laborat. Affirmat Suarez, *lib.3. de Iuramento, cap.8. num.7.* nullam tamen rationem pro se affert, nullum fundamentum; illius tamen fundamentum esse potest, quia vnusquisque tenetur ex iure diuino, & naturali procurare remedium, ne amicitiam cum Deo amittat, & consequenter illud acceptare cum à Medico spirituali offertur. Negant melius Sotus, *de Iuram. abusu, c.12.* & Sanchez *tom.2. Decalogi, lib.3.cap.5.num.17.* Primò, quia pro praua consuetudine in aliis peccatis hæc pœna imponi nequit, ita vt illius acceptatio obliget sub mortali; nec ratio, quæ affertur pro Suarez, aliquid conuincit, quia alioqui sequeretur teneri eos, qui hac praua consuetudine laborant, simile remedium sub mortali acceptare, non solùm à Confessariis, sed etiam ab aliis viris prudentibus impositum aut oblatum; & nouum admitterent peccatum, nisi illud acceptent. Sufficit ergo quod iure diuino teneantur ipsi gratiam cum Deo conseruare, non tamen opus est, vt illos obligemus sub mortali ad acceptandum medium, ac remedium à nobis oblatum, vt gratiam Dei conseruent. Ita Fagundez. Non debebat igitur Texeda contra Sanchez tam rigidè insurgere, cùm eius opinio sit probabilis: licèt ego, vt dixi, sententiæ Patris Suarez, & Texeda adhæream.

RESOL. XX.

Si quis habuit pœnitentiam dicendi singulis sextis Feriis Litanias, quæsitum est, an teneatur ad preces & orationes subsequentes, vel an teneatur adire Confessarium, vt se magis explicet?

em dicendum est, si quis vouit recitare Litanias; vel si aliud votum fuisset commutatum in recitandis,

verbi

verbi gratia, singulis septimanis Litaniis. Ex part. 9.tract.7.& Misc.2.Res.46.

§. 1. OLim interrogatus fui de hoc casu, & respondi, non fuisse adeundum Confessarium: quia verba accipienda sunt in significatione vsitatiori, & sub nomine Litaniarum non includuntur Preces, & Orationes subsequentes. Vnde idem dicendum est, si quis votum emisisset recitandi Litanias; vel aliquod votum fuisset commutatum in recitandis, v.g. singulis septimanis Litaniis. Nunc verò inuenio, omnia supradicta confirmare Patrem Bordonum *in consil. Regul. tom.2.res.45.n.50.* vbi sic ait: [Nomine Litaniarum, quod est secundum probandum, veniunt non solùm inuocationes Sanctorum, verùm etiam subsequentes liberationes, & rogationes vsque ad Orationem Dominicam, & non vlteriores Preces; vt colligitur ex Rubrica Breuiarij pro diebus Rogationum, quæ habet hæc verba: *Hodie qui non intersunt Processioni Litaniarum, dicant illas priuatim post Matutinum cum suis Precibus, & Orationibus, sine Psalmis Pœnitentialibus.* Si enim sub nomine hoc Litaniarum comprehenderentur subsequentes Preces, & Orationes, has expressisset frustrà: cùm ergo ex illorum expressione constet diuersitas; obligatus ad Litanias recitandas non tenetur progredi ad Preces, & Orationes; sed eas absoluit Oratione Dominica.] Ita ille.

RESOL. XXI.

An qui habet pœnitentiam à Confessario per annum singulis diebus, v.g. recitare Coronam B. Virginis, vel Litanias, satisfaciat, si recitet simul intra paucos dies?

Et an si pœnitentia sit, v.g. iniuncta de ieiunando diebus Veneris, vel Sabbathi vnius mensis, vel anni, si per impotentiam illis diebus non possit ieiunare, teneatur alio die ieiunare?

Et an qui habuit pœnitentiam cum circumstantia eam adimplendi flexis genibus coram imagine tali, peccet mortaliter aliter faciendo? Ex part. 10. tract.15. & Misc.5. Resol.12.

Sup hoc cursim cum eodē Leandro hic citato tātum suprà in Res. 9.§.vltim. ad medium.

§. 1. REspondet Pater Leandrus *de Sacr. tom.1. tr.5. disp.9.q.79.* satisfacere, si dicta in pœnitentiam iniuncta recitanda sint pro animabus Purgatorij. Quia gratius erit Deo & expeditius animabus quo citius hæc pœnitentia finiatur. Si verò recitanda sint pro pœnis suis peccatis debitis, adhuc respondeo posse casu, quo finis confessoris iubentis recitare Psalmos, Coronam, &c. non sit vt pœnitens quotidie se in aliquo bono opere exerceat (in quo casu est vera sententia Sancij) sed illi laborem talem iniungere quod maior causetur ex recitatione viginti coronarum quam duarum, vel vnius, quia æqualis, & fortè maior labor oritur pœnitenti, si hæc omnia simul in vno die recitet, ac si per vnum mensem, v.g. quotidie vnicam coronam recitaret, ergo. Ita ille, sed mihi magis placet opinio negatiua Sanch. *in Summa, tom.1.l.2.c.11. n.40.* quia satisfactio, quam imponit Confessarius, est intelligenda secundum Ecclesiæ præcepta, ergo, &c.

Sup. hoc infra in Res.39 § vltim. & in Res.40 & 41.

2. Nota etiam hîc obiter dictum Patrem Leandrum *vbi suprà, quæst.78.* docere quod si pœnitentia sit iniuncta verbi gratia de ieiunando diebus Veneris, vel Sabbathi vnius mensis, vel anni, si per impotentiam illis diebus non possit ieiunare; non teneri alio die ieiunare, quia è contra existimo, quod communiter Confessarij respiciant tempus, ac præfigant diem, & fortè in memoriam Passionis Christi Domini, & eius Virginis Matris, elapso illo die, non tenebitur pœnitens, cum sit onus eius, in alio ieiunare, licèt Cardinalis Lugo *de pœnitent. disputatione 15. num.88.* putet teneri, quia in hoc casu non respicit Confessarius principaliter diem, vel tempus, & ita qui in aliquo dierum illius temporis non ieiunat, tenetur in alio die postea ieiunare. Vtraque opinio est probabilis.

3. Nota hîc obiter cum Quintanadueña *de Iubileo duabus hebdomadis, c.6.n.11.* [aun quando se da la penitencia con estas circunstancias que sea de radillas de Sante, de tal imagen no es necessario se hagan de tazo de mortal.] Sed de hoc ego alibi.

Alibi infra in Res. 54. & in aliis §§. eius noc.

RESOL. XXII.

An Confessarius, qui culpabiliter non obligauit pœnitentem ad restitutionem, peccet, & teneatur ipsi restituere? Ex part.2.tract.16.& Misc.2.Res.1.

§. 1. DIdacus Nugnus *in addit. ad 3. part. tom.2. part.8. artic.4. dub.6. fol. mihi 575.* & Zanard. *in direct. Confess. part.2.pr.7.cap.56. dub.3.* docent sententiam affirmatiuam, sic etiam docet Gabriel *in 4. distinct. 15. quæst.2. artic.3.* Sylucster *ver. vsura 7. quæst.2.* præter alios neotericos, quos citat Bonacina *vbi infra.* Et ratio est, quia tam Parochus, quàm alius Confessarius (qui gerit vices Parochi) tenetur ex officio docere pœnitentem necessaria. Ergo, cùm admonet pœnitentem restituere, non adimplet id quod debet. Ergo, ait Nugnus, tenetur ipse ad restitutionem, quia non admonendo virtualiter dicit illum non teneri, atque adeò est causa moralis, vt pœnitens non restituat, & consequenter est causa damni alterius tertij, & ideo si non est aliud remedium, ipse tenebitur ad restitutionem, quia verè intulit damnum contra iustitiam, tacendo; quando loqui tenebatur.

Sup. hoc supra in tr.4. ex lata doctrina Ref.1. cursim in principio, & ad mediū §.1. vers. aut 16 obligabit. & prope finē §. Sed hanc. à vers. eum non teneri. & in to.8 tr.7. ex doctrina Ref. 34 §.2. inter medium & finem. vers. nec Confessarius. & quamuis pro casu excommunicationis lege tamen in to.4. tr.3. Ref. 57. p. pc finem, à vers. Adde.

2. Verùm contraria sententia semper visa est mihi probabilior, & sæpiùs illam in praxi sequutus sum. Dico igitur non solùm Confessarios, sed Prælatos & Parochos, quando ex ignorantia etiam vincibili non obligant pœnitentem ad restituendum, ad nullam restitutionem teneri: nam officium, quod Confessario ex iustitia incumbit, solum est in ordine ad spiritualia, & negligens in officio, contra religionem peccat potius, quam contra iustitiam. Et ita amplexi sunt hanc sententiam nouissimè Martinus Bonac. *de rest. disp.1. q.2. punct.11.n.13.* & præter DD. quos ipse citat, tenent etiam hanc opinionem Filliuc. *in qq. moral. tom.1. tract.7.c.2.n.374.* Maldetus *in 2.2. tract.5.c.5. dub.24.* Bartholomæus à S. Fausto *in speculo Confessar. disp.4. q.121.n.7.& 8.* Ægidius de Coninch *de Sacr. disp.8. dub.16.num.144.* & Rebellius *de oblig. iust. p.2.lib.17. q.vlt.n.12.& p.1.lib 2.q.14.sect.8.c.65.* Hæc sententia limitanda est, modò Confessarius non dicat pœnitenti obligato restituere, vt non restituat, vel faciat restituere cùm non teneatur. Ita Suarez *in 3. p. tom.4. disp.32.sect.6.* Rebellius, & alij.

3. Ad argumentum Nugni, patet ex dictis responsio. Nam Confessarius non tenetur ex officio temporalibus creditorum bonis prospicere, cùm ab illis mercedem non accipiat, nec eorum gratia officium habeat, sed solùm ad procurandum bonum pœnitentis. Vnde quamuis ipsi quidem pœnitenti teneatur Confessarius ex officio iniungere restitutionem, non tamen ad hoc tenetur obligatione iustitiæ, quam habet erga creditorem, sed ex obligatione erga pœnitentem, qua tenetur saluti spirituali eius consulere: quare si id negligat, peccabit quidem, sed non tenebitur ad restitutionem.

RESOL.

RESOL. XXIII.

An idem Confessarius possit extra confessionem pœnitentiam à se impositam, commutare? Ex part.6. & Miscell.1. Resol.46.

Sup. hoc infrà in Res.25. §. Sed cōtrariam. vers. Limita. & in Res.26.§ vlt. & lege doctrinam §. 1. Res. hanc sequentis, & aliorum §§ & vers. eius primæ not. Sup. hoc infrà in Res 25. §. Sed pro & §. Sed contrariā? & in aliis eorum annot. Sup. hæc duo frequentia in hoc §. Pro verbo sine causa. in Res. not. præter. in §. Sed contrariā. prope eius finem Et pro verb. Infrà hebdomadam in dicto § admedium. vers. Vnde. & infrà in Res. 24.§.1.

§. 1. CAsus est freqoentissimus; & ad illum sic respondet Iuannes Præpositus *in 3. part. q.12. de sati.factione, dub.9. n.* 17. Confessarius extra Sacramentum non potest actum iudicialem exercere; idem tamen potest mutare quando moraliter censetur in eodem actu iudicij perseuerare, vt si pœnitens petat paulò post absolutionem suam pœnitentiam mutari. Sic ille.

2. Sed magis amplè loquitur Cœlestinus *in compend. Tneolog. Moral. tract.1.c.24.n.7.* quando alius (ait) Confessarius pœnalem mutat pœnitentiam à priore Sacerdote impositam, id debet facere in Confessione Sacramentali, & non extra: si verò hæc eadem commutatio fiat ab eodemmet Confessario, qui eam imposuit, potest facere commutationem extra Sacramentum etiam sine causa, modò pœnitens ad illum redeat ad summum infrà hebdomadam. Sic Cœlestinus, cui adde alios, quos ego citaui *in 3. part. tract.4. resol.53.*

3. Sed non desinam hîc in gratiam curiosorum adnotare, quòd nouissimè post me ipsum citatum, & alios, quos, vbi suprà, adduxi, Pater Ioannes de Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disp.25. sect.6. n.112.* docet ampliorem & benigniorem sententiam circa præsentem quæstionem. Sic itaque asserit: Ego in primis existimo non posse eumdem Confessarium mutare pœnitentiam, nisi actu recordetur peccatorum, pro quibus illam imposuit, saltem aliqua memoria confusa: qualis sufficit ad imponendam satisfactionem: nam est ille actus iurisdictionis, qui fit à iudice, vt iudex est, ergo debet procedere cum notitia causæ. Deinde existimo non requiri nouam Confessionem, sed quòd actio referatur ad Confessionem & absolutionem præteritam, & cum illa componat vnum integrum iudicium: certum enim est in hoc Sacramento partes tempore distantes posse vniri moraliter ad integrandum vnum Sacramentum: nam absolutio hodierna potest vniri cum confessione facta ante octo dies: ergo similiter additio, vel limitatio sententiæ poterit vniri cum confessione & sententia præterita. Denique addo me non inuenisse sufficientem rationem, cur additio, vel limitatio illa post longum tempus facta non possit vniri moraliter sufficienter cum præcedentibus partibus ad faciendum vnum integrum iudicium, nam ipsa satisfactio impleta post longum tempus integrat vnum iudicium cum partibus præcedentibus: Ergo quamdiu satisfactio non est posita, adhuc intelligitur iudicium illud incompletum & quasi suspensum; & adhuc iudex habet ius ad vrgendum pro executione sententiæ: ergo adhuc poterit ex consensu pœnitentis mutare, vel diminuere primam sententiam, vt meliùs possit exequutioni demandari. Huc vsque Logo. Qui, vt vides, docet posse eumdem Confessarium mutare pœnitentiam post qoodlibet tempus, & tunc pertinere ad idem Sacramentum.

RESOL. XXIV.

An post vnam hebdomadam possit idem Confessarius commutare pœnitentiam, nullo denuo Sacramento ministrato?

Et docetur commutationem pœnitentia faciendam ab alio Confessario, opus esse ipsum pœnitentem agnoscere, & indicare peccata illius saltem pracipua, ob qua pœnitentia, sine satisfactio ab alio imposita fuit.

Sed aduertitur, quod pœnitens non tenetur aperire Sacerdoti illi posteriori peccata, ob qua pœnitentia prior est imposita; ita vt iste secundus Confessarius possit etiam commutare pœnitentiam extra confessionem.

Et quid maximè, si pœnitentia est medicinalis?

Quaritur etiam, quando teneatur pœnitens satisfactionem sibi in Sacramento impositam adimplere?

Et explanatur quid faciendum esset, quando pœnitens, vel Confessarius a confessionali recessit, & oblitus est pœnitentia imposita; aut fortè Confessarius ex oblinione oblitus est pœnitentiam imponere?

Et notatur, quod si singulis mensibus obligatus sis communicare, non peccabis mortaliter, si sex, vel octo dies Communionem distuleris.

Et quod obligatus ieiunare Feria sexta, si omittat ieiunium eo die intentione transferendi illud in sequentem diem, non excedere culpam venialem.

Et tandem docetur, quod si pœnitens probabiliter iudicat, vel dubitat se pœnitentiam post aliquod tempus implere non posse, tenetur, cum primum possit, illam adimplere, sin vero hoc non dubitet, potest illam per annum differre. Ex part.9. tract.6. & Misc.1. Resol.56. aliàs 57.

Sup. prima d'ffic. huius Res. infrà in Res. seq § Sed contrariā. ad mediū, vers. Vnde & § Et ideo. in fine, & in Res. præterita §. 2. in fine. cursim cum Celestino, & infrà in Res. 32 § Qui etiam ad medium, à vers. Item. & lege etiam ex Resol.26. § vlt. & omnes Resol. §. eius not.

§. 1. NEgatiuè respondet Castrus Palaus *tom. 4. tr.23. disp. vnica, punct.21. §. vlt. n.14.* Nam (ait ipse) si demus à peccatis absolutú, pœnitentiáque suscepta, à præsentia Confessoris discessisse, iudicium illud omninò finitum est: nihil enim tali iudicio deficit. Ergo nequit Confessarius postmodum pœnitentiam iniunctam mutare nulla denuò Confessione facta, sicuti non potest nouam absolutionem concedere. Nam ea noua pœnitentiæ impositio ad præcedentem Confessionem pertinere non potest: quippe ea Confessio absque relaxatione ad hanc nouam pœnitentiam completa fuit, non solùm essentialiter, sed etiam integraliter. Requiritur ergo ad pœnitentiæ mutationem, quòd intra eandem Confessionem fiat; quia tunc non mutatur, sed primò imponitur; vel si finita Confessione, absolutione suscepta, & pœnitentia perfectè iniuncta mutanda est pœnitentia, denuò Confessio facienda est, & absolutio concedenda, tametsi intra horam hæc mutatio contingat.

2. Sed ego non discedo à sententia affirmatiua, quam docui, & me citato, docet Pater Auersa *de Sacram. Pœnit. q.13 sect.8.*

sup. hoc quod hic docent, in Res. seq. §. 2. ante medium à vers. his tamē suppositis. & in aliis eius not.

3. Nota etiam hîc obiter, supradictum P. Palaum *vbi suprà num.* 13. docere, ad commutationem pœnitentiæ faciendam ab alio Confessario, opus esse ipsum agnoscere, & iudicare peccata, saltem præcipua, ob quæ imposita ab alio fuit. Ratio est: quia eatenus mutare pœnitentiam potes ab alio Confessore iniunctam, quatenus potes eandem causam iudicare. At si peccata, ob quæ fuit pœnitentia imposita, tibi non manifestentur, nequis illa iudicare. Ergo nequis peccatis incognitis pœnitentiam mutare. Præterea inconsultè pœnitentiam subrogares, nesciens peccata, in quorum vindictam subroganda est. Et ex his soluitur ratio oppositæ sententiæ. Non enim sufficit, quòd obligationem pœnitentis agnoscas; sed opus est, vt cognoscas, & iudices causam illius obligationis: quia nequis pœnitentiam sacramentalem nouam constituere eisdem peccatis, nisi ea peccata sacramentaliter iudices: quod præstare non potes absque illorum cognitione, & pœnitentis confessione. Quando idem est Confessarius, ad quem ob pœnitentiæ mutationem accedis,

accedis, & memoria retinet peccata, ob quæ imposita fuit; sat est vnico verbo ea omnia subiicere, dicens, te denuò accusare de peccatis priùs confessis, & Confessario præcedenti Confessione manifestatis.

4. Sed, cùm sit casus satis practicabilis, quia quotidianus; ego contrarium teneo: & hoc, præter alios nouissimè tenet Marchant *in Tribun. Sacr. to. 1. tr. 4. tit. 7. q. 6.* vbi sic ait: [Petes an teneatur pœnitens aperire Sacerdoti illi posteriori peccata, ob quæ pœnitentia, siue satisfactio prior est imposita? Affirmāt nōnulli, maximè si pœnitentia medecinalis sit, & præseruatiua à peccatis. Respondeo ego, non teneri: sufficit enim pœnitenti allegare rationes, cur hæc pœnitentia sibi sit nimis grauis, aut importuna; & quare illius commutationem, vel dispensationem postulet.

Sup. hoc in Res. seq. §. Sed contrarium. post medium à vers. Sed notandum. & s. fra in hac Res. ad medium §. Dices. & in alia Res. eius annot.

5. Ratio est: quia in hac commutatione, vel dispensatione non agitur de peccato, ob quod imposita est pœnitentia, vel de iustitia, qua imposita est, sed de infirmitate, difficultate, vel minori opportunitate, ac interdum impossibilitate pœnitentis ad illam adimplendam, ob quam iustè commutari potest. Quinimò ad prudentiam Confessarij spectat, vt quando aduertit, pœnitentem multis pœnitentiis implicatum, quas tantùm abest, vt adimpleat, quin pœnitentias pœnitentiis augeat, nec persoluat, etiamsi bonæ voluntatis affirmet: ad prudentiam (inquam) spectat, etiam non postulantem liberare à tantis vinculis, quibus imprudenter se aggrauauit, & quorum ratione in pericula multarum transgressionum se coniecit.

6. Dices primo: Qui pœnitentiam in sacramentali Confessione primò imponit, debet qualitatem delicti cognoscere, & considerare: ergo etiam ille, qui primā pœnitentiam commutat, vel dispensat. Respondeo, negando consequentiam. Commutatio enim, vel dispensatio principaliter non respicit peccatum sed pœnitentis facultatem, siue eius, adimplendum opus iniunctum, potentiam, vel impotentiam; hæc est enim sola ratio commutationis, vel dispensationis. Addo, in commutatione tantùm spectari debere proportionem, quæ potest esse inter pœnitentiam primò iniunctam, & illam, in quam fit commutatio; non autem proportionem inter peccata propter quæ est imposita pœnitentia; quia illa iam transierunt in rem iudicatā; & supponitur Confessarius primus peccatorum qualitatem sufficiēter examinasse: vnde hîc debet haberi sola ratio causæ, cur commutanda sit, quæ (vt dixi) non tam peccatum respicit, quam potentiam, vel impotentiam pœnitentis in satisfaciendo. Similiter, in dispensatione solùm attenditur, aut totalis impotentia pœnitentis ad soluendum, aut consideratur, quòd aliis modis pœnitentiam iniunctam adæquauerit, vel adæquet. Quòd autem aliqui scrupulizent in eo, quòd pœnitentia prior esset data, non tantùm in satisfactionem, sed etiam in medicinam, & præseruationem. Respondendum est, rationem medecinæ præseruatiuæ per accidens satisfactionem afficere, & ex eo capite magis esse consilij, quam præcepti, & à Confessario, quà Medicus est, non quà Iudex, procedere. Quinimò, cùm illud opus satisfactorium redditum sit pœnitenti, aut nimis graue, & periculosum, ratione suæ infirmitatis, & fragilitatis, aut fortè etiam impossibile; ratio remedij, vel præseruationis, quæ operi inerat, eo ipso cessare censetur. De quo non debet inquirere secundus Confessarius, nisi consulatur; cùm plura possint occurrere alia remedia pœnitenti absque eo, quòd obligatione ad repetenda, & alteri manifestanda peccata semel ritè confessa, & absoluta, oneretur, quæ est grauissima obligatio, & onus importabile.] Hucvsque Marchant, cui ego in omnibus adhæreo. Qui etiam *ibidem* petens, quando pœnitentia sit adimplenda, sic ait: [Quærunt secundò, quando teneatur pœnitens satisfactionem sibi in Sacramento impositam, adimplere? Sed clara responsio est: si enim Confessarius tempus certum determinauit, illo tempore est adimplenda: sin minùs, iudicio prudenti relinquitur. & vix in latione peccati contingit, nisi grauis negligentia deprehendatur, & tunc peccatum tantùm veniale ordinariè committitur.] Ita ille.

Sup hoc in Ref. seq. §. Sed contrarium. post medium, vers. Sed notandum est. & infrà in Ref. 27. & in alio §. eius not.

Sup. hoc infr. in Ref. 42. & in aliis Ref. & §. eius annot. primæ.

7. Nota etiam cum eodem Marchant, *tr. 6. tit. 5. q. 3. concl. 1.* quòd vt satisfactio censeatur imponi in Confessione, non est necesse, vt quis in loco iudicij, siue confessionali sedeat, tanquàm Confessionē auditurus, sed sufficere, vt actus sint sacramentales: nimirum, vt Confessarius, tanquàm Confessarius, pœnitentem sua peccata proponentem sacramentaliter audiat; & vt pœnitens sua peccata sacramentaliter proponat confessarij iudicio, sacramentaliter resoluenda. Explico: Pœnitens, vbi Confessarius a confessionali recessit, oblitus est pœnitentiæ impositæ, aut fortè Confessarius ex obliuione oblitus est imponere. Accedit pœnitens, vt Confessarium super pœnitentia, vel non imposita, vel oblita conueniat; non est necesse, vt Cōfessarius ad confessionale reuertatur, aut alia cæremonia, vtatur, vt sedendo, &c. ad hoc, vt cùm iam recessit à confessionali, indicet pœnitenti pœnitentiam impositam, aut immutet; sed sufficit, vt pœnitens innuat, se habere aliquid pertinens ad Confessionē; & Confessarius, vt actum sacramentalem suscipiat, & resolutionē velut in Sacramento doucet. Ratio est: quia istæ cæremoniæ non sunt de essētia, vel substātia huius Tribunalis; & alias vitandam aliquam verecūdiam breuiter per actum sacramentalē potest Cōfessarius supplere, quod obliuione omissum est in Cōfessione primaria, siue fuerit ex sua parte, siue ex parte pœnitentis.] Ita ille, quæ omnia satis firmat authoritas Patris Leandri *de Sac. to. 1. tr. 5. disp. 9. q.* tot. asserētis, posse etiā secundum Confessarium cōmutare pœnitētiam extra Cōfessionem; licèt contrarium magis probabiliter cum multis aliis *alibi* docuerim, vt idem Leander aduertit.

Sup hoc in Res. seq. l. ge doctrinam. §. Sed pro coronide. & Res. & §§. eius annot.

Alibi in Ref. not. præteritæ

8. Nota etiam cum Castro Palao *vbi sup. §. nu. 1.* quòd si singulis mensibus obligatus sis communicare, non peccabis mortaliter, si sex, vel octo dies Communionem distuleris, præcipuè si aliqua, etsi leuis, occasio huius dilationis se obtulerit. Deinde addit, obligatus ieiunare, v. g. feria sexta, si omittat ieiunium eo die, intentione transferendi in sequentem, non excedere culpam venialem, ob materiæ leuitatem.

Sup hoc infrà in Res. 41. & 46. & in aliis earum not.

Quamuis no. [illegible] supra hoc ege tamen [illegible] ex Res. 4. § 1. in fine. vers. Ex his infertur.

9. Et tandem non desinam hîc adnotare, Amicum *in Curs. Theolog. tom. 8. disp. 16. sect. 5. dub. 2. num. 58.* docere, [quòd si pœnitens probabiliter dubitat, se pœnitentiam post aliquod tempus adimplere non posse, tenetur, cùm primùm commodè potest, illam adimplere, ne Sacramentum relinquat imperfectum. Si verò non dubitat, potest illam per annū differre: nam tandiu potest illam differre, quandiu non tenetur per nouam Confessionem ad nouum Sacramentum pœnitentiæ accedere. Ita ille, me citato: & me etiam citato, Leander *de Sacr. to. 1. tr. 5. disp. 9. q.* 89. qui asserit, plures Theologos Salmanticenses docuisse, pœnitentiam sacramentalem posse per annum differri. Et omnia in hac resolutione obseruata sedulò notēt Confessarij: quia sæpiùs in praxi solent accidere, & in aliis Doctoribus non ita facile inuenient.

Sup hoc in Res. seq. §. vlt. in fine, & infr. in Res. 44. & in Res. 45. §. Ignorantes §. 2. & in Res. 46. § Non desinam. & supra in fine Resol. 18.

RESOL. XXV.

Verum vnus Confessarius possit impositam pœnitentiam ab alio commutare?

Et an Confessarius possit commutare pœnitentiam, non audita confessione eorumdem peccatorum?

Et an secundus Confessarius, qui non habet potestatem absoluendi à peccatis reseruatis super quibus pœnitentia imposita est, possit, hoc non obstante, pœnitentiam illam commutare?

Et an dicta commutatio facienda sit in sacramentali confessione, vel extra?

Et an si intra vnum, vel alterum diem triduum, vel hebdomadam redeat pœnitens, possit extra confessionem ab eodem Confessario commutari pœnitentia?

Et vtrum, si pœnitentia sit tantum medecinalis, possit à quolibet Confessario extra confessionem commutari, suspendi, & super ea dispensari?

Et an prædicta commutatio possit ab eodem Confessario fieri sine causa?

Et quid ab alio Sacerdote?

Et an pœnitens authoritate propria possit commutare pœnitentiam à Confessario impositam in opus euidenter melius?

Et an possit pœnitens pœnitentiam impositam verannum differre? Ex part. 2. tract. 15. & Miscell. 1. Res. 53.

Sup. hoc curiosissime cum Villalobos in tom. 4. tr. 6. Res. 3. in tribus vltimis eius lineis.

§. 1. NEgantem sententiam amplexus est Nugnus *in 3. part. tom. 2. quæst. 13. dub. 4.* Vasquez *in 3. p. vbi infr. num.* 8. Ledesma *in sum. tom. 1. tra. de pœnit. c. 23. concl. 8. dub. 2.* Sot. *in 4. dist. 20. q. 2. art.* 3. & alij, eo quòd par in parem non habeat imperium, vt habetur *in illo à quo, §. tempestiuum, ff. ad Trebell.* & quia ad retractandam, seu reuocandam sententiam vnius iudicis, adiri debet superior per viam appellationis, quia æqualis id facere nequit, ex *cap. dilectis, 2. de rescriptis, cap. vt debitus honor, de appellat. l. si quis aduersus, C. de precibus Imper. offer.* & aliis iuribus.

2 At his non obstantibus affirmatiuam sententiam rectè docet Syluest. *ver. confess. 6. n.* 4. Resol. *ver. confess. sacr. num.* 11. & omnes neoterici infrà citandi, Et ratio est, quia sicut absolutio potest super eadem peccata repeti, ita iudicium, & sententia. Nec obstant io contrarium adducta, quod par in parem non habet imperium, nam secundus Sacerdos, pœnitentiam commutans, nullum exercet imperium in priorem, sed in pœnitentem, nec propriè reuocat sententiam prioris, sed suam profert, & hoc posterius iudicium non instituitur ad derogandum priori, sed ad consulendum pœnitenti, in cuius fauorem talis iteratio conceditur. Neque totum hoc efficitur per modum appellationis, vt putant aduersarij, sed per modum noui iudicij æqualis iudicio præcedenti, quorum iudiciorum neutrum aduersatur alteri, sed ipsum in sua integritate relinquit. His tamen ita suppositis, difficultas in praxi occurrens est, an Sacerdos possit commutare pœnitentiam, non audita priori confessione eorundem peccatorum. Non posse docet Vasq. *vbi infrà, n. 7.* Suar. *tom. 4. disp. 38. sect.* 10. *n.* 8. Filliuc. *tom. 1. tr. 8. cap. 2. n.* 50. Pesantius *in add. ad 3. p. q. 18. de satisfact. sacr. disp. 2. concl.* 3. Coninch. *de Sacr. disp.* 10. *dub.* 12. *concl.* 3. *n.* 101. Regin. *in prax. tom. 1. lib. 7. c. 8. n.* 93. Fagundez *de precept. Eccl. tract. 2. lib. 9. cap. 4. n.* 15. 17. & 22. & ex nostris Molfesius *in summ. tom. 1. tr. 7. c. 13. n.* 71. Megala *in 1. p. lib. 6. cap. 5. quæst. 3. num.* 5. qui asserit, nullo modo sustineri posse contrariam sententiam. Ratio est, quia omnis actus iudicialis debet fieri cognita causa, circa quam versatur,

Sup. hoc in Res. præterita §. Nota etiam hic obiter. & infra in Res. 27. §. vlt. ad fin. 4. vers. De commutatione. & in Res. 31. §. Nota hic. & cursim ad medium, §. Et tandem hanc. & in Res. 32. § Qui etiam in principio. & supr. in Resol. 14. cursim cum Bauceo, in §. 1. prope finem. à vers. Arbitror. & in tom. 3. tr. 1. Res. 44. §. Vnde.

3. Sed ego existimo, supradictos Doctores in Cathedra, vel io cella hanc opinionem docuisse; sed in confessionario, contrariam sententiam practicasse: nam onus nimis magnum esset pro confessariis, & pœnitentibus in commutatione alicuius pœnitentiæ præteritas iterare confessiones, Ideò existimo probabilissimam esse illam sententiam, quæ docet posse confessarios, non audita priori confessione eorumdem peccatorum pœnitentias commutare. Et ita docet Nau *in man. c. 26. n.* 22. Tolet. *in summ. lib. 3. c.* 11. *n.* 5. Portel. *in add. ad dub. reg. ver. pæn. sacram. num.* 8. Henriquez *in sum. lib. de pæn. cap.* 22. *n.* 15. 2. Beia *p. 1. cas.* 15. Raphaël de Cæsare *in consol. anim. dial. 8. c.* 26. Victoria *in c.* 211. Ioan. de Cruz *in direct. consc. p. 2. de pæn. q. 4. dub. 4. concl. 2. in fin.* Villalobos *in sum. p. 1. tr. 9. dub. 79. n.* 5. Emmanuel Sà *ver. satisfactio, n.* 5. Rodrid. *in sum. to. 1. c. 56. concl. 7. n.* 8. Viualdus *in candel. de satisfact. n.* 31. Ioan. Valerus vir doctissimus, *vbi infra*, & alij, vel vt melius dicam, communis vsus confessariorum; & hanc etiam sententiam probabilem, & practicè securam vocauit Ant. Fernandez *in exam. Theol. mor. p. 3. c. 6. §. 7. n. 20. in fine.* & Syluius *in add. ad 3. p. 18. art. 3. dub. 4. concl.* 1. Ratio est, quia præsens confessor potest de tota simul causa pœnitentis, iuxta præsentem dispositionem iudicare, provt magis expedire iudicauerit ipsi pœnitenti.

5. Sed graue hîc emergit dubium, an secundus confessarius, qui non habet potestatem absoluendi à peccatis reseruatis, super quibus pœnitentia imposita est, possit hoc non obstante, pœnitentiam illam commutare, Negatiuè respondet Suarez, Filliucius, Mofesius, Megala, Fagundez, & ferè omnes DD. suprà citati. Sed contrariam senteutiam docet Vasquez *in 3. p. to. 4. q. 94. art. 1. dub. 3. n* 9. Fernandez Societat. Iesu *in instruct. confess. p. 1. docum. 7. n. 5.* & Io. Valerus *in differentiis vtriusque fori, ver. iurisdictio, differ. 1. n. 7.* Et ratio est, quia constat quòd per absolutionem casuum reseruatorum, remanent illa peccata non reseruata; ergo, & consequenter non remanebit reseruata pœnitentia pro eis imposita. Hæc sententia est probabilis, & tuta in praxi.

Sup. hoc curiosissime cum Layman infr. in fine Resol. 27. & in Res. 28. § Sed circa. & suprà in Res. 14. § 1. in fine, & infrà in Res. 31. §. Nota hic. signanter & cursim in ver. Et ambien.

4. Sed pro coronide huius dispositionis, videamus, an dicta commutatio facienda sit in sacramentali confessione, vel extrà. Megala, Suarez *to. 4. disp.* 18. *sect.* 4. *n.* 8. & alij asserunt Nauarrum docuisse, confessarium posse commutare pœnitentiam extra sacramentum Pœnitentiæ; sed falluntur, quia Nauarrus solummodo dicit non esse necessarium iterationem confessionis peccatorum, super quibus data fuit pœnitentia, quando postulatur commutatio eiusdem: hoc autem non est dicere, extra confessionem sacramentalem fieri posse dictam commutationem, Bonacina *de Sacr. disp. 4. q. 5. sect. 3. punct. .. n. 7.* asserit Rodriquez, & Summam Coronam docere hanc sententiam, sed apud ipsos illam non inuenio, sed illam docet Victorellus *in notis ad Emanuelem Sà ver satisfactio, n. 5.* & Valentia *to. 4. disp. 7. q. 14. punct. 4.* vbi sic asserit. Et notandum, vt pœnitentia rectè commutari possit, omnino fore necesse, vt peccata, pro quibus imposita fuit, illi patefiant aliquo modo, qui est eam commutaturus, quamuis non est quidem opus, vt ei manifestentur rursus per sacramentalem confessionem. Ita Valentia.

Sup. hoc sup. in Res. 23. §. 2. & infrà in Res. seq §. 1. & 2. & in Res. 28 recitantes in §. Sed circa ad medium, vers. dummodo, & supra in Resol. 9. §. Nota etiam, & cursim in Res 14. §. 1. in fine, & in Res. 24. §. Nota etiam cum eodem signanter in eius fine.

5. Sed contrariam sententiam omnino amplectendam esse iudico ex communi Doctorum sententia. Vide omnes citatos authores. Ratio est, quia tam solutio; quam ligatio pœnitentis actus sunt clauium, qui necessariò requirunt Sacramentum; ergo sicut posterior confessarius non potest ligare absque Sacramento, ita neque soluere. Dicta igitur commutatio facienda erit à confessario secundo in sacramentali confessione, & non extrà. Limita tamen hanc sententiam, nisi ab eodemmet confessario pænitentia commutaretur, nam si id fiat intra vnum, aut alterum diem, posse pœnitentiam extra Sacramentum commutare, quia in isto casu adhuc censetur idem iudicium. Ita Sotus *in 4. dist. 20. q. 1. art. 3.* Valerus *vbi suprà, ver. index, differ. 13. n. 5.* & alij. Vnde nimis scrupulosè in hoc loquitur noster Megala *vbi suprà* asserens hoc fieri non posse, nisi intra spatium mediæ horæ; sed Henriq. *lib. de pœnit. c. 21. §. fin.* cum Ledesma, & Viualdo, & Valero *vbi suprà*, putat idem fieri posse intra triduum, aut hebdomadam, si redeat pœnitens. Sed notandum est, quòd si pænitentia sit tantùm medicinalis, potest vtrique tunc omnis confessarius

Sup. contraria in hoc v. Limita. & v. seq. Vnde nimis. supra in Res. 23. §. Sed magis in fine & §. 1. & in Res. 24. &c.

Sup. contento in hoc versi. fieri posse. in Res. not. præterita. & pro

fessarius

vers. si pœnitentia sit tantum medicinalis infra in Ref. 27. & in aliis §§ eius not. & pro verbo sine causa contento ad fin. 3. ante finem huius §. supra in Ref. 23. §. 2. in fine.

fessarius extra confessionem sacramentalem, dictam pœnitentiam commutare, suspendere, atque super ea dispensare, & hoc sæpe practicari, ait Valerus *vbi suprà*, qui etiam putat eundem confessarium posse commutare pœnitentiam sine causa; quia sicut fuit in eius arbitrio illam imponere, ita in eodem debet esse illius commutatio, nam vnaquæque res propter quascumque causas nascitur, propter easdem dissoluitur, sed cum petitur commutatio ab alio Sacerdote, requiritur causa.

6. Et ideò recensimens omnia supradicta, assero posse quemlibet confessarium ex iusta causa commutare pœnitentiam, etiamsi fuerit data super peccata reseruata, & etiam non iterata priori confessione, dummodo hoc efficiat in sacramentali confessione, non autem extrà, quòd si commutauerit, idem confessarius poterit quidem extra confessionem, si ad plurimum intra hebdomadam pœnitens redeat.

Sup. hoc infra in Ref. 28. 29. 30. 31. & 33. § Sic obiter. & supra in Ref. 18. § Nota secundo.

7. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem. Sed si aliquis quæreret an pœnitens auctoritate propria commutare possit pœnitentiam à confessario sibi impositam, in opus euidenter melius. Respondeo affirmatiuè, & ita etiam probabiliter docet Portel *in addit. ad dub. reg. ver. pœnitentia sacramentalis, n 6.* vbi sic asserit. Potest pœnitens, authoritate propria commutare pœnitentiam sibi impositam in aliud opus euidenter melius. Probatur à simili. Nam omnes dicunt posse quemlibet suum votum commutare auctoritate propria in opus euidenter melius, vt qui vouit dicere tertiam partem Rosarij, poterit commutare in vnum diem ieiunij; est autem eadem ratio, in præcepto orto ex voto, & ex mandato confessoris. Ita probabiliter Portel, licèt aliqui etiam magis probabiliter contrarium asserant.

Sup. hoc in Ref. præterita §. vlt. ante medium, & infra in Ref. 44. §. 2. & Ref. 45. & in Ref. 47. § Nõ desiquam. & in alia Ref. earum not.

Sed hæc dicta sufficiant circa pœnitentiæ commutationem; hoc vnum addam valde notandum, posse pænitentem pænitentiam à confessario iniunctam per annum differre. Ita docet ex Societate Iesu Antonius Fernandez *in instruct. confessar. p. 1. docum. 7. §. 2. n. 2.* vbi sic ait. [Tiene obligacion el penitente de cumplir la penitencia por lo menos de vn año, si no le obligo el Confessor dentro de menos tiempo coligese del *cap. omnis, de pænit.* ibi. *Et iniunctam sibi pænitentiam.*] Sic Fernandez, qui hoc etiam docuerat *in docum. 4. n. 5.*

RESOL. XXVI.

An secundus Confessarius possit commutare pœnitentiam extra confessionem sacramentalem?

Ex quo breuissime infertur quod votum commutari potest, & absolutio à censuris potest fieri extra Sacramentum.

Et docetur primum Confessarium, qui imposuit pœnitentiam, illam commutare, vel diminuere posse extra confessionem.

Item breuissime docetur, quod pœnitens ipse potest, authoritate propria, commutare pœnitentiam sibi à Confessario iniunctam, in opus æquale, aut saltem in euidenter melius. Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 43.

Sup. hoc suprà in Ref. 23 § 2. & magis late in Ref. 24. §. Nota etiam. cum eodem signãter in fine, & in Ref. 25. §. Sed pro coronide. & infra in Ref. 28.

§. 1. NEgatiuè respondet Tamburinus, *Opusc. de Confess. tom. 1. lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 26.* vbi ita asserit: De alio, seu secundo Confessario certum sit non posse extra confessionem commutare pœnitentiam ab alio iniunctam. Ratio est, quia Sacerdos non est Iudex, nec vllam habet potestatem, nisi dùm est in hoc Tribunali; sed nullo modo censetur esse talis, nisi dum administrat Sacramentum: ergo, &c. Dices. At votum commutari potest, & absolutio à censuris fieri item potest, & Sacramentum. Respondeo, posse quidem; quia id dependet solùm à potestate, quam habet Summus Pontifex, quamque aliquando communicat aliis: at commutatio pœnitentiæ procedit ex potestate Sacramentali, vt dictum est. Ita ille.

cursim in §. penult. à vers. Dummodo. & supra in Ref. 9. §. Nota etiam & cursim in fine §. 1. Ref. 14.

2. Sed licèt ego olim hanc sententiam docuerim, tamen non existimo probabilem sententiam affirmatiuam, quam nouissimè tuetur Leandrus *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disputat. 9. quæst.* 101. quia primus Confessor potest mutare pœnitentiam extra Confessionem: ergo etiam poterit alius. Secundò, quia, vt aliqui probabiliter asseruot, pœnitens ipse potest authoritate propria commutare pœnitentiam sibi iniunctam in opus æquale, aut saltem euidenter melius, Ergo meliori iure poterit Confessor. Et ideò hanc sententiam tenet etiam Martinus de San Ioseph *in Man. Confess. tom. 1. lib 1. tr. 13. 27. de Pænit. numer.* 20. sic aiens: [No es necessario boluerse à confessar con el segundo Confessor, para que le commute la penitencia, basta dezirsela el penitente; pues si se huuiera de boluer à confessacon el, fuera para que le constancia de la penitencia, que auia de commutar, y diziendosela el penitente, cessa la dificultad, & nihil frustra est faciendum, & superflua sunt resecanda, *leg. Hac stipulatio, §. Final.* & ibi, *addit. margin. vt Legatorum nomine.* Y assi podrà commutarla el segundo Confessor fuera de la Confession Sacramental.] Ita ille. His tamen non obstantibus, sententiam negatiuam, quam olim docui, puto communiorem, & probabiliorem & in praxi sequendam. Vide Castrum Palaum, *tom. 4. tractat. 25. punct. 21. numer. 8. & seqq.* Cardinalem Lugo, *de Pænitent. disput. 25. sect. 6. num* 110. cum aliis.

Sup. hoc suprà in Ref. 23. & in Ref. 24. §. 1. & in Ref. 25. §. Sed contrariam. ante mediũ, vers. Limita. & in aliis earum annot. pro hac quæst.

3. Nota tamen, posse primum Confessarium qui imposuit pœnitentiam, illam commutare extra Confessionem, docere etiam Machadum, *tom. 1. lib. 3. par. 1. docum. 11. num. 1.* sic asserentem: Començando pues por el Confessor que dio la penitencia, digo que es doctrina, y regla general, en que todos los Dotores conuienen, que este puede con qualquiera justa causa comutar, ò diminuir la penitencia que el dio, segun juzgare mas conueniente, no solo en confession, sino tambien fuera de ella. No obstante, que Syluestro *niega* esto vltimo. Hæc Machadus; qui tamen postea *num.* 4. hoc negat de secundo Confessario. Vide etiam circa præsentem quæstionem Candidum, *tom. 1. disquisit. 24. art. 32. dub.* 8. qui pro negatiua, & affirmatiua sententia Auctorem adducit.

RESOL. XXVII.

An Confessarius possit commutare pœnitentiam præseruatiuam ab alio Confessario impositam?

Et an Confessarius possit commutare pœnitentiam, non audita priore confessione eorundem peccatorum, etiam reseruatorum? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 136. aliàs 137.

Quæ hic est supra Ref. 25. §. Ad hic. & lege alias Ref. & §. eius not. & pro vltima d. sic. huius § Ibidem. in §. Sed graue & in aliis eius annot.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Zerola *in praxi pœnit. c. 25. q. 12.* vbi ait, id quod dictum est de commutatione pœnitentiæ impositæ, debet limitari, non procedere in pœnitentia præseruatiua, quæ datur loco medicinæ; nam ista pœnitentia non potest, nec debet commutari, quia datur per modum pharmaci.

2. Sed Bonacina *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 3. punct. 3. num.* 5. affirmatiuam sententiam tenet, quando tamen Confessarius iusta, & rationabili causa pœnitentiam præseruatiuam commutet in aliam præser-

uatiuam, secus autem minimè. Et hanc sententiam probabilissimam esse puto, nec contra illam facit Reginaldus *tom.1. lib.7. c.8. num.91.* & Suarez *in 3. part. tom.4. disp.38. sect.10. n.10.* quem Bonacina malè adducit pro contraria opinione; nam, vt legenti patebit, dictus Auctor non loquitur in casu nostro, sed quando superior concedit indulgentias, quia, vt ipsi bene asserunt, per has indulgentias non remittuntur pœnitentiæ impositæ, vt præseruatiuæ. Et est dispar ratio inter nostrum casum, & casum indulgentiarum. Nam in casu indulgentiarum penitus tollitur, & remittitur pœnitentia, in casu autem nostro pœnitentia non tollitur, sed commutatur, vt suppono, in aliam æqualem, etiam præseruatiuam. Ergo, &c.

Sup. has Indulgentias infra in Ref.57. lege eam per totam, signãter à §. Difficultas. & in Ref. eius not.

3. Adde etiam, quòd Zerola adductus à Bonacina *vbi suprà*, non facit contra nos, nam est intelligendus, quando pœnitentia præseruatiua commutatur in aliam præseruatiuam. Sed hoc non accidit in casu nostro. Ergo. De commutatione verò pœnitentiæ, an Confessarius possit illam commutare non audita priori confessione eorundem peccatorum, etiamsi peccata, pro quibus imposita fuit pœnitentia, essent reseruata, diximus *in tr. 1. miscellan. resol.* 53. vbi affirmatiuam sententiam docuimus. Vide etiam Layman *in Theol. mor. lib.5. tract.6. c.15. n.16.*

Quæ hic est suprà Ref.25. §. At his. & lege alias Ref. & §. eius not. & pro vltima diffic. huius §. Ibidem. in §. Sed graue. & in aliis eius annot.

RESOL. XXVIII.

An pœnitens propria authoritate possit commutare pœnitentiam impositam à Confessario in euidenter meliorem?

Idem est dicendum de voto.

Et an Sacerdos simpliciter possit ex iusta causa mutare pœnitentiam peccatorum mortalium, quæ iam fuerunt legitimo Confessario confessa?

Et quid, si pœnitentia fuerit data super peccata reseruata, & etiam non iterata priori confessione, dummodo hoc efficiat in sacramentali confessione, & non extra; quod si commutauerit idem Confessarius poterit quidem etiam extra sacramentalem confessionem?

Et an teneatur Confessarius commutare pœnitentiam à se, vel ab alio impositam, si nolit?

Et quid, si adsit periculum fractionis, vel maxima afflictio, & cordis angustia in pœnitente?

Idem est de commutatione voti.

Et docetur, quod Confessarij non reminiscentes pœnitentia imposita ob euitandam molestiam fœminarum oblitarum pœnitentia, & postulantium aliam iniungi, possunt designare aliquod opus ab illis agendum, dicendo, age, quod volueris. Ex part. 3. tr.4. Ref. 53.

Sup. hoc supra in Ref.25. §. vlt. à lin. 6. & infra in tribus Ref. seqq. & in Ref.33. §. Sed obuer. & supra in Ref.28. § Nota secundo.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent Sanchez *in summa, tom.1. lib.4. c.11. num.36.* Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib.7. c.8. n.85.* Henriquez *in summ. lib.5. c.20. n.5.* Coninch *de Sacrament. disp.10. dub.12. num.13.* & Sancius *in selectis. disput. 14. numer.22.* sic ait: Ad secundum negamus posse pœnitentem mutare suam pœnitentiam in euidenter meliorem, cùm non possit in seipsum actum iudicij sacramenti pœnitentiæ exercere.

2. Sed contrariam sententiam probabilem esse existimo, & pro illa *in tract.1. miscellan. resol.53.* adduxi Portel *in addit. ad dubia regular. ver. Pœnitentia sacramentalis, num. 6.* nunc verò eandem sententiam sustinere inuenio Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. diff. 79. num. 1.* vbi sic asserit. [El mismo penitente puedo comutar la penitencia en otra mayor, bien que sea conocidamente mayor, en razon de satisfacion, y en razon de medicina. Y no obsta dezir, que el confessor le mando hazer à quella petencia, porque se le manda hazer porque ordena su prouecho espiritual, si el le dixera que la queria comutar en otra obra que fuera concidamente mayor bien en razon de satisfacion, y medicina es cosa muy llana, que lo deuia tener por bien el confessor, y ansi la puede comutar el penitente por la epicheya.] Ita ille. Potest igitur pœnitens propria auctoritate mutare pœnitentiam in euidenter meliorem, sicut potest votum.

3. Nec obstat dicere cum Reginaldo, & Henriquez *vbi suprà*, quòd est dispar ratio de communione voti, & pœnitentiæ; quia lex implendi pœnitentiam non à se, sicut voti; sed à Confessario emanauit, quam legem ipse non potest tollere, non, inquam, obstat: nam quoties quis abundantiorem solutionem offert pro debito, quàm esset ex lege adstrictus, legem non soluit, sed abundantiùs implet. Nec censendum erit, nouam legem pœnitentem sibi auctoritate propria imponere, mutando pœnitentiam, nec actum iudicij exercere, & iurisdictionis, sed vberiùs implere legem à Confessario impositam. Ergo, &c. Hæc opinio est probabilis (vt dixi) licèt contraria sit probabilior.

4. Notandum est etiam hîc contra Suarez *3. part. tom.4. disp.38. sect.10. num.16.* posse simpliciter Sacerdotem ex iusta causa mutare pœnitentiam peccatorum mortalium, quæ iam fuerunt legitimo Confessario confessa. Et ita docet Sancius *in select. disp. 14. n.13.* vbi *num.17.* notat etiam, quòd Confessarius non tenetur commutare pœnitentiam à se, vel ab alio iniunctam, si nolit; nisi adsit periculum fractionis in pœnitente, vel magna afflictio, & cordis angustia; quod etiam dicendum est de commutatione voti, si illud nolit Confessarius commutare; quidquid in contrarium asserat Sanchez *in summa, tom.1. lib.4. cap.54. num.12.*

5. Sed circa præsentem materiam de commutatione pœnitentiæ iniunctæ, vide nostram *resol.53. tract.1. miscell.* vbi probauimus posse Confessarium ex iusta causa commutare pœnitentiam, etiamsi fuerit data super peccata reseruata, & etiam non iterata priori confessione, dummodo hoc efficiat in sacramentali confessione, & non extra. Quòd si commutauerit idem Confessarius, poterit quidem extra confessionem, si ad plurimum intra hebdomadam pœnitens redeat. Hæc omnia in dicta resol. satis aduersùs aliquos probata sunt, lege illam, & non pigebit.

Quæ hic est supra Ref.25. §. Sed graue. & §. At his. post medium. & §. Sed pro. & in aliis §§. eorum annot.

6. Nota tamen, quòd licèt (vt diximus) Confessarius non possit commutare pœnitentiam extra confessionem, tamen docet Sancios *in selectis, disputat. 15. numer. 13.* quòd Confessarij non reminiscentes pœnitentiæ impositæ, ob vitandam molestiam fœminarum oblitarum pœnitentiæ & postulantium aliam iniungi, possunt designare aliquod opus ab illis agendum, non animo intimandi pœnitentiam, cùm id extra confessionem nequeant, sed vitandi preces importunas earum, quæ si contentæ essent, quòd illis diceretur, age quod volueris; satius esset, eo quòd sic operando materia scrupuli eis non offeratur infringendo id, quod sub pœnitentia esse iniunctum arbitrantur. Hæc Sancius.

Dixit suprà in Ref.25. in §. Sed pro. & §. Sed contra. & in aliis eorum annot.

RESOL. XXIX.

An pœnitens propria authoritate possit commutare pœnitentiam sibi iniunctam in opus euidenter melius?

Idem est dicendum de commutatione voti. Ex part. 5. tr.14. & Misc.2. Ref.73.

§. 1. Nega

Sup. hoc in Ref. præterita, & in duabus seqq. & infrà in Ref. 33. §. Sed obiter. & suprà in Ref. 25. §. vlt. à lin. 2. & cursim in Ref. 18. §. Nota secundo.

§. 1. NEgatiuè respondent Doctores, quos ego citaui *in 3. part. tr. 4. reso. 53.* quibus nunc addo Turrianum *in selectis disput. part. 1. disp. 31. dub.* 62. qui oppositam opinionem improbabilem & temerariam vocat.

2. Sed more suo excedit Turrianus, & ideo affirmatiuam sententiam, vt *loco citato* asserui, probabilem puto, licèt negatiua sit probabilior, & ita præter Portel & Villalobos, à me vbi suprà adductos, docet nouissimè hanc sententiam Cælestinus *in Compend. Theol. moral. tract. 1. cap. 24. num.* 8. vbi sic ait: Non modò Sacerdos Confessarius potest pœnitentiam ab alio impositam commutare, verùm etiam pœnitens potest idem, modò commutet in aliud euidenter melius, sicut dicitur de voto. Sic ille.

RESOL. XXX.

An pœnitens possit commutare propria authoritate pœnitentiam in melius?

Et dicitur, quod quando pœnitens obliuiscitur pœnitentiæ iniunctæ, & non possit adire primum Confessarium, possit adimplere pœnitentiam secundum proprium arbitrium, considerando peccata confessa, & satisfactionem, quæ communiter solet adiungi pro similibus peccatis.

Et quæritur, an pœnitens satisfaciat Psalmis, Corona, aut aliis precibus pro pœnitentia iniuncta debitis, si sola mente recitet?

Et deducitur, quod non satisfacit, qui habens pro pœnitentia iniunctum ieiunium, si illud nocte frangit, etiam si in die illum seruet. Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4 Ref. 54. aliàs 53.

Sup hoc in duabus Ref. præcedentibus, & in Ref. seq. & infra in Ref. 31. §. Sed obiter. & suprà in Ref. 25. §. vlt. à lin. 2. & cursim in Ref. 18. § Nota secundo.

§. 1. NEgatiuè contra me nominatim respondet Tamburinus, *Opusc. 1. de Confess. lib. 4. c. 3. §. 1. n. 15.* quia, ait ipse, nemo potest commutare præceptum Superioris, etiam in melius: v.g. non potest fidelis commutare auditionem Missæ die festiuo in opus quodlibet illa auditione excellentius, quia non est superior: tum quia in casu nostro illud opus, quod à Confessario imponitur, eleuatur virtute clauiũ, ad hoc vt sit opus Sacramenti, non verò illud à te susceptum. Dices: At est sententia probabilis, quòd quilibet possit sibi commutare votum in opus æquale, vel saltem in melius. Respondeo: In voto ipse vouens est loco Superioris sibi legem voti imponẽs: & opus ex voto non debet eleuari virtute clauium: quæ aliter se habent in casu pœnitentiæ, vt dictum est.

Quoad hoc infra lege doctrinam §. Notandum est tamen. Ref. 37. & ex eius doctrina scies quid sup. hac quæst. terminare possis.

2. Sed his non obstantibus, me citato affirmatiuam sententiam mordicus docet Pater Leandrus *tom. 1. tract. 5. disp. 9. quæst.* 102. non tantùm ex ratione de commutante votum in melius, sed quia ex Nugno, & aliis quando pœnitens obliuiscitur pœnitentiæ iniunctæ, & non possit adire primum Confessarium, potest adimplere pœnitentiam secundum proprium arbitrium, considerando peccata confessa, & satisfactionem quæ communiter solet adiungi pro similibus peccatis. Ergo pœnitens potest commutare illam. Vnde hæc sententia habet vsque adhuc quatuor validissimos Patronos, Villalobos, Portel, Cælestinum, & Leandrum, est itaque probabilis, licet ego priorem negatiuam, probabiliorem existimem, quam tuetur Cardinalis Lugo *de pœnit. disp. 25. sect. 6. n. 96.* & alij.

Sup. hoc in tom. 4. tr. 3. Ref. 148. § 1. ad medium, & in tom. 3. tr. 6. ex latissima doctrina Ref. 54. & in Ref. eius primæ not., signanter in eius §. Et quidem. prope finem, vers. Ex pœnitentia.

3. Sed ex his quærit Leandrus, *vbi suprà quæst.* 73. an pœnitens satisfaciat, Psalmis, Coronæ, aut aliis precibus pœnitentia iniuncta debitis, si sola mente recitet? Et affirmatiuè respondet, casu quo certò constaret expedientiùs esse spirituali eius saluti orare mente quàm voce; quia potest pœnitens commutare eas preces pœnitentia debitas, in orationem illarum mentalem: nam, vt ipse tenet, pœnitens propria authoritate pœnitentiam sibi iniunctam, in æquale, aut in melius commutare potest. Sed Doctores, qui negant pœnitentiam non posse commutari in melius à pœnitente, circa casum propositum negatiuè contra Leandrum respondebunt. Et ideò Amicus *in Cur. Theol. tom. 8. disp. 16. sect. 5. n. 57.* sic ait: ex dictis infertur, pœnitentem suæ obligationi non satisfacere, si Rosarium, quòd in pœnitentiam à Confessario accepit, non vocaliter, sed mentaliter tantùm recitaret. Ratio; quia Confessarius, nisi aliud exprimat, semper censetur pœnitentias iniungere iuxta modum ordinarium, quo solent communiter ab aliis exerceri: cumque communiter Rosarium soleat vocaliter recitari non satisfacit pœnitens, si illud tantùm mentaliter dicat. Sicut nec satisfacit qui habens pro pœnitentia iniunctum ieiunium, illud nocte frangit, etiamsi die seruet, contra Suarez *disp. 38. sect. 8. initio.* Ratio est, quia ieiunium censetur à Confessario pœnitenti iniungi iuxta morrem, quo illud communiter seruatur in Ecclesia. Hæc Amicus, cuius sententiæ ego adhæreo.

RESOL. XXXI.

Alia dubia circa pœnitentiam impositam, à Confessario. Sed præter ea, iam ex illis iterum transcripta in hoc tractatu, restant sequentia dubia.

Primum, an Confessarius teneatur imponere pœnitentiam præseruatiuam?

Secundum, an Confessarius possit iniungere pœnitenti, vt matrimonium contrahat?

Tertium, an qui ex pœnitentia ad Rosarium, vel Coronam Virginis recitandam, obligationem habet, possit recitare cum socio, dicens quilibet suam salutationem Angelicam?

Quartum, an pœnitens, si impotens sit ad recitandum Officium, Psalmos, Coronam, &c. solus, teneatur hæc cum socio recitare; & pœnitentiam adimplere, si socium facile adinuenire queat? Ex part. 11. tr. 7. & Misc. 7. Ref. 3.

Sup. hoc in tribus Ref. præcedentibus, & infrà in Ref. 33. §. Sed obiter. & suprà in Ref. 25. § vlt. à lin. 2. & in Ref. 18. cursim in § Nota secundo.

§. 1. QVæro primò aut pœnitens possit propria auctoritate satisfactionem impositam à Confessario in inæqualem vel in melius commutare, & nouissimè negatiuè respondet Pasqualig. *in Theolog. t. 2. contr. 86. sect. 6. numer. 2.* & nominatim contra Card. Lugo, sed ego aduersus illum postea plures Doctores adduxi, & tunc aliquos etiam addam, vt probabilitas nostræ sententiæ magis firmetur, sic itaque asserit Remigius *in pract. Confess. tractat 5. cap. 5. §. 15. num.* 10. [El mismo penitente se puede tambien desobligar de la penitencia impuesta en la confession comutandola en cosa igualmente buena, ò satisfatoria, ò per lo nienos en cosa euidentemente meior; y assi el que tuuo deuocion de rezar todos los dias el Oficiu de nuestra Señora, y despues le han dado en penitentia que reze todos los dias vna parte de vn rosario, satisfaze la penitencia con el rezo del dicho Oficio. [Et me citato Ioannes de Soria *in epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 2. disput. 2. §. circa satisfactionem fol.* 101. Potest Sacerdos, imò debet, imponere per virtutem clauium pœnitenti pœnitentiam aliquam, quia satisfactio est pars Sacramenti: sed non semper est Sacerdos obligatus ad imponendam eam sub præcepto determinando opus, cùm sufficiat aliquando dicere. Si hoc, vel tale opus feceris, ego assigno in pœnitentiam. Ex quo infertur, valde vtilius esse illa verba à Sacerdote proferre post absolutionem

Sup hoc ad literam infra in §. Quarto secundo. huius Ref. in fine.

Sup. hoc latè suprà in Ref. 11 & in alio §. eius annot.

Sup. hoc infrà in hac ipsamet Ref. §. Quæro secundo. & in aliis eius annotationis.

nem scilicet, *Et quidquid boni egeris, &c.* maximè ad serenandas Confessorum scrupulosorum conscientias.

2. Et tandem hanc sententiam me citato, tanquam probabilem defendit doctus Pater Ioannes Maria de Castilento *in Polyanthea Seraphica tom. 1. ver. Confessio difficult.* 62. vbi sic ait: Licet negent probabiliter multi Doctores in melius euidenter opus, posse sibimet pœnitentem commutare impositam sacramentaliter pænitentiam, cùm in seipsum iudicis actum ferre nequeat, volunt enim requiri noui iudicij actum à Confessario factum ad commutandam pænitentiam etiam in melius opus: Ita Coninch *disputat.* 10. *d.* 12. *de Sacram. pænit.* Henriq. *l.* 5. *c.* 20. Reginald. *tit.* 1. *l.* 7. *c.* 8. Sanch. *tom.* 1. *in summ. l.* 4. *c.* 11. Sanchez *in select. disput.* 14. *numer.* 32. & alij.

Sup. hoc infr. in hac Ref. §. Nota hic. & in aliis eius prima not.

3. Attamen nostri Pottel *V. Pœnit. sacr. in addit. num.* 6. & Villalob. *tit.* 1. *tr.* 9. *difficult.* 79. quos citat & sequitur Diana 1. *part. tract.* 4. *de Sacrament. resolut.* 53. *&* 2. *part. Miscell.* 1. *resol.* 53. ex eo, quia votum quis potest propria auctoritare mutare in melius euidenter opus, puta vnam coronam in vnum diem ieiunij, ergo etiam propria auctoritate poterit commutare vnam coronam pro pænitentia impositam in diem ieiunij, cùm eadem ratio militare valeat vtrinque, & probabiliter quidem, quia vtrobique non adest commutatio auctoritatiua iurisdictionalis, sed auctoritas æquitatis fundata in superabundanti pietate, quia quis perfectius cupit adimplere vel Deo promissionem factam, vel ab homine mandatum acceptum, ita vt ista dicatur impropriè commutatio voti, & pænitentiæ adimpletio. Hinc oblatus reddere, vel dare modium vnum hordei, det ex sua liberalitate vel pietate tres modios frumenti, dicetur verè adimplere obligationem, quantumuis in specie hordei modium non tribuat, quia superabundanter tradit quod melius est. Vnde sicut debens recipere hordei modium nollet recipere tres modios tritici, videretur esse irrationabiliter inuitus, acceptat opus melius pro minori promisso, & confessor etiam esset irrationabiliter inuitus, si nollet pænitentiam paruam à se datam commutare, vel adimplere per opus euidenter melius propria pænitentis voluntate vel pietate electum. Quare ex præsumpta Confessarij voluntate vt dicemus infra, potest pænitentiam in opus euidenter melius commutare pænitens.

Quæ hic sunt suprà Ref. 28. & 25. & in aliis not. primæ huius Ref.

4. Quod si dicas cum Henriq. Regin. *loc. cit.* quod non est eadem ratio voti, & pænitentiæ, nam votum est lex à se posita, pænitentia autem ab alio imposita, non obstat; nam strictius adstringitur vouens à lege sibi per votum imposita, vtpotè iure diuino obligatus deinde eam seruare; nec nisi à Prælatis cum causa legitima dispensari potest, quam pænitentia, quæ solum ex præcepto Confessoris obligat, & eam ipsemet potest tollere, vel alter, vt dicemus infra, & tamen præsumunt ipsi, quod Deus benedictus paruum opus quod quis vouit, in euidenter melius commutatum à vouente, acceptet, & non præsument hoc de Confessore? qui si esset inuitus, irrationabiliter inuitus dicendus, quod tamen non potest dici de Deo, quia si nollet acceptare, ipse est Dominus, & illud est bonum quod Deus vult, non autem est bonum quia sic volendum est, itaque præfata opinio omnino mihi probabilis videtur, cùm nulli fiat præiudicium, & pænitendi perfectius detur occasio. Hucvsque Castilentus; cui etiam adde Nouarinum *in scrutinio spirituali n.* 1. *c.* 41. & me citato Possentium *in Recollect. qq. mor. ver. pænit. Sacrament. c.* 3. *num.* 15. & me citato doctum & amicissimum Laurentium Longum *in tabulis Sacrament. tab.* 2. *c.* 30. *num.* 2. præter Leandrum, Bassæum, Baucium, Martinum de San Ioseph, quos alibi in mei defensionem adduxi; dico itaque circa præsentem difficultatem, sententiam negatiuam esse probabilem, affirmatiuam verò suam habere probabilitatem non dubito, vt olim docui.

Alibi in Resolutionibus annot. prima huius Ref.

5. Quæro secundò: An Confessarius liberetur à peccato si aliquando imposuerit non ita grauem pæniteotiam, si in absolutione apposuerit illam clausulam, *Quidquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum?* Negatiuè respondet Martin. *de Sacram. t.* 5. *d.* 51. *sect.* 5. *n.* 46. sed probabiliter olim cum multis affirmatiuè respondi, sed nominatim contra me insurrexit Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Luga, contra quem postea in fauorem huius sententiæ ego adduxi Leandrum, Amicum, Machadum, Bassæum, Reuerendissimum Candidum sacri Palatij Apostolici Magistrum, & alios, quibus nunc addo Remigium *in Pract. Confess. t.* 5. *c.* 5. §. 17. *num.* 2. vbi sic ait: [Fuera da los ayunos, oraciones, y limosinas, puede tambien el Confessor dar por penitencia todas las obras, que generalmente hiziere buenas en el dia, semana, ò mes, porque si el pecado en comun puede ser materia deste Sacramento; porque no lo sera tambien la satisfacion? y este es el estilo de la Iglesis, conforme à quellas palabras. Quidquid boni feceris & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, &c. que acostumbran dezir los Confessores despues la absolucion Sacramental. Y es opinion comun que tambien siruen de que el Confessor se libre de pecado, en auer impuesto penitencias leues por graues culpas.] Ioannes de Soria *in epilogo summar. p.* 2. *tr.* 1. *sect.* 1. §. *circa satisfactionem*, ait: Potest Sacerdos (imo debet) imponere per virtutem clauium pœnitenti pœnitentiam aliquam, quia satisfactio est pars Sacramenti: sed non semper est Sacerdos obligatus ad imponendam eam sub præcepto determinando opus, cùm sufficiat aliquando dicere, Si hoc, vel tale opus feceris, ego assigno in pœnitentiam, ex quo infertur valde vtilius esse illa verba à Sacerdote proferre post absolutionem scilicet. Et quidquid boni egeris, &c. maximè ad serenandas Confessorum scrupulosorum conscientias. Ita ille.

Sup. hoc in Ref. 7. 8. 9. 10. & in Ref. 11. in fine, vers. Vnde. & in Ref. 15. §. Nota hic.

6. Et tandem Baucios *in casibus singularibus conscientia cas.* 112. sic ait, Quæritur an Confessarij imponentes paruas pœnitentias in particulari, in aliquo casu excusari debeant.

7. Respondetur affirmatiuè, puta quando Confessarius profert illa verba in absolutione, *Quidquid boni feceris, aut patienter sustinueris sit tibi in augmentum gratiæ, &c.* debet verò Confessarius declarare pœnitenti, vt sciat leuem pœnitentiam sibi ideò imponi, quia omnia bona opera totius vitæ suæ in satisfactione pœnæ peccatis debitæ iniunguntur. Vide etiam Trullench. *de Sacrament. l.* 4. *c.* 7. *d.* 2. *n.* 9. *&* 14.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præteritæ in fine, & in Ref. 2. prope finè. & in Ref. 4. §. 2. in fine.

8. Quæro tertiò, an Confessarius teneatur imponere pœnitentiam præseruatiuam? Negatiuè respondet Remigius *in Pract. confess. tract.* 5. *c.* 5. §. 18. *numer.* 4. vbi sic ait: [A qui se ofreze vna doda y es, supuesto que el confessor no solo es juez, sino tambien Medico, si tendrà obligacion debaxo de pecado mortal dar al penitente penitencia, no solo satisfatoria, sino tambien medicinal, y perseueratiua contra el pecado v. g. que ayune, que se vista de silicio, &c. A esto se responde, que aunque harà bien el confessor en darle semejantes penitencias, y en aconsejarlas:

las: però no tiene obligacion debaxo de pecado graue à mandarlo assi; porque semejantes penitencias non son simpliciter necessarias para remedio del penitente, y puede el penitente con medios mas suaues, y aun con viuir coo cuidado apartarse de sus culpas, y pecados, aunque ay an sido de costumbre; y bastarà, que el diga, que con el fauor di Dios, ha de procurar la emenda, y complir la penitencia, que el diere el confessor. Ita ille.

9. Sed hæc opinio mihi non placet, & ideò Ioannes Pontius *in curs. Theol. disp.* 46. *q.* 14. *conclus.* 5. *n.* 173. rectè ex Concilio Tridentino *sess.* 14. *c.* 8. & multis rationibus firmat, confessarium teneri imponere pœnitentiam non solùm vindicatiuam, sed etiam præseruatiuam iuxta conditionem personæ, & qualitatem culpæ.

10. Hinc oritur dubium curiosum, an confessarius possit iniungere pœnitenti, vt matrimonium contrahat? & negatiuè respondet Fagundez *p.* 2. *l.* 9. *c.* 5. *n.* 4. & Layman *tract.* 6. *cap.* 15. sed Leander *de Sacr. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 9. *quæst.* 36. ex Nauarro, & aliis affirmatiuam sententiam docet, in casu quo confessori constiterit esse pœnitenti remedium vt ipse non ruat in peccata carnis; ratio est, tum quia ex Apostolo, *melius est nubere, quàm vri.* Tum etiam, quia susceptio huius Sacramenti non est ita ardua, aut onerosa, quæ non possit sud pœnitentia aliqua iniungi.

Sup. hoc supra in Res. 24. §. Nota etiam hic obiter. & in Res. 25. §. At his. post medium, à vers. His tamen & in Res. 27. §. vlt. circa finem ad lin. 4. & suprà in hac ipsam Res. post medium §. Et tandem hanc. &c.

11. Nota hic obiter, Pasqualigum *in Theol. t.* 2. *d.* 86. *sect.* 8. *n.* 38. cum aliis, probabiliter docere, pœnitentiam non posse commutari nisi repuretur coofessio peccatorum, pro quibus fuit iniuncta, non est tamen necesse quod perfectè repetatur; sed sufficit si in confuso. Sed ego sententiam affirmatiuam puto etiam probabilem esse, quam tuetur etiam nouissimè me citato Remigius *in pract. confess. c.* 5. *d.* 5. §. 18. *n.* 9. vbi ita asserit, [Es tambien opinion muy probable, que el confessor puede comutar la penitencia, que impuso otro, aunque no se repitan los pecados, y ayan sido reseruados, y aunque sea la penitencia de las que llaman preseruatiuas y medicinales, con tal que se comute en otra preseruatiua, y concurra alguna causa, como quando el penitente no la cumplio, y cree el confessor que dificultuosamente cumplirà la primera; ò es contra la salud, condicion, ò estado;] Quia præsumitur hanc esse superioris intentionem.

Sup. his reseruatis supr. in Res. 21. §. Sed graue & in aliis eius not.

12 Con todo esso parece dificultoso de entender, que se pueda comutar la penitencia medicinal en otra, sin que nueuamente el penitente se confiesse de sus pecados, porque la medicinal no se hà de poner ygualmente por todos los pecados, sed ratione seruata, vn remedio se destina contra la torpeza, y otro se ordena à la ira, &c. y consecutiuamente parece necessario saber los pecados para hazer la comutacion de vna preseruatiua penitencia en otra? pero iuzgo que diziendo el penitente la causa porque le dieron la penitencia preseruatiua, podrà el coofessoe comutar la en otra.

Sup. hoc supr. in Res. 27. & in aliis eius primæ annot.

13. Nota etiam quod pœnitens potest recitare non flexis genibus, si flexis genibus nequeat. Quia quòd flexis genibus dicantur, est quid acciden tale, & modus tantùm pœnitentiæ, quod deficiente implenda substantia manet; quia præceptum confessoris intelligendum est instar præcepti Ecclesiastici. Item potest recitare cum socio dicens quilibet suam salutationem Angelicam, qui ex pœnitentia ad Rosarium, vel coronam Virginis recitandam obligationem habet. Quia interpretari possumus voluntatem confessarij esse vt huiusmodi pensum, & pœnitentia eo more, quo Officium diuinum persoluitur, adimpleatur.

Sup hoc supr. in Ref 21. §. vlt. & infrà in Res 41. §. Nota vero. & in Res. 54.

Sup. hoc in tom 4. tr. 6. lege doctrinā §. Sed quia. Res. 17. in principio.

14 Et ita docet Leander *de Sacram. to.* 1. *tr.* 5. *disp.* 9. *quæst.* 69. & 70. sed difficultas est an pœnitens si impotens sit ad recitandum Officium, Psalmos, aut Coronam, &c. solus, teneatur hæc cum socio recitare? Et negaoiuè respondet Leander *loco citato q.* 71. etiam si pœnitens socium facillimè aduenire queat. Quia probabilius est Clericum non teneri ad recitandum Officium cum socio (etiam si illi, aliqui io socium se offerat) si impotens est ad recitandum solus; ergo neque pœnitens impotens ad implendam pœnitentiam per se solum, tenebitur ad eam exequendam socium quærere.

Sup. hoc lege doctrinam Res. not. seq. & aliarum eius annot.

Sup. hac probabilitate in tom. 3. tr. 6. Res. 37.

RESOL. XXXII.

An facta commutatione pænitentiæ, possit pænitens eligere, quam maluerit?

Et quid, si pænitens iterum confiteatur eadem peccata, super quibus pænitentia iniuncta fuit, & de nouo illi pænitentia imponitur, tacita prima, an teneatur, secunda pænitentia non obstante, adimplere primam non reuocatam?

Et an Confessarius in alia confessione, etiam non iterata confessione, possit commutare pænitentiam?

Et an idem Confessarius possit, non audita confessione mutare pænitentiam, si pænitens intra hebdomadam redeat?

Etiamque quæritur, vtrum Confessarius possit imponere pænitentiam grauem sub more tantum peccati venialis?

Et an pænitens, si ex negligentia non adimplet pænitentiam tempore determinato à Confessario, peccet tantum venialiter? Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 55.

§. 1. NEgatiuè respondet Cardinalis Lugo *de Sacram. panit. disp.* 25. *sect.* 6. *n.* 13.. vbi sic ait; Peces an ad tollendam obligationem prioris pœnitentiæ, requiratur quod Confessarius velit eam commutare, & tollere; an sufficiat audire eadem peccata, & imponere pœnitentiam pro illis, absque eò quod sciat, impositam fuisse aliam pœnitentiam pro eisdem, ad hoc vt pœnitens possit accipere hanc secundam pœnitentiam, & relinquere priorem? Aliqui enim ideo probant nostram conclusionem, quia, nimirum pœnitens porest iterum in iudicium adducere illa peccata, ac si nunquam fuissent adducta, & adhærere sententiæ posteriori. Existimo tamen hoc non sufficere; sed requiri reuocationem seu commutationem prioris sententiæ, nam si hoc esset, posset etiam pœnitens relicta posteriori pœnitentia, adhærere priori, quæ nondum reuocata est per secundam: cùm ergo præceptum prioria Confessarij validum fuerit, manebit in suo robore, nisi in eodem tribunali reuocetur, ad quod oportet manifestati secundo Confessario, & quod ipse habeat eam intentionem. Imò hoc etiam credo verum, licet secunda confessio fieret cum eodem primo Confessario: hic enim si non recordaretur prioris confessionis, & pœnitentiæ, non haberet intentionem eam reuocandi, neque auferret obligationem ex illa relictam propter eandem rationem. Ita Lugo.

2. Sed ego affirmatiuæ sententiæ adhæreo cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Leander *de Sacr. tom.* 1. *tr.* 5. *disp.* 9. *q.* 103. quibus ego addo Dicastillum *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 8. *disp.* 14. *dub.* 8. *num* 131. vbi sic asserit: Semel autem facta mutatione pœnitentiæ liberum est pœnitenti eligere po nitentiam, quam voluerit siue primam, siue secundam, in quam mutata est, quia commutatio fit in fauorem

Sup. hoc. in tom 8 tr. 4. Res 75 & lege eam per totam. & vide etiam Res. & §§. eius annotationum.

pœnitentis, qui poteſt cedere iuri ſuo. Ita Suarius *citat. diſp.* 38. *ſect.* 10. *num.* 7. Reginald. *l.* 1. *num.* 89. Leſſius, & alij, quos in ſimul referam agens de voti commutatione. Ita ille.

3. Qui etiam antea *n.* 130. nominatim contra me duas opiniones impugnat, ſic enim ait: Illud non admitto, quod ibi habet Diana, poſſe mutare in alia confeſſione, etiam non iterata priori confeſſione: ſi enim Sacerdos, vt iudex, & iudiciabiliter debet iudicare, debet noſſe ea, de quibus iudicat, vt det pro illis aliam pœnitentiam prudentem; id autem non poteſt, vt iudex facere, niſi exponatur illi materia de qua iudicat, quod autem fiat in confeſſione aliorum peccatorum, nihil refert; perinde, ac ſi aliquis iudex, quando iudicat de vna cauſa, aut delicto alicuius rei, vellet iudicare de alia cauſa, aut eiuſdem rei, quod non nouit, nec de ſe defertur. Item non admitto quod *eod. tract.* 15. *reſ.* 53. §. *& ideo in fine*, ait, poſſe eumdem Confeſſarium non audita confeſſione mutare ſi intra hebdomadam redeat, qui iam non cenſetur moraliter durare prior confeſſio. Satis eſt quod poſſit in continenti. Hucvſque Dicaſtillus. Sed ego non recedo à ſupradictis opinionibus ab ipſo impugnatis, ſunt enim ſatis probabiles, vt videre eſt apud Doctores quos citat me citato, & ſequitur Leand. *vbi ſupra de Sacram. tom.* 1. *tr.* 5. *diſp.* 9 *q.* 95. 100. *&* 101. quibus adde Ioannem de Soria *Epilogo ſumm. p.* 1. *tr.* 1. *ſect.* 1. *diſp.* 2. §. *de ſatisfactione.*

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 25. § At his. poſt medium, à verſ. His tamen & in aliis eius not. & ſignanter in verſ. vlt. dictæ annot.

Quæ hic eſt ſuprà Reſ. 25. & melius. & magis latè ſupra in Reſ. 24 §. 1. & in Reſ. 26. §. vlt. & in aliis earum annot.

4. Sed hic obiter quæro, an Confeſſarius poſſit imponere pœnitentiam grauem ſub onere tantùm peccati venialis? Suarez *tom.* 4. *diſputat.* 38. *ſect.* 7. *num.* 5. putat, probabilem eſſe ſententiam Medinæ, aſſerentis pœnitentem non peccare mortaliter omittendo grauem pœnitentiam, ſi Confeſſarius declarat ſe imponere illam ſub obligatione tantùm peccati venialis. Sed hæc ſententia diſplicet Dicaſtillo *vbi ſuprà dub.* 2. *num.* 31. docet enim, eſſe quidem ſæpè in poteſtate præcipientis, grauis leuiſvè materiæ præceptum ferre. Si autem res præcepta ex ſe grauis, aut leuis ſit, & legem, aut præceptum ſuperior ferat, quæ verè lex ſit, aut præceptum non eſt in poteſtate ipſius, quod lex, aut præceptum de materia leui obliget ſub culpa graui, vel de materia graui, ſub culpa leui.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Reſ. 131 §. Hinc. ad medium, verſ. ſecundo.

5. Aliqui hoc probant, eo quod Confeſſarius imponens pœnitentiam, etiam non imponat nomine ſuo, ſed nomine Dei, atque adeo non poteſt ſuam actionem pro ſuo arbitrio temperare; ſed neceſſariò agere prout poſtulat inſtitutio Sacramenti. Hæc (inquam) ratio mihi non placet, quia quamuis Sacerdos nomine Dei præcipiat, niſi alia ratio obſtaret, poſſet ſuam actionem ſolùm ad obligationem venialem extendere, & non ad aliam, ſicut enim (ſiue peccet, ſiue non peccet) poteſt abſolutè nullam imponere obligationem, aut imponere obligationem in leui materia, quantumuis, ſi dictamen rationis, & inſtitutionem Sacramenti, Chriſtique voluntatem ſequeretur, deberet imponere grauem; ita ſimiliter, quamuis propter eandem rationem deberet imponere obligationem ſub mortali, poſſet ſaltem validè illam non imponere. Nec ſatis apparet diſparitas; cur quam exerceat iudicium nomine Chriſti, poſſit validè ad nullam, vel ad leuem tantùm pœnitentiam obligare & non poſſit etiam leuem obligationem inducere, quamuis nomine Chriſti iudicet, aliàs poſſet ipſa materia grauis admittere ex vero præcepto obligationem leuem. Itaque ideò non poteſt verum imponere præceptum circa materiam grauem ſub obligatione leui, quia obligatio grauis, aut leuis non pro voluntate præcipientis, ſed ex natura rei, id eſt materiæ præceptæ, reſultat grauis, aut leuis. Vnde nec ipſe Deus id poſſet facere, inuoluit enim contradictionem; nam ſicut inuoluit contradictionem eſſe propriè loquendo præceptum, aut legem, & non inducere obligationem: ita propriè loquendo contradictionem inuoluit eſſe legem, aut præceptum graue (id eſt de materia graui præcepta, ex qua grauitas præcepti ſumenda eſt) & non reſultare obligationem grauem; nam (vt aiunt Philoſophi) ſicut ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter; ita magis, ad magis.

6. Verùm his non obſtantibus ego puto cum Suarez opinionem Medinæ eſſe probabilem. Nota præter Thomam à Ieſu à me alibi adductum, nouiſſimè Ioannem de Soria *in epilogo ſummarum part.* 5. *tract.* 1. *ſect.* 1. *diſp.* 1. §. *de ſatisfactione fol.* 100. docente, pœnitentem, ſi ex negligentia non adimplet pœnitentiam tempore determinato à Confeſſario, peccare tantum venialiter; Verùm hanc ſententiam reprobat Dicaſtillus *vbi ſuprà a.* 60. *dub.* 4. in quo bene explicat quo tempore teneatur pœnitens implere pœnitentiam, & ideo in caſibus occurrentibus lege illum.

Alibi infrà in Reſ. 19 & in alio §. eius not. primæ.

RESOL. XXXIII.

An pœnitentia impoſita à Confeſſario, quando adimpletur, debeat referri ad Confeſſionem, v. g. ſi quis habuit pœnitentiam à Confeſſario audiendi Miſſam quotidie per ſpatium vnius menſis, vel anni, ſed aliquando audiuit Miſſam immemor dictæ pœnitentiæ, quæritur, an ſatisfaciat præcepto pœnitentiæ iniunctæ, & ſatisfactio illa fuerit pars Sacramenti, vt poſſit prodeſſe ex opere operato?

Et quid, ſi iniunctum opus in pœnitentia pœnitens executioni mandaret cum intentione expreſſa illam non implendi; an tunc quidem ſatisfaciat, præcepto Confeſſarij, ſed tamen non habeat rationem partis Sacramenti, & per conſequens non remittat pœnam ex opere operato?

Et an pœnitens poſſit propria authoritate commutare pœnitentiam à Confeſſario poſitam in opus euidenter melius, ſicut votum? Ex part. 10. tr. 16. & Miſc. 6. Reſ. 26. aliàs 25.

§. 1. POnamus exemplum, Petrus v. g. habuit pœnitentiam audiendi Sacrum quotidie per ſpatium vnius menſis, aliquando audiuit Miſſam immemor pœnitentiæ à Confeſſario impoſitæ, quæritur, an ſatisfecerit præcepto pœnitentiæ iniunctæ, & ſatisfactio illa fuerit pars Sacramenti, vt poſſit prodeſſe ex opere operato; Quoad primum affirmatiuè reſpondet Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 3. *dub.* 31. *num.* 360. Sanchez *in ſum. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 9. *&* 10. & alij. Quoad ſecundum negatiuè reſpondet nouiſſimè doctiſſimus Pater Sfortia Pallauicinus *in Aſſer. Theol. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 280. vbi ſic ait: Putamus etiam, ſatisfactionem impoſitam à Confeſſario ita explendam eſſe à pœnitente, vt ad Sacramentum referatur, alioqnin neque erit pars Sacramenti, nec proinde implementum ſufficiens. Quamuis enim implementum præcepti in genere non poſſit referri ad ipſum præceptum, ideò hoc euenit, quia præcipiens, nihil aliud dicit, niſi mihi diſplicebis, niſi hoc feceris: Quare ad vitandam diſplicentiam præcipientis, ſufficit, id feciſſe quomodocumque: Imò in aliquibus materiis ſufficit, id feciſſe ante præceptum, & per actum malum (quæ tamen non conceduntur ab aduerſariis in implemento pœnitentiæ Sacramentalis) de qua re latè *in libell. de inſt. à num.* 91. *vſque ad* 97. At in præſenti materia præter præceptum Confeſſarij iniungentis opus, habemus præceptum Dei, referendi illud

opus

opus ad Sacramentum, vt possit nobis prodesse ex opere operato. Hoc autem præceptum dari suadetur, quia alioquin satisfactio non esset pars sensibilis Sacramenti: posset enim iniungi, præsertim ægroto, satisfactio merè interna (vt v.g. quod Deum corde inuocet) quæ proinde neque erit sensibilis in se, neque in alio, quandoquidem nullam habet connexionem de facto cum illa sensibili iussione Sacerdotis, sed ad eam se habet omnino concomitanter. Rursus fac, alicui impositam esse auditionem Sacri; is verò audiat Sacrum die festo nullo modo referens illud ad præceptum, vel Confessarij, vel Ecclesiæ: Eritne tunc auditio pars Sacramenti, necne? Haud enim videtur ratio alterutrius dicendi si quemadmodum potest satisfieri præcepto Ecclesiæ sine intentione, ita & pœnitentiæ Sacramentali. Denique id asserere videtur magis congruum; Cum enim effectus Sacramentalis conferatur secundum dispositionem ipsius pœnitentis, vt docet Sanctus Thomas *3. part. quæst. 84. art. 1.* expedit, vt non sit pars Sacramenti opus à confessario iniunctum, si casu, & sine memoria talis obligationis quomodocumque fiat, sed tantum si fiat cum ea intentione, ad hoc vt pœnitens tunc melius se disponat ad recipiendum nouum effectum Sacramentalem. Hucvsque Pallauicinus.

Super hoc magis latè infrà in Ref. 37. §. vlt. & suprà in Ref. 14. §. vlt. ad medium vers. qui potest etiam.

2. Sed ego puto in tali casu satisfactionem referri ad confessionem cum intentione virtuali, vel habituali, & ideò non solùm pœnitentem non actualiter referentem illam satisfactionem ad confessionem, præceptum pœnitentiæ adimplere, sed illam satisfactionem relatam ad confessionem, virtualiter esse partem Sacramenti, & conferre gratiam ex opere operato. In vno tamen casu admitterem libenter opinionem Patris Pallauicini, quando v.g. pœnitens opus iniunctum exequutioni mandaret cum expressa intentione illius non adimplendæ: nam in tali casu existimo, per executionem pœnitentiæ iniunctæ cum intentione non satisfaciendi, illi satisfieri quidem præcepto confessarij vt docet Sanchez *vbi supr. num. 17.* cum Bonacina *de legib. d. 1. q. 1. pun. 10. num. 21.* non tamen illam habere rationem partis Sacramenti, & per consequens non remittere pœnam ex opere operato. Sicut dicunt aliqui de executione pœnitentiæ, per actum, ex aliqua circumstantia malum. Ratio autem esse potest, quia sicut confessio, quæ est pars Sacramenti pœnitentiæ, debet fieri cum intentione confitendi, & absolutio dari debet à confessario, cum intentione absoluendi, saltem virtuali: Ita pœnitentia in satisfactionem iniuncta, vt possit dici pars Sacramenti, & vim habeat remittendi pœnam ex opere operato, debet executioni mandari à pœnitente cum intentione satisfaciendi, saltem virtuali, vel habituali, per consequens, si executioni mandatur, cum expressa intentione non adimplendi pœnitentiam, non erit satisfactio Sacramentalis seu pars Sacramenti.

Sup. hoc lege infrà doctrinam Ref. 55. & alterius Ref. eius not.

3. Sed obiter hic notandum Patri Pallauicino, *vbi suprà c. vlt. n. 337.* non videri probabile, posse quempiam sibi commutare pœnitentiam propria auctoritate in opus euidenter melius, sicut votum; nam pœnitentia consideratur tamquam opus præceptum, & ideò includit exercitium obedientiæ: non est autem obediens qui operatur pro suo iudicio, & pro sua voluntate, non pro iudicio, & voluntate superioris. Et hæc est disparitas vniuersè inter præceptum, & votum. Ita ille. Sed licet ego huic sententiæ adhæream, non audeo tamen contrariam nota improbabilitatis inurere, & idcirco illam præter Portel, Villalobos Celestinum, & Leandrum, tamquam probabilem etiam admittunt Martinus de San Ioseph *in Man. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 23. de Pœnitent. n. 14.* & Eligius Bassæus *in florib. Theol. pract. ver. satisfactio, num. 10.* vbi sic ait: Pœnitens non potest propria auctoritate pœnitentiam in æquale, aut in melius commutare, quia commutatio pœnitentiæ est actio Sacramentalis, & actus Iurisdictionis, qui fit à confessario, tamquam à superiore; pœnitens autem non potest in se actionem iurisdictionis Sacramentalis exercere, cum nullus sit sibi superior. Et hæc sententia est probabilior. Quamuis non sit improbabilis contraria sententia. Ratio illorum est, quia quoties qui abundantiorem solutionem offert pro debito, ad quam est ex lege adstrictus, legem non soluit; sed abundantius implet, nec censendum erit, nouam legem, pœnitentem sibi auctoritate propria imponere, mutando pœnitentiam, nec actum Iudicij exercere, & iurisdictionis, sed vberius implere legem à Confessario impositam. Ita Bassæus.

Sup. hoc superioRef. 25. §. vlt. à lin. 3. & in Ref. 28. 29 30. & 31. & in Ref. 18. cursim in §. Nota secundo.

RESOL. XXXIV.

An satisfactio sacramentalis causet gratiam ex opere operato?

Et an implere pœnitentiam in peccato mortali, sit peccatum mortale? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 70.

§. 1. AD hanc quæstionem respondet Ioannes de la Cruz *in direct. conscient. part. 2. de sacram. Pœnit. q. 1. dub. 4. concl. 2.* vbi sic asserit: Probabilius est, quòd satisfactio quando exercetur, (si non adsit impedimentum peccati mortalis) causat gratiam ex opere operato, vt dicit ordinem ad claues Ecclesiæ. Et si arguas, quòd gratia pœnitentiæ causatur in instanti terminatiuo prolationis verborum Sacerdotis, *Ego te absoluo*, sed satisfactio fit postea, Ego ad hoc dico, quòd in illo instanti causatur gratia essentialis Sacramenti: at quando postea fit satisfactio, causatur quædam perfectio, & augmentum gratiæ; sicut enim satisfactio est pars integralis illius Sacramenti, sic gratia ab ea causata efficit perfectionem, & integritatem eiusdem gratiæ. Ex quo patet non peccare mortaliter, eum, qui implet satisfactionem in peccato mortali, cùm non ponat obicem effectui essentiali, sed soli perfectioni, & integritati eiusdem effectus. Ita ille & ante illum Ledesma *in summa, tom. 1. de sacram. Pœnit. cap. 1. dub. 2.* & alij.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. seq. & alterius vers. eius primæ annot.

Super hoc infrà in Ref. 37.

RESOL. XXXV.

An satisfactio Sacramentalis in peccato mortali facta habeat suum effectum?

Et asseritur pœnitentiam in statu peccati mortalis impletum remittere postea pœnam temporalem ex opere operato, quando recedit fictio, idest, quando cessat status ille.

Et an pœnitentia à Confessario taxata iuxta grauitatem peccatorum, & non minorata ob fragilitatem pœnitentis extinguat debitum totius pœnæ, temporalis testamis? Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 38.

§. 1. EX Soto, Adriano, Ledesma & Suarez negatiuam sententiam docet Ochagauia *de Sacrament. tract. vlt. de pœnit. quæst. 15. num. 6.* Idem etiam ex Henriquez, & Coninch tenet Hurtadus *de Sacramentis, disput. 14. de pœnit. diffic. 14.* quibus adde Ioannem Præpositum *in 3. part. quæst. 12. de satisfact. dub. 6. num. 82.* Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. difficult. 76. num. 9.* & ratio est, quia ad satisfaciendum re vera ex vi Sacramenti, & tanquam pars sacramentalis ex opere operato tantùm videtur assumptum illud opus pœnale, quod ex se & natura

Sup. hoc lege doctrinam Ref. præteritæ, & vlt. ex Ref. 37. §. 1. ante medium. vers. Imo plus. & vide etiam Ref. annot. seq.

ſua, & ex omnibus ſuis circumſtantiis eſt ſatisfactorium ex opere operantis, illa enim tantùm eſt ſatisfactio legitima, quemadmodum ad rationem Sacramenti matrimonij tantùm videtur aſſumptus à Chriſto contractus matrimonialis legitimus inter legitimas perſonas; ſed opus pœnale factum in ſtatu peccati mortalis non eſt ſatisfactorium ex opere operantis, vt patet ex ſecunda concluſione. ergo neque eſt ſatisfactorium ex opere operato, & ex vi Sacramenti.

2. Verùm his non obſtantibus affirmatiuam ſententiam non minus probabilem eſſe puto. Dico igitur opus ſatisfactorium, quatenus eſt pars Sacramenti, & à Confeſſario impoſitum, remittere pœnam temporalem debitam pro peccatis dimiſſis per abſolutionem ſacramentalem præcedentem, & hoc ex opere operato, etiamſi in peccato mortali fiat. Et ita hanc opinionem tenet, qui penes me inſtar multorum eſt, ſapientiſſimus Vaſq. *in 3.p. tom.4. q.94.art. 2. dub. 5. num.* 10. & ante illum Marſ. *in 4.q.11.art.3.* & Med. *C. de pœnit. iniuncta extra gratiam impleta.* Probatur hæc opinio, quia ſi aliquid obſtaret, quominus ſatisfactio ſacramentalis in peccato exhibita remitteret pœnam temporalem, aut hoc eſſet, quia homo in peccato mortali exiſtens incapax eſt remiſſionis pœnæ. Et hoc non, quia ei, qui exiſtit in peccato mortali, remitti poteſt pœna temporalis, licèt non poſſit remitti culpa aliqua mortalis, aut venialis, quod ex ſe patet, cùm nullum habeat inconueniens, nec etiam obſtat prædictæ remiſſioni pœnæ, quòd opus non eſt meritorium ex defectu hominis ſatisfacientis, qui debebat ad ſatisfaciendum eſſe in gratia, quia ſatisfactio non operatur ibi per modum meriti condigni, ſed per modum Sacramenti mortuorum impetrando remiſſionem pœnæ temporalis: ergo ad hoc non eſt neceſſaria gratia. Dicendum eſt igitur, quòd ſtatus peccati mortalis non eſt obex remiſſioni pœnæ temporalis faciendæ media pœnitentia ſacramentali: ergo in eo ſtatu cauſatur dicta remiſſio media pœnitentia in eo ſtatu facta. Conſequentia patet, quia Sacramentum & pars Sacramenti operantur ſuum effectum in ſubiecto non habente obicem. Antecedens autem probatur, quia pœnitentia ſacramentalis non cauſat remiſſionem pœnæ temporalis media infuſione gratiæ, nec per modum meriti de condigno, quibus ſtatus peccati mortalis eſt obex, ſed impetrando illam à Deo, cui impetrationi non obeſt, quia peccator multa poteſt à Deo impetrare, & impetrat.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in alia eius not

3. Notandum eſt tamen ſtando in prima ſententia, Caietanum, Victoriam, Suarez, Henriq. & Coninch aſſerere pœnitentiam in ſtatu peccati mortalis impletam remittere poſtea pœnam temporalem ex opere operato, quando recedit fictio, id eſt, quando ceſſat ſtatus ille. Sed Hurtadus *vbi ſuprà* docet hæc à ſupradictis auctoribus dici ſine fundamento, quia ſi tribuere effectum ex opere operato, recedente fictione, conuenit Baptiſmo, & fortè pœnitentiæ informi (ſi datur informis) idcirco eſt, quia hæc duo Sacramenta ſunt media neceſſaria ad remiſſionem culpæ, & pœnæ æternæ; pœnitentia verò ſacramentalis non eſt neceſſaria ad remiſſionem pœnæ temporalis reſtantis, quia hæc poteſt pluribus aliis operibus haberi: ergo, &c. & ita hanc ſententiam docet etiam Præpoſitus *vbi ſuprà in 3. p. q. 12. de ſatisfact. dub 6. n.*82.

4. Nota etiam hîc obiter contra Petrum Soto *lect.1. de ſatisfact.* Suar. *in 3.p. tom.4. diſp.*38. *ſect.*5. Vaſq. *q. 94. art. 2. dub.* 6. Ochagauiam *vbi ſuprà q.* 56. Turrianum *de pœnit. diſp.* 38. *dub.* 5. Reginald. *tom 1. lib. 7. c. 5. n.* 47. pœnitentiam à Confeſſario taxatam iuxta grauitatem peccatorum, & non minorata ob fragilitatem pœnitentis extinguere debitum totius pœnæ temporalis reſtantis. Ita cum Scoto, Gabriele, Maiore, & Medina docet Hurtadus *vbi ſuprà diffic.*15. addit illud, & non pigebit.

RESOL. XXXVI.

An ſatisfactio ſacramentalis facta in peccato reuiniſcat, quando homo reſurgit per contritionem ſubſequentem? Ex part.3.tr.4. Reſ.84. aliàs 85.

§. 1. NEgatiuam ſententiam docet Turrian. *de pœnit. diſp.* 38. *dub.* 3. qui citat Vaſquez, Sotum, Ledeſmam, & Adrianum. Ratio eſt, quia nullibi in Scriptura ſacra inuenitur talis promiſſio. Ergo ſine fundamento aſſeritur. Sup. hoc in § penult Reſ. præteritæ, & in Reſ. ſeq §. 1. paulo poſt medium.

2. His tamen non obſtantibus, affirmatiuè reſpondendum eſſe puto cum Suarez *tom. 4. diſp.* 38. *ſect.8. num.5.* Fagundez *pr.2. lib.19. c.4. num.* 9. Petro Fay *de pœnit. in addit. ad 3. part. q* 14. *art.3. diſput. vnica.* Caietano, Petro Soto, Victoria, Nauarro. Ratio eſt, quia ſacramentum Pœnitentiæ conſequitur ſuum effectum recedente fictione, ſicut reliqua Sacramenta; ergo etiam ſatisfactio, vt eſt pars integralis ſacramenti Pœnitentiæ. Conſequentia patet, nam vt talis, etiam eſt opus Dei. Quæ omnia intelligenda ſunt, non tantùm quoad effectum gratiæ, ſed etiam quoad effectum remiſſionis pœnæ, & ideo Layman *in Theol. mor. lib.5. tract.6.c.*25 *n.*15. ſic aſſerit, Probabile valde eſt, quòd remoto poſtea obice peccati mortalis per nouam pœnitentiam, mox ex virtute Sacramenti (per Chriſti merita) ſequatur remiſſio pœnæ temporalis.

RESOL. XXXVII.

An implens pœnitentiam in peccato mortali peccet, mortaliter?

Et an qui oblitus eſt pœnitentia ſibi iniuncta, teneatur ſecundo eadem peccata confiteri, vel quid debeat facere?

Et an poſſit à Confeſſario imponi in pœnitentiam ſacramentalem opus præcepti, & an pœnitens illam omittens peccet dupliciter?

Et an Confeſſarius poſſit imponere pœnitentiam per modum conſilij dicendo, ſi hoc, vel illud feceris ſeruiat tibi in ſatisfactionem?

Et an poſſit pœnitens pœnitentiam in vindictam peccatorum implere per alterum, quando Confeſſarius id vult?

Et an Confeſſarius poſſit in pœnitentiam ſacramentalem imponere opus internum? Ex part. 4.tr. 4. & Miſc. Reſ.241.

§. 1. HIc caſus ſæpiùs in praxi occurrit, & affirmatiuam ſententiam quoad primum docet Barboſa nouiſſimè *in collect. Doctorum ſuper Concil. Trident. ſeſſ.*13. *cap.* 8. *num.*6. vbi ſic ait: Pœnitentiam in peccato mortali adimplens, peccat mortaliter. Ita ille. Verùm negatiuam ſententiam tenendam eſſe puto, & ideo Hurtado *de Sacramentis diſput.*14. *de pœnitent. diffcult.* 14. ſic ait: Quamuis qui implet pœnitentiam in ſtatu peccati mortalis ponat obicem effectui primario ſacramenti Pœnitentiæ, ſed tamen ſecundatiò conferendo media pœnitentia ſacramentali. Ita ille. Imò plus addit Vaſquez *in 3. part. tom. 4. quæſt.94. art.1. dub.* 5. nempè pœnitentiam ſacramentalem in ſtatu peccati mortalis factam, cauſare ex opere operato remiſſionem pœnæ temporalis reſtantis, ſicut cauſat, quando fit in ſtatu gratiæ. Et ita hanc ſententiam tenet etiam Marſilius

Sup. hoc ſupra in Reſ. 34 prope finem. à verſ. Ex quo patet.

Sup. hoc magis latè ſupra in Reſ. 35 à principio, & lege etiam aliam Reſ. eius primæ not.

in 4.

in 4. quaest. 51. art. 3. & Medina *Cod. de Confessione, quaest. de poenitentia iniuncta extra gratiam impleta;* licet contrarium doceat Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 38. sect. 8.* Henriquez *lib. 5. cap. 20. num. 7.* Coninch *de Sacramentis disp. 10. dub. 51.* asserentes poenitentiam sacramentalem in statu peccati mortalis impletam remittere postea poenam temporalem ex opere operato, quando recedit fictio, id est, quando cessat status ille; sed hoc dici absque sufficienti fundamento putat Hurtado *ubi supra*; quia, si tribuere effectum ex opere operato recedente fictione conuenit Baptismo, & ferre etiam poenitentiae informi, ideo est, quia haec duo Sacramenta sunt media necessaria ad remissionem culpae, & poenae aeternae. Poenitentia verò sacramentalis non est necessaria ad remissionem poenae temporalis restantis, quia haec potest pluribus aliis operibus haberi; ergo, &c. Verùm hanc sententiam Suarez, & aliorum, quam sine fundamento dictam putauit Hurtado, probabilem esse docet Gulliemus Mercerus *de Sacram. in supplem. part. 3. D. Thomae, quaest. 15. dub. 3. quaeritur 3. num. 3.*

Sup. hoc, quod hic asseritur in Ref. not. praeteritae, in §. Notandum. & in Ref. praeterita.

Sup. hoc supra in Ref. 30. lege doctrinã eius §. Sed his. à lin. 5.

2. Notandum est tamen hîc obiter pro praxi contra Richardum *in 4. distinct. 17. art. 2. quaest. 8. ad 4.* D. Antoninum *part. 3. tit. 14. cap. 19. §. 19.* & Syluestrum *ver. Confessio 6. quaest. 4.* poenitentem, qui oblitus est poenitentiae sibi iniunctae, non teneri secundò eadem peccata confiteri, vt aliam poenitentiam pro iis recipiat; sed si sua culpa poenitentiae non recordetur, sufficit hoc peccatum confiteri, & si fortè obliuio accidisset statim post datam poenitentiam, & crederet, Sacerdotem adhuc eius esse memorem, teneretur, si posset, ab eo petere quid iniunxisset, praesertim quando poenitentia est grauis. Ita Coninch *de Sacramentis disput. 10. dub. 9. num. 86.* Caietanus *in summa ver. Confessio iteranda, §. ex satisfactione.* Sotus *in 4. distinct. 20. quaest. 2. art. 2. ad 3.* Hurtado *difficult. 11.* & alij.

Sup. hoc supra in Ref. 12.

3. Notandum secundò contra Paludanum *in 4. distinct. 15. quaest. 1. art. 2.* & Maiorem *quaest. 1. dub. 1.* in poenitentiam sacramentalem imponi posse à Confessario opus praecepti. Ita Vasquez *in 3. part. tom. 4. quaest. 94. art. 1. dub. 6.* Hurtado *difficult. 8.* Coninch *dub. 8.* Mercerus *quaest. 14. dub. 4.* qui optimè obseruat, si eo casu poenitens omittat opus aliàs debitum, iam eadem omissione peccabit dupliciter; si autem expleat, duplicem fructum reportabit, vnum ratione operis praecisè considerati, & praecepto: alterum ratione virtutis, quam opus trahit ex potestate clauium.

Sup. hoc supr. in Ref. 11. & in Ref. 31. cursim in § 1. prope finem. vers. Si hoc.

4. Nota tertiò contra Vasquez *in 3. part. tom. 4. quaest. 94. art. 2. dub. 1. num. 9.* Nugnum *in addit. quaest. 13. art. 2. difficult. 1.* Coninch *disp. 10. dub. 8.* quòd Confessarius non tenetur imponere poenitentiam obligantem, quia ex vna parte poenitentia sub consilio tantùm imposita sufficienter sacramentalis, vtpote imposita virtute clauium, & ex altera parte paenitentia sic imposita potest esse expediens paenitenti ob ipsius fragilitatem; & ita docet Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 38. sect. 3.* Tannerus *tom. 4. disput. 6. quaest. 8. num. 7.* Nauarrus *in manual. cap. 26. num. 24.* Henriquez *lib. 5. cap. 21.* & alij: vnde nouissimè Mercerus *de Sacrament. in supplement. part. 3. D. Thomae quaest. 15. dub. 2. n. 5.* dixit, paenitentiam imponi posse per modum consilij, dicendo: Si hoc, vel illud feceris, seruiat tibi in satisfactionem.

Sup hoc supr. in Ref. 11. & infra in Ref. 45. §. Nota Pasqualigum.

5. Nota quartò contra eumdem Vazquez, & Coninch *locis citatis.* Ledesmam *in 2. part. quarti, quaest. 14 art. 4.* & alios, quòd poenitens potest paenitentiam in vindictam peccatorum implere per alterum, quando Confessarius id vult, siue id velit, quando illam imponit, siue postea, & ideo ex rationabili causa potest Confessarius imponere paenitentiam per alium implendam. Ratio est, quia ex vna parte vnus potest satisfacere pro alio pro paena temporali relicta post remissionem peccati, & ex altera parte obligatio implendi paenitentiam oritur ex voluntate Confessarij; ergo quando Confessarius vult, id sufficit. Ita Suarez *tom. 4. disp. 18. sect. 9.* Reginaldus *in prax. tom. 1. lib. 7. cap. 7. quaest. 2.* Tannerus *vbi supra numer. 11.* Mercerus *dub. 3. num. 4.* & alij. Et tandem

Sup hoc supr. in Ref. 14. §. vlt. post medium, à vers. qui potest etiam. & in Ref. 33. ad mediũ, vers. Haec autem.

6. Nota quintò contra Alexandrum *4. part. quaest. 84. membr. 2. art. 1.* & Almainum *in 4. distinct. 15. quae. 1.* posse Confessarium in paenitentiam sacramentalem imponere opus internum. Ita Coninch *vbi suprà.* Hurtado *difficult. 7.* Suarez *sect. 6.* & Mercerus *dub. 2.* Quia sicut Confessarius potest absoluere ab internis peccatis, ita & ad actus internos ligare potest; & quamuis tales actus non sint per se sensibiles, tamen sunt sensibiles per accidens, cùm exteris imponuntur, & acceptantur.

RESOL. XXXVIII.

An adimplere paenitentiam in statu peccati mortalis, sit saltem peccatum veniale? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 5. Ref. 45.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 15. num. 15.* vbi sic ait: Sequitur esse quandam irreuerentiam saltem venialem, si quis poenitentiam impleat in statu peccati mortalis; quia Sacramenti aliquam partem suscipit indignè, & ponit obicem consequendi eius effectum, qui est remissio poenae. Ita ille, & ante illum Suarez *tom. 4. disput. 38. sect. 8. num. 7.*

2. Sed ad hanc opinionem tenendam Lugo *de Sacrament. Paenitent. disp. 25. sect. 5. num. 32.* asserit non inuenire sufficiens fundamentum: nam dicta pars Sacramenti non est collatiua gratiae; ponere autem obicem effectui remissionis poenae, non arguit culpam venialem; alioquin etiam esset peccatum veniale audire Missam in statu peccati, aut adesse in peccato benedictioni Pontificis, quando conceduntur indulgentiae, quia ponitur obex simili effectui, quod tamen nemo concedet. Multò ergo minùs debet hoc dici in nostro casu, in quo illud detrimentum postea resarcitur, cum sublato obice habeatur totus ille effectus, quod in auditione Missae & indulgentiis non contingit. Praxis etiam fidelium haec est: nam si alicui pro paenitentia detur recitare singulis diebus Coronam, aut dicere orationem breuem, quoties iurat, nemo dicet peccatum esse veniale non constituere se in statu gratiae, quoties dicit Coronam, aut orationem illam breuem. Ita Pater Lugo. Tamen, vt verum fateat, affirmatiua sententia est communis, teste Magno *in addition. ad 3. part. quaest. 14. art. 2. verb. nihilominus*: & praeter Layman, & Suarez, tenet illam Henriquez *lib. 5. cap. 18. numer. 3. & cap. 10. numer. 7.* Filliucius *tom. 5. tractat. 8. cap. 2. num. 57.* Reginaldus *in Praxi, tom. 1. lib. 7. num. 84.* Bonacina *de Sacramentis, disp. 5. quaest. 5. sect. 3. punct. 4. num. 15.* & alij.

Praeter Ref. not. seq. pro prima diffic. huius tituli lege infra doctrinam Ref. 46. & omniũ Ref. eius primae annot. & signanter eius § 1. & suprà ex Ref. 32. Vide §. Vt &.

RESOL. XXXIX.

An qui non adimplet paenitentiam in tempore à Confessario praefixo, peccet mortaliter?

Et notatur, quod si in honorem alicuius Festi peculiaris imponat, v. g. Confessarius ieiunium, si per impotentiam à ieiunio illius diei paenitens excusetur, non teneatur postea alio die ieiunare.

Secus

Secus autem si Confessarius praciperet pœnitentibus ieiunium diebus Veneris, vel Sabbati vnius mensis vel anni? Ex part.3.tr.4.Ref.91.aliàs 92.

S o hoc supr. i 1 Ref. 32. §. vlt & infra in Ref. 45. §. 2. à lin. 6. vers. Muy probable, &c.

§. 1. NEgatiuè respondet Thomas à Iesu *en el tribunal de la conscientia, tract.3.c. 2. dub. 9.* vbi sic asserit. [Dira alguna que pecado es no haxer la penitencia en el tiempo señalado del Confessor.] Respondeo [de ordinario es pecado venial de negligencia, quando sin causa se difiere, mas quando con justa causa se difiere, no es pecado ninguno.] Sed de hac quæstione alibi dictum est.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. seq.

Sup. hoc signanter ibidem, & late infrà in Ref. 41. & in aliis §§. eius annos primæ.

2. Notandum est tamen hîc obiter pro praxi, quòd si in honorem festi alicuius peculiaris imponat, v.g. Confessarius ieiunium, si per impotentiam a ieiunio illius diei pœnitens excusetur, non tenetur postea alio die ieiunare. Secus autem si Confessarius præciperet pœnitentibus ieiunium diebus Veneris, vel Sabbati vnius mensis, vel anni; tunc enim qui aliquo dierum illius temporis non ieiunaret, teneretur in alio postea die ieiunare. Et ita ex Nauar. & Syluest. docet Fagundez *part.2.lib.9.cap.4.n.5.*

RESOL. XL.

An Confessarius imponens pœnitentiam, etiam tempus determinando, post illud elapsum teneatur pœnitens adhuc illam adimplere? Ex part.5.tr.13. & Misc.5. Ref.37.

Sup. hoc lege doctrinam §. vlt. Ref præteritæ, & infra Ref.41. & alterius § eius not. & quamuis pro voto vide tamen in to.8. tr. 4 ex Ref.14 §.2. & alias Ref. eius annot. & hic sup. Ref.21. §. Nota etiam. ad medium.

§. 1. REspondeo quòd cùm Confessarij imponentes pœnitentiam, etiam tempus determinando, non tam habeant rationem temporis & cultus eo tempore exhibendi, quam ipsius operis in se quod iniungunt, scilicet in satisfactionem peccati, & per modum medecinæ in futurum, si pœnitens præfixo tempore pœnitentiam non impleuerit, siue culpabiliter, siue absque culpa, debet proximo commodo tempore eam adimplere, vt tenet Toletus *lib.3.cap. 11.num.11.* & breuiter indicat Vasquez *quæst.94.art. 5.dub.4.n.1.* Contrarium tenet Henriquez *lib.5.c.22. n.7.* cuius sententia vera esse potest, quando ex circumstantiis potest colligi non fuisse mentem Confessarij exacto tempore pœnitentiam obligare.

RESOL. XLI.

An qui habuit pœnitentiam ieiunandi v.g. singulis sextis Feriis, si non possit illo die ieiunare, teneatur altero die ad ieiunandum?

Et infertur, si Confessarius imponat ieiunium pœnitenti, singulis diebus Veneris per annum seruandum & Festum Natiuitatis Domini incidat in diem Veneris, non teneri pœnitentem illo die ieiunare, sed posse ieiunium in alium diem transferre? Ex part.9. tr.9. & Misc.4. Ref.53. aliàs 52.

Sup. hoc sup. in Ref. 39. §. Notandum. à lin. 5. & vers. Secus autem. & lege doctrinã Ref.42. & quamuis pro voto; vide tamen in to. 8. tr. 4. ex Ref. 14. doctrinam §. 2. & aliarũ eius not. & hic supra in Ref.21. §. No-

§. 1. AFfirmatiuè respondet Amicus *in Cursu Theolog.to.8.disp.16 sect.5.dub.10.n.93.* vbi sic ait: Tripliciter potest pœnitentia à Confessario iniungi. Primò, vt certo die adimplenda: vt ieiunium pridie Natiuitatis B. Virginis; Rosarium in Sabbato orandum. Et hoc modo omissam pœnitentiam assignato die non tenetur pœnitens illam alio die adimplere; sed tantùm de omissione dolere, eamque suo tempore confiteri. Ratio est; quia talis pœnitentia est addicta certo tempori, quo elapso, non amplius obligat: sicut Officium Diuinum, aut Sacrum in festo omissum, vel votum ieiunandi, aut recitandi Psalmos determinato die, in honorem alicuius Sancti, non tenemur alio die ea perficere; quia sunt opera ex intentione Ecclesiæ, vel Confessarij, aut vouentis addicta ad certum diem, quo elapso non amplius obligant; quia vltra illum non se extendit intentio imponentis, aut vouentis. Secundo: iniungi potest pœnitentia à Confessario ad nullum certum diem addicta: & tunc certum est, quolibet die eam à pœnitente impleri posse. Tertiò: imponi potest certis quibusque diebus in hebdomada, aut mense exequenda, vt ieiunium singulis diebus Veneris intra mensem, vel annum seruandum. Et tunc quando pœnitens vna hebdomada, aut mense pœnitentiam non adimplet, tenetur alia hebdomada, aut mense adimplere. Ratio; quia tunc Pœnitentia non imponitur, vt addicta ad certum diem; sed pro commoditate pœnitentis diuiditur in hebdomadas, vel menses, vt faciliùs adimpleri possit. Ex his infertur, si Confessarius imponat ieiunium pœnitenti singulis diebus Veneris per annum seruandum, & festum Natiuitatis Domini incidat in diem Veneris, non teneri pœnitentem illo die ieiunare; sed posse ieiunium transferre in alium diem. Hucvsque Amicus.

ta etiam, in principio.

Quamuis non plene super hoc, quod hic, infertur lege tamen supra ex Ref. 1. §. penult. ad medium, vers. deinde.

2. Sed nouissimè nominatim contra me negatiuæ sententiæ adhæret Pater Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract.5. disputat 9. quæst.* 78. quia existimat quòd communiter Confessarij respiciant tempus, ac præfigant diem, & fortè in memoriam Passionis Christi Domini, & eius Virginis Matris. Ergo elapso illo die, non tenebitur pœnitens, cùm sit onus eius in alio ieiunare. Sed ego non recedo a sententia quam docui.

Docuit in Ref not. primæ huius Ref.

3. Nec desetam hîc apponere verba Castri Palai *tom.4.tract.23.disput.vnica, punct. 11.§. 4. num. 13.* vbi sic ait: Si tempus designatum à confessario, sit v.g. vt proximo die Veneris, vel vigiliæ B. Virginis ieiunes, confitearis, aliudvè opus præstes; non est dubium, te obligatum esse eo die exequi. At, si ob malitiam, vel impotentiam eo die pœnitentiam omittas, alicui videri poterit te excusatum esse; quia illius diei designatio in specialem Beatæ Virginis, vel Passionis Christi Domini honorem facta est; quem honorem non respicit ieiunium alio die assumptum, ac proinde cessat materia præcepti pœnitentiæ sicuti cessaret, si obligatio esset ex voto, & alio quouis præcepto. Sic sentire videtur Fagundez *de secund. Eccles. precept. lib.9.c.4.n.5.* & Fauet Henriquez *lib 5.Sum. c. 12. in fine.* Sed omninò dicendum est, per se non cessare obligationem ieiunij, & communionis: nam esto hæc opera eo die tibi præcipiantur exequi in honorẽ B. Virginis, vel Christi Passionis: non tamen hic finis est vltimatus, sicuti est in voto, alioquè Ecclesiastico præcepto; sed est finis medius, & relatus ad finem satisfaciendi pro peccatis commissis, & præcauendi futura. Vnde esto cesset illius finis medij consecutio, cùm non cesset hic finis vltimus, & præcipuus, non cessat præceptum. Quod si vrgeas: cessat materia præcepti: siquidem cessat fieri ieiunium in Christi, vel B. Virginis honorem, quæ fuit materia præcepta. Respondeo cessare ex parte, sed non ex toto, cessare, inquam, quoad accessorium, sed non quoad principale. Etenim in prædicto præcepto duo continentur: primum, & principale ieiunium secundùm minus principale, & accessorium, vt eo die in honorem Virginis ieiunes: vtrumque satisfactionem præteritorum, & futurorum medelam respicit: ac cessante secundo, primùm consistere potest, cum suum finem specialiter spectet. Non igitur ex designatione temporis finitur pœnitentiæ obligatio. Ita Palaus ex Suarez, Coninch, & aliis. Qui tamen ab hac doctrina excipiunt pœnitentiam, quam confessarius ita tempori alligaret, vt eo transacto, obligationem cessare velit. Reputant autem hanc voluntatem habere,

habere, quoties pœnitentia per longum tempus, statis temporibus, distribuatur, quæ si in vnum coniungeretur, intolerabilis esset: v.g. si debeas ex pœnitentia iniuncta singulis hebdomadis, imò & singulis mensibus ieiunare, vel communicare, & longo tempore ieiunia, vel confessiones omiseris: censent, te non esse obligatum compensare; quia intentio confessarij hanc pœnitentiam imponentis fuit finire simul cum tempore obligationem, ne si, simul cum subsequente persisteret; pœnitens nimium grauaretur.

RESOL. XLII.

An Confessio sacramentalis iniuncta singulis mensibus possit vltra differri?

Et an in prædicto casu possit anticipari?

Idem dicendum est in vtroque casu, si votum esset emissum de confessione agenda singulis mensibus? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 99. aliàs 100.

Sup. hoc supr. in Ref. 24. §. penult. & infra in Ref. 46. & si vacas otio lege ultras Ref. eius primæ annot.

§. 1. POnam hic verba Ioannis Sancij *in selectis, disp.* 13. *n.* 9. vbi sic asserit: Animaduertito tamen non transgressurum pœnitentiam illum, cui esset iussum intra vnum mensem confitendum fore, si per tres, vel quatuor dies vltra mensem confessionem differre, præsertim ex causa iusta, & idem iudico si votum esset emissum de confessione agenda. Non enim ita mathematicè præfigendus est terminus, nec Deus adeò rigorosus exactor erit iudicandus. Imò si intra octo dies à mense elapso solemnis aliquis dies sequeretur, vel Iubilæum, &c. posse differri confessionem vsque ad illum diem mihi persuadeo, si ægrè pœnitens ferret bis intra octo illos dies confiteri, vel Iubilæum non lucrari. Et posse anticipari per octo dies minimè dubito, ex causa illa Iubilæi, vel solemnis diei. Quòd si per tres hebdomadas confessionem præueniret, forte non implebit præceptum, cùm mens iubentis eò tendat, vt per mensem curet pœnitens mundam habere conscientiam; certior namque experientia sumitur emendationis pœnitentis per spatium vnius mensis, quàm per hebdomadam. Hæc Sancius, multum pro praxi conducentia, licèt aliquibus non admodum certa videantur.

RESOL. XLIII.

An qui per Confessarium vigore literarum alicuius dispensationis habuit pœnitentiam, vt singulis mensibus confiteatur, an, inquam, confessionem aliquo mense omissam teneatur sequenti supplere?

Et notatur, quod eo mense, quo iste vellet satisfacere præcepto confessionis annuæ, tantum obligatur ad vnam confessionem, eaque satisfaciet tum dispensationi, tum præcepto Ecclesiæ.

Idem est de eo, qui menstruam confessionem vouit, vel si à quolibet Confessario menstruam confessionem in pœnitentiam habuit? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 31.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 2. Ref. 162. §. 1. ad medium. vers. Si vero talis.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Petrus Ochagauia *de Sacr. tr.* 4. *q.* 14. *n.* 4. vbi sic ait: Sentio quòd si ille, cui singulis mensibus sit imposita confessio in aliquo mense, non confiteatur, cogendum eum esse in sequenti mense bis confiteri, quod simile est illi resolutioni, quam defendimus in materia de pœnitentia, scil. eum, qui vno anno non impleuit præceptum confessionis, debere in altero sequenti bis confiteri; cuius est ea assignanda ratio, quia confessio hæc non tam imponitur pro onere, quam ad perfectionem, & supplendam, excellentiam voti, Ita ille. satis quidem probabiliter.

2. Sed etiam non minus probabilem negatiuam sententiam existimo, quam docet Sanchez *de matr. tom.* 3. *lib.* 8. *disput.* 34. *num.* 37. vbi sic asserit: Si mensis transeat absque confessione, credo hunc non teneri confessionem omissam supplere, alio mense eam duplicando, ad quod onus singulis mensibus adstrictus sit. Sicut vouens quotidie recitare, non tenetur preces alicuius diei omissas supplere. Hæc Sanchez.

3. Nota tamen quòd non solùm Sanchez, sed etiam Ochagauia asserunt, quòd eo mense, quo iste vellet satisfacere præcepto confessionis annuæ, tantùm obligabitur ad vnam confessionem, eáque satistisfaciet tum dispensationi, tū præcepto Ecclesiæ; quia non est cedendum Pontificem velle maius ei onus imponere, & sic ait Sanchez dicendum esse de eo, qui confessionem menstruam vouit, & de eo, qui, v.g. per aliquos annos habuit à Confessario impositam singulis mensibus confessionem, & in aliquo illorum coincidit præceptum Ecclesiæ; nam in his casibus non tenetur ad duplicem confessionem, quæ sunt valde notanda, quia practicabilia.

Sup. hoc in Ref. annot. præteritæ in eodem §. & v. & inst. in Ref. 50. per totam & signanter §. Difficult & in to. 2. tr. 2. Ref. 24. in fine.

RESOL. XLIV.

An pœnitentia imposita à Confessario possit differri ad vnum annum?

Et quid si intra prædictum annum iterum vult confiteri, & non adimpleuit pœnitentiam præteritam, vel primam confessionis præteritæ: an adhuc possit differre primam pœnitentiam ad vnum annum? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 42.

§. 1. NOn posse, videtur docere Tamburinus, *Opusc. de Confess. lib.* 4. *cap.* 2. §. 2. *n.* 9. vbi sic ait: Debet adimpleri pœnitentia quando Confessor designat: licèt facilè excusari possit à mortali dilatio talis temporis designati; quia communiter confessarij præceptum cadit potius in rem exhibendam, quàm in tempus. Quod si non designat, vt communiter fieri consueuit; per se loquendo, debet impleri quam primùm commodè moraliter potest, sicuti obligat votum aliaque similia: videtur tamen probabile, quòd dilatio, nisi sit nimia, & ad longum tempus, & nisi ipsa dilatio minuat rem inflictam, non sit mortalis; Sicuti idem dicitur de voto absque temporis determinatione emissa, quando dilatio rem promissam non minuit, vt minueret tardus ingressus in Religionem. Aliqui simpliciter, & absolutè extendunt ita eiusmodi obligationem; vt censeant ad vnum annum posse differri: sicut ad vnum annum differri potest obligatio confitendi: quod tamen videtur nimis largè prolatum. Ita ille.

Sup. hoc in Ref. not. primæ post seq. Sup. hac dilatione infra in Ref. 46. & in aliis eius primæ not.

2. Sed ego non discedo à sententia affirmatiua, quam probabiliter olim docui ex Antonio Fernandez; & quam nouissimè me citato, tenet Martinus de San Ioseph, *in Mon. Confess. tom.* 5. *lib.* 1. *tract.* 23. *de Pænit. n.* 16. sic asserens: [Pero quando el Confessor dio la penitencia, y no sañalo tiempo, si el penitente dilarò complirla vn año, no me parece que pecara, ò à lo sumo venialmente; pues el que peca mortalmente poco despues que le confessò por Pasqua, puede dilatar la confession por vn año, y parece corre la misma razon en vn præcepto que en otro, & vbi eadem militat ratio, eadem debet militare iuris dispositio, *cap. translato, de constit. leg. Illud. ff. ad leg. Aquiliam.* Hæc Martinus: cui adde etiam me citato; Leandrum *de Sacrament. tom.* 1. *tractat.* 5. *disputat.* 9. *quæst.* 89. qui testatur hanc sententiam tenuisse sapientissimos Magistros Primarios in Salmanticensi academia. Dico itaque posse licitè per annum pœnitentiam differri. Quod *ex cap. omnis*

Docuit supra in Ref. 25. §. vlt. in fine, & in Ref. 18. in fine, & late infra in Ref. seq. & in Ref. 2. post. seq. in §. Non desinam. & in Ref. 24. § vlt. ad medium.

de

de pænit. ex illis verbis: Et iniunctam sibi pœnitentiam: Sic probo. Quia nullus obligatur confessionis præcepto, statim ac peccat, sed potest differre confessionem per annum: ergo similiter poterit per annum, pœnitentiam à Confessario impositam differre.

3. Et tandem non deseram hic apponere verba Ioannis Henriquez, *in Compend. cas. mor. cap. 42. n. 5.* sic asserentis: [El penitente esta obligado dentro de vn año à cumplir la penitencia admitida en la confession commençandose à contar este año desde el die de la confession; y dentro de el se puede boluer à confessar quando quisiere; aunque no aya cumplido la penitencia, y estos es muy cierto, aunque dize Medina *en su Suma, lib. 2. cap. 7.* que el hombre que se confiessa no auiendo cumplido la penitencia impuesta por pecado mortal, peca mortalmente: y la razon con que prueuan los Dotores que dentro de vn año ay obligacion de cumplir la penitencia, es porque por el mismo caso que la Iglesia ha puesto precepto de confessar vna vez en cada año, se infiere de aqui; que dando vn año de plazo, y termino para confessar, se da tambien para cumplir la penitencia, que mana de la Confession.] Hæc ille. Et post hæc scripta inueni nostram sententiam docere etiam ex Societate doctum Patrem Escobar, *in Theol. moral. tr. 7. Exam. 4. c. 7. num. 40. in fine.*

Sup hoc infr. in Res. 45. §. Et hanc. in fine.

RESOL. XLV.

An pœnitens possit per annum differre pœnitentiam impositam a Confessario?

Et alia dubia proponuntur circa hoc? Ex part. 11. tr. 7. & Misc. 7. Res. 10.

§. 1. NEgatiuè respondet Trullench *de Sacr. lib. 4. c. 7. dub. 4. n. 11.* Reuerendissimus Candidus *to. 1. disp. 24. art. 30. dub 9.* vbi sic ait: Quando Confessarius non præfixit tempus adimplendæ pœnitentiæ, pœnitens quamprimùm commodè potest adimplere tenetur, quòd si valdè diu iudicio prudentis viri pœnitens pœnitentiam grauem differat adimplere absque iusta causa, grauiter peccaret; quia faceret contra voluntatem Confessarij, & finem Sacramenti in re graui; secus si non multum differat, vel pœnitentia non sit grauis. Ita ille; cui adde Suarez, Coninch, Reginaldum, Bonacinam, Granadum, Hurtadum, & Cardinalem Lugo, quos citat Leander *de Sacram. to. 1. tr. 5. disp. 9. quæst. 89.*

Sup. hoc in Res. præterea. & in Res. seq. §. Non desinã & sup. in fine Res. 18. & in Res. 24. §. vlt. ad medium, & in Res. 25. §. vlt. in fine & pro doctrina huius § 1. in Res. 2. huius not. §. 1. & in aliis eius primæ not.

2. Sed opinionem contrariam probabilem ego olim docui, & nunc iterum doceo, quam tuetur præter Ferdinand. Ioan. Henriquez, Leand. & alios Doctores à me citatos, nouissimè Martinus de San Ioseph *in monitis Confess. to. 1. lib. 1. tract. 27. de pænit. numer. 15.* vbi sic ait, [Muy probablemente lleuan muchos Dotores, que si el Confessor señalò al penitente el complimiento de la penitencia en tal y tal tiempo, que peca mortalmente se lo dilata notablemente, porque es deuda que yà deue por la acceptacion que hizo: y el que dilata notablemente pagar otras deudas de dinero, &c. peca mortalmente, luego, &c. Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 34. num. 57.* & alij: però mos probable me parece, que aunque se dilate vn año non pecarà mortalmente, por que tiene mas esperas Dios, y la ley en lo que se deue, que los hombres, y el Derecho lo dize que mitius agitur cum lege, quàm cum hominibus, *l. Celsus, ff. decep. arbitr.* Parece me serà pecado venial, como no se ponga en peligro de que se le oluide la penitencia, en especial si la dilacion es por quattò, ò seis meses. Quia sine mora dicitur fieri quod fit intra sex menses, alias intra quattuor menses, *gl. mora in l. finali C. de cens. lib. 11.*] Ita Martinus.

Sup. hac doctrina sup. in Res 32. §. vlt. & in Res. 39. & eurssm in Res. 24. §. Dico primo, in fine, v. Quæstionis secundæ.

3. Et hanc opinionem admittit etiam alicuius Hispanus Remigius Noyden *in pract. confess. tr. 5. cap. §. 18. num. 2* sic asserens: [Quando el Confessor non señalò termino en que se auia de cumplir la penitencia, estarà el penitente obligado a cumplir la quando buenamente pudiere, y no serà pecado mortal la dilacion si no fuere grande, porque por el mismo caso que la Iglesia hà puesto precepto de confessa vna vez en el año, se in fiere de aqui, que dando vn año de termino para la confession, la dà tambien para cumplir la penitencia: y bien puede el penitente antes de auena cumplido dentro deste año, si quisiere boluer à confessar vna y mas vezes, quia vtitur iure suo.] Ita ille. Cui etiam adde me citato Laurentium Longum *in Tabulis Sacramentorum tab. 2. cap. 50. num. 4.*

Sup hoc in Res. eq & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc verbo boluer in Res præterea §. vlt.

4. Nota verò quod idem Leander *q. 64.* quærit an habens pœnitentiam recitandi septem Psalmos flexis genibus, & taliter nequeat, teneatur alio modo recitare; Et pro negatiua sententia me adducit, ipse autem affirmat teneri recitare non flexis genibus, si flexis genibus nequeat. Quia quod flexis genibus dicantur, est quid accidentale, & modus tantùm pœnitentiæ, quo deficiente implenda substantia manet. Et hoc optimè docet, sed malè pro contraria sententia me adduxit, nam ego non loquor quando quis habet iustam causam non recitandi flexis genibus, sed quando potest, tunc enim assero non posse recitare alio modo, non autem dico, quòd si non possit ex aliqua iusta causa recitare flexis genibus, quod remaneat liber à recitatione. Vide etiam Lugo *de pænitent. disp. 25. sect. 6. numer. 93.* vbi sic ait: Dubitari potest quomodo obligetur pœnitens ad circumstantias operis à Confessariu iniuncti, v. g. impositum illi fuit, vt recitaret coronam flexis genibus, vel coronam tali imagine, an satisfaciat, licet non flexis genibus, nec coram illa imagine recitarit. Affirmat Vega *in summa tomo 2. cap. 64. cas. 6.* quia attendi debet magis ad substantiam, quàm ad circumstantias. De hoc tamen meritò dubitat Diana *2. tom. tract. 4. de sacrament. resolut. 55.* quia recitare flexis genibus videtur addere aliquid substantiale simplici recitationi. Distinguere ego possumus cum Thoma Sanchez *lib. 4. in Decaleg. cap. 12. num. 8.* vbi in simili de voto docet, quando res promissa est grauis & circumstantia leuis, vt si quis vouit recitare coram tali imagine Beatæ Virginis, votum principale obligabit ad mortale, circumstantia autem, nempè vt sit hæc imago specialis, obligabit communiter sub veniali: quia communiter æquale, aut ferè æquale est Virginis obsequium, & ideo leuis est mutatio illa. Posset tamen aliquando esse culpa mortalis, eo quod circumstantia sit multò maioris cultus diuini, orando, v. g. coram tali imagine propter multo maiorem deuotionem & populi concursum. Vnde eodem modo de circumstantiis à Confessario adiunctis dicendum erit, cùm eadem sit ratio.

Sup. hoc infrà in Res. 14 & supra in Res. 21 §. vlt & in Res. 31. §. Nota etiam.

Quæ hic est infra Res. 54. & in aliis eius not.

5. An verò liberetur pœnitens ab obligatione implendi pœnitentiam, quando non potest exequi circumstantiam à Confessario iniunctam: vt si præcepit recitare coram tali Imagine, vel in tali Ecclesia, quod facere non potest, eadem est quæstio ac de voto, an propter impotentiam ad circumstantiam liberetur vouens à substantia, quam quæstionem latè tractat idem Sanchez *dicto lib. 4. cap. 14. à num. 24.* vbi plures regulas assignat ad discernendum, an in eo casu fuerit intentio obligandi ad substantiam, cessante

etiam

etiam circumstantia: quæ omnes regulæ transferri possunt ad casum nostrum, & videri apud illum Auctorem, ne quæstionem latè, & optimè ab eo tractatam ad hunc locum, cuius non ita propria est, transferre cogamur. Et hæc omnia docet Lugo *vbi sup.* & secundùm superiùs dicta intelligenda sunt, quæ dixi in loco citato à Leandro citato.

Sup. hoc sup. in Res. 11. §. vlt. & in Res. 37. §. Nota quarto.

6. Nota, Pasqualigum *in Theol. tom. 2. disp. 86. sect. 5. n. 23.* cum aliis docere, non posse imponi satisfactionem in Sacramento pœnitentiæ, implendam per alium. Probatur, satisfactio sacramentalis est actus proprius pœnitentis, vt definit Trid. *sess. 14. c. 4. & can. 3.* & debet esse in castigationem peccatorum, vt habet *c. 8.* Ergo non potest imponi vt implenda per alium, quia tunc est actus proprius pœnitentis, nec castigatio peccatorum.

7. Sed contrariam sententiam ego docui, & me citato cum pluribus aliis docet Leander *vbi sup. q. 81.* qui *q. 82.* firmat, quòd quando pœnitens per se ipsum nequit implere, possit absque expressa licentia Confessoris, alteri eam committere, & per illum satisfacere ex implicita, & interpretatiua licentia Confessarij, dummodò pœnitentia sit satisfactoria, & non medicinalis.

Sup. hoc in §§. not. præteritæ.

8. Item, licèt Fagundez neget non posse Confessarium post datam pœnitentiam declarare suam mentem fuisse, posse pœnitentem illam per alium implere. Tamen Leander *q. 83.* me citato, putat possè absolutè declarare, esse suam voluntatem, vt per alium satisfaciat (& hoc extra confessionem si) etiam à principio, quando pœnitentiam imposuit non ita intellexeris. Primò, quia tunc pœnitẽs etiam verè satisfaciet per alium cum consensu Confessoris, qui talem pœnitentiam imposuit. Secundò, quia mutatio sententiæ quoad personam satisfactricem, potest fieri à quocumque Iudice; ergo meliori iure ab eodem: Poterit ergo Confessor declarare pœnitenti, suam voluntatem esse, vt per alium pœnitentiam adimplere possit, etiam in casu, in quo à principio, nec ita intellexerit, aut voluerit.

RESOL. XLVI.

An in dilatione pœnitentia iniuncta detur paruitas materia?

Et cursim docetur pœnitentem posse infrà annum differre adimpletionem pœnitentiæ, si Confessarius aliter non iniunxerit.

Et notatur non adimplere pœnitentiam esse quid graue, & mortale.

Et quid, si Confessarius imponat pœnitentiam dicendi tertiam partem Rosarij B. Virginis; si omitterentur, v. g. quatuor Aue Maria, *an excusetur pœnitens à peccato mortali ratione paruitatis materiæ?*

Idem est de pœnitentia audiendi Sacrum, si illud audiat post Euangelium, recitatum, & de aliis similibus pœnitentiis agitur, in quibus datur paruitas materiæ. Ex part. 5, tractat. 5. Resolut. 15.

Sup. doctrina contenta in hoc §. suprà in Res. 44. à lin. 4. & in Resol. 45. §. 2. & 3. & in Res. 42. & in Res. 18. §. Nota tertio. & in Res. 24 §. penult. & in §. Dico primo. in fine. vers. Quærunt secundo. & pro doctrina contenta, à vers. Ita tamen, suprà in Res. 39. & in aliis eius secundæ annot.

§. 1. AD hoc dubium libet respondere cum verbis amicissimi P. Hurtado *de Sacram. Pœnitent. disput. 14. difficult. 1.* vbi sic ait: Circa tempus quo pœnitens teneatur implere pœnitentiam, certum est teneri tempore præscripto à Confessario, si illud præscripsit. Quòd si tunc illam non impleat, etiam tenetur postea illam implere, quia semper, etiam quando aliquando iniungitur in honorem diei præscripti, iniungitur in vindictam peccatorum confessorum. Si verò à Confessario nullum præscribitur tempus, implenda est quamprimùm moraliter commodè possit, vt aduertunt Suarez *sect. 7.* & Ægidius *dub. 9.* nisi aliud ex verbis, aut ex circumstantiis coniiciatur voluisse Confessarium. Ita tamen obligat quamprimùm moraliter commodè possit, vt non quæcumque dilatio impletionis pœnitentiæ grauis sit mortalis, nisi sit nimia, seu grauis, & quoad hoc idem est, quando differtur pœnitentia post tempus à Confessario præscriptum, nisi quòd tunc dilatio potest aliquando esse mortalis, quando pœnitentia grauis fuit præscripta in aliquo die in honorem festiuitatis illius diei, si differatur post illum, quamuis non semper, nisi quandò defectus honoris censetur grauis. Addit Ochagauia tunc dilationem pœnitentiæ grauis esse nimiam, & grauem, quando differtur vltra tertium diem, sed scrupulosè procedit, quia hæc dilatio non videtur nimia, imò nec vltra octauum diem, præsertim quando res in pœnitentiam iniuncta, esset valdè grauis, & posset commodè impleri, quia etiam ex rei grauitate crescit grauitas dilationis, sicut ex defectu commoditatis implendi illam, decrescit grauitas dilationis, nihilominùs taxationem grauitatis dilationis pœnitentiæ grauis doctioribus remittimus. Huc vsque Hurtadus.

Sup. hoc sup. in Res. 44. §. 2. & in aliis eius annot.

2. Non desinam tamen hic adnotare id quod alibi etiam notauimus, nempe ex eadem Societate Antonium Fernandez de Corduba *in Instruct. Confess. part. 1. document. 4. num. 5. & document. 9. §. 1. num. 3.* docere pœnitentem posse infra annum differre adimpletionem pœnitentiæ, si aliter Confessarius ei non iniunxerit.

Sup. hoc primo in Resol. seq. & in aliis eius primæ not. & pro secundo in Resol primo post seq. §. 2. cursim. in fine, & in Res. seq. à lin. 2. vers. Infero.

3. Notandum est etiam hîc cum Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. difficult. 78. num. 3.* [Que el dexar de cumplir la penitencia de su naturaleza, es cosa graue, y pecado mortal; mas si se dexasse alguna pequeña parte della, seria solo pecado venial por la paruidad de la materia.] Sic ille. Cui adde Ioannem Sancium *in selectis, disput. 14. num. 14.* Igitur si quis haberet pœnitentiam audiendi Sacrum, si illud audiat post Euangelium recitatum, adhuc satisfaceret, & idem dicendum est de Officio diuino. Nam illa paruitas materiæ, quam admittunt Doctores ad excusandam fractionem præcepti recitandi horas Canonicas, admittenda est etiam quoad impletionem pœnitentiæ iniunctæ à Confessario. Et hæc doctrina proportionabiliter applicanda etiam erit, si imponeretur pœnitentia recitandi Officium Beatæ Virginis, vel Defunctorum, seu septem Psalmos.

4 Sed quid dicendum erit si Confessarius imponat pænitentiam dicendi tertiam partem Rosarij B. Virginis, an si omitterentur, v. g. quatuor *Aue Maria*, excusaretur pœnitens à peccato mortali ratione paruitatis materiæ; hunc casum non inuenio à Doctoribus in indiuiduo pertractatum, & videtur negatiuè respondendum ex vtroque Sanchez, Thoma, & Ioanne, hoc *in selectis, disput. 15. num. 7.* illo *in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 19. num. 4.* asserentibus tertiam partem Circuli Virginei indiuiduam materiam reputari, & ideò deficientibus aliquibus *Aue Maria*, Rosarium non dicitur. Ego puto in tali casu pœnitentem non peccare mortaliter saltem ex præsumpta voluntate Confessarij, quem rationabiliter, credendum est, non imponere dictam pœntentiam cum tali onere. Ita vt si pœnitens tam paruam materiam relinquat, pœnitentiæ iniunctæ non satisfaciat.

RESOL. XLVII.

Sup. prima diffic. huius tituli suprà in Res. 5. cursim in §. vlt. in

An si quis culpabiliter omittat medicam iniunctam pœnitentiam, peccet mortaliter, etiamsi sit imposita propter peccata venialia?

Et quid dicendum sit, si pœnitentia grauis sit, sed ob

ob venialia tantum peccata imposita, an eius transgressio, vel omissio non transcendat culpam venialem?

Et aduertitur obligationem acceptandi pœnitentiam, leuem esse solum sub veniali. Ex part. 3. tractat. 4. Resol. 101. alias 102.

principio, & in Res. 6. paulo post initiũ, vers. Et ideo & infra in Res. seq § 2. prope finem, a vers. Quæ omnia, & in § not. seq.

§. 1. PEccare mortaliter docuit nouissimè Ioannes Sancius *in selectis, disp.* 15. *n.* 14. sic asserens: Infero ex dictis implentem maiorem partem pœnitentiæ, & omittentem modicam in se, solùm delinquere venialiter. At si modica esset tantùm iniuncta, & illam culpabiliter non impleret, lethaliter peccare iudico, cùm truncum, & defectibile reddat Sacramentum, quod graue quid est. Sicut enim ille, cui impositum esset sub pœnitentia vnam tantùm salutationem Angelicam recitare, & nollet acceptare absque causa, absoluendus non esset, vt indispositus, renuens integrare Sacramentum. Eodem modo non volens implere iniunctam salutationem Angelicam mortaliter peccabit, cùm nolit implere illam obligationem, quam sub mortali acceptauit; & quamuis oratio Angelica secundùm naturam orationis modica sit materia, si tamen vt materia, & vt pars constituitur Sacramenti Pœnitentiæ grauis est reputanda, sicut deglutire guttam aquæ secundùm se quid modicum est, at post illius sumptionem Eucharistiam sumere, quid graue est. Et quòd præceptum pronuncietur de non sumendo Eucharistiam post sumptionem cibi, aut potus, quantumuis exigui, & graue semper præceptum violatur, & in re graui, videlicet irreligiositas Sacramenti, sicut simoniæ crimen mortale erit rem spiritualem vendere, etiam exiguo pretio. Ita Sancius, probabiliter quidem.

Sup. hoc quod lin. 2. huius textus infertur in Res. præterita, § 3. & in Resol. 3. not. pœnitentiæ, & in eodẽ vers. Sup. hoc supra in Res. 4. § 2. ad medium, à verb. Addit. Sed lege eam per totam, & Res. eius annotationum.

Sup. hac gutta aquæ latè in to. 2. tr. 1. Res. 127 & in aliis eius not.

Sup. hac simonia in tom. 5. tra. 7. late in Res. 2.

2. Sed contrariam sententiam in praxi probabilem, & tutam esse existimo, quam tuentur Henriquez *lib.* 5. *cap.* 20. *n.* 3. *in glossa, litera I.* Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 9. *c.* 3. *n.* 14. Coninh *de Sacr. disp.* 10. *dub.* 9. *n.* 80. Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 7. *c.* 7. *n.* 77. Vega *in summa, part.* 2. *cap.* 64. *cas.* 3. Rodriquez *in summa, tom.* 1. *cap.* 56. *num.* 9. & alij penes ipsos; quia leue reputatur ex hac parte Sacramentum non integrare. Adde, quòd Suarez *tom.* 4. *disp.* 38. *sect.* 7. *num.* 5. putat obligationem acceptandi pœnitentiam leuem, esse solùm sub veniali.

Sup. hoc in Res. seq. & supra in Res. 5. §. vlt.

3. Notandum est etiam hîc obiter contra Henriquez *lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 81. quòd etsi pœnitentia grauis sit, sed ob venialia tantùm peccata imposita, vt iustè aliquando fieri potest eius transgressio, non transcendit culpam venialem. Et ita docet Layman *in Theolog. morali, lib.* 4. *tractat.* 6. *cap. decimoquinto, num.* 7. nisi pœnitens versetur in probabili periculo mortaliter peccandi, si pœnitentiam sibi impositam non exequatur.

RESOL. XLVIII.

An qui non implet pœnitentiam grauem impositam pro venialibus, vel quod sæpius solet euenire pro mortalibus alias confessis, peccet mortaliter?

Et quid, si imposita pœnitentia absolutè sit leuis, vel si aliqua exigua pars pœnitentiæ grauis à pœnitente non adimpleatur?

Et notatur Confessarium imponentem pœnitentiam post datam absolutionem, non peccare venialiter. Ex part. 3. tract. 4. Res. 135. aliàs 136.

Sup. hoc in § vlt. Resol. præteritæ. & supra in Res. 5. § vlt. à medio vsque ad finem.

§. 1. PEccare mortaliter docent Fagundez *p.* 2. *lib* 9. *cap.* 3. *num.* 13. Henriquez *lib.* 5. *ca.* 20. *num.* 8. & à fortiori Nugnus *in* 3. *p. tom.* 2. *q.* 13. *art.* 2. *diffic.* 2. *conclus.* 4. vbi sic asserit: Etiamsi confessio sit solùm de peccatis venialibus, vel de mortalibus iam confessis, est mortale peccatum, non adimplere talem satisfactionem, quidquid dicat Suarez, qui dicit, quòd quando confessio solum fuit de peccatis venialibus, vel etiam de mortalibus iam confessis, etiam quotiescumque pœnitentia iniuncta est leuis, tantùm esse veniale peccatum non adimplere illam. In quibus Suarez non loquitur consequenter ad ea, quæ antea dixerat, scilicet Sacerdotem obligari ad imponendam satisfactionem, & pœnitentem ad acceptandam, & adimplendam illam. Et ratio est, quia facere Sacramentum non integrum, est res grauissima, & importat magnam irreuerentiam contra ipsum Sacramentum. Ergo est peccatum mortale, & etiam si aliàs materia secundùm se leuis. Ita Nugnus.

2. Sed his non obstantibus, mihi placet sententia Suarez, & contraria dura videtur. Et ideò existimo non adimplentem pœnitentiam grauem impositam pro venialibus, vel pro mortalibus aliàs confessis, non peccare mortaliter, sed venialiter. Et ita præter Suarez citatum *in* 3. *part. tom.* 4. *disputatione* 38. *sect.* 7. *num.* 4. docet etiam Layman *in Theolo. moral. libr.* 5. *tractat.* 6. *cap.* 15. *num.* 7. quia (vt ipse ait) durum videtur fateri, licèt culpa contracta leuis sit, tamen obligationem pro ea satisfaciendi grauem effici posse, per se loquendo, nam per accidens id fieri posse non nego, si alioquin homo versetur in probabili periculo peccandi mortaliter, nisi remedia pœnitentiæ ipsi imperata exequatur. Similiter durum videtur dicere, posteaquam homo peccata mortalia semel confessus est, & iniunctam pœnitentiam impleuit, si iterum eadem peccata libera voluntate confiteatur, quòd nouam obligationem satisfaciendi sub culpa mortali contrahat. Ita Layman. Quæ omnia à fortiori procedunt, si pœnitentia imposita absolutè esse leuis, vel si aliqua exigua pars pœnitentiæ grauis à pœnitente non impleretur; nam in his casibus contra Nugnum, tantùm venialiter peccaret pœnitens; vide etiam Filliucium *tom.* 1. *tractat.* 8. *cap.* 2. *num.* 54. Villalobos *in summa, tom.* 1. *tractat.* 9. *diffic.* 78. *num.* 3. & alios.

Supr. his in Res. præterita, & in aliis eius prima not. & in Reso. 46. §. notandum.

3. Notandum est hîc etiam obiter contra dictum Nugnum *vbi sup. q.* 18. *art.* 4. *dif.* 2. Confessarium imponentem pœnitentiam post datam absolutionem, non peccare venialiter, nullum enim est peccatum pœnitentiam post absolutionem conferre.

Sup. hoc sup. lege doctrinã Res. 1. in fine.

RESOL. XLIX.

An iniungenda sit pœnitentia scrupuloso frequenter intra eandem horam accedenti ad confessionem? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Resol. 6.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Stephanus Bauny *in Theol. Mor. p.* 1. *tr.* 4. *q.* 25. vbi sic ait: Quæ pœnitenti cùm primò est confessus, imperata est à Confessario pœnitentia in satisfactionem culparum, hanc secundò eidem intra horam, aut breue aliquod tempus, iterum confitenti iniungi non posse. Ratio est, quòd diuersa Sacramenta, partes quoque distinctas habere debeant, alioquin diuersa non essent, nisi secundùm quid: at Sacramenta hîc non sunt eadem: nam peccata noua sunt ad Sacerdotem allata, noua item contritio ad eorum curationem adhibita, diuersa item absolutione sunt remissa: quæ omnia indicant horum Sacramentorum distinctas esse materias numero, formas item differentes, nec easdem absoluendi intentiones: oportet ergo satisfactionem, quæ est pars ad eorum integritatem necessaria, eamdem

dem

dem non esse. Probatur, cuiusque Sacramenti propriæ sunt partes: ergo & satisfactio: non potest ergo vna eadémque pluribus Sacramentis aptari: danda est ergo toties pœnitentia, quoties à pœnitente Sacramentum pœnitentiæ iteratur. Et hanc sententiam videtur docere Suarez *tom.4.disp.38.sect.4.* & clariùs Reginaldus *tom.1.lib.7.n.12.*

2. Verùm negatiuam sententiam docet Bonacina *tom.1. disp.5.q.5.sect.5. punct.2.num.3.* vbi ita asserit: Secundus casus, quando scrupulosus intra eandem horam frequenter accedit ad Confessarium, aliquid noui semper confitens: in quo casu Sacerdos potest iniungere pœnitentiam iam aliàs iniunctam: nam opus aliàs debitum potest in Sacramentalem satisfactionem iniungi, vt inferiùs explicabo. Hic tamen casus non est propriè exceptio à regula generaliter tradita de obligatione pœnitentiæ iniungendæ, cùm aliqua pœnitentia imponatur. Ita ille. Cui etiam adde Henriquez *lib.5. c.10.n.6.* quem sequitur nouissimè Pater Lugo *de Sacram. pœnit. disp.25.sect.4.n.50.* Et ratio est, ait ipse, quia Bonifacius VIII. vt refert Gloss. *in Extrauag. Antiquorum, de pœnit.& remissionib.* reprehendebat Confessarios, qui anno Iubilæi imponebant alias pœnitentias: ergo non curabat, quòd Sacramento deesset illa pars integralis. Eodem modo si infirmo moribundo imponatur pœnitentia solùm implenda, si conualuerit, non videtur Sacerdos peccare mortaliter: & tamen tunc exponitur periculo euidenti Sacramentum ne compleatur: nam per pœnitentiam solùm impositam, & non exhibitam, non completur Sacramentum: ergo deberet sub mortali imponere aliquam pœnitentiam præsentem propter integritatem Sacramenti. Ratio denique à priori est: quia hæc pars solùm requiritur ad integritatem Sacramenti: eo modò, quo punitio requiritur ad complementum iudicij humani: hinc enim fit, quod sicut in iudicio humano non manet iudicium imperfectum ex defectu punitionis, quando reus non iudicatur pœna dignus; sic neque hoc iudicium, & Sacramentum manet imperfectum ex defectu punitionis & satisfactionis, quando pœnitens non iudicatur dignus pœna. Ex hoc autem rursùs sequitur, quòd sicut in iudicio humano non peccat grauiter iudex non imponendo aliquam pœnam parui momenti, qua reus dignus: sic nec in hoc Sacramento iudex grauiter peccat non imponendo pœnitentiam leuem, quam posset imponere: nam per hoc non deest muneri suo in re graui; sed in complemento quodam leuis momenti, quod deficit Sacramento ob eius culpam. Huc vsque Pater Lugo. Et ex dictis patet responsio ad argumenta Patris Bauny.

RESOL. L.

An quis possit vnico actu pluribus præceptis & obligationibus satisfacere?

Et pro praxi huius quæstionis aliqui diuersi casus in textu huius Res. adducuntur; & signanter quatuor curiosi casus infcruntur pro satisfactione sacramentali. Ex part.3.tract.6.& Misc.2.Res.86.

§. 1. REspondeo negatiuè si obligationes sunt iustitiæ, non enim potes pluribus vnico actu satisfacere, secus autem si sint obligationes diuersarum virtutum, quia non implicat rem debitam vno titulo, alio diuerso deberi; ex quo infertur quòd si voueas ieiunare in Quadragesima, satisfacis & præcepto Ecclesiæ, & voto. Item si voueas restituere debitum, dare eleemosynam indigenti, satisfacis vnico actu duplici obligationi; sicuti obligatus recitare Officium diuinum ratione Ordinis sacri, & beneficij, vtrique titulo satisfacit vnica recitatione, vide Sanchez *in summa lib.1.c.14.n.5.*

2. Sed difficultas est, quando de facto superueniens obligatio cadat super actum debitum, quando verò expostulet alium? In quo casu certa regula definiri non potest, sed ex circunstantiis omnia colligenda sunt, quia hoc ex intentione, & voluntate legislatoris dependet. Regulariter tamen quoties distincta obligatio superuenit, distinctum actum expostulat, & in casu dubio sic est interpretandum; vide Sanchez *vbi suprà, n.6.* & Suarez *in 3.par.tom.4. disp.37.sect.6.n.5.*

Sup. hoc lege infra doctrinam §. vltim. Res. 43. & 55. & vers. eius annot.

3. Ex quibus infertur primò, quòd Confessarius imponens pœnitentiam censendus est ad actus, qui aliàs obligatorij non sunt, obligare, nisi contrarium explicet. Ita Sanchez, & Suarez *supra* quibus adde Azorium *tom.1.lib.11.c.14.q.1.* Saytum *in claui Regia,lib 6.c 3.n.21.* Henriquez *lib.5.cap.19.n.5.* & alios. Limita tamen supradictum corollarium in casu quo Confessarius dicat, singulis diebus hoc mense audias sacrum, & benigna interpretatione censeatur Missa debita ex præcepto diebus festiuis contentus esse. Ita Sanchez *loco cit.n.6.*

Sup. contento in hoc § init. in §. vlt Res. 51. à lin.3. & sup. in Res.12. §. vlt a principio, vsque ad medium, & pro parte infrà in Res. seq.

4. Secundò infertur, quòd vouens dare eleemosynam, non satisfacit voto, restituens debitum. Ita Sanchez *ibidem.*

5. Tertiò infertur, quem non satisfacere voto, vel pœnitentiæ de danda eleemosyna, si det fratribus, auis, & parentibus indigentibus taliter, vt teneatur illis subuenire. Secus autem aliis consanguineis indigentibus, quia non tenetur illis subuenire, vel alimenta præbere. Ita Sanchez, & Surdus *de alim.tit.7. q.37.à n.1.vsque ad* 11. vide etiam Molinam Iurisconsultum *lib.2.de primogeniis,c.15.à.n.37.*

Sup. hoc sup in Resol 9. §. Idem, in principio, & in alio §. eius not signanter pro consanguineis contentis in hoc §.

6. Quartò infertur, quòd quis satisfacit voto, vel pœnitentiæ dando eleemosynam extremè indigenti, quia non est debita illa eleemosyna ex præcepto misericordiæ absolutè, sed ex suppositione quòd quis non possit alia via necessitati pauperis subuenire. Ita Henriquez *lib.5.cap.21.n.3. in glossa litera Q.* Azorius *tom.1.lib.11.cap.14.quæst.1.* Emmanuel Sà *ver. satisfactio, num.9.* & alij, quidquid in contrarium asserat Suarez *tom.4. in 3. part. disp.27. sect.6.n.5.* Saytus *in claui Regia, lib.6.c.3.n.21.* Paludanus *in 4. dist.15.q.1. art.2.n.8.* & alij.

Sup. hoc pro pœnitentia in Res. not. præteritæ, & in eod. in §. ad med. si, à vers. si imponatur, & suprà in Res. 12. §. vlt. ad medium, vers. Item.

7. Sed quid dicendum, si actum facias, cui pluribus obligationibus sigillatim tantùm satisfacere potes, vt si, v.g. debes dare pauperibus centum ob iniustè ablata, centum ex voto, centum ex pœnitentia: vide Sanchez *vbi suprà, n.8.* sed ad alia procedamus.

RESOL. LI.

An qui v. g. per mensem singulis diebus habuit pœnitentiam audiendi Missam, teneatur diebus festiuis duas Missas audire? Ex par. 5. tract. 14. & Miscell. 2. Resol. 61.

§. 1. VIdetur affirmatiuè prima facie respondendum, quia diebus festiuis talis tenetur audire Sacrum ex præcepto Ecclesiæ, & ex præcepto Confessarij: ergo duas Missas tenetur audire. Probo consequentiam, quia distincta obligatio distinctum actum requirit, & ideo si Confessarius pro pœnitentia imponeret ieiunia aliqua, quis non satisfaceret ieiuniis ex præcepto Ecclesiæ, aut voto delectis ex illa regula, quòd Confessarius imponens pœnitentiam censendus est ad actus, qui aliàs obligatorij non sunt, obligare, nisi contrarium explicet.

Sup. hoc in Res præterita §. Ex quibus. per totú, & signanter, à vers. Limita. & sup. in Res. 12. § vltim. à principio, vsque ad medium, & lege etiam infrà in Res seq §. 2. à lin. 3.

2. His tamen non obstantibus, si Confessarius dicat,

Singulis diebus hoc mense audias Missam, ex benigna interpretatione censetur Missa debita ex præcepto diebus festiuis contentus esse, neque enim censendus est obligare ad audiendum duplex Sacrum diebus festiuis, quia est graue onus, quod non est credendum imposuisse, nisi manifestet, ac proinde diebus festis vnico Sacro audito satisfacies vtrique obligationi. Et ita docet Mercerus *de Sacrament. q. 83. artic. 4. not.* Castrus Palaus *tom. 1. tractat. 3. disput. 1. punct. 19. num. 4.* & Sanchez, quem ego adduxi *in 3. part. tract. 6. resol. 80.*

Quæ hic est Res. antecedens, & signanter in §. Ex quibus.

RESOL. LII.

An si Confessarius, v. g. iniunxit duas Missas audire, satisfaciat pœnitens, si simul ex vno loco illas audiat a duobus Sacerdotibus? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Res. 71.

Sup hoc in to. 1. tr. 3 Res. 26. prope finem, & in Resol. 27. §. vlt. & in Res. 28 prope finem, à vers. Adducunt. & in Resol. 29. prope finem, à vers. Posse autem. & in alio vers. earum annotationum.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Turrianus *in selectis disp. part. 2. disput. 16 dub. 7. in fine*, vbi sic ait: Infertur quòd si alicui imponatur à Confessario pœnitentia audiendi duas Missas, non satisfaciet pœnitens, si velit duas Missas simul tempore audire à duobus Sacerdotibus, hoc enim esset contra intentionem Confessarij, qui communiter intendit in hac pœnitentia imponere pœnitenti onus audiendi duas Missas diuersis temporibus, quod satis constat ex communi sensu Confessorum, & pœnitentium. Ita ille, & nouissimè Ioannes de Lugo *de Sacram. Euchar. disp. 22. sect. 1. n. 10.*

Sup. hoc sup. in Res. 50. §. Ex quibus. & signanter in hoc, & lege etiam aliam Res. & §. eius annot.

2. Sed nisi aliud à Confessario iniunctum sit, vel declaratum, affirmatiuam sententiam docet Mercerus *de Sacram quæst. 83. art. 4. dub. 4.* vbi sic ait: Notandum eum satisfacere præcepto, cui in satisfactionem iniunctum à Confessario fuerit die festo Missam audire, si vnicum audierit, nisi tamen secundam audiri Confessor expressè voluerit, quo casu eum, qui tenetur duas Missas audire, potest simul audire à duobus Sacerdotibus diuersis Altaribus. Ita ille, qui citat Maiorem *in 4. dist. 12. quæst. 8.* cui ego addo Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 8. difficultat. 35. num. 12.* vbi sic asserit: [Quando el Confessor mandò à vno en penitencia que oyesse dos Missas, dize Azot, que cumplira oyendo las ambas juntas, si comodamente lo puede hazer, de vn mismo lugar, si el Confessor no declarò otra cosa. Esta sentencia me parece probable.] Ita & mihi, sicuti etiam & Molfesio *in sum. tom. 1. tr. 3. c. 17. n. 36.* illámque, vt ego alibi notaui, præter Doctores citatos tenet etiam Hurtadus *de Sacr. Missa disp. 5. dif. 4.*

Alibi in omnibus Resol. not. primæ huius Res.

RESOL. LIII.

Quis ex deuotione recitabat singulis diebus Officium B. Virginis, qui postea habuit pœnitentiam recitandi per annum singulis diebus tertiam partem Coronæ eiusdem Beatæ Virginis, quæsiuit à me, an satisfaciat dicta pœnitentia cum recitatione prædicti Officij?

Et quid, si pœnitentia sit medicinalis, & præseruatiua? Ex part. 3. tract. 4. Res. 105. aliàs 106.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent Lauorius *tr. de indulgen. p. 2. c. 5. n. 49.* Valentia *tom. 4. disput. 7. q. 10. punct. 3.* Reginaldus *tom. 1. lib. 7. c. 11. n. 125.* Nauarrus *de indulg. not. 31. n. 50.* & Paludanus *in 4. distinct. 10. q. 4. art. 2.*

2. Sed his non obstantibus, tunc supradicto consulenti ostendi Bonacinam *de Sacr. disp. 3. q. 5. sect. 3. punct. 4. num. 8.* vbi docet, obligationem pœnitentiæ cessare, non solùm per indulgentias, verùm etiam per remissionem pœnæ alia via obtentam, vt per alia pia opera satisfactoria propria sibi applicata; nam eædem rationes militant in indulgentiis, ac in aliis operibus piis satisfactoriis. Ita Bonacina, quæ quidem opinio limitanda est, dummodo pœnitentia non sit medicinalis, & præseruatiua, sed tantùm satisfactoria, vt erat pœnitentia consulentis. Et ideo supradicta sententia probabilis tunc mihi, & aliis per consulentem consultis, visa est, sed non videtur à priori recedendum, cùm non potest pœnitenti constare an per illam recitationem satisfaciat pœnæ, quia opus in pœnitentiam iniunctum habet virtutem satisfaciendi ex opere operato, qua caret illa Officij recitatio.

Sup. hoc in to. 5. tr. 1 ex lata doctrina Res. 101. eutissime in §. sic etiam, ad lin. 5.

RESOL. LIV.

Si quis habuit pœnitentiam recitandi septem Psalmos per aliquas sextas Ferias flexis genibus coram Crucifixo, quæritur, an impleuerit pœnitentiam recitandi dictos Psalmos aliquo alio tempore, & loco sine illis circumstantiis? Ex part. 3. tr. 13. Res. 55.

Sup. hoc sup. in Res. 21. §. vlt. & in Res. 31. §. Nota etiam. & in Resol. 45. §. Nota vero.

§. 1. AD hunc respondet Vega *in summ. tom. 2. cap. 64. cas. 6.* vbi sic asserit: [Vn Confessor dio à vn penitente en penitencia, que tantos viernes delante de vn Crucifixo rezasse de rodillas los Psalmos penitenciales, el no los rezo de rodillas, ni el vierne, ni delante de vn Crucifixo, sino en otro tiempo, y lugar;] quæritur, an pœnitentiæ satisfecerit. Respondeo [que aunque le fuera de mayor merecimiento el cumplirla, como le fue impuesta, que con todo esso satisfizo. La razon es, porque en la penitencia lo principal es cumplirla, y no la circunstancia del lugar, ò tiempo en que se ha de cumplir, con lo qual se puede consolar à muchos.] Ita Vega.

2. Sed quis potest dicere, quòd recitare septem Psalmos flexis genibus à pœnitentibus, non est quid accidentale, sed substantiale, facilius enim aliqui recitabunt bis septem Psalmos, quàm semel flexis genibus. Et Confessarij, qui talem iniungunt pœnitentiam, semper intendunt, vt pœnitentes sentiant illam corporis afflictionem recitando flexis genibus, quæ quidem videtur res grauis. Ergo, &c.

RESOL. LV.

Si quis fecit pœnitentiam impositam à Confessario absque intentione illam adimplendi, imo cum intentione contraria, quæritur, an teneatur illam denuo facere?

Et infertur, quod licet pœnitens non recordetur pœnitentiæ impositæ, adhuc satisfaciet ieiunando ex deuotione.

Et quod, si alicui Confessarius imposuit pro pœnitentia ieiunium, vel eleemosynam disiunctim, & ipse dederit eleemosynam cum intentione non adimplendi pœnitentiam per illam, sed ieiunando postea, an possit adhuc postea pœnitens non ieiunare? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Resol. 43.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 6. Resol. 46. ad lin. 2. §. vltim. Sed ad fulciē. dam doctrinam huius quæst. lege sup. Res. 53. per totam, & signāter §. Sed ego. ad lin. 12.

§. 1. IEiunauit, v.g. quis, vel Rosarium B. Virginis recitauit ex deuotione volens ieiunium & Rosarium pro pœnitentia à Confessario imposita postea adimplere. Quæritur, an possit hoc non obstante nec ieiunare, nec Rosarium dicere. Et negatiuè respondet Vasquez *opusc. de Beneficiis, cap. 4. §. 1. artic. 3. dub. 7. n. 117.* quia licèt ad satisfaciendum præceptis & legibus sufficiat ponere opus præceptum, licèt non adsit intentio

intentio obseruandi legem: in hac tamen materia satisfactionis Sacramentalis videtur ex alio capite requiri intentio : est enim satisfactio pars Sacramenti : sed omnia Sacramenta exigunt in adulto, vt validè recipiantur, intentionem & voluntatem recipiendi : ergo cum satisfactio sit pars Sacramenti, non potest habere valorem in subiecto non solùm non consentiente, sed dissentiente & resistente positiuè per voluntatem contrariam, qua vult non recipere Sacramentum in illa actione.

2. Sed libenter ego contrariæ sententiæ adhæreo, quam tuetur Sanchez *in summa, tom.1, lib 1. cap.13. n.17.* & Lugo *de Sacrament. pœnitent. disp.25. sect.3. num.37.* Quia non semper requiritur intentio in suscipiente Sacramentum eo tempore quo fiunt omnia, quæ componunt Sacramentum : vnde dolor qui est pars Sacramenti, potest haberi absque memoria præcedente recipiendi Sacramentum. Sic etiam dici potest de satisfactione : nam illa postea non fit à pœnitente tanquam à Ministro operante nomine Christi, sed solùm fit ex obligatione & debito propter sententiam & præceptum præcedens Confessarij : ad hoc autem vt fiat aliquid ex debito & obligatione, non requiritur, vt fiat ex animo satisfaciendi illi debito. Ergo &c.

3. Hinc infert Lugo; quòd licèt pœnitens in ieiunio non recordetur pœnitentiæ impositæ, adhuc satisfaciet ieiunando ex deuotione. Et si alicui Confessarius imposuit pro pœnitentia ieiunium, vel eleemosynam disiunctim, & ipse dederit eleemosynam cum intentione non adimplendi pœnitentiam per illam partem, sed ieiunandi postea: posset adhuc postea pœnitens non ieiunare, quia reuera impleuit disiunctim, quod à Confessario impositum fuit ieiunare, vel dare eleemosynam.

RESOL. LVI.

Quæ pœnitentia iniungenda sit à Confessario ei, qui hominem necasset? Ex part.5. tract.4. Res.43.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Comitolus *in respons. moral. lib.4. q.11. n.8.* Hæc, meo quidem animo, salutaris esset, vt interfecti propinquis supplicem se abiiceret, delictique veniam deprecaretur, vt iisdem illata damna sarciret, vt pro salute occisi singulis hebdomadis per annum integrum vnum saltem sacrificium, si tãtum ei sit in bonis, fieri curet, vt singulis item hebdomadis eleemosynam aliquam pro illius anima totum annum largiatur egentibus, vt per eundem annum aut Litanias, si legendi gnarus sit, aut si ignarus Beatissimæ Virginis Oratium, seu Coronam quotidie flexis genibus recitet; vt octauo quoque die per annum sacramento Pœnitentiæ sua peccata expiet, & singulis mensibus Eucharistiam sumat; vt in omni vita quotidie semel orationem Dominicam, & salutationem Angelicam pronunciet, terram genibus tangens pro anima occisi. Ita Comitolus. Vide etiam Homobonum *de casib. reser. p.2. cas.3.*

RESOL. LVII.

An si quis lucretur Indulgentiam plenariam, liber remaneat ab implenda pœnitentia, medicinali imposita, à Confessario?

Et quid si pœnitentia non sit medicinalis? Ex part.10. tract.12. & Misc.2. Res.47. aliàs 46.

Sup. hoc in 10.4. tr.5. Resol. 16 & in 10.3 tr.1. Resol. 44. & in alio §. eius anno1. vlt.

§. 1. REmanere liberum ab implenda pœnitentia satisfactoria alibi docui, quia Confessarius imponit pœnitentiam, vt pœnam ad satisfaciendum pro peccato : sublato debito totius pœnæ, prout fit

per Indulgentiam, cessat omnino fundamentum illius obligationis : sicut si condonatur a Principe pœna debita pro aliquo crimine, eo ipso cessaret obligatio imposita per sententiam Iudicis ad pœnam aliquam pro illo delicto subeundam.

2. Difficultas est, quoad pœnitentiam medicinalem. Et affirmatiuè respõdet Cardinalis Lugo *de Pœnitentia, disp.27. num.23.* dummodo hæc non sit simpliciter necessaria ad vitanda peccata futura, quia tunc Indulgentia non tolleret hanc obligationem; cùm hæc obligatio non oriatur ex præcepto Confessarij, sed ex ipso iure naturali, quo obligatur homo ad vitandum peccatum suum futurum, & consequenter ad vtendum remedio: quo censetur moraliter necessarium ad vitandum peccatum, quam obligationem Confessarius non imponit, sed declarat. Ita Lugo; cui adde Patrem Leandrum *de Sacram. tom.1. tract.5. disp.14. quæst.172.*

Sup. hoc in Resol.1. non præter tr., & in Ref.2. §.2. ad 1. n.4 & in § Nec obstat. ad medium, & suprà in §. Ref. 27 eiusdem in §. 2. post medium, à vers. Dictus authos. & in to §. tr.1. et lata doctrina Resol.201. in fine, vers. intelligendo tamen.

3. Sed ego magis adhæreo negatiuæ sententiæ, quam nouissimè tuetur Martinus de San Ioseph, *in Mon Confess. tom.1. lib.2. tract.7. de indulgentia n.7.* vbi sic ait : [El que gaña la Indulgencia plenaria de la Bula, ò por otra concession, queda libre de cumplir qualquiera penitencia, que la aya impuesto su Confessor, porque auiendo impuesto esta, como pena para satisfazer por los pecados; cessando todo la deuda dellos por la Indulgencia plenaria que se gañò, cessa la obligacion de la satisfacion impuesta por el Confessor. Y lo que mas es, que esta definido, *in capite Cùm ex eo, de Pœnitentia & remissione* donde se dize, que per Indulgentias eneruantur pœnitentiæ iniunctæ; desto traté arriba in materia satisfactionis Sacramenti Pœnitentiæ, *tract. 27 num.13.* y lleuè, que por las Indulgencias no se quita la penitencia preseruatiua de los pecados, que esta no obliga tanto por el precepto del Confessor, como por Derecho natural, por el qual deue el hombre euitar los pecados futuros; pero añade probablemente Lugo *loco citato* que tambien cessarà la penitencia preseruatiua, como ne sea simpliciter necessaria, para euitar los pecados futuros. Yo siento, que acetada de qualquiere manera que pereza conueniente para euitarlos, no cessa por la Indulgencia plenaria, porque la razon dada conuence esto: y la Indulgencia no tiene que ver con los remedios, que se aplican para euitar los pecados:] & argumentum bonum non fit ex dissimilibus. *lege Inter stipulantem. 82. §. Sacram. verb. sed hæc dissimilia, ff. de verbor. oblig.* & à diuersis non fit illatio, *lege Papinianus exuls. ff. de Minoribus.* Hæc vsque Martinus; cuius sententiæ ego vt dixi magis adhæreo tanquam communiori. Vide Caspensem *in Curs. Theol. tom.2. tr.24. disp.8. sect 6. n.46.*

RESOL. LVIII.

Quando pœnitentia imposita à Dataria pro aliquo matrimonio dirimente, impleri non potest, quæritur, an possit commutari ab Episcopo, & contrahentes virtute dispensationis obtenta matrimonium inire?

Et pro praxi huius quæstionis alia diuersa difficultates in exemplum adducuntur. Ex part. 7. tract. 10. & Misc. 1. Resol.9.

§. 1. NEgatiuè respondet P. Thesaurus *in Praxi de pœnit. parte prima, cap. secunda*, quia pœnitentiæ quæ debent præcedere actum dispensationis, sapiunt formam, & sunt loco compositionis. Sed aliquis posset dicere, quòd dictæ pœnitentiæ sapiunt formam, quando in propria specie adimpleri possunt, ita vt dispensatio ante adimpletas Sup. hoc in Ref. seq.

pœnitentias, vel iis penitus omissis, sit prorsus inualida, & nulla ex defectu iurisdictionis; secus autem dicendum videtur, quando ex necessitate, vel iusta causa adimpleri minimè possunt, tunc enim ex benigna mente Pontificis, & rationabili eius præsumpta voluntate, non videtur ita formam sapere in propria specie, quin non possint per æquipollens præuia commutatione ab Episcopo facta ante dispensationem completi. Probatur primò, in motu proprio Clementis VIII. de largitione munerum, Religiosis interdicta, decernitur, vt recipientes munera ab ipsis, restitutione ipsa realiter non facta, neque in foro conscientiæ absolui possint. Et tamen Sousa in eius expositione *num.96.* asserit, Restitutionem hanc esse intelligendam quoties moraliter possint restituere.

2. Secundò in motu proprio Gregor. XIII. de datis, vel acceptis pro iustitia, vel gratia à Sede Apostolica obtinenda, habetur, nullum esse admittendum ad absolutionis gratiam, nisi prius erogatum sit pauperibus, quantùm ille dederit, vel acceperit. Et tamen Nauarr. *in Comment. il im, num. 38.* ait, eos posse absolui, qui præ impotentia excusantur à restitutione. Idémque sentit Molina, *tom.1. de Institia disputat.92. colum.3. vers. Pœne.* Quo loco habet, motum hunc esse intelligendum, quando absoluendus est potens restituere, & per illum stat quominùs restitutio sequatur.

3. Tertiò Tridentinum, *sess.25. de Reform. cap 12.* habet, detrahentes decimas esse excommunicandos, neque ab hoc crimine esse absoluendos, nisi plena restitutione secuta. Et tamen Nauarr. *in Summ. cap. decimoseptimo, numero 59.* Molina *tomo tertio, de Iustit. disputat. 756. in fine.* Manu. 1. *tom. summ. capit.87. num.8.* Henriquez *libr. 10. de excomm. capite vigesimo-octauo, numero primo, Comment. littera R.* existimant, Decretum hoc esse tantùm intelligendum, quando is, qui decimas defraudauit est potens commodè restituere.

4. nota, quod in dictis locis, Pontifices, & Concilium Tridentinum vtuntur ablatiuo absoluto, & particula, *Nisi*, quæ quidem conditionem inducunt ex *leg. à testatore Digest. de condit. & demonstrat. & ex leg. obligationum. §. conditio Digest. de oblig. & cond. & ex leg. fideicommiss. Digest. de legat. 3.* & notant Barbosa *in leg. Titia, numero trigesimo sexto, solut. matrimon.* Conditio verò importat & inducit formam, vt patet ex *lege Memmius Digest. de condit. & demonstrat.* & notat Felinus *in capit. delicta, numero sexto, de rescript.* Vasquius *de success. creat. libr. primo. §. quarto, numero vigesimo-sexto,* Crauetta *volum. 5. consil. 930. numero septimo*, & alij. Et tamen, hoc non obstante, ex omnibus supradictis apparet, quod si Confessario fuerit limitata facultas, vt non possit absoluere, nisi priùs satisfacta parte, vel adimpletis quibusdam conditionibus, adhuc tamen potest absoluere si Pœnitens sit moraliter impotens ad satisfaciendum, neque possit adimplere dictas conditiones. Ergo à fortiori idem dicendum videtur, in nostro casu, commissa videlicet potestate a Dataria dispensandi in aliquo impedimento Matrimonij præscripta aliqua pœnitentia, quæ præcedere debeat actum dispensationis; posse adhuc dispensari, si pœnitentia illa ex graui morbo, vel alia iusta causa adimpleri in propria specie non possit, commutante Episcopo dictam pœnitentiam, in aliud opus simile, adimplendum ante actum dispensationis; non enim credibile est, in casu de quo loquimur, velle Summum Pontificem obligare ad impossibile, & denegare beneficium dispensationis ei qui non ex defectu voluntatis, sed ex impotentia pœnitentias iniunctas in propria specie adimplere minimè potest. Itaque dicendum est, pœnitentias impositas a Dataria, formam quidem sapere, quia necessariò adimplendæ sunt, vel in propria specie, si possunt, vel per æquipollens, si non possunt præcedente commutatione Episcopi. Et hanc sententiam in terminis Pater Thesaurus, *vbi supra*, docuisse M. Antonium Genuensem *in Praxi, cap. 10.* (in meo Codice est 25.) *numero secundo*, qui testatur ita fuisse rescriptum ab Vrbe. Sed hæc omnia dispensationis causa dicta esse volo; nolo enim stylo, & praxi Datariæ, & Pœnitentiariæ aduersari.

RESOL. LIX.

An Episcopus ex iusta causa possit commutare pœnitentiam a Pontifice impositam? Ex part.9. tract.9. & Misc.4. Resol.11.

§. 1. CAsus est pro dispensationibus, quæ obtinentur in Pœnitentia: & affirmatiuè respondet Homobonus *de Bonis in Consultat. Cas. Conscient. volum.2. part.5. resp.148.* vbi sic ait: Vicarius cuiusdam Episcopi, cui delegata est matrimonialis dispensatio, quæsiuit an commutare possit pœnitentiam à Summo Pontifice iniunctam viro incestuoso nobili, & delicato, vt operam suam in fabricam Ecclesiæ conferat, &c. Respondi affirmatiuè: Nam necessitate vrgente, aut vtilitate suadente, pium est interpretari, superiorem facultatem commutandi, aut etiam ipsam pœnitentiam relaxandi concedere, si impossibilis, aut etiam difficilis, videatur; ex Gloss. *in capit. Tempora vigesimasexta, quæstione septima.* Ita ille. Facit etiam pro hac opinione alia Glossa *in capit. Latorem 33. quæstione secunda*, Vide etiam Zerolam in praxi *part. 1. ver. Pœnitentia quæstione secunda*, asserentem, stante iusta causa, posse Episcopum mutare pœnitentiam impositam à Papa. Sed hoc intellige cum Valero *in Differentiis vtriusque fori ver. Dispensatio different. 5.* Si fiat cum vrgenti causa, & non sit facilis aditus ad superiorem, qui pœnitentiam imposuit. Ego alibi hanc quæstionem pertractaui; & quia Praxis Pœnitentiæ est in contrarium, non ausus sum affirmatiuæ sententiæ adhærere: ideò tu cogita.

Sup. hoc in Res. præcedenti.

Alibi in Res. not. præterita.

TRACTA

TRACTATVS SEPTIMVS

De Circumſtantiis aggrauantibus, non neceſſariò explicandis in Confeſſione.

RESOL. I.

An Circumſtantiæ notabiliter aggrauantes ſint in confeſſione à Pænitentibus aperiendæ? Ex part.1. tractat.7. Resol.1.

§. 1. Sup. hoc infra in Ref. 143. §. vltim. & in Ref. 165. §. 1.

ALIQVI affirmatiuè reſpondent, vt ex veteribus Altiſiodorenſis *libr. 4. summ. tractat. 6. capit. 3. quæſtione tertia.* Alenſis *part. 3. quæſt. 18. membr. 4. artic. 3. §. 2.* Martilius *in. 4. ſentent. diſtinct. 12. articul. 1. part. 1. dub. 1.* Maior. *ibid. quæſt. 4.* Idem etiam docuit Sotus *ibid. diſtinct. 18. quæſt. 2. artic. 4.* Victoria *in ſumm. num. 177.* Caietanus *in ſumm. verb. Confeſſio, condit. 15.* Suarez *in 3. part. tom. 4. diſputat. 22. sect. 3.* Nugnus *in ſummu tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 24.* Henriquez & Fagundez *vbi infrà.* Llamas *in ſumm. part. 3. § 14.* Coninch *de Sacrament. diſp. 7. dub. 3. concluſ. 1. numer. 13.* & nouiſſimè Ioann. de la Cruz *in director. conſciem. part. 1. de Sacrament. Pænitent. quæſt. 3. dub. 5. concl. 2.* Catillo *poſt itiner. ordinan. in repet. can. fin. quæſt. 14. num. 6. de furto notabili, dub. 7. num. 54.* Fabrus *vbi infrà*, & Petrus Fay *in addit. ad 3. part. quæſt. 9. diſput. 5. concl. 1.* & Petrus Ledeſma *in ſumm. tom. 1. de Pœnit. cap. 18. concl. 4.* & Syluius *in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. dub. 2.* Qui hanc ſententiam ita certam iudicant, vt contrariam improbabilem planè exiſtiment, neque vlla ratione poſſe ad praxim deduci.

2. Sed falluntur equidem: nam opinionem negatiuam aſſerentem, circumſtantias aggrauantes non eſſe in Confeſſione aperiendas, non minùs probabilem, & tutam in praxi, quàm affirmantem cenſeo. Et ita docet D. Thomas *in 4. diſtin. 16. quæſt. 3. art. 2. quæſt. 5.* Durandus *ibid. q. 4.* Gabriel *q. 1.* Paludanus *q. 3. art. 3.* Bonauentura *diſtinct. 17. q. vltim.* Scotus *q. 1. artic. 2.* Carthuſianus *q. 2.* Almanus *q. 1. art. 1.* Albertus *diſput. 16. artic. 24.* Ouandus *diſt. 16. propoſ. 22.* Herrera *in 2. diſput. 31. q. 7. corol. 3. poſt regul. 2.* Adrianus *q. 4. de Confeſſ. artic. 2.* Turrecremata *de Pœnitent. 5. cap. 1. num. 11.* Viguerius *in inſtit. cap. 16. § 4. verſ. 17.* Antoninus *3. part. titul. 14. cap. 19. §.* Couarr. *in 4 decret. part. 1. cap. 1. num. 14.* Syluest. *verb. Confeſſio q. 9. & verb. circumſtantia, num. 2. & 3.* Angelus *verb. Confeſſ. 1. num. 13.* Tabiena *verb. circumſtantia, num. 6. & 8.* Armilla *eodem verb. n. 2. & 4.* Sum. Confeſſorum *lib. 3. titul. 34. q. 81.* Corduba *in ſumm. q. 2.* Medina *C. de Confeſſ. quæſt. 7. de circumſtantiis.* Nauarrus *cap. 6. num. 7 & in cap. conſiderat. de pœnit. diſtinct. 5. num. 6.* & ex neotericis Alphonſus Regius *in ſuis Reſolut. caſ. 10. num. 5.* Vaſquez *in 3 part. tom. 4. quæſt. 91. art. 3. dub. 2. & 3.* Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 6. cap. 5. num. 135.* Valentia *tom. 4. diſput. 7. q. 11. punct. 1.* Leſſius *lib. 4. cap. 3. dub. 12. num. 8.* Zanaldus *in direct. Theol. p. 1. de Sacr. Pœnit. mat. 18.* Giptius *de caſ. eſeru. cap. 8. n. 5.* Ortiz. *in ſum. c. 23. n. 44.* Ochagauia *de Sacram. tract. 2. q. 14.* Ioſeph de Ortu Parochi *in ſpeculo Parochorum, c. 9. n. 7.* Ioannes Sancius *in practicis diſputationibus, diſput. 11. n. 6.* Puteanus *in 3 p. D. Thomæ, p. 2. q. 2. dub. 4. concl. 1.* Peſantius *in addit. ad 3 p. q. 10 5. de integritate Confeſſ. diſp. 3. q. 3.* Zerola *in praxi, de Pœnit. c. 12 q. 5.* & hanc ſententiam probabilem vocant etiam aliqui ex aduerſariis, vt Henriquez *lib. 1. c. 7. n. 4* Fagundez *de Præcept. Eccleſ. punct. 1. lib. 4. c. 2. n. 6. in fin.* Pitigianus *in 4. ſent. diſt. 16. q. vnica, art. 5. concl. 5* Fabrus *de Pœnit. in 4. ſent. diſt. 17. q. vnica, diſp. 24. cap. 1. num. 18.* & Villalobos *in ſumm. tom. 1. tract. 9. dub. 36. num. 8,* vbi ita aſſerit: [Si alguno quiſiere ſeguir la opinion contraria de nueſtra concluſion, no le podremos condenar, pues tiene tan buenos padrinos, y la podra ſeguir.] Et ratio eſt.

3. Primò, quia iure diuino non tenetur quis confiteri niſi omnia peccata mortalia: ſed reticendo circumſtantias, quæ non prohibētur peculiari præcepto confitetur quis omnia peccata mortalia: ergo, &c. Probatur minor: quia peccatum eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei: ergo, ſi aliqua circumſtantia non prohibetur peculiari præcepto, non eſt ſpeciale peccatum. Vt, v.g. eodem præcepto prohibetur furtum mediocris quantitatis, & magnæ quantitatis: ergo, quamuis non exprimatur quantitas rei ablatæ, ſufficit ſic confiteri: Fateor, me commiſiſſe furtum, quod attingit peccatum mortale.

4. Secundò, Concilium Tridentinum *ſeſſ. 14. c. 5.* agens de circumſtantiis ait, eſſe præceptum confitendi illas, quæ ſpeciem mutant: ergo, cùm de aggrauantibus taceat, virtute negat tale præceptum ad illas extendi. Probatur conſequentia: tum, quia integram doctrinam tradit de omnibus neceſſariis ad hoc Sacramentum; tum etiam, quia præmittit illa verba: *Nihil aliud ab Eccleſia à pænitentibus exigitur, quam vt,* &c. Ergo, nihil aliud eſt ſub præcepto, niſi quod præſcribitur.

5. Tertiò, ſi vera eſſet contraria ſententia, teneretur peccator ſcire circumſtantias aggrauantes, ſicut tenetur ſcire peccata mortalia, quæ confiteri debet: hoc autem eſt valdè durum: ergo, &c. Et quia ex hac opinione reſoluuntur benignè multi caſus, ego in gratiam Confeſſariorum ponam hic selectiores, & magis in praxi occurrentes. Ideò quæro.

RESOL. II.

An Circumſtantias notabiliter minuentes peccatum, teneatur quis in confeſſione explicare?

Et quid de aggrauantibus? Ex part. 5. tractat. 14. & Miſ. 2. Reſol. 85.

§. 1. PVella, v.g. inopia oppreſſa, vel mortis metu admittens iuuenem ad ſe cognoſcendam, peccat mortaliter; nihilominus illa circunſtantia multum alleuiat peccatum, & conſulit ſuæ famæ, de qua curā habere tenemur ex *Eccleſ. 31.* Quæritur an in hoc,

& similibus casibus teneatur pœnitens talem circumstantiam notabiliter minuentem in confessione aperire? Et affirmatiue respondet Sotus *in 4. dist. 18. q. 2. art. 4. conc. 5.* & nouissime Philippus Faber *de pœnit. in 4. sent. dist. 17. q. vnic. disp. 55. c. 1. n. 24.* cum aliis, & ratio est, quia si non explicatur talis circumstantia, Confessarius decipitur in re graui. Deinde si circumstantiæ notabiliter aggrauantes sunt necessariò confitendæ, secundum aliquos, ita & minuentes.

2. Nec valet dicere cum Nauarro, Paludano, & aliis, quos citat & sequitur Suarez *to. 4. dist. 12. sect. 4.* contrariam sententiam docens, magnam esse differentiam inter circumstantias aggrauantes, & minuentes, nunquia si a pœnitente non explicentur, non possunt excogitari licite a Confessore, quia faceret ei iniuriam; minuentes verò sine periculo à iudice possunt excogitari prudenter ex aliis coniecturis. Cæterùm, pace viri docti, hæ rationes videntur non satis probare; nam certè quòd aliqua puella admittat iuuenem ad se peccandum cum mortis periculo, vel si inopia oppressa, non est modus ordinarius, & si quis vellet facere hoc iudicium sine confessione pœnitentis, facilè posset decipi, vt patet, quia hæc rarò accidunt; nec debet Confessor iudicare peccatum ita esse factum, nisi ex confessione pœnitentis sibi constet, neque ex aliis coniecturis potest hanc circumstantiam iudicare facilè, quia puella non tenetur ei aperire statim, & circumstantias, quæ non pertinent ad confessionem, ex quibus tamen habuit ortum illa oppressio, & metus.

3. Verùm quia ego puto circumstantias notabiliter aggrauantes non esse in confessione explicandas, consequenter doceo, nec notabiliter minuentes, & ideo in casu proposito de puella negatiuam sententiam doceo.

RESOL. III.

An ingratitudo, qua quis post remissa peccata denuo peccat, sit necessario confitenda?

Et vtrum maius peccatum sit, quod committitur contra innocentiam, an contra beneficium remissionis peccatorum? Ex part. 10. tractat. 13. & Miscell. 3. Resolut. 40.

§. 1. SCotus *in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 3.* putat necessario esse explicandam in Confessione hoc modo: Anteà grauiter Deum multis peccatis offenderam, & puto me fuisse consecutum veniam, vnde nunc rursus peccando, tanto beneficio fui ingratus: Respondeo, & dico primo: Quando ingratitudo est speciale peccatum, est necessariò confitenda; vt si quis longo admodum tempore nullas Deo gratias egit, si beneficia illius contempsit, vel etiam paruifecit, si aliquid in contemptum Dei, vel eius beneficiorum fecit. Est communis sententia Doctorum. Dico secundo: Quando ingratitudo non est peccatum speciale, sed dumtaxat circumstantia peccati, non est necessariò confitenda. Est etiam communis Doctorum. Et ratio est, quia etsi addat aliquam nouam malitiam super malitiam peccati, non tamen tanti est momenti vt per se sit mortalis. Adde, quod nec Fideles consueuerunt se de hac circumstantia accusare, nec Confessarij eos interrogare. Bonum tamen est eam explicare ad maiorem humilitatem. Ex hæc omnia docet Lessius *in 3. part. D. Thomæ, quæst. 88. artic. 2. num. 15.*

2. Sed vtrum maius peccatum sit, quod committitur contrà innocentiam, an quod contrà beneficium remissionis peccatorum? Scotus *dist. 52. art. 3.* & Caietanus *vbi suprà, in D. Thomam*, putant maius esse peccatum, quod contrà innocentiam fit; quia tunc innocentia est maius beneficium, quam remissio peccatorum. Contrarium videtur sentire D. Thomas *hic ad 3.* & Dominicus Soto, *dist. 16. q. 1. art. 2.*

RESOL. IV.

An qui solum meminit peccasse mortaliter, nescit tamen speciem peccati, possit illud tantum in genere confiteri, non se accusando de aliquo peccato in particulari?

Et an qui non habet peccata mortalia, sed tantum venialia, satisfaciat in genere, dicendo se venialiter peccasse, non explicata specie, vel numero peccatorum? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 66.

§. 1. NEgatiuam sententiam docent Abulensis, Cano, Medina, Sotus, & Ledesma apud Villalobos *vbi infra*, quia confessio est actus iudicialis, vt patet ex Trid. *sess. 14. c. 5.* Ergo debet versari circa aliquod peccatum particulare. — Quoad hoc lege supra in tr. 4. doctrinā Res. 47 & §. eius primæ not.

2. Sed contrariam sententiam sustinendam esse puto, quam docent Coninch *de Sacr. disp. 7. dub. 10. n. 97.* & Layman *in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 15. n. 7.* vbi sic asserit. Si pœnitens non recordetur speciem peccati, sed tantùm in genere, se mortaliter peccasse, v. g. in prauæ cogitationi consentiendo, debet hoc ipsum Confessario explicare, cùm hæc sit sufficiens, imò necessaria materia sacramentalis confessionis, & absolutionis. Ita ille qui citat D. Thomam, Nauarrum, & Suarez, & hanc sententiam fusè docet Villal. *in sum. to. 1. tr. 9. diffic. 34. n. 3.* verum est, quod addit, [que como no ay hombre que no tenga pecados veniales haga prudentemente que en este caso confessare tambien algun pecado venial, por andar à lo cierto negocio de tanta importancia, mas quando no lo hiziesse, la confession general que queda dicha, es materia bastante en el articulo de la muerte y fuera del.] Sic Villalobos, qui respondet ad argumētum suprà positum.

3. Notandum est etiam hic obiter, quòd aliqui Doctores, quos tacito nomine referunt Homobonus *de exam. Eccles. p. 1. tr. 5. c. 13. q. 83.* & Bonacina *de Sacr. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diffic. 2. n. 15.* tenent, quòd, qui non habet peccata mortalia, sed tantùm venialia, satisfaciat in genere, dicendo se venialiter peccasse, non explicata specie, vel numero peccatorum. Et hanc sententiam, tanquam probabilem, admittere videtur Homobonus, nam contrariam, quam ipse tenet, vocat tantùm veriorem, sed illam ex Suarez, & Coninch refellit Bonacina *vbi suprà*. — Super hoc lege supra ex tr. 4. doctrina Res. 18. & ex tr. 1. Res. 103 §. vlt.

RESOL. V.

An sit peccatum necessario in confessione explicandum, si quis facit aliquid contra conscientiam dictantem illud confusè, vt peccatum, non determinata materia in particulari, nec vnde possit deduci, an sit mortale, vel veniale?

Et notatur, quod si quis falsè putans hodie esse Vigiliam, carnes comedat, an sufficiat dicere in confessione, comedi carnes in die prohibito, quia peccatum eiusdem speciei commisit, ac si vere fuisset Vigilia?

Ex quo infertur agere contra conscientiam non esse speciale peccatum contra speciale præceptum, vel virtutem. Ex part. 3. tract. 4. Res. 161. aliàs 162.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Vasquez *in part. 2. disput. 59. cap. 3. num. 10.* Azorius *tom. 1. lib. 2. cap. 8. quæst. 6.* Clauis Regia *lib. 1. cap. 4. num 17.* Reginaldus *tom. 1. lib. 11. cap. 32.* & alij. Nam operari — Sup. hoc lege doctrinā Res. seq & ne prætermittas videre §§. eius not.

cum

cum tali conſcientia, eſt peccatum mortale, qui enim ita operatur abſque alio examine, exponit ſe periculo peccati mortalis, & ideo venialiter vult illud committere, qualecumque ſit; ergo operari cum tali conſcientia, eſt peccatum mortale, vnde neceſſariò eſt in confeſſione aperiendum. Hæc ſententia eſt probabilis.

2. Sed non minus probabilem contrariam eſſe exiſtimo, quam tuetur Valentia *tom.2. diſp.2. quaſt.14. punct.4.* Salas *in part.2.quaſt.1 tract.8. diſp.1. ſect.3. num. 33.* Nauarrus *in manual. pral. 9. num.9.* & alij, quia velle id quod in genere dumtaxat iudicatur illicitum, non videtur eſſe grauis malitia, cùm huiuſmodi voluntas contineat ſe adhuc intra limites eius rationis, quæ eſt communis peccato mortali, & veniali, & ideo eſt imperfecta in genere mali, & conſtituit tantùm peccatum veniale. Ergo operari cum tali conſcientia, non erit neceſſarium in confeſſione explicare. Secus autem, quando aliquis operatur cum conſcientia dictante aliquid eſſe mortale, aut veniale ſpeciatim.

Sup. hoc, & omni contento in hoc §. in to. 8. tr.2. Reſ.11 §.Sed hic,& ſeqq.

3. Notandum eſt etiam hîc obiter, quòd ſi quis falsò putans hodie eſſe vigiliam, carnes comedat, ſufficiet dicere in confeſſione: Comedi carnes in die prohibito, quia peccatum eiuſdem ſpeciei commiſit, ac ſi verè fuiſſet vigilia, quidquid in contrarium aſſerat Valentia *tom.4.diſput.7.quaſt.11. punct.1.* & Nauarrus *in man.cap.6.num.14.* aſſerentes eſſe neceſſarium explicare, quòd peccauerit contra conſcientiam. Vnde infertur agere contra conſcientiam, non eſſe ſpeciale peccatum contra præceptum, vel virtutem, ſed continere tantùm generalem quandam rationem peccati, quæ determinatur ad talem rationem peccati, ex tali aut tali materia præcepta, quæ per conſcientiam proponitur. Vide Salas *in part.2. tract.8. diſp.1.ſect.13.num.18.* Clauem Regiam *lib.1. c.4.n.12.* & alios penes ipſos.

RESOL. VI.

An qui cum conſcientia erronea fecit aliquid nec tamen in cogitatione diſtinxit, an illam actionem facere eſſet peccatum mortale, vel veniale, debeat in confeſſione talem circumſtantiam conſcientia erronea aperire, ſi poſtea inuenit non eſſe peccatum mortale illud, quod fecit? Ex part.1.tractat.7. Reſolut. 24.

Sup hoc lege doctrinâ Reſ. præteritæ, & ne deſeras videre in to. 8. tr. 3.Reſ.4. ſignanter §. Sed difficultas.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Sanchez *in ſumm. tom. 1. lib. 1. cap. 11. num. 7.* Vaſquez *in part.1.tom.2.diſp.59 cap.3.num.10.* Azorius *p.1.lib.2. c.8.q.6.* & alij.

2. Sed contrariam ſententiam probabilem etiam eſſe puto, quam docet Nauarr. *in manuali, pralud.9. num.9.* Lopez *in inſtruct. part.1.cap.3.* & ex neotericis Valentia *tom. 2. diſputat. 2. quaſt. 14. punct. 3.* qui hanc rationem adducit: [Nam velle id quod in genere dumtaxat indicatur illicitum, non videtur eſſe grauis malitia, cùm contineatur adhuc eiuſmodi voluntas intra limites eius rationis, quæ eſt communis peccato mortali, & veniali, atque adeò ſit imperfecta in genere mali: itaque ſolùm hîc erit peccatum veniale.] Ita Valentia. Vnde talis circumſtantia non erit in Confeſſione neceſſariò aperienda.

RESOL. VII.

An ſit neceſſarium in confeſſione explicare ſi quis peccauit ſcienter, aut ignorantia culpabili?

Et quid eſt dicendum, quando ea ignorantia moraliter vincibilis excuſaret à mortali tranſgreſſione humani præcepti?

Et quid, quando ignorantia eſt affectata, & maximè ſi affectata eſſet ad liberius peccandum?

Et an quando quis peccat ex ignorantia ſint ibi duo peccata, vnum ignorantia, alterum, quod ex ignorantia admittitur? V.g. eſt aliquis, qui ex inuincibili ignorantia non legit Horas Canonicas, ad quas ratione Ordinis tenetur, an ille peccet duplici peccato, vno ignorantiæ, altero contra virtutem Religionis? Vel ſi quis ex ignorantia culpabili Decalogi incidat in peccatum homicidij, &c.

Eadem eſt ratio Confeſſarij ex ignorantia eorum, quæ ad officium ſuum pertinent, abſoluentis eum, quem abſoluere non poteſt, &c. Ex part.3. tractat.4. Reſol.140. alias 141.

§. 1. ALiqui affirmant neceſſarium eſſe explicare, ſi peccatum fuit ſcienter admiſſum, quia diſtinctam malitiam importat. Sic Adrianus *in 4. tractat. de confeſſione, quaſt.4. in 2. part. illius,* vbi de circunſtantiis paulo poſt principium *ver. fortè obiicies,* & Medina Complutenſis, *C. de confeſſ. quaſt. de circumſtantiis mutantibus ſpeciem, paulò poſt principium.*

Sup. contento in hoc.& ſeq. § in Reſ. ſeq. §.vlt.

2. Sec contrarium docent Nauarrus *in cap. conſideret à num.52. vſque ad 79. de pœnitent. diſtinct.9.* & Suarez *tom.4. diſput. 22.ſect. 4. num.14.* nam, vt ait Valentia *tom. 2. diſput. 6. quaſt. 6. punct. 3.* eiuſdem rationis ſunt peccata, ſiue interna, ſiue externa, cum ignorantia culpabili commiſſa, cum peccatis ſcienter admiſſis, licèt ſcientia illa aggrauet. Addit tamen Suarez, & benè, id eſſe neceſſarium aliquando in ordine ad cenſuras Eccleſiaſticas; nam ex illis, vt *infrà* dicemus, ignorantia ſæpiùs excuſat. Idem etiam dicendum eſt, quando ea ignorantia moraliter vincibilis excuſaret à mortali tranſgreſſione humani præcepti; nam in tali caſu neceſſe erit ignorantiam explicare, quippe quamlibet circunſtantiam ita minuentem, quæ ex mortali efficiat veniale, neceſſarium eſt explicare. Similiter dicendum eſt, quando ignorantia eſt affectata, licèt Nauarrus *in man. cap.6. num. 12.* dicat eam non eſſe neceſſariò in confeſſione explicandam; quamuis affectata ſit ad finem liberiùs peccandi. Sed ego ſic diſtinguendum cenſeo. Si ignorans ille exponatur periculo admittendi alia peccata, ratione illius ignorantiæ affectatæ, ſiue affectetur ad finem liberiùs peccandi, ſiue ad alios fines, & aduertat ad id periculum, tenetur eam ignorantiæ circumſtantiam fateri; quia mutat ſpeciem: tot enim peccata ille committit, quot committendi periculo ſe exponit. Vt ſi, v. g. velit fœminam cognoſcere, affectet ignorare, quænam ſit illa, vel vt liberiùs peccet, vel ne eius culpa ita grauis ſit; hic enim in tali caſu exponitur periculo inceſtus, adulterij, fornicationis, ſacrilegij, &c. Si autem ei periculo exponatur, quia nouit fœminam alio ſtatu præter coniugatæ carere, & an hunc habeat, affectat ignorare, vel affectat ignorare aliam rem, in qua non eſt aliud præter peccati determinati periculum, tunc ſi ignorantia non affectetur ad liberiùs peccandum, non eſt neceſſe illam explicare, quia non aggrauat, ſed aliquantulum minuit culpam; ſi verò ſit ad finem liberiùs peccandi, notabiliter aggrauantes eſſe neceſſariò confitendas, dicendum eſt hanc circumſtantiam fatendam eſſe. Qui verò contrarium cenſent, dicunt cum Nauarro illam fatendam non eſſe, quia intra eandem ſpeciem notabiliter aggrauat. Et hæc omnia mutuatus ſum à Sanchez *in ſumma, tom.1. lib.1. cap.17. num 23.* quæ valdè à Confeſſariis notanda ſunt, non enim ita facilè in eorum ſummis inueniuntur, ſicut iſta, quæ hîc ſumpſi à doctiſſimo

Sup.hoc in §. not. præteritæ.

doctissimo Ioanne Maldero *in p.1. D. Thomæ, q.76. art.2.* vbi sic asserit.

Sup. contento in hoc § infra in Ref. 9 §. Et tandem, & lege etiam § 4 & magis latè in alia Resol. prædictorum §§.

3. Quæres, quando quis peccet ex ignorantia, súntne duo ibi peccata, vnum ignorantiæ, alterum quod ex ignorantia admittitur: v. g. est aliquis, qui ex vincibili ignorantia non legit horas canonicas, ad quas ratione Ordinis tenetur, ante ille peccet duplici peccato, vno ignorantiæ, altero contra virtutem Religionis? Pro responsione obseruandum est, ignorantiæ peccatum dependere ex obligatione sciendi, obligatio autem sciendi interdum ex eo solo pendet, quòd obligemur aliquid facere, vel omittere, ad quod faciendum, vel omittendum opus est cogitatione eius, aliquando autem prouenit obligatio sciendi ex peculiari præcepto, quo tenemur habere scientiam, eámque nobis comparare. Quo supposito, respondeo, quando obligatio est prioris generis, peccatum ignorantiæ, & peccatum, quod ex ignorantia fit, non esse duo peccata, aut duplicem malitiam, quia tantùm incurritur eo casu in peccatum ignorantiæ, quando per eam incurritur in periculum incidendi in aliquod peccatum, siue illud sequ atur, siue non. Quando verò obligatio sciendi est posterioris generis, ignorantia est peccatum per se, etiamsi non fuerit periculum alterius secuturi ex ea peccati, & quando ex illa ignorantia aliud peccatum admittitur, sunt ea peccata distincta. Imò etiamsi fuerit solùm periculum alterius peccati, specie distincti coniunctum cum peccato, tali ignorantiæ; fieri poterit concurrente sufficiente aduertentia illius periculi, vt contrahatur præter malitiam ignorantiæ, etiam malitia istius speciei, verbi gratia, si quis ex ignorantia culpabili Decalogi, incidat in peccatum homicidij, duplex peccatum admisit, vnum negligentiæ sciendi illud, quod scire poterat, & debebat, videlicet Decalogum; alterum homicidij. Eadem est ratio Confessarij ex ignorantia eorum, quæ ad officium suum pertinent, absoluentis eum quem non potest absoluere. Hæc omnia Malderus; vide etiam Adamum Tannerum *in part.2. disput.4. quæst.9. dub.1. num.12. & 13.* & alios penes ipsos tractantes propositam quæstionem, videlicet, vtrùm ignorantia vincibilis sit peccatum speciale, ideóque distinctum ab eo, cuius est causa. Sed de hac quæstione iterum redibit sermo, vbi contra Malderum, & alios Doctores *suprà* citatos multis disseram, licèt omnia supradicta probabilia sint.

Sup. hoc in Ref. & §. annot. præteritæ.

Sup. hac ignorantia Confessarij in Resol. not. præteritæ in fine, §. Et tandem.

culpabilis, & transgressio præcepti ex tali ignorantia mortalis non sit; nam tota materia transgressionis consistit in negligentia culpabili sciendi præceptum, imò potiùs non est alia malitia omissionis, v.g. ieiunij, vel Missæ præceptæ, quàm est in illa culpabili negligentia: si ergo illa negligentia est culpabilis mortaliter, omissio culpabilis mortaliter erit; nequit ergo negligentia culpabilis mortaliter reddere violationem venialiter culpabilem. Ita Palaus, & ante illum Suarez *in 3. p. to. 3. disp. 81. sect. 3. vers. secundò dubitari solet.*

Ex tr. 1. Ref. 33 & omnes Resol. & §§. eius annotationem.

2. Secunda sententia affirmat. Ita Bonacina *in Decal. disp. 2. q. 8. punct. 3. n. 21.* Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 1. c. 17. n. 19.* Valentia *tom. 2. disp. 6. q. 6. punct. 3. vers. potest etiam*, & alij asserentes à transgressione præceptorum humanorum excusare etiam ignorantiam iouincibilem quæ in aliis materiis esset mortalis, dummodo non sit crassa, vel supina, quia ius humanum non obligat cum tanto rigore, vt obligat ius diuinum; sed has sententias pugnantes conatur conciliare Merolla *in disp. Theol. tom. 1 disp. 1. c. 2. dub. 10. n. 167.*

3. Verùm quicquid sit, certum est non peccare saltem mortaliter transgredientes præcepta Ecclesiæ, v. g. ieiunij, obseruationis festorum bona fide, ex causa, quam sufficientem putant, quamuis reuera sufficiens non sit, quia cùm præcepta sint humana, non obligant cum tanto rigore, ad inquirendas causas excusantes, & tollendam ignorantiam, vt obligant præcepta iuris naturalis. Ita Caietanus *in summ. ver. Ieiunium c. 3. & ver. Festorum violatio.* Henriquez *lib. 9. c. 25. n. 10.* Azorius *tom. 1. lib. 7. c. 7. q. 4. in fine.* Lessius *lib. 4. c. 2. dub. 5. n. 34.* Armilla *ver. ieiunium, n. 5. & 6. & ver. festum, n. 10.* Emanuel Sà *ver. ieiunium, n. 14.* & alij.

Sup contento in hoc §. in Resol. antecedenti §. 1. & 2.

4. Nota etiam, peccatum ex ignorantia culpabili, vel scientia commissum non ita differre, vt necessariò debeas in confessione eorum differentiam explicare, videlicet an fuerit commissum ex ignorantia culpabili, vel scienter. Ita Tannerus *in 1. 2. disput. 4. quæst. 9. dub. 1. num. 26.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 55. sect. 4. num. 14.* Secus autem si peccatum procederet ex ignorantia affectata liberiùs peccandi, & sine remorsu; nam in tali casu Castrus Palaus *loc. cit. punct. 6. num. 1.* putat tale peccatum esse explicandum in confessione, tanquam constituentem specialem malitiam aduersantem voluntati Deo seruiendi; sed Sanchez *vbi suprà, cap. 17. in fine*, tenet tale peccatum esse declarandum tanquam solum augentem malitiam.

RESOL. VIII.

An aliqua ignorantia, quæ aliàs esset mortaliter culpabilis, quæ non sit affectata, aut crassa excuset à transgressione præceptorum humanorum; quia ius humanum non obligat cum tanto rigore, vt obligat ius diuinum?

Et an peccatum ex ignorantia culpabili, vel scientia commissum, non ita differat, vt necessario debeat in confessione eius differentiam explicare, videlicet, an fuerit commissum ex ignorantia culpabili, an scienter?

Et quid, si peccatum procederet ex ignorantia affectata liberius peccandi: an tale peccatum sit explicandum in confessione, tanquam constituens specialem malitiam? Ex part. 4. tractat. 4. & Miscell. Resolut. 35.

Sup. hoc aliquid in Ref. seq. sed prosimili doctrina lege in to. 5.

§. 1. PRima sententia negat, sic Castrus Palaus *in op. mor. tom. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 16. n. 3.* vbi sic ait: Fateor tenuitatem ingenij mei, non enim percipere possum quomodo detur ignorantia mortaliter

RESOL. IX.

An ignorantia vincibilis Mysteriorum Fidei sit speciale peccatum in confessione explicandum?

Et an in ordine ad confessionem sit necessarium explicare, cuius præcepti Decalogi fuerit ignorantia, & secus in ignorantia Mysteriorum Fidei?

Ex quo infertur ignorantem vincibiliter plures articulos Fidei, non committere plura peccata, specie distincta; & secus vero si ignoret plura præcepta Decalogi, vel Ecclesiæ.

Et an ignorantia vincibilis præceptorum Decalogi sit speciale peccatum?

Vnde sequitur, quod qui ex ignorantia culpabili negligit scire præceptum non fornicandi, &c. non committit duo peccata mortalia, si de facto fornicetur, occidat, &c. vnum negligentia sciendi huiusmodi præceptum, alterum fornicationis; & ideo sufficit, vt in confessione dicat, fornicatus sum, &c.

Et quid est sentiendum, si huiusmodi ignorans præceptum non fornicandi, de facto non fornicetur; an teneatur adhuc eam culpabilem ignorantiam, ac negli-

gentiam

gentiam confiteri, quia periculo tranſgrediendi illud præceptum ſe expoſuit, & conſequenter voluit tranſgreſſionem illius?

Idem eſt de ignorantia vincibili eorum, quæ quis ſcire tenetur, ratione ſpecialis muneris, vt Confeſſarij, iudicis, &c. Ex part. 3. tr. 4. Reſ. 164. aliàs 165.

Sup. hoc ſup. in Reſ 7. lege doctrinã eius §. vlt. & infrà §. Et eandem huius Reſ. & ſeq. Reſ.

§. 1. ESſe peccatum ſpeciale docuerunt Vaſquez *in part. 1. diſp.* 119. *cap.* 3. Tannerus *in part.* 2. *diſp.* 4. *q.* 3. *dub.* 1. *n.* 12. Sanchez *in ſumma, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 11. Filliucius *tom.* 2. *tractat.* 21. *cap.* 10. *num.* 365. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 3. *in gloſſa litera F.* & Curiel. *in part.* 2. *q.* 76. *art.* 2. *dub.* 2. §. 4. vbi docet ignorantiam vincibilem articulorum fidei habere, non ſolùm malitiam peccati, cuius periculo ſe exponit, v.g. omiſſionis actus fidei tempore, quo obligat præceptum credendi, aut aſſerendi aliquid contra fidem: ſed etiam aliam diſtinctam ſpecie, quæ conſiſtit in negligentia addiſcendi articulos, quæ opponitur virtuti ſtudioſitatis. Hæc opinio eſt probabilis.

2. Verùm contrariam ſententiam tuetur ex multis rationibus Merolla *diſp.* 1. *c.* 2. *diffic.* 3. *n.* 697. vbi tamen *n.* 699. notauit, ignorantem vincibiliter myſteria fidei, quamuis de facto nihil contra ſentiat, neque adſit tempus, quo quis tenetur ea credere, teneri hanc ignorantiam confiteri; quia non curando eorum ſcientiam acquirere, ad quæ tenebatur, expoſuit ſe periculo ſciendi aliquid contra fidem, aut omittendi aſſentiri illis occurrente tempore, quo ad id obligatur, & conſequenter mortaliter peccauit; hoc autem peccatum non eſt diſtinctum ab eo, quod committitur ſentiendo actu ignoranter aliquid contra hæc myſteria. Prima opinio videtur probabilior, & omnino tenenda.

3. Notandum eſt etiam hîc cum dicto Merolla *num.* 700. in ordine ad confeſſionem eſſe neceſſarium explicare cuius præcepti Decalogi fuerit ignorantia, ſecus verò in ignorantia myſteriorum fidei. Et ratio eſt, quia ex diuerſitate præceptorum Decalogi, vel Eccleſiæ, eo quòd ita vincibiliter ignorans exponit ſe periculo admittendi peccata ſpecie diuerſa ſecundùm præceptorum diuerſitatem. At verò ignorans vincibiliter myſteria fidei, non ſe exponit periculo committendi peccata ſpecie diuerſa iuxta diuerſitatem myſteriorum, ſed ſemper peccatum eſt eiuſdem ſpeciei, cuiuſcunque myſterij ſit ignorantia, quia opponitur eidem præcepto, ac virtuti; vnde infertur ignorantem vincibiliter plures articulos fidei, non committere plura peccata ſpeciei diſtincta, ſecus verò ſi ignoret plura præcepta Decalogi, vel Eccleſiæ.

4. Sed difficultas eſt, an ſi ignorans vincibiliter plures articulos fidei, plura peccata ſaltem numero diſtincta admittat. Affirmatiuè reſpondet Marullus *vbi ſuprà*; ſed negatiua ſententia eſt etiam probabilis, quam tuetur Pater Suarez *tractat. de fide, diſputat.* 15. *ſect.* 1. *num.* 7. & adhibet exemplum in præcepto recitandi horas canonicas; peccatum enim omiſſionis illarum, non multiplicatur numero, iuxta multiplicationem horarum, ſed vnum tantùm numero eſt; ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro. Vnde ego infero ignorantem vincibiliter plures articulos fidei non teneri numerum articulorum, quos ignorat, explicare in confeſſione, licèt Marullus *vbi ſuprà*, contrarium aſſerat, nempe ignorantem vincibiliter plures fidei articulos, cenſeri plura numero peccata committere, explicanda in confeſſione; ſed vtraque opinio eſt probabilis.

Sup. hoc exẽplo latè infrà in Reſ. 64. & in alia Reſol. eius primæ annot.

5. Et tandem ex his omnibus aliqui inferunt contra Curiel *in part.* 2. *quæſt.* 76. *art.* 2. *dub.* 2. §. 4. & contra Malderum etiam *in part.* 2. *quæſt.* 76. *art.* 2. quòd ignorantia vincibilis præceptorum Decalogi, non eſt ſpeciale peccatum, vt verbi gratia, ignorantia culpabilis præcepti de non fornicando, non eſt ſpeciale peccatum oppoſitum diſtinctæ virtuti, ac diuerſæ à virtute caſtitatis, cui fornicatio opponitur. Vnde ſequitur, quòd qui ex ignorantia culpabili negligit ſcire præceptum non fornicandi, non committit duo peccata mortalia, ſi de facto fornicetur, vnum negligentiæ ſciendi huiuſmodi præceptum, & alterum fornicationis; & ideo ſufficit, vt in confeſſione dicat, fornicatus ſum. Quòd ſi huiuſmodi ignorans præceptum non fornicandi de facto non fornicetur, tenetur adhuc eam culpabilem ignorantiam, ac negligentiam confiteri; quia periculo tranſgrediendi illud præceptum ſe expoſuit, & conſequenter voluit in cauſa tranſgreſſionem illius. Sufficiet autem dicere in confeſſione, Habui voluntatem fornicandi. Et idem contra Malderum, & Curiel dicendum eſt de ignorantia vincibili eorum, quæ quis ſcire tenetur, ratione ſpecialis muneris, vt Confeſſarij, Aduocati, Iudicis, &c. vide Filliuc. *tom.* 2. *tr.* 21. *c.* 10. *n.* 365. Sanchez *in ſum. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 17. *num.* 9. & alios penes ipſos.

Sup. contẽto in hoc §. ſup. in Reſol. 7. §. vlt. per totũ, & lege etiam doctrinam, & Doctores §. 1. huius Reſ. & ſeq. Reſ.

6. Sed hæc reſolutio aliquibus non placet, quia peccatum ignorantiæ conſtituitur ante actualem fornicationem, nam aliàs non ſequuta fornicatione non peccaret, & proinde eſt ab illa diſtinctum, & quando quis non fornicaretur, non poſſet dicere: Habui voluntatem fornicandi; quia etiamſi quis ignoret fornicationem eſſe peccatum, poteſt tali voluntate carere.

Sup. hoc in fine § 1. not. præteritæ.

RESOL. X.

An ignorantia vincibilis ſit peccatum ſpeciale diſtinctum ab eo, cuius eſt cauſa?

Et in textu huius Reſolutionis multa explanantur, quæ omnia quamuis aliquantulum ſpeculatiua videantur, tamen pro Confeſſariis ea ſcire eſt valde neceſſarium. Ex par. 4. tract. 4. & Miſc. Reſol. 37.

§. 1. AD hoc dubium Layman *in Theolog. moral. lib.* 1. *tractat.* 1. *cap.* 4. *num* 10. & Vaſquez *in* 1. 2. *diſputat.* 126. *capit.* 3. *& diſputatione* 119. *capit.* 2. *&* 3. reſpondent, quòd ignorantia atque ſciendi negligentia earum rerum, quarum cognitio per ſe, ſiue ratione ſui præcipitur, eſt ſpeciale peccatum oppoſitum ei virtuti, quæ in talium rerum cognatione verſatur; videlicet negligentia in cognoſcendis fidei myſteriis ad credendum neceſſariis, eſt peccatum fidei oppoſitum; ignorantia autem atque cognoſcendi negligentia earum rerum, quarum cognitio non per ſe præcipitur, vel prohibetur, non eſt ſpeciale peccatum, ſed accipit ſpeciem ſuam à legis tranſgreſſione, cuius cauſam, vel periculum præbet: v.g. vincibilis ignorantia, vtrùm ieiunij dies ſit, quo carnem comedis, pertinet ad peccatum intemperantiæ; vincibilis ignorantia, vtrùm Sacerdos ſit, quem percutis, ad peccatum ſacrilegij, neque tunc refert ad formalem peccati malitiam, vtrùm reuera dies ille ieiunij ſit, vel vtrùm Sacerdos, qui percutitur, ſufficit ſi ſuborto dubio & non diſcuſſo commiſiſti te periculo taliter peccandi.

Sup. hoc ſup. in Reſ. 7. §. vlt. per totũ. & in Reſ. 8. §. 1. & §. Et tandem.

2. Sed Tannerus *in* 1. 2. *D. Thom. diſputatione quarta, quæſtione nona, dub. primo, numero duodecimo*; circa præſentem quæſtionem paulo aliter diſtinguendum cenſet, ait enim quòd quædam ſcire tenemur per ſe, ſeu ſine reſpectu & ordine propinquo ad opus aliquod particulare, vel, quod idem eſt, non ex ſola ſuppoſitione operis alicuius particularis, quales nimirum ſunt articuli fidei, præcepta

Decalogi, sub quibus etiam compreheoditur modus rite Deum colendi, communia item præcepta Ecclesiæ, quæ præterea ad cuiusque statum & officium pertinent; in quibus etiam cumprehenduntur nonnunquam quæstiones aliquæ facti, tenetur enim Episcopus, aut Parochus scire; vtrùm subditi confiteantur, & communicent præscripto tempore. Alia verò sunt, quæ solùm per accidens, seu ex suppositione, & in ordine ad subsequens factum, hîc & nunc sciri debent, eiusmodi est, v. g. cognitio iuris alicuius in casu, quo quis non ex officio, seu vi suæ vocationis, sed sponte velit causam aliquam controuersam dirimere, talis est etiam cognitio particularis alicuius circumstantiæ facti, solùm in ordine ad opus propositum rectè exequendum, verbi gratia, quòd homo non sit, sed fera, id, quod in dumeto latitans aspicio, & ad quod iaculum dirigo, &c. Ex quibus hæc posteriora ignorare non est peccatum distinctum ab opere consequente, quia in his necessitas sciendi oritur non ex virtute studiositatis per se, sed ex præcepto eius virtutis, in cuius materia versatur operans. Res verò prioris generis ignorare voluntariè, seu non curare, vt sciantur, est peccatum per se & distinctum ab opere consequenti, quia aduersatur virtuti distinctæ, nempe studiositati, quæ moderatur appetitum sciendi, iuxta cuiusque materiæ, ac personæ conditionem. Ita Tannerus; quæ omnia licèt aliquantulum speculatiua videantur pro Confessariis, tamen ea scire necessarium est.

RESOL. XI.

An vt ignorantia dicatur vincibilis, sufficiat te esse obligatum aduertere?

Et quid, si quis incidenter quærat, quibus in rebus possit contingere ignorantia vincibilis? Ex part. 4. tractat. 4. & Miscell. Resolut. 36.

Sup. hoc vide §. not. seq. §. 1. AFfirmatiuè respondet Valétia *tom. secundo, disputatione sexta, quæstione sexta, punct. 1.* Zumel. *in prima secunda, quæstione septuagesimasexta, artic. 3. disputatione secunda, distinctione quarta.* Alphonsus Curiel *ibidem dub. 3. §. 3.* & nouissimè ex Societate Iesu Iacobus Gordonus *in Theolog. moral. tomo primo, libr. 1. quæstione octaua, capite decimo, numero trigesimo-septimo*, vbi sic ait: Satis est ad peccatum mortale contrahendum (cognito obiecto) cognitio malitiæ, quam vocant interpretatiuam, vt contingit, dum ratio actu non considerat malitiam, potuit tamen, & debuit considerare. Hanc certè sententiam probat D. Thom. *in prima secunda, quæstione septuagesima-tertia, articul. octauo*, docens satis esse, quòd fuerit in potestate operantis aduertere, licèt ex negligentia id non fecerit. Ita ille, qui testatur hanc sententiam accepisse à P. Suarez, dum publicè Romæ legebat *anno* 1582. vnde postea subdit. Malè ergo concludunt aliqui nullum committi peccatum, nisi præcesserit, vel expressa cognitio malitiæ, vel dubitatio de mali periculo; & cur non dicent requiri necessariò etiam cognitionem de offenso Deo, cùm sit necessaria connexio cum actu morali malo? Præterea ista reprehensio conscientiæ (quam ponunt in cognitione periculi, aut mali,) si esset necessaria ad peccandum, quomodo diceret Paulus se non habere reprehensionem conscientiæ, & tamen posse habere peccatum. Cùm ergo Paulus doceat peccatum posse consistere, & sine vlla mali notitia contrahi, sequitur non rectè aliquem requirere conscientiæ apprehensionem. Hæc Gordonus, qui alias etiam adducit rationes pro hac firmanda sententia.

2. Sed illam improbabilem vocat Salas *in 1. 2. tractat. 13. disputatione octaua, sect. vltim. num. 87.* ego tamen opinionem doctorum virorum aliqua ratione fulcitam, nec possum, nec debeo nota improbabilitatis vtere, vt Salas facit, & ideo existimo illam probabilem esse; verùm contrariæ sententiæ tanquam probabiliori, & communiori libenter adhæreo. Dico igitur, quòd vt ignorantia dicatur vincibilis, non sufficeret aliquem ex statu & officio esse obligatum aduertere, nisi aliqua cognitio, dubitatio, vel scrupulus de malitia, aut obligatione adsit; Super hoc in tom. 6. tract. Resol. 38. §. Notãdum est hic obiter. quare nullum esse peccatum mortale in voluntatis consensu censeo, nisi cogitatio aliqua præcesserit, & consideratio expressa, quam actualem vocant malitiæ moralis, vel periculi, vel saltem expressa aliqua dubitatio, vel scrupulus. Itaque vt quis peccet mortaliter (ô quàm suaue & leue est iugum Domini!) debet considerare, vel opus illud esse malum, vel ibi esse malitiæ periculum, vel dubium, vel scrupulum saltem aliquem habere, & sic non satis est cognitio illa virtualis, seu interpretatiua, quam sufficere dicebat Gordonus *vbi suprà*, & ita hanc sententiam præter Salas *loco citato*, multis rationibus firmat Sanchez *in summa, tom. 1. lib. 1. capit. 16. numer. 21.* Vasquez *in 1. 2. quæst. 74. artic. 7. disputatione 107. cap. 3. à num. 6. & quæst. 76. art. 2. disp. 123. num. 6.* Portel *in dub. Regul. ver. Ignorantia, num. 11.* Castrus Palaus *in opere morali tom. 1. tractat. 2. disputatione prima, punct. 15. num. 5.* Aluarez *in 1. 2. quæstione 74. art. 8. disp. 144. num. 6.* Coninch *de actibus supernat. disputat. 14. dub. 11. num. 229.* Sayrus *in claui Regia lib. 2. cap. 9. num. 20.* Reginaldus *tom. 1. lib. 11. cap. 3. num. 32.* Tannerus *in 1. 2. disput. 4. quæstione nona, dub. 1. num. 17.* Layman *in Theolog. moral. lib. 1. tractat. 2. cap. 4. num. 6.* & ratio est, quia si nunquam in mentem venit cogitare, aut suspicari de operis malitia, tunc homo non operatur malum deliberatè, cùm fieri non possit vt voluntas in malum peccati consentiat, nisi intellectus illud cognoscat: ergo, &c.

3. Vnde ex his deducitur sano modo intelligenda iura ac Doctores, dum dicunt esse par, scire, & debere scire: nam intelligenda sunt quando adfuit aliqua actualis, plena, & sufficiens ad mortale aduertentia ad malitiam, eiusque periculum, seu dubium, aut scrupulus, quia dum hæc actualis aduertentia non adfuit, non est in nostra potestate proxima expellere eam ignorantiam, aut non est plenè, ita vt ad mortale peccatum sufficiat.

4. Sed si aliquis hîc incidenter quærat, quibus in rebus contingere possit ignorantia inuincibilis? Respondeo cum Tannero *in 1. 2. D. Thom. disp. 4. quæst. 9. dub. 1. num. 14.* ex communi & vera sententia ignorantiam inuincibilem contingere posse non solùm circa ius positiuum humanũ, ac particulares facti circumstantias, sed etiam circa ius positiuum diuinum, & mysteria fidei nostræ, imò etiam circa ius naturale, non quidem quo ad vniuersalissima præcepta iuris naturæ, sed quoad alia, faciliùs quidem & frequentiùs circa ea, quæ difficiliùs ex præceptis vniuersalibus naturæ deducuntur, vt est, v. g. bigamia, accipere lucrum ex mutuo, proprias iniurias vlcisci, & simplex fornicatio, aut etiam mendacium officiosum, &c. difficilius autem, nec ferè nisi pro breui tempore circa præcepta illa, quæ facilè ex vniuersalibus illis præceptis deducũtur, vt sunt cultus vnius veri Dei, & cætera quæ directè continentur in præceptis Decalogi. Ita ille. Sed ne prætermittas videre Merollam *tom. 1. disput. 1. ca. 2. dub. 6. per totum.* Ex quibus apparet me Sup. hoc pro-ro sup. in tr. 5. olim rectè respondisse ignorantia inuincibili laborasse Res. 119 & puerum putantem pollutionem voluntariam 117. §. 2. ante medium. non esse peccatum, & mysteria fidei, sicuti etiam

alia

alia præcepta poſitiua poſſe ab aliquibus inuincibiliter ignorari; vt autem Confeſſarius iudicet, an circa ſupradicta ignorantia ſit inuincibilis, recurrat ad doctrinam ſuperiùs poſitam, diſcuriendo an in mentem pœnitentium dubium aliquod vel ſaltē ſcrupulus de harum rerum malitia venerit; ſi enim nihil horum venerit, ignorantia reputabitur inuincibilis.

RESOL. XII.

An circumſtantia interruptionis actus interni ſit in confeſſione toties quoties exprimenda? Ex part. 3. tr. 4. Reſ. 94. aliàs 95.

Sup. hoc in tom. 3. lege doctrinam Reſ. 74. tr. 6.

§. 1. PLauſibilis erit hæc quæſtio Confeſſariis. Igitur ſupponendum Melchiorem Canum *in relect. de pœnit. p. 5.* docuiſſe dupliciter interrumpi poſſe aliquam voluntatem, primò contraria voluntate, & tunc neceſſe eſt confiteri, quoties prauam voluntatem quis renouauit. Si verò interruptio fiat naturali obliuione, aut inconſideratione, non oportebis numerum exprimere, ſed dicere, Toto menſe, v. g. amaui Mariam, etiamſi poſſit numerus exprimi. Hæc in ſententia Cani, quam falſam putant Nugnus *in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 1.* & Vaſquez *in 3. part. tom 4. q. 91. art. 1. dub. 5. num.* 10. vbi ait: Exiſtimo falſiſſimam opinionem Cani, quia reuera ſunt plura numero peccata, quando repetitur ſæpiſſimè eadem voluntas, etiamſi nunquam fuiſſet retractata actu contrario. Nullam enim continuitatem video in iis voluntatibus, cùm vna ex alia non dependeat, tam quando interruptæ ſunt naturali obliuione, quàm quando interruptæ ſunt contraria voluntate. Ita Vaſquez, & communiter DD. & ego.

2. His tamen non obſtantibus opinionem Cani, quam falſam vocauerunt Vaſquez, & Nugnus, nouiſſimè viri doctiſſimi amplexi ſunt, quorum verba accipe. Ioan. de la Crux Dominicanus *in direct. conſcient. part. 2. de Sacrament. Pœnitent. q. 3. dub. 6.* Si intra aliquod tempus renouaſti pluries cogitationes interciſas per ceſſationem, ſomnum, aut aliam occupationem, non teneris explicare ſingulas renouationes; cùm omnes illæ cenſeantur vnum peccatum in genere moris, etſi materialiter multiplicentur, ſat eſt enim explicare tunc tempus illatum cogitationum; ſecus ſi illæ cogitationes interrumpantur per actum contrarium. Ita ille, & ex eadem met Dominicanorum familia Petrus Fay *diſp. de ſacram. Pœnit. in addit. ad 3. part. D. Thomæ, quæſt. 6. art. 2. diſput. 5. ad 4. arg.* ſic aſſerit: Oportet aperire tempus, quo actum peccati quis continuauit, ſi notabile fuerit, v. g. permanſit aliquis in turpi cogitatione per integrum diem, aut hebdomadam, debet hoc pœnitens confiteri. Non eſt tamen neceſſarium dicere vices, quibus cogitationem illam repetiit, quando non fuit interrupta per actum contrarium, ſed ſolùm per ceſſationem, aut occupationem in aliis. Ratio eſt, quia repetitio illa non efficit diſtinctum numero peccatum mortale in genere moris; ſed tantùm vnum æquiualens pluribus. Idem dicendum proportionabiliter, quando quis per menſem, aut annum continuauit odio proſequi aliquem, neque toto illo tempore interrupit actu contrario. Ita Fay, licèt contrarium aſſerat Bonacina *de Sacrament. diſput. 5. ſect. 1. punct. 2. §. 3. diffic. 2. n. 5.* Sed audiamus Pitigianum *in 4. ſent. tom. 2. diſt. 17. quæſt. vnica, art. 5. circa quintum*, vbi ſic aſſerit: Si interruptio actus mali facta eſt per actum contrarium, neceſſe eſt confiteri eam in confeſſione, pandendo vices, quibus eandem malam voluntatem renouauit. Sed ſi interruptio fuit naturaliter, non oportet explicare huiuſmodi renouationes, ſed tantùm eius continuationem, ſi notabilis eſt; veluti dicendo, per totum menſem deſideraui hoc facere malum.

3. Et tandem hanc ſententiam docet Homobonus *de exam. Eccleſ. part. 1. tractat. 5. cap. 13. q. 83.* ita aſſerens: Quando interruptio fieret alicuius negotij, aut alterius cogitationis occurrentis, vt cùm quis, v. g. ſtatuit fœminam, vt ea potiatur, alloqui, ſed naturaliter ab aliis rebus diſtractus, & peregrina cogitatione abſorptus illius propoſiti obliuiſcitur, tunc cùm ſe negotiis vacuum videns, priſtinam illam iniquam voluntatem repetit, pandere vices, quibus illam renouauit, non tenetur pertinens, cùm vnicum tantùm peccatum admittatur. Sic Homobonus, & ex parte hanc ſententiam docet Salas Societ. Ieſu *in part. 2. tom. 2. tract. 13. diſput. 5. ſect. 8. numer. 85.* vbi ſic ait: Voluntas efficiendi aliquod peccatum externum, quamdiu opere non completur, nec interrumpitur per contrarium actum, licèt phyſicè interrumpatur, & poſtea renouetur, vnicum tantùm peccatum eſt. Intellige niſi inter ipſos actus voluntatis multum tempus intercedat, quia tunc cenſetur moralis interruptio. Ita Salas. Vnde ego, licèt primam ſententiam ſequar, non condemnarem hanc ſecundam ſequi volentem, vt confeſſio reddatur hominibus facilior, & amabilis, ac iugum Domini ſuaue. Sed circa præſentem quæſtionem vide etiam Filliucium *tom. 2. tract. 21. cap. 8. num. 327.* Philiarchum *de off. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 22.* Coninch *de Sacrament. diſput. 7. dub. 7. num. 52* Reginaldum *tom. 1. lib. 6. cap. 4. part. 2. dub. 5. n. 118.* Conradum *in reſp. part. 1. q. 173.* Lopez *in inſtruct. part. 1. cap. 31. quæſt. 4.*

RESOL. XIII.

An circumſtantia ſcandali indirectè voliti; ſit in confeſſione aperienda?

Sed difficultas, quæ magis affligit in confeſſione eſt iſta; an ſit explicandus numerus perſonarum, quibus ſcandalum datum eſt, etiam vnico peccato, vt quando v. g. peccauit quis publicè coram multis, præbendo eis ſcandalum?

Et quid eſt dicendum de alio caſu paſſim occurrenti; nempe quando quis ſe accuſat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, an in tali caſu tenetur explicare, & exprimere conditionem perſonarum aſtantium, an fuerint coniugatæ, ſolutæ, &c. & teneatur etiam qualitatem ſermonis, ſi videlicet fuerit circa coniugatos, circa ſolutos, circa nefandum vitium, &c? Ex part. 3. tr. 4. Reſ. 113. aliàs 114.

Sup. hoc infr. in Reſ. 16. §. vlt. à lin. 6. & in tom. 7. tr. 5. Reſ. 2. & lege doctrinam Reſ. 1. not. ſeq & ſignanter §. Et tandem. in principio, & infrà Reſ. 116.

§. 1. QVis, v. g. induxit mulierem non paratam ad fornicandum non directa intentione, expetendo ruinam ipſius & eo affectu, vt ipſa peccet, ſed propter propriam delectationem, & vtilitatem; quæritur an dicta circumſtantia ſcandali ſit in confeſſione explicanda. Aliqui negatiuè poſſent reſpondere, quia in tali caſu circumſtantia ſcandali eſt tantùm aggrauans in eadem ſpecie, vt docent expreſsè ex Societate Ieſu Fagundez *pr. 2. lib. 4. c. 4. n. 4. & 5.* & ex Dominicanorum familia Ledeſma *in ſum. tom. 2. tr. 4. c. 5. concl. 5.* & alij, *vbi infrà.* Sed circumſtantiæ taliter aggrauantes, ex multorum ſententia probabili non ſunt in confeſſione explicandæ. Ergo, &c.

2. Sed Doctores communiter contrariam ſententiam docent, & ita ait Lorca *in 2. 2. quæſt. 43. ſect. 3. diſputat. 56. numer. 7.* ſcandalum actiuum quando non eſt ſpeciale peccatum, eſt circumſtantia, & ideo aggrauans, vt nimis augeat peccatum, & ſit in confeſſione explicanda. Qui enim eſſet cauſa peccati

peccati alterius, non satisfaceret integritati confessionis si solùm diceret; Peccaui cum quadam fœmina, aut fui particeps homicidij, quod quidam commisit: sed exprimere tenetur, Fui causa peccati alterius, & induxi illum ad peccandum. Neque quisquam concessit hanc circumstantiam taceri posse, neque tutò, & sine temeritate concederetur. Ita Lorca, & ita etiam hanc sententiam docent Villalobos *in summa, tom. 2. tractat. 3. diffic. 8. num. 3.* Becanus *in 2. 2. cap. 27. q. 2. num. 5.* Coninch *de actibus supernat. disp. 32. dub. 5. num. 35.* Filliucius *tom. 2. tract. 28. cap. 6. num. 216.* Fagundez, Ledesma *vbi suprà*, & alij *vbi infrà*.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq & in tertia §. Hoc supposito. & seqq. & infrà in Ref. 21. § Sexto. & in Ref. 22. §. 1. vers. Vndecimo. & in tom. 7. tr. 5. Ref. 2. §. vlt. & in Ref. 3. §. etiam vlt.

3. Sed difficultas, quæ magis affligit in confessione, est ista, an sit explicandus numerus personarum, quibus scandalum datum est etiam vnico peccato, vt quando, v. g. peccauit publicè coram multis, præbendo illis scandalum, &c. Respondent affirmatiuè Syluius *in 2. 2. D. Thomæ, q. 43. art. 3. concl. 2.* Filliucius *vbi suprà*, Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 8.* Layman *in Theolog. mor. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 6.* & alij. Igitur in confessione non solùm teneris explicare speciem peccati mortalis, ad quod tuo exemplo induxisti; sed etiam exprimendus est numerus personarum, quas ad tale peccatum traxisti. Vnde patet ignorantia multorum Confessariorum, qui cùm pœnitentes se toties accusant dedisse scandalum, non faciunt illos accusare, neque de specie peccati, neque de numero personarum, cæci quidem sunt, & duces cæcorum; sicut etiam in alio casu passim occurrenti, nempe quando quis se accusat de delectatione rerum turpium, ex colloquio cum aliis, nam in tali casu, vt benè aduertunt Bonacina *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diffic. 3. n. 21.* & alij; tenetur exprimere conditionem personarum adstantium, an fuerint coniugatæ, solutæ, &c. Et tenetur etiam exprimere qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa coniugatos, circa solutos, circa nefandum vitium, &c. quæ omnia non obseruantur, sed malè.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præterita §. Verum. ad medium, à vers. Quando.

RESOL. XIV.

Sup. prima diffic. huius tituli in Ref. præterita §. Sed difficultas. & in Ref. seq. & in Ref. prima post seq. §. Hoc supposito. & infrà in Ref. 21. §. Sexto. & in Ref. 22. §. 1. vers. Vndecimo. & in tom. 7. tr. 5. Ref. 2. §. vlt. Sed lege eam per totam. & in Ref. 3. ibi §. etiam vlt.

An quando quis induxit aliquos ad peccandum teneatur in confessione explicare non solum numerum personarum, sed etiam speciem peccati, ad quod prauo suo exemplo illas induxit?

Et quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, an in tali casu teneatur exprimere conditionem personarum adstantium, an fuerint coniugata, soluta, &c. & teneatur etiam exprimere qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa coniugatos, circa solutos, circa nefandum crimen, &c. nec satis sit dicere in alio casu fui iniustus in materia graui, sed opus sit dicere an in fortunis, an in fama, an in vita? &c. Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 33.

§. 1. PRacticabilis est casus, & nouissimè nominatim contra me negatiuam sententiam docuit Pater Lugo *de Sacram. pœnit. disp. 16. sect. 4. §. 3. num. 164.* vbi sic ait: Quod attinet in primis ad numerum personarum necessariò explicandum; non video quomodo Pater Diana possit id tanquam exploratum docere; cùm ipsemet *tom. 1. tract. de circumst. resol. 29.* proponat vt probabile non debere explicari in confessione numerum personarum, quas eadem iniuria læsisti. Et *resol. 17.* idem dixerit, quando vnica voluntate plures voluisset occidere. Est autem omninò eadem ratio, quando vnico actu malo scandalum præbet & occasionem ruinæ spiritualis pluribus: non potest ergo esse certa obligatio explicandi numerum personarum in peccato scandali, si non est certa in supradictis casibus. Deinde quando præter intentionem præbetur scandalum, solùm contrahitur malitia specifica contra charitatem, non cōtra illam specialem virtutem, cui aduersatur peccatum, ad quod scandalizatus inducitur. Ita Lugo; & ideò secundùm suam sententiam, quando quis non intendit proximi ruinam, neque etiam eius peccatum aut lapsum, neque eo fine facit illud opus, licèt præuideat scandalum proximi, in tali casu contrahitur solùm malitia scandali contra charitatem; atque adeò non oportet in confessione explicare numerum personarum, neque speciem peccati.

Quæ hic est infr. Ref. 20.

Quæ hic est infr. Ref. 23.

2. Verùm ego puto non esse recedendum ab opinione affirmatiua, quam communiter docent Doctores, vt Layman, Castrus Palaus, Filliucius, Sanchez, Syluius, Bonacina, Leo, Moisesius, Azorius & & alij alibi à me adducti: quibus nunc addo Cœlestinum *in compend. Theolog. moral. tractat. 1. cap. 8. quæst. 4.* vbi sic ait: Quæres, An sit explicanda circumstantia scandali, v. g. an qui induxit aliquem ad homicidium, ad furtum, ad fornicationem, teneatur hoc explicare in confessione. Respondeo quòd sic: imò & personarum numerum, quibus datum est scandalum, etiam vnico peccato debet exprimere. Sic ille. Et nouissimè in indiuiduo quæstionis, quam posuit Pater Lugo *in supracitato* §. 4. & ita asserit Ghilinus *in summa verb. circumstantia peccatorum, n. 21.* Quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, in tali casu tenere exprimere conditionem personarum adstantium, an fuerint coniugatæ, solutæ, &c. Et tenetur etiam exprimere qualitatem sermonis, vt videlicet circa coniugatos, circa solutos, circa nefandum crimen, &c. Hæc Ghilinus, cui adde Carolum Bancium *in nouissima Praxi Confessar. fol. 9.* sic asserentem: Nec satis est fateri dicto vel facto alterum ad peccatum incitasse, sed speciem peccati, ad quam incitarit, fateri tenetur, & hoc intelligitur de quolibet scandalo siue formali, siue virtuali, siue interpretatiuo. Et præterea est opus nedum in confessione explicare speciem peccati; sed etiam personas coram quibus quis induxit ad peccandum suo prauo exemplo. Ita ille.

Alibi in Resolutionibus & §§. not. primæ huius Ref. posite contra multi

Sup. hoc in Ref. præterita prope finem, à vers. nempe quando.

3. Et tandem non desinam hîc apponere verba Auctoris casuum conscientiæ Bononiæ discussorum anno 1635. mense Majo *cas. 3.* vbi sic ait. Certum est incitantem suo prauo exemplo proximum ad peccatum absque directa intentione ruinæ spiritualis proximi, teneri necessariò exprimere in confessione hanc circumstantiam scandali dati; cùm saltem reductiuè pertineat ad eam peccati speciem ad quam prauum illud exemplum incitat. Sicut etiam exprimendus est numerus personarum, quas ille suo prauo exemplo ad peccatum pertraxit, aut probabiliter trahere potuit. Hæc ibi: vnde apparet nostram sententiam, vt dixi, communiter à Doctoribus amplexatam esse.

Sup. hoc in Ref. præterita §. 1. & 2. & in aliis eius primæ not.

4. Nec obstant ea, quæ contra illam obiicit amicissimus Lugo: nam ad illud quod asserit scandalum in casu contrahere tantùm malitiam contra charitatem. Respondeo quòd licèt hoc verum sit, non tamen sequitur id, quod ipse intendit: nam licèt scandala sint contra charitatem; tamen inter illa est diuersitas specifica pro diuersitate damni illati. Scandalum enim, quo Antonius est in causa, vt Franciscus furetur, differt specie à scandalo, quo illum mouet ad homicidium, propter diuersitatem specificam homicidij & furti: quemadmodum furtum differt à detractione famæ, & vtrumque ab homicidio, quamuis omnia sint contra iustitiam, quia eadem virtus iustitiæ interdicit plura obiecta inter

se

ſe tam diſtantia, vt conſtituant diuerſitatem ſpecificam moralem: nec enim ſatis eſt dicere te fuiſſe iniuſtum in materia graui, ſed opus eſt dicere, an in fama, an in vita. Ergo, &c. Et hæc omnia docet Hurtadus de Mendoza *in 2.2. de fide, ſpe, & charitate, vol. 2. diſp. 173. ſect. 8. §. 61.* vnde apparet in confeſſione explicandam eſſe ſpeciem peccati, ad quod prauo tuo exemplo aliquem induxiſti.

5. Ad id verò quòd Pater Lugo aſſerit non eſſe exprimendum numerum perſonarum, quæ meo prauo exemplo inductæ fuerunt ad peccatum, quia ego docui tanquam probabile, non eſſe explicandum numerum perſonarum, quas eadem iniuria læſiſti. Reſpondeo eſſe diſparem rationem inter vtrumque caſum; nam quando iniuriis afficio v. g. tres homines, ego pecco, & non facio, vt illi peccent: ſed quando prauo meo exemplo induco tres v. g. ad fornicandum, facio vt tres committant tres fornicationes: ergo neceſſe eſt, vt explicem in confeſſione & numerum perſonarum, quæ ex cauſa mea peccatum illud commiſerunt, & ſpeciem dicti peccati, vt ſciat Confeſſarius me fuiſſe occaſionem trium fornicationum à tribus perſonis perpetratarum.

RESOL. XV.

An quando vnica occaſione alij inducuntur ad peccatum mortale, quomodo ſit hoc in confeſſione exprimendum? Hoc eſt, an talis pœnitens teneatur explicare ſpeciem peccati ad quod ſuo exemplo induxit, ſed etiam exprimendum eſſe numerum perſonarum, quas ad tale peccatum traxit?

Et vtrum delectationes diuerſæ, nunc de vna ſoluta, deinde de alia ſoluta, item de vna coniugata, deinde etiam de alia coniugata, &c. ſi ſucceſſiue habeantur eodem tempore morali, poſſint conſtituere vnum peccatum moraliter in ordine ad confeſſionem, ſicuti poſſunt, ſi illi actus ita ſimul ſucceſſiuè circa eamdem ſiue ſolutam, ſiue coniugatam, &c.

Et quid eſt dicendum de illo, qui ſæpius decreuit cum eadem fornicari, & ita deinde pluries cum illa fornicatur, abſque interruptione ſufficienti ad multiplicandum peccatum, an tunc vnum tantum numero peccatum cenſeatur admiſiſſe, an vero plura? Ex part. 11. tr. 5. & Miſc. 5. Reſ. 49.

Quæ hic eſt ſupra Reſ. 13. §. Difficultas. & in aliis Reſ. & §§. ad not. præcitati §.

§. 1. EGo olim *in parte 3. tract. 4. reſolut. 114.* docui in tali caſu pœnitentem non ſolum teneri explicare ſpeciem peccati mortalis, ad quod ſuo exemplo induxit, ſed etiam exprimendum eſſe numerum perſonarum, quas ad tale peccatum traxit. ſed nouiſſimè, nominatim contra me contrariam ſententiam tenet Pater Ferrantinus *in ſuis eruditiſſimis diſputationibus de ſcandalo diſp. 1. quæſt. 27. n. 5.* vbi ſic ait: Secunda opinio, quia minus difficilem reddit confeſſionem, magis mihi probatur: Quæ ait non eſſe obligationem explicandi aut qualitatem, aut numerum huiuſmodi perſonarum: de qualitate verò ſermonis poſteà dicemus.

2. Igitur quando quis turpia narrauit coram aliis, qui cognoſcebantur peccaturi ex tali colloquio, ſi non intendebat directè peccatum illorum ſiue vt ruinam ſpiritualem ipſorum, ſiue vt ſibi vtile ad aliquem alium finem, v. g. ad captandam voluptatem, &c. ſed tantum indirectè cooperabatur ad illa peccata, quatenus videlicet tenebatur ab eo turpi ſermone abſtinere, ne alios ad illa induceret: tunc non tenetur ille ſcandalizans declarare in confeſſione, quales eſſent, an coniugati, an religioſi. &c.

3. Neque item tenetur exprimere numerum perſonarum. Et idem proportionaliter dicendum eſt in aliis caſibus ſimilibus, quando quis ſuo exemplo, ſeu vnica actione eſt eo modo occaſio indirecta aliis peccandi mortaliter.

4. Imo nec tenebitur exprimere numerum perſonarum, quando adeſt intentio directa ſcandalizandi. Ita ille. Qui poſteà ingenioſè omnia ſupradicta conatur probare. Et ita hanc ſententiam præter Cardinalem Lugo à me alibi adductum & impugnatum, tenet etiam nominatim contra me Leander *de Sacram. Tom. 1.*

Alibi in Reſ. prætermiſſa, & infrà in Reſ. ſeq. §. Hoc ſuppoſito.

5. Verùm, licet modò ego exiſtimem ſententiam horum Doctorum eſſe ſatis probabilem, non tamen recedo a ſententia, quam olim docui, & quam me citato & ſupra meritum laudato docet nouiſſimè ſapientiſſimus Dicaſtillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. diſp. 10. dub. 8, n. 350.* vbi quærit, An debeant in confeſſione explicari qualitates, & numerus perſonarum coram quibus aliquis turpia locutus eſt, aut ſcandalum præbuit? & affirmatiuè reſpondet, quia ait ille, ſi peccata, in quibus ſcandalizantur, ſint numero, vel ſpecie diſtincta, & perſonæ plures ſunt, & diuerſarum qualitatum, v. g. ſcandalizati in materia caſtitatis ſunt plures, vnus habet votum, alter eſt coniugatus, &c. id totum debet explicari. Ita docet Diana *3. part. tract. 4. reſolut. 114.* cum Filliucio, Syluio, Sanchez, Layman, Bonacina, & idem docet Caſtrus Palaus citatus *ſuprà* à nobis *n. 348.* Quicquid reclament aliqui contra Dianam, quem inconſequentiæ arguunt. Quod aliqui antiquiores non facilè plenè inueniantur in hac fuiſſe ſententia, id prouenit ex eo, quod in aliis principiis circa peccatum ſcandali ſpecialis, & generalis diuerſis modis philoſophantur. Qui verò ſentiunt peccatum ſcandali eſſe modis explicatis, & qui docent multiplicitatem peccatorum aut malitiarum per ordinem ad diuerſa obiecta modo prædicto; conſequenter debent dicere eſſe prædictam obligationem quoties verè ſcandalum eſt. Et quidem Suarius licet duas vias philoſophandi in materia ſcandali aſſignet, *diſp. illa 10. de charitate ſect. 5. & n. 9.* videatur proponere viam ita philoſophandi, vt quando non directè intenditur ruina proximi, non reperiatur malitia alia, quam contra ſolam charitatem: atque adeo ex hoc principio videatur colligi, non eſſe neceſſarium explicare ſpeciem peccati, ad quam inductus fuiſſet proximus, poſteà nihilominus, quaſi non acquieſcens illi doctrinæ, addit ſecundam *num. 10.* concedendam etiam eſſe cauſam, vt ſupra retulimus, & adiungit rationem noſtram, qua ſæpè vſi ſumus, quia nimirum *non facilè intelligitur* (inquit) *aliquem eſſe cauſam moralem aliqua ratione actus v. g. intemperantiæ in proximo. & non contrahere inde malitiam intemperantiæ*, & declarat quomodo in materia iniuſtitiæ *non quilibet modus contrahendi malitiam iniuſtitiæ inducat obligationem reſtitutionis, ſed oporteat actum illum per ſe habere malitiam ex tranſgreſſione iuſtitiæ.* Ex qua doctrina negat ſequi, quod ſibi obiecerat *numer. 8.* quod ſequeretur obligatio reſtituendi, quod argumentum vrgebunt aliqui, & ex ipſis obiiciebamus *numer. 346.* & reſpondimus cum Sanchez. Explicat etiam Suarius quomodo ille, qui quando non licet petit mutuum ab vſurario, ſub vſuris peccet contra iuſtitiam, licet iniuſtitia tunc fiat ipſimet petenti, & iniuſtitia eſſentialiter debeat eſſe ad alterum, reſpondet ſcilicet Suarius id totum intelligi de malitia primaria, & notat peccari poſſe contra aliquam virtutem duobus modis, nempè per ſe primò, & ſecundariò, quæ doctrina coincidit cum illa, quam nos ſæpè dedimus tum *num. 238. & ſequentibus*, & locis ibi notatis, ideò non repeto.

Quæ hic eſt ſupra Reſ. 13.

6. Quamuis autem, quæ hucvſque dicta ſunt probabiliora mihi videantur, & vera, non poſſum non agnoſcere probabilitatem oppoſitæ ſententiæ, quam vt probabilem tuetur Lugo *loco citato* poſt Coninch, quem refert, & alios, quæ ſententia aliorum grauiorum Theologorum eſt: adeò vt qui illam ſequatur, tutus ſit in conſcientia. Nec ſine admiratione legi in Diana (in quo eruditio cum benignitate de primatu certant, dum caſus reſoluit erudite iuxta, & benignè & plures, ac varias, imò etiam oppoſitas ſententias, vt probabiles frequenter admittit) quod in ea *reſolut. 114. illius tract. 4. de Sacramentis* notauerit *ignorantiam multorum Confeſſariorum, qui cum pœnitentes ſe toties accuſant dediſſe ſcandalum, non faciant illos ſe accuſare neque de ſpecie peccati, neque de numero perſonarum*, in quos inuehitur, & in alios Confeſſarios, *qui quando quis ſe accuſat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, non ſimiliter illos faciunt ſe accuſare*, de quibus omnibus ait, *cæci ſunt, & duces cæcorum*, nam tamen ipſe (vt notauit Lugo *ſupra num. 163. & ſequentib.*) *in tractatu de circumſtantiis aggrauantibus reſolut. 17. & 29.* probabile putauerit neque numerum perſonarum, quas eadem iniuria læſiſti, neque quando vnica voluntate plures voluiſti occidere, debere in confeſſione explicari: eſt autem (vt rectè aduertit Lugo) eadem ratio, quando eodem actu ſcandalum præbes, & occaſionem ruinæ ſpiritualis pluribus. Itaque ſententia Dianæ in noſtro negotio mihi magis probatur, non illius cenſura contraria; poſſunt ergo tuta conſcientia Confeſſarij oppoſitum ſequi. Hucvſque Dicaſtillus, cui ego nunc etiam quoad cenſuram opinionis libenter adhæreo.

Sup. hoc notato infrà in Reſ. 23. §. Et ideo. ad medium, verſ. Secus ſi omnes. & ſi placet lege §§. & verſ. eius annot.

7. Nota etiam hîc obiter, Patrem Ferrantinum *vbi ſuprà num. 44.* dubitare, vtrùm delectationes diuerſæ nunc de vna ſoluta, deinde de alia etiam ſoluta: Item nunc de vna coniugata, deinde de alia etiam coniugata, &c. ſi ſucceſſiuè habeantur eodem tempore morali, poſſint conſtituere vnum peccatum moraliter in ordine ad confeſſionem, ſicuti poſſent ſi eſſent illi actus ita ſimul ſucceſſiuè circa eamdem vel ſolutam, vel coniugatam, &c.

8. Et reſpondet, Probabile eſſe, quod ſint vnum numero peccatum, & vt vnum poſſint in confeſſione declarari, cum tales delectationes, ſint partes vnius integræ, atque totalis delectationis, correſpondentis vni totali ſermoni, & cum etiam diuerſitas illa numeralis perſonarum ſit ſolum terminus materialis, nec variet ſpeciem moralem in huiuſmodi delectationibus, quidquid de ſpecie phyſica, Itaque delectationes huiuſmodi non differunt ſpecie in eſſe morali: vniuntur etiam moraliter ratione temporis, in quo ſucceſſiuè ſimul habentur: vnde conſtituunt tanquam partes vnam integram ac totalem delectationem, correſpondentem vni integro ac totali colloquio. Ergo. Vnde ſupra adduximus Lugum dicentem, ſibi probabilius eſſe quòd præciſus reſpectus ad diuerſas perſonas non debeat neceſſariò explicari, &c.

9. Vbi etiam citauimus Megalam aſſerentem, non debere aliquem neceſſariò confiteri numerum perſonarum, ſi vno actu voluiſſet decem homines occidere.

10. Item Doctores affirmantes, obiecta numero tantum diuerſa non multiplicare peccata, ſed tantum aggrauare, ſecundum quos, inquit vbi ſupra Diana, ſufficit, ſi pœnitens dicat, ſe moroſam delectationem habuiſſe ſuper ſoluta, licèt vno actu de tribus fuiſſet delectatus.

Sup hoc infr. in Reſ. 40. & in aliis eius annot.

11. Item Henriquez dicentem, adminiſtrationem Euchariſtiæ à Sacerdote exiſtente in mortali factam multis, eſſe tantùm vnum peccatum.

12. Et Emanuelem Rodriguez ſic etiam dicentem, ſpecialiter in caſu, quo confeſſarius plures abſoluit. Hæc omnia Ferrantinus me citato.

Sup. hoc in Reſ. 1. not. ſeq. §. Hucvſque.

13. Sed magis difficultas quid dicendum de illo, qui ſæpiùs decreuit cum eadem fornicari, & ita deinde cum illa pluries fornicaretur abſque interruptione ſufficienti ad multiplicandum peccatum, an vnum tantum numero peccatum cenſeretur admiſiſſe. Et videtur poſſe dici quod illæ fornicationes ſint vnum tantùm peccatum. Quia vniuntur in vnica volitione, qua fuerunt volitæ, & qua proceſſerunt ut complementum: Item vnirentur in vnitate impetus, & concupiſcentiæ, & in vnitate temporis moralis: Et alioqui admitterentur cum eadem, & præterea talis modus pluries fornicandi cum eadem v. g. in eadem nocte, moraliter loquendo, videtur habere rationem vnius fornicationis ad eum modum, quo dicitur ſemel luſiſſe, qui tota nocte luſit. Ergo.

Sup hoc infr. in Reſ. 25. & lege etiam Reſ. eius ſecundæ annot. & ex Reſ. 22. §. Sed. ad medium, verſ. confirmatur ſiquis. & ex Reſ. 27. à lin. 4 à verſ. Inferò quinto, & Reſ. 117. in fine, & Reſ. 118 & ex Reſ. 165. §. in Reſ. 39.

14. Et quamuis per plures illas fornicationes plura videantur inferri damna proli, & plura lædi iura, nihilominus ex hoc capite præciſè non impeditur numerica vnitas peccati, vt patet ex dictis de contumelia illata pluribus, & de peccato contra præcepta plurium ſuperiorum: quorum diuerſa numero iura tali præceptio læduntur, & diuerſa numero damna illis inferuntur; & tamen non propterea multiplicantur peccata, ſed eſt vnum, & idem moraliter in ordine ad confeſſionem. Et hæc omnia docet Pater Ferrantinus *quæſt. 28. n. 28.* qui tamen remittit iudicio doctorum virorum an habeant probabilitatem: ego autem in praxi hanc ſententiam non admitterem.

RESOL. XVI.

An qui ſuo exemplo occaſio eſt alterius peccati, peccet eadem ſpecie peccati, & debeat hoc neceſſario aperire in confeſſione?

Et an in ſcandalo indirecto duplex virtus violetur, ſed in ordine ad confeſſionem ſatis ſit, ſi exprimas ſpeciem peccati, cuius occaſionem abſque iuſta cauſa præbuiſti? Ex part. 10. tract. 14. & Miſc. 2. Reſ. 29.

§. 1. SVppono tripliciter poſſe me alterum ad peccatum inducere. Primò directè, & formaliter, intendendo ruinam ſpiritualem, hoc eſt, ex deſiderio, vt proximus patiatur damnum illud ſpirituale. Secundò directè ſed non formaliter; quandò ſcilicet volo, quòd ipſe violet caſtitatem; non quia malum eius eſt; ſed quia inde lucrum aliquod ſpero. Tertiò indirectè, quando v. g. præuideo, quod ex mea actione proximus facile occaſionem accipiet peccandi: Ego tamen id non intendo.

Sup. hoc, quod hic ſuppoſitum in tom. 7. tr. 5. Reſ 2 per totam. & in Reſ. 3. §. vlt. & in §. 1. Reſ. not. ſeq. & in aliis eius primæ not.

2. Hoc ſuppoſito ad quæſtionem propoſitam negatiuè reſpondet Cardinalis Lugo *de Sacrament. Pœnitent. diſputat. 16. quæſt. 4. §. 2. à numer. 157. vſque ad numer. 159.* putat enim debere quidem explicari ſpeciem peccati ad quod proximus inducitur, quoties ſcandalum fit, primo, vel ſecundo modo, ita vt indirectè formaliter, vel ſaltem directè, intendatur peccatum proximi: non verò quando inducitur proximus, tertio modo hoc eſt præuiſa, ſed non volita directè eius ruina, ſeu periculo; nam in hoc caſu, ſatisfaciet pœnitens explicando malitiam ſcandali, licet non explicet ſpecies peccati, ad quod proximus induci poterat. Sufficiet ergo illi, ſi dicat: meo exemplo, vel opere, dedi occaſionem peccandi proximo, cùm deberem id præcauere. Ratio eſt; quia peccatum ſcandali, quandò indirectè ſolùm volumus periculum proximi

Sup. hoc ſupra in Reſ. 13. §. Sed difficultas. & in Reſ. 14. & 21. & infra in Reſ. 21 §. Sexto. & in Reſ. 22. §. 1. verſ. Vndecimo. & in tom. 7. tr. 5. Reſ 2. §. vlt. & in Reſ 3. §. etiam vlt.

mi, non aduerſatur alteri virtuti, niſi ſoli charitati, qua tenemur proximi mala impedire:ergo non videtur eſſe obligationem explicandi ſpeciem peccati ad quam ſcandalizatus inducitur; nam hæc materialiter ſe habet ad malitiam ſcandali, quod eſt ſolùm contra charitatem.

3. Verùm nominatim contra Cardinalem de Lugo nouiſſimè affirmatiuam ſententiam ſuſtinet eruditiſſimus Pater Albertus de Albertis ex Societate Ieſu, *de Ornatu Mulierum diſſ.* 1. *cap.* 5. §. 9. *Segmen.* 1. *num.* 16. *cum ſeqq.* & præter Sanchez, Vaſquez, & Coninch à Lugo citatos, hanc ſententiam tenet Pontius *de Matrim. lib.* 5. *cap.* 18. *n.* 11. Ouiedo, *vbi infrà*, Caſtrus Palaus. *tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 6. *punct.* 3. *num.* 1. *& ſeqq.* Trullench *in Decalogum, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 5. *num.* 6. *&* 13. Montesinus *in p.* 2. *quæſt.* 73. *artic.* 8. *quæſt.* 4. *n.* 149. Caietanus, *in* 1. 2. *quæſt.* 43. *art.* 1. & alij. Probatur hæc opinio, quia certum eſt, quomodocumque inducas, & pertrahas proximum, etiam indirectè dumtaxat, ad peccandum, ſiue opere aliàs bono; ſiue de ſe malo; te peccati eius, ad quod illum indirectè pertrahis, reum eſſe, ſiquidem eiuſmodi peccaties cauſa moralis, vt ſolidè probat Valentia 2. 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 18. *punct.* 2. Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 73. *diſp.* 122. *cap.* 1 *num.* 1. *&* 2. Thomas Sanchez *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 6. *num.* 2. Lorca 2. 2. *quæſt.* 43. *art.* 8. *diſp.* 56. *num.* 6. aſſerens non poſſe contrarium ſine temeritate affirmari, & Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 6. *diſput.* 6. *punct.* 3. *num.* 2. annuens eſſe improbabile. Atqui non potes eſſe cauſa moralis alieni furti, niſi id ſit tibi voluntarium ſaltem indirectè, vt liquet. Ergo cum tuo opere ſeu aliàs bono, ſeu de ſe malo ſis cauſa moralis indirecta non tantùm alieni peccati indefiniti, ſed etiam furti in ſpecie, id teneris in confeſſione planè explicare. Conſequentia eſt explorata, quia omnes illas ſpecies peccatorum teneris in confeſſione exponere, quæ tibi ſunt voluntariæ, ſaltem indirectè, quarumve moralis es cauſa, ſaltem indirecta, vt compertum eſt. Et confirmo, quia ſi tuo opere bono, vel malo intendis directè alterum inducere ad furandum, teneris in ſententia omnium exprimere in confeſſione inductionem proximi ad furtum. Ergo eamdem etiam teneris exprimere, etſi ea indirecta tantummodò. Conſequentia conſtat, quia ad contrahendam culpam, extra controuerſiam eſt, *ex* 1. 2. *quæſt.* 6. ſatis eſſe voluntarium indirectum. Vnde qui vult vindictam iniuriæ, etſi non velit directè offenſam Dei, imò licèt poſitiuè vellet Deum vindicta non offendi, nihilominus Deum ea vindicta indirectè offendit, vt planum eſt. Ergo, etſi tuo furto indirectè tantum velis furtum alterius ex tuo ortum, adhuc illius cauſa moralis indirecta es, quod ſufficit ad eam culpam contrahendam, necnon ad obligationem talis furti indirectè voliti neceſſariò explicandi ſubeundam; ſiue deinde tale ſcandalum ſpeciale ſit, ſiue generale tantummodò, quod nihil refert ad obligationem confitendi variandam. Cæteras rationes videbis apud Albertum, *vbi ſuprà*, qui ſolidè, & robuſtis probationibus firmat hanc opinionem, & reſpondet ſigillatim ad omnia argumenta, quæ pro ſua ſententia adduxerat Cardinalis de Lugo.

4. Verùm his non obſtantibus, opinionem dicti Cardinalis valde probabilem eſſe puto, vt rectè obſeruat ſapientiſſimus Franciſcus de Ouiedo *in p.* 2. *D Thomæ, tract.* 6. *contr.* 2. *punct.* 6. *num.* 96. & illam abſolutè ſequitur nouiſſimè Leandrus *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 8. §. 5. *quæſt.* 7. Sed au in ſcandalo indirecto duplex virtus violetur, Albertus, *vbi ſuprà, num.* 145. exiſtimat cum Suarez *diſp.* 10. *de Charitat. ſect.* 1. *num.* 10. Lorca, *diſp.* 56. *cit. num.* 10. & aliis, probabilius eſſe in ſcandalo etiam indirecto, duplicem

Sup. hoc ſuprà in Ref. 13. & in aliis eius not. primæ.

exiſtere, vnam quidem vitij particularis, vt luxuriæ ad quam proximus indirectè quoque inducitur; alteram autem peccati generalis contra bonum ſpirituale proximi; illam aduerſari virtuti particulari oppoſitæ, vt caſtitati: hanc charitati generali erga proximum, vel miſericordiæ, vel beneficentiæ, vel correptioni fraternæ: in ordine autem ad confeſſionem ſatis eſſe, ſi exprimas ſpeciem peccati, cuius occaſionem abſque iuſta cauſa præbuiſti. Nam virtus particularis caſtitatis obligat te ad non conficiendum proximum in grauem occaſionem eius amittendæ, vt patefecit: charitas verò, &c. tanquam virtus generalis obligat te ad non dandam eiuſmodi occaſionem, & ita ad vitandum proximi peccatum, non ſanè quatenus luxuria, v.g. & huius occaſio caſtitati opponitur (id quippe cauet maximè eadem virtus particularis, nempè caſtitas) ſed quatenus tantùm talis occaſio, & peccatum, quod caſtitati repugnat, nimirum luxuria; cedit in damnum ſpirituale proximi. Sed in confeſſione dum ais, datam à te grauem occaſionem luxuriæ proximo; ſufficienter inducas etiam malitiam contra charitatem fraternam, cùm huiuſmodi generalis malitia oppoſita charitati proximi ſatis in quolibet vitio particulari contra charitatem proximi intelligatur. Dùm enim fateris datam ſine cauſa iuſta à te occaſionem luxuriæ alteri, hoc ipſo manifeſtas, te fuiſſe indirectè cauſam moralem alienæ luxuriæ, & conſequenter etiam ſpiritualis damni, ac ruinæ proximi, quod tanquam genus in ſpecie ſatis in ipſa luxuria percipitur, atque exprimitur. Verùm de hac quæſtione à nobis *alibi* etiam actum eſt. Alibi in Reſ. annot. præter, &c.

RESOL. XVII.

Aliquis optabat mala notabilia, & contumeliis affici-bat ſororem, quæſiuit à me, an hæc circumſtantia eſſet explicanda in confeſſione, vel ſufficiat dicere, mihi coniunctam contumeliis affeci?

Idem eſt dicendum de patre, matre, filio, fratre, vxore.

Et an contumelia in Principem, vel Sacerdotem ſit circumſtantia mutans ſpeciem?

Et obiter notatur, quod copula habita cum conſanguinea, & affine, non ſit explicandus gradus ne que conſanguinitatis, neque affinitatis. Ex patt. 10. tr. 14. & Miſc. 4. Reſ. 18. aliàs 16.

§. 1. Affirmatiuè reſpondet Baucius *de Miſcell. Caſ. Conſcientiæ, tom.* 1. *quæſt* 436. vbi ſic ait: An ſi quis occidit Patrem, vel Matrem, vel optat ei malum, ſit circumſtantia mutans ſpeciem, an ſolùm aggrauans. Reſpondetur ex Nauarro *in Summ. cap.* 14. *num.* 11. eſſe circumſtantiam mutantem ſpeciem odium contra Patrem, & Matrem. Idem docet Henriquez, *de Pænitent. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. vbi extendit ad Principem, & ad Sacerdotem. Toletus *lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 1. extendit non ſolùm ad Patrem, vel Matrem, ſed etiam ad filium, Fratrem, & Vxorem, quia notabiliter ſunt coniuncti. Addo ego etiam ſororem. Ita ille.

2. Sed licèt hæc omnia probabiliora, & conſulenda ſint, tamen negatiuam ſententiam tanquam probabilem admittit Tamburin. *Opuſc. de Confeſſione, lib.* 2. *cap.* 7. §. 7. *num.* 48. vbi hæc aſſerit: Dices? Aſſerimus hic *num.* 48. ex probabiliſſima plurium ſententia turpem coniunctionem cum Conſanguineis non afferre diuerſitatem ſpecificam neceſſariò in Cóffeſſione explicandam, vt diuerſam ab alia coniunctione ſtrictioris Conſanguinei; quia licèt grauiùs ſit contrà vnum gradum v. g. contrà primum cum Matre,

quàm contra alium v. g. cum Consobrina delinquere, tamen magis, & minus speciem incestus diuersam non constituit. Ergo idem asserere debuimus supra *lib. hoc 2, capit. 5. §. 1. & 2.* in iniuriis illatis contra Consanguineos, vel affines, iniuriam illatam Patri, vel Fratri non esse diuersæ speciei ab iniuriis consortis contrà cæteros minus propinquos, quia pariter magis, & minus in debitu quod Consanguinei contrahunt non se continendi non afferunt diuersitatem specificam. Respondeo; certè vrget non improbabiliter paritas: Vnde probabiliter consequitur, tùm in hac materia de incesto, tum in illa materia de iniuria contra Consanguineos, vel affines inflicta non esse necessariò explicandam eiusmodi diuersitatem, sed sufficere si dicatur: Ego mihi coniunctos contumeliis affeci. Hæc Tamburinus: Ex cuius doctrina sequeretur in casu proposito, quem probabiliter non teneri ad explicandum in confessione contumelias fuisse illatas Sorori. Pro qua doctrina facit nouissimè Bordonus *in Miscellaneis. Decis. 479.* vbi sic ait: Incestus est copula habita inter Consanguineos, & affines ex copula licita vsque ad quartum gradum inclusiuè, ex copula illicita vsque ad secundum inclusiuè; explicandi autem sunt gradus ex communi sententia. Bonacina *quæst. 4. de Matr. p. 16. propos. 4.* contra Caietanum, D. Thomam, Giptium, Dianam, Faustum, quos pro se citat Mazuchellus dicens, *disp. 2. cap. 4. num. 18.* sufficere dicere: Commisi Incestum, non explicando gradum, neque Consanguinitatem, aut affinitatem; & certè placet id mihi, quia sic confessio non redditur onerosa, neque manifestatur persona in indiuiduo. Ita Bordonus. Verùm sententiam Baucij docet Cardinalis Lugo *de Pœnit. disp. 16. sect. 6. num. 307.* vbi docet quod iniuria inflicta Fratri, vel Sorori, sicut differt ab iniuria inflicta Parentibus, ita differt ab iniuria facta externis; atque adeò necessariò explicandum in confessione iniuriam fuisse factam fratri, vel Sorori.

Super hoc incestu infra in Ref. 18. §. Et tandem. & in Ref. 107. 108. 109. 110. & in Ref. 111. §. Los grados. & in Ref. 137. § Verum. cursim in fine, & in Ref. 163. §. Quarto sexto. & in Ref. 165. § In Ref. 31. & aliquid prope finem alterius Ref. earum notationum.

RESOL. XVIII.

An sit explicanda in confessione species contumeliæ, qua quis aliquem afficiat?

Idem est dicendum in detractione, & iudicio temerario.

Et an desiderans ex odio malũ, teneatur in confessione explicare speciem mali?

Et docetur, quod qui rumperet ieiunium in Vigilia cadente in quatuor temporibus, debet explicare vtrumque titulum ex natura rei.

Item, qui peccans quocumque peccato in Ecclesia, an debeat hanc circumstantiam in confessione exprimere, seclusa ignorantia, aut inaduertentia?

Et notatur, cum, qui toto anno se statuit non ieiunare, non audire Sacrum, non recitare Horas Canonicas, vnum peccatum committere, & sufficienter confiteri, si dicat, habui propositum non ieiunandi, non audiendi Sacrum, &c.

Item, quod qui eodem actu auferret tria vasa trium Dominorum, vnum peccatum committit, & sufficienter confitetur dicens, semel furatus sum.

Et quid, quando quis habuit sæpe pollutionem, cogitans multas vxoratas, vel Moniales?

Et tandem docetur non esse necessarium explicare in confessione gradus affinitatis, vel consanguinitatis personæ, ad quam quis luxuriosè accedit.

Sed ratione reseruationis aliquando est explicandus gradus, &c. Ex part. 11. tract. 7. & Misc. 7 Ref. 34.

§. 1. Nominatim contra me affirmatiuam sententiam tenet Pontius *in curs. Theol. disp. 46. qu. 7. conclus. 2. num. 74.* vbi sic ait: Dico aliquando specificandam speciem contumeliæ, qua quis aliquem afficit, dixi autem aliquando, nimirum quando aduertitur ad particularem malitiam, quæ est in vna contumelia præ alia. In quo casu probatur, quia honor diuersæ rationis ab alio læditur per vnam contumeliam, qui non læditur per alteram, & damna diuersæ rationis possent oriri ex vna contumelia ab illis, quæ ab altera prouenirent. Quis enim dubitat, quin qui aliquem vocaret adulterum, aut hæreticum, diuerso modo specificè læderet honorem alicuius, & diuersa specie nocumenta posset inferre, quàm qui vocaret ipsum furem, aut ebrium. Per quod patet ad fundamentum Lugo desumptum à Molina, nempè, quod per contumelias omnes non auferatur, nisi honor, & quod omnis honor sit eiusdem speciei; hoc enim ex dictis falsum esse constat.

Sup. hoc in Ref. 109. figuranter in §. 2. a lin. 3 & inferius in Ref. 143. §. Quarto tertio. & in Ref. 165 § In Ref. 28. & infra in Ref. 30. § vlt.

2. Et eodem modo de detractione dicendum arbitror, ac etiam de iudicio temerario, grauius enim specificè ostendit proximum, qui iudicat temerariè, quod esset hæreticus, quam quod esset fur cæteris paribus. Ita Pontius.

Sup. hoc in Ref. 2. not. præterita §. v & in Ref. 2. in eodem §.

3. Sed licèt hæc opinio sit probabilis, non minus probabilem negatiuam sententiam esse puto, quam olim docui, & nunc iterùm doceo, & me citato, præter Cardinalem Lugo tenet Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tract. 15. de pœnit. num. 1.* & me citato Gesualdus *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 19. cap. 4. num. 17.* & me citato tenet Leander *de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 3. quæst. 10. & 11.* qui etiam *quæst. 8.* me citato tenet, quod desiderans ex odio malum, non tenetur in confessione specificare speciem mali, quidquid in contrarium contra me, & Cardinalem Lugo afferat Pontius *vbi suprà num. 71.*

Sup. hoc odio infra in Ref. 36. & in alio §. eius annot.

4. Notandum est hic obiter, Pontium *num. 71.* docuisse, quod qui rumperet ieiunium in vigilia cadente in quatuor temporibus, deberet explicare vtrumque titulum ex natura rei, quis omittendo obseruare vigiliam præceptam in honorem Sancti, videtur non satisfacere reuerentiæ, quam ipsi tenetetur exhibere, & omittendo obseruare ieiunium quatuor temporum, videtur negligere finem, ad quem ieiunium illud ordinatur, quæ sanè duæ malitiæ sunt distinctissimæ speciei.

Sup. hoc infr. ex doctrina Ref. 58. § 2. ad medium. & in tom. 4. tr. 6. Ref. 63. §. Quæres.

5. Item *num. 84.* docet, quod peccans quocumque peccato in Ecclesia, debet hanc circumstantiam in confessione exprimere, seclusa ignorantia, aut inaduertentia, quia reuera apparet ex terminis fieri magnam irreuerentiam Deo, quando in loco sacro, qui est domus orationis, & specialiter ad cultum, & honorem ipsius consecratus, offenditur mortaliter.

Sup. hoc infr. lege doctrinam Ref. 19 & Ref. & §§ eius not. & Ref. 154. & aliarum eius annot. & in aliis Ref. huius tract.

6. Lugo concedit quidem quodcumque peccatum in Ecclesia commissum contrahere malitiam sacrilegij; videtur tamen id intelligere de malitia leui, ac propterea non necessario explicanda in Confessione: sed sicut peccando venialiter contraheretur malitia leuis sacrilegij; Ita sanè peccando mortaliter, videtur contrahi malitia grauis, & consequenter necessariò explicanda.

7. Ita Pontius; sed has duas opiniones quas vir doctus docet, puto non esse admittendas, cùm Doctores communiter contrarium sentiant.

8. Nota etiam, quod licet ego alibi aliter docuerim, tamen existimo probabile, eum qui toto anno statuit non ieiunare, non audire sacrum, non recitare Horas Canonicas; vnicum peccatum committere, & sufficienter confiteri, si dicat, habui propositum non ieiunandi, non audiendi sacrum, non recitandi Officium; sic si quis eodem actu auferret tria

Alibi infrà in Ref. 21. §. Primo. & in aliis eius annot.

Sup. hoc infr. in Ref. 21. § Sed his. à lin. 3. & in Ref. 22 §. 1. vers. octiuo. & in §. vlt.

tria vasa argentea tri m Dominorum, vnum peccatum committeret, & sufficienter confiteretur, dicens semel furatus sum materiam grauem. Ita docet Vericell. *in quæst. moral. tractat. 8. quæst. 17. numer. 2.* & Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 11. numer. 7. & 8.* vbi etiam probabiliter docet *num. 9.* [Que es lo mismo quando vno tuuo polucion con obiecto de muchas casadas, que no tiene obligacion à dezir el numero, bastarà, que confiesse la polucion y el pensamiento con casadas: y aun es probable que si tuuo por obiecto muchas casadas, ò monjas, que cumplira condezit, que tuuo por obiecto muger casada, ò Monja, porque los obiectos, que solamente son diuersos en numero, no multiplican los pecados, sino solamente los agrauan.

Sup. hoc & seqq. in hoc §. infra in Ref. 21. §. Quinto. & in Ref. 22. §. 1. post medium, vers. Decimo. & in Ref. 23. § Et ideo. ad medium, à vers. Secus.

9. Et tandem nota, quod ego olim probabiliter docui non esse necessarium explicare in confessione gradus consanguinitatis, vel affinitatis personæ, ad quam quis luxuriosè accessit; Et præter Doctores alibi à me adductos, ita tenet Ioannes de Soria *in Epllogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disputat. 7. §. circa circumstantiam*, & me citato Remigius *in pract. confess. tractat. 10. cap. 7. §. 9. numer. 8.* & me citato Ioannes Henriquez *in pract. quæst. sect. 8. quæst. 14. numer. 21.* & me citato Martinus de San Ioseph *in man. confess. tom. 1. lib. 1. tractat. 10. de pœnit. numer. 20.* & me citato Marcus Serius *tom. 1. dist. 4. disput. vnic. quæst. 24. numer. 33.* & me citato Mazuchellus *de casibus reseruatis disputat. 22. cap. 4. difficul. 5. numer. 28.* vbi sic ait; His tamen non obstantibus alij satis probabiliter respondent, pœnitentem non teneri per se loquendo explicare circumstantiam consanguinitatis, aut affinitatis, neque diuersitatem graduum. Quorum ratio est, quia incestus inter consanguineos & affines non differunt specie in genere moris. Vnde in hac sententia, si quispiam habuisset copulam cum sorore, satisfaceret, si in confessione diceret, commisi incestum, absque eo, quod explicaret personam sibi coniunctam.

Alibi infra in Ref. 107. 108. 109. 110. & in Ref. 111 §. Los grados. & in Ref. 137. § Verum cur. sim in fine, & in Ref. 163. § Quarto sexto. & in Ref. 165. §. In Ref. 31. & suprà in Ref. præterita. §. vlt. post medium. vers. Pro qua doctrina. & aliquid prope finem alterius Ref. earum annot.

10. Neque obstat grauiorem esse illum incestum, qui cum matre, vel filia fuit commissus cum sorore vxoris; cùm enim grauitas hæc augeat malitiam intra eandem speciem, inde est, vt non sit necessario confitenda. Sicut grauius peccatum est furtum mille aureorum, quam centum, & tamen quantitas non est explicanda in confessione; sed satis est dicere surripui materiam notabilem. Ita ille; qui tamen subdit, quod aliquando ratione reseruationis esset explicandus gradus si in aliqua Diœcesi incestus in primo, & secundo gradu fuerit reseruatus. Quomodo qui rem habet cum Moniali, per se loquendo satisfacit, si dicat, se copulam habuisse cum obstricta voto castitatis. Et qui carnaliter cognoscit virginem consentientem, satisfacit si dicat, se fuisse fornicatum. Per accidens tamen, & ratione reseruationis aliquando est explicanda circumstantia personæ, quòd sit Monialis, vel quod sit virgo, puta si concurrat necessitas confitendi inferiori Confessori non habenti facultatem absoluendi à reseruatis.

11. Cæterum si pœnitens confiteretur superiori habenti facultatem à reseruatis absoluendi, satisfaceret dicendo commisi incestum, retenta sententia probabili, quod gradus non sint explicandi; fornicatus sum, licet persona esset virgo; vel obstrictam voto castitatis carnaliter cognoui, licet persona esset Monialis. Et ratio est, quia respectu superioris habentis facultatem ab illo peccato absoluendi, casus ille non dicitur ampliùs reseruatus; Sed si non est reseruatus pœnitens satisfacit, ita confitendo: ergo etiam tunc. Tum quia reseruatio non addit maiorem malitiam: tum quia sic circumstantia personæ est confitenda, vel hoc est ad tollendam culpam, vel ad tollendam reseruationem. Non primum, quia culpa sufficienter explicatur, vt probatum est. Neque secundum, quia si pœnitens superiori confiteretur sua peccata, & inculpabiliter obliuisceretur illius peccati reseruati, puta incestus cum matre, vel cum sorore, tolleretur reseruatio.

12. Et sic potest peccatum hoc vnicuique Confessori confiteri. Ergo multò magis ea tollent, si peccatum ipsum exprimat, dicendo incestum commisi. Et hæc omnia docet Mazuchellus, quæ sunt nimis notanda à Confessariis.

RESOL. XIX.

An qui vnico impetu profert in seruos plures iniurias, vocando illos fures, sodomitas, &c. an, inquam, aperienda sit quantitas, & numerus iniuriarum, & etiam personarum; vel sufficiat accusare se iniuriam grauem intulisse alicui, non explicando iniurias, neque personas?

Et quid, si quem Hæreticum, aut patriæ proditorem, aut quid aliud simile appelles?

Et an omnes contumeliæ sint eiusdem speciei?

Et doctrina supradicta primæ quæstionis applicanda, & practicanda est in detractionibus, & sic à multis scrupulis, & interrogationibus immunes Confessarij erunt.

Ex part. 1. tr. 7. Res. 28.

§. 1. QVoad primum respondent aliqui affirmatiuè. Sic Ioan. Yribarne *tom. 2. in 4. sent. dist. 17. disp. 25. sect. 8.* [Percontaberis (ait) qui in vno tempore plures iniurias vni dicit, quot committit peccata? Respondeo, quòd si iniuriæ prolatæ sint specie distinctæ, vt tu es fur, & Iudæus; tunc eiusmodi duæ iniuriæ erunt plura peccata.] Sic etiam ait Nauarr. *c. 6. n. 18.* Megala *in 1. p. inst. Confess. lib. 5. c. 12. num. 2.* & Henriquez *lib. 5. c. 8. n. 3.* Idem etiam docet Sanchez *in summ. lib. 1. c. 3. n. 39.* ex alio principio; & nouissimè Sancius *disp. 6. num. 1. & 2.* cum Tannero *in 2. 2. disp. 4. q. 2. dub. 4. num. 55.*

2. Ego verò contrariam sententiam sustinendam esse iudico, quam sequitur Zerola *in praxi pœnitem. c. 12. q. 48.* Et ratio est: quia omnes contumeliæ sunt eiusdem speciei. Ita Caiet. *in 2. 2. q. 72. art. 1.* Sotus *de iustit. lib. 5. q. 9. art. 1.* Emmanuel Sà *verb. contumelia, n. 1.* Molina *tom. 5. tract. 4. disp. 19. n. 3.* Azor. *p. 3. lib. 13. c. 5. dub. 1.* & Reginald *tom. 2. lib. 24. c. 5. n. 102.* vbi in terminis ponit decisionem nostræ quæstionis: asserit enim: [Tertium documentum est, omnes contumelias eiusdem speciei esse: quia quamuis in cæteris diuersitas cernatur, conueniunt tamen in ratione formali, quæ est intentio auferendi alteri suum honorem. Vnde sequitur, satis esse in confessione dicere: Toties contumelia affeci meum proximum, nec requiri, vt dicatur: Illum vocaui ebrium, scurram, adulterum, &c. Nisi quòd, vt addit Sotus, aliquando contumeliæ grauitas tantum augeri possit, vt eius expressio sit de necessitate confessionis, vt si quem Hæreticum, aut patriæ proditorem, aut quid aliud simile appelles.]

Sup. his contumeliis in Ref. præterita §. 1. & 3. & infrà in Ref. 37. recitatiuè post medium §. vlt. vers. Et ideo. & in Ref. 163. §. Quarto tertio, & in Ref. 165 § In Ref. 28. & hic infrà in Ref. 30. §. vlt.

3. Sed hæc limitatio Soti, quam etiam sequitur noster P. Molfes. *tom. 1. tract. 11. c. 22. n. 191.* procedit in opinione illorum, vt notat Azotius *vbi supra*, qui putant circumstantias aggrauantes esse in confessione aperiendas. Ego verò, qui tantùm circumstantias mutantes speciem, in confessione manifestandas esse puto, assero simpliciter, non esse necessarium, con-

tra Sotum, & Reginaldum, explicare contumelias graues; sed satis esse dicere: Toties contumelia affeci Petrum, Ioannem, &c.

Sup. hoc in Ref. 1. not. præterea, §. 2 & in Ref. 5. in eodem §.

4. Notent Confessarij, quòd etiam hæc doctrina est applicanda, & practicanda in detractionibus: & sic a multis scrupulis, & interrogationibus immunes erunt. Vide Bonac. *tr. de Sacr. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. difficult. 3. num.* 17. qui nostram sententiam probabilem vocat. Aliqua etiam, quæ ad hanc materiam pertinent, reperies *in tract. 4. de Sacram. tertia huius Operis Partis Resol.* 67.

Quæ hic est infrà Ref. 165.

RESOL. XX.

Vtrum, ita vt in superiori casu sentiendum sit, quando quis infert iniuriam pluribus personis, an vero sit necessarium explicare in confessione numerum personarum?

Sed resolutio huius casus pendet ex illa quæstione, vtrùm in eodem actu possint dari plures malitiæ, solo numero distinctæ? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 29.

§. 1. EXplicandum esse censuit Yribarne *in 4 sent. dist. 17. disp. 15. sect. 8. tom. 2.* nam, dum eadem iniuria in plures est prolata, tot peccata committuntuntur, quot personæ afficiuntur tali iniuria: damna siquidem causata in fama & honore, eatenus iuxta numerum personarum numerantur, vt nequeant cadere sub vnica existimatione, perinde atque damnum illatum io vita, Ita enim sentit Bonacina *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diffic. 3. n.* 16. vbi ait, qui pluribus iniuriam intulit, teneri numerum personarum exprimere: non, quia pluritas personarum, præcisè, sit circunstantia mutans speciem; sed, quia est obiectum terminans, & determinans ipsum actum, vt aliquid spectans ad ipsius substantiam quasi indiuiduam: cùm autem ipse actus indiuidualis exprimendus sit in coofessione, & hic exprimi sufficienter nequeat, non expresso numero personarum; sequitur, numerum personarum exprimendum esse. Et in terminis hanc opinionem sequitur, præter Zerolam *in praxi pœnit. cap. 12. q.* 48. & Henriquez *lib. 5. c. 5. n. 4.* sequitur, inquam, Vasquez, *vbi infrà*, & Tannerus *in 2. 2. disp. 4. q. 2. dub. 4. n.* 55.

Sup. hoc in Ref. seq. in principio, & ex cõsequentiis in multis aliis Ref. illã sequentibus.

2. Sed resolutio huius casus pendet ex illa celebri quæstione, vtrùm in eodem actu possint dari plures malitiæ, solo numero distinctæ? Negat P. Suar. *in 3 p. tom. 1. disp. 22. sect. 5. n.* 4. Affirmat Vasquez etiam *in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 1. dub. 4. n.* 4. Sed, licèt Suarex teneat negatiuam sententiam asserit tamen, confitẽdum esse necessariò oumerum personarum. Sed magis consequenter loquitur Vasquez: nam *n.* 8. ait: [Hoc dixerim in opinione hac, quam credo probabiliorem, in eodẽ actu esse posse duplicem malitiam solo numero differentem; cuius contrarium non existimo improbabile: & secundùm illam tenentur, qui eam sequuntur, dicere, eam circunstantiam non esse necessariò explicandam.] Vbi vides, eos, qui tenent, in eodem actu nõ esse posse plures malitias solo numero distinctas, quam opinionem probabilem vocat Vasquez, debere dicere in nostro casu, circunstantiam, & numerum personarum non esse in confessione aperiendum; iuxta sententiam, quam sequimur, circunstantias aggrauantes non esse aperiendas in confessione.

3. Dices: Vnitas peccatorum non tantùm desumi debet ex vnitate actionis; sed etiam ex multiplicitate personarum, circa quas versatur actio: sed in proposito casu reperiuntur plures personæ, & plura subiecta, circa quæ versatur illa iniuria: ergo sunt plura numero peccata. Respondeo, vnitatem, & multiplicitatem peccatorum desumi ex vnitate, & multiplicitate personarum, & subiectorum, quando actio fit successiuè circa plures personas, non quando fit tota simul circa plures personas, vt in nostro casu: quando enim quis fert iniuriam erga decem homines, illa iniuria respicit illos decem homines, per modum vnius obiecti; & ideò vnica habitudine transcendentali ad illos tendit. Quapropter, licèt vnumquodque ex his obiectis per se posset terminare actum sibi adæquatum, & ita possent esse ad alia obiecta plures respectus distincti; tamen vt cadunt sub tali actu, nullum illorum obiectorum per se sufficit ad terminandum aliquem respectu illius actus, sed solùm omnia coniunctim. Ergo, &c. Sed, his non obstantibus, contrariam sententiam cum Vasquez, tenendam esse puto, & cum citatis DD. Sed ad alia deueniamus.

RESOL. XXI.

Vtrum in eodem actu possint dari plures malitiæ solo numero distinctæ, & in confessione aperiendæ?

Et de hac quæstione pendet decisio multorum casuum in praxi sæpius occurrentium.

Et inter alia, quæ ex doctrina supradictæ quæstionis inferuntur, septem casus designantur in textu huius Resolutionis.

Et tandem notatur, quod si quis vno ictu tres occideret Clericos, in tres excommunicationes incurreret.

Idem est dicendum de irregularitate.

Secus autem si ter percuteret Clericum, nam tunc vnam tantum incurreret excommunicationem. Ex part. 5. tr. 4 Ref. 163, aliàs 164.

§. 1. DE hac quæstione pendet decisio multorum casuum in praxi sæpiùs occurrentium Partem negatiuam tenet Filliucius *tom. 2. tr. 21. c. 8. n.* 320. Layman *in Theol. mor. lib. 1 tract. 3. c. 3. n. 2.* Duardus *in Bull. Cæn. lib. 3. § 3. q. 2. n. 5.* Megala *in 1. part. lib. 5. c. 12. n. 4.* & Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 22. sect. 5. n.* 33. vbi tamen asserunt, in hoc casu debere explicari eas circunstantias in confessione, non, quia multiplicant peccata, sed, quia augent peccati grauitatem. Et ratio est, quia licet actus tendat in plura obiecta materialiter distincta, non tamen tendit in illa per modum plurium, sed per modum vnius.

2. Sed qui probabiliter tenet circunstantias aggrauantes non esse in confessione explicandas, poterit consequenter sine peccato in tali casu istas reticere, quod minimè dicendum est. Et ideo affirmatiuam sententiam amplectandam esse puto, quam etiam tenui *in tr. de circunstantiis resol.* 29. cum Vasquez, cui nunc addo Salas *in part. 2. tr. 13. disp. 3. sect. 2. num.* 19. Axorium *tom. 1. lib. 4. c. 4. quæst. 5. & 6.* Henriquez *lib. 5. c. 5. n. 4.* Pesantium *in addit. ad 3. p. 3. q. 10. disp. 3.* Yribarne *in 4. sent. tom. 2. dist. 17. disp. 15. sect.* 8. Clauem Regiam *lib. 2 c. 5. n.* 14. & alios. Dico igitur, quòd in eodem numero actu physico reperiuntur plures malitiæ morales numero distinctæ, & consequenter censentur plura numero peccata, quæ omnino sunt in confessione explicanda.

Quæ hic est Ref. antecedens, & ex consequentiis in multis aliis hanc Ref. sequentibus.

3. Ex hac secunda opinione infertur.

Primò, quòd qui statuit totam Quadragesimam vnico voluntaris actu non ieiunare, tot peccata committere, quot sunt dies Quadragesimæ; & idem dicendum est de eo qui statuit omittere Missam, vel Officiom diuinum per totum annum; aut habuit voluntatem occidendi multos homines, quod etiam intellige de simplici complacentia voluntatis, ac delectationis morosæ. Vnde si quis de præsenti sibi complaceat, seu delectetur morosè, de triplici actu nefando antea habito, committere tria peccata delectationis morosæ moraliter oumero distincta, & in confessione aperienda. Vide Molfesium *in sum. tom. 1. tr. 8. c. 7. n.* 19. Salas *in p. 1. tr. 13. disp. 5. sect. 6 n.* 6. Pesantium *in addit. ad 3. part. q. 10. disp. 3.* & alios.

Sup. hoc suprà in Ref. 18. §. Nota. & infrà in Ref. seq. §. 1. vers. Nono. & in Ref. 1. post seq. in fine.

4. Secun

Sup hoc in Reſ. ſeq. §. 1. verſ. Quinto.

4. Secundò infertur cum Nauarro *in cap. 6. numero* 18. Vgolino *de conſ. tab. 1. capite* 16. §. 3. Megala *in 1. part. lib. 5. cap.* 12. *n.* 4. *ad* 2. & aliis, Petrum, v.g. volentem occidere Paulum cum tota ſua familia, duo tantùm peccata interna homicidij committere; quia tota familia in iure pro vna perſona reputatur, & vna familia eſt multarum perſonarum collectio, ſicut grex ouium, & bibliotheca, eſt quoddam totum ex multis rebus tanquam ex partibus conſtitutum.

Sup. hac nota in Reſ. ſeq. §. 1 verſ. Octauo. & §. vlt. &c. Sup. his diuerſis Dominis ſupra in Reſ. 18. §. Nota à lin. 8. &c.

5. Sed his non obſtantibus contrarium tenet Salas, & Molfeſius *vbi ſuprà*. Azorius *tom. 1. lib. 4. cap. 4. quaſ.* 3. & alij. Hîc etiam nota, quòd ſi libri furati, vel oues, v.g. eſſent plurium dominorum pro indiuiſo, non cenſeri plura numero peccata, vt docet Vaſquez *in 3. p. tom. 4. q. 91. dub. 4. n. 5.* licèt contrarium aſſerat Molina *tom. 4. diſp. 41. num* 4. ſecus autem ſi eſſent diuerſorum dominorum pro diuiſo; nam eſſent diuerſa peccata in confeſſione explicanda, & ita tenet Henriquez *lib. 5. cap. 5. num.* 4. Molina *loc. citat.* & alij.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. §. 1. verſ. Sexto.

6. Tertiò infertur vno ſermone maledicentem Deum, B. Virginem, & D. Petrum, tria peccata numero diſtincta committere. Sed quid dicendum de eo, qui maledicit Deum, & duodecim Apoſtolos, vel imprecatur mortem Paulo, & toti familiæ illius? Henriquex *lib. 5. c. 8. n.* 4 docet vnum peccatum committere. Fagundez *præc. 2. lib. 3. c. 5. n. 16.* Duardus *in Bull. Cœn. lib. 3. § 3. quaſt. 2. n. 3.* Megala *in 1. part. lib. 5. c. 12. n. 4. ad 2.* Vgolinus *de cenſ. tab. 1. c. 16. §. 3. n. 8.* & alij putant eſſe duo peccata: Vaſq. verò *in 3. part. to. 4. qu. 91. art. 1. dub. 4. n. 10.* Molfeſius *in ſum. to. 1. tr. 8. c. 7. n. 19.* Azorius *to. 1. lib. 4. c. 4. quaſ. 5.* tenent, in tali caſu tredecim peccata moraliter numero diſtincta committi, explicanda in confeſſione.

Sup. hoc in Reſ. & §. not. præterita v. Tertio.

7. Quartò infertur, lædentem eodem verbo famam, & honorem trium, tria peccata numero committere, in confeſſione aperienda; ſicut qui vno ictu occideret tres. Ita Filliucius *tom. 2. tract. 21. cap. 9. nu. 325.* Vribarne *4. ſent. tom 2. diſt. 17. diſp. 15. ſect. 8.* Vaſquez & Azorius *locis citatis*, & ego etiam alibi *reſol. 29. de circumſtan. aggrau.*

Sup. hoc ſupr. in Reſ. 18. §. Nota. prope finem. verſ. Quæres. &c.

8. Quintò infertur, ſimul recogitantem in vna mollitie plures coniugatas, plura peccata in illo actu phyſico moraliter numero diſtincta committere in confeſſione aperienda. Ita Henriquez *lib. 5. cap. 8. n.* 8. Reginaldus *to. 2. lib. 22 cap. 8. ſect. 9. in fine.* Toletus *lib. 3. c. 7.* & alij.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. §. 1. v. Vndecimo. & ſupra in Reſ. 15. &c.

9. Sextò infertur, inducentem vnico verbo quatuor, v.g. ad peccandum, quatuor peccata committere in confeſſione explicanda. Ita Sanchez *in ſumma, tom. 1. lib. 1. cap. 6. n. 8.* Vaſquez *in part. 2. q. 71. art. 7. n.* 15. Salas *in part. 2. tr. 3. diſp. 5. ſect.* 13. *num.* 110. & alij.

Sup. contento in hoc §. in Reſ. ſeq. §. 1. prope finem. verſ. Et ex eodem. & infra in Reſ. 26. §. Circa. ante medium, verſ. no peccan. & magis late in Reſ. 97. per totam.

10. Et tandem, Septimò à fortiori infertur quòd coniugatus, qui cum vxore alterius adulterium committit, vno actu duplicem malitiam iniuſtitiæ contrahit, vnam contra propriam vxorem, alteram contra virum alterius: ſimiliter Religioſus qui rem habet cum Moniali, committit duo ſacrilegia moraliter numero diſtincta: præterea, ſi quis vno ictu occidit tres homines, tria homicidia numero diſtincta committit. Et horum omnium ſupradictorum in præſenti reſolutione alia ratio adduci non poteſt; quia malitia peccati conſiſtit in reſpectu contrarietatis ad rectam rationem. Cùm autem actus dicat ordinem ad plura obiecta, ex quorum vnoquoque pro ſe prouenit contrarietas ad rationem, concedendum eſt eſſe plures malitias numero diſtinctas, & ideo plura numero peccata explicanda in confeſſione, vt ex vſu omnium Chriſtianorum patet.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. §. 1. v.

11. Notandum eſt etiam hic obiter, quòd ſi quis vno ictu tres occideret Clericos, in tres excommunicationes incurreret, vt Nauarrus *cap. 6. num.* 18. Vgolinus *de cenſ. tab. 1. cap. 16. §. 3. num.* 8. Molina *tom. 4. tract. 3. diſp. 41. n. 9.* Sayrus *de cenſ. lib. 1. c. 10. n 9.* Alterius *de cenſ. tom. 1. lib. 3. diſp. 10. cap. 8.* & alij. Et idem dicendum eſt de irregularitate. Secus autem ſi ter percuteret clericum: nam vnam tantùm incurreret excommunicationem, vt in ſuperiori reſolutione notauit, & docet Salas *in part. 2. tom. 2. tract. 13. diſp. 5. ſect. 8. num.* 91.

Quarto & magis late in to. 5. tr. 2 Reſol. 53.

Sup hoc infr. in Reſ 29. §. 1. in fine.

RESOL. XXII.

An ratione diſtinctionis numerica obiectorum peccata numero diſtinguantur?

Et pro praxi huius quaſtionis multi caſus curſim adducuntur, in corpore huius Reſolutionis; ſed fere omnes magis late in ſuis ſpecialibus Reſolutionibus iam in hoc ipſomet tractatu pertractantur? Ex part. 9. tr 9. & Miſc. 4. Reſ. 56. aliàs 55.

Alibi ſupra in Reſ 20. ſignãter à § 2. & in Reſ. 21. & infra in Reſ. ſeq. & in aliis eius tenuæ not. & ex conſequẽt. in multis aliis Reſ. huius tr. ſignantur in Reſ. 28.

§. 1. DE hac quæſtione alibi à nobis actum eſt; nunc illam iterum tracto propter aliquos caſus in particulari, qui ab ipſa deducuntur. Dico igitur, quòd aliqui negant; dicunt enim peccata non multiplicari numero propter multiplicationem indiuiduam obiectorum, atque adeò actum tendentem indiuiſibiliter in plura obiecta numero tantùm diſtincta, vnum tantum eſſe peccatum, & ſimplicem malitiam habere. Supponunt enim non poſſe duas malitias tantùm numero diſtinctas eidem ſubiecto ineſſe, quia omnia fundamenta eiuſdem rationis in malitiam eandem quaſi conſpirant. Hinc Pater Leandrus de *Sacr. tom. 1. tract. 5. diſput. 6. §. 3. quaſt 19 & ſeqq.* plures caſus deducit. Primò, qui vnico actu voluntatis vult v.g. decem homines occidere; aut ad decem mulieres eiuſdem conditionis accedere; aut ad eamdem mulierem decies accedere, non debet explicare illam circumſtantiam obiectorum. Secundò: qui de facto vnico ictu decem occidat homines, non committit decem peccata neceſſariò fatenda, ſed ſufficit confiteri ſolùm malitiam ſpecificam; non autem diſtinctè totam malitiam indiuidualem peccati; ſufficit enim dicere, occidi aliquos homines. Tertiò: qui vnico verbo lædit famam, & honorem v.g. trium hominum, non committit tria peccata. Quartò: ſi quis vnico ictu tres occidat Clericos, in tres excommunicationes, nec in tres irregularitates minimè incurrit. Nec Iudex ferens ſententiam mortis contra tres, incurrit tres irregularitates. Quintò: qui vult occidere Petrum cum tota ſua familia, vnicum tantùm committit homicidium. Sextò: qui maledicit Deo, & duodecim Apoſtolis, aut imprecatur malum Paulo, & toti eius familiæ, vnicum tantùm peccatum committit. Septimo: qui vno tempore, & actu pluribus iniuriam infert, non tot peccata committit quot ſunt perſonæ, quæ tali iniuria afficiuntur. Octauò: qui vnico actu ſurriperet à pluribus quantitatem notabilem, non plura committit peccata, nec tenetur in confeſſione explicare numerum perſonarum. Nono: qui vnico actu voluntatis ſtatuit omittere Officium Diuinum per integrum menſem, aut ieiunium per totam Quadrageſimam, vnicum tantùm committit peccatum; ſecus autem ſi poſtea dictum actum voluntatis executioni mandaret, non recitando, nec ieiunando; nam tunc tot peccata committeret, quot ieiunia frangeret, vel officia omitteret. Decimò: qui vnico actu mollitiei recogitat plures coniugatas, aut plures moniales, non committit plura peccata, ſed ſufficit dicere, habui mollitiem cum cogitatione in coniugatas, ſeu in moniales. Vndecimò: qui vnica vice ſcandalum dedit, non tenetur explicare

Sup. hoc primo infra in Reſ. 24. &c.

Sup. hoc ſecundo in Reſ. ſeq §. 1. in fine, & ſeq. &c.

Sup. hoc verſ. Tertio, & ſeqq. Quarto Quinto, & Sexto, ſeptimo, & Octauo in Reſ. præterita, in §. Quarto § vlt § Secundo. §. Tertio, §. Quarto, §. ſed his & pro Octauo etiã in §. vlt. huius Reſ.

Sup. hoc nono in fine Reſ. ſeq. & in aliis eius not. vlt.

Sup. hoc decimo in Reſol. præterita §. Quinto & in alio § eius annot.

Sup. hoc vndecimo in Ref. præterita § Sexto. & infra in Resol. 23 &c.

plicare numerum personarum; vt quando aliquis coram multis peccauit, vel turpia loquutus est. Et hæc omnia docet Pater Leandrus vbi supra; cui adde Tamburinum *in Opusc. 1. de Confess. lib. 2. cap. 1. §. 8. & 9.* quæ satis plausibilia erunt confessariis, & pœnitentibus. Sed ego in meo tractatu de circumstantiis plures de dictis casibus non admitto. Et secundum doctrinam Leandri, quis dicere posset probabile esse, Iudicem, qui simul duos homines extraheret ab Ecclesia, vnicam censuram incurrere; & eum, qui eodem tempore simul duos excommunicatos alloqueretur, vnicam etiam incursurum censuram. Et ex eodem principio videtur inferri, Religiosum habentem rem cum Religiosa, vnum tantum committere peccatum contra Religionem; & sufficere si in confessione dicat commisisse fornicationem sacrilegam, seu contra castitatis votum: nec aliquam video disparitatem inter circumstantiam coniugij tenentis se ex parte vtriusque coeuntis, & voti ex parte eorumdem se tenentis, nihilominus illationem hanc in Authoribus hucusque non reperi: id enim profectò mirum est in prædicto principio, quòd illius patroni pro conclusione legitimè ex illo deducta nouam semper quæstionem moueant hanc admittentes, illam negantes, & de pluribus dubitantes.

Sup. his fundbus seqq. in to. 5. tr. 2. Ref. 33. ad mediū, vers. aut in iudice.

Sup. hoc Religioso in Ref. præterita, §. Et tandem. ad lin. 5. & infra in Ref. 26 §. Circa hoc. ante medium. v. no pecan. & in Ref. 97. §. Dices. paulo post initium. vers. Confirmatur.

Sup. hoc in Ref. not. primæ huius Ref.

2. Sed vt verum fatear, licèt opinio affirmatiua circa difficultatem in titulo huius resolutionis propositam, sit satis probabilis; nam illam tenet Suarez, Fagundez, & alij viri docti: tamen magis mihi placet opinio negatiua; nempè peccata multiplicari numero quoties multiplicantur obiecta, ita vt si eodem actu quis quatuor fœminas concupiscat, quatuor committat peccata, vel si in tres personas maledicta coniiciat, tria committat peccata; & ita teneatur explicare numerum personarum, in quas maledicta coniecit. Ita Vasquez, Granadus, Tannerus Henriquez, & alij, quos nouissimè citat, & sequitur Doctissimus Pater Ouiedus *in part. 2. D. Thom. tr. 6. contr. 5. punct. 7. n. 12* 2. qui sic probat suam sententiam: In eamdem numero physicam actionem possunt coincidere duæ malitiæ specie distinctæ, vt admittunt omnes in fornicatione coniugati; ergo & duæ malitiæ numero distinctæ. Dices malitias specie distinctas non posse in vnum coalescere, & id posse malitias numero distinctas. Ex hac solutione argumentum desumo ad meam probandam sententiam. Duæ fornicationes, seu duo homicidia non possunt in vnum coalescere: ergo nec malitiæ ex illis desumptæ. Confirmatur: si quis ad meretricem accederet, animo committendi duas fornicationes, & vnam immediate post aliam absque vlla interruptione committeret, etiamsi ex vi eiusdem voluntatis actus in quo semper perstitisset, vtraque fornicatio procederet, duplex peccatum committeret; quia quælibet fornicatio est quoddam totum completum, & absolutum in seipso terminatum, & perfectum, & ita dum ad aliam procedit, nouum aliud committit peccatum, quod affirmat Suarez *de Pœnit. disp. 22. sect. 5. n. 34. & de censuris in genere disput. 2. sect. 3. num* 8. Ergo animus committendi has fornicationes tendit in duo peccata externa numero distincta: ergo habet duplicem malitiam. Confirmatur: actus externus, & internus efficax eadem malitia indiuisibili indiuisibiter afficiuntur, quia faciunt vnum in genere moris: ergo si datur duplex malitia externa, affectus efficax ex se tendens in vtramque, habebit duplicem malitiam. Deinde sequeretur ex sententia Soarij, eum qui vno actu decernit duplicem fornicationem, & ex vi eiusdem actus interni permanentis vtramque incontinenti exercet, vnicum peccatum committere, cuius oppositum affirmat idem Soarius locis citatis, propter rationem modò datam.

Sup. hoc infr. in Ref. 25. & in Ref. 27. à lin. 5. vers. Infero quinto. & in fine Ref. 117. & in Ref. 118. & 165. §. In Ref. 39. & supra in Ref. 15. §. penult. & vlt.

3. Ex his infert Ouiedus, eum qui simul decernit plures committere fornicationes, plures homines occidere, in plures personas maledicta iacere, pluribus simul eodem reuelato delicto honorem detrahere, tot peccatis numero distinctis peccare, seu tot malitiis numero distinctis in confessione necessariò aperiendis, in quantùm fieri poterit, quot sunt obiecta, circa quæ illius versatur actus. Idem dicendum videtur de eo, qui simul eodem dicto, in plures Sanctos blasphemat. Sed de his omnibus remitto mead ea, quæ dixi in dicto tractatu de circumstantiis.

4. Et tandem non deseram hîc apponere verba Castri Palai, *to. 4. tr. 23. punct. 9. n.* 8. vbi sic ait: Salas, & Vasquez affirmant, te non esse obligatum in peccato furti numerum dominorum declarare; quia ex eorum multiplicitate non videtur peccatum multiplicari, cùm sit eadem priuatio dominij, idemque damnum; tametsi plures illud patiantur, in quo est latum discrimen ab eo, qui vno actu plures occideret, vel vulneraret, vnicóque verbo famam plurium læderet; vel id præstare vellet, quia occasiones, vulneratione, famæque læsiones distinctæ sunt, & vna ab alia non pendet nisi in causa, & consequenter voluntas illorum multiplex est moraliter pro multiplicitate damni inferendi. Debet ergo in confessione manifestari. Ita ille, cui adde Trullench *de Sac. lib. 4. c. 6. dub. 4. n. 7. & 27.* cum Escobar *in Theol. moral. tr. 7. Exam. 4. cap. 7. n. 36.*

Sup. hoc sup. in §. 1. huius Ref. vers. Octauo. & in Ref. præterita §. Sed his. & supra in Ref. 18. §. Nota etiam. paulo post initium v. Sic siquis.

RESOL. XXIII.

An si quis vnica voluntate voluisset plures homines occidere; aut pluries ad mulierem accedere, &c. teneatur hanc circumstantiam confiteri?

Et quid est dicendum, si quis vnico actu voluntatis vellet plures occidere, quorum vnus est Pater proprius, alter Sacerdos, & alter sæcularis?

Et quid, si vnico actu voluntatis quis desideraret, & delectaret se de tribus feminis, quarum vna esset Monialis, altera coniugata, & alia soluta?

Et an secus sit dicendum, & sentiendum, si omnes tres essent solutæ, coniugatæ, aut Moniales?

Idem erit in casu, quo quis vnico actu voluit omittere Officium diuinum per mensem: vel ieiunium per totam Quadragesimam, quod sufficiet, si dicat in confessione se voluisse frangere, ieiunium, vel officium diuinum non persoluere, &c. Ex part. 1. tr. 7. Ref. 17.

Sup. prima diffic. huius tituli in Ref. præterita, & in aliis eius primæ not.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Doctores, qui putant in eodem actu esse posse duplicem malitiam solo numero differentem, vt docet Vasquez, *vbi infrà*. Et exemplum erit in illo, qui vno actu odij feratur in decem homines: committeret enim vnum peccatum physicè, in quo essent decem malitiæ mortales numero distinctæ; quia sunt decem obiecta integra quorum quodlibet ex se aptum esset constituere vnum peccatum: sunt enim decem iniuriæ diuersæ numero, quæ fierent decem distinctis hominibus: sicut, qui vno ictu occideret decem homines, faceret vnum peccatum physicè, rationes vnius actionis, in quo essent decem malitiæ homicidij.

Sup. hoc odio in Ref. 3. annot. seq. §. Illud. ad medium.

2. Sed contrariam sententiam tenet Suarez *in 3. p. to. 4. disp. 22. sect. 5. n. 35.* & alij, qui putant, huiusmodi obiecta diuersa numero, materialiter, & physicè facere tantùm actum peccati grauiorem; esse autem vnum obiectum formaliter, & moraliter; ideò, licèt singula, si per se sumantur, possint dare malitiam numero diuersam; tamen quatenus omnia coniunguntur in vno actu hîc, & nunc, nullum ex iis per se illam confert, sed omnia simul per modum vnius concurrūt ad vnā, & eandem malitiam. Itaque ex hac secunda opinione apparet, obiecta diuersa numero non multiplicare peccata: sed tātùm aggrauare: & ideò secundum illam

Sup. hoc ictu infra in Ref. 26. à principio & in Ref. 27. & in Ref. 28. §. vlt. in principio & in Ref. præterita §. 2. vers. Secundo.

dicendum

dicendum eſt, talem circunſtantiam non eſſe in Confeſſione aperiendam, vt rectè notauit, licèt ipſe contrariam ſententiam teneat, Vaſquez *in 3.part. tom. 4. queſt.91. art.10. dub.4. num.8.* vbi ſic aſſerit: [Hoc dixerim in opinione hac, quam credo probabiliorem, in eodem actu eſſe poſſe duplicem malitiam ſolo numero differentem, cuius contrariam non exiſtimo improbabilem: & ſecundùm illam, qui eam ſequuntur tenentur dicere, eam circunſtantiam non eſſe neceſſariò in Confeſſione explicandam.] Ita Vaſquez.

3. Et ideò ex neotericis docuit hanc ſententiam, ex noſtris P. Megala *in 1. part lib.5. cap.12. num.4.* vbi expreſsè aduerſus Azorium probat, quòd ſi aliquis vnico actu voluntatis decem homines occidere velit, non tenetur quantitatem huius caſus in Confeſſione explicare: quia, præter rationes adductas, ſicut vnicus & indiuiſibilis actus charitatis erga decem homines, vnicam, & indiuiſibilem charitatem habet; ita vnicus, & indiuiſibilis actus odij erga totidem homines, vnicam, & indiuiſibilem habet malitiam: ſed, qui vnico actu voluntatis decem homines vellet occidere, vnicum actum odij haberet: ergo ſufficeret, hanc tantùm in Confeſſione explicare. Niſi tamen vnico actu voluntatis vellet plures occidere, quorum vnus eſt pater proprius, alter Sacerdos, alter ſæcularis: in quo caſu vnum committeret peccatum; ſed plures habens deformitates, ſcilicet, homicidij, parricidij, & ſacrilegij. Sicut qui vno actu voluntatis deſideraret, & delectaret ſe de tribus fœminis, quarum vna eſſet Monialis, altera coniugata, & altera ſoluta: ſecus, ſi omnes tres eſſent ſolutæ, vel coniugatæ, vel Moniales: nam in hoc vltimo caſu, non autem in primo, ſufficit, ſi pœnitens dicat, ſe moroſam delectationem habuiſſe ſuper Moniali, vel ſoluta, vel coniugata: & non erit neceſſariū dicere, delectationem fuiſſe ſuper tres Moniales, vel tres ſolutas, vel tres coniugatas: quia, vt dictum eſt ex ſententia ſupradictorum DD. obiecta tantùm diuerſa numero non multiplicant peccata, ſed aggrauant. Et idem dicendum erit ſecundùm hos DD. in caſu, quo quis vno actu voluit omittere Officium per menſem, vel ieiunium per totam Quadrageſimam: ſufficeret enim, ſi diceret in Confeſſione, ſe voluiſſe frangere ieiunium, vel Officium non perſoluere. His tamen non obſtantibus, puto, contrariam ſententiam Vaſquez amplectendam eſſe, & ita in praxi obſeruatur, & docet nouiſſimè Granado *in part. 2. Thomæ, contr.7. tract. 2. diſp.5. n.10.* & Malderus etiam *in p.1. q.20. art.4. diſp.99.*

Sup. hoc infr. in Reſ. 24. & in Reſ. 26. §. Hæc obiectio. paulo poſt initium, & in §. Circa ante medium & in Reſ. præterita §. 1. v. Primo. &c.

Sup. hoc in Reſ. 1. not. præteritæ ad medium verſ. Ac propterea.

Quoad hoc ſupr. lege doctrinam Reſ. 18. §. Nota etiam ad medium. verſ. Quæres. & in aliis §§. eius not. & ſignanter pro hac delectatione ſupra in Reſ. 15. § Nota.

Sup. his & ſimilibus ſupra in Reſ. 18. §. Nota etiam & in Reſ. 21. §. Primo quod. & in Reſ. 22. §. 1. ad medium verſ. Nono.

RESOL. XXIV.

An qui vnico voluntatis actu vult plures homines occidere, committat plura peccata?

Et quid in prædicto caſu, ſi vnus eſſet Pater proprius, alius Sacerdos, alter vero ſæcularis? Ex part. 7. tr. 11. & Miſc. 2. Reſ. 32.

§. 1. HAnc ſententiam alibi pertractaui, & quia quæſtio eſt difficilis non deſinam hîc apponere opinionem Ioannis Caramuelis *in Regulam D. Benedict. diſp. 62. num. 910.* vbi ſic ait: Vnitas moralis deſumitur ab actu volūtatis, non à re phyſica. Hinc patet, duo eſſe peccata, velle eundem hominem occidere diuerſis actibus. Puta, ſi Petrus vellet interficere Ioannem & poſtea voluntatem hanc retractatam iterum exercitaret; quia licet Ioannes in eſſe phyſico ſit vnus, prout in voluntatem Petri eſt, eſt duplex; fuit enim obiectum duorum actuum. Hinc patet, etiam eſſe vnum peccatum, velle vnico voluntatis actu occidere duos; quia, licèt hi ſint plures in genere phyſico, in voluntate ſunt per modum vnius; nam vnius actus non datur niſi vnum obiectum: vnde, licet velle occidere duos ſit maius peccatum, quàm velle occidere vnum, non tamen eſt duplex peccatum, Quare in mea ſententia, quæ tenet circumſtantias, maximè aggrauantes, non eſſe in confeſſione aperiendas, ſufficeret illi in confeſſione dicere, volui ſemel occidere; quia non voluerat bis, vt ſupponitur; quod autem voluerit vnum, aut quatuor actum aggrauat, ſed non multiplicat, & ita ſolùm eſt extenſio materialis, nec eſt opus, explicetur. Ac propterea volens vnico voluntatis actu occidere Patrem ſuum, & vnum Sacerdotem, deberet in Confeſſione dicere: Volui ſemel occidere, & erat in hoc actu circumſtantia Parricidij, & ſacrilegij; nec teneretur explicare, vtrùm idem eſſet Pater qui Sacerdos, an diuerſus; quia Parricidium, & ſacrilegium, ſunt circumſtantiæ mutantes ſpeciem, ideoque neceſſariò manifeſtandæ Confeſſario: quod autem iſte Sacerdos, & Pater diſtinguantur in eſſe phyſico vel non, eſt quid peccato materiale. Ita Caramuel; cuius doctrinæ multùm fauet Cardinalis de Lugo *de Sacr. Pœnit. diſput. 16. ſect. 4. num.135. & ſeq.* Licet poſtea *num.* 141. aſſerat voluntatem occidendi plures communiter non explicari bene in confeſſione dicendo feci homicidium, aut habui voluntatem homicidij. Et nouiſſimè opinionem Caramuelis tanquam probabilem admittit Ioann. Machadus *de Perfecto Confeſſ. tom.1. lib. 2. part.1. tract.1. docum.1. num.3.*

Albi in Reſ. præterita ſignanter in §. Et ideo & infra in Reſ. 26. §. Hæc obiectio. in principio. & in §. Circa. ante medium, & poſt medium, & in Reſ. 25. § vlt. ad medium, & ſupr. in Reſ. 22. §. 1. v. Primo.

Sup hoc in Reſol. 1. not. præteritæ in eodem §. ante medium & poſt medium & ſupra in Reſ. 22. §. 1. v. Primo.

RESOL. XXV.

An qui ſucceſſiue, & vno impetu ter, v.g. fornicaretur, committat tria peccata, vel vnum?

Et pro firmanda doctrina huius quæſtionis alij diuerſi caſus adducuntur in textu huius Reſolutionis, ſed iam omnes in ſuis propiis Reſolutionibus in hoc tractatu diſcutiuntur, vel iam ſunt diſcuſſi? Ex part. 1 r. tr. 1. & Miſc. 1. Reſ. 2.

§. 1. VNum tantum peccatum committere nominatim contra me contendit probare ſapientiſſimus & amiciſſimus Ioannes Caramuel *in Theologia fundamentali fundam.29. numero* 494. vbi ſic ait: Si qui vnico luxuriæ impetu ad multas fœminas accederet, & à fortiori ſi pluries ad eandem, vnicum peccatum committeret: Quod etiam dici debet, ſi dialecticari velimus; ſed quid eſt vnus luxuriæ impetus? Videretur ille qui vna nocte ſuæ Amaſiæ condormit; vnico luxuriæ impetu commotus eſſe: Hanc opinionem tenet Zanardus Dominicanus, qui *in direct. Confeſſ. part. 1. de ſacrament. pœnit. cap.18. fol.* 204. docet, qui tota nocte Amaſiam habuit apud ſe, non debere dicere, ego eam cognoui tot vicibus, ſed feci quod potui, modò non habuerit interruptionem mentis, vel operis. Legunt Zanardum aliqui, & neſciunt cur obliget ille pœnitentem ad dicendum, feci quod potui, cum videatur pœnitens ex eiuſdem fundamentis ſatisfacere dicens, ſemel ſum fornicatus, legit illum Diana *part. 3. tract. 4. reſol.* 67. & ait (ſed fallitur; nam opera illa conſummata ſunt diſtincta peccata in Confeſſione aperienda: nec vnum reſpicit, & ordinatur ad alterum Ergo, &c.) ſed quid Zanardo Diana, ſi refert opinionem, docentem eum, qui conſequenter multas blaſphemias euomit vnicum peccatum committere, & adderet (ita Diana *part. 1. tract. 4. reſol.* 163. ſed fallitur; Nam ſingulæ blaſphemæ, ſunt ſingulæ, diuerſæ iniuriæ, diuerſæ actiones peccaminoſæ, & diuerſa peccata, & in confeſſione aperienda; Vna enim blaſphemia nullo modo ordinatur ad

Sup hoc ſupr. in Reſ. 15. §. Sed & in aliis §§. eius annot. & lege etiam Reſol. not. ſeq.

Sup hoc infra in Reſ. 118 & in aliis Reſ. §§. eius annot.

Quæ hic eſt infra Reſ. 165. §. In Reſ. 39 &c.

Quæ hic eſt infr. Reſ. 29. in eius §. vlt. & in aliis eius not.

ad alteram (ergo vel debet Diana hic subscribere, vel antecedentia delere.

2. Ego quidem sensi difficultatem,& ne mihi confiderem: hanc ego P.N.Pragæ, & Viennæ S. Theologiæ Doctori, & Professori Viro verè erudito,& in moralibus benè versato decidendam proposui, & iudicauit, eum qui vno itinere, aut coitu bis, aut ter concurret, vnicum peccatum commissurum, plura autem si inter fornicationem priorem & posteriorem intercedat temporis interuallum (ergo dicere debuit à fortiore, mulierem quæ antequam vir exoneret, bis concurrit, vnicum commisisse fornicationis peccatum) & ego etiam hic difficultatem inuenio, & in re dubia, & perplexa dico primo, sicut de periuriis, & blasphemiis; Ita de homicidiis, & fornicationibus in hac materia est philosophandum. Ergo videat Diana quid dicat de prioribus, & vel inuitus debebit de posterioribus pariformiter philosophari. Dico secundò, sicut de fornicatione; Ita de pollutione, sodomia, & aliis sordibus contra naturam erit philosophandum. Nam si habere tota nocte vnam fœminam est vnicum peccatum mortale; & si interuenient plures copulæ: Vnicum erunt pe catum mortale multæ pollutiones, aut contra naturales copulæ habitæ consequenter & vno impetu.

3. Hucvsque Caramuel, cuius sententia magis confirmari potest exemplo confessarij excipientis in peccato mortali, successiuè v.g. trium confessiones, quæ probabiliter asserunt plures Doctores; vnum tantum peccatum committere.

Sup.h[illegible] infr. in Resol. 27. §. Nec obstat. & in Ref. 42 & in Ref 164. § Nota etiam & in Ref 165. § In Ref 43. & supra eorum in Ref. 15. §. Et Emanuelem & infr. in Resol. seq. §. Hæc obiectio, ad medium. & supra in tr. 2. Ref. 5. cursum in fine §. 1. & in tom. 4. tr. 6. Ref. 116. §. vlt. à principio vsque ad medium. & breuiter cum Fagundez. & Rodriguez citatis in Ref. 2. & 4. huius not. 15. tum, in to. 6. tr. 4. Ref. 61. §. 1. in fine, & §. 2. in to 4. tr. 8. in fine Ref. 42.

4. Sed hanc sententiam minimè sustinendam esse puto; & ideò illam impugnant Eminentissimus Lugo *de sacram. pœnit. disp.* 16. *sect.* 4. *num.* 157. Constantinus Castro *mater. in collectione Theologia Moralis tract.* 1. *cap.* 6. *artic.* 4. *sect.* 4. & Tamburinus *opusc. de confess. lib.* 2. *cap.* 12. §. 8. *num.* 56. vbi sic asserit: Qui Sacerdos successiuè audit in peccato mortali plures confessiones vnam post aliam; in sententia probabili non committit plura numero distincta peccata; Idem dic si confessarius idem modicè deflexerit ad alios sermones minimè facientes ad eiusmodi ministerium: Vnde satis erit si dicat; Audiui vna vice plures confessiones absolutionem in statu peccati mortalis ministrando.

5. Contra, qui vna eademque nocte v.g. plures copulas habet cum eadem: multò magis; qui plures copulas; sicuti etiam, qui plures successiuè occidit, debet numerum explicare copulatum, & occisionum ratio est, quia hic sunt diuersi omnino actus consummati, nec vnus faciens moralem vnitatem cum alio, in præcedentibus verò illi actus v.g. detractionum ex se faciunt vnitatem moralem, sic enim modo humano æstimari solet. Ita ille, & communiter doctores.

6. Nec obstant exempla adducta à Caramuele in contrarium, & præcipuè illud de confessario excipiente in peccato mortali successiuè plurium confessiones; Nam respondeo primò ex Suarez *in* 3. *part. tom.* 5. *disput.* 5. *sect.* 3. *num.* 7. & Constantino *loco citato*, actionem humanam aut versari circa terminum, in quo perficitur, & completur ipsa actio; aut versari circa terminum indefinitum ac incertum, qui habet extensionem, & latitudinem: Si actio peccaminosa versatur circa terminum definitum; & in eo consummatur; tunc multiplicata actione multiplicantur & peccata; Si verò actio peccaminosa non habet terminum definitum & limitatum, tunc multiplicata actione successiua circa idem obiectum sine morali interruptione non multiplicantur peccata. Quo sic stante respondeo ad Caramuelem, fornicationem habere terminum definitum & limitatum, in quo complètur, & terminatur ipsa actio, quod quidem non accidit in aliis exemplis ab ipso Caramuele adductis; Ergo optimè Diana dixit, fornicantem ter cum fœmina, committere tria peccata, non autem qui vnico impetu tres blasphemias emomit, & ideò non deseram hic apponere verba doctissimi, & amicissimi Patris Escobar *in Theol. moral.* 10. 1. *lib.* 8. *sect.* 1. *cap.* 1. *n.* 51. Vbi, me citato, sic ait: Quando actio versatur circa terminum definitum, & in eo consummatur, multiplicata actione multiplicantur peccata, & consequenter tot censuratum es capax subiectum, quot actiones multiplicasti, Id patet in eo, qui sæpius successiuè fornicatur sine temporis mora, cum vna ac eadem persona: nam actus fornicationis habent terminum definitum in quo consummantur; fornicatio enim sequens non continuatur cum præcedente, nec cum ea efficit vnam actionem moralem. Ita ille.

7. Ad exemplum de confessario, quod est magis difficile, & facit magis ad confirmationem opinionis Caramuelis? Respondeo primò, illas actiones fieri per modum iudicij ex Concilio Tridentino, & communi Doctorum sententia; ergo illæ administrationes Sacramentales, licèt non sint diuersæ, si successiuè fiant moraliter videntur vniri, & effici per modum vnius à Confessario.

8. Quod quidem non procedit in fornicante, si successiuè diuersas fornicationes efficiat; Confirmatur, quia communiter in illa actione natura remanet ita lassa, & viribus destituta, vt egeat aliquo tempore, & nouis incitamentis ad denuo fornicandum; Ergo ex ipsamet natura apparet, illam actionem prorsus non habere dependentiam cum alia, nec moraliter dici posse cum alia vniri, & effici per modum vnius.

9. Non est igitur amplectenda opinio Caramuelis, qui fortasse ex suis principiis etiam inferret & diceret, Sacerdotem celebrantem in die Natiuitatis successiuè tres missas dici solitas, in peccato mortali, non committere tria peccata mortalia, sed tantùm vnum: Sed ego hanc sententiam alibi reprobaui, & nunc iterum refello.

Alibi in Ref. not. primæ. secundæ, tertiæ, & quintæ huius Ref & ex consequentiis in aliis multis Resol. huius tract.

RESOL. XXVI.

An qui vnica explosione tormenti bellici occideret decem homines, committat decem peccata in confessione necessario fatenda?

Et quid, si vnico voluntatis actu tres homines vellet occidere?

Et deducitur, an quando coniugatus cum coniugata adulteratur, & Religiosus cum Moniali habet copulam, contrahant duplicem, & inter se diuersam speciem malitia? Ex part. 11. tract. 3. & Miscell. 3. Ref. 3.

§. 1. Negatiuam sententiam sustinet nouissimè Pater Ioannes Pontius *in Cur. Theolog. disp.* 45. *quæst.* 7. *conclus.* 2. *numer.* 53. vbi sic asserit; Obiicies, qui furatus est centum nummos, debet illam quantitatem explicare, nec sufficeret dicere, quod furatus est decem, aut quantitatem sufficientem ad peccatum mortale, & tamen illa circumstantia non mutat speciem; similiter qui vno actu, verbi gratia vna explosione tormenti bellici interficit mille homines, præsertim intentione determinata tot interficiendi, debet id confiteri, & non sufficit dicere, quod interfecerit vnum, aut aliquos homines, vel aliquem numerum: sed illa etiam circumstantia non mutat speciem. Dices has circumstantias explicandas propter restitutionem annexam,

Sup. hoc in Ref. seq. §. 1. in fine, & in Resol. 1. post seq. & in Ref. 2. post seq. §. vlt. in principio, & supra Ref. 22. § 1. ante medium vers. secundo. & in Ref. 23. §. 1. in fine, à vers. sicut qui. & seq.

tam, quæ reſpectiuè ad tantam quantitatem damni deberet fieri.

2. Contrà; quia ſuppono, quod reſtituiſſet integrè ante, aut quod ipſe ſciret ſuam in hoc obligationem, & quod id diceret Confeſſario: tunc non obligaretur; ergo ſolutio hæc non ſubſiſtit.

3. Hæc obiectio eſt difficilis, & de ea fusè agit Cardinalis de Lugo, qui tandem concludit non eſſe neceſſario has circumſtantias confitendas, niſi interrogetur pœnitens à Confeſſario; Quam doctrinam confirmat auctoritate Marulli, & Megalæ *in inſtitutione Confeſſariorum* 1. *part. lib.* 5. *cap.* 12. qui id expreſsè tenet de voluntate interficiendi plures homines, & noſtri Em. Rodr. *tom* 2. *ſum. cap.* 14. *n.* 2. dicens eum, qui in peccato audit plures confeſſiones ſucceſſiuè non teneri ad confitendum numerum confeſſionum, de quo tamen, ac de numero hominum occiſorum, ac quantitate furti eſt eadem ratio. Et præterea; quia qui detrahit alicui familiæ non ſolet confiteri, nec interrogari de numero illius familiæ, nec qui præbet ſcandalum aliquibus præſentibus ſolet confiteri, aut interrogari de eorum numero.

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 24. & in aliis eius primæ not.
Sup. his ſucceſſiuis confeſſionibus in Reſ. ſeq. §. Nec obſtat. & in multis aliis eius not. & in Reſ præterita, §. Hucvſque, &c.

4. Circa hoc vix video prorſus vllam differentiam inter peccatum furti, & interficiendi plures homines; vnde videtur ſequi ex concluſione, quod non teneatur quis per ſe ad confitendam quantitatem furti, aut numerum hominum, quos vno actu interfecit; quia neutra circumſtantia mutat ſpeciem. Sed addo contra Lugo, pœnitentem non teneri conſequenter ad confitendam talem circumſtantiam, ſed ſufficere quod dicat, furatus ſum quantitatem mortaliter peccaminoſam, & interfeci aliquos homines. Et ſi Confeſſarius petat quantam, aut quot, ipſum poſſe dicere: non teneor ad hoc confitendum, impone mihi quamuis pœnitentiam conformem peccato mortali talis ſpeciei; & inſtrue, vt vis conformiter. Hucvſque Pontius, cui adde Martinum de San Ioſeph *in man. Confeſſ. tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 11. *de pœnitent. num.* 4. vbi ſic ait: [No comete mas de vn pecado el que con vn ſolo acto de voluntad quiſo matar veynte hombres, ò conocer carnalmente diez mugeres; y aſſi no tiene obligacion à declarar el numero de las perſonas, baſta que diga que quiſo matar algunos hombres, &c. Porque como va dicho es muy probable, que en vn miſmo acto no puede auer doblada malicia, numero diſtincta. De lo dicho ſe ſigue que ſe vno mata con vn impetu de ira de vna, vel ocho perſonas, no comete mas de vn pecado. Ita ille; qui etiam citat Cardinalem Lugo, & poſtea in *num.* 10. ſubdit, no pecan mas de vn pecado numero el caſado que adultero con muger caſada; ni el Religioſo que pecò con Monja, porque pecat con perſona del miſmo eſtado agraua dentro de la miſma ſpecie.] Et hanc ſententiam nouiſſimè tenet Conſtantinus de Caſtro *in Collect. Theolog. moral. tractat.* 1. *cap.* 6. *art.* 3. *ſect.* 3. vbi ſic ait: Volens vno impetu iræ occidere plures homines eiuſdem rationis, vno ſermone detrahens de pluribus, aut plures conuitiis afficiens, aut vnico ictu plures occidens, non committit plura peccata, quot obiecta ſunt eiuſdem rationis, circa quæ verſantur hæ cogitationes, locutiones, & operationes eodem tempore, ſine morali ſaltem interruptione: ſic ille. Sed licet hæc opinio ſit probabilis, ego non diſcedo à ſententia affirmatiua, quam docui, & quam nouiſſimè docet Hermannus Buſembaum *in medulla Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. *dub.* 6. *num.* 3. Ioannes de Soria *in epilogo ſummana part.* 2. *tract.* 1. *ſect.* 1. *diſput.* 6. §. *circa circumſtantiam*, & Pater Verricelli *in qq. moral. tractat.* 8. *quæſt.* 17. *numer.* 7. vbi ſic ait: Reſpondeo igitur, quod quando quis occidit tres homines vno ictu, debet explicare ſe tres occidiſſe, quando autem non occidit, ſed voluit eodem voluntatis actu tres occidere, ſufficit dicere, ſemel optaui occidere. Ratio diſparitatis eſt, quia quando occidit, tunc adſunt tres conſummationes eiuſdem prauæ voluntatis; certum eſt enim fatendum eſſe opus externum, ſeu conſummationem peccati, nequit autem id explicari, niſi dicendo ſe tres occidiſſe: At verò in actu interno non conſummato; cum vnus ſit, neque multiplicetur ex multiplicitate obiectorum, proinde ſufficit explicare ſemel habuiſſe actum voluntatis decidendi, tacendo an vnum: plures, aut quot homines occidere voluerit; Ita ille. Diſplicet etiam id, quod Martinus de San Ioſeph aſſerit ſuprà, nam quando coniugatus, cum coniugata adulteratur, tunc contrahit duplicem, & inter ſe diuerſam ſpeciem malitiæ adulterij, vnam propter fidem fractam propriæ vxori, alteram propter cooperationem, qua cooperatur coniugatæ, vt marito fidem datam frangat; ſed frangere fidem differt ſpecie à peccato cooperationis frangendi fidem. Itaque in hoc caſu faciunt duplicem iniuriam; coniugatus enim facit iniuriam vxori ſuæ vtendo aliena, & marito alienæ vtendo ipſa. Religioſus etiam facit iniuriam Deo, qui vouit caſtitatem, quatenus ipſemet frangit votum ſuum, & aliam iniuriam, quatenus concurrit cum altera perſona ad frangendum alterum eius votum.

Sup his infrà in hoc ipſomet §. prope finem à verſ. Diſplicet. & ſeqq. & ſuprà in Reſ. 21. §. Et tandem. & in Reſ. 22. §. 1. prope finẽ. à verſ. Et eodem. & infra in Reſ. 97. per totam.

Sup hoc ſuprà in Reſ. 24. & in aliis eius primæ annot

5. Quæ ratio eſt melior, quam illa, quam adducit Cardinalis de Lugo; nempè quod in peccato talium ex circumſtantiis illis vtriuſque perſonæ ſint malitiæ diſtinctæ ſpeciei, nam diuerſæ ſpeciei peccatum eſt violare votum ſuum, & concurrere ad violationem voti alterius.

6. Hæc enim ratio ſupponit falſum, nam prorſus eadem ſpecie malitia eſt in hoc, quod tu ipſe fureris, & quod concurras cum alio ad furandum, & in procuranda pollutione propria, ac aliena. Vide Soriam, & Verricelli *locis citatis*, & Pontium *num.* 71.

RESOL. XXVII.

An qui vno conflictu cum pluribus pugnaret, & ſucceſſiue, v. g. occideret tres, committeret vnum tantum peccatum? Ex part. 11. tract. 5. & Miſc. 5. Reſ. 45.

§. 1. EMinentiſſimus Dominus meus Cardinalis Lugo videtur affirmatiuam ſententiam docere, licet dubitatiuè, & cum formidine, ſic enim aſſerit *de Pœnitent. diſp* 16. *ſect.* 14 §. 2. *num.* 57. Infero quinto, quid dicendum ſit de illo, qui ter copulam habuit cum eadem: Aliqui volunt ſufficere quod pœnitens dicat, fui cum meretrice vna nocte, & feci quod potui. Ita Zanardus Dominicanus *in directorio Confeſſariorum part.* 1. *de Sacrament. pœnitent. c.* 18. dummodo non habuerit incorruptionem mentis, vel operis. Cæterùm iuxta regulam traditam dicendum videtur, eſſe tria peccata, cùm vna copula non faciat vnum cum alia, ſed ſingulæ ſint actiones completæ, & totales; quod idem dicendum eſt de illo, qui ſucceſſiuè occidit tres homines ſibi etiam ſucceſſiuè occurrentes propter eam rationem, aliud fortaſſe eſſet, ſi vno impetu illos omnes aggrederetur, vt vno conflictu contra eos pugnaret, & illos occideret: tunc enim videntur habere vnionem moralem, quatenus conſtant vnum congreſſionem, & conflictum. Ita Lugo.

Super hac quæſt. ſuprà lege doctrinã ex Reſ. 25. §. 1. in fine, & ſeq & in Reſ. 26. à principio, & infrà in Reſ. ſeq. §. vlt. in principio, & in alio verſ. earum annotationum, quamuis in aliquo diſtent ab hac quæſtione.
Sup. hac doctrina in §§. ſeqq. huius Reſ. & infrà in fine Reſ. 117. 115. & in Reſ. 165. §. In Reſ. 39. & ſuprà in Reſ. 15. § penult. & vlt. & in Reſ. 22. § Sed. ad medium, verſ. Confirmatur. & in Reſ. 25.

Sed contra illum inſurgit nouiſſimè Dicaſtillus *de*

sa ram. tom. 2. tract. 8. disput. 9 dub. 2. num. 79. si enim satis esse videtur quod in eodem conflictu, & pugna id fiat (vt aliqui docent, non video quomodo id possit conciliari cum impugnatione, qua etiam illi vtuntur contra Zanardum) cuius doctrina si ratione agamus, tam probabilis est, atque doctrina de occisione trium in eodem conflictu, seu pugna. Atque in primis hoc primum respondere posset Zanardus, quem impugnam, sicut enim tres occisiones in vna pugna martiali inter se sunt actiones distinctæ totales, & completæ, & vna non est pars alterius, nec ordinatur ad illam: nihilominus tamen quia fiunt in eodem congressu martialis pugnæ, & conflictus, putare possunt ij Theologi id esse satis, vt eæ actiones tam distinctæ, & non subordinatæ possint coalescere in peccatum moraliter vnicum, sic etiam tres fornicationes in vna pugna venerea (liceat sic loqui) inter se sunt actiones distinctæ totales, & non subordinatæ, & vna non est pars alterius; nec ordinatur ad illam; ergo etiam quia fiunt in eodem congressu venereæ pugnæ & conflictus, putare potuit Zanardus id esse satis, vt eæ actiones tam distinctæ, & non suburdinatæ possint coalescere in peccatum moraliter vnicum. Nec video minorem vnitatem vnius continuati accubitus cum meretrice, donec consumentur tres fornicationes, quam vnius continuati conflictus & pugnæ cum hostibus, donec consumentur tres occisiones.

3. Quò ad opinionem verò Zanardi, quam ego ante Cardinalem Lugo impugnaui, merito etiam illam refellit Ouiedo *in part. 2* D. Thomæ *tract. 6. contr. 5. punct. 5. num.* 115. Dicastillus *vbi supra num.* 78. itaque qui plures fornicationes eadem nocte commisit, etiamsi absque vlla animi interruptione, quantumuis continuæ, & cum eadem fœmina exercerentur, peccat pluribus peccatis numero distinctis, necessariò in confessione explicandis, quia quælibet fornicatio in se est absoluta & completa, & nullam connexionem habet cum alia. Nec temporis continuatio potest vnire actiones externas in se absolutè completas, & suo genere adæquatas, quantumuis enim homo continuè plures homines occidat, plura committit homicidia inter se numero distincta.

Sup. hoc infr. in Ref. 42. & in Ref. 164. §. Nota etiam. & in Ref. 165. §. In Ref. 43. & supra in Ref. 15. cursim fine §. Et Emanuelem. & in Ref. 25. § Hucusque & seq & in Resol. 26. §. Hæc obiectio ad medium. & supra in tr 2. Ref. 5. breuiter in fine §. 1. & in to. 4. tr. 6. Resol. 116. §. vlt. & cursim cum Fagundez & Rodriguez tantum citatis in Ref. 1 & 3. huius not. in tom. 4. tr. 8. Ref. 42. in fine, & in tom. 6. tr. 4. Ref. 61. §. 1. in fine.

4. Nec obstat dicere pro sententia Zanardi, quod ego probabiliter docui, scilicet probabile esse Sacerdotem qui successiuè audiuit in peccato mortali plures confessiones vnam post aliam non committere plura peccata distincta, sed vnum: quare (inquiunt) non erit necessarium dicere, audiui tot confessiones, sed audiui in statu peccati vna vice plures confessiones. Adde tu consequenter, nec debere dicere an audierit plures, sed dicere ministraui Sacramentum pœnitentiæ in peccato mortali, quia dicere plures non pertinet, nisi ad grauitatem intra eamdem speciem, quam negant debere explicari. Ergo dicendum est, quod eadem est ratio de eo, qui successiuè cognoscit carnaliter tres fœminas.

5. Respondeo non esse eamdem rationem, quia actio illa audiendi confessiones in tribunali Sacramentali maiorem recipit vnitatem moralem, quam occisiones trium, quæ cum respiciant singulæ diuersa iura singulorum hominum, quæ læduntur & aliunde non vniantur in actu, vel actione morali ad eundem finem: non videntur posse facilè ex sola temporis propinquitate vniri ad faciendum vnum peccatum. At verò actum audiendi confessiones accipit vnitatem in primis ex fine, & intentione agentis, qui sedet in eo loco ad audiendas confessiones subditorum. Sed de hac difficultate etiam alibi à nobis plura dicta sunt.

RESOL. XXVIII.

Aliquis habens simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum, quæsiuit a me an commiserit plura peccata, & teneatur hoc in confessione explicare?

Et docetur, quod qui haberet voluntatem occidendi infinitos homines, non tenetur explicare eam circumstantiam, v. g. in efficaci voluntate non solum in simplici complacentia respectu ad plura: imo, si actualiter quis vno ictu, vel vna explosione tormenti bellici occideret plures homines, non est in tali casu explicandus in confessione numerus personarum, quia asseritur esse plures malitias, sed vnicum peccatum?

Et tandem quæritur, an qui furatus est centum, satisfaciat in confessione, si dicat, furatus sum quinquaginta? Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 64.

§. 1. DE hoc casu aliqui viri docti fuerunt interrogati, ego verò absolutè negatiuam sententiam docui, & adduxi doctrinam Dicastilli, cuius verba quia deseruient ad resolutionem multorum casuum hic per extensum apponam; sic itaque ait *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 4. num.* 155. Quæ hucusque dicta sunt, intelligenda sunt de actibus exterioribus, qui habent multiplicem effectum, vt de maledicto, & occisione plurium vno verbo, & vno ictu; atque etiam de actibus interioribus efficacibus, de quibus omnibus dictum, admissum, & probatum hucusque est multiplicari in eis malitias pro multitudine effectuum diuersorum. Quod hoc seq. doctrinæ Ref. & §§. not. seqq. huius Ref. dempta nota posita in §. Occasione.

2. De actibus verò inefficacibus voluntatis, vt simplici effectu, & complacentia, dicendum omnino est, tantum esse vnicum peccatum, quando plures personæ per modum vnius obiecti adæquati vnico actu respiciuntur, quia cùm simplex complacentia non respiciat illa homicidia, vel mala plurium personarum, tanquam effectum, sed tanquam obiectum: Sanè si in ratione obiecti constituunt omnium obiectum adæquatum, vnicam etiam malitiam constituet; Vnde in sententia Vasquij, & nostra, quæ nullam circunstantiam aggrauantem docet esse necessariò explicandam in confessione, dicendum est in simplici complacentia eiusmodi non esse necessarium explicare respectum ad plures personas, id quod in hac sententia sic dicendum esse docuit olim Luisius Turrianus *de pœnitentia disp. 12. dub. 3* qui etiam docuit, eum qui habuerit voluntatem occidendi infinitos homines, quod est impossibile, non teneri explicare eam circunstantiam, quia illa non est voluntas efficax, sumens ab effectu malitiam; sed simplex, & in hoc actu, & similibus, vnica tantum est malitia grauissima sumpta ab obiecto per modum vnius voliti, non ab effectu impossibili. Sup. hoc in §. vlt. huius Ref. & in aliis eius vltimæ annot.

3. Illud etiam est notandum in peccatis, quorum malitia specifica consummatur interius, qualia sunt peccatum odij, specialis scandali, & similia philosophandum esse, quantum est ex parte illorum peccatorum, sicuti philosophamur in simplici complacentia, etiamsi sint actus efficaces: quotiescumque enim plura obiecta concipiuntur pro talibus actibus per modum vnius adæquati obiecti, est vnicum peccatum, quantum ad illud genus malitiæ, quæ consummatur

matut interius: nihilominus quando ſunt actus efficaces, explicandus eſt reſpectus ad plures perſonas, vel obiecta; quia præter malitiam illam, quam habent in illa ſpecie, quæ interius conſummatur, habent etiam plures alias malitias in materia in qua ſunt actus externi, qui ab illo actu efficaci procedunt; v. g. ſi quis vno actu odij efficaci odiſſet decem homines per modum vnius obiecti, volens efficaciter illos occidere; tunc actus ille, quamuis in ratione odij non habeat niſi vnicam malitiam ex vnico adæquato obiecto illius multitudinis hominum per modum vnius conſideratæ; in ratione tamen homicidij tot habet malitias, quot ſunt homines, quos intendit occidere, quia multiplicatur malitia ex multiplicitate effectus iuxta dicta. Vnde licèt ratione malitiæ odij non teneretur explicare multitudinem perſonarum; ratione tamen malitiarum homicidij illam explicare tenetur. Hæc omnia Dicaſtillus.

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 3. ad lin. 4.

Quoad hoc lege inferius doctrinam Reſ. 156. & quamuis non plene ſuper hoc, tamen ex eius doctrina melius hanc quæſtionem poteris diſſoluere.

4. Ex quibus apparet in ſimplici complacentia non eſſe neceſſarium explicare reſpectum ad plura, quæ per modum vnius reſpiciuntur, & ideò patet reſponſio negatiua ad quæſtionem propoſitam in titulo reſolutionis de qua interrogatus fui.

5. Occaſione ſupradicti dubij tunc etiam diſcuſſum fuit, an qui furatus eſt centum ſatisfecerit in Confeſſione ſi dicat furatus ſum quinquaginta, & negatiuam ſententiam docere Ouiedum reſpondi *in 1.2. D. Th. tr. 5. contr. 5. punct. 6. num. 128.* vbi ſic ait; Monet benè Henriquez, quod etiamſi duas perſonas eodem actu maledictione percutere, duplex peccatum non ſit, modum iſtum maledicendi ſimplici actu explicandum eſſe in confeſſione, quod neceſſarium iudico, vt indiuiduum peccatum explicetur. Similiter ob eandem rationem, iuxta ſententiam aſſerentem in illo actu tantùm eſſe vnam malitiam, etiam retenta opinione ad circumſtantias aggrauantes explicandas non obligante, cenſeo non ſatisfieri præcepto confeſſionis, ſi dicatur in vnum hominem maledictum conieci, quia non explicatur peccatum indiuiduum commiſſum, ſed aliud: debet autem ſaltem confusè explicari peccatum indiuiduum commiſſum, quod non fit, dum aliquid pertinens ad ſubſtantiam indiuidui peccati dicitur, quod illi non conuenit, vel quod aliud indicat indiuiduum. Ob hanc rationem etiamſi circumſtātiæ aggrauantes in confeſſione explicandæ non ſint; ille qui furatus eſſet centū aureos, non ſatiſfaceret præcepto confeſſionis, ſi diceret furatus ſum quinquaginta aureos, quia in hoc indiuiduo explicato nec confusè cōtinetur commiſſum, videlicet furtum centum aureorum, quia centum aurei nullo modo in quinquaginta includuntur. Ita ille, qui latè diſcutit, an ratione diſtinctionis numericæ obiectorum peccata numero diſtinguantur. De qua quæſtione pluries alibi actum eſt.

Pluries alibi ſuprà in Reſ. 22. & in aliis eius omnium notationum.

6. Notandum eſt tamen hîc ad confirmationem ſupradictorum, aliquos Doctores probabiliter docere, etiam in efficaci voluntate non ſolum in ſimplici complacentia, imo ſi actualiter quis vno ictu, vel vna expulſione tormenti bellici occideret plures homines, non eſſe in tali caſu explicandum in confeſſione numerum perſonarum. Vide Ioannem Pontium *in Curſ. Theol. 45. q. 7. concl. 2. num. 53.* & alios. Imo Caramuel *in Regul. D. Benedicti diſt. 611. n. 910.* aſſerit eſſe plures malitias, & vnicum peccatum, quando quis vult vnico actu voluntatis plures occidere; ſed abſolutè eſſe vnum peccatum, ideò *diſp. 621. n. 910.* cùm dixiſſet *vnitas moralis* (talis eſt vnitas malitiæ moralis) *deſumitur ab actu voluntatis, non à re phyſica*, paulò poſt in re noſtra ſubiungit. *Hinc patet eſſe vnum peccatum velle vnico actu voluntatis occidere duos, quia licet hi ſint plures in genere phyſico, in voluntate ſunt per modum vnius. Nam vnus actus non datur niſi vnum obiectum. Vnde licet velle occidere duos ſit maius peccatum, quàm velle occidere vnum, non tamen eſt duplex peccatum.* Hæc vir ille doctus non diſtinguens pro re morali, de qua agimus, inter vnitatem peccati, & malitiæ. Sed aduerſus illum inſurgit nouiſſimè Dicaſtillus *de Sacrament. tom. 2. tractat. 8. diſput. 9. dub. 4. num. 264.*

Sup. his vno ictu, & expulſione, in duabus Reſ. antecedentibus, & ſuprà in Reſ. 23. §. 1. in fine, & ſeq. & in alio verſ. eaſum not.

Sup. hoc ſuprà in fine §. 2. huius Reſ. & ſuprà in Reſ. 22. §. 1. verſ. Primo. & in Reſ. 23. §. Et ideo, paulo poſt initium, & in Reſ. 24. & in Reſ. 26. §. Hæc obiectio in principio & in §. Circa. ante & poſt medium.

RESOL XXIX.

An, ſi quis vno continuato ſermone in eadem re ter periuret, ſufficiat, ſi in confeſſione dicat ſe falſum iuraſſe?

Et notatur, quod ſi quis aliquem vno ira impetu ter, vel quater pugno percuteret aut vulneraret, vnum tantum numero, peccatum committeret; & ſi Clericus eſt in vnam tantum excommunicationem incidere, dicendum eſt.

Etiamque aduertitur, quod ſi quis ſine morali interruptione multa verba blaſphemia in Deum proferat, vnum ſolum blaſphemia delictum committeret. Ex part. 3. tractat. 4. Reſolut. 162. aliàs 163.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè, quia in tali caſu vnum tantùm peccatum committit, etenim tria periuria, vel mendacia ſunt vnius continuati ſermonis partes, & ſermo in vltimo mendacio, vel periurio perficitur; ergo vnum erit numero peccatum. Vide Azorium *tom. 1. lib. 4. cap. 4. quæſ. 5.* vbi etiam notat, quòd ſi aliquis aliquem vno iræ impetu ter, vel quater pugno percutiat, aut vulneret, vnum tantùm numero peccatum committere, & ſi Clericus ſit, in vnam tantùm excommunicationem incidere dicendum eſt, & ita docet Suarez *de conſ. diſput. 4. ſect. 3. num. 8.* Sayrus *lib. 1. cap. 10. num. 9.* Vgolinus *tab. 1. cap. 16.* & alij.

Sup. hoc infrà in Reſ. 149. §. vlt. in fine, & in Reſ. 150.

Sup. hoc notatu in §. vlt. poſitu in annot. vlt. huius Reſ.

Sup. hoc pro Clerico ſupr. in fine Reſ. 21.

2. Notandum eſt etiam hîc obiter, quòd ſi quis ſine morali interruptione multa verba blaſphemiæ in Deum proferat, vnum ſolum delictum blaſphemiæ committere. Nec neceſſe eſt, vt in confeſſione numerum blaſphemiarum explanet ſed ſatis eſt dicere: Contra Deum blaſphemiam intuli. Vide Molinam *tom. 4. tract. 3. diſput. 41. num. 5.* Couarruuiam *lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. numer. 8. §. ego ſanè*, & hoc verum eſt, etiamſi verba blaſphemiæ, res varias ſignificarent.

Sup. hoc in Reſ ſeq. & ſuprà in Reſ. 25. §. 1. in fine, & ſuperius in tr. 5. lege doctrinam §. penult. & vlt. Reſ. 53. & in tom. 5. tr. 8. Reſ. 11. §. Nō aſſentior.

RESOL. XXX.

An quando quis profert vnico actu conuitia in Deum, aſſerendo ſæpius Dio ingiuſto, Dio ingiuſto, &c. *teneatur hoc in confeſſione aperire?*

Et aduertitur, quod in confeſſione non ſunt exprimenda, quæ verba contumelioſa fuerint in Deum, vel Sanctos prolata, ex eo quod omnes contumeliæ ſint eiuſdem ſpeciei. Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 51.

§. 1. RESpondeo negatiuè: quia tunc quot ſunt cōuitia in Deum, vel Sanctos, tot ſunt peccata, quando ſunt diuerſa formaliter: vt ſi quis diceret Deū iniuſtum, & Deum non eſſe omnipotentem; ſic enim variantur formaliter conuitia: vel quando, interruptis actibus, dicta conuitia proferuntur: ſecùs

Hh 2 autem

Sup. hoc in Ref. præterita. §. vlt. & supra in Ref. 25. §. 1. & superius in tr. 5. lege doctrinã §. penult. & vlt. Ref. 53. & in tom. 5. tr. 8. ex Ref. 11. §. Non asseritor.

autem in casu nostro; nam talis vnam blasphemiam profert tantùm, licèt sæpiùs in Deum, vnico tamen actu, eodem tempore. Et ita docet Zanardus *in director. conscient. part 2. precept. 1. c. 10.*

2. Vnde olim cum multis aliis Theologis excusaui quemdam piscatorem à reiteratione Confessionũ, qui sæpiùs conuitia horrenda, non tamen specie diuersa in Deum, si pisces non sumeret, actu proferebat.

3. Adde, quòd probabiliter etiam dici potest contra Zanardum, & Sanctarellum *tractat. de blasphemia c. 4. dub. 2. num. 5.* in confessione non esse exprimenda, quæ verba contumeliosa fuerint in Deum, vel Sanctos prolata: nam omnes contumeliæ sunt eiusdem specie, vt *suprà* probatum est, docet Reginaldus *tom. 2. lib. 24. c. 5. n. 102.* & alij, & omnes conueniunt in ratione formali, quæ est intentio auferendi alteri honorem: ergo, &c.

Suprà in Ref. 28. Quæ hic est etiam suprà Ref. 19 & in aliis positis in annot. §. 2. & cum eodem Reginaldo hic citato.

RESOL. XXXI.

An quis teneatur confiteri circumstantiam, seu diuersitatem blasphemiarum?

Et an blasphemia in Deum, & Sanctos non differant specie?

Et an, si tales blasphemiæ procedant ex odio Dei formali, vel contineant hæresim, teneatur pœnitens explicare in confessione qualitatem blasphemiæ? Ex p. 2. tr. 7. Ref. 50.

Sup. contento in hac Ref. in seq. Ref.

§. 1. Affirmatiuè respondet Fillincius *tom. 2. tr. 25. c. 1. n. 26.* qui citat Suarez. Idem etiam docet Turrianus *in 2. 2. disp. 58. dub. 3.* Reginaldus *tom. 2. lib. 18. c. 14. n. 201.* Sanctarellus *tract. de hæresi, c. 4. dub. 1. n. 4.* Sancius *disp. 6. q. 6.* Layman *in Theolog. mor. lib. 4. tract. 10. c. 6. n. 11.* Ledesma *in sum. tom. 2. tract. 1. c. 9. conclus. 5.* Lopez *in instruct. p. 1. cap. 282.* Bannez *in 2. 2. q. 13. art. 10.* Aragonius *ibidem*, & alij.

Sup. hoc in Ref. seq.

2. Sed ego contrariam sententiam sustinendam esse iudico, quia blasphemiæ in Deum, & in Sanctos, non differunt specie, vt docet Lazarius *tract. de blasph. q. 3. n. 51.* Caietanus *in sum. ver. blasphemia.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 13. punct. 1.* Azorius *tom. 1. lib. 9. c. 28. q. 10.* & alij: ergo non sunt necessariò in confessione aperiendæ, nisi tales blasphemiæ procederent ex odio Dei formali, vel continerent hæresim: seclusis autem his duobus casibus, in nullo alio tenetur pœnitens explicare qualitatem blasphemiæ. Et ita in terminis docet Gyptius *tract. de cas. reseru. c. 9. n. 37.* Homobonus *de cas. reser. p. 2. c. 1. fol. mihi 236.* & Caietanus *in 2. 2. q. 13. art. 1. in fine.*

Sup. hoc ibidem.

Super hoc ex doctrina eiusdem Ref.

3. Vnde apparet, me olim probabiliter respondisse, contra Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 32. num. 39.* & Aragonium *in 2. 2. q. 13. art. 1.* quemdam Clericum potuisse reticere in Confessione, an eius blasphemiæ fuerint contra Beatam Virginem, an contra alios Sanctos.

RESOL. XXXII.

An omnes blasphemiæ sint eiusdem speciei?

Et an, si blasphemiæ sint hæreticales, vel imprecatiuæ cum odio Dei habeant grauitatem exponendam in confessione? Ex part. 5. tractat. 13. & Misc. 1. Ref. 21.

Sup. omni contento in hac Ref. in præterita Ref. per totã.

§. 1. Negatiuam sententiam docet nouissimè Hurtadus de Mendoza *in 2. 2. disputat. 91. sect. 12. §. 54.* quia blasphemia est peccatum propter contumeliam in Deum; sed contumeliæ differunt specie: ergo & voluntas de illis. Minor probatur, quia mala quæ possumus Deo blasphemè adscribere, sunt diuersa specie. Vt enim apud homines diuersa iniuria est aliquem appellare latronem, ac appellare incestuosum, & sodomiticum, & ebriosum; ita apud Deum, quia ea omnia mala, vt inter homines sunt cõtumeliæ distinctæ, propter diuersam peccatorum turpitudinem, sic & cùm conijciuntur in Deum. Vnde deducit Hurtadus in confessione explanandas esse hæreticales blasphemias præ imprecatiuis, non solùm ob oppositionem cum fidei confessione, sed quod intra blasphemiæ limites est diuersum conuicium, assertio rei turpis, ac imprecatio; & inter hæreticales exponendæ sunt species contumeliarum, quæ actæ sunt in Deum, & inter imprecatiuas, quæ grauiora mala significant, item & quæ sunt in Deum simul, & Sanctos, qui habent duas malitias specie distinctas irreligionis, & irreuerentiæ in Sanctos, quia violatur Religio, & Dulia, & inter Sanctos exponenda est circumstantia in Virginem Matrem Dei, quia est contra Hyperduliam, quia hæc virtus aut specie differt à Dulia, aut habet grauitatem exponendam in confessione. Ita Hurtadus, probabiliter quidem.

Sup. his seq. in hoc § in Ref. not. præteritæ.

2. Sed contrariam sententiam non minus probabilem esse puto, nisi blasphemia sit hæreticalis, vel imprecatiua cum odio Dei. Vide Faustum *de Sacram. pœnit. lib. 4. q. 137.* Cælestinum *in Comp. Theol. mor. tract. 1. c. 9. diffic. 4.* Leonem *de Correct. Confes. tom. 1. recol. 12. n. 7.* Duuallium *in 2. 2. D. Th. tract. de fide q. 9. art. 2. in fine*, & recognosce omnino me ipsum *in 1. part. tract. 7. resol. 50.*

Sup. hoc ibidem.

Quæ hic est Ref. antecedens.

RESOL. XXXIII.

An circumstantia Apostasiæ sit in confessione aperienda, vel sufficiat dicere in hæresim lapsus sum?

Et an Apostasia differat specie ab hæresi, vel an Apostata debeat explicare ad quam sectam transierit? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 54.

§. 1. Esse hanc circumstantiam in confessione aperiendam, putat Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 2. cap. 7. conclus. 3.* Aragon. *in 2. 2. q. 11. artic. 1. dub. 1. concl. 1.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 11. punct. 1. diffic. 1. & q. 10. punct. 3. vers. His ita.* Suarez *de fide, disp. 16. sect. 5. in fine.* cum aliis. Imò Sanch. *in sum. lib. 2. c. 7. n. 17.* docet, apostatam debere explicare, ad quam sectam transierit. Probatur hæc opinio: vel, quia apostasia differt specie ab hæresi, vt tenet Suar. *loco cit.* Lorca *in 2. 2. q. 12. art. 1. disp. 50. n. 3.* Turrecremata *in sum. lib. 4. p. 2. c. 13.* Simanchas *de cathol. instit. tit. 7. n. 5.* Canus *de locis Theol. lib. 12. c. 9.* vel quia est circumstantia multum aggrauans: ergo, &c.

Sup. hoc pro hæresi in Ref. seq.

2. Sed ego puto, apostasiam non differre specie ab hæresi, vt docet Bannez *in 2. 2. quæst. 12. art. 1.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 11. punct. 1. & q. 12. punct. 1.* Azorius *tom. 1. lib. 8. cap. 21. q. 3.* Caietanus *in 2. 2. q. 10. art. 1. & quæst. 11. art. 1.* Castrus *de iust. hær. punit. lib. 1. c. 7.* Pegna *in director. p. 2. q. 49. comment. 74.* Sanchez *vbi suprà, n. 16.* & recentiores Thomistæ apud Lorcam *vbi suprà, num. 1.* Zanardus *in direct. Theolog. p. 2. præcept. 1. c. 8.* Ledesma *vbi supr.* ideò assero, circumstantiam apostasiæ, tanquam aggrauantem, non esse necessariò in confessione aperiendam. Quòd verò apostasia non differat specie ab hæresi, probatur: quia apostasia est discessio à tota fide; hæresis autem à parte fidei: at magis, vel minùs recedere ab eo, quod semel susceptum est, non mutat speciem: ergo apostasia non differt specie ab hæresi; & ideò apostatis, & Hæreticis eadem pœna imponitur: ergo, &c. Deinde, cùm apostata sit, qui omninò fidem deserit, si non esset hæreticus, sequeretur multiplicando hæresim

hæreſim non augeri, ſed potiùs minui, & omninò deficere ſpeciem hæreſis: quod etiam à Philoſophia naturali alienum videtur, nam multiplicando calorem, non deficit calor; & à Philoſophia morali, non multiplicando furta, non definit furtum: ideò dicendum eſt, circumſtantiam apoſtaſiæ non eſſe in confeſſione aperiendam.

RESOL. XXXIV.

An qui peccatum hæreſis, vel ſuperſtitionis commiſit, teneatur explicare in confeſſione qualitatem ſuperſtitionis, vel hæreſis? Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 46.

Sup. hoc pro Apoſtata à Fide in Reſ. præterita.

§. 1. REſpondeò negatiuè, quidquid in contrarium aliqui aſſerant: & ita docet Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 6. c. 4. n. 214.* vbi ita ait: [Cùm diuerſitas ſpecifica peccatorum fuerit tantùm in genere naturæ; tunc, quia malitia moralis in illis eſt eiuſdem ſpeciei, nihil eſt opus diuerſitatem declarare: vt, ſi, v. g. quis peccauerit in diuinando, vel prolabendo in hæreſi, ſatis eſt, ſi dicat: Toties peccaui peccato diuinationis, neque neceſſe eſt addere, ſemel per pyromantiam, iterum per hydromantiam, ac demum per necromantiam. Item, Toties lapſus ſum in hæreſim, nec neceſſe eſt dicere: Semel lapſus ſum in hæreſim Lutheranam, iterum in Caluinianam, &c. quia in talibus non eſt diuerſitas ſpecifica moralis, ſed tãtùm phyſica.] Ita ille. Et ante illum doctiſſimus Sotus *in 4. ſentent. diſt. 18. q. 2. art. 4. concl. 6.* quidquid, vt diximus, in contrarium aſſerant aliqui, vt Sanchez *in ſumm. tom. 1. lib. 2. c. 31. num. 39.* Valentia *tom. 3. diſp. 1. q. 10. punct. 3.* & alij.

Sup. hoc peccato Diuinationis in Reſ. ſeq. & in aliis eius not.

RESOL. XXXV.

An diuinationes differant ſpecie, & ſint in confeſſione aperiendæ?

Et an, ſi quis per expreſſum pactum cum Dæmone diuinaret, id eſſet exprimendum in confeſſione? Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 66.

Alibi, ſæpiùs, & ſuprà in Reſ. præterita cuſim ad medium verſ. Toties peccaui. & etiam breuiter infrà in Reſ. 131. ad fin. 5.

§. 1. REſpondeo negatiuè, vt alibi ſæpiùs *ſuprà* diximus: quia non ſunt ſpecies omninò diuerſæ in genere moris. Vnde non eſt neceſſe confiteri, an diuinatio fuerit per inſpectionem auium, lineamentorum, &c.

2. Verum eſt, quòd Syluius *in D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 3.* putat, quòd ſi per expreſſum pactum cum Dæmone quiſpiam diuinaret, id eſſet exprimendum in confeſſione: quia, licèt eiuſmodi diuinatio non differat ſpecie à reliquis; habet tamen circumſtantiam notabiliter aggrauantem: multò enim grauius eſt, Dæmones expreſsè inuocare, quàm aliqua facere, quibus dignum ſit, vt ſe Dæmones ingerant. Ita Syluius. Sed tu contrarium tene: quia circunſtantiæ aggrauantes, vt dictum eſt, non ſunt neceſſariò in confeſſione aperiendæ: ergo, &c. Et hæc dicta ſufficiant circa præſentem Tractatum de circumſtantiis aggrauantibus. Quæ quidem, vt dixi, non ſunt neceſſariò in confeſſione aperiendæ, licèt laudabiliter quis faceret, ſi illas aperiret: nam hoc conferret ad meritùm, & ad emendationem propter verecundiam. Sed nolo imponere onus, vbi non adeſt.

RESOL. XXXVI.

An peccatum odij aduerſus proximum non ſit peccatum vnius ſpeciei, ſed plurium, ita vt pœnitentes in confeſſione teneantur explicare mala volita, v. g. ſi fuerint circa facultates, vel circa perſonam, vel circa honorem, &c? Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 30.

Sup. hoc ſuper. in hoc §. Sed licet Reſ. 18. & in §. not. ſeq.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet P. Suar. *tr. de char. diſp. 6. ſect. 2. n. 2. & 3.* & Syluius *in 2. 2. q. 34. ar. 6. quærit ur 1.* Et probatur, nam afficere proximum iniuria in vita, vel in fama, ſunt peccata ſpecie diuerſa contra iuſtitiam, propter materiæ diuerſitatem: ergo pari modo efficient diuerſitatem in odio. Denique, quod ad mores ſpectat, (ſubiungit Suarez,) non dubito, quin talis diuerſitas ſit aperienda in confeſſione. Et ſic, ſtante iſta opinione, quando Pœnitens confitetur, ſe odiſſe fratrem, deberet Confeſſarius interrogare, quonam genere odij? v. g. an malum volitum fuerit circa honorem, vel famam, ſeu vitam, &c.

2. Sed contraria opinio probabilis etiam mihi videtur, quam docet Bonac. *in tr. de leg. diſp. 3. q. 4. punct. vlt. §. 1. n. 10.* & Ledeſma *in ſum. tom. 2. tr. 5. c. 6. concl. 8. fol. mihi 62.* vbi ait: [El aborrecimiento del proximo, ſiempre es pecado de vna miſma eſpecie, aunque el hombre deeſſe varios, y diuerſos males al proximo, como ſon matarle, y quitarle la hazienda. Porque ſiempre deſſea eſtos males de baxo de vna miſma razon, que es el aborrecimiento del proximo.] Igitur, ſecundùm hanc opinionem, ſufficit, vt pœnitens dicat, ſe toties odiſſe proximum; & non opus eſt explicare, an illud odium verſaretur circa famam, diuitias, & perſonam; quia non videtur eadem ratio odij, & aliorum peccatorum, quorum obiectum materiale explicandum eſt in confeſſione: nam odium in ſuo eſſe non ſolùm ſpecifico, verùm etiam indiuiduali, conſtituitur potiùs ex motiuo, quam ex obiecto materiali, cùm idcircò velimus alicui graue malum, quià nobis diſplicet, &c. Ad argumentum Suarez reſpondetur, quòd, licèt illa mala volita differant ſpecie; tamen in noſtro caſu optantur ſub vna, eadémque ratione formali, quæ eſt odium proximi. Circa præſentem materiam vide Loream *in 2. 2. q. 34. a. 3. n. 3.* Turrian. *in 2. 2. diſp. 91. dub. 1. in fin.* & alios. Inuenies plura *in tertia huius Operis parte, Tr. 4. de Sacr. reſ. 67.*

Quæ hic eſt infr. Reſ. 163. §. 10 Reſ. 30.

RESOL. XXXVII.

An iactantia de peccato mortali ſit in confeſsione explicanda, ſpecie peccati, & circumſtantia?

Et quid, ſi iactans complaceat ſe de illo peccato?

Et recitanter aduertitur, quod licet verba contumelioſa ſint diuerſa ſpeciei; eo quod per illa obyciantur proximi defectus ſpeciei diuerſa, non tamen ſunt peccata mortalia contumelia ſpecie diſtincta. Ex part. 3. tr. 4 Reſ. 160. aliàs 161.

Sup. hoc in duabus Reſ. ſeqq. & infrà in Reſ. 106. §. Nota vero. & ſeq.

§. 1. PErcuſſit quis, v. g. clericum, & de hoc poſtea iactatur; quæritur an ſit confitenda circumſtantia Clericatus, vel ſi quis iactauit ſe de peccato cum coniugata, teneatur fateri circumſtantiam coniugij, ſed an ſufficiat ſe accuſare toties ſe iactaſſe de peccato mortali? Fatendam eſſe in tali caſu ſpeciem ac circumſtantiam peccati tenet Sanchez *in ſumma, tom. 1. lib. 1. c. 3. n. 13.* vbi citat Lopez, & Rodriquez; ſed iſti loquuntur quando iactans complacet ſe de illo peccato, & tunc non eſt dubium eſſe fatendam ſpeciem, & circumſtantiam peccati.

2. Igitur magis probabiliter contra Sanchez puto cum Nauarro penes ipſum, in tali caſu ſufficere, ſi pœnitens ſe accuſet de peccato iactantiæ in re mortaliter peccaminoſa. Et ratio eſt, quia deformitas mortalis in hoc peccato iactantiæ, ſumitur ex eo quòd tanquam medium ad humanam gloriam comparan-

dam

dam assumitur offensa rei mortalis. Sed hæc ratio offensæ mortalis eiusdem rationis est in omnibus mortalibus; quod verò sit hoc, vel illud peccatum mortale, materialiter se habet. Ergo, &c. Et ideo, vt alibi firmauimus, licèt verba contumeliosa sint diuersæ speciei, eo quòd per illa obiiciantur proximo defectus speciei diuersæ, non tamen sunt peccata mortalia contumeliæ specie distincta, quia in tantum contumelia est peccatum mortale, in quantum assumitur, vt instrumentum, seu medium ad honorem proximi lædendum; quòd verò sint hæc, vel illa verba contumeliosa, materialiter se habet.

Alibi suprà in Ref. 19. § 1. à lin. 3. & in aliis eius nor.

RESOL. XXXVIII.

An iactantia de aliquo peccato eamdem habeat malitiam, ac ipsum peccatum, ita vt in confessione teneatur explicare peccatum, de quo iactantia fuit?

Et notatur, quod si de dexteritate, ingenio, virilitate in committendo peccato iacteris, non esse mortale, si audientes intelligant te in peccato non complacere, neque de illo laudari, sed solum de modo, qui in committendo adfuit.

Etiamque aduertitur, quod si alius te de peccato laudet, & tu laudes accepes, mortaliter peccas, nisi tibi displiceret, & præ verecundia taceres, nisi talis esses, vt tacendo stantibus scandalum praberes. Ex part.4. tr.4. & Misc. Ref.44.

Alibi in Ref. præterita, & in Ref. seq. & infrà in Ref. 106. §. Nota verò, & seq.

§. 1. SI iactantia non sit cum gaudio de peccato commisso, negatiuam sententiam alibi cum Nauarro docui. Sed scio hanc sententiam cuidam viro docto displicuisse, immeritò quidem, vnde illam iterum doceo cum Castro Palau *in opere morali tom. 1. tract. 2. disp. 1. punct. 11. n. 1.* vbi sic asserit: Si gaudium excludas, & solum peccatum iactantiæ committas, existimo probabilius non variari eius malitiam ex varietate peccati circa quod versatur, ac proinde te non esse obligatum declarare peccatum cuius fuit iactantia, sed sufficienter satisfacere, dicendo te de mortali culpa iactasse. Probo, quia tota iactantiæ malitia consistit in captanda gloria & honore ex malefactis; quòd verò malefacta sint latrocinia, homicidia, aut fornicationes, materiale quid est, & per accidens ad iactantiæ malitiam, sicuti ad violationem voti, & iuramenti materiale quid est, quòd violatio sit in castitate, vel paupertate. Ita ille, & ego, quod est valde notandum.

2. Notandum est etiam hîc obiter cum Lessio *lib. 2. cap. 47. dub. 6. num. 42.* Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 3. num. 4.* & aliis, quòd si de dexteritate, ingenio, virilitate, in committendo peccato iacteris, non esse mortale, si audientes intelligant te in peccato non complacere, neque de illo laudari, sed solùm de modo, qui in committendo adfuit, & ideo in tali casu debes animum tuum manifestare.

3. Nota etiam quòd si alius te de peccato laudat, & tu laudes accepres, mortaliter peccas, nisi tibi displiceret, & præ verecundia taceres, nam in tali casu existimat Sanchez *loco citato*, te non peccare mortaliter, nisi talis esses, vt tacendo stantibus scandalum præberes; verùm hoc non placet Castro Palao, putat enim semper necessarium esse in tali casu, vt aliquo modo displicentia exteriùs manifestetur; sed vtraque opinio est probabilis.

RESOL. XXXIX.

An qui se iactat, vel laudat de peccato teneatur in confessione aperire speciem peccati? Ex part.11. tr.7. & Misc.7. Ref. 36.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet nouissimè Ioannes Pontius *in curs. Theol. disp. 46. quæst. 7. concl. 2. n. 74.* vbi sic ait; Dico, quod quando aliquis iactat se de peccato commisso, (quando autem fit cum tali complacentia, aut gaudio, omnes concedunt debere speciem peccati significari) explicandam esse speciem peccati. Hanc resolutionem tenet noster Rodriquez, Sanchez, & probabilem asserit Cardinalis de Lugo, quamuis videatur præferre oppositam, quam tenet cum Nauarro, & aliis Diana.

Sup hoc in duabus Ref. antecedentibus, & infrà in Ref. 106 §. Nota vero. & seq.

2. Probatur autem, quia illa ipsa virtus, quæ prohibet peccatum, videtur prohibere ex terminis iactantiam de illo commisso, & qui iactat de illo videtur approbare factum, & quod vellet iterum illud facere, quod per se videtur malum; & quidem malitia diuersæ speciei, iuxta diuersitatem specificam peccatorum.

3. Confirmatur ad hominem contra Cardinalem de Lugo, quia ipse *n. 273.* ait, aliquando in peccato iactantiæ debere explicari speciem peccati, quando scilicet iactatio afferret secum irreuerentiam grauem, non solum contra Deum, sed contra personam creatam, nempe Principem: quia si quis contumelia afficeret Principem, & postea iactaret de ea, eo ipso nouam iniuriam inferret ipsi, & consequenter deberet explicare speciem contumeliæ de qua se iactaret: sed non magis nouam iniuriam inferret Principi, iactando se de contumelia ipsi facta, quàm nouam iniuriam faceret Deo, iactando se de peccato, & quidem iniuriam diuersæ speciei, iuxta diuersitatem specificam peccati: ergo si in casu hoc, proposito à Lugo, debet explicari species peccati: iam dicendum de omni iactantia.

4. Obiicies pro aduersariis: tota malitia peccati iactantiæ consistit in hoc, quod peccatum accipiatur, vt medium, aut capiendam ex ipso gloriam, & laudem apud homines: ad hoc autem per accidens est, quod sit hoc, vel illud peccatum, quia solùm attendi debet ad irreuerentiam, quæ per iactantiam infertur Deo; sicut quando quis violat votum, perinde est quo peccato violatur, quia spectatur tantùm ad irreuerentiam factam Deo, mediante violatione voti.

5. Respondeo, negando minorem; quia ex eo, quod fiat de tali peccato, apparet specialis turpitudo in ipsa opposita virtuti, cui opponitur peccatum.

6. Posset etiam negari maior, quia per hoc, quod explicat tale peccatum, significatur contemptus, seu paruipensio virtutis, cui opponitur, quod apparet esse ex se malum malitia proportionata tali virtuti. Hucvsque Pontius.

7. Sed licet hæc opinio sit probabilis, non minus probabilem negatiuam esse puto, quam docui, & nunc iterum doceo cum Tamburino *opuscul. de confess. libr. secundo, capit. septimo, §. 3. numero decimo*, vbi docet, non solùm prædictas species non necessariò esse declarandas; sed probabile esse, sufficere si dicas, toties iactaui me de peccato mortali, seu de obiecto mortaliter peccaminoso. Ratio est, quia tota malitia quanta est iactantiæ consistit in eo, quod offensa Dei eligatur, vt medium ad captandam gloriam apud homines, quæ magna est Dei irreuerentia, id quod æquè in omnibus mortalibus inuenitur, vel si quid aggrauat peccatum, non videtur eiusmodi malitiam in aliam speciem transferre.

8. Et ita hanc sententiam, me citato, tenet etiam Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disputat. 8. §. tertio; quæstione 12.* & Ioannes de Soria *in Epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 6. §. circa circumstantiam.* Immò contra Pontium non deseram hîc apponere verba doctissimi Patris Castri Palai

tom. 1.

tom.1. tract.2. disp. 2. punct.11. n. 5. vbi sic ait; Inquires an iactantia eiusdem sit specificæ malitiæ cum peccato, de quo te iactas, ac proinde in confessione tenearis dicere, & declarare peccatum, de quo fuit iactantia, si fuit, inquam, iactantia de furto, vel de fornicatione.

9. Affirmat Sanchez illo *cap.3. numer.* 13. Mouetur, quia virtus non solùm prohibet peccatum sibi formaliter contrarium; sed etiam delectationem, & iactantiam de illo. Quæ sententia vera omninò est, si iactantia sit cum gaudio de peccato commisso: at si gaudium excludas, & solum peccatum iactantiæ committas, existimo probabilius non variari eius malitiam ex varietate peccati circa quod versatur; ac proinde te non esse obligatum declarare peccatum, cuius fuit iactantia, sed sufficienter satisfacere dicendo, te de mortali culpa iactasse. Probo, quia tota iactantiæ malitia consistit in captanda gloria, & honore ex malefactis, quod verò malè facta sint latrocinia, homicidia, aut fornicationes, materiale quid est, & per accidens ad iactantiæ malitiam; sicuti ad violationem voti, & iuramenti, materiale quid est, quod violatio sit in castitate, vel in paupertate. Ita tenet expressè Nauarrus *Summ. prælud.* 9. n. 4. Neque verum est quamlibet virtutem prohibere iactantiam de peccato sibi contrario, sicut prohibet, delectationem, gaudium, & desiderium illius, quia iactantia de peccato quodcumque sit, per se prohibetur à virtute humilitatis: est enim iactantia filia superbiæ, seu inanis gloriæ, vt dixit Gregor. *lib.31. moral. cap.31.* & Diuus Thomas communiter receptus 2. 2. *quæst.* 132. *artic.* 4. Ac proinde humilitati contraria, at delectatio, gaudium, & desiderium de peccato solùm ab ea virtute prohibetur, qua prohibetur ipsum peccatum.

RESOL. XL.

An, si Sacerdos in Missa Eucharistiam ab aliis consecratam in peccato mortali multis ministrat, debeat hanc circumstantiam explicare?

Et an saltem stando in opinione affirmatiua, sufficiat, si se accuset Eucharistiam administrasse in peccato mortali, sine expressione, & numero personarum, quas communicauit? Ex part. 5. t. 7. Res. 41.

§. 1. Negatiuè respondeo: quia in tali casu reperitur tantùm vnicum peccatum mortale in genere moris, absque iniuria proximi: sicut, v. g. si aliquis vna aspersione Baptismi, aut vna absolutione baptizaret, seu absolueret simul multos. Et ita docet Tannerus *in 2.2. disp.4. q.2. dub.4. n.56.* Henriquez *lib.5. c.5. n.6.* & alij.

Sup. hoc pro Baptismo supra in Res. 39 &c.

2. Imò, vt *in tract. de celebrat. Missarum,* diximus, est probabilis illa sententia, quæ docet, Sacerdotem, in peccato mortali aliis sacram Eucharistiam ministrantem, non peccare mortaliter, vt docet Vasquez *in 3. p. tom. 2. disp. 136. c. 3. n.38.* Ioan. de la Cruz *in director. Confes. p. 2. q. 4. dub. 3. concl.1.* & alij. Quidquid in contrarium afferat Filliucius *tom. 1. tract.4. c.9. num.271.* Coninch *de Sacram. q. 64. art. 6. dub. 1. num. 35.* Valentia *tom. 4. disput. 9. q. 10. punct. 1.* Villalobos *in sum. tom.1. tract.4. dub.14. n.* & alij.

Sup. hoc in Res. seq. cursim in fine, & suprà in Res. 15 §. Itẽ Henriquez. & infrà in Res. 163. §. Nota tamen & melius, & magis latè in tom. 2. tr. 2. Res. 25. 26. 27. & in Res. 67. cursim in fine, & suprà in tr. 1. ex latissima doctrina Res. 10. & 11. & in tr. 2. Res. 5. § 2. à lin. 3. & in tom. 4. tr. 6. Res. 126. §. vlt. ad mediũ.

3. Itaque in tali casu non est necesse, vt Sacerdos se accuset de tali administratione Eucharistiæ in peccato mortali. Vel, si hanc opinionem non via tenere, dic, quòd sufficit, vt se accuset Eucharistiam administrasse in peccato mortali, sine expressione, & numero personarum, quas communicauit.

4. Vnde apparet, me olim probabiliter respondisse, quendam Parochum Eucharistiam infirmis per ciuitatem ministrantem cum peccato mortali, mortaliter non peccasse: quia, qui ministrat Eucharistiam consecratam, non est minister Dei ad iustificationem proximè, sicut in aliis Sacramentis; sed tantùm est veluti applicans actiua passiuis. In aliis autem Sacramentis Sacerdos simul conficit, & ministrat Sacramentum; non autem in hoc: non enim est idem conficere, & aliis ministrare. Cætera Sacramenta in actione, & vsu consistunt: Sacramentum verò Eucharistiæ post consecrationem permanet. Ergo, &c.

RESOL. XLI.

An qui cum conscientia mortalis peccati ministrat excellentius Sacramentum debeat dictum Sacramentum explicare?

Et an hoc intelligatur de aliis Sacramentis excepta Eucharistia?

Et quid, quando Minister esset in aliquo grauissimo, & extraordinario peccato, aut si sit multis, & grauibus peccatis irretitus? Ex part. 5. tr.7. Res. 59.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Ioan. de la Cruz *in director. consc. p. 2. de Sacrament. in genere. quæst.4. dub.3. conclus.* 3. & ante illum Ledesma *in summa, tom.1. de Sacrament in genere cap.6 concl.8.*

Sup. hoc in Res. præterita, & signanter à §. Imo. & in multis aliis eius annot.

2. Sed ego contrarium asserendum esse puto: licèt enim in tali casu grauiùs peccetur; attamen in confessione sufficit dicere, se ministrasse Sacramentum in peccato mortali. Et idem etiam aduersùs præfatos Doctores dicendum esse existimo quando minister esset in aliquo grauissimo, & extraordinario peccato, aut si sit multis & grauibus irretitus peccatis: non enim in tali casu speciem, & numerum peccatorum, cum quibus Sacramentum ministrauit, opus est explicare; sed sufficit dicere se Sacramentum cum lethali peccato semel, vel toties ministrasse. Et hoc ego intelligo de aliis Sacramentis, excepta Eucharistia, nam, si quis Eucharistiam ministraret cum reatu peccati mortalis, puto non peccare mortaliter, vt alibi fusè *in tract. de celebrat. Missar.* cum Vasquez & aliis satis probatum est.

Sup. hoc infr. in Res. 163. §. Quæro quinto.

Alibi in Res. præterita §. Imo. & in aliis eius not.

RESOL. XLII.

An qui in peccato mortali excepit confessiones multorum, non solum peccet mortaliter, sed teneatur hanc circumstantiam aperire?

Et an teneatur explicare numerum personarum, etiam si successiuè eos absoluat? Ex part. 5. tractat. 7. Res. 43.

§. 1. Affirmatiuè respondent aliqui, & putant, talem debere explicare numerum personarum: quia tot peccata mortalia committit, quot personas absoluit. Ita Azorius *p.5. lib.4. c.4. q.6.* Suar. *in 3. p. tom.4. disp.22. sect.5. n.15.* & alij.

Sup. hoc suprà in Res. 27. §. Nu. & in aliis multis Res. & §§. eius annot.

2. Hæc sententia est probabilis: sed contrariam etiam probabilem existimo ex dictis *in superiori Resolutione*; dummodò successiuè illos pœnitentes absoluat: est enim vnicum peccatum in genere moris; non autem si cum notabili interruptione nunc vnum, nunc alium absolueret. Ideò in casu nostro sufficit, vt dicat postea dictus Confessarius, quando confitetur: Administraui Sacramentum pœnitentiæ in peccato mortali. Et hanc sententiam in terminis docet Rodriquez *in sum. tom.2. cap.44. n.3.* Inuenies

Quæ hic est prima post præteritam.

plura super hac materia *in tertia huius Operis Parte Tract.4.de Sacram.Resol.67.*

Quæ hic est infr. Ref.165. §.In Ref. 43.

RESOL. XLIII.

An Confessarius, qui incipit audire Confessionem in peccato mortali, sed postea ante absolutionem elicit actum contritionis, teneatur postea, quando confitetur, explicare se incepisse illam confessionem in statu peccati mortalis? Ex part. 1. tract. 7. Ref.47.

Sup. hac doctrina lege supra in tr.1. ex Ref. 11. §. 1. prope finem, vers. Notat etiam. & tenetur in alio §.eius not. & in to.4. tr. 8. Ref.41. à lin. 2.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Posseuinus *de offic.Curati,cap.45. numer* 41. qui citat Suarez *in 3.part.disp.28. sect.1.num.2.*

2. Et hæc opinio est satis probabilis: sed contrariam probabilem etiam esse existimo. Dico igitur, Confessarium, licèt sit in peccato mortali, dum à principio audit Confessionem, non peccare mortaliter si habeat propositum pœnitendi, antequam absoluat. Et ita docet Henriquez *lib.6.cap.18 num.6.in Glossa, littera V.* Et ratio est: quia tunc Sacerdos peccat mortaliter, quando administrat Sacramentum in peccato mortali: sed in tali casu, quando Sacerdos conficit Sacramentum, iam per actum contritionis elicitum est in gratia: ergo, &c.

RESOL. XLIV.

Quidam Confessarius ex negligentia culpabili non interrogauit pœnitentem de circunstantia necessaria ad confessionis integritatem: quæritur, an teneatur monere pœnitentem de defectu commisso?

Et quid, si defectus huiusmodi esset coniunctus cum damno tertij, vel ipsius pœnitentis?

Et notatur pro consolatione Confessariorum, quod omittere aliquam interrogationem necessariam per inaduertentiam, aut obliuionem non erit peccatum mortale? Ex part. 2. tractat. 15. & Miscell. 1. Resol. 7.

Quoad hoc infr. in tr. 8. lege latã doctrinam Ref. 53. 54. 55. & 56 & signanter supra in tr. 4. ex Ref.1.§. Sed hanc. à medio, vers. notat autem. sed lege prædictum §. per totum, & si placet, vide totam Ref. & alias Resol.& 55 eius not.& non pigebit.

§. 1. REspondeo Antonium Fernandez *in exam. Theol.moral.p.4.c.5.§.11.n.3.* affirmatiuam sententiam docere, putat enim hunc defectum esse vrgentem causam, obligantem confessarium ad petendam à confitente facultatem, vt illum moneat de re necessaria circa factam confessionem. Ac proinde si monitio absque scandalo fieri potest, tenetur talis confessarius pœnitentem monere, dummodo illi non adueniat graue detrimentum.

2. Sed Vincentius Filliucius ex Societate Iesu, in suis eruditis quæstionibus moralibus, quas nuper edidit, *tom.1.tr.3. cap.12. qu. 374.& ibid. in instructione pro confessionibus excipiendis, c. 4.* contrarium docet. Et enim confessarius, duplici de causa potest malè absoluere. Primò, quia inualidè, non habendo intentionem, vel iurisdictionem, vel cum alio defectu, circa ipsam substantiam confessionis. Secundò, quia cum peccato, sed validè. In primo casu, tenetur confessarius, prout suprà ait Fernandez, & communiter Doctores, petere licentiam, & admonere pœnitentem. In secundò casu, regulariter ad nihil tenetur; præterquam ad dolorem de peccato facto. Ratio est, quia pœnitens non tenetur illam confessionem iterare, sed ad summum explicare circumstantiam illam, vel speciem, vel numerum peccatorum, quæ omisit, quando resciuerit se ad id fuisse obligatum. Hæc ille. Quam sententiam limitat nisi defectus eiusmodi esset coniunctus cum damno tertij, vt quia pœnitens retinebat alienum; tunc tenetur Sacerdos eum reuocare, & admonere, quando positiuè contrarium dixisset, nempe eum non teneri ad restitutionem: quando autem tantùm tacuisset, non teneretur; sed de hoc alibi.

3. Ex hac sententia Filliucij apparet; tunc confessarium teneri admonere pœnitentem, quando defectus versatur circa substantiam, & validitatem Sacramenti, non est in præiudicium tertij, vel ipsius pœnitentis, relinquendo illum, videlicet in occasione proxima peccandi; secus autem si absolutio fuit valida, sed ob ignorantiam cum peccato à confessario collata, non faciendo videlicet explicare aliquam circunstantiam necessariam, vel numerum peccatorum; nam in hoc casu sufficit, ait Filliucius, confessarium pœnitere. Et ita etiam tenet Nugn. *in addit.ad 3.part. to.2.quæst.8.art.3.dub. 5. fol. mihi* 275. & Reginaldus *to.1.lib.8.cap.3.sect.2.num.*31.

4. Notandum est tamen, pro consolatione confessariorum, quòd omittere aliquam interrogationem necessariam per inaduertentiam, aut obliuionem, non erit peccatum mortale, vt ex Nauarro docet Bannes & Valerus *in differentiis vtriusque fori, vers. Index, diff.6. num.* 4. Sed circa præsentem quæstionem vide Vasq. *in 3.p.tom.4.q.93.n.3.dub.*8. Bonacinam *de Sacr. disp.3.q.7.punct.6.n.2.* Suarez *in 3.p.to.4.disp.32. sect.* 6. Franciscum Ortiz *in sum.c.24.num.* 8. Onuphrium *opusc.de sigillo, sect.4.q.5.§.sequitur secundo.* Sotum *de teg.& deteg.sacr. membr.3.qu.4.* Nau.*c. 26. n.* 24. Reginald. *vbi suprà*, & alios.

RESOL. XLV.

An Confessarius, qui statim post confessionem sollicitauit pœnitentem, & rem habuit cum illa, teneatur hanc circunstantiam confiteri?

Et quid, si tale peccatum committitur vnico die post confessionem, vel proxime ante illam? Ex part. 4. tr.5.Ref.34.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Petrus de Ochagauia *tract.2 de Confess.sacram. quæst.* 14. *n.* 14. vbi sic ait: Si fortè contingat aliquem Confessarium committere peccatum luxuriæ cum aliqua pœnitente in ipsa confessione, vel proximè ad illam; talis circumstantia esset explicanda in confessione, quia mutat speciem propter iniuriam, & irreuerentiam contra sacramentum Pœnitentiæ commissam. Cùm verò tale peccatum committitur vnico die post confessionem, non habet eam specialem deformitatem necessariò confitendam, tum quia non dicitur proximè ad confessionem, tum quia ex confessione minimè contrahitur cognatio spiritualis perpetuò duratura, sicut nascitur ex Baptismi sacramento. Ita ille, & Ludouicus de San Iuan *in luce Confess. quæst. 5. de sacram. Pœnit. art. 12. difficult.* 5. & nouissimè doctus Hurtado *de sacram. Pœnitent. disp. 9. diffic.4.§. Quid, in fine.*

Quoad hoc lege doctrinã Resol. seq. & Ref. eius not.

RESOL. XLVI.

Consultus sum sæpissime, An Confessarius, qui carnaliter pœnitentem cognouit, teneatur in confessione exprimere hanc circunstantiam: vel an sufficiat tantum dicere se copulam cum coniugata, vel soluta habuisse? Ex part. 2. tractat. 17. & Miscell. 3. Ref.21.

§. 1. REspondeo affirmatiuam sententiam tenuisse Armillam *ver. circumstantia, n.* 13. Viualdũ *in suo Candelabro 3.p.1.de confess.n.*50. Lopez *p.1. instruct.*

Sup. hoc in Ref.seq & lege doctrinam Ref.prætermiss

ad medium, & infra Reſ. 49. §. Quod vero.

inſtruct. cap. 25.§. ſecundò reſpondeo, & nouiſſimè Sanchez *de matrim.lib.7.diſp.55.n.4.* Ægidium de Coninch *de Sacram.tom.2.diſp. 51.dub.1.n.23.* Nugnez *in addit. ad 3. part.q.9.art.2.dub.3.* Et probant, quia talis copula ſingulariter, repugnat reuerentiæ, tam ipſi ſacramento, quàm Confeſſario debitæ, qui eſt quaſi ſpiritualis pater ipſius pœnitentis; vnde in *cap.omnis 30.quaſt.1.* dicitur: Omnes quos in pœnitentia ſuſcipimus, ita noſtri ſunt ſpirituales filij, vt & ipſi, quos vel nobis ſuſcipientibus, vel ſub trinæ merſionis vocabulo mergentibus, vnda ſacri baptiſmatis regenerat. Vbi vides, eſſe noſtras ſpirituales filias, non ſolùm quas baptizamus, ſed etiam quas in confeſſione abſoluimus. Ergo, &c.

2. Sed licèt hæc opinio ſit probabilis, tamen contraria ſemper mihi viſa eſt probabilior. Ratio eſt, quia inceſtus committitur inter cognatos, ſed ſacramentum pœnitentiæ non inducit cognationem ſpiritualem, cum in nullo iure expreſſa reperiatur, vnde illud *cap. omnes*, citatum intelligitur de inceſſu metaphorico, & improprio; ergo peccatum commiſſum cum pœnitente, non habet malitiam inceſtus, neceſſariò in confeſſione explicandam. Probatur totum hoc ex *cap.fin.de cogitatione ſpirituali in 6.* vbi decernitur cognationem hanc oriri ex Baptiſmo, & Confirmatione, & poſtea ſubditur. Ex datione verò aliorum ſacramentorum coguatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat; vel diſſoluat. Et ſic hanc opinionem tuentur Azorius *part. 3.lib.3.cap.9.quaſ.5. & 9.* Emmanuel Sà *verb.confeſſio, num.16.& verb.luxuria num. 2.* Bonacina *de matrimon. quaſt.4 punct.16.num.7.& de Sacramentis,diſput.5.quaſt.5. ſect.2.punct.2.§.3.num 9.* Petrus de Ledeſma *de matrimon. quaſt.56. artic. 2. dub. vltim.* & alij quos citat, & ſequitur Sancius, *in ſelect.diſput.11. num.5.* adde etiam quod Vega *in ſumma,tom.1.cap.55. caſ.19.* & Rodriguez *tom.1.cap.209. num. 1.* aſſerunt hanc eſſe ſolùm circumſtantiam aggrauantem. Sed ſecundùm noſtram opinionem, circumſtantiæ aggrauantes non ſunt neceſſariò in confeſſione aperiendæ; ergo neque iſta erit, etiam aperienda. Et ſic patet reſponſio ad quæſitum; de quo etiam *ſupr. in Tract. de circumſtantiis.*

Vt in annot. præterita, & Reſ. eius prima.

RESOL. XLVII.

An Confeſſarius, qui carnaliter cognouit pœnitentem, teneatur dictam circumſtantiam in confeſſione explicare? Ex part.1.tr.7 Reſ.12.

Sup. hoc in Reſ. præterita, & vide alias eius not.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Homobonus *de exam.Eccleſ.p.1.tr.5.c. 12. q. 75.* Ragucius *in lucerna Parochorum.de Sacram.Pœnit. 43.* Acugna *tract.de Confeſſ.ſollicit. q.5.n.53.* Nugnus *in addit.ad 3.p.t.1.q.9.art.2.dub.3.in fin.* Sanchez *de matr.tom.2. lib.7.diſp.55.n.4.* Coninch *de Sacram.diſp.31.dub.2.n. 23.* Megala *in 1. p.lib 5.cap.12. n. 16.* Zanard. *in direct.Theol.p.1.de Sacr. Pœnit.c.18.in circunſt. Quis.* & nouiſſimè Fagundez *de Præcept.Eccl. tract 2. lib. 4.cap.3 n.33.* & alij: quia hæc circunſtantia mutat ſpeciem peccati: eſt enim ſpeciale ſacrilegium ratione vinculi, ſimilis cognationi ſpirituali ex Sacramento contracti.

2. Sed contrariam ſententiam puto eſſe probabiliorem: quia, vt notat Vaſq. *in 3.p.to.4.q.91.art.1.dub. 2 n.20.* Rodriq. *in ſum.tom.1.cap.209.n.1.* Vega *in ſum. to.1.c.35. caſ.19.* & alij, hæc circunſtantia non mutat ſpeciem, ſed notabiliter tantùm aggrauat peccatum. Et ita in terminis hanc ſententiam docet Pontius *tr. de impedim.matrim.cauſa 30.c.24.§.2. verb. atque hac* Sancius *in pract.diſp.11.n.3.& ſeq.* Azor. *p.3.lib.3.c.9. q.5.* & nouiſſimè Fay *in addit.ad.3.p.q.9.art.2. diſp. 8. concl 2.* Bonac. *de matr.q.4.punct.16.n.7.* cum aliis penes ipſos Et hanc opinionem probabilem putat Portell. *in addit.ad dub.regul.verb.eligendam.3.* & Ledeſma *in ſum.to.1.de Pœnit.cap.19.concl.6.*

3. Notandum eſt verò, quòd Filliuc. *to. 1. tract. 10. cap.5. n. 187.* reſoluit hanc quæſtionem cum diſtinctione. Aut enim ait, actu mulier eſt pœnitens Sacerdotis, cui ordinariè confiteatur; aut non eſt actu pœnitens, ſed olim fuit: in primo caſu putat, talem circunſtantiam eſſe in Confeſſione aperiendam; in ſecundò caſu minimè.

4. Sed tu probabiliter tene abſolutè dictam circunſtantiam nunquam eſſe neceſſariò in Confeſſione explicandam: quia, vt diximus, dicta circunſtantia eſt ſolùm agrauans, & non mutat ſpeciem: quia Sacramentum Pœnitentiæ non inducit propriè cognationem ſpiritualem, cùm in nullo iure expreſſa reperiatur. Et *c.omnes,30.q.1.* intelligitur de inceſtu metaphorico, & improprio, licèt Confeſſarius dicatur Pater ſpiritualis, Et hoc etiam docet Filliucius *to.2.tr.30.cap.5.n.105.*

RESOL. XLVIII.

An in opinione, quam ſupra in Reſolutione 12. refutauimus, quod Confeſſarius, obligetur confiteri circunſtantiam copulæ cum filia confeſſionis, teneatur etiam id facere, ſi cum viro filio Confeſſionis accubaret?

Quæ hic eſt Reſ. antecedens.

Et notatur, quod ſtando in opinione, quod Confeſſarius teneatur confiteri circunſtantiam copulæ cum filia ſpirituali, non tenetur tamen confiteri circunſtantiam tactus, aut pollutionis habitæ inter fœminæ femora.

Etiamque aduertitur ante Bullam. Greg. XV. Confeſſarios ſollicitantes viros in confeſſione non eſſe denunciandos? Ex part.1. tr.7.Reſ.56.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Sancius *diſp.11.n.12.* quia, etſi iura de commiſtione cum fœminis de Confeſſionis filiabus ſolùm loquantur; eadem omnino ratio procedit reſpectu virorum pœnitentiæ filiorum; & eadem irrogatur iniuria Sacramento: & ideò aſſerit Sancius, quòd in Bulla contra ſollicitantes fœminas in Confeſſione, includitur etiam ſollicitatio virorum.

Sup. hoc breuiter, & eccianuè 1. Reſ. ſeq. §. Quod vero in fine.

2. Hæc ſententia eſt probabilis: ſed non minùs probabilem, & tutam in praxi contrariam exiſtimo. Et contra Sancium tenet hanc ſententiam Baſilius Poncius *in tr.de impedim.matr.cauſa 30.cap.24. §.2. verſ. Atque hac.* & Acugna *tract.de Confeſſ.ſollic.q.5.n.53. in fin.* & Peirinus *ſuper priuil.Minimor.tom 2.Conſt.4. Greg.XV.§.5.n.18.* quia canones prohibentes, de fœminis tantùm loquuntur, vt *c.fin.* ibi, *cum mulieribus, & c.omnes.* ibi, *ad ſuam pœnitentialem accedat.*

3. Ad argumentum Sancij reſpondeo, multos Doctores probabiliter docuiſſe, ante Bullam Greg.XV. Cõfeſſarios ſollicitantes viros, non fuiſſe denunciandos: quia Bulla Pauli V. & Clem. VIII. loquebatur tantùm de Confeſſariis ſollicitantibus fœminas. Ita Fagundez, Societatis IESV, *de Præcep.Eccleſ.tract.2. lib.4.c.3.n.31.* Portel. *in addit. ad dubia regular. verſ. ſollicitare fœminas.* Vide *noſtrum Tra.de Denunciationibus, Reſol.12.* vbi pro hac firmanda ſententia, multas rationes inuenies. Notandum eſt etiam, quòd ſtando in opinione, quòd Confeſſarius tenetur confiteri circunſtantiam copulæ cum filia ſpirituali, non tenetur confiteri circunſtantiam tactus, aut pollutionis, habitæ inter fœminæ femora: quia ius canonicum ſolùm commiſtionem numerat, in ordine ad irrogandam iniuriam Sacramento.

Quæ nunc inuenietur in tom.5. tra. 9. Reſ. 78. & in aliis eius primæ annot.

RESOL.

quod pœnitens alium Confessarium quærat, qui in suspicionem Complicis venire non possit, quia si aliquod præceptum adesset, esset præceptum diuinum de conseruanda, ac tuenda fama Complicis, quam putat in casu, de quo loquimur, non periclitari.

3. Sed meritò aduersus illum insurgit nouissimè Pater Lugo *de Sacrament. Pœnit. disput.* 16. *sect.* 7. *num.* 392. quia pœnitens aliter faciendo absque causa infamat proximum, cùm possit adire Confessarium, cui persona Complicis ignota sit. Et ideò posset aliquis dicere ad restitutionem famæ teneri, cùm sine rationabili causa manifestauit complicem: poterat enim, vt suppono, sine vllo incommodo alium Confessarium petere; & idcò non solùm peccauit contra charitatem, sed etiam contra iustitiam. Erit autem, vt optimè obseruat Lugo *vbi suprà num.* 148. aptior modus restituendi, si extra confessionem dicatur Confessario sub eodem sigillo: Erraui, dum tibi vnum Complicem pro alio dixi, quem errorem si potuerit Confessario apparentibus rationibus persuadere non mentitum; cùm reuera errauerit, illum complicem, quem non debebat manifestando. Et in casu, quòd impossibilis, vel inutilis esset talis famæ restitutio, semper tamen pœnitens tenebitur impedire, vel resarcire omnia damna extrinseca, quæ ex tali manifestatione iniusta complex patietur. Ita Lugo satis quidem probabiliter: sed vt verum fatear, si opinio illa Caietani esset probabilis, nempè manifestare crimen vni vel alteri, qui pro sua prudentia suppressuri sint silentio, non esse peccatum mortale, probabiliter excusaretur talis pœnitens à famæ restitutione; scio P. Lugo *n.* 395. dictam Caietani opinionem falsam vocare: tamen probabilem ego puto, & illam me citato tanquam probabilem admittuntur hi omnes, videlicet, Stephanus Bauny *in Theol. Mor. tract.* 4. *quæst.* 15. *dub.* 8. Bassæus *in Floribus Theologiæ Practicæ verb. detractio* 1. *n.* 11. & Zambellus *in Repertorio Morali, verb. fama n.* 10. præter alios, quos ego alibi adduxi: quibus adde Cœlestinum *in Compend. Theol. Mor. tract.* 10. *cap.* 2. Concedo tamen sententiam Patris Lugo contra Caietanum esse probabiliorem, quam nouissimè sustinet Ioannes VVigers *de iustit. & iur. tract.* 4. *cap.* 1. *dub.* 4. *num.* 16. & Ægidius Trullench *in Decalogum tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 11. & Fagundez etiam *in Decalogum tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 24.

Sup. hac opinione à lin. 2. Ref. præteritæ, & in aliis eius annot.

RESOL. LIV.

An si quis perpetrauit aliquod delictum carnale in die Iouis Sancti, vel eo die, qui ad confessionem accedit, teneatur postea in confessione aperire hanc circumstantiam?

Idem est dicendum, si aliquis peccatum perpetrauit in die, qua sacram Eucharistiam sumpsit, vel in die alicuius magnæ festiuitatis.

Et infertur, an circumstantia diei festi sit in confessione aperienda, vt blasphemare, peierare, furari, &c? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 32.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Medina *in summ. lib.* 1. *c.* 9. §. 14. Pitigianus *in* 4. *tom.* 2. *disp.* 17. *q. vnica, art.* 5. *in fin.* Rodriq. *in sum. tom.* 1. *c.* 53. *n.* 12. Llamas *in sum. p.* 2. *c.* 8. §. 14. & alij. Et à fortiori docebūt hanc sententiam illi qui asserunt circumstantiam diei festi esse de necessitate confessionis: & ita docuerunt Alensis 3. *p. q.* 32. *mem.* 5. *art.* 2. D. Antoninus 3. *p. tit.* 17. *c.* 17. §. 5. Maior *in* 4. *dist.* 17. *q.* 4. Angelus *verb. præceptum, n.* 5. Adrianus *in* 4. *de confess. q.* 4. & alij asserentes, vt dixi, circumstantiam diei festi esse in confessione aperiendam, vt blasphemare, peierare, furari, &c.

Sup. contento in hac Ref. in §. vlt. ante medium. Ref. seq.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5.

2. Sed hanc sententiam ferè omnes neoterici refellunt, vt Ledesma *in sum. tom.* 1. *de Pœnit. c.* 18. *fol. mihi* 229. Pettrus Fay *in addit. ad* 3. *part. q.* 9. *art.* 2. *dub.* 12 Vasq. *in* 3. *part. tom.* 4. *q.* 19. *art.* 1. *dub.* 4. *n.* 24 Bonacina *de Sacram. disp.* 5. *q.* 5. *sect.* 2. *punct.* 2. §. 3. *diffic.* 3. *n.* 29. Coninch *de Sacr. disp.* 7. *dub.* 4. *n.* 27. Nugnus *in addit. ad* 3. *p. tom.* 2. *q.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. & alij. Quia in diebus festiuis non prohibetur opus seruile spirituale, scilicet, peccatum, quod tale tantùm dicitur metaphoricè, sed seruile propriè corporale, scilicet mechanicum: nisi talia peccata efficerentur in contemptum diei festi. Vnde ad dubium quæsitum respondeo, circumstantiam peccati perpetrati in die Iouis sancti, vel alterius magnæ Festiuitatis, non esse in confessione aperiendam: quia, vt notat Filliucius *tom.* 2. *tr.* 21. *c.* 9. *n.* 347. est tantùm circumstantia aggrauans. Et ita nostram sententiam docet Henriquez *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 6. vbi sic asserit: [Circumstantia temporis aliquando grauat peccatum, vt si in solemni festo, aut hebdomada sancta, fiat peccatum externum, & multi putant necessarium esse, id exprimere in confessione: sed reuera non tenetur pœnitens explicare in confessione.] Ita Henriquez. Et idem dicēdum est, si aliquis peccatum perpetrauit in die, qua postea confitetur, vel in die, qua sacram Eucharistiam sumpsit. Et ita docet contra aliquos Homobonus *de exam. Eccles. p.* 1. *tr.* 5. *c.* 12. *q.* 81.

Ref. 10. §. Nota etiam & in dicta Ref. & §§. eius annot.

RESOL. LV.

An si quis statim post communionem fornicaretur, teneatur hanc circumstantiam in confessione explicare?

Et infertur, quod peccans in die festo, vel fornicans in die Iouis sancti, vel in die, quo confessus est, vel communicauit, modo non sit statim post communionem, vel celebrationem, non tenetur in confessione hanc circumstantiam explicare. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 59.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Cardinalis Lugo. Idem cum ipso docet non tamen ex eius principijs Dicastillus *de Sacr. tom.* 2. *tr.* 8. *disp.* 9. *dub.* 8. *n.* 731. vbi sic ait: Et quidem si verum esset, quod aliqui dicebant: nempe in die, qua acceptata est Eucharistia peccatum commissum habere malitiam specialem explicandam in confessione, sequeretur Sacerdotes quotidie celebrantes frequentissimè debere explicare circumstantiam Missæ illa die celebratæ, quod videtur difficile, vt notauit Eminentissimus Lugo *num.* 523.

2. Non tamen desunt, vt videre est apud eundem *n.* 524. qui putent aliquod peccatum ratione temporis Sacri contrahere malitiam grauem nouam necessariò explicandam; cuius rei exempla adhibentur. Primum si die Parasceues, aliquis vellet ludos publicos, comœdias, & ludicra spectacula, & similia exhibere, sicut in diebus Bacchanaliorum, quam putant grauissimam irreuerentiam contra Sacratissimum diem Passionis Christi Domini. Hoc exemplum ego non negauerim continere graue peccatum; & in hoc assentior eidem Cardinali. Sed non possum inprimis non videre eam esse circumstantiam alterius peccati per se loquendo (de circumstantiis verò nunc disputamus) sed esse primarium peccatum ex se; si actus ipsi per se non sunt lege prohibiti: tunc enim explicare illud peccatum non esset explicare circumstantiam alterius peccati, sed primariam peccati materiam, in quo ipsemet Cardinalis consentire debet, & cum illo notauimus suprà in simili, tum *num.* 644. tum *num.* 666. paulò ante finem.

3. Deinde non possum non videre illas actiones non esse contra aliquam prohibitionem Ecclesiæ, aut

aut humanam, neque eſſe circumſtantias ea lege prohibitas; ſed ex natura rei reſultare quod diſſonet rationi, & quod cenſeatur res ſatis impia, eò ipſo quod Eccleſia & fideles tunc colunt Chriſti paſſionem, vt in ſimili dicebamus ſuprà, agentes de peccatis quibuſdam in loco Sacro, etiamſi non eſſent prohibiti ſpeciali lege. Vide quæ ea de re diximus *ſup. à n.*652. ſed præſertim *num.* 655. potuiſſet quidem Eccleſia tunc non colere Paſſionem eo modo: Suppoſito verò quod colat eo modo, non poteſt apud prudentem æſtimationem non cenſeri res illa grauis irreuerentia, ſed hoc non eſt propriè loquendo contra aliquam diei ſacrationem, quæ nulla eſt, iuxta dicta *num.*725. vbi aſſignantibus diſparitatem inter locum & tempus.

4. Hoc ipſum cernere licèt in ſecundo exemplo eius, qui ab ipſo altari, in quo celebrauit, immediatè iret ad fornicationem, quam meritò putat Cardinalis grauiſſimam irreuerentiam, ſed non video quod ſit propriè irreuerentia ſanctitatis diei, ſed quia ex natura rei prudenti æſtimationi videtur grauis irreuerentia tanti Sacrificij & Sacramenti, itaque non Sanctitatem aliquam diei violat, ſed Sacramento irreuerentiam cenſetur inferre. Quod etiam ſatis declarat exemplum quod affert de ſollicitante Sacerdote pœnitentem ad turpia proximè poſt confeſſionem, quem Sacerdotem cogit legitimus iudex abiurare, vel de vehementi, vel de leui (prout res, & circumſtantiæ poſtulant) propter ſuſpicionem, quam ſecum affert eiuſmodi ſcelus, ſed hoc non pertinet ad ſanctitatem temporis, aut diei; ſed ad honorem Sacramenti, & ad præcauendum damnum, quod prouenire poſſet, ſi eiuſmodi malum impunè ſerpat, ſolumque propinquitas aut ſimultas temporis, (ſicut etiam loci deputati ad confeſſionem, vel ſimulationis quà ſimulat quis ſe audire confeſſionem) ſeruit ad notandam & ſuſpicandam irreuerentiam, vel minus ſynceram fidem ſic peccantis abſque vlla irreuerentia illata tempori aut loco tanquam rebus ſacratis, cùm poſſit eſſe locus ſine vlla conſecratione, ſicut & tempus. Hucvſque Dicaſtillus.

5. Itaque vel ſecundùm principia Cardinalis Lugo, vel Dicaſtilli, dicendum eſt, ſi quis fornicaret ſtatim poſt Euchariſtiam ſumptam, debere in confeſſione hanc irreuerentiam explicare. Et ita etiam præter Doctores citatos tenet Martinus de San Ioſeph *in mon. confeſſ. tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 14. *de Pænit. n.* 7. vbi ſic ait; No ay obligacion de confeſſar la circumſtancia de que ſe cometio el pecado en dia de Fieſta, porque eſto ni muda eſpecie, ni agraua notablemente dentro de la propia eſpecie, porque en la fieſta no ſe prohibe la obra ſeruile eſpiritual. Y lo miſmo es quando ſe comete el pecado, aunque ſea carnal, en Iueues, ò Viernes Santo, ò en el dia en que ſe confeſſo, ò comulgò; ſaluo ſi en acabando de comulgar conocieſſe carnalmente la amiga, ò hizieſſe comedia el dia del Viernes Santo, que en caſos ſemejantes ſe pecaria grauiſſimamente contra la virtud de la Religion. Aſſi lo ſiento. Ita ille.

Super contentis in hoc, & ſeq. verſ. vſq; ad verſ. ſaluo, in Ref. præterita per totam.

RESOL. LVI.

An ſuſcipiens Euchariſtiam in peccato mortali, & qui facit in Quadrageſima confeſſionem inualidam, committat duplex peccatum in confeſſione explicandum? Ex part. 3. tr. 4. Reſ. 35.

§. 1. AD hanc quæſtionem reſpondet Petrus Fay *de pænit. in addit. ad* 3. *part. D. Thomæ, q.* 4. *art.* 3. *diſp. vnica, concl.* 2. ſic dubitabit aliquis, an ſumens Euchariſtiam in peccato mortali ſine præuia confeſſione committat duplex peccatum mortale, vnum impœnitentiæ contra præceptum confitendi ante communionem, aliud ſacrilegij contra dignam ſuſceptionem Euchariſtiæ. Affirmant aliqui, & ſatis probabiliter propter violationem duplicis ſpecialis præcepti, quæ contingit in caſu poſito: probabilius tamen opinor vnicam tantùm eſſe ſacrilegij contra dignam Sacramenti ſuſceptionem. Et ratio eſt, quia vbi eſt vnum propter aliud, ibi eſt vnum tantùm: ſed qui non præmittit confeſſionem ante ſumptionem Euchariſtiæ, ideo tantùm peccat, quia per illius omiſſionem indignè Sacramentum ſumit, quod ſi ſumere non deberet neutiquam confiteri teneretur, vt ſupponimus. Ita Fay, & ego hanc ſententiam alibi etiam docui, & nouiſſimè illam docet Turr. *de pænitentia q.* 6. *art.* 5. *diſput.* 21. *dub.* 1. Igitur cùm duo præcepta ſimul occurrunt, & vnum obligat tantùm ratione alterius; vt eſt in caſu noſtro, violatio vtriuſque eſt vnicum ſolum peccatum; ideo dicendum quòd ſi quis omittat confeſſionem, quando neceſſaria eſt ſolùm ratione Euchariſtiæ ſuſcipiendæ, non peccat contra præceptum affirmatiuum confeſſionis, ſed contra præceptum ſuſcipiendi dignè Euchariſtiam.

Sup. hoc & prima diffic. huius Reſol.

ſuprà in tr. 3. Reſ. 186. §. 1. & in tom. 2. tr. 1. Reſ. 149. §. Nota etiam.

Alibi in Reſ. not. præterita & ſignanter in Reſ. 2.

2. Ex his etiam ſequitur, vt bene obſeruat Fagundez *præc.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 8. quòd qui tempore præcepti Eccleſiaſtici in Quadrageſima fecit confeſſionem inualidam, peccat contra præceptum diuinum de integritate confeſſionis, & contra præceptum Eccleſiæ annualis confeſſionis, & tamen vnum tantùm peccatum committit; quia præceptum Eccleſiæ ſubordinatur præcepto diuino; ſic etiam qui occidit clericum, peccat contra ius diuinum contentum in 5. præcepto Decalogi, & contra ius canonicum, & ius ciuile; & tamen vnum tantùm peccatum homicidij, & ſacrilegij committit; quia ius ciuile & ius canonicum, in hac prohibitione ſubordinantur iuri naturali. Vide Henriquez *lib.* 2. *de pænit. c.* 5. *n.* 6. Medinam *in p.* 2. *q.* 109. *art.* 4. §. *tandem, concl.* 3. Sotum *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 1. *art.* 4. Caietanum *p.* 1. *q.* 72. *art.* 6. *ad* 2. & alios.

RESOL. LVII.

An qui in ſtatu peccati mortalis, & non ieiunus ſumit Euchariſtiam, peccet duplici peccato in confeſſione explicando?

Et de interuallo, quo infirmus poſt Viaticum communicare poſſit, agitur. Ex part. 4. tract. 4. & Miſc. Reſ. 195.

§. 1. NEgatiuè reſpondeo; quia quamuis ſumptio illa ex duobus titulis ſit peccatum mortale, nempè & quia eſt transgreſſio illius præcepti poſitiui de non ſumendo Euchariſtiam, niſi ieiunus; & quia eſt transgreſſio præcepti naturalis diuini non ſumendi Euchariſtiam in ſtatu mortalis: nihilominus quia vterque iſte titulus eodem modo opponitur Religioni, quia eodem modo eſt contra reuerentiam Sacramenti; ideo eſt idem ſpecie peccatum; & etiam eſt idem numero, quia non eſt vnde malitia numero multiplicetur, quia materia eſt eadem numero, & non reſpiciens diuerſa extrinſeca, imò nullum, quia eſt abſoluta nullum extrinſecum reſpiciens. Et hæc omnia docet *in ſuo tract. de ſacram. diſput.* 9. *diffic.* 1. Gaſpar Hurtado Theologus Societatis IESV, quæ doctorum hominum in omni ſcientiarum genere meritò emporium vocari poteſt. Verùm hæc opinio Hurtadi aliqui recentiores non admittunt, & præſertim inter illos noſter P. D. Thomas de Afflicto, vir doctiſſimus, nam licèt vtrumque peccatum opponatur eidem

Sup. hoc ſupra in tra. 3. lege doctrinã §. Obſerua. Reſol. 186. & aliarum Reſ. eius not.

Sa ram.com.1.tract.8.disput.9 dub.2.num. 79. si enim satis esse videtur quod in eodem conflictu, & pugna id fiat (vt aliqui docent, non video quomodo id possit conciliari cum impugnatione, qua etiam illi vtuntur contra Zanardum) cuius doctrina si ratione agamus, tam probabilis est, atque doctrina de occisione trium in eodem conflictu, seu pugna. Atque in primis hoc primum respondere posset Zanardus, quem impugnant, sicut enim tres occisiones in vna pugna martiali inter se sunt actiones distinctæ totales, & completæ, & vna non est pars alterius, nec ordinatur ad illam: nihilominus tamen quia fiunt in eodem congressu martialis pugnæ, & conflictus, putare possunt ij Theologi id esse satis, vt eæ actiones tam distinctæ, & non subordinatæ possint coalescere in peccatum moraliter vnicum, sic etiam tres fornicationes in vna pugna venerea (liceat sic loqui) inter se sunt actiones distinctæ totales, & non subordinatæ, & vna non est pars alterius; nec ordinatur ad illam; ergo etiam quia fiunt in eodem congressu venereæ pugnæ & conflictus, putare potuit Zanardus id esse satis, vt eæ actiones tam distinctæ, & non subordinatæ possint coalescere in peccatum moraliter vnicum. Nec video minorem vnitatem vnius continuati accubitus cum meretrice, donec consumentur tres fornicationes, quam vnius continuati conflictus & pugnæ cum hostibus, donec consumentur tres occisiones.

3. Quò ad opinionem verò Zanardi, quam ego ante Cardinalem Lugo impugnaui, merito etiam illam refellit Ouiedo *in part.*a D. Thomæ *tract.6.contr.5.punct.5.num.* 115. Dicastillus *vbi suprà num.* 78. itaque qui plures fornicationes eadem nocte commisit, etiamsi absque vlla animi interruptione, quantumuis continuæ, & cum eadem fœmina exercerentur, peccat pluribus peccatis numero distinctis, necessariò in confessione explicandis, quia quælibet fornicatio in se est absoluta & completa, & nullam connexionem habet cum alia. Nec temporis continuatio potest vnire actiones externas in se absolutè completas, & suo genere adæquatas, quantumuis enim homo continuè plures homines occidat, plura committit homicidia inter se numero distincta.

> Sup. hoc infr. in Ref. 42. & in Ref. 164. §. Nota etiam. & in Ref. 165. §. In Ref. 43. & supra in Ref. 15. eursis fine §. Et Emanuelem. & in Ref. 25. § Hucusque & seq & in Resol. 20. §. Hæc obiectio ad medium, & supra in 1. a. Ref. 5. breuiter in fine §. 3. & in to. 4. tr. 6. Resol. 116. §. vlt. & cursim cum Fagundez & Rodriguez tantum citatis in Ref. 1 & 3. huius not. in tom. 4. tr. 8. Ref. 42. in fine, & in tom. 6. tr. 4. Ref. 61. §. 2. in fine.

4. Nec obstat dicere pro sententia Zanardi, quod ego probabiliter docui, scilicet probabile esse Sacerdotem qui successiuè audiuit in peccato mortali plures confessiones vnam post aliam non committere plura peccata distincta, sed vnum: quare (inquiunt) non erit necessarium dicere, audiui tot confessiones, sed audiui in statu peccati vna vice plures confessiones. Adde tu consequenter, nec debere dicere an audierit plures, sed dicere ministraui Sacramentum pœnitentiæ in peccato mortali, quia dicere plures non pertinet, nisi ad grauitatem intra eamdem speciem, quam negant debere explicari. Ergo dicendum est, quod eadem est ratio de eo, qui successiuè cognoscit carnaliter tres fœminas.

5. Respondeo non esse eamdem rationem, quia actio illa audiendi confessiones in tribunali Sacramentali maiorem recipit vnitatem moralem, quam occisiones trium, quæ cum respiciant singulæ diuersa iura singulorum hominum, quæ læduntur & aliunde non vniantur in actu, vel actione morali ad eundem finem: non videntur posse facilè ex sola temporis propinquitate vniri ad faciendum vnum peccatum. At verò actum audiendi confessiones accipit vnitatem in primis ex fine, & intentione agentis, qui sedet in eo loco ad audiendas confessiones subditorum. Sed de hac difficultate etiam alibi à nobis plura dicta sunt.

RESOL. XXVIII.

Aliquis habens simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum, quæsiuit a me an commiserit plura peccata, & teneatur hoc in confessione explicare?

Et docetur, quod qui haberet voluntatem occidendi infinitos homines, non tenetur explicare eam circunstantiam, v. g. in efficaci voluntate non solum in simplici complacentia respectu ad plura: imo, si actualiter quis vno ictu, vel vna explosione tormenti bellici occideret plures homines, non est in tali casu explicandus in confessione numerus personarum, quia asseritur esse plures malitias, sed vnicum peccatum?

Et tandem quæritur, an qui furatus est centum, satisfaciat in confessione, si dicat, furatus sum quinquaginta: Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 64.

§. 1. DE hoc casu aliqui viri docti fuerunt interrogati, ego verò absolutè negatiuam sententiam docui, & adduxi doctrinam Dicastilli, cuius verba quia deseruient ad resolutionem multorum casuum hìc per extensum apponam; sic itaque ait *de Sacrament. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 4. num.* 255. Quæ hucusque dicta sunt, intelligenda sunt de actibus exterioribus, qui habent multiplicem effectum, vt de maledicto, & occisione plurium vno verbo, & vno ictu; atque etiam de actibus interioribus efficacibus, de quibus omnibus dictum, admissum, & probatum hucusque est multiplicari in eis malitias pro multitudine effectuum diuersorum.

> Quoad hoc leg. doctrinã Ref. & §§. not. seqq. huius Ref. dempta nota posita in §. Occasione.

2. De actibus verò inefficacibus voluntatis, vt simplici effectu, & complacentia, dicendum omnino est, tantum esse vnicum peccatum, quando plures personæ per modum vnius obiecti adæquati vnico actu respiciuntur, quia cùm simplex complacentia non respiciat illa homicidia, vel mala plurium personarum, tanquam effectum, sed tanquam obiectum: Sanè si in ratione obiecti constituunt omnium obiectum adæquatum, vnicam etiam malitiam constituet; Vnde in sententia Vasquij, & nostra, quæ nullam circunstantiam aggrauantem docet esse necessariò explicandam in confessione, dicendum est in simplici complacentia eiusmodi non esse necessarium explicare respectum ad plures personas, id quod in hac sententia sic dicendum esse docuit olim Luisius Turrianus *de pœnitentia disp. 12. dub.* 3 qui etiam docuit, eum qui habuerit voluntatem occidendi infinitos homines, quod est impossibile, non teneri explicare eam circunstantiam, quia illa non est voluntas efficax, sumens ab effectu malitiam; sed simplex, & in hoc actu, & similibus, vnica tantum est malitia grauissima sumpta ab obiecto per modum vnius voliti, non ab effectu impossibili.

> Sup. hoc in §. vlt. huius Ref. & in aliis eius vltimæ annot.

3. Illud etiam est notandum in peccatis, quorum malitia specifica consummatur interius, qualia sunt peccatum odij, specialis scandali, & similia philosophandum esse, quantum est ex parte illorum peccatorum, sicuti philosophamur in simplici complacentia, etiamsi sint actus efficaces: quotiescunque enim plura obiecta concipiuntur pro talibus actibus per modum vnius adæquati obiecti, est vnicum peccatum, quantum ad illud genus malitiæ, quæ consummatur

matur interius: nihilominus quando ſunt actus efficaces, explicandus eſt reſpectus ad plures perſonas, vel obiecta; quia præter malitiam illam, quam habent in illa ſpecie, quæ interius conſummatur, habent etiam plures alias malitias in materia in qua ſunt actus externi, qui ab illo actu efficaci procedunt; v. g. ſi quis vno actu odij efficaci odiſſet decem homines per modum vnius obiecti, volens efficaciter illos occidere; tunc actus ille, quamuis in ratione odij non habeat niſi vnicam malitiam ex vnico adæquato obiecto illius multitudinis hominum per modum vnius conſideratæ; in ratione tamen homicidij tot habet malitias, quot ſunt homines, quos intendit occidere, quia multiplicatur malitia ex multiplicitate effectus iuxta dicta. Vnde licèt ratione malitiæ odij non teneretur explicare multitudinem perſonarum; ratione tamen malitiarum homicidij illam explicare tenetur. Hæc omnia Dicaſtillus.

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 3. ad lin. 4.

Quoad hoc lege inferius doctrinam Reſ. 156. & quamuis non piane ſuper hoc, tamen ex eius doctrina melius hanc quæſtionem poteris diſſoluere.

4. Ex quibus apparet in ſimplici complacentia non eſſe neceſſarium explicare reſpectum ad plura, quæ per modum vnius reſpiciuntur, & ideò patet reſponſio negatiua ad quæſtionem propoſitam in titulo reſolutionis de qua interrogatus fui.

5. Occaſione ſupradicti dubij tunc etiam diſcuſſum fuit, an qui furatus eſt centum ſatisfecerit in Confeſſione ſi dicat furatus ſum quinquaginta, & negatiuam ſententiam docere Ouiedum reſpondi *in 1. 2. D. Th. tr. 5. contr. 5. punct. 6. num. 128.* vbi ſic ait; Monet benè Henriquez, quod etiamſi duas perſonas eodem actu maledictione percurere, duplex peccatum non ſit, modum iſtum maledicendi ſimplici actu explicandum eſſe in confeſſione, quod neceſſarium iudico, vt indiuiduum peccatum explicetur. Similiter ob eandem rationem, iuxta ſententiam aſſerentem in illo actu tantùm eſſe vnam malitiam, etiam retenta opinione ad circunſtantias aggrauantes explicandas non obligante, cenſeo non ſatisfieri præcepto confeſſionis, ſi dicatur in vnum hominem maledictum conieci, quia non explicatur peccatum indiuiduum commiſſum, ſed aliud: debet autem ſaltem confusè explicari peccatum indiuiduum commiſſum, quod non ſit, dum aliquid pertinens ad ſubſtantiam indiuidui peccati dicitur, quod illi non conuenit, vel quod aliud indicat indiuiduum. Ob hanc rationem etiamſi circumſtãtiæ aggrauantes in confeſſione explicandæ non ſint; ille qui furatus eſſet centũ aureos, non ſatifaceret præcepto confeſſionis, ſi diceret furatus ſum quinquaginta aureos, quia in hoc indiuiduo explicato nec confusè cõtinetur commiſſum, videlicet furtum centum aureorum, quia centum aurei nullo modo in quinquaginta includuntur. Ita ille, qui latè diſentit, an ratione diſtinctionis numericæ obiectorum peccata numero diſtinguantur. De qua quæſtione pluries alibi actum eſt.

Pluries alibi ſuprà in Reſ. 21. & in aliis eius omnium notationum.

Sup. his vno ictu, & expulſione, in duabus Reſ. antecedentibus, & ſuprà in Reſ. 23. §. 1. in fine, & ſeq. & in alio verſ. earum not.

6. Notandum eſt tamen hîc ad confirmationem ſupradictorum, aliquos Doctores probabiliter docere, etiam in efficaci voluntate non ſolum in ſimplici complacentia, imo ſi actualiter quis vno ictu, vel vna expulſione tormenti bellici occideret plures homines, non eſſe in tali caſu explicandum in confeſſione numerum perſonarum. Vide Ioannem Pontium *in Curſ. Theol. 45. q. 7. concl. 2. num. 53.* & alios. Imo Caramuel *in Regul. D. Benedicti diſp. 611 n. 910.* aſſerit eſſe plures malitias, & vnicum peccatum, quando quis vult vnico actu voluntatis plures occidere; ſed abſolutè eſſe vnum peccatum, ideò *diſp. 621. n. 910.* cùm dixiſſet. *vnitas moralis* (talis eſt vnitas malitiæ moralis) *deſumitur ab actu voluntatis, non à re phyſica*, paulò poſt in re noſtra ſubiungit. *Hinc patet eſſe vnum peccatum velle vnico actu voluntatis occidere duos, quia licet hi ſint plures in genere phyſico, in voluntate ſunt per modum vnius. Nam vnus actus non datur niſi vnum obiectum. Vnde licet velle occidere duos ſit maius peccatum, quàm velle occidere vnum, non tamen eſt duplex peccatum.* Hæc vir ille doctus non diſtinguens pro re morali, de qua agimus, inter vnitatem peccati, & malitiæ. Sed aduerſus illum inſurgit nouiſſimè Dicaſtillus *de Sacrament. tom. 2. tractat. 8. diſput. 9. dub. 4. num. 264.*

Sup. hoc ſuprà in fine §. 2. huius Reſ. & ſuprà in Reſ. 21. §. 1. verſ. Prima. & in Reſ. 23. §. Et ideò, paulò poſt initium, & in Reſ. 24. & in Reſ. 26. §. Hæc obiectio in principio & in §. Circa. ante & poſt medium.

RESOL. XXIX.

An, ſi quis vno continuato ſermone in eadem re ter periuret, ſufficiat, ſi in confeſſione dicat ſe falſum iuraſſe?

Et notatur, quod ſi quis aliquem vno iræ impetu ter, vel quater pugno percuteret aut vulneraret, vnum tantum numero, peccatum committeret; & ſi Clericus eſt in vnam tantum excommunicationem incidere, dicendum eſt.

Etiamque aduertitur, quod ſi quis ſine morali interruptione multa verba blaſphemia in Deum proferat, vnum ſolum blaſphemiæ delictum committeret. Ex part. 3. tractat. 4. Reſolut. 162. aliàs 163.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè, quia in tali caſu vnum tantùm peccatum committit, etenim tria periuria, vel mendacia ſunt vnius continuati ſermonis partes, & ſermo in vltimo mendacio, vel periurio perficitur; ergo vnum erit numero peccatum. Vide Azorium *tom. 1. lib. 4. cap. 4. queſ. 5.* vbi etiam notat, quòd ſi aliquis aliquem vno iræ impetu ter, vel quater pugno percutiat, aut vulneret, vnum tantùm numero peccatum committere, & ſi Clericus ſit, in vnam tantùm excommunicationem incidere dicendum eſt, & ita docet Suarez *de conſ. diſput. 4. ſect. 3. num. 8.* Saytus *lib. 1. cap. 10. num. 9.* Vgolinus *tab. 1. cap. 16.* & alij.

Sup. hoc infrà in Reſ. 149. §. vlt. in fine, & in Reſ. 150.

Sup. hoc notato in §. vlt. poſito in annot. vlt. huius Reſ.

Sup. hoc pro Clerico ſupr. in fine Reſ. 21.

2. Notandum eſt etiam hîc obiter, quòd ſi quis ſine morali interruptione multa verba blaſphemiæ in Deum proferat, vnum ſolum delictum blaſphemiæ committere. Nec neceſſe eſt, vt in confeſſione numerum blaſphemiarum explanet ſed ſatis eſt dicere: Contra Deum blaſphemiam intuli. Vide Molinam *tom. 4. tract. 3. diſput. 41. num. 5.* Couarruuiam *lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. numer. 8. §. ego ſanè*, & hoc verum eſt, etiamſi verba blaſphemiæ, res varias ſignificarent.

Sup. hoc in Reſ ſeq & ſuprà in Reſ. 25. §. 1. in fine. & ſuperius in tr. 5. lege doctrinam §. penult. & vlt. Reſ. 53. & in tom. 5. tr. 8. Reſ. 11. §. Nõ aſſentiunt.

RESOL. XXX.

An quando quis profert vnico actu conuitia in Deum, aſſerendo ſæpius Dio ingiuſto, Dio ingiuſto, &c. *teneatur hoc in confeſſione aperire?*

Et aduertitur, quod in confeſſione non ſunt exprimenda, quæ verba contumelioſa fuerint in Deum, vel Sanctos prolata, ex eo quod omnes contumeliæ ſint eiuſdem ſpeciei. Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 51.

§. 1. RESpondeo negatiuè: quia tunc quot ſunt cõuitia in Deum, vel Sanctos, tot ſunt peccata, quando ſunt diuerſa formaliter: vt ſi quis diceret Deũ iniuſtum, & Deum non eſſe omnipotentem; ſic enim variantur formaliter conuitia: vel quando, interruptis actibus, dicta conuitia proferuntur: ſecùs

Sup. hoc in Ref. præterita. §. vlt. & supra in Ref. 25. §. 1. & superius in tr. 5. lege doctrinã §. penult. & vlt. Ref. 53. & in tom. 5. tr. 8. ex Ref. 11. §. Non asseritur.

autem in casu nostro; nam talis vnam blasphemiam profert tantùm, licèt sæpiùs in Deum, vnico tamen actu, eodem tempore. Et ita docet Zanardus *in director. conscient. part 2. precept. 1. c. 10.*

2. Vnde olim cum multis aliis Theologis excusaui quemdam piscatorem à reiteratione Confessionũ, qui sæpiùs conuitia horrenda, non tamen specie diuersa in Deum, si pisces non sumeret, actu proferebat.

3. Adde, quòd probabiliter etiam dici potest contra Zanardum, & Sanctarellum *tractat. de blasphemia c. 4. dub. 2. num. 5.* in confessione non esse exprimenda, quæ verba contumeliosa fuerint in Deum, vel Sanctos prolata: nam omnes contumeliæ sunt eiusdem speciei, vt *suprà* probatum est, docet Reginaldus *tom. 1. lib. 24. c. 5. n. 102.* & alij, & omnes conueniunt in ratione formali, quæ est intentio auferendi alteri honorem: ergo, &c.

Suprà in Ref. 28. Quæ hic est etiam suprà Ref. 19 & in aliis positis in annot. §. 2. & cum eodem Reginaldo hic citato.

RESOL. XXXI.

An quis tenentur confiteri circumstantiam, seu diuersitatem blasphemiarum?

Et an blasphemia in Deum, & Sanctos non differant specie?

Et an, si tales blasphemiæ procedant ex odio Dei formali, vel contineant hæresim, teneatur pœnitens explicare in confessione qualitatem blasphemiæ? Ex p. 1. tr. 7. Ref. 50.

Sup. contento in hac Ref. in seq. Ref.

§. 1. Affirmatiuè respondet Fillincius *tom. 2. tr. 25. c. 1. n. 26.* qui citat Suarez. Idem etiam docet Turrianus *in 2. 2. disp. 58. dub. 3.* Reginaldus *tom. 2. lib. 18. c. 14. n. 201.* Sanctarellus *tract. de heresi, c. 4. dub. 1. n. 4.* Sancius *disp. 6. q. 6.* Layman *in Theolog. mor. lib. 4. tract. 10. c. 6. n. 11.* Ledesma *in sum. tom. 2. tract. 1. c. 9. conclus. 5.* Lopez *in instruct. p. 1. cap. 282.* Bannez *in 2. 2. q. 13. art. 10.* Aragonius *ibidem*, & alij.

2. Sed ego contrariam sententiam sustinendam esse iudico, quia blasphemiæ in Deum, & in Sanctos, non differunt specie, vt docet Lazarius *tract. de blasph. q. 3. n. 51.* Caietanus *in sum. ver. blasphemia.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 13. punct. 1.* Azorius *tom. 1. lib. 9. c. 28. q. 10.* & alij: ergo non sunt necessariò in confessione aperiendæ, nisi tales blasphemiæ procederent ex odio Dei formali, vel continerent hæresim: seclusis autem his duobus casibus, in nullo alio tenetur pœnitens explicare qualitatem blasphemiæ. Et ita in terminis docet Gyptius *tract. de cas. reseru. c. 9. n. 37.* Homobonus *de cas. reser. p. 2. c. 1. fol. mihi 236.* & Caietanus *in 2. 2. q. 13. art. 1. in fine.*

Sup. hoc in Ref seq.

Sup. hoc ibidem.

3. Vnde apparet, me olim probabiliter respondisse, contra Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 2. c. 32. num. 39.* & Aragonium *in 2. 2. q. 13. art. 1.* quemdam Clericum potuisse reticere in Confessione, an eius blasphemiæ fuerint contra Beatam Virginem, an contra alios Sanctos.

Super hoc ex doctrina eiusdem Ref.

RESOL. XXXII.

An omnes blasphemiæ sint eiusdem speciei?

Et an, si blasphemiæ sint hæreticales, vel imprecatiuæ cum odio Dei habeant grauitatem exponendam in confessione? Ex part. 5. tractat. 13. & Misc. 1. Ref. 21.

Sup. omni contento in hac Ref. in præterita Ref. per tot.

§. 1. Negatiuam sententiam docet nouissimè Hurtadus de Mendoza *in 2. 2. disputat. 91. sect. 12. §. 54.* quia blasphemia est peccatum propter contumeliam in Deum; sed contumeliæ differunt specie: ergo & voluntas de illis. Minor probatur, quia mala quæ possumus Deo blasphemè adscribere, sunt diuersa specie. Vt enim apud homines diuersa iniuria est aliquem appellare latronem, ac appellare incestuosum, & sodomiticum, & ebriosum; ita apud Deum, quia ea omnia mala, vt inter homines sunt cõtumeliæ distinctæ, propter diuersam peccatorum turpitudinem, sic & cùm coniiciuntur in Deum. Vnde deducit Hurtadus in confessione explanandas esse hæreticales blasphemias præ imprecatiuis, non solùm ob oppositionem cum fidei confessione, sed quod intra blasphemiæ limites est diuersum conuicium, assertio rei turpis, ac imprecatio; & inter hæreticales exponendæ sunt species contumeliarum, quæ actæ sunt in Deum, & inter imprecatiuas, quæ grauiora mala significant, item & quæ sunt in Deum simul, & Sanctos, qui habent duas malitias specie distinctas irreligionis, & irreuerentiæ in Sanctos, quia violatur Religio, & Dulia, & inter Sanctos exponenda est circumstantia in Virginem Matrem Dei, quia est contra Hyperduliam, quia hæc virtus aut specie differt à Dulia, aut habet grauitatem exponendam in confessione. Ita Hurtadus, probabiliter quidem.

Sup. his seqq in hoc § in Ref. not. præteritæ.

2. Sed contrariam sententiam non minus probabilem esse puto, nisi blasphemia sit hæreticalis, vel imprecatiua cum odio Dei. Vide Faustum *de Sacram. pœnit. lib. 4. q. 137.* Cælestinum *in Comp. Theol. mor. tract. 1. c. 9. diffic. 4.* Leunem *de Correct. Confes. tom. 1. resol. 12. n. 7.* Duuallium *in 2. 2. D. Th. tract. de fide q. 9. art. 2. in fine*, & recognosce omnino me ipsum *in 1. part. tract. 7. resol. 50.*

Sup. hoc ibidem.

Quæ hic est Ref. antecedens.

RESOL. XXXIII.

An circumstantia Apostasiæ sit in confessione aperienda, vel sufficiat dicere in hæresim lapsus sum?

Et an Apostasia differat specie ab hæresi, vel an Apostata debeat explicare ad quam sectam transierit? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 54.

§. 1. Esse hanc circumstantiam in confessione aperiendam, putat Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 2. cap. 7. conclus. 3.* Aragon. *in 2. 2. q. 11. artic. 1. dub. 1. concl. 1.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 11. punct. 1. diffic. 1. & q. 10. punct. 3. vers. Hn ita.* Suarez *de fide, disp. 16. sect. 5. in fine*, cum aliis. Imò Sanch. *in sum. lib. 2. c. 7. n. 17.* docet, apostatam debere explicare, ad quam sectam transierit. Probatur hæc opinio: vel, quia apostasia differt specie ab hæresi, vt tenet Suar. *loco cit.* Lorca *in 2. 2. q. 12. art. 1. disp. 50. n. 3.* Turrecremata *in sum. lib. 4. p. 2. c. 13.* Simanchas *de cathol. inst. tit. 7. n. 5.* Canus *de locis Theol. lib. 12. c. 9.* vel quia est circumstantia multum aggrauans: ergo, &c.

Sup. hoc pro hæresi in Ref. seq.

2. Sed ego puto, apostasiam non differre specie ab hæresi, vt docet Bannez *in 2. 2. quæst. 12. art. 1.* Valentia *tom. 3. disp. 1. q. 11. punct. 1. & q. 12. punct. 1.* Azorius *tom. 1. lib. 8. cap. 21. q. 3.* Caietanus *in 2. 2. q. 10. art. 1. & quæst. 12. art. 1.* Castrus *de iust. hær. punit. lib. 2. c. 7.* Pegna *in director. p. 2. q. 49. comment. 74.* Sanchez *vbi suprà, n. 26.* & recentiores Thomistæ apud Lorcam *vbi suprà, num. 1.* Zanardus *in direct. Theolog. p. 2. precept. 1. c. 8.* Ledesma *vbi supr.* ideò assero, circumstantiam apostasiæ, tanquam aggrauantem, non esse necessariò in confessione aperiendam. Quòd verò apostasia non differat specie ab hæresi, probatur: quia apostasia est disceptio à tota fide; hæresis autem à parte fidei: at magis, vel minùs recedere ab eo, quod semel susceptum est, non mutat speciem: ergo apostasia non differt specie ab hæresi; & ideò apostatis, & Hæreticis eadem pœna imponitur: ergo, &c. Deinde, cùm apostata sit, qui omninò fidem deserit, si non esset hæreticus, sequeretur multiplicando hæresim

hæreſim non augeri, ſed potiùs minui, & omninò deficere ſpeciem hæreſis: quod etiam à Philoſophia naturali alienum videtur, nam multiplicando calorem, non deficit calor; & à Philoſophia morali, non multiplicando furta, non deſinit furtum: ideò dicendum eſt, circumſtantiam apoſtaſiæ non eſſe in confeſſione aperiendam.

RESOL. XXXIV.

An qui peccatum hæreſis, vel ſuperſtitionis commiſit, teneatur explicare in confeſſione qualitatem ſuperſtitionis, vel hæreſis? Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 46.

Sup. hoc pro Apoſtata à Fide in Reſ. præterita.

§. 1. RESpondeò negatiuè, quidquid in contrarium aliqui aſſerant: & ita docet Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 6. c. 4. n. 214.* vbi ita ait: [Cùm diuerſitas ſpecifica peccatorum fuerit tantùm in genere naturæ; tunc, quia malitia moralis in illis eſt eiuſdem ſpeciei, nihil eſt opus diuerſitatem declarare: vt, ſi, v.g. quis peccauerit in diuinando, vel prolabendo in hæreſi, ſatis eſt, ſi dicat: Toties peccaui peccato diuinationis, neque neceſſe eſt addere, ſemel per pyromantiam, iterum per hydromantiam, ac demum per necromantiam. Item, Toties lapſus ſum in hæreſim, nec neceſſe eſt dicere: Semel lapſus ſum in hæreſim Lutheranam, iterum in Caluinianam, &c. quia in talibus non eſt diuerſitas ſpecifica moralis, ſed tãtùm phyſica.] Ita ille. Et ante illum doctiſſimus Sotus *in 4. ſentent. diſt. 18. q. 2. art. 4. concl. 6.* quidquid, vt diximus, in contrarium aſſerant aliqui, vt Sanchez *in ſumm. tom. 1. lib. 2. c. 31. num. 39.* Valentia *tom. 3. diſp. 1. q. 10. punct. 3.* & alij.

Sup. hoc peccato Diuinationis in Reſ. ſeq. & in aliis eius noc.

RESOL. XXXV.

An diuinationes differant ſpecie, & ſint in confeſſione aperiendæ?

Et an, ſi quis per expreſſum pactum cum Dæmone diuinaret, id eſſet exprimendum in confeſſione? Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 66.

Alibi, ſæpius. & ſuprà in Reſ. præterita curſim ad medium verſ. Toties peccaui. & etiam breuiter infrà in Reſ. 131. ad lin. 5.

§. 1. RESpondeo negatiuè, vt alibi ſæpiùs *ſuprà* diximus: quia non ſunt ſpecies omninò diuerſæ in genere moris. Vnde non eſt neceſſe confiteri, an diuinatio fuerit per inſpectionem auium, lineamentorum, &c.

2. Verum eſt, quòd Syluius *in D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 3.* putat, quòd ſi per expreſſum pactum cum Dæmone quiſpiam diuinaret, id eſſet exprimendum in confeſſione: quia, licèt eiuſmodi diuinatio non differat ſpecie à reliquis; habet tamen circumſtantiam notabiliter aggrauantem: multò enim grauius eſt, Dæmones expreſsè inuocare, quàm aliqua facere, quibus dignum ſit, vt ſe Dæmones ingerant. Ita Syluius. Sed tu contrarium tene: quia circumſtantiæ aggrauantes, vt dictum eſt, non ſunt neceſſariò in confeſſione aperiendæ: ergo, &c. Et hæc dicta ſufficiant circa præſentem Tractatum de circumſtantiis aggrauantibus. Quæ quidem, vt dixi, non ſunt neceſſariò in confeſſione aperiendæ, licèt laudabiliter quis faceret, ſi illas aperiret: nam hoc conferret ad meritum, & ad emendationem propter verecundiam. Sed nolo imponere onus, vbi non adeſt.

RESOL. XXXVI.

An peccatum odij aduerſus proximum non ſit peccatum vnius ſpeciei, ſed plurium, ita vt pœnitentes in confeſſione teneantur explicare mala volita, v.g. ſi fuerint circa facultates, vel circa perſonam, vel circa honorem, &c? Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 30.

Sup. hoc ſupr. in hoc §. Sed licet Reſ. 18. & in §. noc. ſeq.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet P. Suar. *tr. de char. diſp. 6. ſect. 2. n. 2. & 3.* & Syluius *in 2. 2. q. 34. ar. 6. quæritur 2.* Et probatur, nam afficere proximum iniuria in vita, vel in fama, ſunt peccata ſpecie diuerſa contra iuſtitiam, propter materiæ diuerſitatem: ergo pari modo efficient diuerſitatem in odio. Denique, quod ad mores ſpectat, (ſubiungit Suarez,) non dubito, quin talis diuerſitas ſit aperienda in confeſſione. Et ſic, ſtante iſta opinione, quando Pœnitens confitetur, ſe odiſſe fratrem; deberet Confeſſarius interrogare, quonam genere odij? v. g. an malum volitum fuerit circa honorem, vel famam, ſeu vitam, &c.

2. Sed contraria opinio probabilis etiam mihi videtur, quam docet Bonac. *in tr. de leg. diſp. 3. q. 4. punct. vlt. §. 1. n. 10* & Ledeſma *in ſum. tom. 2. tr. 5. c. 6. concl. 8. fol. mihi 62.* vbi ait: [El aborrecimiento del proximo, ſiempre es pecado de vna miſma eſpecie, aunque el hombre deeſſe varios, y diuerſos males al proximo, como ſon matarle, y quitarle la hazienda. Porque ſiempre deſſea eſtos males de baxo de vna miſma razon, que es el aborrecimiento del proximo.] Igitur, ſecundùm hanc opinionem, ſufficit, vt pœnitens dicat, ſe toties odiſſe proximum; & non opus eſt explicare, an illud odium verſaretur circa famam, diuitias, & perſonam; quia non videtur eadem ratio odij, & aliorum peccatorum, quorum obiectum materiale explicandum eſt in confeſſione: nam odium in ſuo eſſe non ſolùm ſpecifico, verùm etiam indiuiduali, conſtituitur potiùs ex motiuo, quam ex obiecto materiali, cùm idcircò velimus alicui graue malum, quia nobis diſplicet, &c. Ad argumentum Suarez reſpondetur, quòd, licèt illa mala volita differant ſpecie; tamen in noſtro caſu optantur ſub vna, eadémque ratione formali, quæ eſt odium proximi. Circa præſentem materiam vide Lorcam *in 2. 2. q. 34. a. 3. n. 3.* Turrian. *in 2. 2. diſp. 91. dub. 1. in fin.* & alios. Inuenies plura *in tertia huius Operis parte, Tr. 4. de Sacr. reſ. 67.*

Quæ hîc eſt infr. Reſ. 165. §. in Reſ. 30.

RESOL. XXXVII.

An iactantia de peccato mortali ſit in confeſſione explicanda, ſpecie peccati, & circumſtantia?

Et quid, ſi iactans complaceat ſe de illo peccato?

Et recitanter aduertitur, quod licet verba contumelioſa ſint diuerſæ ſpeciei; eo quod per illa obiciantur proximi defectus ſpeciei diuerſa, non tamen ſunt peccata mortalia contumeliæ ſpecie diſtincta. Ex part. 3. tr. 4 Reſ. 160. aliàs 161.

Sup. hoc in duabus Reſ. ſeqq. & infrà in Reſ. 106 §. Nota vero. & ſeq.

§. 1. PErcuſſit quis, v.g. clericum, & de hoc poſtea iactatur; quæritur an ſit confitenda circumſtantia Clericatus, vel ſi quis iactauit ſe de peccato cum coniugata, teneatur fateri circumſtantiam coniugij, ſed an ſufficiat ſe accuſare toties ſe iactaſſe de peccato mortali? Fatendam eſſe in tali caſu ſpeciem ac circumſtantiam peccati tenet Sanchez *in ſumma, tom. 1. lib. 1. c. 3. n. 13.* vbi citat Lopez, & Rodriquez; ſed iſti loquuntur quando iactans complacet ſe de illo peccato, & tunc non eſt dubium eſſe fatendam ſpeciem, & circumſtantiam peccati.

2. Igitur magis probabiliter contra Sanchez puto cum Nauarro penes ipſum, in tali caſu ſufficere, ſi pœnitens ſe accuſet de peccato iactantiæ in re mortaliter peccaminoſa. Et ratio eſt, quia deformitas mortalis in hoc peccato iactantiæ, ſumitur ex eo quòd tanquam medium ad humanam gloriam comparan-

dam assumitur offensa rei mortalis. Sed hæc ratio offensæ mortalis eiusdem rationis est in omnibus mortalibus; quod verò sit hoc, vel illud peccatum mortale, materialiter se habet. Ergo,&c. Et ideo, vt alibi firmauimus, licèt verba contumeliosa sint diuersæ speciei, eo quòd per illa obiciantur proximo defectus speciei diuersæ, non tamen sunt peccata mortalia contumeliæ specie distincta; quia in tantum contumelia est peccatum mortale, in quantum assumitur, vt instrumentum, seu medium ad honorem proximi lædendum; quòd verò sint hæc, vel illa verba contumeliosa, materialiter se habet.

Alibi suprà in Ref. 19. § 2. à lin. 3. & in aliis eius not.

RESOL. XXXVIII.

An iactantia de aliquo peccato eamdem habeat malitiam, ac ipsum peccatum, ita vt in confessione teneatur explicare peccatum, de quo iactantia fuit?

Et notatur, quod si de dexteritate, ingenio, virilitate in committendo peccato iacteris, non esse mortale, si audientes intelligant te in peccato non complacere, neque de illo laudari, sed solum de modo, qui in committendo adfuit.

Etiamque aduertitur, quod si alius te de peccato laudet, & tu laudes accepies, mortaliter peccas, nihil tibi displiceret, & præ verecundia taceres, nisi talis esses, vt tacendo stantibus scandalum præberes. Ex part.4. tr.4. & Misc. Ref.44.

Alibi in Ref. præterita, & in Ref. seq & infrà in Ref. 106. §. Nota verò, & seq.

§. 1. SI iactantia non sit cum gaudio de peccato commisso, negatiuam sententiam alibi cum Nauarro docui. Sed scio hanc sententiam cuidam viro docto displicuisse, immeritò quidem, vnde illam iterum doceo cum Castro Palao *in opere morali tom. 1, tract. 2. disp. 2 punct. 11. n. 6.* vbi sic asserit: Si gaudium excludas, & solum peccatum iactantiæ committas, existimo probabilius non variari eius malitiam ex varietate peccati circa quod versatur, ac proinde te non esse obligatum declarare peccatum cuius fuit iactantia, sed sufficienter satisfacere, dicendo te de mortali culpa iactasse. Probo, quia tota iactantiæ malitia consistit in captanda gloria & honore ex malefactis; quòd verò malefacta sint latrocinia, homicidia, aut fornicationes, materiale quid est, & per accidens ad iactantiæ malitiam, sicuti ad violationem voti, & iuramenti materiale quid est, quòd violatio sit in castitate, vel paupertate. Ita ille, & ego, quod est valde notandum.

2. Notandum est etiam hîc obiter cum Lessio *lib.2. cap.47. dub.6. num.42.* Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 1. cap. 3. num. 4.* & aliis, quòd si de dexteritate, ingenio, virilitate, in committendo peccato iacteris, non esse mortale, si audientes intelligant te in peccato non complacere, neque de illo laudari, sed solùm de modo, qui in committendo adfuit, & ideo in tali casu debes animum tuum manifestare.

3. Nota etiam quòd si alius te de peccato laudat, & tu laudes acceptes, mortaliter peccas, nisi tibi displiceret, & præ verecundia taceres, nam in tali casu existimat Sanchez *loco citato*, te non peccare mortaliter, nisi talis esses, vt tacendo stantibus scandalum præberes; verùm hoc non placet Castro Palao, putat enim semper necessarium esse in tali casu, vt aliquo modo displicentia exteriùs manifestetur; sed vtraque opinio est probabilis.

RESOL. XXXIX.

An qui se iactat, vel laudat de peccato teneatur in confessione aperire speciem peccati? Ex part.11. tr.7. & Misc.7. Ref. 36.

Sup hoc in duabus Ref. antecedentibus, & infrà in Ref. 106 §. Nota vero & seq.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam nominatim contra me tenet nouissimè Ioannes Pontius *in curs. Theol. disp. 46. quæst. 7. concl. 2. n. 74.* vbi sic ait; Dico, quod quando aliquis iactat se de peccato commisso, (quando autem fit cum tali complacentia, aut gaudio, omnes concedunt debere speciem peccati significari) explicandam esse speciem peccati. Hanc resolutionem tenet noster Rodriquez, Sanchez, & probabilem asserit Cardinalis de Lugo, quamuis videatur præferre oppositam, quam tenet cum Nauarro, & aliis Diana.

2. Probatur autem, quia illa ipsa virtus, quæ prohibet peccatum, videtur prohibere ex terminis iactantiam de illo commisso, & qui iactat de illo videtur approbare factum, & quod vellet iterum illud facere, quod per se videtur malum; & quidem malitia diuersæ speciei, iuxta diuersitatem specificam peccatorum.

3. Confirmatur ad hominem contra Cardinalem de Lugo, quia ipse *n. 273.* ait, aliquando in peccato iactantiæ debere explicari speciem peccati, quando scilicet iactatio afferret secum irreuerentiam grauem, non solum contra Deum, sed contra personam creatam, nempe Principem: quia si quis contumelia afficeret Principem, & postea iactaret de ea, eo ipso nouam iniuriam inferret ipsi, & consequenter deberet explicare speciem contumeliæ de qua se iactaret: sed non magis nouam iniuriam inferret Principi, iactando se de contumelia ipsi facta, quàm nouam iniuriam faceret Deo, iactando se de peccato, & quidem iniuriam diuersæ speciei, iuxta diuersitatem specificam peccati: ergo si in casu hoc, proposito à Lugo, debet explicari species peccati: iam dicendum de omni iactantia.

4. Obicies pro aduersariis: tota malitia peccati iactantiæ consistit in hoc, quod peccatum accipiatur, vt medium, aut capiendam ex ipso gloriam, & laudem apud homines: ad hoc autem per accidens est, quod sit hoc, vel illud peccatum, quia solùm attendi debet ad irreuerentiam, quæ per iactantiam infertur Deo; sicut quando quis violat votum, perinde est quo peccato violatur, quia spectatur tantùm ad irreuerentiam factam Deo, mediante violatione voti.

5. Respondeo, negando minorem; quia ex eo, quod fiat de tali peccato, apparet specialis turpitudo in ipsa opposita virtuti, cui opponitur peccatum.

6. Posset etiam negari maior, quia per hoc, quod explicat tale peccatum, significatur contemptus, seu paruipensio virtutis, cui opponitur, quod apparet esse ex se malum malitia proportionata tali virtuti. Hucvsque Pontius.

7. Sed licet hæc opinio sit probabilis, non minus probabilem negatiuam esse puto, quam docui, & nunc iterum doceo cum Tamburino *opuscul. de confess. libr. secundo, capit. septimo, §. 3. numero decimo,* vbi docet, non solùm prædictas species non necessariò esse declarandas; sed probabile esse, sufficere si dicas, toties iactaui me de peccato mortali, seu de obiecto mortaliter peccaminoso. Ratio est, quia tota malitia quanta est iactantiæ consistit in eo, quod offensa Dei eligatur, vt medium ad captandam gloriam apud homines, quæ magna est Dei irreuerentia, id quod æquè in omnibus mortalibus inuenitur, vel si quid aggrauat peccatum, non videtur eiusmodi malitiam in aliam speciem transferre.

8. Et ita hanc sententiam, me citato, tenet etiam Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disputat. 8. §. tertio; quæstione 12.* & Ioannes de Soria *in Epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 6. §. circa circumstantiam.* Immò contra Pontium non deseram hîc apponere verba doctissimi Patris Castri Palai

tom.1.

tom.1. tract.2. diſp. 2. punct.11. n.5. Vbi ſic ait; Inquires an iactantia eiuſdem ſit ſpecificæ malitiæ cum peccato, de quo te iactas, ac proinde in confeſſione tenearis dicere, & declarare peccatum, de quo fuit iactantia, ſi fuit, inquam, iactantia de furto, vel de fornicatione.

9. Affirmat Sanchez illo *cap.3. numer.13.* Mouetur, quia virtus non ſolùm prohibet peccatum ſibi formaliter contrarium; ſed etiam delectationem, & iactantiam de illo. Quæ ſententia vera omninò eſt, ſi iactantia ſit cum gaudio de peccato commiſſo: at ſi gaudium excludas, & ſolum peccatum iactantiæ committas, exiſtimo probabilius non variari eius malitiam ex varietate peccati circa quod verſatur; ac proinde te non eſſe obligatum declarare peccatum, cuius fuit iactantia, ſed ſufficienter ſatisfacere dicendo, te de mortali culpa iactaſſe. Probo, quia tota iactantiæ malitia conſiſtit in captanda gloria, & honore ex malefactis, quod verò malè facta ſint latrocinia, homicidia, aut fornicationes, materiale quid eſt, & per accidens ad iactantiæ malitiam; ſicut ad violationem voti, & iuramenti, materiale quid eſt, quod violatio ſit in caſtitate, vel in paupertate. Ita tenet expreſsè Nauarrus *Summ. prælud. 9. n.4.* Neque verum eſt quamlibet virtutem prohibere iactantiam de peccato ſibi contrario, ſicut prohibet, delectationem, gaudium, & deſiderium illius, quia iactantia de peccato quodcumque ſit, per ſe prohibetur à virtute humilitatis: eſt enim iactantia filia ſuperbiæ, ſeu inanis gloriæ, vt dixit Gregor. *lib.31. moral. cap.31.* & Diuus Thomas communiter receptus *2. 2. quæſt. 132. artic.4.* Ac proinde humilitati contraria, at delectatio, gaudium, & deſiderium de peccato ſolùm ab ea virtute prohibetur, qua prohibetur ipſum peccatum.

RESOL. XL.

An, ſi Sacerdos in Miſſa Euchariſtiam ab aliis conſecratam in peccato mortali multis miniſtrat, debeat hanc circumſtantiam explicare?

Et an ſaltem ſtando in opinione affirmatiua, ſufficiat, ſi ſe accuſet Euchariſtiam adminiſtraſſe in peccato mortali, ſine expreſſione, & numero perſonarum, quas communicauit? Ex part. 1. t.7. Reſ.41.

Sup. hoc pro Baptiſmo ſuprà in Reſ. 39 &c.

§. 1. NEgatiuè reſpondeo: quia in tali caſu reperitur tantùm vnicum peccatum mortale in genere moris, abſque iniuria proximi: ſicut, v.g. ſi aliquis vna aſperſione Baptiſmi, aut vna abſolutione baptizaret, ſeu abſolueret ſimul multos. Et ita docet Tannerus *in 2.2. diſp.4. q.2. dub.4. n.56.* Henriquez *lib.5. c.5. n.6.* & alij.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. curſim in fine, & ſuprà in Reſ. 25 §. Itē Henriquez. & infrà in Reſ. 163. §. Nota tamen. & melius, & magis latè in tom. 2. tr. 2. Reſ. 25. 20. 27. & in Reſ. 67. curſim in fine, & ſuprà in tr. 1. ex latiſſima doctrina Reſ. 10. & 11. & in tr. 2. Reſ. 5. § 2. à lin. 3. & in tom. 4. tr. 6. Reſ. 126. §. vlt. ad mediū.

2. Imò, vt *in tract. de celebrat. Miſſarum*, diximus, eſt probabilis illa ſententia, quæ docet, Sacerdotem, in peccato mortali aliis ſacram Euchariſtiam miniſtrantem, non peccare mortaliter, vt docet Vaſquez *in 3. p. tom. 2. diſp. 136. c. 3. n.38.* Ioan. de la Crux *in director. Confeſ. p. 2. q. 4. dub. 3. concl.1.* & alij. Quidquid in contrarium afferat Filliucius *tom. 1. tract.4. c.9. num.271.* Coninch *de Sacram. q. 64. art. 6. dub. 1. num. 35.* Valentia *tom. 4. diſput. 9. q. 10. punct. 1.* Villalobos *in ſum. tom.1. tract.4. dub.14. n.* & alij.

3. Itaque in tali caſu non eſt neceſſe, vt Sacerdos ſe accuſet de tali adminiſtratione Euchariſtiæ in peccato mortali. Vel, ſi hanc opinionem non vis tenere, dic, quòd ſufficit, vt ſe accuſet Euchariſtiam adminiſtraſſe in peccato mortali, ſine expreſſione, & numero perſonarum, quas communicauit.

4. Vnde apparet, me olim probabiliter reſpondiſſe, quendam Parochum Euchariſtiam infirmis per ciuitatem miniſtrantem cum peccato mortali, mortaliter non peccaſſe: quia, qui miniſtrat Euchariſtiam conſecratam, non eſt miniſter Dei ad iuſtificationem proximè, ſicut in aliis Sacramentis; ſed tantùm eſt veluti applicans actiua paſſiuis. In aliis autem Sacramentis Sacerdos ſimul conficit, & miniſtrat Sacramentum; non autem in hoc: non enim eſt idem conficere, & aliis miniſtrare. Cætera Sacramenta in actione, & vſu conſiſtunt: Sacramentum verò Euchariſtiæ poſt conſecrationem permanet. Ergo, &c.

RESOL. XLI.

An qui cum conſcientia mortalis peccati miniſtrat excellentius Sacramentum debeat dictum Sacramentum explicare?

Et an hoc intelligatur de aliis Sacramentis excepta Euchariſtia?

Et quid, quando Miniſter eſſet in aliquo grauiſſimo, & extraordinario peccato, aut ſi ſit multis, & grauibus peccatis irretitus? Ex part. 1. tr.7. Reſ. 59.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Ioan. de la Crux *in director. conſc. p. 2. de Sacrament. in genere. quæſt.4. dub.3. concluſ. 3.* & ante illum Ledeſma *in ſumma, tom.1. de Sacrament in genere cap.6. concl.8.*

Sup. hoc in Reſ. præcitata, & ſignanter à §. Imo. & in multis aliis eius annot.

2. Sed ego contrarium aſſerendum eſſe puto: licèt enim in tali caſu grauiùs peccetur; attamen in confeſſione ſufficit dicere, ſe miniſtraſſe Sacramentum in peccato mortali. Et idem etiam aduerſùs præfatos Doctores dicendum eſſe exiſtimo quando miniſter eſſet in aliquo grauiſſimo, & extraordinario peccato, aut ſi ſit multis & grauibus irretitus peccatis: non enim in tali caſu ſpeciem, & numerum peccatorum, cum quibus Sacramentum miniſtrauit, opus eſt explicare; ſed ſufficit dicere ſe Sacramentum cum lethali peccato ſemel, vel toties miniſtraſſe. Et hoc ego intelligo de aliis Sacramentis, excepta Euchariſtia, nam, ſi quis Euchariſtiam miniſtraret cum reatu peccati mortalis, puto non peccare mortaliter, vt alibi fusè *in tract. de celebrat. Miſſar.* cum Vaſquez & aliis ſatis probatum eſt.

Sup. hoc infr. in Reſ.163. §. Quarto quinto.

Alibi in Reſ. præterita §. Imo. & in aliis eius not.

RESOL. XLII.

An qui in peccato mortali excepit confeſſiones multorum, non ſolum peccet mortaliter, ſed teneatur hanc circumſtantiam aperire?

Et an teneatur explicare numerum perſonarum, etiam ſi ſucceſſiuè eos abſoluat? Ex part. 1. tractat. 7. Reſ. 43.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondent aliqui, & putant, talem debere explicare numerum perſonarum: quia tot peccata mortalia committit, quot perſonas abſoluit. Ita Azorius *p.1. lib.4. c.4. q.6.* Suar. *in 3. p. tom.4. diſp.22. ſect.5. n.55.* & alij.

Sup. hoc ſuprà in Reſ.27. §. Nec. & in aliis multis Reſ. & §§. eius annot.

2. Hæc ſententia eſt probabilis: ſed contrariam etiam probabilem exiſtimo ex dictis *in ſuperiori Reſolutione*; dummodò ſucceſſiuè illos pœnitentes abſoluat: eſt enim vnicum peccatum in genere moris; non autem ſi cum notabili interruptione nunc vnum, nunc alium abſolueret. Ideò in caſu noſtro ſufficit, vt dicat poſtea dictus Confeſſarius, quando confitetur: Adminiſtraui Sacramentum pœnitentiæ in peccato mortali. Et hanc ſententiam in terminis docet Rodriquez *in ſum. tom.2. cap.44. n.3.* Inuenies

Quæ hic eſt prima poſt præteritam.

plura ſuper hac materia *in tertia huius Operis Parte Tract. 4. de Sacram. Reſol. 67.*

Quæ hic eſt infra Reſ. 65. §. In Reſ. 43.

RESOL. XLIII.

An Confeſſarius, qui incipit audire Confeſſionem in peccato mortali, ſed poſtea ante abſolutionem elicit actum contritionis, teneatur poſtea, quando confitetur, explicare ſe incepiſſe illam confeſſionem in ſtatu peccati mortalis? Ex part. 1. tract. 7. Reſ. 47.

Sup. hac doct. ina lege ſupra in tr. 1. ex Reſ. 11. §. 2. prope finem, verſ. Notat etiam. & recitatur in alio §. eius not. & in to 4. tr. 8. Reſ. 41. à lin. 2.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Poſſeuinus *de offic. Curati, cap. 45. numer* 41. qui citat Suarez *in 3. part. diſp. 28. ſect. 1. num. 2.*

2. Et hæc opinio eſt ſatis probabilis: ſed contrariam probabilem etiam eſſe exiſtimo. Dico igitur, Confeſſarium, licèt ſit in peccato mortali, dum à principio audit Confeſſionem, non peccare mortaliter ſi habeat propoſitum pœnitendi, antequam abſoluat. Et ita docet Henriquez *lib. 6. cap. 18 num. 6. in Gloſſa, litera V.* Et ratio eſt: quia tunc Sacerdos peccat mortaliter, quando adminiſtrat Sacramentum in peccato mortali: ſed in tali caſu, quando Sacerdos conficit Sacramentum, iam per actum contritionis elicitum eſt in gratia: ergo, &c.

RESOL. XLIV.

Quidam Confeſſarius ex negligentia culpabili non interrogauit pœnitentem de circunſtantia neceſſaria ad confeſſionis integritatem: quæritur, an teneatur monere pœnitentem de defectu commiſſo?

Et quid, ſi defectus huiuſmodi eſſet coniunctus cum damno tertij, vel ipſius pœnitentis?

Et notatur pro conſolatione Confeſſariorum, quod omittere aliquam interrogationem neceſſariam per inaduertentiam, aut obliuionem non erit peccatum mortale? Ex part. 2. tractat. 15. & Miſcell. 1. Reſol. 7.

Quoad hoc infr. in tr. 8. lege latã doctrinam Reſ. 53. 54. 55. & 56 & ſignantes ſupra in tr. 4. ex Reſ. 1. §. Sed hanc. à medio, verſ. notat autem, ſed lege prædictum §. per totum, & ſi placet, vide totam Reſ. & alias Reſol. & §§ eius not. & non pigebit.

§. 1. REſpondeo Antonium Fernandez *in exam. Theol. moral. p. 4. c. 5. §. 11. n. 3.* affirmatiuam ſententiam docere, putat enim hunc defectum eſſe vrgentem cauſam, obligantem confeſſarium ad petendam à confitente facultatem, vt illum moneat de re neceſſaria circa factam confeſſionem. Ac proinde ſi monitio abſque ſcandalo fieri poteſt, tenetur talis confeſſarius pœnitentem monere, dummodo illi non adueniat graue detrimentum.

2. Sed Vincentius Filliucius ex Societate Ieſu, in ſuis eruditis quæſtionibus moralibus, quas nuper edidit, *tom. 1. tr. 3. cap. 12. qu. 374. & ibid. in instructione pro confeſſionibus excipiendis, c. 4.* contrarium docet. Et enim confeſſarius, duplici de cauſa poteſt malè abſoluere. Primò, quia inualidè, non habendo intentionem, vel iuriſdictionem, vel cum alio defectu, circa ipſam ſubſtantiam confeſſionis. Secundò, quia cum peccato, ſed validè. In primo caſu, tenetur confeſſarius, prout ſuprà ait Fernandez, & communiter Doctores, petere licentiam, & admonere pœnitentem. In ſecundò caſu, regulariter ad nihil tenetur; præterquam ad dolorem de peccato facto. Ratio eſt, quia pœnitens non tenetur illam confeſſionem iterare, ſed ad ſummum explicare circunſtantiam illam, vel ſpeciem, vel numerum peccatorum, quæ omiſit, quando reſciuerit ſe ad id fuiſſe obligatum. Hæc ille. Quam ſententiam limitat niſi defectus eiuſmodi eſſet coniunctus cum damno tertij, vt quia pœnitens retinebat alienum; tunc tenetur Sacerdos eum reuocare, & admonere, quando poſitiuè contrarium dixiſſet, nempe eum non teneri ad reſtitutionem: quando autem tantùm tacuiſſet, non teneretur; ſed de hoc alibi.

3. Ex hac ſententia Filliucij apparet; tunc confeſſarium teneri admonere pœnitentem, quando defectus verſatur circa ſubſtantiam, & validitatem Sacramenti, non eſt in præiudicium tertij, vel ipſius pœnitentis, relinquendo illum, videlicet in occaſione proxima peccandi; ſecus autem ſi abſolutio fuit valida, ſed ob ignorantiam cum peccato à confeſſario collata, non faciendo videlicet explicare aliquam circunſtantiam neceſſariam, vel numerum peccatorum; nam in hoc caſu ſufficit, ait Filliucius, confeſſarium pœnitere. Et ita etiam tenet Nugn. *in addit. ad 3. part. to. 2. quæſt. 8. art. 3. dub. 5. fol. mihi* 275. & Reginaldus *to. 1. lib. 8. cap. 3. ſect. 2. num. 31.*

4. Notandum eſt tamen, pro conſolatione confeſſariorum, quòd omittere aliquam interrogationem neceſſariam per inaduertentiam, aut obliuionem, non erit peccatum mortale, vt ex Nauarro docet Bannes & Valerus *in differentiis vtriuſque fori, verſ. Iudex, diff. 6. num.* 4. Sed circa præſentem quæſtionem vide Vaſq. *in 3. p. tom. 4. q. 93. n. 3. dub.* 8. Bonacinam *de Sacr. diſp. 5. q. 7. punct. 6. n. 2.* Suarez *in 3. p. to. 4. diſp. 32. ſect.* 6. Franciſcum Ortiz *in ſum. c. 24. num.* 8. Onuphrium *opuſc. de ſigillo, ſect. 4. q. 5. §. ſequitur ſecundo.* Sotum *de teg. & deteg. ſacr. membr. 3. qu. 4.* Nau. *c. 26. n.* 24. Reginald. *vbi ſuprà*, & alios.

RESOL. XLV.

An Confeſſarius, qui ſtatim poſt confeſſionem ſollicitauit pœnitentem, & rem habuit cum illa, teneatur hanc circunſtantiam confiteri?

Et quid, ſi tale peccatum committitur vnico die poſt confeſſionem, vel proximè ante illam? Ex part. 4. tr. 5. Reſ. 34.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Petrus de Ochagauia *tract. 2. de Confeſſ. ſacram. quæſt. 14. n.* 14. vbi ſic ait: Si fortè contingat aliquem Confeſſarium committere peccatum luxuriæ cum aliqua pœnitente in ipſa confeſſione, vel proximè ad illam; talis circumſtantia eſſet explicanda in confeſsione, quia mutat ſpeciem propter iniuriam, & irreuerentiam contra ſacramentum Pœnitentiæ commiſſam. Cùm verò tale peccatum committitur vnico die poſt confeſſionem, non habet eam ſpecialem deformitatem neceſſariò confitendam, tum quia non dicitur proximè ad confeſſionem, tum quia ex confeſsione minimè contrahitur cognatio ſpiritualis perpetuò duratura, ſicut naſcitur ex Baptiſmi ſacramento. Ita ille, & Ludouicus de San Iuan *in luce Confeſſ. quæſt. 5. de ſacram. Pœnit. art. 12. difficult.* 5. & nouiſsimè doctus Hurtado *de ſacram. Pœnitent. diſp. 9. diffic. 4. §. Quid, in fine.*

Quoad hoc lege doctrinã Reſol. ſeq. & Reſ. eius not.

RESOL. XLVI.

Conſultus ſum ſæpiſsime, An Confeſſarius, qui carnaliter pœnitentem cognouit, teneatur in confeſsione exprimere hanc circunſtantiam: vel an ſufficiat tantum dicere ſe copulam cum coniugata, vel ſoluta habuiſſe? Ex part. 2. tractat. 17. & Miſcell. 3. Reſ. 11.

§. 1. REſpondeo affirmatiuam ſententiam tenuiſſe Armillam *ver. circunſtantia, n.* 13. Viualdũ *in ſuo Candelabro 3. p. 1. de confeſſ. n.* 50. Lopez *p. 1. inſtruct.*

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & lege doctrinam Reſ. præterit.

ad medium. & infra Reſ. 49. §. Quod vero.

inſtruct. cap. 25.§. ſecundò reſpondeo, & nouiſſimè Sanchez *de matrim.lib.7.diſp.55.n.4.* Ægidium de Coninch *de Sacram.tom.2.diſp. 52.dub.1.n.23.* Nugnez *in addit. ad 3. part.q.9.art.2.dub.3.* Et probant, quia talis copula ſingulariter, repugnat reuerentiæ, tam ipſi ſacramento, quàm Confeſſario debitæ, qui eſt quaſi ſpiritualis pater ipſius pœnitentis; vnde in *cap.omnis 30.quaſt.1.* dicitur: Omnes quos in pœnitentia ſuſcipimus, ita noſtri ſunt ſpirituales filij, vt & ipſi, quos vel nobis ſuſcipientibus, vel ſub trinæ merſionis vocabulo mergentibus, vnda ſacri baptiſmatis regenerat. Vbi vides, eſſe noſtras ſpirituales filias, non ſolùm quas baptizamus, ſed etiam quas in confeſſione abſoluimus. Ergo, &c.

2. Sed licèt hæc opinio ſit probabilis, tamen contraria ſemper mihi viſa eſt probabilior. Ratio eſt, quia inceſtus committitur inter cognatos, ſed ſacramentum pœnitentiæ non inducit cognationem ſpiritualem, cum in nullo iure expreſſa reperiatur, vnde illud *cap. omnes*, citatum intelligitur de inceſſu metaphorico, & improprio; ergo peccatum commiſſum cum pœnitente, non habet malitiam inceſtus, neceſſariò in confeſſione explicandam. Probatur totum hoc ex *cap fin.de cogitatione ſpirituali in 6* vbi decernitur cognationem hanc oriri ex Baptiſmo, & Confirmatione, & poſtea ſubditur. Ex datione verò aliorum ſacramentorum cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat; vel diſſoluat. Et ſic hanc opinionem tuentur Azorius *part. 3.lib.3. cap.9.quaſ.5. & 9.* Emmanuel Sà *verb.confeſſio, num.26.& verb.luxuria num. 2.* Bonacina *de matrimon. quaſt.4 punct.16.num.7.& de Sacramentis,diſput.5.quaſt.5. ſect.2.punct.2.§.3.num 9.* Petrus de Ledeſma *de matrimon. quaſt.56. artic. 2. dub. vltim.* & alij quos citat, & ſequitur Sancius, *in ſelect.diſput.11. num.5.* adde etiam quod Vega *in ſumma,tom.1.cap.55. caſ.59.* & Rodriguez *tom.1.cap.109. num. 1.* aſſerunt hanc eſſe ſolùm circumſtantiam aggrauantem. Sed ſecundùm noſtram opinionem, circumſtantiæ aggrauantes non ſunt neceſſariò in confeſſione aperiendæ; ergo neque iſta erit, etiam aperienda. Et ſic patet reſponſio ad quæſitum; de quo etiam *ſupr. in Tract. de circumſtantiis.*

Vt in annot. præterita, & Reſ. eius prima.

RESOL. XLVII.

An Confeſſarius, qui carnaliter cognouit pœnitentem, teneatur dictam circumſtantiam in confeſſione explicare? Ex part.1.tr.7 Reſ.12.

Sup. hoc in Reſ. præterita, & vide alias eius not.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Homobonus *de exam. Eccleſ.p.1.tr.5.c.12. q. 75.* Ragucius *in lucerna Parochorum.de Sacram. Pœnit. 43.* Acugna *tract.de Confeſſ.ſollicit. q.5.n. 53.* Nugnus *in addit.ad 3. p.t.1.q.9.art.2.dub.3.in fin.* Sanchez *de matr.tom.2. lib.7.diſp.55.n.4.* Coninch *de Sacram.diſp.31.dub.2.n. 23.* Megala *in 1. p.lib 5.cap.12. n. 16.* Zanard. *in direct.Theol.p.1.de Sacr. Pœnit.c.18.in circumſt. Quis.* & nouiſſimè Fagundez *de Precept.Eccl. tract 2. lib. 4.cap.3 n.33.* & alij: quia hæc circumſtantia mutat ſpeciem peccati: eſt enim ſpeciale ſacrilegium ratione vinculi, ſimilis cognationi ſpirituali ex Sacramento contracti.

2. Sed contrariam ſententiam puto eſſe probabiliorem: quia, vt notat Vaſq. *in 3.p.to.4.q 91.art.1.dub. 2.n.20.* Rodriq. *in ſum.tom.1.cap.109.n.1.* Vega *in ſum. to..c.35. caſ.19.* & alij, hæc circumſtantia non mutat ſpeciem, ſed notabiliter tantùm aggrauat peccatum. Et ita in terminis hanc ſententiam docet Pontius *tr. de impedim.matrim.cauſa 30.c.24.§.2. verb. atque hæc* Sancius *in pract.diſp.11.n.3.& ſeq.* Azor. *p.3.lib.3.c.9. q.5.* & nouiſſimè Fay *in addit.ad.3.p.q.9.art.2.diſp. 8. concl 2.* Bonac. *de matr.q.4.punct.16.n 7.* cum aliis penes ipſos Et hanc opinionem probabilem putat Portell. *in addit.ad dub.regul.verb.eligendam.3.* & Ledeſma *in ſum.to.1.de Pœnit.cap.19.concl.6.*

3. Notandum eſt verò, quòd Filliuc. *to. 1. tract. 10. cap.5. n. 187.* reſoluit hanc quæſtionem cum diſtinctione. Aut enim ait, actu mulier eſt pœnitens Sacerdotis, cui ordinariè confiteatur; aut non eſt actu pœnitens, ſed olim fuit: in primo caſu putat, talem circunſtantiam eſſe in Confeſſione aperiendam; in ſecundò caſu minimè.

4. Sed tu probabiliter tene abſolutè dictam circonſtantiam nunquam eſſe neceſſariò in Confeſſione explicandam: quia, vt diximus, dicta circunſtantia eſt ſolùm agrauans, & non mutat ſpeciem: quia Sacramentum Pœnitentiæ non inducit propriè cognationem ſpiritualem, cùm in nullo iure expreſſa reperiatur. Et *c.omnes,30.q.2.* intelligitur de inceſtu metaphorico, & improprio, licèt Confeſſarius dicatur Pater ſpiritualis, Et hoc etiam docet Filliucius *to.2.tr.30.cap.5.n. 105.*

RESOL. XLVIII.

An in opinione, quam ſupra in Reſolutione 12. refutauimus, quod Confeſſarius, obligetur confiteri circunſtantiam copula cum filia confeſſionis, teneatur etiam id facere, ſi cum viro filio Confeſſionis accubaret?

Quæ hic eſt Reſ. antecedent.

Et notatur, quod ſtando in opinione, quod Confeſſarius teneatur confiteri circunſtantiam copula cum filia ſpirituali, non tenetur tamen confiteri circunſtantiam tactus, aut pollutionis habita inter fœmina femora.

Etiamque aduertitur ante Bullam. Greg. XV. Confeſſarios ſolicitantes viros in confeſſione non eſſe denunciandos? Ex part.1. tr.7.Reſ.56.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Sancius *diſp.11.n.12.* quia, etſi iura de commiſtione cum fœminis de Confeſſionis filiabus ſolùm loquantur; eadem omnino ratio procedit reſpectu virorum pœnitentiæ filiorum; & eadem irrogatur iniuria Sacramento: & ideò aſſerit Sancius, quòd in Bulla contra ſollicitantes fœminas in Confeſſione, includitur etiam ſollicitatio virorum.

Sup. hoc breuiter, & recitatiuè in Reſ. ſeq. §. Quod vero in fine.

2. Hæc ſententia eſt probabilis: ſed non minùs probabilem, & tutam in praxi contrariam exiſtimo. Et contra Sancium tenet hanc ſententiam Baſilius Poncius *in tr.de impedim.matr.cauſa 30.cap.24. §.2. verſ. Atque hac.* & Acugna *tract.de Confeſſ.ſollic.q.5.n. 53. in fin.* & Peirinus *ſuper priuil. Minimor.tom.2.Conſt.4. Greg.XV.§.5.n.18.* quia canones prohibentes, de fœminis tantùm loquuntur, vt *c.fin.* ibi, *cum mulieribus. & c.omnes.* ibi, *ad ſuam pœnitentialem accedat.*

3. Ad argumentum Sancij reſpondeo, multos Doctores probabiliter docuiſſe, ante Bullam Greg. XV. Cõfeſſarios ſollicitantes viros, non fuiſſe denunciandos: quia Bulla Pauli V. & Clem. VIII. loquebatur tantùm de Confeſſariis ſollicitantibus fœminas. Ita Fagundez, Societatis Iesv, *de Precep. Eccleſ.tract.2. lib.4.c.3.n.31.* Portel. *in addit. ad dubia regular. verſ. ſollicitare fœminas.* Vide *noſtrum Tra.de Denunciationibus, Reſol. 12.* vbi pro hac firmanda ſententia, multas rationes inuenies. Notandum eſt etiam, quòd ſtando in opinione, quòd Confeſſarius tenetur confiteri circunſtantiam copulæ cum filia ſpirituali, non tenetur confiteri circunſtantiam tactus, aut pollutionis, habitæ inter fœminæ femora: quia ius canonicum ſolùm commiſtionem numerat, in ordine ad irrogandam iniuriam Sacramento.

Quæ nunc inuenietur in tom 5. tra. 9. Reſ. 78. & in aliis eius primæ annot.

RESOL.

RESOL. XLIX.

An concubina possit confiteri cum Confessario concubinario?

Et an vero copula cum Confessario, vel pœnitente sit necessario in confessione aperienda?

Et quid, si de illa interrogaretur a Confessario?

Et an Confessarius, qui peccata pœnitentis audiuit, & non absoluit, si postea cum ipsa, vel cum filio confessionis accubaret, vel e contra, contrahat circumstantiam aggrauantem, vel mutantem speciem? Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Res. 110.

§. 1. RESpondeo affirmatiuè, in rigore loquendo, imò vt obseruat Sanch. *in select. edit. Lugd. disp.* 11. *n.* 16. aliquando poterit esse expediens concubinarium Confessorem excipere confessionem suæ concubinæ, si expediret, scilicet fœminæ apud alium Confessarium non infamari, vel quia vult fœmina certiùs à peccato liberari, aut quia ille, qui rem habuit cum illa, scit meliùs conscientiam fœminæ scrutari. Si tamen periculum interueniret noui consensus carnalis, aut defectus doloris, illicitum esset confessionem auscultare, vt docet Basil. de Leone *lib. 7. de matrim. c.* 18. *n.* 3. à quo discedo, quatenus ait huiusmodi periculum ferè semper reperiri, & ob id censet nunquam licere, nisi in rarissimo casu confessionem cõcubinæ excipere. Imò licèt publicum sit Confessarium, & fœminam in concubinatu vixisse, fas erit ipsius admittere confessionem, cùm ex actione de se licita nullum posit offerri actiuum scandalum, dum aliàs quoque actio mali speciem non perferat. Vnde deceptus maximè fuit Fagundez *præcept. 2. lib. 4. cap. 3. num.* 35. arbitrans esse mortale Confessarium auscultare confessionem suæ concubinæ, eo quòd *in c. fin.* 30. *q.* 1. id dicat decerni. At non percepit textum, ibi namque solùm præcipitur Confessarium non commisceri eum fœmina, cuius confessionem audierat; non verò præcipitur è conuerso, vt non auscultet confessionem eius, quam carnaliter cognouerat. Iamque illud decretum Cælestini, quo deceptus fuit Fagundez, reuocatum est per Papam Bonifacium VIII. Et hæc omnia docet Sancius *in select. loco citato, vbi suprà.*

Sup hoc sup. in Res. 47 & in aliis eius not.

2. Quòd verò circunstantia copulæ cum Confessario, vel pœnitente non sit necessariò in confessione aperienda, docuerat antea Sanchez, & me citato *in 1. part. tract. 7. resol.* 12. docet etiam nouissimè *vbi suprà n.* 5. & docet probabilem esse Hurtadus *de matr. disp.* 18. *diffic.* 1. *n.* 4. Fagundez *præcept. 2. lib. 4. c. 3. n.* 3. & alij, est enim tantùm circunstantia aggrauans, quæ quidem contra Celayam *in 4. sent. dist.* 17. *qu.* 2. non est necessariò confitenda, etiamsi de illa pœnitens interrogetur à Confessario, non enim habet ius Confessarius ad interrogandum de circunstantiis aggrauantibus, vnde nulla ei irrogatur iniuria si occultentur. Hinc non est audiendus doctus Sousa *de Confess. sollicit. tract.* 1. *cap.* 3. *n* 15. *&* 16. asserens Confessarium ordinarium habentem copulam cum confessionis filia, incurrere in circunstantiam mutantem speciem, non tamen Confessarium semel, vel iterum confessionem excipientem, eo quòd vinculum cognationis spiritualis non oriatur ex nuda ministratione Sacramenti, sed ex suscepta cura pro pœnitente. Verùm optimè Sanchez *vbi supra num.* 1. *in fine*, refellit hanc sententiam, quia cura medendi pœnitentis ex prima confessione Confessario incumbit, nisi quòd vna cura continuetur magis, quàm alia, ergo, &c. Et idem dicendum est si Confessarius cum filio confessionis præpostera Venere accubaret, vel è contra, non enim tenerentur hanc circunstantiam aggrauantem in confessione aperire. Vide me ipsum *vbi supra.*

Sup. hoc magis late in Res. præterita.

3 Sed quæritur, an Confessarius, qui peccata pœnitentis audiuit, & non absoluit, si postea cum ipsa fornicetur, incurrat in hanc circunstantiam aggrauantem? affirmatiuè respondet Sanchez *loco citato n.* 7. cum Freyta *ad Acugnam tract. de Confess. sollicit. q.* 13. *n.* 32. & Giraffius *tom.* 1. *lib. 4. de cognat. spiritual. n.* 29. quia talis confessio sacramentalis est, nec reuelanda, ergo. Verùm partem negatiuam videtur tenere Henriq. *lib.* 1. *c.* 14. *n.* 8 & Sotus *in 4. dist.* 42. dum filiationem spiritualem absolutioni tribuunt, à qua reconciliatio, & filiatio ad Deum prouenit, & secundùm, aliquos confessio, cæterique actus pœnitentis concurrunt, in sacramento Pœnitentiæ solùm vt materia, gratia verò solùm per absolutionem causatur. Sed vt verum fatear, pro praxi in nostra sententia hæc quæstio parum refert, nam si nos negamus Confessarium, qui absolutionem dedit pœnitenti, teneri hanc circunstantiam confiteri; Idem dicendum erit de Confessario, qui audiuit, & non absoluit, etiam si in hoc casu hanc circunstantiam aggrauantem incurreret.

RESOL. L.

Vtrum in confessione aperienda sit circunstantia complicis, si ex hac nullum damnum sequatur complici præter infamiam apud confessarium?

Et an etiam in articulo mortis possit quis licite talem circunstantiam confiteri? Ex part. 1. tractat. 7. Res. 49.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Bonacina *de contract. disp. 2. q. 4. punct. 4. n.* 2. qui citat Suarez, Rebellium, Nauarrum, & alios, quibus ego addo Vasquez *in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 2. dub. 3. n.* 28. Coninch *de Sacr. disp. 7. dub. 9 n.* 89. Reginaldum *in Praxi, tom* 1. *lib. 6. c. 4. nu.* 156. Henriquez *lib. 2. c. 9. n. 3. &* 5. Emmanuel Sà *verb. Confessio, n.* 18. Toletum *lib.* 3. *c. 8. n.* 4. Paludanum *in 4. dist.* 16. *q.* 3. *art.* 2. Angelum *verb. Confessio,* 1. §. 3. Rosellam *eodem verb. n.* 6. Medinam *C. de Confessione, quæst. de circunst. loci.* Nugn. *in add. t. ad 3. p. q. 9. a. 2. dub.* 2. & alios. Quia in Confessione nunquam datur vera ratio infamiæ, & Confessarius id cognoscit sub sigillo Confessionis, quod perinde est, ac si non nouisset, vel sciret.

Sup. hoc in Res. seq. & si placet lege infra doctrinam Res. 52. & 53. & quãuis non plene sup. hoc ne deseras tamen in tom. 5. tr. 10. legere doctrinam Res. 79 significer in fine, & melius hic supra in tr. 3. Res. 104.

2. Hæc sententia est probabilis: sed probabilior contraria mihi videtur, quam docet nouissimè Villalobos *in sum. tom. 1. tract. 9. dub.* 38. *n.* 3. & Petrus Fay *in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. disp. 9. concl.* 1. & ante illos Valentia *to. 4. disp. 7. q. 11. punct.* 1. Nauarrus *in Manual. c. 7. n 3. &* 4. Caietanus *verb. Confessio, condit.* 3. Armilla *verb. circunstantia, n.* 11. Lopez *in inst. uct. p. 1. cap.* 36. & alij, quibus etiam adde Ioan. de la Cruz *in director. conscient. p. 2. de Sacram. Pœnit. q. 3. dub. 5. concl.* 3. vbi sic asserit: [Pœnitens non potest confiteri peccatum, aut circunstantiam manifestatiuam complicis, etiamsi ex hoc nullum damnum sequatur complici, præter infamiam apud Confessorem, qui illud tenetur celare sub sigillo confessionis. Nam præceptum non infamandi alterum fortius est præcepto integrandi Confessionem. Nec reputatur ista leuis infamia, si aliàs Confessor non sciebat de complice, similia peccata. Ita ille.

3. Et hanc sententiam ita veram aliqui existimant, vt doceant, nec etiam in articulo mortis, posse quenquam licitè talem circunstantiam confiteri. Et ita docet Medina *in sum. lib. 2. cap. 4. §.* 1. Sotus *in dist.* 18. *q.* 2. *art. 5. ad* 4. Bannez *in 2. 2. q 33. dubit 8. 1. p. &* 3. *p.* & alij: licèt contrarium probabilius censeat Ledesma 2. 2.

q. 8.

q.8.art.4. dub.2. & q.10. art.1.dub.7. Victoria *in sum.* §.174. Petrus Soto *de Pœnit.lect.*11. & alij.

4. Restat modò respondere ad argumenta contraria. Ad primum dico, quòd si ex dicta manifestatione complicis detrimentum non esset graue, posset pœnitens, etiam habita opportunitate alterius Confessarij, confiteri ei, qui in notitiam complicis deuenturus creditur: sed hoc est absurdum: ergo, &c. Ad alterum verò, quòd Confessarius id noscit sub sigillo, respondetur, quòd iudicium temerarium non redditur grauius, quia alteri sit manifestandum; sed ex hoc præcisè, quòd quis prauam formet de altero existimationem: ergo parum facit, quòd Sacerdos debeat subticere circunstantiam complicis explicatam. Non nego tamen, vt dixi, contrariam sententiam esse probabilem; nam, vt aliàs diximus, probabiliter sine scrupulo peccati mortalis potest quis manifestare vni, vel duobus amicis taciturnis delictum alterius occultum: ergo à fortiori potest quis complicem in confessione manifestare. Igitur elige, quam vis opinionem.

Aliis infrà in Res.52. à lin. 2. & in aliis eius not.

RESOL. LI.

An peccatum sit explicandum in confessione, non obstante quod Confessarius cognoscat complicem? Ex part.3. tr.4. Res.64.

§. 1. QVando alius Confessarius adiri non potest, esse tale peccatum explicandum, etiamsi Confessarius agnoscat complicem, docent Honophrius *opusc. de sigillo confess. sect.4. q.7. dub.3.* Sancius *in selectis, disp.8. n.9.* Pontius *de matrimon. lib.5. c.18. n.9.* Coriolanus *de cas. reser. part.1. sect.1. art.8. n.7.* Regius *in resolut. cas.*36. *n.* 1. Layman *in Theol. mor. lib.5. tract.6. c.8. n.12.* Malderus *tract. de sigillo confess. c.17.* Ledesma *in summa, tom.1. c.20. concl.6.* Lessius *lib. 2. c. 11. dub.* 11. & alij, quos citaui *in resol.* 49. *tract. de circumstantiis aggrauantibus.*

Quæ hic est Res. antecedens, & si placet lege doctrinam duarum Res. hanc sequentium.

2. Sed alibi pro negatiua sententia plures Doctores magni nominis etiam adduxi, quibus nunc addo Pitigianum *in 4. sent. tom.1. dist.21. quæst.2. art.8. concl.1* & Fabrum *de pœnit. in 4. sent. dist.17. quæst. unica. disp.24. cap.5. n.97.* vbi insurgit contra Suarez, & ad omnia argumenta, quæ ipse pro affirmatiua sententia adducit, respondet. Mihi hæc secunda opinio probabilior videtur. Vide supradictam resol. vbi rationes pro vtraque opinione inuenies; ideo elige, quam velis.

RESOL. LII.

Sup. prima diffic. huius Res. seq. & ne deseras videre doctrinam aliarum Res. eius primæ not.

Quis manifestauit complicem in confessione, cum haberet copiam adeundi alium Confessarium, cui non erat notus complex; in alia vero confessione, cum scrupulum de hoc haberet, manifestauit Confessario, qui sacrilegam putauit primam confessionem, dum in ipsa pœnitens peccauit mortaliter, manifestando peccatum occultum proximi sine necessitate, ideo repetendam esse dicebat. Consultus ego de hac re ab ipsomet pœnitente negatiuè respondi.

Ex quo deducitur, an sit peccatum mortale reuelare crimen occultum vni, vel duobus viris prudentibus, qui secretà retinebũt? Ex p.2. tr.17 & Misc.2. Res.22.

§. 1. RElinquendo multas alias rationes, sciendum est, quòd magna est inter DD. controuersia an sit peccatum mortale reuelare crimen occultum vni, vel duobus viris prudentibus, qui secretò retinebunt. Partem negatiuam amplexi sunt Salonius, & Bannez *in 2. 2. quæst.73. art. 2.* ille *contrau.1. concl.* 1. hic *dub.1.* & alij apud Clauem Regiam *lib.* 11. *cap. 6. num.* 12. & Bonac. *de contract. disput. 2. quæst. 4. punct.3. num.2.* & nouissimè Ioan. Malderus *in 2. 2. tract.7. cap.1. dubit.4.* cum Alfonso de Vega *in summ. tom. 2. cap. 8. cas.*12. & Ioann. Azorio *tom.3. lib.5. cap.9. quæst.2* Probatur hæc opinio; nam, vt ait Malderus, si temerè de proximo iudices, iniuria est mortalis, non obstante quòd versetur in materia simili, in qua hæc detractio materiæ; ergo paruitas hîc à mortali non excusat. Confirmatur ex affinitate istorum peccatorum, quæ patet Iacobi 4. *Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem. detrahit legi, & iudicat legem.* Sed ad hoc argumentum respondet Bonacina, negando consequentiam; & ratio disparitatis est, quia per iudicium temerarium, fit alteri grauis iniuria, cùm ex leuibus indiciis imponatur illi crimen, quod potest esse falsum: imponere autem falsum crimen, est peccatum mortale. Quare aliud est manifestare viro taciturno verum crimen, aliud manifestare, vel imponere falsum crimen per detractionem, vel iudicium temerarium: primum excusatur à culpa, non autem secundum. Alia verò argumenta, pro hac firmanda opinione, videnda sunt apud citatos DD.

Sup.hac controuersia in Res. seq. §. vlt. ad medium, à vers. si opinio. & in tom. 8. tr.7. Res. 63. & in tom. 7. tr. 4. Res. 67. à lin. 5. & ex doctrina Res. 72. §. 1. & cursim & recitanter suprà in fine Res. 50. vers. Non nego.

2. Sed mihi licèt hæc opinio communis, & probabilior videatur, contrariam etiam tanquam probabilem amplectendam esse non dubito, etiam sine vlla limitatione, cum qua sequitur illam Lessius *lib. 2. cap. 11. numer.* 70. Dico igitur absolutè, & sine restrictione, non esse peccatum mortale, reuelare crimen proximi vni, vel duobus, quibus dicere perinde sit, ac si nulli diceretur; quia cùm non adsit periculum diuulgationis, hoc videtur esse leue detrimentum in fama. Sic Caietan. *in 2. 2. q.62. art.2. dub.1.* Petr. à Nauarr. *lib.2. cap.4 num.*335. & ex neotericis Societatis Iesu, Valer. Reginald. *tom.2. lib. 24. c. 4. num.* 75. & alij. Ex his apparet, dictum pœnitentem manifestando complicem Confessario, non peccasse mortaliter; vnde patet responsio suprà positæ quæstioni.

RESOL. LIII.

An, ne crimen socij manifestetur in confessione, obligetur pœnitens adire alium Confessarium, cui confitendo in cognitionem complicis venire non possit?

Et an aliter faciendo teneatur ad restitutionem famæ?

Et an sit aptior modus restituendi famam in hoc casu, si extra confessionem dicat Confessario sub eodem Sigillo, erraui, dum tibi vnum complicem pro alio dixi?

Et deducitur manifestare vni, vel alteri crimen, qui pro sua prudentia suppressuri sunt silentio, non esse peccatum mortale. Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Res.9.

§. 1. ETiam stando in opinione, quòd pœnitens possit & debeat explicare in confessione complicem sui peccati, adhuc ad casum propositum affirmatiuè respondent Doctores. Ita Ioannes VViggers *de Sacrament. in supplem. ad 3. part. quæst. 9. art.2. numer.* 15. Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 2. dub. 3. num.1.* Coninch *de Sacrament. disp. 7. dub. 9. num.* 88. Valboa *in cap. omnis, de pœnitent. verb. fideliter n.*63. & alij communiter: quia sic confitetur integrè, & Confessarius in suspicionem personæ Complicis non venit.

Sup. hoc in Res. præterita, & ne prætermittas legere suprà doctrinam in Resol. 50. & aliarum eius primæ not. quamuis non dicant plene super hac quæst.

2. His tamen non obstantibus, non desinam hîc adnotare Patrem Fagundez *in precept. 2. Ecclesiæ lib. 5. c.1. n. 3.* negatiuam sententiam docere: asserit enim in tali casu non esse præceptum, sed consilium, quòd

quod pœnitens alium Confessarium quærat, qui in suspicionem Complicis venire non possit, quia si aliquod præceptum adesset, esset præceptum diuinum de conseruanda, ac tuenda fama Complicis, quam putat in casu, de quo loquimur, non periclitari.

3. Sed meritò aduersùs illum insurgit nouissimè Pater Lugo *de Sacrament. Pœnit. disput. 16. sect. 7. num. 392.* quia pœnitens aliter faciendo absque causa infamat proximum, cùm possit adire Confessarium, cui persona Complicis ignota sit. Et ideò posset aliquis dicere ad restitutionem famæ teneri, cùm sine rationabili causa manifestauit complicem: poterat enim, vt suppono, sine vllo incommodo alium Confessarium petere; & ideò non solùm peccauit contra charitatem, sed etiam contra iustitiam. Erit autem, vt optimè obseruat Lugo *vbi suprà num. 148.* aptior modus restituendi, si extra confessionem dicatur Confessario sub eodem sigillo: Errauí, dum tibi vnum Complicem pro alio dixi, quem errorem si potuerit Confessario apparentibus rationibus persuadere non mentitum; cùm reuera errauerit, illum complicem, quem non debebat manifestando. Et in casu, quòd impossibilis, vel inutilis esset talis famæ restitutio, semper tamen pœnitens tenebitur impedire, vel resarcire omnia damna extrinseca, quæ ex tali manifestatione iniusta complex patietur. Ita Lugo satis quidem probabiliter: sed vt verum fatear, si opinio illa Caietani esset probabilis, nempè manifestare crimen vni vel alteri, qui pro sua prudentia suppressuri sint silentio, non esse peccatum mortale, probabiliter excusaretur talis pœnitens à famæ restitutione; scio P. Lugo *n. 395.* dictam Caietani opinionem falsam vocare; tamen probabilem ego puto, & illam me citato tanquam probabilem admittuntur hi omnes, videlicet, Stephanus Bauny *in Theol. Mor. tract. 4. quæst. 15. dub. 8.* Bassæus *in Floribus Theologiæ Practicæ verb. detractio 1. n. 11.* & Zambellus *in Repertorio Morali, verb. fama n. 10.* præter alios, quos ego alibi adduxi: quibus adde Cœlestinum *in Compend. Theol. Mor. tract. 10. cap. 2.* Concedo tamen sententiam Patris Lugo contra Caietanum esse probabiliorem, quam nouissimè sustinet Ioannes VViggers *de iustit. & iur. tract. 4. cap. 1. dub. 4. num. 16.* & Ægidius Trullench *in Decalogum tom. 2. lib. 7. cap. 10. dub. 11.* & Fagundez etiam *in Decalogum tom. 2. lib. 8. cap. 2. num. 24.*

Sup. hac opinione à lin. 2. Ref. præteritæ, & in aliis eius annot.

RESOL. LIV.

An si quis perpetrauit aliquod delictum carnale in die Iouis Sancti, vel eo die, qui ad confessionem accedit, teneatur postea in confessione aperire hanc circumstantiam?

Idem est dicendum, si aliquis peccatum perpetrauit in die, qua sacram Eucharistiam sumpsit, vel in die alicuius magnæ festiuitatis.

Et infertur, an circumstantia diei festi sit in confessione aperienda, vt blasphemare, peierare, furari, &c? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 32.

Sup. contento in hac Ref. in §. vlt. ante medium. Ref. seq.

§. 1. Affirmatiuè respondet Medina *in summ. lib. 1. c. 9. §. 14.* Pitigianus *in 4. tom. 2. disp. 17. q. vnica, art. 5. in fin.* Rodriq. *in sum. tom. 1. c. 53. n. 12.* Llamas *in sum. p. 3. c. 8. §. 14.* & alij. Et à fortiori docebũt hanc sententiam illi qui asserunt circumstantiam diei festi esse de necessitate confessionis: & ita docuerunt Alensis *3. p. q. 32. mem. 5. art. 2.* D. Antonius *3. p. tit. 17. c. 17. §. 5.* Maior *in 4. dist. 17. q. 4.* Angelus *verb. præceptum, n. 5.* Adrianus *in 4. de confess. q. 4.* & alij asserentes, vt dixi, circumstantiam diei festi esse in confessione aperiendam, vt blasphemare, peierare, furari, &c.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5.

2. Sed hanc sententiam ferè omnes neoterici refellunt, vt Ledesma *in sum. tom. 1. de Pœnit. c. 18. fol. mihi 229.* Petrus Fay *in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. dub. 12* Vasq. *in 3. part. tom. 4. q. 19. art. 1. dub. 4. n. 24* Bonacina *de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diffic. 3. n. 29.* Coninch *de Sacr. disp. 7. dub. 4. n. 27.* Nugnus *in addit. ad 3. p. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 3.* & alij. Quia in diebus festiuis non prohibetur opus seruile spirituale, scilicet, peccatum, quod tale tantùm dicitur metaphoricè, sed seruile propriè corporale, scilicet mechanicum: nisi talia peccata efficerentur in contemptum diei festi. Vnde ad dubium quæsitum respondeo, circumstantiam peccati perpetrati in die Iouis sancti, vel alterius magnæ Festiuitatis, non esse in confessione aperiendam: quia, vt notat Filliucius *tom. 2. tr. 21. c. 9. n. 347.* est tantùm circumstantia aggrauans. Et ita nostram sentẽtiam docet Henriquez *lib. 5. c. 6. n. 6.* vbi sic asserit: [Circumstantia temporis aliquando grauat peccatum, vt si in solemni festo, aut hebdomada sancta, fiat peccatum externum, & multi putant necessarium esse, id exprimere in confessione: sed reuerá non tenetur pœnitens explicare in confessione.] Ita Henriquez. Et idem dicẽdum est, si aliquis peccatum perpetrauit in die, qua postea confitetur, vel in die, qua sacram Eucharistiam sumpsit. Et ita docet contra aliquos Homobonus *de exam. Eccles. p. 1. tr. 5. c. 12. q. 81.*

Ref. 20. §. Nota etiam, & in alia Ref. & §§. eius annot.

RESOL. LV.

An si quis statim post communionem fornicaretur, teneatur hanc circumstantiam in confessione explicare?

Et infertur, quod peccans in die festo, vel fornicans in die Iouis sancti, vel in die, quo confessus est, vel communicauit, modo non sit statim post communionem, vel celebrationem, non tenetur in confessione hanc circumstantiam explicare. Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 59.

§. 1. Affirmatiuè respondet Cardinalis Lugo. Idem cum ipso docet non tamen ex eius principiis Dicastillus *de Sacr. tom. 2. tr. 8. disp. 9. dub. 8. n. 731.* vbi sic ait: Et quidem si verum esset, quod aliqui dicebant: nempe in die, qua acceptata est Eucharistia peccatum commissum habere malitiam specialem explicandam in confessione, sequeretur Sacerdotes quotidie celebrantes frequentissimè debere explicare circumstantiam Missæ illa die celebratæ, quod videtur difficile, vt notauit Eminentissimus Lugo *num. 523.*

2. Non tamen desunt, vt videre est apud eundem *n. 524.* qui putent aliquod peccatum ratione temporis Sacri contrahere malitiam grauem nouam necessariò explicandam; cuius rei exempla adhibentur. Primum si die Parasceues, aliquis vellet ludos publicos, comœdias, & ludicra spectacula & similia exhibere, sicut in diebus Bacchanaliorum, quam putant grauissimam irreuerentiam contra Sacratissimum diem Passionis Christi Domini. Hoc exemplum ego non negauerim continere graue peccatum; & in hoc assentior eidem Cardinali. Sed non possum inprimis non videre eam esse circumstantiam alterius peccati per se loquendo (de circumstantiis verò nunc disputamus) sed esse primarium peccatum ex se; si actus ipsi per se non sunt lege prohibiti: tunc enim explicare illud peccatum non esset explicare circumstantiam alterius peccati, sed primariam peccati materiam, in quo ipsemet Cardinalis consentire debet, & cum illo notauimus suprà in simili, tum *num. 644.* tum *num. 666.* paulò ante finem.

3. Deinde non possum non videre illas actiones non esse contra aliquam prohibitionem Ecclesiæ,

aut

aut humanam, neque esse circumstantias ea lege prohibitas; sed ex natura rei resultare quod dissonet rationi, & quod censeatur res satis impia, eò ipso quod Ecclesia & fideles tunc colunt Christi passionem, vt in simili dicebamus suprà, agentes de peccatis quibusdam in loco Sacro, etiamsi non essent prohibiti speciali lege. Vide quæ ea de re diximus *sup. a n.652.* sed præsertim *num. 655.* potuisset quidem Ecclesia tunc non colere Passionem eo modo: Supposito verò quod colat eo modo, non potest apud prudentem æstimationem non censeri res illa grauis irreuerentia, sed hoc non est propriè loquendo contra aliquam diei sacrationem, quæ nulla est, iuxta dicta *num.725.* vbi assignantibus disparitatem inter locum & tempus.

4. Hoc ipsum cernere licèt in secundo exemplo eius, qui ab ipso altari, in quo celebrauit, immediatè iret ad fornicationem, quam meritò putat Cardinalis grauissimam irreuerentiam, sed non video quod sit propriè irreuerentia sanctitatis diei, sed quia ex natura rei prudenti æstimationi videtur grauis irreuerentia tanti Sacrificij & Sacramenti, itaque non Sanctitatem aliquam diei violat, sed Sacramento irreuerentiam censetur inferre. Quod etiam satis declarat exemplum quod affert de sollicitante Sacerdote pœnitentem ad turpia proximè post confessionem, quem Sacerdotem cogit legitimus iudex abiurare, vel de vehementi, vel de leui (prout res, & circumstantiæ postulant) propter suspicionem, quam secum affert eiusmodi scelus, sed hoc non pertinet ad sanctitatem temporis, aut diei; sed ad honorem Sacramenti, & ad præcauendum damnum, quod prouenire posset, si eiusmodi malum impunè serpat, solumque propinquitas aut simultas temporis, (sicut etiam loci deputati ad confessionem, vel simulationis quà simulat quis se audire confessionem) seruit ad notandam & suspicandam irreuerentiam, vel minus synceram fidem sic peccantis absque vlla irreuerentia illata tempori aut loco tanquam rebus sacratis, cùm possit esse locus sine vlla consecratione, sicut & tempus. Hucvsque Dicastillus.

5. Itaque vel secundùm principia Cardinalis Lugo, vel Dicastilli, dicendum est, si quis fornicaret statim post Eucharistiam sumptam, debere in confessione hanc irreuerentiam explicare. Et ita etiam præter Doctores citatos tenet Martinus de San Ioseph *in mon. confess. tom.1. lib.1. tract.14. de Pœnit. n.7.* vbi sic ait; No ay obligacion de confessar la circumstancia de que se cometio el pecado en dia de Fiesta, porque esto ni muda especie, ni agraua notablemente dentro de la propia especie, porque en la fiesta no se prohibe la obra seruile espiritual. Y lo mismo es quando se comete el pecado, aunque sea carnal, en Iueues, ò Viernes Santo, ò en el dia en que se confessò, ò comulgò; saluo si en acabando de comulgar conociesse carnalmente la amiga, ò hiziesse comedia el dia del Viernes Santo, que en casos semejantes se pecaria grauissimamente contra la virtud de la Religion. Assi lo siento. Ita ille.

Super contentis in hoc. & seq. vers. vsq. ad vers. saluo, in Ref. præterita per totam.

RESOL. LVI.

An suscipiens Eucharistiam in peccato mortali, & qui facit in Quadragesima confessionem inualidam, committat duplex peccatum in confessione explicandum? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 35.

§. 1. AD hanc quæstionem respondet Petrus Fay *de pœnit. in addit. ad 3. part. D. Thomæ, q.4. art.3. disp. vnica, concl.2.* sic dubitabit aliquis, an sumens Eucharistiam in peccato mortali sine prævia confessione committat duplex peccatum mortale, vnum impœnitentiæ contra præceptum confitendi ante communionem, aliud sacrilegij contra dignam susceptionem Eucharistiæ. Affirmant aliqui, & satis probabiliter propter violationem duplicis specialis præcepti, quæ contingit in casu posito: probabilius tamen opinor vnicam tantùm esse sacrilegij contra dignam Sacramenti susceptionem. Et ratio est, quia vbi est vnum propter aliud, ibi est vnum tantùm: sed qui non præmittit confessionem ante sumptionem Eucharistiæ, ideo tantùm peccat, quia per illius omissionem indignè Sacramentum sumit, quod si sumere non deberet neutiquam confiteri teneretur, vt supponimus. Ita Fay, & ego hanc sententiam alibi etiam docui, & nouissimè illam docet Turr. *de pœnitentia q.6. art.5. disput.21. dub.1.* Igitur cùm duo præcepta simul occurrunt, & vnum obligat tantùm ratione alterius; vt est in casu nostro, violatio vtriusque est vnicum solum peccatum; ideo dicendum quòd si quis omittat confessionem, quando necessaria est solùm ratione Eucharistiæ suscipiendæ, non peccat contra præceptum affirmatiuum confessionis, sed contra præceptum suscipiendi dignè Eucharistiam.

Sup. hoc & prima diffic. huius Resol.

Suprà in tr. 3. Ref. 186. §. 1. & in tom. 2. tr. 2. Ref. 149. §. Nota etiam.

Alibi in Ref. not. præterita & signanter in Ref. 2.

2. Ex his etiam sequitur, vt bene obseruat Fagundez *præc. 2. lib. 3. cap. 5. num. 8.* quòd qui tempore præcepti Ecclesiastici in Quadragesima fecit confessionem inualidam, peccat contra præceptum diuinum de integritate confessionis, & contra præceptum Ecclesiæ annualis confessionis, & tamen vnum tantùm peccatum committit; quia præceptum Ecclesiæ subordinatur præcepto diuino; sic etiam qui occidit clericum, peccat contra ius diuinum contentum in 5. præcepto Decalogi, & contra ius canonicum, & ius ciuile; & tamen vnum tantùm peccatum homicidij, & sacrilegij committit; quia ius ciuile & ius canonicum, in hac prohibitione subordinantur iuri naturali. Vide Henriquez *lib. 2. de pœnit. c. 5. n. 6.* Medinam *in p. 2. q. 109. art. 4. §. tandem, concl. 3.* Sotum *in 4. dist. 18. q. 1. art. 4.* Caietanum *p. 2. q. 72. art. 6. ad 2.* & alios.

RESOL. LVII.

An qui in statu peccati mortalis, & non ieiunus sumit Eucharistiam, peccet duplici peccato in confessione explicando?

Et de interuallo, quo infirmus post Viaticum communicare possit, agitur. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 195.

§. 1. NEgatiuè respondeo; quia quamuis sumptio illa ex duobus titulis sit peccatum mortale, nempè & quia est transgressio illius præcepti positiui de non sumendo Eucharistiam, nisi ieiunus; & quia est transgressio præcepti naturalis diuini non sumendi Eucharistiam in statu mortalis: nihilominus quia vterque iste titulus eodem modo opponitur Religioni, quia eodem modo est contra reuerentiam Sacramenti; ideo est idem specie peccatum; & etiam est idem numero, quia non est vnde malitia numeru multiplicetur, quia materia est eadem numero, & non respiciens diuersa extrinseca, imò nullum, quia est absoluta nullum extrinsecum respiciens. Et hæc omnia docet *in suo tract. de sacram. disput. 9. diffic. 1.* Gaspar Hurtado Theologus Societatis IESV, quæ doctorum hominum in omni scientiarum genere meritò emporium vocari potest. Verùm hæc opinio Hurtadi aliqui recentiores non admittunt, & præsertim inter illos noster P. D. Thomas de Afflicto, vir doctissimus, nam licèt vtrumque peccatum opponatur

Sup. hoc supra in tra. 3. lege doctrinã §. Obserua. Resol. 186 & aliarum Ref. eius not.

eidem virtuti religionis, non tamen eodem modo illi opponuntur, cum diuersam materiam respiciant, & diuersam habeant deformitatem; nam accedere cum peccato mortali ad Eucharistiam, opponitur reuerentiæ Sacramento debitæ quoad puritatem animæ, quæ puritas est dispositio necessaria ex iure naturali diuino. Accedere verò ad illam non ieiunum, opponitur reuerentiæ debitæ, quo ad dispositionem corporalem, & non est dispositio necessaria ex iure naturali, & diuino. Adde quòd homicidium, furtum, contumelia eidem virtuti opponuntur, nempe iustitiæ commutatiuæ, & tamen differunt specie solùm ob materiæ diuersitatem nedum ex quocumque defectu.

Alibi in 10 2. tr. 1. Ref. 85 56. 87. & in Ref. 77. §. sed licet. inter principium, & medium. à versiuam post sex & in Ref. 78. §. vlt. ad medium versi. Hæc sententia.

5. Notandum est tamen hic obiter, quod ego alibi docui, posse infirmum periculosè ægrotantem sumere Eucharistiam non ieiunum post interuallum sex dierum; imò adduxi Ludouicum de San Iuan, putantem sufficere interuallum trium dierum; nunc verò addam ea, quæ præter Armillam notat circa præsentem quæstionem Hurtado *vbi suprà difficult. 16. in fine*, vbi sic ait: Doctores ferè omnes pro repetitione Eucharistiæ sumendæ ab infirmo periculosè ægrotante non ieiuno, requirunt interuallum aliquarum dierum inter vnam, & alteram communionem; Tabiena interuallum sex dierum; Armilla verò nullum assignat, absque dubio credens, repeti posse quoties potest à sano ieiuno, quod in Concilio Constantiensi *sess.* 13. indicari videtur, dum excipit infirmos absque vlla limitatione, quo videtur indicare, toties posse ab illis non ieiunis sumi, quoties à sanis ieiunis. Ita Hurtadu, vide meipsum *in 3. part. tract. 4. resol. 44.* sed ego in casibus contingentibus libenter concederem infirmis, posse recipere iterum lucrum viaticum post interuallum trium, vel quatuor dierum.

RESOL. LVIII.

An qui non audiuit Missam in die Dominico, in quem incidit Festum alicuius Sancti, satisfaciat dicendo in confessione se in die Festo semel Missæ Sacrificium prætermisisse?

Idem quæritur, si eodem die duplici titulo ieiunandum sit.

Et idem est, si quis Festum violasset, opere seruili ratione duplici Festo occurrente.

Et cursim infertur, quod qui furatur rem Sacram de loco Sacro, satisfacit, si dicat, se furatum fuisse rem Sacram, nec opus est dicere de loco Sacro. Ex part. 1. tract. 7. Resol. 22.

Sup. hoc in to. 4. tr. 6 Resol. 63. ex doctrina § 1. & 2. & signanter § 3.

§. 1. NEgatiuè respondet Tannerus *in 2. 2. disp. 5. q. 6. dub. 2. n. 24.* Homobonus *de exam. Eccles. p. 1. tract. 5. c. 15. q. 76.* Fabros *de Pœnit. in 4. sent. dist. 17. q. vnic. disp. 24. cap. 2. n. 33.* Nauarrus *in Manuali c. 11. n. 4.* Lopez *in instr. part. 1. c. 29.* Rodriquez *in summ. tom. 2. c. 23. n. 3.* Coninch *de Sacram. disput. 1. dub. 6. n. 47.* Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 6. c. 4. n. 129.* & alij, qui putant, in tali casu non sufficere, si pœnitens dicat: Omisi Sacrum in die Dominico, sed opus est dicere, in illo die Dominico incidisse, v.g. festum D. Ioannis Baptistæ.

2. Sed contrariam sententiam puto esse probabiliorem, quam tuentur, & docent Vasquez *in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 1. dub. 4. num. 9.* Nugnus *in addit. ad 3. part. quæst. 9. art. 2. dub. 3.* Henriquez *lib. 5. c. 3. num. 6. Glossa, litt. B.* Sancius *disput. 11. num. 17.* Sanchez *de matrimon. tom. 3. lib. 9. disput. 15. num. 6.* vbi sic ait: [Hinc deducitur pro materia de Pœnitentia, dum obligat præceptum audiendi Sacrum, aut abstinendi à seruilibus, ratione duplicis Festi concurrentis, vt si Festum incidat in die Dominica; aut ieiunij, ratione vigiliæ incidentis quatuor anni Temporibus, aut Quadragesimæ, vnicam esse malitiam, præceptum illud transgredi; atque ita sufficienter fateri dicentem, se ieiunium, aut Festum violasse.] Idem docet etiam Ledesma *in sum. tom. 1. de Pœn. c. 19. con. l. 6.* Megala *in 1. p. lib. 1. c. 17. n. 5.* Sa *verb. Confessio, §. quidam putant.* Et hanc sententiam magis in praxi esse vsu receptam, testatur Homobonus *de exam. Eccles. part. 1. tr. 5. c. 12. q. 76.*

Pro abstinendo à seruilibus in Ref. & 55. not. præterea & pro ieiunio inc. dente &c. suprà in Ref. 19. §. Nostrum. & in Ref. & 55 not. prima huius Resol. & signanter in § 3. Pro contento in hoc §. vide infra in Ref. 153.

3. Vnde ex his infertur, quod qui furatur rem sacram loco sacro, satisfacit, si in Confessione dicat, se furatum fuisse rem sacram: nec opus est dicere de loco sacro; quia vtraque illa circumstatia ad eandem rationem formalem virtutis religionis spectat. Ergo, &c. Et ita docet Fagundez *Precept. 2. lib. 4. cap. 5. num. 21. in fine.*

RESOL. LIX.

An si quis omisit, v.g. Sacrum propter studium, teneatur explicare in confessione hanc circumstantiam? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 62.

Sup. hoc in Ref. seq. & infrà in Resol. 152. §. vlt.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Zumel *in p. 1. q. 71. art. 5. disp. 4.* qui citat Gandauensem, Gabrielem, Riccardum: putat igitur in tali casu, studium, ex cuius affectu omittitur Sacrum, in die festo, esse peccatum specie, ac numero distinctum ab ipso peccato omissionis, ac proinde distinctè in Confessione explicandum.

2. Sed ego contrariam sententiam sustinendam esse puto, quam docent Valentia, Medina, Azorius, & Vasquez, quos citat, & sequitur Tannerus *in part. 2. disp. 4. q. 4 dub. 5. n. 15. & 50.* Et ratio est: quia voluntas ipsa omittendi, atque etiam actus ille ex se malus cuius affectu inordinato omittitur aliquod præceptum, per se, ac formaliter loquendo, nec specie, nec numero distincta sunt peccata à subsequente omissione, ac proinde, nec distinctè in confessione aperienda sunt. Actus enim ille ideò malus est, quia ordinatur per modum causæ, siue medij, ad consummandum omissionis peccatum: sed in genere moris vnum peccatum numero censetur actus consummatus peccati: & cæteri, qui ad ipsam consummationem ordinantur, si aliunde mali non sunt: ergo, &c. Igitur absolutè dicendum, quòd actus, qui est causa omissionis, si per se alioqui malus non sit, non est peccatum specie, vel numero distinctum à subsequente omissione.

RESOL. LX.

An actus, qui est causa omissionis culpabilis sit peccatum distinctum ab ipsa omissione?

Et an actus, qui fiunt ab operante post propositum omittendi præceptum; vt si quis, v. g. proponeret omittere Missam propter pigritiam, vel aliam causam, & postea tempore celebrationis Missæ domi studeret, aut ambularet, an, inquam, hi actus dicantur causa omissionis Missæ, & consequenter sint peccata? Ex part. 3. tractat. 6. & Misc. 2. Resolut. 8.

Sup. hoc in Ref. præterita & infrà in Resol. 152 § vlt.

§. 1. VT si quis ita studio sit intentus, vt relinquat audire Missam, an istud studium sit in seipso peccatum, & contineat in se deformitatem distinctam à malitia omissionis Missæ: Negatiuè respondeo cum Vasquez *in part. 2. disp. 95. c. 3. n. 10.* Beeano *p. 5. Theol. scholast. tr. 2. c. 3 q. 5.* & aliis. Dico igitur tam volũtatem expressam omittendi, quàm opus,

quod

quod eſt cauſa omiſſionis, non ſolùm non eſſe peccata diſtincta ab ipſa omiſſione, verùm etiam neque eſſe peccata commiſſionis, ſed omiſſionis tantùm, quidquid aſſerant in contrarium Salas *in p.2.tract.13. diſp.2. ſect.7.& 8.* Valentia *tom.2. diſp.6.q.1. punct.4.* & alij. Vnde ſatis eſt vt quis dicat in confeſſione, Miſſam non audiui, nec opus eſt cauſam exprimere omiſſionis Miſſæ, vel voluntatem expreſſam omittendi, quæ omnia ſi eſſent peccata commiſſionis, deberent in confeſſione explicari.

2. Sed hîc obiter poſſet quis curiosè inquirere, an actus qui fiunt ab operante poſt propoſitum omittendi præceptum, vt ſi quis, v.g. proponeret omittere Miſſam propter pigritiam, aut aliam cauſam, & poſtea tempore celebrationis Miſſæ domi ſtuderet, aut ambularet, an, inquam, hi actus dicantur cauſa omiſſionis Miſſæ, & conſequenter ſint peccata. Negatiuè reſpondet Medina *in part.2. q.71. art.5. dub.2.* Aluar. *in p.2. diſp.126.n.2.* Salas *in p.2. tract.13. diſp.2. ſect.6. n.101.* licèt contrarium aſſerat Valentia *tom.2. diſp.6. quæſt.5. punct.4.* Sed tu circa præſentem quæſtionem vide Filliucium *tom.2. tr.21.c.7. n.168.* Layman *in Theol.mor.lib.1.tr.4.c.4.n.43.* Becanum *vbi ſup. c.2.n.5.& 6.* & alios ſequere.

RESOL. LXI.

An ſit neceſſarium in confeſſione ipſam omiſſionem explicare, vel ſufficiat tantum ſe accuſare de cauſa omiſſioni data? Ex part.1.tract.7. Reſ.64.

Sup. hoc infra in Reſ.165 §. vlt.& in 10.2. tr. 3. ex lata doctrina Reſ 14. in fine, à verſ. ſicuti, & in aliis §§. & verſ. illi ſuis ele... nos. & pro doctrina ſeq. in hac Reſ. lege infrà Reſ.145. & alios §§ eius primæ, & ſi placet etiã ſecundæ annos.

§. 1. Eſſe explicandam ipſam omiſſionem, putant communiter Doctores, quos ſequitur Tannerus *in p.2.diſp.4. dub.3.n.35.*

2. Sed contrariam ſententiam etiam probabilem eſſe exiſtimo, quam tuetur Vaſquez *in part.1. tom.1. diſputatione 94. cap.3. num. 16.* poſt illum Bonacina *de legib. 2. quæſt. 4. punct. 4. num. 8.* ex illo principio, in quo docet, peccatum omiſſionis tunc ſolùm imputari, adeóque committi, quando cauſa culpabilis omiſſioni datur; ipſam verò omiſſionem actualem pro tempore, quo præceptum obligabat: quia ſub libera poteſtate omittentis non eſt propriè peccatum non eſſe, nec eo quidem modo, quo alioqui actus externus peccati, peccatum dicitur, deriuata, ſcilicet, malitia in ipſum ex voluntate, ſed eſſe ſolum effectum peccati. Quod ita etiam pariter dicendum eſt de homicidio ex ebrietate, & de pollutione in ſomno culpabiliter ſequuta; itémque de vulneratione actuali per emiſſam ſagittam facta, &c.

3. Sed audiamus Vaſquez de hac re diſſerentem: [Si hæc omnia exteriora (aſſerit) quæ diximus, non eſſent peccata; ſequeretur, non eſſe neceſſarium, ea in Confeſſione exprimere; ſed ſatis eſſe explicare cauſam eorũ liberè poſitam fuiſſe ſomno, aut ebrietate: hoc autem eſt contra conſuetudinem fidelium omnium. qui ea ſemper confitentur: ergo, &c. Reſpondeo, non eſſe exprimenda in Confeſſione: fideles autem plurimi ea explicant; quia neſciunt ea non eſſe peccata; vel etiam, quia eo facto rectè explicant culpam, quam commiſerunt, præbendo cauſam, & occaſionem; ideò prohiberi non debent à talium euentuum confeſſione, præſertim cùm ipſa explicatione euentus optimè explicetur, quidquid peccati in cauſa præceſſit, & parum vnum ab alio diſtet: at ſi quis præcisè ea exprimere vellet, quæ debet, non eſt cogendus euentus explicare ratione Confeſſionis; ſed aliquando ratione reſtitutionis, vel irregularitatis; ſed ſatisfaceret præcepto, ſi diceret, ſe dediſſe proximam cauſam tali omiſſioni, vel pollutioni. Nec etiam opus eſt in Confeſſione dicere: Ego potu, & cibo nimio mihi intuli morbum lethalem; ſed ſufficit fateri, cauſam illius dediſſe. At, quando opus externum eſt ſecundùm ſe peccatum, quia liberè ſemper manet ſub noſtra poteſtate, tunc debet ſemper explicari.] Ita Vaſquez, ſatis quidem probabiliter, quidquid aliqui obmurmurent. Dicendum eſt igitur abſolutè, ipſam actualem occaſionem, ſeu vulnerationem hominis per ſagittam, aut homicidium præuiſum in ebrietate commiſſum, vel etiam pollutionem culpabilem in ſomno, non eſſe peccata propriè, ſed tantùm effectus peccati. Et ita etiam hanc ſententiam cum Vaſquez docet nouiſſimè Layman *in Theol.mor.lib.1.tr.1.c.3.n.5.*

4. Sed, ſi aliquis hanc quæſtionem fuſiùs explicatam cum variis Doctorum ſententiis videre cupiat, adeat Malderum *in p.2. q.72. artic.6.* Lorcam *in p.2. tom.1. quæſt.4. diſp.7. de peccatis.* Axorium *tom.1.lib.4. cap.3. quæſt.5.* Zumel *in p.2. quæſt.71. art.5. diſput.5.* Filliucium *tom.2. tract.21. cap.7. num.271.* Becanum *in p.2.tract.2.cap.3.quæſt.6.* Peſantium *in part.2.q.71. art.5. diſp.3.* Villalobos *in ſumm. tom.1.tract.3.dub.6. num. 1. & ſeq.* Vide *tertiam huius Operis Partem, Tract.4.de Sacram. Reſ.67.in fine.* Quæ hic eſt in t. Reſ.165.

RESOL. LXII.

An ſi Clericus: v.g. in diuturna nauigatione abiiciat Breuiarium, teneatur aperire hanc ſententiam, vel ei ſufficiat dicere, vigeſies v. g. omiſi Horas Canonicas?

Et notatur pro praxi, quod propoſitum omittendi, vt & actus ille, quo quis ademit actum præcepti exequendi, & exercendi per accidens in confeſſione explicandum eſt; vt ſi quis v.g. propoſuit per multos dies Officium Diuinum omittere, ſed deinde propoſitum mutans non niſi quinquies omiſit.

Idem dicendum eſt de ſimilibus aliis?

Etiamque aduertitur eum, qui poſt abiectum Breuiarium dolet de cauſa omiſſionis data, non amplius peccare omittendo Horas, quandiu nouam negligentiam in comparando Breuiario non admiſit. Ex part.1. tract.7.Reſ.63.

§. 1. Reſpondeo ſufficere. Ita Tann. *in p.2. diſp.4. q.4. dub.2.n.25.& 26.* Et ratio eſt: quia impotentem ſe reddere ad actum præcepti, ſolùm prohibetur præcepto affirmatiuo de actu exequendo; ac proinde non aliam habet malitiam, quam ipſamet omiſſio actus præcepti: ergo, &c. Dicendum eſt igitur, quòd talis actus, quo quis ſe reddit impotentem, non eſt diſtinctum peccatum ab omiſſione, re ipſa conſequente: & ideò ſufficit confiteri omiſſionem ipſam.

2. Notandum eſt tamen pro praxi, quòd propoſitum omittendi, vt & actus ille, quo quis facultatem ademit actum præcepti exercendi, per accidens aliquando in confeſſione diſtinctè explicandum eſt: vt, ſi quis, v.g. propoſuiſſet per multos dies Officium diuinum omittere: ſed deinde propoſitum mutans, non niſi quinquies omiſit. Aut, ſi quis in nauigatione, vel itinere, abiecto Breuiario, cum implicito propoſito omittendi Horas per integram hebdomadam, mox poſtea reſipiſceret, vel acquiſito Breuiario poſt tres dies horas recitaret: in his, inquam, caſibus, cùm longè maius peccatum ſit ipſe actus ex cauſa omiſſionis, quàm ſubſequens omiſſio, non ſatis eſſet in confeſſione ſolam omiſſionem confiteri.

3. Notandum eſt etiam, eum, qui poſt abiectum Breuiarium dolet de cauſa omiſſionis data, non ampliùs peccare omittendo Horas, quamdiu nouam negligentiam in comparando Breuiario non admittit: quia omiſſio ipſa peccatum non eſt, ſi pro tempore,

quo accidit, non sit in potestate omittentis, vel in sua causa sit voluntaria, vt quia ante tempus executionis præcepti hominem de causa data pœnituit: aut, quia vel non potuit, vel non debuit cauere securam omissionem. Et hæc omnia notauit Becanus *in p 2. tr 2. c. 3. q. 6, n. 10. & 11.* cum Tannero *vbi sup. dub. 3. num.* 37. & Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 3. diffic. 6. n. 4.* Sed ad alia deueniamus.

RESOL. LXIII.

An sufficiat, si pœnitens dicat in confessione, anno integro omisi Officium diuinum, vel non restitui, licet aliquoties intra annum doluerit de culpa, & statuerit recitare, vel restituere, & propositum postea non adimpleuerit? Ex part. 5. tract. 14. & Miscell. 2. Resolut. 55.

Sup. hoc pro parte restitutionis infrà in Ref. 157. & 158. lege eas per totas.

§. 1. CAsus potest sæpiùs in praxi accidere, & videtur negatiuè respondendum; nam eo ipso quòd doluit de peccato, statuitque recitare, vel restituere, interrupit peccatum; vnde cùm postea non recitauit, neque restituit, aliud diuerso numero peccatum commisit; sed certum est numerum peccatorum in confessione declarandum esse: ergo, &c.

2. Nihilominus licèt, metaphysicè loquendo, illud peccatum numero multiplicetur, adhuc non videtur necessarium declarare prædictam interruptionem. Ita Iacobus Granado *in 3. part. D. Thomæ, controuers. 7. tractat. 9. disputatione decima, num. octauo*; quia in confessione non est seruandus strictus rigor, & nimietas in explicando numero, quando sufficienter constat de statu pœnitentis. Satis autem constat de statu, cùm quis fatetur se per annum non recitasse, aut non restituisse cùm posset; licèt non declaret, an aliquoties habuerit animum recitandi, vel restituendi; alioquin molestum esset, nimisque onerosum, ac scrupulis plenum; maiorem obligationem imponere. Sic Granado *vbi suprà*; sed de hac quæstione satis alibi à me dictum est.

Alibi in Ref. not. prætermiss.

RESOL. LXIV.

An qui omisit aliquo die omnes Horas Canonicas, vel notabilem illarum partem, teneatur in confessione aperire id, quod omisit, vel sufficiat dicere se mortale peccatum commisisse in non persoluendo diuinum Officium?

Et notatur, quod habens plura beneficia non committit tot peccata, quot sint beneficia in omissione Horarum Canonicarum. Ex part. 2. tr. 12. Ref. 23.

Sup. hoc sup. in Resol 9. §. Sed difficultas. ante medium, à vers. & adhibet. & in to. 3. tr. 5. Ref. 75.

§. 1. ALiqui asserunt, non satis esse ita dicere, sed explicandam esse quãtitatem Officij omissam, si sit magna, & numerum Horarum. Et ita docet Bonacina *de Sacram. disput. 5. sect. 1. punct. 2 §. 3. n. 17.* Garsias *de benef. tom. 1. part. 3. c. 2. n. 142.* Henriq. *lib. 5. c. 7. n. 6.* Bellocius *in praxi de cas. reser. part. 2. 2. q. 15. n. 74.* & alij penes ipsos.

2. Sed ego puto cum Squillante *de oblig. Cler. p. 1. dub. 33. n. 70.* & aliis, satis esse, si Clericus se accuset asserendo commisisse culpam lethalem in recitatione Horarum. Notandum est etiam contra Nauarrum, & alios, quòd habens plura beneficia non committit tot peccata, quot sunt beneficia, vt optimè notat Garsias *vbi suprà, n. 142.* Azorius *part. 1. lib. 4. c. 1. quæst. 6.* & alij.

Sup. hoc in to. 3. tr. 6. Ref. 511. §. vlt. in principio, & in alio §. & vers. eius not.

RESOL. LXV.

Vtrum, qui ratione Ordinis sacri, & beneficij tenetur persoluere Horas Canonicas; si illas non recitet, peccet dupliciter, & sit ista circumstantia in confessione aperienda? Ex part. 2. tr. 12. Ref. 22.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Fagund. *de precept. Eccles. tr. 2. li. 4. c. 5. n. 23.* Azor. *p. 1. l. 10. c. 14. q 7.* Suar. *de Relig. tom. 2 lib. 4. c. 18. n. 5.* Sanch. *de matr. lib. 9. disp. 15. n 6.* Squillante *de oblig. Cler. p. 1. dub. 34. n. 71.* Carolus Macigni *de Horis Canonicis, c. 10. n. 5.* & alij, quia talis Clericus omittens Officium diuinum, violat duplicem virtutem specie diuersam; violat enim virtutem religionis, ratione Ordinis sacri; & virtutem iustitiæ, ratione beneficij.

Sup. hoc in to. 3. tr. 6. Ref. 74. prope finem, à vers. Ita notantur. & in alio §. & vers. eius annot.

2. Hæc sententia est probabilis, sed contraria est probabilior, quam tuetur Homobonus *exam. Eccles. p. 1. tr. 4 c. 5. q. 42.* Henriq. *lib. 12. c. 12. n. 3. in Gloss. lit. O.* Garsias *de benef. tom. 1. p. 3. c. 1. n. 225.* Salas *in p. 1. 2. q. 2. tr. 13. disp. 3. sect. 2. n. 17.* & alij; quia Clericus beneficiatus tenetur persoluere Horas ratione tantùm religionis, & non iustitiæ. Ergo vnicum peccatum committit, quia violat vnam tantùm virtutem.

RESOL. LXVI.

An si quis, v. g. recitando Officium diuinum vidit mulierem, & concupiscit eam, teneatur non solum illam prauam concupiscentiam confiteri, sed etiam dicere, quod tale peccatum admisit psallendo, vel orando?

Et an, qui orat non solum in peccato mortali, sed etiam cum proposito actuali, & voluntate peccandi mortaliter, peccet? Ex part. 6. tractat. 7. & Miscell. 2. Resolut. 36.

§. 1. CAsus potest in praxi frequenter accidere, & de illo pauci mentionem faciunt: vnde affirmatiuam sententiam nouissimè tenet Franciscus Syluius *in resolutionibus variis. oratio.* Quia, ait ille, cùm aliquis Deum vocaliter orans ipsum offendit mortaliter, alicui prauæ voluntati, aut luxuriæ, aut alterius peccati consentiendo, in tali eius peccato inuenitur aliqua circumstantia mutans speciem peccati: atqui Ecclesiæ doctrina recepta est (vt ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 5.* & aliunde constat) eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant: ergo iste sic orans, & mortaliter peccans, tenetur, eam circumstantiam in confessione aperire. Maior probatur, quoniam iuxta B. Thom. *in 4. dist. 16. q. 3. art. 2.* illæ circumstantiæ mutant speciem peccati, quæ habent specialem repugnantiam cum recta ratione, diuersam ab ea, quæ est in ipso peccato secundùm se: siue iuxta Scotum *in 4. dist. 17.* quæ speciali prohibitione prohibentur. Quibus consonat, quod idem S. Thom. *quæst. 18. artic. 10.* concludit. Quandocumque aliqua circumstantia respicit specialem ordinem rationis vel pro, vel contra, oportet, quòd circumstantia det speciem actui morali, vel bono, vel malo. Sed in proposito reperitur circumstantia, quæ habet specialem repugnantiam cum recta ratione, & quæ speciali prohibitione prohibetur: præter peccatum enim, quod prohibetur præcepto, *Non mœchaberis*, aut, *Non concupisces*, vel isto. *Non occides*, adest peccatum Religioni oppositum. Oratio quippe ad virtutem Religionis pertinet: qui autem vocaliter orat, & sic orando consentit mortali luxuriæ, aut odio, grauiter contra virtutem Religionis offendit; cùm ipsa postulet. vt exhibeatur Deo cultus ac reuerentia, & vt oratio,

quæ ipsos est actus, reuerenter ac piè fiat; is verò, qui sic orat, magnam committat in Deum irreuerentiam, valdéque erga illum impiè se habeat.

2. Confirmatur: quia quis non iudicet magnam fore irreuerentiam, si quis Principi suo loquatur, ab eóque petat aliquid, ac interim hostiliter ab eo auertatur, & dorsum ei vertat? Ita verò se ad Deum habet ille, qui vocaliter ipsum orat, & interim eum mortaliter offendit: per peccatum enim mortale auertitur à Deo, tanquam à fine vltimo, ipsique inimicus efficitur. Per talem ergo orationem valdè se habet irreuerenter ad Deum, ac per consequens peccat notabiliter contra virtutem Religionis. Vnde ex his concedit Syluius, quòd aliquis toties peccat mortaliter, quoties orat perseuerans in affectu peccati mortalis, & in voluntate illud committendi. Concedit etiam, quòd si aliquis orationem interrumpit, vt obscœna animo obscœno loquatur, velut cum adnenienter meretrice fornicetur, vel vt inimico sibi obuio lethale vulnus infligit, præter peccatum luxuriæ, aut odij, etiam peccabit grauiter contra reuerentiam Deo debitam.

3. Sed si hæc essent certa, facit Deus, quòd multi in lethale crimen sæpiùs non inciderent: & ideò rectè Pater Suarez, circa præsentem casum non ita firmiter vt Syluius, sed cum formidine loquitur. Sic enim ait: *de Religion. tom. secundo, libr. tertio, capit. 4. num.* 13. Est mihi verisimile, si quis dum vocaliter orat in dilectatione & cogitatione turpi morosè delectetur, peccando mortaliter contra castitatem, etiam peccare per circumstantiam contrariam Religioni, vel venialiter aggrauantem, quod certum, vel etiam mortaliter, quod licèt sit incertum, timendum est, quia videtur grauis Dei irreuerentia. Ita ille.

4. Verùm ego satis probabiliter puto contra Syluium in casu proposito non adesse peccatum lethale: qui, vt fatetur ipsemet Syluius, Minus est orando consentire turpi cogitationi occurrenti ex humana fragilitate, quam ex malitia, vel odio perseuerare in voluntate committendi aliquod peccatum mortale. Sed quicquid afferat Syluius, si quis orat non solùm in peccato mortali, sed etiam cum proposito actuali, & voluntate peccandi mortaliter, non peccat, vt docet Sanchez *in opuscul. tom. 1. lib. 7. capit. 2. dub. 9. num.* 3. & alij. Ergo, &c. Confirmatur, quia orat sine aliqua intentione, videtur grauem irreuerentiam afferre Deo: & tamen non est certum talem peccare mortaliter. Vide Trullench *in Decalogum, tomo primo, libr.* 1. *capit.* 7. *dub.* 10. *num.* 6. & alios. Ergo, &c.

RESOL. LXVII.

Si quis in die ieiunij sæpius comedit carnes, & lacticinia, quæritur, an distincta peccata commiserit, & in confessione aperienda?

Et notatur, quod qui vouit aliquo die ieiunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 156 aliàs 157.

Sup. hoc in to. 4. tr. 6. Ref. 77. §. vlt. ad medium, vers. Noto. & in Ref. 84. §. 1. post medium, vers. Et duplici.

§. 1. **R**Espondeo affirmatiuè, & ita docet Coninch *de Sacram. t. disputat. 7. dub. 5. numer.* 42. vbi sic ait: In Quadragesima comedere sæpiùs per diem, & comedere carnes, & comedere oua, sunt singula particulariter & distinctis præceptis prohibita, vnde singula habent distinctam prohibitionem Ecclesiæ, eiúsque fini repugnantiam, quod inde patet, quòd vnum sæpe sine altero permittatur, & consequenter continent distinctam malitiam in confessione explicandam. Ita ille.

2. Notandum est tamen hic obiter, quòd qui vouit aliquo die ieiunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit, & ita aduersùs Suarez *de Religion. tom. 2. l. b. 4. cap. 7. num.* 12 docet nouissimè Paulus Layman *in Theolog. mor. lib. 4. tract. 4. cap. 3. num.* 3. sed ego de quæstione alibi etiam egi *in tract. de ieiunio, resol.* 45.

Sup. hoc in Resol 1. not. prætertæ, & in eodem § in fine, & in Resol. 2. § vlt. in principio, & in to 4. tr 6. Ref 82. & 83. & in alio §. eatum not.

RESOL. LXVIII.

An qui dixit peccatum oblitus alicuius circumstantiæ, satisfaciat postea in alia confessione explicando grauitatem circumstantia oblita? Ex part. 1. tractat. 7. Resolut. 45.

§. 1. **R**Espondet negatiuè Nugnos *in addit. ad 3. part. tom. 2. quæst. 9. art. 1. dub.* 2. vbi sic ait: [Quando multa peccata fiunt eodem actu, vt quando quis furatur bona Ecclesiæ, non sufficit, se accusare de furto: similiter, quando quis occidit Clericum, non sufficit, se accusare de homicidio: sed in vtroque casu debet explicari sacrilegium: atque adeò si obliuiscatur illius circumstantiæ, debet postea de illa se accusare. Sed tunc est dubium, vtrùm sufficiat confiteri illam circumstantiam, secundùm se; ao verò sit necessarium illam confiteri per modum circumstantiæ, dicendo totum peccatum simul fuisse, scilicet, furtum cum sacrilegio? Angelus dicit, hoc secundum esse necessarium. Et ista sententia videtur mihi magis vera: quia aliter non verè explicatur tota malitia. Et hoc magis certum est, quando vnum ordinatur ad alterum, vt quando quis furatur ad mœchandum.] Ita Nugnus.

2. Sed Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 22. sect. 1. num. 8. & 9.* Coninch *de Sacram. disp. 7. dub. 7. n.* 60. Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 6. c. 4. num.* 141. Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 4. n.* 80. & alij, contrarium docent: in casu tamen, quo tam peccatum, quàm circumstantia possunt separatim sufficienter explicari. Et ideò, qui iurauit non percutere Clericum, aut ieiunare in vigiliis; sed postea Clericum percussit, aut ieiunium in vigiliis perfregit, & in Confessione solùm expressit, se Clericum percussisse, aut ieiunium perfregisse, nullam habens iuramenti memoriam, satisfaciet in alia Confessione, dicendo, se licitum iuramentum perfregisse. Et idem dicendum est de voto.

3. Similiter, qui furatus est calicem, sed in Confessione ex obliuione dixit se furtum commisisse, non expressa circumstantia calicis; in secunda Confessione satisfaciet dicendo, se mortale sacrilegium commisisse. Et ideò doctrina Nugni *vbi supra*, intelligenda est cum distinctione Suarez, & aliorum.

RESOL. LXIX.

An Sacerdos, vel initiatus sacris Ordinibus, si aliquem percutiat, teneatur explicare in confessione hanc circumstantiam? Ex part. 1. tract. 7. Resol. 8.

§. 1. **T**Eneri docet Nugnus *in addit. ad 3. part. tom. 2. quæst 9. art. 2. dub. 3. conclus.* 5. vbi sic asserit: [Quando initiatus sacris Ordinibus occidit, vel abscidit membrum alterius, vel notabiliter percutit, vsque ad effusionem sanguinis, tenetur explicare, se esse initiatum sacris: quia hoc maximè repugnat proprio statui propter irregularitatem annexam. Et credo etiam probabiliter, quòd Sacerdos teneatur explicare, se esse Sacerdotem: quia effusio sanguinis maximè repugnat Sacerdotio.] Ita ille.

2. Sed, si aliquis dictam circumstantiam taceret, non

non illum damnarem: quia est solùm circumstantia aggrauans.

RESOL. LXX.

An Prælato præcipienti aliquid sub præcepto obedientiæ, si subditus non obediat, peccet dupliciter, & teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire? Ex part.1.tr.7. Res.16.

§. 1. Affirmatiuè respondet Villalobos *in summ. tom.1.tr.9.dub.36. n.14.* vbi sic ait: [El Religioso, que no obedece al Prelado, quando lo manda por obediencia, comete vn pecado con dos malicias, pue es contra Religion, y contra obediencia; y assi todo lo debe en Confession explicar.]

2. Sed pro contraria sententia aduersùs Hispanum, alium Hispanum ponamus, & hic est Ledesma *in sum. tom.1.de Pænit.c.10.concl.6.fol.mihi* 338. vbi sic asserit: [Se puede dezir muy probablemente, que el tal Religioso no comete sino in peccato mortal, que tiene vna sola malicia, porque aunque el quebramentamiento del precepto sea contra la virtud de obediencia, y de Religion: però no es contra materia necessaria de obediencia, sino es por participacion de la virtud de Religion, mediamente el voto que hizo: y ansi el tal pecado no tiene mas que vna malicia.] Ita ille, qui citat Caiet. *in 2.2. q.88.art.5. ad* 3. & Sotum *de iust.lib.7.q.2. artic.3. ad* 1. Super hac materia consule *tertiam huius Operis Partem. Tract.4. de Sacrament. Resolut.* 67.

Quæ hic est infrà Res.165 §. In Res.16.

RESOL. LXXI.

An Prælatus, si omittat correctionem subditi, satisfaciat dicendo in confessione, omisi correctionem proximi?

Idem, quod dictum est de Prælato, dicendum est de Patre, Tutore, Domino respectu tamen mancipij, non non autem respectu famuli ob salarium seruientis. Ex part. 1. tr.7. Res. 57.

Sup. hoc in to.7. tr. 4. in fine Res. 22. & in Res. 23. §. Hinc. & §. Sed ego, ad medium, vers. Hinc.

§. 1. Necesse esse, vt dicat se esse Prælatum illius, docet Bañea *in 2.2.q.33.a.3.dub.1.concl.vlt.* & nouissimè Villalobos *in sum.tom.1. tract.4.diffic.6. n.4.* quia ad corrigendū subditum tenetur ex iustitia.

2. Aliqui autem putant, quòd obligetur ex misericordia; & ideò secundùm illos notabiliter tantùm aggrauat ista circumstantia: vnde in confessione non erit necessariò aperienda. Et hanc sententiam probabilem eximat Ioannes Sancius *in suis practicis disputationibus. disp.6. n.9.* nam sententiam Bañez veriorem tantùm vocat. Quod diximus de Prælato, dicendum est de Patre, Tutore, Domino, respectu tamen mancipij, non autem respectu famuli ob salarium seruientis: quia mancipium est sub dominio Domini, & ad eius curam pertinet, actiones mancipij dirigere; non autem famulorum.

Sup. his in Resol.2. not. prætertitæ, & in eodem §. Sed. & vers. Hinc & infrà in Res.163 §. Quæro septimo.

RESOL. LXXII.

An Episcopus, & Generalis alicuius Religionis, si peccet mortaliter, teneatur explicare hanc circumstantiam?

Et notatur, quod Episcopus fornicans non tenetur circumstantiam Episcopatus fateri, nisi fornicatio illa ab Episcopo, seu Generali Religionis admissa ita publica esset, vt scandalum pareret?

Et cursim aduertitur, quod quando omnes ciues tenentur ad præliandum, specialiter teneantur Milites, & Duces. sed si prædicti non præliantur, tenentur istam circumstantiam in confessione explicare, nempe esse Duces, aut Milites. Ex part.1.tr.7.Res.6.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Fagundez *Præcept.2.lib.4.c.3.n.8.* & Nugnus *in add. 1. ad 3.part.tom.2.q.9. art.2. dub 3.concl.2. & 3.* vbi ita asserit: [Quando ipse pœnitens est Episcopus, tenetur explicare istam circumstantiam in quocumque peccato mortali: quia Episcopi, ratione proprij status, tenetur ad perfectionem vitæ Christianæ habendam: sed huic perfectioni ex æquo repugnat quodcumque peccatum mortale: ergo notabiliter aggrauantur in Episcopo, ex hac circumstantia, quodcumque peccatum mortale. Et hoc probabiliter etiam procedit in Generalibus Ordinum, eò quòd Generales Ordinum sunt quasi Episcopi, & tenentur alios monere ad perfectionem. Ita Nugnus.

Sup hoc infr. in Res. 74 §. Nota etiā ante medium. à vers. Deinde. & in Res.101. seq.

2. Sed ego oppositum dicendum esse censeo; & ita puto, non esse talem circumstantiam necessariò in confessione aperiendam. Et ita docet Coninch *de Sacram. disp.7.dub.4. num* 18. vnde Filliucius *tom.2.tractat.30.c.7.num.*125. Villalobos *in summ. tom.1. tr.9. dub.36.num.*14. Sanch. *de matrim.tom.3.lib.7. disp.17. n.*33. Henriquez *lib.5.cap.5. num.6. in Glossa, litt. G.* & alij qui asserunt, quòd fornicans Episcopus non tenetur Episcopatus circumstantiam fateri, nisi fornicatio illa ab Episcopo, seu Generali Religionis admissa ita publica esset, vt scandalum pareret: tunc enim aduersùs specialem officij obligationem delinqueret, qua tenetur subditos, non solùm verbo, sed etiam exemplo pascere, atque adeò specialis malitia ex status, ac officij circumstantia contraheretur, eaque est necessariò fatenda.

Sup. hoc pro Episcopo signanter in §. & vers. not. prætertitæ, & in to. 4. tr.8. Res.5.

3. Itaque ex his apparet, quòd Episcopus, si occultè fornicaretur, satisfaceret, non solùm tacendo se esse Episcopum; sed etiam diceret, se habere tantum votum castitatis, vt *suprà* diximus de Sacerdote, vel Religioso professo fornicante. Et ita docet Sanchez *vbi supra*, quidquid in contrarium asserat Fagundez *de Precept. Eccl. tr.2.lib.4.c.3.n.8.* qui citat Ledesmam, & alios multos. Sed, quod dictum est de Episcopo cum Sanchez, à fortiori procedit in Generalibus Religiosorum. Notandum est etiam hîc contra Nugnum *vbi sup.* quòd quando omnes ciues tenentur ad præliandum, specialiter tenentur milites, & Duces: sed supradicti non tenentur istam circumstantiam explicare, nempe, se esse milites, & duces; quia dicta circumstantia est solùm aggrauans, & ideò non necessariò in confessione aperienda.

Sup. in Res.4. quæ nunc hanc sequitur, & in alia eius primæ not.

RESOL. LXXIII.

Vtrum Sacerdos, vel Religiosus professus satisfaciat in confessione, si dicat se violasse votum castitatis, non manifestando votum solemne, quod habet?

Et hoc idem est de fœmina, vel viro, si carnaliter se commiscuit cum Sacerdote, vel Religioso professo, aut cum Moniali; nam satis sit dicere in confessione se toties fornicatum esse, vel copulam Sodomiticam habuisse cum viro voto castitatis adstricto.

Et notatur eum, qui votum castitatis simplex in sæculo, vel Nouitiatu emisit, & postea in Religione professus est, vel si post votum simplex castitatis sacris Ordinibus initietur, sufficere, si dicat, se habere votum castitatis, & non tenetur explicare circumstantiam sacrorum Ordinum, vel professionis in Religione. Ex part.2.tract.7.Resolut. 4.

§. 1. Negatiuè respondet Palatius *in 4. dist. 56. dub.3. num.* 31. Rodriquez *in summa, tomo 1. cap.*109. *num.*5. Layman *in Theolog. mor.lib.4. tract.*10.

Sup. hoc infra in Res. 74. §. Nota etiam. cursim ante

medium, vers. Deinde. & in Ref. 78 §. vlt. ante medium. à vers. Ita Religiosus. & in Ref. 165. §. In Ref. 4. & §. In Ref. 3.

tract. 10. *cap.* 7. *num.* 4. Medina *in summ. lib.* 1. *cap.* 14. §. 18. Petrus Fay *in addit. ad* 3. *part. quast.* 9. *art.* 2. *disput.* 7. *ad* 2. Aragon. *in* 2. 2. *quast.* 88 *artic.* 7. Azorius *part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 27. *quast.* 10. Coninch *de Sacrament. disput.* 7 *dub.* 4. *num.* 20. Fagundez, & Villalobos, *vbi infrà*. Ledesma *in sum. tom.* 1. *de Panit. cap.* 19. *in circumstantia persona, dub.* 2. Henriquez, *vbi infrà*, & alij, qui putant, votum sacerdotale castitatis, differre specie à voto simplici.

2. Sed ego puto, contrariam sententiam esse probabilem: & ita illam vocauit Villalobos *in summ. tomo* 1. *tract.* 9. *dub.* 37. *num.* 13. Henriquez *lib.* 5. *de Panit. cap.* 5. *num.* 6. *in Glossa, litt. G.* Fagundez *de Pracept. Eccles. tract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 6. & illam etiam absolutè docet Llamas *in summ. part.* 3. *cap.* 8. §. 14. Megala *in* 1. *part. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 8. Filliucius *tom.* 2. *tractat.* 30. *cap.* 9. *num.* 124. & & 125. Sanch. *de matrim. tom.* 2. *lib.* 7. *disp.* 27. *n.* 27. Sufficit igitur, in confessione Regularem, seu Monialem professam, dicere, se fregisse toties votum castitatis, & tacere circumstantiam professionis: quia votum solemne à simplici non differt specie, neque alterius rationis vinculum est, sed solùm accidentaliter. Idem dicendum est de Sacerdote sæculari: non enim in confessione tenetur dicere, se habere sacros Ordines; sed satis est dicere, se habere votum castitatis, & contra illud toties peccasse.

Sup. his infra in Ref. 78 & in alio §. eius primæ not.

3. Et hoc etiam dicendum est de fœmina, vel viro, si carnaliter se miscuit cum Sacerdote, vel cum Religioso professo: nam satis esset dicere in confessione, se toties fornicatam esse, vel copulam Sodomiticam habuisse cum viro voto castitatis adstricto.

4. Notandum est etiam hic contra Fagundez *de Pracept. Eccles. tract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 10. ei, qui votum castitatis simplex in sæculo, vel in Nouitiatu emisit, & postea in Religione professus est; vel, qui post votum castitatis simplex, sacris Ordinibus initiatur sufficere, si dicat se habere votum castitatis: & non tenetur explicare circunstantiam sacrorum Ordinum, vel professionis in Religione. Et ita docet Sanchez *vbi suprà*, *num.* 25. & 35. cum Azorio, Rodriquez, & Henriquez. Vide *tertiam huius Operis Partem, Resol.* 67. *Tract.* 4. *de Sacram.*

Quæ hic infra Ref. 165. §. In Ref. 4. &c.

RESOL. LXXIV.

Sacris Ordinibus initiati exercentes actum venereum exteriorem quot peccata committant?

Et quot peccata committant in solo appetitu, & voluntate interiori?

Et resolutio harum quastionum pendet ex illa celebri; an obligatio continentia annexa Ordini sacro sit immediatè à lege Ecclesiastica, vel à voto?

Et notatur, quod si quis non vult vouere, sed cum expresso animo non vouendi suscipit Ordinem sacrum, & fornicatur, in illo actu fornicationis non peccat peccato sacrilegij contra votum, quia non est aliquod votum; sed peccabit tamen non emittendo votum, quod omittere debet.

Et an si quis in Sacris, & cum voto initiatus attentet contrahere matrimonium, & illud attentatum consummet; an tunc etiam peccet contra praceptum Ecclesia prohibentis matrimonium contrahere; & ideo in hoc casu tripliciter peccet?

Et an Sacerdos professus fornicans satisfaciat in confessione, si dicat se esse Sacerdotem, aut professum, aut Religiosum; ac proinde etiam Sacerdos sacularis, & etiam Episcopus non teneatur explicare circumstantiam Sacerdotij, aut Episcopatus, sed tantum, quod habet votum castitatis?

Idem est dicendum de illis, qui cum supradictis fornicantur; quod sufficit, vt in confessione dicant se peccatum carnis commisisse cum habente votum castitatis, & non est necesse explicare, an sit Sacerdos, professus, vel Religiosus, aut Episcopus.

Et confusissimè infertur, an sit peccatum proferre verba consecrationis, aut formam Baptismi sine vero pane, aut sine vera aqua?

Et quaritur, an infans promotus ad sacros Ordines obligetur ad castitatem seruandam?

Et an continentiam teneatur seruare, qui sciens votum castitatis annexum receptioni Ordinis sacri ordinatur ante annos pubertatis?

Et quid de ordinato ante annum decimum-sextum, vbi Concilium Trid. est receptum?

Et an tale votum possit irritari etiam post annum pubertatis ab eis, quorum cura suberat is, qui intra annum pubertatis fuit ordinatus?

Nota tamen, obsecro, quod si nacta pubertate Ordinem susceptum exercueris, aut alia via approbaueris, obligatus esses ad castitatem seruandam, & resilire non potes.

Et an inuincibiliter ignorans votum cœlibatus implicitum contineri in receptione Ordinis sacri, teneatur seruare castitatem, si sciens, & prudens sacrum Ordinem recipiat?

Et quid dicendum est, si cum metu cedente in constantem virum Ordinem sacrum receperis, an tenearis seruare continentia? Ex part. 10. tr. 11. & Misc. 1. Ref. 12.

§. 1. TRia peccata committere, specie distincta, docet Hurtadus *de Sacram. Ordin. diffic.* 26. vbi sic ait: Constat ergo, actum venereum exteriorem Sacris initiati, qui saltem implicitè vouit, esse triplex peccatum distinctæ speciei, nempè vnum luxuriæ contra castitatem; & aliud sacrilegij contra religionem, ex qua obligat votum; & aliud quasi sacrilegij contra duliam sacram ratione legis Ecclesiasticæ id prohibentis intuitu reuerentiæ statui Ecclesiastico debitæ. Addidimus *actum venereum exteriorem*, quia interior, vt voluntatis, & appetitus, de quo non potest Ecclesia iudicare, non erit peccatum contra duliam sacram, quia non est contra dictam legem Ecclesiasticam, quia Ecclesia nequit illum prohibere. Ita ille; & post illum Caspensis *in Cur. Theolog. tom.* 2. *tractat.* 27. *disputat.* 3. *sect.* 3. *num.* 15.

Sup. hoc infra in §. Ex his. huius Ref.

2. Sed Resolutio huius casus pendet ex illa celebri Quæstione, an obligatio continentiæ annexa Ordini Sacro sit immediatè à lege Ecclesiastica, vel à Voto? Et Prima sententia asserit, Sacris initiatos iure Ecclesiastico, & immediatè teneri ad dictam continentiam, & non ex Voto. Et in primis teneri iure Ecclesiastico, probatur, quia aliàs, qui omninò ignoraret annexum esse Votum continentiæ Sacris Ordinibus, aut qui id sciens intenderet non vouere, non contraheret peculiarem obligationem continentiæ; quod videtur falsum. Quòd verò non teneatur ex Voto, probatur, quia qui Sacris initiantur, etiamsi ab Episcopo de continentia seruanda admoneantur; nullum tamen continentiæ Votum emittunt; ergo ad illam non obligantur ex voto; quia nemo obligatur voto, nisi à seipso emisso. Ita Valentia, *tom.* 4. *disput.* 9. *q.* 6. *punct.* 5. §. 2. & alij. Secunda sententia firmat Sacris initiatos non teneri immediatè ad continentiam ex lege Ecclesiæ, sed teneri immediatè ex voto Sacris Ordinibus ex lege Ecclesiastica annexo. Ita Vasquez *in* 3. *part. tom.* 3. *disputat.* 247. Malderus *de Institut. tractat.* 10. *cap.* 5. *dub.* 9. *conclus.* 5. Lessius *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 19 Suarez *de Relig. tom.* 1. *tract.* 1. *libr.* 3. *cap.* 2. *num.* 9. & alij. Tertia sententia tuetur, Sacris initiatos ad dictam continentiam teneri, non solùm ex voto Ordinibus Sa-

Sup. hac quæstion. cursim in tom. 1. tr. 5 in fine Resol. 123. & latè in to. 3. tr. 1. Ref. 77. § Et ideo. & seqq.

cris ex lege Ecclesiastica annexo, si illud saltem implicitè emiserant; sed etiam immediatè lege Ecclesiastica. Ita Coninch *de Sacram. disp.20. dub.13.* & Rebellius *lib.3. de Matrimon. impediment. quaest. 10.* Castrus Palaus *tom. 4. tract. 27. punct. 17. num. 5.* Quarta sententia est Layman *lib. 5. tractat. 9. capite 11. numero secundo, in fine*, admittentis obligationem legis cessante voti obligatione, secùs voti obligatione posita.

3. Sed licet ego omnes istas sententias existimem probabiles; tamen adhæreo secundæ sententiæ Patris Vasquez, quam tuetur etiam Dicastillus, *vbi infrà*, Sanchez *de matrim. lib.7. disp 27.* & alij innumeri penes ipsum. Dico igitur obligationem istam solùm esse ex voto seruandi castitatem; constitutionem verò Ecclesiasticam tantùm esse ad annectendam obligationem emittendi tale votum; cogit enim Ecclesia eos, qui in Sacris ordinantur, vt votum voueant castitatis; non quidem expressè, sed in facto ipso susceptionis Sacri Ordinis ad eum modum, quo per delationem habitus Professorum, & exercitium actuum illis solis competentium in Religione approbata inducitur tacita solemnis Professio. *cap. Vidua. de Regularibus.*

4. Nota verò, quòd licèt ego teneam, vt dictum est, obligationem continentiæ in habentibus Ordinem Sacrum immediatè oriri ex voto, non verò ex constitutione Ecclesiæ; negare tamen non possumus, quin obligatio non contrahendi matrimonium ex duplici capite oriatur: nam eò ipso, quòd constitutione Ecclesiastica inhabiles facti sunt ad validè contrahendum; resultat ex natura rei obligatio non attentandi talem contractum: & ex alio capite, quamuis ea inhabilitas non adesset; ex ipsa vi voti oritur obligatio non ineundi matrimonium; quia est ille status oppositus obseruantiæ perfectæ castitatis, atque in hoc sensu, quantum ad hanc partem, aliquid habet veritatis sententia Rebellij, & Coninch, quæ ex vtroque capite constitutionis Ecclesiasticæ, & voti, putat oriri obligationem; quam tamen nos existimamus solùm quantùm ad contrahendum matrimonium ex vtroque capite oriri.

5. Ex his infertur decisio dubij appositi in titulo huius Resolutionis. Dico itaque contra Hurtadum, & Caspensem, Sacerdotem, qui incidit in aliquem lapsum sensualem, non committere tria peccata. Et ita docet Dicastillus *de Sacram. tom.1. tract.6. disp.1. dub.26. n.199.* vbi sic ait: Conscius voti castitatis annexi Ordini, quem suscepit, etiamsi peccet posteà fornicando; non peccat triplici malitia peccati, scilicet contra constitutionem Ecclesiæ præcipientis castitatem in honorem Ordinis, vt aliqui volunt; & insuper contra sextum præceptum; ac tandem contrà votum: nec enim illa prima malitia, seu peccato peccat; nam iuxta dicta: præceptum, siue constitutio Ecclesiæ non attingit immediatè continentiam, sed votum emittendum in eo Ordine; quod tamen iam emisit ordinatus; quamuis hic, & nunc non seruet tale votum. Ita ille.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. Res. 113. §. vlt. in principio.

6. Nota etiam ex his, quòd, si quis nolens vouere, sed cum expresso animo non vouendi suscipiat Ordinem Sacrum, & fornicetur; in illo actu fornicationis non peccat peccato sacrilegij contra votum; quia non est aliquod votum. Quia tamen semper illa instat obligatio faciendi votum; peccabit quidem in non emittendo votum, quod debebat emittere; ipse tamen actus fornicationis non erit fractio fidei Deo præstitæ, quam nondum illi præstitit. Quemadmodum, qui pro tali, aut tali die habet obligationem emittendi professionem Religiosam, etiam si peccet illam non faciens: si tamen non facit; non peccat contra paupertatem, quam debuisset vouere (cùm nondum illam vouerit) etiam si possideat bona. Deinde Sacerdotem professum fornicantem, satisfacere in confessione, si dicat se esse Sacerdotem; aut si dicat, se esse Professum; aut si dicat, se emisisse votum castitatis, non explicando se esse Sacerdotem, aut Professum, aut Religiosum: ac proinde etiam Sacerdotem sæcularem, etiam Episcopum non teneri explicare circumstantiam Sacerdotij, aut Episcopatus. Atque in vniuersum, paucis complectendo omnia, quicumque in Sacris, siue Religiosus, siue non Religiosus, & quicumque Religiosus, siue in Sacris constitutus, siue non, si peccatum fornicationis committat; satisfacit in confessione, dicendo, se fornicatum fuisse, habendo votum castitatis. Fundamentum est; quia nec ratione Sacri Ordinis, nec ratione status Religiosi præcisè, & formaliter, alia obligatio non committendi tale peccatum oritur, præter eam, quæ est ex voto ordini annexo, & in statu Religioso incluso. Quod enim votum sit solemne, vel non solemne, ad prædictam speciem, & rationem peccati omninò accidentarium est. Secùs autem erit, si quis Sacris, & cum voto initiatus attentet contrahere matrimonium, & illud attentatum consummet: tunc enim peccabit quidem contra præceptum Ecclesiæ prohibentis matrimonium contrahere; quæ prohibitio videtur esse facta in honorem illius status: & præterea peccabit contra Religionem, & votum castitatis in ea copula, atque etiam contra sextum præceptum, cùm sit inualidum matrimonium. Item peccabit peccato sacrilegij, quale censetur in eo, qui attentat facere, aut suscipere Sacramentum inualidum; tale autem est illud matrimonium attentatum: perinde atque peccatum est proferre, v. gr. verba Consecrationis, aut formam Baptismi sine vero pane, aut sine vera aqua; sic enim quis attentat efficere Sacramentum matrimonij sine materia, aut subiecto capaci, quare ipse non est. Et hæc omnia rectè docet Dicastillus *loco citato*, quæ maximè notanda sunt; non enim ita breuiter, & clarè Lector inueniet apud alios Auctores.

Sup. hoc in Res. præmissa, & in alia eius primo not.

Sup. hoc pro Episcopo supra in Res. 72. signanter ad medium § 2. & in to. 4. tr. 8. Res. 91.

7. Sed ad pleniorem huius materiæ tractationem breuiter discutienda sunt aliqua dubia: & ideò quæro primo: An infans promotus obligetur ad castitatem seruandam? Affirmant Paludanus *in 4. dist. 37. quest. 1 art. 1.* D. Antoninus *3. p. tit. 1. cap. 8. concl. 2.* fauet Richardus *in dist. 25. art. 4. q. 2. ad 3.* præterea, quòd castitas Ordini sacro accessoria sit: ergo infans Ordinem sacrum recipiens, & castitatem seruare obligandus est. Opposita tamen sententia communis, & vera est, quam, pluribus relatis, firmat Sanchez, *lib.7. disputat. 30. num. 3.* Vasquez, *disput. 246. num. 25.* Barbosa *alleg. 15. num. 4.* Gutierrez *de Matrimon. cap. 94.* circa finem, Coninch, *disp. 20. dub. 14.* Ratio est; quia nec ea lege prædictus infans astringitur, nec ex voto. Non ex voto; hoc enim liberum consensum vouentis requirit; qui tamen non est in infante carente vsu rationis. Non ea lege; quia, cùm lege diuina nullus ad castitatem obligetur, Ecclesia, quæ iuris diuini imitatrix est, nemini eam obligationem imponit.

Sup. doctrina contenta in hoc & seq. §. in to. 2. tr. 5. Res. 113. §. 1. & 2. & signanter pro contento in hoc § in to. 3 tr. 1. Res. 76. à §. His tamen.

8. Quæro secundò: An continentiam teneatur seruare is, qui sciens votum castitatis annexum receptioni Ordinis Sacri, ordinatur ante annos pubertatis? Negant varij, quos citat, & sequitur Sanch. *lib.7. de Matrim. disput. 30. n. 8.* Lessius *lib. 2. de Virtutib. cap. 41. dub. 7. num. 58.* nisi post annos pubertatis ratificet. Idem censent de Ordinato ante annum 16. vbi Tridentinum est receptum. Sed oppositum videtur verius. Probatur quoad prius, quia certum est votum castitatis ante annos pubertatis emissum esse validum: hìc autem non apparet, ex quo capite

Sup. hoc in Res. 1. & §§. not. præteritæ.

sic

ſit inualidam: nam quod Profeſſio in Religione ante illos annos vim non habeat; oritur ex conſtitutione Eccleſiæ, qualis nulla eſt in præſenti caſu. Idem oſtenditur quoad poſterius, quia Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 15. de Regularibus?* ſolùm agit de profeſſione in Religione, quam annullat. Exiſtimo ergo, quòd licet ea ſit iuſta cauſa diſpenſandi, immò iuxta probabilem ſententiam tale votum poſſit irritari etiam poſt annos pubertatis ab eis, quorum curæ ſubetat is, qui intra annos pubertatis fuit ordinatus; ipſum tamen votum non ſit eo ipſo irritum. Et ita hanc ſententiam tenet Caſtrus Palaus, *tom. 4. tractat. 27. punct. 17. num. 10.* & Io. Præpoſitus *in 3. part. quæſt. vnica, de Sacram. Ord. dub. 20. num. 199.* Nota tamen, quod ſi nacta pubertate, Ordinem ſuſceptum exercueris, aut alia via approbaueris obligatus eſſes ad caſtitatem ſeruandam, & reſilire non potes; vti notarunt Sanchez, Coninch, & alij locis allegatis.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. Ref. 115. §. Verum. 9. Quæro tertiò: An inuincibiliter ignorans votum cœlibatus implicitum contineri in receptione Ordinis Sacri; teneatur ſeruare continentiam, ſi ſciens, & prudens ſacrum Ordinem recipiat: Sanchez *lib. 7. de Matrimon. diſput. 27. num. 11.* affirmat. Sed contrarium videtur verius. Sequitur ex dictis, cùm obligatio voti non poſſit inueniri, niſi verum votum intercedat: illud autem non poteſt inueniri, vbi nullum eſt voluntarium: voluntarium verò eſſe non poteſt reſpectu eius, quod inuincibiliter ignoratur. Et ita hanc ſententiam tenet Ioannes Præpoſitus, *vbi ſuprà num. 200. & 201.* qui reſpondet ad omnia argumenta Sanchez. Sed in hac difficultate diſtinguit Palaus *loco citato num. 11.* cum Coninch, *diſput. 20. dub. 14. num. 145.* Qui bene aduerrit, quòd hic caſus vix in Eccleſia Latina locum habere poteſt, cum omnes ante collationem Ordinum Sacrorum moueantur ab Epiſcopo de obligatione caſtitatis ſeruandæ.

Sup. hoc in tom. 2. tr. 5. Ref. 114. §. vlt. in principio & in Ref. 115. à lin. 4. 10. Et tandem quæro quartò: quid dicendum, ſi cum metu cadente in conſtantem virum Ordinem ſuſceperis: an tenearis ſeruare continentiam: In præſenti difficultate, præter eos, qui vniuerſim cenſent vota graui metu facta, ſeu cum metu cadente in conſtantem virum, eſſe nulla iure naturæ; aliqui cenſent tale votum iure poſitiuo eſſe irritum, & proinde initiatum Sacris Ordinibus ex tali metu non obligari ad continentiam: ita Sanchez *diſp. 29. n. 5.* vbi plurimos citat, *& lib. 4. in Decalogum. cap. 4. n. 11.* Leſſius *cap. 40. dubit. 3. num. 18.* & alij. Et ita docet Præpoſitus *vbi ſuprà, num. 202.* Et ideò Palaus, loco citato, *num. 13.* probat nullum votum metu factum iure naturæ irritum eſſe: iure verò poſitiuo ſola ea vota, quæ ſtatum Religioſum conſtituunt, tametſi irritanda veniant. Quo poſito, ſi cum Ordines ſuſcepiſti, expreſsè non contradixeris obligationi ſeruandæ caſtitatis; teneris eam ſeruare, tum ex voto, tum ex lege. Sed probata coactione, credo facilè Eccleſiam tibi prædictam obligationem remiſſuram. Sed circà omnia ſupradicta, ne deſeras etiam recognoſcere doctiſſimum Granadum *in 3. part. D. Thomæ, contr. 9. tract. 4. diſp. 1. ſect. 1. & ſeqq.*

RESOL. LXXV.

An Religioſus profeſſus, qui emittit votum de non committenda mollitie, vel fornicatione teneatur, explicare hanc circumſtantiam voti emiſſi poſt profeſſionem; & idem quæritur, de Sacerdote, vel Sacris Ordinibus initiato? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 9.

Sup. hoc in to. 6. tr. 1. Ref. 58. §. Itaque. prope finem. à vers. Vnde ex his quàm illa differt ab iſta quæſtion. quia in illa additum eſt iuramentum voto, &c.

§. 1. RESpondeo negatiuè; nempe, non teneri declarare in confeſſione, ſe hac de re poſt votum profeſſionis aut ſacrorum Ordinum, ſpeciale votum emiſiſſe: quia per votum ſolemne caſtitatis in profeſſione emiſſum, & dum ſacros Ordines ſuſcepit, ad id ipſum tenebatur; & multiplicatio noua votorum nullam etiam addit circumſtantiam aggrauantem; nec ſe obligauit de nouo, ſed veterem obligationem cum illo voto confirmauit: ſicut, qui ſæpè promitteret aliquam rem cum iuramento, vel publicas ſcripturas de illa efficeret. Et ita docet Fagundez *de Precept. Eccleſ. tract. 2. lib. 4. cap. 3. num. 11.* qui citat Sanch. & Llamas. Et ideò Filliuc. *tom. 2. tract. 30. cap. 7. num. 26.* aſſeruit, aliquem habentem votum ſolemne, & ſimplex, non teneri vtrumque exprimere: quia votum ſolemne, & ſimplex differunt tantùm accidentaliter, & non eſt circumſtantia in confeſſione aperienda.

RESOL. LXXVI.

An quando aliquis ſolus ſe polluit tangendo aliquem profeſſum, vel in Sacris conſtitutum, teneatur explicare hanc circumſtantiam? Ex part. 1. tractat. 7. Reſolut. 53.

§. 1. NEgatiuè reſpondet Llamas *in ſum. p. 3. c. 8. §. 16.* vbi ſic aſſerit: [Quando ſola mollities committitur tactibus Profeſſi, vel in ſacris conſtituti, ſi patiens eſt ſæcularis, non tenetur ampliùs dicere, niſi: Paſſus ſum voluntariè pollui tactibus alienis. Neque in ſacris conſtitutus, vel Profeſſus ampliùs tenetur dicere, niſi, tangens impudicè, alium pollui. Et ſi non ſit cognitus, non tenetur explicare. Et ſum in ſacris, vel Profeſſus, aut Profeſſa Religionem; niſi illi etiam accidat voluntaria pollutio, vt de ſe liquet; quia ſacra perſona non eſt in tali caſu violata.] Ita Llamas, ſed an probabiliter, iudicent viri docti: nam oppoſitam ſententiam exiſtimo veram. Sup. hoc in Ref. ſeq. & in to. 7. tr. 1. Ref. 241. §. Non deſeram.

RESOL. LXXVII.

An Regularis, vel Monialis, vel aliquis in Sacris Ordinibus conſtitutus, ſi ſæcularem polluit, committat ſacrilegium?

Et an patiens in prædicto caſu pollutionem, circumſtantiam perſonarum teneatur aperire? Ex part. 9. tract. 9. & Miſc. 4. Reſol. 66. aliàs 65.

§. 1. PRo negatiua ſententia adduxit alibi Llamas primum Auctorem huius ſententiæ: poſteà adduxi Nicolaum Moſeiſcenſem Dominicanum: & Ioannem Caramuelem Ciſtercienſem: nunc aſſero eandem ſententiam docere Iacobum de Graffis Benedictinum, *de caſibus reſeruat. lib. 3. capit. 8. num. 39.* cui nouiſſimè adde Patrem Geſualdum Cappucinum *in Theolog. moral. tom. 1. tract. 27. cap. 10. num. 16.* vbi ſic aſſerit: Sequitur, quòd quando ſola mollities committitur tactibus profeſſi, ſiue alicuius in Sacris Ordinibus conſtituti, ſi patiens eſſet ſæcularis, non tenetur amplius dicere in confeſſione, niſi paſſus ſum voluntariè pollui tactibus alienis, neque Religioſus amplius tenetur dicere, niſi cauſaui tangens impudicè alium pollui, & ſi non ſit cognitus, non tenetur explicare: ego ſum in ſacris, ſiue Religioſus, niſi etiam ipſi accidat voluntaria pollutio conſummata. Et ratio huius eſt, quia perſona ſacra non eſt in tali caſu violata contra votum Caſtitatis. Hæc Geſualdus. Alibi in Ref. præterita, & in alia eius annot.

2. Sed prorſus hanc ſententiam reiiciendam eſſe puto. Et ego illam alibi improbaui; & me citato, improbat Trullench vbi infrà, & etiam, me citato,

ſapien

ſapientiſſimus Ouiedo *in p.1.D.Thomæ.tr.6. contr.5. punct.* 3.§.10.*n.*70. Vnde in ſumma Llamas inuenitur expuncta talis opinio iuſſu noſtræ Sanctæ Inquiſitionis Hiſpanicæ, in Iudice expurgatorio edito anno 1632.à Cardinali Antonio Zappata littera H. ſecundæ Claſſis. Et ideò non approbo id, quod aſſerit nouiſſimè Tamburinus *in Method.expedit. Confeſſ. l.2. c.5.* §.10. *n.*66. vbi ſic ait: ſi tu tuis manibus polluas vxoratum, vel Sacerdotē, &c. debes id explicare; quia cooperatis ad adulterium, vel ſacrilegium: at ſi te ſuis manibus alius polluat, parum refert pro tuo peccato contra Caſtitatem, quòd ille fuerit vir, vel fœmina, vel Sacerdos: tunc enim (ſi aliud non additur) ſe habent illæ manus, vt merum inſtrumentum; & ſolùm adeſt cooperatio cum alterius te polluentis peccato. Ita ille; qui ſentit cum Llamas, ſæcularem patientem pollutionem ab aliquo in Sacris conſtituto, non teneri amplius dicere, niſi paſſus ſum voluntariè pollutionem tactibus alienis, & non teneri explicare circumſtantiam perſonæ ſacræ. Sed hanc ſententiam, vt diximus, deleuit ex Llamas index expurgatorius. Rectè itaque Trullench *in Decal.to.2.lib.6.c.1.dub.*8 §.1. *n.*2.ſic ait: Hinc fit quando mollities committitur tactibus Profeſſi, aut in Sacris conſtituti, eſſe id confeſſione aperiendum, vt benè exiſtimat Diana *tract. de circumſtantiis, reſ.*53 contra Llamas *ſumma part.*3. *cap.*8.§.16. Ita Trullench, & iterum ego. Vnde cautè legendi ſunt Tamburinus, Geſualdus, Graffius, Moſcienſis, & Caramuel: & caueant in poſterum Auctores hanc ſententiam in ſuis Operibus amplius imprimere.

Quæ hic eſt Reſol. antecedens.

RESOL. LXXVIII.

An mulieri peccanti cum Religioſo Sacerdote ſatis ſit dicere ſe commiſiſſe ſacrilegium cum Sacerdote, vel initiato ſacris Ordinibus?

Et an Religioſus Sacerdos, quando ſe accuſat in confeſſione in ſimili caſu, non teneatur dicere ſe eſſe Religioſum Sacerdotem, ſed ſufficit dicere ſe eſſe Religioſum, vel Sacerdotem, aut ſacris Ordinibus initiatum, &c. Ex part.1.tr.7.Reſ.3.

Sup. hoc ſup. in Reſ.75.§. Et in hoc. & inf. in Reſol. 165 § In Reſ. 3.& 5.In Reſ. 4.

§. 1. NEgatiuè reſpondet Sotus *in 4. diſt.*18. *q.*2. *art.*3.*& de iuſt.lib.*2.*q* 8.*art.*5.*ad* 1. Coninch *de Sacr.diſp.*20.*dub.*3.*n.*131. Ledeſma *in ſum. tom.*1.*de pænit.cap.*19. *de circumſtantia perſonæ,dub.*2. Zanardus *in direct.Theol.part.*1.*tract.de pænit.c.*18. Petrus Fay *in addit. ad* 3. *part. quaſt.*9. *art* 2. *diſp.*7. *ad* 3. & alij: quia votum ſolemne caſtitatis à Religioſo emiſſum, alterius ſpeciei eſt à ſpecie voti Sacerdotis, in Ordine ſuſcepto.

2. Sed ego contrarium aſſerendum eſſe cenſeo: & ita docet Pitigianus *in 4.ſent.tom.*2.*diſt.*16.*q.vnicu, artic.*5. Henriquez *lib.*5.*de pænit.c.*5. *n.*6. *in Gloſſ.lit.G.* Sanchez *de matr.lib.*7.*diſp.*27.*n.*27. & nouiſſimè Villalobos *in ſum.tom.*1.*tra.*9.*cap.*37.*n.*13. vbi ita aſſerit: [El Sacerdote profeſſo en el pecado de la carne ſatisfaçe con deçir, que es profeſſo, ò que es Sacerdote. El fundamento deſta ſentencia es, que el Sacerdote no tiene obligacion à la caſtidad, mas que la del voto ſolenne, que aſſi ſe incluye, y aſſi el voto del Sacerdote, y el del Religioſo no haxen diferente eſpecie, ſi no ſolo es reiterar el voto, como el que hizieſſe tres ò quarto vezes voto de aynnar les viernes: que ſi le quebraſe, no haze mas que vn pecado: que es como el que hizo muchas eſcrituras de obligacion para pagar vna deuda, que no por eſſo queda obligado à pagar mas.] Ita ille, qui etiam citat Medinam, Axorium, & Rodriquez. Et hanc ſententiam probabilem vocat Ioann. de la Crux *in director. conſc.part.*1. *precept.*6.*art.*6.*dub.*8.*concluſ.*3. & Leſſius *lib.* 4.*cap.*3. *dub.*12.*n.*87.

3. Dicendum eſt igitur; pœnitentem accuſantem ſe de copula, ſatisfacere dicendo in confeſſione, ſe habuiſſe copulam cum Sacerdote; & non tenetur dicere, illum Sacerdotem fuiſſe Religioſum. Ita, Religioſus Sacerdos, quando ſe accuſat in Confeſſione, non tenetur dicere, ſe eſſe Religioſum Sacerdotem; ſed ſufficit dicere, ſe eſſe Religioſum, vel Sacerdotem, aut ſacris Ordinibus initiatum, &c. Et hanc ſententiam etiam probabilem vocat Fagundez *de Precept. Eccleſ. tract.*2. *lib.*4. *cap.*3. *num.*4. *in fin.* Vide ſuper hac materia *tertiam meam Partem, Reſ.*67. *Tract.*4. *de Sacrament.*

Sup. hoc ſup. in Reſ.73.& in aliis §§. eius annotat. primæ.

Quæ hic eſt infra Reſ.165. §. In Reſ. 3. &c.

RESOL. LXXIX.

An mulier habens rem cum Nouitio, vel ſolutus cum Nouitia Religioſa teneatur aperire hanc circumſtantiam?

Et quid, ſi mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum? Ex part.1.tract.7.Reſ.7.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Llamas *in ſumma, p.*..*c.*8.§.14.

Sed mihi placet contraria ſententia, quam docet noſter Megala *in* 1. *part. lib.*5. *cap.* 11. *num.* 7. quia, cùm hæc circumſtantia ſit tantùm aggrauans, non eſt in Confeſſione aperienda. Quæ doctrina magis procedit, ſi mulier haberet rem cum Clerico minorum Ordinum: quia talis circumſtantia non ita notabiliter aggrauat malitiam luxuriæ. Et ita docet Llamas *vbi ſuprà.*

RESOL. LXXX.

An ſi quis fornicaretur geſtando aliquod fruſtulum Reliquiæ Sanctæ Crucis, clauorum, vel ſpineæ coronæ, aut Hoſtiæ conſecratæ, occulte debeat neceſſario hanc circumſtantiam in Confeſſione explicare?

Et quid geſtando Reliquias Sanctorum, vel Agnum benedictum?

Idem eſt, quando non ſolum quis cum complice peccaret, ſed etiam cum polluerit ſe ipſum.

Et idem eſt, ſi Parochus, dum iret cum ſacro oleo ad miniſtrandum Sacramentum Extremæ Vnctionis, in itinere cum illo rem haberet cum muliere. Ex part.11. tract.8.& Miſc.8.Reſol.58.

§. 1. OLim docui fornicantem geſtando Reliquias, vel Agnum benedictum non eſſe aſtrictum hanc circumſtantiam explicare, & ita me citato cum Sanchez, Fagundex, Lugo, Filliucio, Trullench, Bonacina, & aliis tenet Leander *de Sacram.tom.*1.*tractat.*5. *diſput.*8. *quaſt.*15. quia comitanter tantum ſe habent ad actum venereum, ſicut ad quoduis aliud peccatum. Verùm hanc opinionem ego non auderem extendere ad fornicantem, & geſtantem Reliquias Sanctæ Crucis, clauorum, vel ſpineæ coronæ propter contactum phyſicum Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vnde ex hoc ab Eccleſia coluntur adoratione.

Docuit in Reſ.ſeq.& infrà in Reſ.165 §.In Reſ.18.

2. Et idem puto ſi aliquis ex iuſta cauſa geſtat Sacrã Euchariſtiam occultam, & cum illa fornicaretur, vnde ad elucidationem omnium ſupradictorum, non deſeram hic apponere verba Patris Dicaſtilli, qui *de Sacrament. tomo ſecundo, tractat.* 8. *diſputat.* 9. *dub.* 8. *num.* 718. ſic ait: Dubitare quis poſſet circa hanc circumſtantiam, quomodo id de quo agit Sanchez *lib.*2. *moral. cap.*40.*num.*18. & ante ipſum Azor. & alij

alij referen li. An scilicet peccatum admittun gestando reliquias sanctas in collo aut aliam imaginem, si id peccatum alioquin non sit directè contra cultum eis debitum, sit peccatum explicandum in confessione. Eandem quæstionem tractant alij in particulari casu exercendi actum venereum ea lipsana gestando.

3. In hac re Philiarchus *de officio Sacerdotis tom. 1. part. 1. libr. 3. cap. 9. ad finem*, affirmate videtur. Sanchez verò citatus vniuersim videtur negare, & in eandem sententiam refert Azorium *tom. 1. lib. 9. cap. 8. quæstione septima*, quamuis enim de quibusdam peccatis loquatur Azor. verbi gratia periurandi, furandi, detrahendi, maledicendi, &c. & non vtatur exemplo fornicationis, idem putat Sanchez illum sensisse in hoc. Cum Sanchez consensit Fagundez *in primo præcepto Ecclesiæ numero primo, cap. quarto, num 13.* Diana etiam, qui tum *part. 1. tractat. 7. de circumstantiis aggrauantibus*. tum *part. 3. tractat. 4. resolut. 67. vbi in resolut.* addit etiam Sylium *secunda secunda, ad quæst. 154. articul. decimo in fine*, duo in hac re possumus quærere, primò an sit irreuerentia, deinde an sit grauis, & explicanda in confessione, mihi in hac videtur distinguendum inter actiones, quæ peccata sunt, itavt quædam in prudenti hominum æstimatione videantur afferre secum irreuerentiam, si exerceantur à gestante secum aliquid sacrum: quædam verò non ita, ideo meritò Azor in prædictis peccatis posuit exemplum, & non in fornicatione; licèt quæstionem generaliter moueat. Exercere ergo actum turpem cum meretrice non videtur posse negari esse aliquam irreuerentiam, si quis simul habeat secum Sanctorum Reliquias. Sed Cardinali Lugoni non videtur irreuerentia tanta vt sit mortalis, adeoque debeat explicari in confessione, quod mihi quoque videtur probabile (præsertim cum non sit lex Ecclesiastica, quæ id constituit in materia reuerentiæ erga reliquias Sacras) Ideò cum Azorio sentio (in quo à fortiori consentit Sanchez) non esse irreuerentiam reliquiarum si quis eas gestet, tum ex ira maledicere alicui, aut tunc furari, &c. esse tamen (vt sentit Lugo) irreuerentiam aliquam nunc fornicari, nisi fortè inaduertentia, aut ignorantia ab omni culpa excuset, tales enim actus, & similes in prudenti æstimatione continent indecentiam, licèt, vt dicebam non mortalem. Posset tamen tanta esse sanctitas eius, quod gestatur, & adeò crescere inde irreuerentia in tali actu, sub ea circumstantia, vt meritò censeatur grauissima; Ideò meritò dixit idem Cardinalis *disputatione illa decima-sexta, numero 513.* Loquens de Sacerdote, qui secum portans Eucharistiam tale peccatum committere. Ego sanè non excusarem à peccato graui contra Religionem, cui doctrinæ omnino subscribo. Addit tamen non esse eandem rationem de quolibet alio peccato mortali, verbi gratia, detractione, contumelia, &c. Quamuis & in hoc ego non possim non videre magnam irreuerentiam, si quis Sacerdos portans secum pro ægroto venerabile (etiam secretò & in aliquibus locis iustis de causis sit) interim diuerteret, & in conuersatione effutiret detractiones, contumelias, periuria, aut etiam minus honestis, & decentibus Ludis, Aleæ, Chartifoliorum, & similibus vacaret. Verùm hæc omnia prudentis æstimatoris iudicio videntur relinquenda. In quo mihi nulla occurrit regula generalis ad id discernendum. Huc vsque Dicastillus.

Quæ hic sunt in notat. præterita.

4. Et omnia superiùs dicta ego puto non solùm procedere quando quis cum complice peccaret, sed etiam cùm pollueret se ipsum, militat eadem ratio, nempe irreuerentia nimis magna. Ergo, &c.

5. Imo ego puto idem dicendum esse, si Parochus dum iret cum sacro Oleo ad ministrandum Sacramentum Extremæ-Vnctionis in itinere cum illo rem haberet cum muliere.

RESOL. LXXXI.

An gestatio Reliquiarum, in actu venereo, vel illas amasiæ dare, sit circumstantia in confessione aperienda?

Idem est de Agno benedicto, vel calculo cum Indulgentia.

Et quid, si prædictæ res dentur amasiæ non ex gratitudine, & beneuolentia, sed tanquam pretium actus venerei; an in isto casu esset sacrilegium hoc facere? Ex part. 1. tractat. 7. Resolut. 18.

§. 1. RESpondeo, quòd si in actu venereo gestentur Reliquiæ, vel Agni benedicti, vel calculi cum Indulgentia, non committitur sacrilegium, nec talis est circumstantia in confessione explicanda: quia comitanter se habent ad actum venereum. Quod etiam procedit, si dictæ res sacræ dentur amasiæ ex gratitudine, & beneuolentia; non autem tanquam pretium actus venerei: nam in isto casu esset sacrilegium hoc facere; in primo verò est tantùm irreuerentia quædam, re sacra, & Deo dicata remunerando actum turpem, & profanum. Et ita docet Filliucius *tom. 2. tract. 30. c. 7. n. 129.* Adi *tertia huius Operis Partis Tractatum 4. de Sacram. Resol. 67.*

Sup. hoc in Res. præterita in principio §. 1. sed lege eam per totã. & infra in Res 145 §. In Res. 18.

Quæ hic est infra Res. 145. § In Res. 18.

RESOL. LXXXII.

An si quis haberet concubitum cum vestibus sacris, istæ pollinerentur, & deberet hanc circumstantiam in confessione aperire?

Et an in tali casu vestes sacræ debeant iterum benedici?

Et cursim docetur perditissimos homines in ore coire, & in hoc casu turpitudo illa contra naturam consistit; vnde hoc in confessione explicandum est. Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. Resol. 55. alias 54.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Marchant *in Tribunali Sacram. tom. 2. tract. 7. tit. 1. q. 2. §. 2. resol. 2.* vbi sic ait: ad sacrilegium spectat, si quis in habitu Sacro, vt Planea, Casola, Tunica, Alba, vel aliis ornamentis Sacris fœdum concubitum haberet, illa enim istis fœditatibus sicut & Ecclesiæ contaminantur. Vnde qui Sacris amictus peccatum carnis committeret, crederem illum circumstantiam illam exprimere, tanquam sacrilegium extrinsecum constituentem. Ita ille. Vnde si quis haberet copulam cum vestibus Sacris, istæ vestes tanquam pollutæ deberent iterum benedici, vt de Ecclesia polluta ex concubitu, vel emissione seminis statuitur.

2. Nota etiam hic obiter cum eodem Marchant *vbi suprà, §. 7. resolutione secunda*, quosdam perditissimos etiam in ore coire, & in hoc turpitudo illa contra naturam consistit; vnde in confessione hoc esse explicandum alibi docuimus.

Alibi in to 2. tr 6. Res. 184. §. vlt. ad medium, à vers. Et ideo.

RESOL. LXXXIII.

An sit circumstantia aperienda in confessione, si quis haberet copulam in Oratorio alicuius domus, in quo de licentia Episcopi Missa celebrantur?

Idem dicendum est, si copula haberetur in Sacristia Ecclesiæ, vel in porta Ecclesiæ, à parte externa Ecclesiæ,

Sup. prima diffic. huius tituli signanter in tom 4. tr. 2. Res. 63.

Ecclesia, vel in Monasterio in cellis Religiosorum, etiam si Superior Conuentus singulis noctibus benedicat dormitorium, & aqua aspergat lustrali, & ibi sit Altare ad celebrandum. Ex part. 1. tract. 7. Resolut. 20.

Sup. hoc lege doctrinā Res. seq. & ex illa deducere potes, quod est sentiendū de contentis in hac Res. & vide etiam in to. 2. tr. 6. ex Resol. 247 §. Colligitur quarto.

§. 1. Respondeo negatiuè: & ita docent Sanchez *de matr. to. 3. lib. 9. disp. 15. n. 39.* & alij: Idem dicendum est, vt his diebus in casu occurrenti ego respondi, si copula habita sit in porta Ecclesiæ, à parte externa Ecclesiæ, vel in Monasterio, & cellis Religiosorum, etiamsi Superior Conuentus singulis noctibus benedicat dormitorium, & aqua aspergat lustrali, & ibi sit altare ad celebrandum: quia reputabitur tunc tanquam Oratorium priuatum. Ita Fagundez *Præcept. 2. lib. 4. c. 4. n. 34. & 39.* Quæ omnia etiam procedunt, si copula haberetur in Sacristia Ecclesiæ: nam non esset circumstantia aperienda in Confessione, vt notant Doctores citati, & noster P. Megala *in 1. part. lib. 5. c. 13. n. 21.*

RESOL. LXXXIV.

An qui mœchatus est in Sacristia alicuius Ecclesiæ, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare?

Idem dicendum est de Refectoriis, Cubiculis, Bibliothecis, Dormitoriis, & Monasteriis Regularium, & de Cameris, & Campanilibus Ecclesiæ adhærentibus.

Et an si quis furetur aliquid in suprà dictis locis, quod sit notabile, teneatur aperire in confessione hanc circumstantiam, vel sufficiat dicere furatus sum? Ex part. 3. tr. 4. Res. 165. aliàs 166.

Sup. hoc lege doctrinā Res. præteritæ, & ex illa infertur, quod pro omnibus locis contentis in hac Resol. dicēdum erit, & in tom. 2. tr. 6. ex Res. 247. vide §. Colligitur quarto.

§. 1. Respondeo negatiuè, quidquid in cōtrarium afferat Zerola *in praxi pœn. c. 12. quæst. 27.* & alij; quia per locum sacrum solum corpus ipsum Ecclesiæ consecratæ, vel benedictæ intelligitur; & idem dicendum est de Refectoriis, Cubiculis, Bibliothecis, Dormitoriis, & Monasteriis Regularium, & de Cameris, & Campanilibus Ecclesiæ adhærentibus. Et ita hanc sententiam docet Azorius *part. 3. capit. 27. quæst. 13.* & alij. Vnde infertur contra Seluam *de benefic. part. 2. quæst. 57. num. 2.* Zerolam *vbi suprà quæst. 20.* & alios, quòd si quis furetur notabile quid in supradictis locis, non tenetur aperire hanc circumstantiam, sed sufficit dicere, Furatus sum; & ita docet præter Azorium *loco citato q. 14.* Dominicus Sotus *in 4. dist. 32. q. 1. art. 3.* & alij.

RESOL. LXXXV.

An sit circumstantia aperienda in confessione copula inter coniugatos habita in loco sacro?

Et quid, si per longum tempus in illo loco aliquis ex coniugibus detentus sit?

Et quid si ibi nullo modo coniuges conclusi sint?

Et quod vero longum tempus sit, & intelligatur? Ex part. 1. tract. 7. Res. 19.

Sup. hoc lege doctrinā Res. not. seq. & signanter §. Ex his. & seq.

§. 1. Respondeo negatiuè, si per longum tempus in illo loco detenti sint: quod verò tempus longum sit, arbitrio prudentis committitur: & in hoc est difficultas. Sanchez *de matrimon. tom 6. disput. 15. num. 12.* existimat, vnum mensem esse longum tempus. Lessius *lib. 4. cap. 3. dub. 12. n. 86.* quindecim, vel viginti dies. Fagundez verò *Præcept. 2. lib. 4. cap. 4. n. 21.* decem dies.

2. Sed ego, attenta humana fragilitate, puto cum Suarez *in 3. part. q. 83. art. 3. disp. 81. sect. 4. §. tertiò violatur.* & Petro Ledesma *in sum. tom. 1. de Sacr. Euchar. c. 20.* longum tempus esse quatuor, vel quinque dies.

3. Ex his apparet, rectè respondisse Megelam *in 1. part lib. 5. cap. 13. n. 9.* non peccasse quandam mulierem, quæ in quadam Ecclesia Regularium reddit coniugale debitum marito dicenti, se ampliùs non posse continere, qui ad Ecclesiam confugerat propter delictum; & nulla aderat spes inde exeundi, nisi post longum tempus.

Sup. hoc ne deseras legere latam doctrinam Res. 247. tom. 2. tract. 6.

4. Sed non reticebo, quosdam Doctores existimare, copulam coniugalem in loco sacro, si occultè fiat, etiamsi coniuges non sint conclusi, non esse peculiare peccatum sacrilegij: quam sententiam probabilem putat Vasquez *in p. 2. tom. 1. disput. 98. cap. 3. n. 6.* & illam refert Lessius, *vbi suprà*, & non impugnat: & illam nouissimè docet Pontius *de matrim. lib. 10. cap. 10. num. 15.* & hæc opinio est probabilis, quidquid in contrariam asserat Tannerus *in 2. 2. disput. 4. quæst. 2. dub. 3. num. 42.* licèt contrariam sententiam probabiliorem existimet.

RESOL. LXXXVI.

An tactus impudici facti in Ecclesia habeant specialem malitiam sacrilegij mortalis necessario in confessione explicandam?

Et quid est dicendum de turpi aspectu, aut nutu, aut leui verbo, maximè quando in transitu, & sine notabili mora, & scandalo fiunt? Ex part. 1. tract. 7. Resolut. 25.

Et ad pedem literæ in part. 2. tr. 17. Res. 23. *sed quia in prima Res. sunt plures authores, quam in secunda ideo illa hic tantum transcribitur.*

Sup. hoc infrà ex doctrina Res. 89. §. vlt. ante medium, & ne prætermittas legere doctrinam Resolutionum, & §. eius primæ not.

§. 1. Affirmant plures, & præsertim ex neotericis, Syluius *in 2. 2. q. 154. artic. 10. in fin.* Ortiz *in summ. notab. 5. in fin. circa 6. præceptum.* Salas *in p. 2. tom. 2. tract. 13. disp. 6. sect. 22. n. 150. in fine.* Pitigianus *in 4. sent. tom. 2. dist. 17. q. vnica, art. 5. in circumstantia, Vbi, in fine.* Azorius *tom. 1. lib. 4. c. 6. q. 10.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. c. 7. n. 11.* vbi citatis Cord. Sylues, Lopez, Rodriquez, & Ledesma, ait: [Et ratio huius sententiæ non fundatur in Ecclesiastica prohibitione: nam hæc prohibitio facta non est, nisi de seminis emissione in Ecclesia: ergo erunt hi tactus impudici, in Ecclesia facti, mortalia sacrilegia ex vi legis naturalis prohibentis illos tactus in loco sacro, tanquàm indecentissimos sanctitati eius. In quo genere tactus illi reputantur prudenter materia grauis, & sufficiens ad grauem irreuerentiam loci sacri. Fortasse tamen non erit idem de turpi aspectu, aut leui verbo, maximè quando in transitu, & sine notabili mora, & scandalo fiunt: quia non videtur materia ita grauis. De quo non potest ferri certa regula; sed id prudenti iudicio relinquendum est.] Hæc Suarez.

2. Sed nimis scrupulosè. Puto igitur cum Homobono *de exam. Eccles. part. 1. tr. 5. cap. 12. q. 77.* Sanch. *de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 15. num. 21.* Fagundez *Præcept. 2. lib. 4. cap. 4. n. 31.* & Coninch *de Sacr. disp. 7. num. 22.* probabilius esse, etiam tactus turpes, & impudicos, habitos in Ecclesia, modò non adsit periculum pollutionis, ratione loci sacri non habere specialem malitiam sacrilegij in Confessione aperiendam. Et ratio est: quia, vt docet Valentia *2. 2. disp. 6. q. 15. punct. 1. §. præterea:* cum Henriquez *lib. 5. de Pœn. c. 6. n. 5.* & Vasquez *in p. 2. tom. 1. q. 72. art. 6. disput. 98. n. 4.* malitia & specialis deformitas sacrilegij non consurgit ex iure naturæ; sed ex solo Ecclesiæ statuto, quod decernit, Ecclesias tantùm ex sanguinis, & seminis effusione violari. Itaque vt optimè etiam docet Caietanus *tom. 1. tractat. 7. respons. 13. dub. 1.* tunc loci circumstantia sacrilegium constituit, cùm peccata in eo admissa impediunt diuina posse ibi celebrari, mortuos sepeliri, &c, sed tactibus, quamuis impudicis,

dictis,vt patet,non violatur Eccleſia, neque per illos impediuntur diuina Officia: ergo tales actus, etiam turpes non erunt ſacrilegium, neque continebunt circunſtantiam in Confeſſione detegendam.

3. Poſt hæc ſcripta, inueni, ſententiam Suarez, & aliorum, docere, etiam ex neotericis, Raphaëlem de la Torre *in 2.2.tom.2. quaeſt.99.art.3. diſp.7.* vbi quærit, quando ſacrilegia pertinentia ad actus turpes in Eccleſia ſint peccata mortalia: & reſpondet, eſſe mortalia in fornicatione, pollutione, & tactibus impudicis in partibus inhoneſtis, & ideò aperienda in Confeſſione. Sed noſtra opinio tuto practicari poteſt. Proximæ dubitationi iſta non diſſimilis meritò ſit adiuncta.

RESOL. LXXXVII.

An pollutio occulta facta in Eccleſia contineat ſacrilegij malitiam, neceſſariò in ſacra confeſſione manifeſtandam?

Idem quaeritur de fornicatione. Ex part. 1. tractat. 7. Reſ. 26.

Sup. hoc in duabus Reſ. ſeqq. & in aliis poſitis in annot. prima Reſ. 2. ſeq.

§. 1. LIceat ſententiam affirmatiuam cum verbis Raphaëlis de la Torre incipere. Is *in 2. 2. D.Th. tom.2. q.99.art.2. diſput.7.* ſic ait: [Secundus gradus ſacrilegij in loco ſacro continet actiones fornicarias in Eccleſia exercitas: quod quidam limitant ad fornicationem publicam, videlicet, per facti euidentiam, eo modo, quo talia crimina ſciri poſſunt, vel iuridicam probationem, aut rei confeſſionem. At verò ſi fornicatio ſit occulta, aiunt, non eſſe ſacrilegium, nec eam circunſtantiam loci ſacri, eſſe neceſſariò aperiendam in Confeſſione. Sed hæc ſententia falſa mihi videtur: quia talis fornicatio contrariatur, etiam ſecluſo omni iure poſitiuo, ſanctitati Eccleſiæ, non ſolùm propter malitiam eam, quam includit, verùm etiam propter fœditatem actus, cuius turpitudo, etiamſi nullum eſſet peccatum, ſanctitati Eccleſiæ, & eius munditiei repugnans eſt. Eandem ſententiam priùs etiam docuerat Suarez *de Relig. tom.1.lib.3.c.7.n.4.* primò, quia, licèt fornicatio non violet Eccleſiam actu, vt ſic dicam, & in foro Eccleſiæ, quandiu occulta eſt; tamen Eccleſia ſuo præcepto non prohibet tantùm ſeminationem illicitam in Eccleſia, ſed ſimpliciter ſeminis emiſſionem voluntariam. Et hinc eſt, quòd, licèt in principio, talis actus occultus non polluat Eccleſiam; nihilominùs, ſi poſteà fiat publicus, incipit Eccleſia eſſe polluta. Ergo à principio, actus ille fuit culpabilis contra Eccleſiæ prohibitionem: quia culpa non pendet ex futuro euentu; nimirum, an fornicatio illa ſit aliquando futura publica, nècne; & actus ipſe de ſe polluit ſufficienter, & ideò eſt contra ſpecialem prohibitionem Eccleſiæ,] Hæc Suarez, quem ſequitur etiam Sanchez *de matr. tom.3. lib. 9 diſt.15. n.11.* & Bonac. *de matr. q.4. punct.vlt. n.7.* & alij.

2. Sed non reticebo, negatiuam ſententiam, quam falſam vocauit Raphaël de la Torre; tanquam probabilem, amplexum eſſe Gabrielem Vaſquez *in p. 2. tom.1. q. 72. art. 7. diſp. 98. c.3. num.6.* Accipe eius verba: [Ex dictis colligitur, fruſtrà aliquos torqueri in aſſignanda ratione, ob quam blaſphemare, vel loqui turpia in loco ſacro, præter malitiam, quam habent in alio loco, non habeant malitiam peculiarem ex loco ſacro: ratio enim facilis eſt: quia, nimirum, lege humana non eſt ita ſtatutum, vt blaſphemia, vel turpi ſermone locus ſacer prophanetur, ſicut de pollutione definitum eſt; ideóque illis peccatis non infertur peculiaris iniuria loco ſacro, qualis infertur pollutione, aut ſanguinis effuſione. Vbi etiam obſeruandum eſt, ſatis probabile videri, non eſſe peculiare peccatum ſacrilegij, cùm effunditur ſemen occultè in Eccleſia: quia, ſecundùm ſententiam communem, quam ſequuti ſumus *in tractatu de violatione Eccleſiarum*, tantùm violatur locus ſacer pollutione notoria: ſi ergo hæc effuſio eò tantùm eſt ſacrilegium, quia locus ſacer ea profanatur, & tollitur conſecratio, aut benedictio; quia nulla alia ratio eſt, vt ſpeciale peccatum ſit; ſit, vt notoria tantùm effuſio ſpeciale peccatum ſacrilegij ſit.] Hæc Vaſquez, quem nouiſſimè ſequitur Baſilius Pontius *de matr.lib.10.c.10.n.15.* Vnde probabiliter puto, hanc circunſtantiam, non eſſe in Confeſſione aperiendam, licèt contrariam ſententiam probabiliorem exiſtimem, quam contra Vaſquez docet Tannerus *in par. 2.D. Thoma.diſp.4.q.2.dub.3.n.42.*

Sup. hoc infr. in Reſ. 89. paulo poſt initium, verſ. Hinc colligitur.

RESOL LXXXVIII.

An pollutio, vel fornicatio occulta in Eccleſia ſit ſacrilegium? Ex part. 7. tr.11. & Miſc. 2.Reſ.31.

§. 1. NEgatiuam ſententiam eſſe probabilem ſaltem ex principio extrinſeco, quia illam docuerunt duo lumina Theologiæ Scholaſticæ & Moralis, Vaſquez & Pontius alibi docui; ſed quidam Religioſus contra me olim inſurrexit, aſſerendo me non debuiſſe dictam ſententiam admittere, ſed immeritò. Et ideò me citato tanquam probabilem dictam ſententiam admittit Ioannes Caramuel *in Regulam D.Benedicti diſp 66. n.1017.* vbi ſic ait: Rogas vtrùm fornicatio & pollutio, aut quæcumque alia non naturalis carnis commixtio habita ſecretè in Eccleſia, ſit ſacrilegium, & hoc debeat in confeſſione explicari. Reſpondeo eſſe probabile quod non. Ratio eſt; Quia actus interiores ſunt liberi à directa gubernatione Eccleſiæ, illoſque nequit interdicere, quia nequit agnoſcere. Ita omnes Doctores boni nominis. Atqui actus exteriores ſecreti prout tales, participant eandem rationem, nam illos non poteſt Eccleſia cognoſcere: Ergo, de iſtis non veniunt intelligenda iura.

Alibi in Reſ. præterita & in Reſ ſeq. & lege etiam doctrinam aliarum Reſ. & § eius primæ not.

2. Dices, actibus exterioribus eſſe accidentale ſecretum; ſi enim quiſpiam eos vidiſſet, poſſet publicare. An non eodem modo actus internos, ſi quis vidiſſet, poſſet publicare? & Angeli, & Dæmones vident, & ſæpe publicant. Vnde ſic multi philoſophandum docent, ſic concludunt. Actus externi ſecreti, ſi eſſent publici, cognoſcerentur ab Eccleſia. Ergo ſi iſti eſſent publici, poſſent interdici; non ſunt; ergo interdici nequeunt. Vide, vtrùm conſequentia ſatis legitimè inferatur, & pro ſcientia tua in hac doctrina iudica; iſta enim omnia ex meis principiis inferuntur. Sed Nihilominus, quidquid ſit de efficacia huius rationis, quæ videtur difficilis de quo nihil diffinio; ſententia illa Pontij & Vaſq. eſt in praxi probabilis ratione auctorum. Hucvſque Caramuel, & hanc ſententiam tanquam probabilem etiam me citato admittunt nouiſſimè Ioann. Machadus *de Perfecto Confeſſ. tom. 1. lib. 2. part. 3. tract.4. docum.3. num.11.* & Trullench *in Decalogum tom 2. lib.6. cap.1. dub 7. num. 7.* licet aſſerant contrariam eſſe probabiliorem, tutiorem & communiorem quod ego etiam adnotaueram ante ipſos.

RESOL. LXXXIX.

An pollutio occulta in Eccleſia habeat malitiam ſacrilegij in confeſſione explicandam?

Ex quo colligitur ratio, ob quam blaſphemare, vel loqui turpia, oſcula, & tactus in Eccleſia, non

Kk habent

habent malitiam sacrilegij. Ex part.9. tr.9 & Misc. 4. Res.5.

Sup. hoc in duabus antecedentibus Res. Sed vt facilius hanc quæstionem dissoluere possis, lege infrà doctrinã, & consequentiam Res. 90. & 154. & supra ex Res.18. §. Item.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Reuerendissimus Magister Candidus, *tom.2. disquis.* 24. *art.* 23. *dub.* 38. *num.* 40. vbi sic ait: Improbabilissimum est asserere fornicationem, siue seminis effusionem occultè admissam in loco sacro non habere malitiam lethalem sacrilegij, atque ita loci circumstantiam, non esse necessariò tunc confitendam; quia per talem culpam ex natura facti, & per se polluitur Ecclesia, licet non teneamur abstinere à celebratione in ea, dum occulta manserit. Tum, quia absque nouo actu, nouaque culpa incipit Ecclesia esse polluta, vbi primum de præterita culpa constiterit per famam, aut fornicantium confessionem, iuxta *cap. significasti, de Adult.* Et hanc sententiam docet etiam nouissimè Magister Serra *tom.2. in p.2. D. Thomæ, quæst.* 62. *art.* 1. *dub.*2. sic asserens: Hinc colligitur ratio ob quam blasphemare, vel loqui turpia in Ecclesia non habet malitiam sacrilegij, sicut illam habet effusio seminis, aut sanguinis: quia scilicet illa non sunt, sicut hæc lege Ecclesiast ca prohibita sub motiuo, & ratione, aut intuitu Religionis. Quidam limitant hoc ad notoriam seminis, aut sanguinis effusionem: nam cùm solùm per eam quæ notoria est, violetur locus sacer, non est peccatum peculiare sacrilegij, cùm effunditur semen, aut sanguis occultè in Ecclesia. Hanc tamen limitationem & doctrinam alij falsam esse dicunt: tum quia licet concedi possit Ecclesiam ob occultam pollutionem non debere expiari; admitti tamen non debet, propter illam non pollui aut violari: nam in *cap.* Ecclesiis, de *Consecrat. distinct.* 1. dicitur Ecclesias pollui, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine, & *cap.* Significasti, de Adulteriis, præcipitur, vt reconcilietur Ecclesia, in qua mulier secretum adulterium cum Presbytero quodam commiserat, illudque postea publicauit, & falsa est: at non fuit Ecclesia violata, & polluta, per talem publicationem; nam hæc solùm fuit violationis manifestatio: ergo per secretam pollutionem. Vnde sicut licet non teneamur vitare eum, qui secretò percussit Clericum, quovsque percussio sit notoria; id tamen non est, quia propter publicationem, inciderit in excommunicationem, sed quia non tenemur vitare nisi notorium percussorem; ita licet Ecclesia per effusionem seminis occultam violetur, expianda non est quovsque publicetur, quia solum expianda est, quando notum est fuisse violatam. Tum etiam quia licet verum esset, secreta pollutione non violari Ecclesiam; adhuc dici non posset illam non esse sacrilegium; quia Ecclesia illam prohibet sub motiuo, & ratione, seu intuitu Religionis; vnde sicut furtum rerum sacrarum Ecclesiæ, quamuis occultum sit, & illo non violetur Ecclesia, est Sacrilegium: ita & secreta seminis effusio; ad rationem enim sacrilegij satis est, si fiat contra sanctitatem ad quam Ecclesia consectatur: consecratur autem vt sit immunis ab omni violentia, & immunditia venetea per seminis effusionem: ergo, &c.

Sup. his in Res. 1. not. præteritæ §. Sed ad sin.6.

Alibi in Res. annot. primæ huius Res.

2. Verùm, licet ego huic sententiæ adhæream, puto tamen sententiam negatiuam non esse nota improbabilitatis inurendam; nam illam docuerunt, vt alibi notaui, duo lumina Academiæ Salmanticensis, & Complutensis, Gabriel Vasquez, & Basilius Pontius, Gigantes Theologiæ Seholasticæ, & Moralis, ac ingeniorum ætatis nostræ Principes. Et ideò hanc sententiam docet etiam post illos Caspensis *in Cur. Theolog. moral. tom.1. tract. de Peccatis disputat.* 2. *sect.* 3. *num.* 20. Quia cum huiusmodi actus fiant in loco sacro ex natura rei non est specialis circumstantia in confessione explicanda, quando non fiunt ex motiuo Templum inhonorandi: aliàs oscula, & tactus, & turpia colloquia duplicem haberent malitiam, quod ipsi negant: tantùm ergo ea malitia competit ex prohibitione Ecclesiastica; prohibitio autem Ecclesiastica tantùm eam seminis effusionem prohibet in loco sacro: qua Ecclesia ita violatur, vt egeat reconciliatione: non autem eget nisi quando publica est: ergo tantùm ea habet speciem sacrilegij, & non alia. Itaque hanc sententiam tanquam probabilem admittit sapientissimus Ouiedo *in part.* 2. *D. Thomæ, tract.* 6. *controu.*5. *punct.* 3. §.9. *num.* 64. Et me citato tres alij docti recẽtiores, Trullench *in Decalog. tom.*2. *lib.*6. *cap.*1. *dub.*7. *num.*11. Caramuel *in Regul. D. Benedicti, dispu.*66. *conclus.*12. *num.*1017. & Bassæus *in Flor. Theol. mor. verb. Sacrilegium* 11. *num.*3. Igitur in præsenti difficultate libenter adhæreo, vt dixi, affirmatiuæ sententiæ Magistri Candidi, & Serræ tanquam communiori, nego tamen negatiuam Pontij, Vasquez, & aliorum esse improbabilem. Vnde nouissimè me citato dixit Leandros *de Sacram. tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 8. *quæst.* 9. nimis rigidè Magistrum Candidum sententiam negatiuam vocasse improbabilissimam; An Clerici addit me meritò illam tanquam probabilem admisisse.

Sup. his latè suprà in Res. 86.

RESOL. XC.

An si quis percutiat bacculo, ense, &c. aliquem in Ecclesia, debeat hanc circumstantiam in confessione explicare?

Et quid est dicendum, si percussio, vel occisio hominis in Ecclesia fiant, cum effusione sanguinis?

Et asseritur Ecclesiam multis pollui; & pro praxi aliqui casus adducuntur in textu huius Resolutionis, in quibus deciditur, quando Ecclesia polluatur, necne? Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Res. 44.

Vt melius hanc difficultatem terminare possis, lege doctrinam Res. præteritæ & aliarum Res. & §. eius primæ not.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Fagundez *in præcept. Eccles. præcept.* 2. *lib.*6. *cap.* 4. *n.*14. vbi sic ait: Effusio peccaminosa sanguinis humani, homicidium iniustum, iniusta percussio, vulnetatio, mutilatióque, si fiant in loco sacro, & mortalem culpam attingant, etiamsi sine sanguinis effusione contingant, sacrilegia sunt, & ideò circumstantis loci sacri necessariò est confitenda, & si effundatur sanguis, necessariò locus sacer est purificandus. In qua tamen quantitate dicetur infrà *num.* 18. Et ratio est: quia hæc omnia aduersantur sanctitati loci, & ideò directè fit iniuria loco sacro: sicut enim violenta extractio hominis è loco sacro est ingens sacrilegium: quia directè aduersatur immunitati Ecclesiæ, & loci sacri, sic iniuriosa percussio, & homicidium, cùm hæc directè aduersentur sanctitati loci sacri, atque immunitati illius. Ita ille; cui adde Iacobum de Graffis *in decis. lib.* 2. *c.* 47. *n.*19. *&* 10.

2. Sed meritò hanc sententiam refellit Cardinalis Lugo *de pœnitent. disput.*16. *sect.*10. *num.* 468. sic asserens: Sextò dubitatur de sanguinis effusione: Quando contrahat materiam sacrilegij grauis ratione loci, breuiter dicendum est hominis occisionem in Ecclesia, vel percussionem cum effusione sanguinis contrahere eiusmodi malitiam: hæc enim causant Ecclesiæ violationem, de quo dixi *dict. disp.*10. *de Eucharistia sect.* 2. Percussio autem grauis sine occisione, & sanguinis effusione, sicut non violat Ecclesiam, sic nec affert illam speciem grauem sacrilegij, quod oportet obseruare contra Fagundez,

gundez, vbi dicit percussionem grauem etiam sine effusione sanguinis afferre illam malitiam grauem sacrilegij explicandam : pro qua citat Nauarrus, Syluestrum, Henriquez, & alios , qui id minimè dicunt : loquuntur enim expressè de homicidio, aut vulnere cum sanguinis effusione. Et quidem cùm non inueniatur Ecclesiæ prohibitio circa hoc, nisi in illis duobus casibus : absque fundamento extenditur ad illud tertium de percussione absque effusione sanguinis. Hæc Lugo, & post illum Marchinus , qui ponens casus, in quibus violatur Ecclesia , sic asserit *de Sacrament. Ordinis tract. 3. part.3. cap.10. num.7.* Dico , Ecclesiam multis pollui. Et primò per homicidium voluntarium iniuriosum, *d. cap. proposuisti de consecratione Ecclesiæ, distinct. 1.* Vnde excipitur homicidium casuale factum ex stultitia, factum in propriæ vitæ defensionem cum moderatione inculpatæ tutelæ , & quando vulnus inflictum est extrà Ecclesiam ; quamuis mors in Ecclesia sequatur : secus si vulnus etiam sine sanguinis effusione sit intra Ecclesiam ; quamuis mors extra Ecclesiam sequatur , polluitur Ecclesia ; quia causa homicidij efficax fuit inter Ecclesiam consummata. Quod si aliquis existens in Ecclesia alium foris existentem sclopo occidat , non polluit Ecclesiam : quia non consummatur actio externa occisionis in loco sacro , sed extrà illum : quamuis à loco sacro progrediatur ; non est tamen intra illum facta. Secus dicendum , si quis existens extrà Ecclesiam, aliquem intra Ecclesiam occidat scienter : quia iniuria facta est Ecclesiæ , & eadem doctrina est applicanda ad casus effusionis sanguinis, intra , vel extra Ecclesiam factæ. Violatur etiam Ecclesia per suspendium factum intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam , tectum, aut ad Ecclesiæ parietes exteriores : non tamen sententia Iudicis intra Ecclesiam de suspendendo aliquo polluit Ecclesiam ; secus dicendum de occisione Martyris intra Ecclesiam , quæ ex parte persecutoris fuit iniusta, & Ecclesiæ iniuriosa , & ideò violat Ecclesiam contusio carnium , & ossium fuste , ense , baculo , sine sanguinis effusione , quando non est mortifera , seu quando mors actu non sequitur , non polluit Ecclesiam secundum Nauarrum *in man. cap. 27. numer. 256.* & omnes Doctores. Ratio est , quia Ecclesia polluitur vel homicidio , vel sanguinis effusione, quorum neutrum hic interuenit. Quinimò Suarex *d. sect. 4.* docet , contusionem inferentem mortem , factam intra Ecclesiam, dummodo mors in Ecclesia non sequatur , non illam violare : quia nec ibi interuenit sanguinis effusio , nec homicidium, quod sequitur extrà locum sacrum. Quam opinionem probabilem vocat Fagundez *d. c. 14. n. 13.* quamuis ipse in Nauarri sententiam descendat, quam ego etiam iudico probabiliorem hac ratione: quia , licèt mors sequatur extrà Ecclesiam , tamen causa efficax illius fuit intra Ecclesiam consummata, quod sufficit ad Ecclesiæ violationem , cum illa actio fuerit Ecclesiæ iniuriosa , & mortem per se inferens.

Sup. his seqq. vsque ad vers. Violatur. huius §. in tom. 9. tr. 1. Res. 132. §. Notat etiam. & in Res. 135. & in aliis earum annot.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 1. ex Res. 74. §. vlt. in principio.

Sup. hac contusione in tom. 9. tr. 1. Res. 136. & ne deser., legere doctrinā aliarum eius annot.

3. Secundò , polluitur Ecclesia per voluntariam sanguinis effusionem *cap. si Ecclesia , de consecr. distinct. 1.* Vnde excipitur effusio sanguinis in modica quantitate : quia effusio magnam quantitatem significat. Secundò , excipitur effusio iocosa , etiam in magna quantitate ; quia per istam nulla Ecclesiæ grauis iniuria infertur , & vniuersaliter , nisi percussiò facta , sit ita grauis , vt ad culpam lethalem accedat , minimè violat Ecclesiam. Tertiò , excipitur effusio sanguinis etiam lethifera , seu grauis, & in magna quantitate , quæ de naso proflueret pugno , alapa , & similibus : quia nasus est organum sanguinis facilè ab hac parte fluentis , vt post alios dicit Grassius *decis. aurear. lib. 2. cap. 48. num. 25.* Quartò , excipitur percussio grauis facta pugno, alapa , virga , baculo intra Ecclesiam , ex qua nec vulnus , nec mors , nec sanguinis effusio oritur : quia , licet hæc actio sit peccatum lethale , non violat tamen Ecclesiam. Ita Fagundez , in quibus vltimis verbis clarè nostram sententiam docet ; videlicet percussionem de qua loquimur non esse sacrilegium , vnde hanc circumstantiam non esse in confessione explicandam : quam sententiam tenet etiam Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 8. §. 4. q. 6.* qui etiam *q. 8.* notat (non vt dixit Marchinus *vbi supra*) quod non committit sacrilegium , qui existens in Ecclesia , alium foris existentem , telo , aut sclopo occidit.

Sup. hac modica quantitate sanguinis latè in tom. 9. tr. 1. Res. 132. à principio § 1. & 2. & in Res. 134. §. vlt.

Sup. hoc ex naso , in Res. 1. not. præcedentis in fine §. 2. à vers. Ita Fagundez. & seq. & in tom. 9. tr. 1. Res. 133.

4. Quia non consummatur peccatum , nec actio occisionis in Ecclesia sed extra illam. Secus autem dicendum , si quis existens extra Ecclesiam , aliquem intra Ecclesiam occidat scienter. Quæ doctrina applicanda est ad casum effusionis sanguinis intra, vel extra Ecclesiam factæ.

Quamuis nō p ere super his , sed pro gaudendo immunitate Ecclesiæ si placet in tom. 9. tr. 1. lege Res. 74. & alium vers. eius primæ not. & signanter sup. hoc ibi in fine § 2.

RESOL. XCI.

An si quis peccauit cum muliere habente votum virginitatis pro prima copula , & non vltima , teneatur explicare tactus , & oscula post copulam cum ipsa sequuta?

Et dubium est , an oscula & tactus , quæ copulam subsequuntur , nouam aliam malitiam contineant , & in confessione ob hanc rationem explicari debeant?

Et notatur delectationem , aut gaudium de copula habita immediatè post illam , nouam malitiam non addere , neque in confessione necessario explicandam. Ex part. 11. tract. 5. & Misc. 5. Resol. 41.

§. 1. DVbium est, an oscula , & tactus quæ copulam subsequuntur nouam aliam malitiam contineant , & in confessione ob hanc rationem explicari debeant , vel eandem malitiam habeant , quam præcedens copula habuit , & ita non sit necessarium illam in confessione explicare. Nouam malitiam continere in confessione explicandam, affirmat Suarez *disput. 22. de pœnitent. sect. 5.* Vasquez *tom. 4. in 3. part. disput. 92. dub. 5. num. 35.* Coninch *disput. 7. de Pœnitent. dub. 7.* Magis placet opposita sententia , affirmans eandem malitiam cum copula præcedenti continere , & ita in confessione non esse necessariò explicandam. Ratio est ; quia huiusmodi actiones, quando ex intentione operantis ad aliam copulam non ordinantur , prout immediatè post copulam exercitæ , pertinent ad accidentalem consummationem actus præcedentis , seu copulæ præhabitæ , postquam valde connaturaliter sequuntur.

2. Hanc sententiam ego olim docui , & docent Doctores , quos adducit , & sequitur me etiam citato Leander *de Sacram. tom. 5. tract. 5. dispu. 8. §. 6. quæst. 8.* quibus adde Ouiedum *c. 2.* D. Thom. *tract. 6. controu. 5. punct. 3. § 8. num. 60.* & Sanchez *in select. disp. 6. num. 3.* addens id esse verum , etiam si magna intercesserit interruptio temporis inter copulam , & consequentia ad illam : dummodò ad alia negotia , qui commisit fornicationem , non se diuertat , sed in eodem statu & situ permaneat , detinens fœminam ad deosculandum illam , & colloquendum : vel si fortè fœmina discessit , ex vtriusque conuentione , expectet reditum ad iterum deoscu-

Docuit in Res. quæ hic sunt infrà Res. 119. & in §. vlt. Res. 120 & in Res. 163 § In Res. 42.

landum illam. Sic ille, sed hoc additum non approbat Castrus Palaus *tom. 1. tract. 2. de peccatis disp. 3. punct. 3. n. 4. & 5.*

3. Verùm difficultas est in casu proposito, quam pertractatam non facilè apud plures inuenies, & est nimis curiosa, nam prima facie videtur affirmatiuè respondendum: quia tactus præcedentes, & ipsa copula habuerunt malitiam contra votum, tactus verò sequentes cùm iam supponant virginitatem sublatam, atque adeò votum cessasse, non habent eam malitiam: ergo non sunt idem peccatum cum præcedenti copula, & tactibus præcedentibus illam, & ad illam ordinatis, & habentibus eam malitiam: quia quæ non sunt eiusdem rationis specificæ, nec physicæ, nec moralis, non videntur posse coalescere in actum indiuiduum vnius speciei moralis: ergo tanquam alterius speciei debent seorsim pœnitentes confiteri, quæ difficultas habet locum siue ordinentur ad nouam copulam ob pollutionem, siue non, sed sola intendatur duratio voluptatis susceptæ; de qua diximus; siue enim vno, siue alio modo fiant, carent iam malitia contra votum, & in hoc differunt specie à præcedentibus, & copula, quæ eam hab. erunt malitiam. Hæc ipsa difficultas haberet locum in casu, quo quis accederet ad coniugatam, & interim dum durat io eo peccato, maritus moreretur illius fœminæ: tactus enim, & turpitudo sequens iam incipit carere malitia adulterij: atque adeò in eo casu non videntur posse esse vnicum indiuiduum peccatum propter eamdem rationem. Idem quoque habet locum in opinione satis communi, & D.Thomæ, quod copula cum virgine, etiam consentiente habeat malitiam stupri; qui enim copulam habuit cum illa, & adhuc perseuerat in subsequentibus tactibus continuatis, non videtur contrahere malitiam stupri: atque adeò non esse eundem actum cum præcedeoti copula, & tactibus ob eandem rationem.

4. His tamen non obstantibus puto supradicta oscula, & tactum noo debere explicari in confessione, quia supposito quod in materia luxuriæ tactus sequeotes componant vnum actum cum præcedentibus, & copulam, etiamsi ille actus vnicus habens plures partes quò ad aliquas partes careat illa malitia voti, adulterij, aut stupri, si quo ad alias talis malitia reperiatur, non obstat, quo minus absolutè dicatur ille actus stupri, adulterij, aut sacrilegij, & partes posteriores, in quibus illa circumstantia non reperiebatur non possunt per se constituere aliud indiuiduum peccatum in specie simplicis fornicationis, quia constituuot propter vnitatem moralem cum præcedentibus vnum indiuiduum, & malitia speciei simplicis fornicationis est illa, quæ reperitur in actu, in qoo aliæ inordinationes non reperiuntur, sed sola ratio copulæ naturalis: alioquin noo esset simplex fornicatio; Cùm ergo actus ille, qui est vuus moraliter habeat absolutè alias inordinationes, non censetur propter eam carentiam malitiæ contra votum, quam solum habet in aliqua parte illius, simplex fornicatio, sed etiam adulterium, vel stuprum, vel voti castitatis, seu virginitatis violatio, quæ malitia absolutè, & simpliciter in eo reperitur: atque adeò sufficiet dicere se commisisse tale stuprum, adulterium, aut copulam cum habente votum nulla facta distinctione, aut separatione, aut mentione tactuum sequentium, tanquam distincti peccati. Et ne in aliena vitula arare videar, hanc sententiam tenet, & omnia superiùs docet doctissimus Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 9. dub. 8. q. 2. num. 461.* cui ego libenter adhæreo.

Super conter. 5. Nota hìc obiter contra Suarez, & Nauarrum, delectationem de copula habitam immediatè post illam, nouam malitiam non addere, neque in confessione esse necessariò explicandam, quod approbat Lugo *disp. 16. de pœnit. sect. 14.* Ratio huius esse potest, quia talis delectatio tantum est permanentia quædam moraliter continuata cum actu, quo homo voluit habere copulam, & cum delectatione quam ex illa sumpsit. Ita tenet me citato Leander *qu. 9.* & Ouiedo *n. 61.* Itaque dicendum est, delectationem, aut gaudium de fornicatione habita, quæ statim post copulam habetur, non esse in confessione explicandam, quia reuera vnum facit peccatum moraliter cum copula præcedenti: nec affert malitiam diuersam in specie: cum in ipso etiam actu copulæ fuerit delectatio de illa præsenti, quæ nullo modo differt in specie à delectatione, quæ sequitur statim post copulam, de illa præterita, & ita etiam tenet Cardinalis Lugo *de pœnitent. dispu. 16. num. 555.*

10 In hoc §. lege infra declarationem §. 2. Ref. 119.

Sup. hoc gaudio sign. inter in §. 2. præteritæ.

RESOL. XCII.

An vir, qui prima vice virginitatem amisit, teneatur hanc sui floris circumstantiam in confessione aperire? Es part. 1. tr. 7. Ref. 10.

§. 1. ALiqui, vt notat Nugnus *in addit. ad 3. part. tom. 2. q. 9. art. 2. dub. 3. conclus. 1.* affirmatiuè respondent: quia etiam vir in illo actu amittit quandam integritatem naturalem, & formaliter amittit ipsam virginitatem, hoc est, virtutem virginitatis, & specialem quandam gloriam, quæ appellatur laureola virginitatis; quæ omnia amittit irreparabiliter in æternum. Hoc autem videtur maximum nocumentum super omnia nocumenta temporalia. Ergo tenetur vir talem circumstantiam in confessione explicare.

2. Sed contrariam sententiam, veram esse indico cum Llamas *in summa, part. 3. cap. 8. §. 27.* Azorio *part. 3. lib. 3. cap. 11. quæst. 2.* Filliucio *tom. 1. tract. 29. cap. 3. num. 71.* Henriquez *lib. 2. de Pœnit. cap. 8. num. 2.* Suarez *in 3. part. disput. 22. sect. 4. in circumstantia, Quid.* Nugno *vbi supr.* & cum aliis communiter. Neque obstat argumentum in contrarium: oam, si verum esset, probaret etiam, primum peccatum commissum à susceptione Baptismi, plurimùm augeri à circumstantia innoceotiæ baptismalis per idem amissæ; & ideò explicandum esset in confessione: quod nullus docuit. Videatur Caietanus *in 2. 2. q. 154. art. 6.* Sed difficultas coosistit, an idem dicendum de virgine; ideò quæritur.

RESOL. XCIII.

An virgines, quando sponte primo fornicantur, teneantur in confessione istam circumstantiam explicare?

Et an peccatum virginis, si sponte consentiat, siue sit, siue non sit sub cura tutorum, aut parentum, non sit peccatum stupri, sed simplicis fornicationis; & ideo ista circumstantia non sit in confessione aperienda?

Ex quo infertur, & rectè, quod virgo, quæ morosè delectatur circa aliquem, non tenetur in confessione aperire circumstantiam virginitatis, & dicere se, cum esset virgo, delectationem de iuuene suscepisse, etiam si virgo se polluat cogitando super illum.

Secundo infertur iuuenem, qui morosè delectatur de virgine sine tamen voluntate inferendi ei violentiam, sufficere, si dicat in confessione, se delectationem habuisse, circa fœminam solutam.

Idem dicendum est, si cum virgine copulam habuerit, nam

nam ſi ſponte conſentit, ſufficit dicere, ſe toties copulam habuiſſe, cum fœmina ſoluta.

Et notatur non eſſe explicandam ſodomiam commiſſam fuiſſe cum virgine, ſed ſufficere ſi dicatur in confeſſione commiſſam fuiſſe cum fœmina?

Etiamque aduertitur, ſat eſſe ſtuprantem fœminam per vim fateri ſe commiſiſſe ſimplicem fornicationem per violentiam.

Et tandem curſim docetur, quod quando virgo ſola polluitur, non tenetur exprimere circumſtantiam virginitatis. Ex part.1. tr.7 Reſ.11.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondent Doctores, quos citant, & ſequuntur Fagundez *de Præcept. Eccleſ.tr.2.lib.4.c.3.n.13. & 16* & Bonacina *de matr. q.4.punct.17.n.2.* Villalobos *in ſum.tom.1.tr.9.dub.36. n.15.* Azorius *p.3.lib.3.cap.11.q.4.& 5.* Filliucius *tom. 2.tr.30.c.3.num.66.& 72.* Syluius *in addit. ad 3. part. quæſt.9.art.2.dub.2.concl.3.* Quibus adde Nugnum *in addit.ad 3.part.tom.2.q.9.art.2.dub.3.conclu.6.* & Petrum Fay *in addit.ad 3.part.q.9.art.2.diſp.8.concluſ.1.* quia circumſtantia virginitatis mutat ſpeciem, & eſt peccatum ſtupri; vel ſaltem eſt circumſtantia aggrauans, maximè ſi virgo eſſet ſub cuſtodia parentum, & tutorum, vt aliqui volunt, & præſertim D.Thomas *2.2.q.64.art.6.* Angelus *verb.ſtuprum,in princ.* Syluester *verb.luxuria,q.1.* Tabiena *verb. ſtuprum, num. 1. verb.luxurioſus,q.5.n 6.* Armilla *verb. luxuria,n.4. & verb.ſtuprum,n.1.* Graſſius *part.1. lib.2. cap.79.n.1.* & Pedrazza *in ſumm.præcept 6. §.2.* cum aliis.

Sup. hoc infrà in Reſ. 105 §. In Reſ. 11. & lege doctrinam duarum Reſ. hanc ſequentium.

2. Sed, his non obſtantibus, contrariam ſententiam probabiliorem eſſe iudico; nempe, peccatum virginis, ſi ſponte conſentiat, ſiue ſit, ſiue non ſit ſub cura tutorum, & parentum, non eſſe peccatum ſtupri, ſed ſimplicis fornicationis; & hanc circumſtantiam non eſſe in confeſſione aperiendam. Et ita docent Viri doctiſſimi, Leſſius *lib.2. cap. 10. dub.6. num.5.* Coninch *de Sacrament. diſp. 7. dub. 4. n. 19.* Sanch. *de matr.tom.2.lib.7.diſp.4.n.5.* Vaſquez *Opuſc. de reſtit.cap.3.§.1. dub.1.n.6. & in p.2. diſput.112.c.1. num.1.* qui pro hac ſententia citat Sotum *in 4.diſt.18. q.2. art. 4.* & meritò defendit à calumnia, quam illi imponunt omnes ferè Doctores. Idem etiam docet Megala *in 1.p.lib.5.c.11. n.10.opin.4.* Nauarra *de reſtit. lib.2. c.3. n. 419.* & alij, quos citat Salas *in p. 2. tom. 2. tract.3. diſput.14. num. 5.* & hanc ſententiam probabilem vocat Tannerus *in part.2. diſput.4. quæſt. 8. num.150.*

Sup. hoc infrà in § vlt. huius Reſ.

3. Vnde ex hac doctrina inferunt, & rectè, ſupradicti Authores, quòd virgo, quæ moroſè delectatur circa aliquem, non tenetur in confeſſione aperire circumſtantiam virginitatis, & dicere ſe, cùm eſſet virgo, delectationem moroſam de iuuene, vel Religioſo ſuſcepiſſe; etiamſi virgo ſe polluat cogitando ſuper illos: quidquid in contrarium aſſerant Regius *var. reſolut. caſ.* 18. *numer.* 9. qui multos alios citat.

Sup. hoc infrà in Reſ. 95. §. vlt.

4. Secundò infertur, iuueni, qui moroſè delectatur de virgine, ſine tamen voluntate inferendi ei violentiam, ſufficere, ſi dicat in confeſſione, ſe delectationem habuiſſe circa fœminam ſolutam. Idem dicendum eſt, ſi cum virgine copulam habuerit: nam, ſi ſponte conſenſit, ſufficit dicere, ſe toties copulam habuiſſe cum fœmina ſoluta. Et ratio ſupradictorum eſt; quia, vt notauimus, quando virgo ſponte conſentit, peccatum, ſeu ſtuprum illud non differt à ſimplici fornicatione. Et hæc opinio eſt probabiliſſima, & tuta in praxi. Notandum eſt etiam hîc à fortiori cum Bonacina *de matrimon. q.4. punct. 11. numer. 9.* non eſſe neceſſariò explicandam in confeſſione ſodomiam commiſſam fuiſſe cum virgine: ſed ſufficere, ſi dicatur, commiſſam fuiſſe cum fœmina: nam per hoc peccatum non violatur clauſtrum virginale.

Sup. hoc infrà in Reſ. 143.

5. Notandum eſt etiam, vt obſeruat Sancius *in ſuis practicis diſputationibus* aliquos Viros doctos ex Societate IESV cenſuiſſe, ſat eſſe ſtuprantem fœminam per vim fateri ſe commiſiſſe ſimplicem fornicationem per violentiam. Sic ille *diſp. 19.* licèt ipſe hanc ſententiam *in n.9.* non admittat.

6. Et tandem notandum eſt, quòd, etiam ſtando in prima opinione, quam *ſupra* poſuimus, quando virgo ſola polluitur, non tenetur exprimere circumſtantiam virginitatis: quia, licèt per illam pollutionem perdatur virginitas, prout eſt virtus; non tamen, prout dicit integritatem ſignaculi. Et ita docet Filliucius *tom. 1. tract. 30. c.3. n. 74.* Vide *Reſol. 67. Tract.4.de Sacr.in tertia huius Operis Part.*

Suprà in §. Vnde. huius Reſ.

Quæ hic eſt infrà Reſ.163.

RESOL. XCIV.

An raptus ſit circumſtantia neceſſario confitenda, ſi virgo ſponte non conſentit?

Et quid, ſi parentes actualiter repugnent; quia tunc fit eis manifeſta vis, an tunc erit talis circumſtantia in confeſſione aperienda; ſecus autem minime?

Et docetur, quod quando virgo ſponte conſentit, ſtuprum, & raptus non differt à ſimplici fornicatione, & ſic ſufficit, vt in confeſſione quis dicat, fornicatus ſum ſemel.

Nec tenetur corruptor ad aliquam reſtitutionem faciendam virgini, vel parentibus, quia volenti, & conſentienti non fit iniuria, & virgines ſunt dominæ ſui corporis, non autem parentes, aut tutores. Ex part.1. tr.7. Reſ.37.

§. 1. NEgatiuè reſpondeo: quando virgo conſentit in raptu, quamuis parentes diſſentiant, & tutores, ac ij, qui loco parentum ſe habent, ſolùm erit fornicatio, vel furtum ſimplex; & non erit neceſſariò explicanda ratio virginitatis, nec iniuria facta parentibus, ſi tamen raptum neſciant: nam, ſi parentes actualiter repugnent, quia tunc fit eis manifeſta vis, & iniuria, erit talis circumſtantia in confeſſione aperienda: ſecùs autem minimè, vt *ſuprà* diximus de ſtupro, cum Leſſio *lib.2.c.10.dub.1.* Sanchez *de matr.tom.1.lib.7. diſp.4. n.5.* & aliis. Licèt contrarium docuerit Caietanus *2.2. q.154.art.6.ad 1. dub..* Corduba *in lib.1. q.13.* Barth.Ledeſma *de Pænit. dub. 10.n.1.* Vega *in ſum.tom.1.c.55.caſ.25.* & alij.

Sup. hoc infrà in Reſ. 165. §. In Reſ. 37 & in §.not. primæ poſt ſeq. huius Reſ.

Suprà in Reſ præterita. & in alia Reſ. & §. eius primæ annot.

2. Sed tu tene noſtram ſententiam. Vnde non tenentur, nec debent Confeſſarij dictas puellas ſtupratas, vel raptas, interrogare, an virgines eſſent: nec corruptores tenentur dictam circumſtantiam ſtupri, vel raptus explicare, niſi cùm violenter, ac repugnantem virginem deflorant, vel rapiunt; quia in tali caſu ſolùm datur ratio veri ſtupri, & raptus: non autem, quando virgo ſponte, ac liberè conſentit: nam in iſto vltimo caſu, quando virgo ſponte conſentit, ſtuprum, & raptus non differt à ſimplici fornicatione, & ſic ſufficit, vt in confeſſione quis dicat: Fornicatus ſum ſemel. Nec tenetur corruptor ad aliquam reſtitutionem faciendam virgini, vel parentibus, ſeu illius tutoribus: quia volenti, & conſentienti nulla fit iniuria: & virgines ſunt dominæ ſui corporis, non autem parentes, aut tutores. Et ita docet Nauarra *de reſtit.lib.2.c.3. num.423.* Sotus *de iuſt. lib.4. q.7. art.1. ad 1.* Suarez *in 3. p. tom. 4. diſp. 22. ſect. 4.* Graſſius *lib.1. deciſ.aur. cap. 79. num. 13.* & alij. Plura ſuper hac materia repeties *in tractatu 4. de Sacram. Reſol.67. in tertia huius Operis parte.*

Sup. hac reſtitutione in Reſ.ſeq.§. Sed re. ante medium, à verſ. Confirmatur. & in alio verſ. eius annot.

Quæ hic eſt infra Reſ.165 § In Reſ. 37.

RESOL. XCV.

Petrus habuit rem cum puella virgine, ipsa tamen consentiente; quaeritur, an hoc sit stuprum habens malitiam specie distinctam, à simplici fornicatione, & necessario in confessione aperiendam?

Et an violator Virginis consentientis nihil teneatur restituere Parentibus, quibus virgo violata subest, quia puella est domina suae virginalis integritatis?

Ex quo sequitur delectationes, & desideria in adolescente circa virginem non habere specialem malitiam mortalem super alias delectationes, modo adolescens non habeat voluntatem inferendae violentiae; vnde satis est, si in confessione dicat, se delectationem habuisse, vel desiderium circa fœminam solutam, vel habuisse copulam cum soluta, quamuis sit virgo, modo ipsa consentiat. Ex part. 2. tr. 17. & Misc. 3. Res. 12.

Sup. hoc supra in Res. 93. & aliquid in Res. 94 & infrà in Res. 165. §. In Res. 11.

§. 1. OLim affirmatiuam sententiam mordicus sustinebam cum Villalobos *in summa, tom. 2. tract. 30. diffic. 10. n. 9.* Filliuc. *tom. 2. tract. 30. c. 3. n. 66.* Valent. *tom. 3. disp. 9. q. 3. punct. 3.* Caiet. 2. 2. q. 154. *art. 6. ad 1. dubium.* Iac. de Graff. *dec. aur. p. 1. lib. 2. c. 79.* Azor. *p. 3. c. 11. q. 5.* Suarez *tom. 4. disp. 22. sect. 4. n. 6.* nam in hac defloratione virginis reperitur iniustitia, non contra ipsam personam virginis, quia consentienti non fit iniuria, sed contra finem naturae, ad quem concessit virgineum claustrum, cui non potest puella renuntiare, est enim custos non domina illius signaculi. Adde quòd si filia nubat inconsulto patre, absque iusta causa, peccat contra pietatem paternam; ergo multo magis peccabit, quando consentit se violari; tum quia, vt dictum est, non habet dominium suae integritatis corporalis, sicut neque habet dominium suae vitae; tum etiam, quia pater habet curam specialem corporis filiae, vt habetur Eccles. 7. *Filiae tibi sunt? serua corpus illarum.* Igitur per stuprum infertur iniuria patri, qui custos est corporis filiae suae, siue illa consentiat, siue dissentiat; nam per filiae consensum non subtrahitur filia à custodia, & cura patris, vel tutorum qui gerunt curam patris. Immo nec ipsa poterit consentire, sicut nemo potest consentire, vt sibi abscindatur manus, sed per stuprum fit scissio quaedam, & ruptio cuiusdam membranae carneae, vt vult Vesalius *de corporis humani fabrica, lib. 5.* & Fragosus *de Anatom. lib. 1. cap. 19.* Ergo per stuprum verè infertur iniuria, etiamsi puella consentiat.

2. Sed re meliùs considerata contrariam sententiam amplexus sim, & censeo stuprum si fiat consentiente puella, non continere specialem deformitatem, vel iniuriam, supra simplicem fornicationem. Ratio huius sententiae est, quia non reperitur in stupro specialis deformitas, nisi adsit specialis iniuria; sed quando puella voluntariè consentit, non infertur iniuria, nam scienti, & consentienti non fit iniuria. Ergo in stupro propter consensum puellae non reperitur specialis iniuria. Nec valet dicere, quòd in stupro saltem reperitur iniuria contra parentes, vel tutores inuitos, hoc enim falsum est; nam puella est domina suae virginalis integritatis. Confirmatur, nam contra Valentiam 2. 2. *disp. 9. q. 3. punct. 3.* Guttierez *qq. canon. lib. 1. cap. 17. num. 24.* Lopez *part. 1. instruct. cap. 77.* Rodriquez *tom. 1. cap. 208. num. 3.* & alios verior sententia habet, violatorem virginis consentientis nihil teneri restituere parentibus, quibus virgo violata subest, vt asserunt Petrus à Nauarra *lib. 2. c. 3. part. 4. num. 423.* Bannez 2. 2. *quest. 62. art. 2. dub. 7.* Sotus, Veracruz, & alij apud Sanchez *vbi infrà.* Ergo nulla iniustitia & iniuria consurgit per stuprum aduersùs ius paternum. Dicendum est igitur, non dari speciem stupri sine raptu, atque ita violationem virginis sponte consentientis, etiamsi sit sub cura paterna, non differre à simplici fornicatione. Et sic hanc sententiam sustinent, & sequuntur Sancius *in select. disp. 19. n. 7.* Lessius *lib. 2. cap. 10. dub. 1.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 14. n. 1.* Vasquez *opusc. de rest. c. 3. §. 1. dub. 2. num. 6.* Coninch *de Sacram. tom. 1. disp. 7. dub. 4. n. 19.* & alij doctissimi neoterici.

Sup. hoc in Res. praeterita §. vlt. post medium, à vers. Nec tenetur. & in tom. 8. tr. 7.

Res. 57. in fine, à vers. Idem dicendum est.

3. Hinc sequitur, vt notat Lessius *num. 8.* delectationes & desideria in adolescente circa virginem, non habere specialem malitiam mortalem supra alias delectationes, modò adolescens non habeat voluntatem inferendae violentiae. Vnde satis est in confessione, si dicat se delectationem habuisse, vel desiderium circa fœminam solutam; vel se copulam habuisse cum soluta, etiamsi habuerit copulam cum puella, modò ipsa, vt suprà dictum est, consenserit. Et haec circa hanc quaestionem satis est dixisse. Ad argumenta contrariae sententiae patet responsio ex dictis.

Sup. hoc supra in Res. 93. §. Secundo infertur.

RESOL. XCVI.

An sponsus, & sponsa de futuro, & cum eis carnaliter se commiscentes, teneantur in confessione istam circumstantiam explicare? Ex part. 1. tr. 7. Res. 5.

Sup. hoc in Res. not. seq.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Homobonus *de exam. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 36. quest. 140.* Naldus *in sum. verb. sponsalia, num. 12.* Syluius *in 3. p. quest. 43. art. 1. quaeritur 2.* Molfesius Pitigianus *in 4. sent. tom. 1. dist. 17. q. vnica, art. 5.* Sarmiento *selectar. inter. lib. 1. c. 5. n. 3.* & Lopez *instructor. conscient. p. 1. c. 29.* Petrus Fay *in addit. ad 3. p. quest. 9. art. 2. disputat. 7. ad 4.* cum Petro Ledesma *vbi infrà*: quia duplex est malitia, altera fornicationis, altera fractorum sponsalium, quae ob id dirimi possunt, *ex cap. quemadmodum de iureiur.* Nec valet dicere, hoc procedere in sola sponsa fornicante: nam vterque in corpus alterius per sponsalia ius sibi comparat.

2. Sed, his non obstantibus, non desunt Doctores, qui contrarium docent; nempe, talem circumstantiam non esse fatendam, neque à sponsa. Ita docet Couarruuias *in 4. decret. part. 1. c. 1. n. 11.* Viualdus *in candelabro aureo, p. 1. in tit. de sponsalibus, v. 10* & probabilem hanc opinionem esse docuit Petr. de Ledesma *de matr. q. 45. art. 1. dub. vlt.* immò probabiliorem putat Azorius apud Filliucium, *vbi infrà*: quia circumstantiae mutantes speciem sunt necessariò confitendae: sed ista non mutat speciem, cùm adulterium non sit, vt tenet Henriquez *lib. 11. de matr. c. 13. num. 4.* ergo, &c.

3. Non reticebo tamen, aliquos Doctores media via concedere: & ita docet Rodriquez *in sum. tom. 1. c. 109. n. 3.* Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 1. disp. 2. num. 6.* Fagundez *de Praecept. Eccles. tract. 2. lib. 4. c. 3. n. 21.* & Filliucius *tom. 1. tract. 30. c. 2. n. 52.* Villalobos *in summ. tom. 1. tract. 9. dub. 36. n. 16.* quòd talis circumstantia tunc necessariò est fatenda, quando se tenet ex parte fœminae; id est, dum aliquis fornicatur cum sponsa alterius de futuro: tunc enim tenetur fornicans, & ipsa sponsa fateri hanc sponsalium circumstantiam: at, quando se tenet ex parte viri, quia sponsus de futuro fornicatur, haec circumstantia non est de necessitate detegenda in confessione.

4. Sed, his non obstantibus, noster P. Megala *in 1. p. lib. 5. c. 11. q. 5. num. 9.* putat, hanc circumstantiam non esse necessariò aperiendam in confessione, etiam in

ordine

ordine ad sponsam: quia, vt diximus ex Henriquez, non mutat speciem, neque est adulterium; ideò existimo, hanc sententiam probabilem esse, & tutam in praxi: & illam etiam docent, vt *supra* notauimus, Couarr. & Viualdus. Vide *Resol. 67. Tract. 4. de Sacram. in tertia huius Operis Parte.*

Quæ hic est infrà Res. 165. §. In Res. 5. & §. seq. ibi

RESOL. XCVII.

An vxoratus, si peccet cum coniugata, teneatur in confessione hoc exprimere, vel sufficiat tantum dicere, se commisisse adulterium? Ex part. 1. tr. 5. & Misc. 5. Res. 51.

Sup. hoc suprà in Res. 21. §. Et tandem. & in Res. 26. §. Confirmatur. ante medium, à vers. no pecan.

§. 1. SVfficere hoc vltimum docet P. Ferrantinus sæpius à me meritò laudatus *disp. 1. de scandalo quæst. 66. num. 119.* vbi loquens de vxore reddente debitum in loco sacro, sic ait: Idem docet Azor. loco supra citato tum de habente Ecclesiasticum beneficium, & sacros Ordines, tum de habente ex legitimo priuilegio tria beneficia, verbi gratia Exemplum est Emanuelis Sà *v. Confessio, §. quidam putant*, apud eumdem Sanchez *vbi supra num.* 8. quod similiter non admittit Sanchez; ait Sà vnicam esse malitiam, si coniugatus peccet cum coniugata, & satis esse fateri dicendo, se adulterium admisisse Ratio huius, & præcedentis casus est, quia sola multiplicatio præceptorum circa idem secundùm eamdem rationem, non facit pluralitatem peccatorum. Verùm, vt dixi, Sanchez neutrum admittit, sed credit in vtroque casu fatendam esse circumstantiam duplicis obligationis, id est, in primo casu ordinis, & beneficij: in secundo status matrimonij vtriusque, sed ego in vtroque casu oppositum existimo probabilius, Et ad secundum casum, de coniugato peccante cum coniugata, etiam valent, quæ diximus *quæst. illa* 27. præsertim quando quis vno impulsu calumniam intulit pluribus, &c. Imò si verum esset, quod ipse asserit sequeretur, non duo tantum peccata adulterij committi ab vxore, sed plura, licet non omnia propriè adulteria essent dicenda, & probo. Accipiamus claritatis gratia, Petrum, & Ant. tum sic Petrus duo peccata adulterij committit, primum, quatenus infert iniuriam vxori propriæ: secundum, quatenus etiam infert iniuriam marito Antoniæ, cum qua peccat: posset quoque dici quod præter ista duo, committeret etiam tertium peccatum inferendo tertio modo iniuriam vxori propriæ, scilicet mediatè, quatenus per suam actionem cooperatur ipsi Antoniæ inferenti iniuriam vxori propriæ, id est propriæ ipsius Petri, &c.

2. Dices: quidquid de hoc tertio peccato, etiam remaner quod Petrus duo adulteria committat inferendo duabus personis iniuriam, vxori propriæ, & marito Antoniæ; ergo duplex peccatum. Respondeo, adhuc etiam remanet, quod vno actu iniurias illas inferat contra duos, & contra duo præcepta, prohibentia tamen rem eamdem, & eodem modo, ac intuitu eiusdem virtutis, iubentis seruari fidem matrimonij, &c. Confirmatur etiam ex eo, quod si Religiosus cum moniali peccet, habendo copulam contra votum tantùm peccatum sacrilegij committit, etiam si Deo duplex iniuria inferatur violando vtramque personam ipsi sacram duplici voto. Quamuis aliter sentiat Salas *num.* 20. cum Viguerio, Alcocer, & Peña, dicens, duplex peccatum in eo euentu committi ab vtroque. Denique confirmatur: Quia si supponatur aliquid esse prohibitum iure diuino, & humano, à Principe sæculari, & à Prælatis Ecclesiasticis, sine excommunicatione, postea verò sub excommunicatione, ac denique

Sup. hoc in Res. 55. & vers. nor. præteritæ, & suprà in Res. 22. §. 1. prope finem à vers. Et ea eodem.

sæpius sub nouis pœnis, ita tamen vt omnia huiusmodi præcepta versentur circa idem secundùm eamdem omnino rationem, ac intuitu eiusdem virtutis, v. g. furtum, intuitu iustitiæ, tunc qui furatur, vnum peccatum committit, quamuis pluribus legislatoribus iniuriam inferat, & pluribus etiam Dominis, si res furto sublata pertinebat ad plures pro indiuisa &c. Hæc omnia Ferrantinus.

3. Sed ego puto non esse recedendum à sententia Sanchez, cùm sit communis inter Doctores quos hìc, ad satietatem possem adducere; & ad authoritatem Emmanuelis Sà adductam à P. Ferrantino pro sua sententia firmanda, sciant lectores, quod in editione Romana correcta, & impressa ex ordine Reuerendissimi Magistri Sacri Palatij, hæc opinio in Codice Emmanuelis Sà fuit delata, & expuncta, vnde cùm in prioribus editionibus haberentur verba adducta à Patre Ferrantino, in editione Romana hæc fuerunt apposita; Cùm vterque peccans est coniugatus, id exprimendum. Ita ibi, & ita tenendum est.

RESOL XCVIII.

Vtrum copula vxoricidæ, vel adulteri cum promissione matrimonij sit circumstantia in confessione aperienda?

Et in §. vltimo huius Resolutionis recitatiuè apponuntur quatuor diuersi casus, in quibus aduertitur circumstantiam illorum esse in confessione aperiendam. Ex part 3. tract. 4. Res. 139 aliàs 140.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Henriquez *lib. 5. de pœnitent. cap. 6. numer. 2. in glossa litera M.* vbi dicit esse circumstantiam necessariò explicandam in confessione, si vir ad eam accedat, cum qua nequit matrimonio copulari, vt si sit vxoricida; & licèt non explicet, num ea circumstantia speciem mutet, ad eam numerat inter alias, quæ in sexto præcepto diuersam speciem constituunt.

2. Sed ego contrariam sententiam tenendam esse puto, quam tenentur Lessius *lib. 4. cap. 3. dub. 6. numer. 45.* Fillucius *tom. 2. tract. 10. part. 2. cap. 1. num. 24.* & Sanchez *de matrimon. tom. 1. lib. 3. disput. 5. numer. 14.* Dico igitur, quòd quando impedimentum matrimonij imponitur in pœnam admissi delicti, & ad præcauendum aliquod damnum, tunc copula cum habente tale impedimentum continet tantùm singularem malitiam fornicationis Exemplum est in impedimento criminis, vt adulterij cum promissione matrimonij, vel cùm contractum est de præsenti, vel homicidij coniugis. Nam in prohibitione talis matrimonij non est speciale motiuum virtutis, sed tantùm est in pœnam delicti. Consequenter copula illa illicita erit tantùm vnius malitiæ fornicationis, & ideò in tali casu dicendum non esse circumstantiam in confessione detegendam.

3. Non reticebo tamen hìc adnotare cum supradictis Doctoribus. Primò, esse circumstantiam incestus diuersam specie à simplici fornicatione & necessariò explicandam in confessione, si quis coitum habeat cum qua nequit inire matrimonium ob impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis. Secundò, similiter esse circumstantiam luxuriæ, specie diuersam, ac necessariò fatendam, si quis rem habeat cum cognata spirituali in eo gradu, in quo hæc cognatio matrimonium dirimit, speciem autem hanc fornicationis aliqui vocant incestum spiritualem: vnde & sacrilegium. Tertiò, concubitus cum cognatis legalibus

bus addit malitiam specificam necessariò fatendam, & reducitur ad incestum. Et tandem quartò, dicendum est reduci eam ad incestum, si quis accessum habet cum consanguinea in primo gradu spόsæ propriæ de futuro contra publicæ honestatis impedimentum dirimens in eo gradu matrimonium. Et ideo talis circunstantia erit in confessione aperienda. Sed similibus relictis ad alia procedamus.

RESOL. XCIX.

An circunstantia modi in copula coniugali sit in confessione aperienda?

Et notatur, quod aliquando hoc efficitur etiam sine culpa veniali, vbi non captandæ voluptatis gratia hoc efficitur, sed aliqua iusta causa interueniente, propter pinguedinem viri vel propter periculum ne fœtus suffocetur.

Etiamque aduertitur, quod vxor tenetur reddere debitum, etiamsi vir cum culpa veniali ex variatione situs velit copulam complere? Ex part. 1. tract. 7. Res.35.

Super omni contento in hac Resol. in tom. 2. tr. 6. Res.180.& in Res. 185. §. Nota hic. & in Res.201.§. vlt.

§. 1. RΕspondeo, quidquid aliqui asserant, negatiuè: & ita non peccat mortaliter vir, qui vult habere copulam cum vxore, vel à latere, vel sedendo, vel præposterè, aut succumbendo, nisi adsit periculum effudendi semen extra vas; quia est abusus, ac naturalis ordinis peruersio in solis accidentibus, dum vas legitimum seruatur. Et ita docet Sanchez *de matrim.to.3.lib.9 disp.16.n.3.* & alij penes ipsum.

2. Nota vero, quòd aliquando hoc efficitur, etiam sine culpa veniali, vbi non captandæ voluptatis gratia hoc accidit, sed aliqua iusta causa interueniente; propter pinguedinem viri vel propter periculum, ne fœtus suffocetur.

Sup.hoc signãter in Res. & 55.vor.percetitæ.

3. Notandum secundò, quòd vxor tenetur reddere debitum; etiamsi vir cum culpa veniali, vt diximus, ex variatione situs velit copulam complere. Ita Sanch. *vbi suprà num.8.* licèt probabiliter aliqui contrarium asserant, vt notat Henriquez *lib.11.cap.16.num.6. in Gloss.lit.S,* & alij

RESOL. C.

An coniugati, quando delectantur morosè de aliquo obiecto libidinoso, teneantur in confessione explicare circunstantiam coniugij, videlicet se esse coniugatos?

Et docetur delectationem de aliquo opere in eo sensu sumere malitiam ab illo, quod respiciat opus, seu obiectum hoc, aut illo modo sub quo opponitur virtus; ac proinde quamuis delectatio sit de opere malo, si tamen illud non respicit vt malum, ei vt sic se conformando; aut sub motiuo, sub quo elicita non opponitur virtuti, non erit mala saltem moraliter.

Vnde delectatio de occisione, quamuis iniusta non est mortalis, quando est de illa, quatenus est honestè vtilis siue occiso, siue ipsi, qui de ea delectatur.

Similiter de esu carnium quamuis prohibito, quando est de illo, vt est delectabilis gustui ob rationem dictam.

Et ob eandem delectatio patris de morte filij, quia eum non potest commode sustentare; & è contra delectatio filij de morte patris, quia ei succedit in bonis.

Item delectatio Beneficiarij de morte sui Pensionarij, quia liberatur à debito soluendi pensiones, hac non sunt mortalia.

Et idem est de desiderio simplici, quo prædicti desiderant supradictis mortem ob dicta motiua, & non ob odium, neque ob aliud motiuum malum & morta le

Et an qui desiderat pollutionem non ex affectu libidinis, sed ob sanitatem, aut ob aliam licitam vtilitatem non sit mortale?

Et à fortiori dicendum est non esse mortale delectationem de seminis effusione ob sanitatem, vel alium honestum finem.

Superest adhuc pulchra quæstio, an siquis voueat castitatem in solo opere externo, peccet in delectatione de aliquo opere venereo?

Et firmatur, quod delectatio venerea de fornicatione ab habente votum absolute castitatis capta, præter malitiam luxuriæ contra Castitatem, etiam habeat malitiam sacrilegij contra votum? Ex part.5. tr.13. & Misc.1.Res.99.

Sup.hoc in Res.seq.& infrà in Resol. 102.§.vlt. ad medium, à vers. sed hæc & in Res.104. §. Nota vero. & in tom. 1. tr 6.Res.199. §.1.

§. 1. CAsus passim occurrit, & affirmatiuam sententiam præter Bonacinam, tenet Alphonsus de Leone *de officio Confessoris, part.1.recoll.13.n.54.* Vasq. *in p.2.to.1.disp.112.cap.n.2.* 10. & alij; ratio est, quia in tali casu coniugatus non solum peccat peccato luxuriæ contra castitatem; sed etiam peccato adulterij contra fidem matrimonij. nam fides matrimonij alicui præstita obligat non solùm corpus, sed etiam mentem, & desiderium in aliud obiectum non collocare.

2. Verùm his non obstantibus nouissimè negatiuam sententiam docet Pater Gaspar Hurtado de *subiecto peccatorum, disputat. 4. difficultat.* 10. vbi sic ait: Addit Vasquez coniugatum, qui venereè delectatur de fornicatione cum non sua, non tantùm peccare peccato luxuriæ contra castitatem, sed etiam peccato adulterij contra fidem matrimonij. Hoc tamen posterius difficile est, & nullo fundamento probatum; quia difficile est, & absque sufficienti fundamento in matrimonio præstari fidem coniugi, non collocandi mentem in aliam. Ita Hurtado contra Vasquez.

3. Et tamen obseruandum, quòd licèt Vasquez affirmatiuè adhæreat opinioni, tandem in fine addit, non esse sibi admodum certam; ex quibus verbis colligitur etiam ex mente ipsius Vasquez sententiam negatiuam non carere sua probabilitate; videndus est etiam omnino Castrus Palaus penes me ipsum *in 3.part.tr.6.resol.73.* qui aliàs adducit rationes pro firmanda sententia Hurtadi.

Quæ nunc inuenietur in t. 4.tr.6. Resol. 199.

4. Non desinam etiam hic obiter adnotare eundem Hurtado *loco citato difficultat.* 9. docere delectationem de opere aliquo in eo sensu sumere malitiam ab illo, non quia ab eo accipiat malitiam in ipso repertam, sicut accipit affectus efficax; sed quia malitiam quam habet, quando est mala, sumit ex eo, quòd respiciat opus, seu obiectum hoc, aut illo modo, vel sub hoc, aut illo motiuo, sub quo opponitur virtuti; ac proinde quamuis delectatio sit de opere malo, si tamen illud non respiciat vt malum, ei vt sic se conformando, aut sub motiuo sub quo elicita non opponitur virtuti, non erit mala saltem mortaliter Vnde delectatio de occisione, quamuis iniusta, non est mortalis, quando est de illa quatenus est honestè vtilis, siue occiso, siue ipsi, qui de ea delectatur; & etiam delectatio de esu carnium, quamuis prohibito, quando est de illo, vt delectabilis gustui, ob rationem dictam; & ob eandem delectatio patris de morte filij, quia eum non potest commodè sustentare, & è contra delectatio filij de morte patris, quia ei succedit in bonis; & delectatio Beneficiarij de morte sui pensionarij, quia liberatur à debito soluendi pensionem, non sunt mortales. Et idem est de desiderio simplici, quo prædicti desiderant prædictis mortem ob dicta motiua, & non ob odium, nec ob aliud motiuum mortale. Hucvsque Hurtado, quæ quidem sunt validè notanda, & antea docuerat Castrus Palaus, quem ego citaui,

Sup.hoc in Res.not.seq.

vbi

Quæ nunc inuenitur in t. 8. 11. 5. Reſol. 56. & in alio §. eius primæ not. & ſi placet vide etiã aliam Reſol. eius ſecundæ annot.

vbi ſuprà in 3. parte. tractatu 6. reſol. 84. quidquid etiam probabiliter in contrarium aſſerat Monteſinus *in part. 2. tom. 2. diſputat. 6. quæſtion. 3. per totam.* Ex quibus apparet malè aliquos contra me ipſum obmurmuraſſe; ſed rectè Dominicus Bannez *in 1. part. quæſt. 1. artic. 8. dub. vlt. concluſ.* 1. obſeruat, quoſdam omnia quæ eorum iudicio non conſonant, grauioribus cenſuris inurere, idque tanta facilitate, vt meritò irrideantur.

Sup. hoc in t. 2. tr. 6. Reſol. 10. § vlt. & in Reſ. 17.

5. Nota etiam ex ſupradictis contra Sotum *in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 7.* deſiderium non efficax, ſed ſimplex, ſeu inefficax, quo quis deſiderat pollutionem, non ex affectu libidinis, ſed ob ſanitatem, aut aliam licitam vtilitatem, non eſſe mortale. Ita Paludanus *in 4. diſt. 9. quæſt. 3. artic. 1.* & alij, quos citat, & ſequitur Hurtado *difficultat.* 14. Et à fortiori contra eumdem Sotum, Medinam, & Ledeſmam, quos citat, & ſequitur Zumel *in part. 2 quæſt. 74. artic.* 8 *diſput. 4. dub. 2. & 4.* dicendum eſt non eſſe mortale delectationem de ſeminis effuſione ob ſanitatem, vel alium honeſtum finem. Sed Baſilius Pontius *de matrim. lib. 10. cap. 16. §. 2. num. 11.* putat, quòd gaudere de ſeminis effuſione ob ſanitatem, non eſt gaudere de pollutione, ſed de bono ſanitatis ſecuto. At de hoc dictum eſt alibi.

Sup. hoc in Reſ. & §. not. prætericæ.

Alibi in Reſ. not. primæ huius Reſ.

6. Sed ex dictis oritur pulchra quæſtio, an ſi quis voueat caſtitatem in ſolo opere exteriori, peccaret in delectatione de aliquo opere venereo? & affirmatiuam ſententiam docet Monteſinus *in part. 2. tom. 2. diſput. 7. quæſt. 4. num.* 91. vbi ſic ait: Si aliquis voueret caſtitatem ſolùm in opere externo, eo ipſo eſſet peccatum ſacrilegij delectari, & conſentire efficaciter in copulam, quia ſicut, quando lege præcipitur actus exterior, ille fit obiectum virtutis, & quando prohibetur, fit obiectum vitij, ac per conſequens delectari de iſto eſt peccatum. Ita ſi quis voueat caſtitatem in opere externo, illud conſtituitur opus Religionis, atque delectari de opere contrario eſt contra Religionem. Ita Monteſinus. Verùm contrariam ſententiam docet Hurtado *vbi ſuprà, difficultat.* 10. vbi firmat, quòd delectatio venerea de fornicatione ab habente votum abſolutæ caſtitatis capta, præter malitiam luxuriæ contra caſtitatem, etiam habet malitiam ſacrilegij contra votum; ſecus eſſet ſi non vouiſſet abſolutè, & ſimpliciter ſeruare caſtitatem, ſed tantùm non agere contra illam opere exteriori, quia tunc dicta delectatione non peccaret contra votum. Et huic ſententiæ ego adhæreo.

Sup. hoc curſim infra in Reſ. 104. §. Nota vero. & ne deſerat in tom. 7. ex tr. 1. legere doctrinam Reſ. 141.

RESOL. CI.

An coniugatus, qui habuit plures delectationes moroſas, teneatur aperire in confeſſione ſe eſſe coniugatum?

Et curſim docetur, quod qui habet votum caſtitatis debet votum explicare, quando ipſe conſilio, vel auxilio cauſa fuit, vt alij tale votum non habentes peccarent? Ex part. 9. tractat. 6. & Miſcell. 1. Reſ. 4.

Sup. hoc in Reſ. prætecita & in omnibus aliis eius primæ not.

§. 1. PLauſibilis olim fuit Lectoribus hæc quæſtio: ideò denuò nunc aſſero, ad illam ſic reſpondere Ouiedo *in 1. 2. D. Thomæ, tr. 6. cont. 4 punct.* 7. *n* 62. [Difficultas eſt de delectatione coniugati cum non ſua, an includat ſpecialem iniuſtitiæ malitiam contra propriam vxorem. Affirmat Bonacina *q. 4. de matrim. p. 8. n. 19. verſ. Secundus caſus.* & affirmatiuè videri reſpondendum ait Vaſq. *diſp.* 112. *in fine*, vbi ait, hoc ſibi non eſſe admodum certum, quod non ſolùm putauit non certum Gaſpar Hurtado *de peccatis, diſp.* 4. *difficult.* 10. *prope finem*; ſed difficile, & nullo fundamento probatum: quia difficile & abſque ſufficienti fundamento ipſi videtur, in matrimonio præſtari fidem coniugi non collocandi mentem in aliam. In fauorem partis negatiuæ adducit Palaum *§. 4. n. 1. in fine*, ex vna parte delectationem poſſe præſcindere ab ea circunſtantia, & ex alia probari has delectationes non cadere ſub matrimonij finem ex eo, quod ſint per ſe occultæ coniugibus, quod dubitando tantùm dictum vult eſſe. Id autem, quod doctiſſimi viri dubitare fatentur, me ignorare glorioſè fatebor: malo enim cum doctiſſimo P. Vaſquez de hac re incertus dubius hærere, quàm cum aliis intrepidè affirmantibus ſententiam ferre.] Ita Ouiedo.

2. Sed licèt ego ſententiam Hurtadi contra Vaſquez intrepide non feram, tamen puto ſatis probabilem eſſe, & vt talem illam admittit Pater Lugo *de princ. Theol. mor. p. 2. cap. 1. q. 4. n.* 46. Et, me citato Boſſius *tr. de ſcrupulis, §. 7. n.* 146. Vnde Pater Arriaga *in Curſu Theol. tom. 3. di p. 47. ſect. 4. n.* 28. ſic ait: [Quod Vaſquez docet, eum, qui vouit caſtitatem abſolutè, non reſtringendo ad actus externos, peccare contra votum per eiuſmodi delectationes, omninò videtur verum, & ſufficienter probatum: id autem quod addit ſub dubio, ſcilicet, coniugatum peccata contra iuſtitiam per has delectationes, habet aliquam difficultatem: etenim, ſicut docet Pater Vaſquez, matrimonij fidem exigere, ne habeat coniux delectationes erga aliam perſonam à ſe; ita eodem modo dicendum videtur, matrimonium excludere, ne alius habeat delectationes de propria vxore: vt enim coniux totum ſe tradit coniugi, ita, vt ſic dicam, totum ſe ſubtrahit cæteris: ergo, ſicut ille peccat contra iuſtitiam debitam alteri cõiugi, ſi de alia fœmina cogitet, ita reliqui peccabunt contra eandem iuſtitiam, ſi cogitent de ipſo, vel ipſius fœmina: tam enim nullum ius habent cæteri in ipſum, quàm ipſe in cæteros: eodẽ planè modo, quo in ipſa actione exteriori, ſicut ille peccando cum ſoluta facit contra ius vxoris, ita ipſa ſoluta peccans facit contra idem ius. Quòd ſi ſemel dicamus, iuſtitiam ibi impedire etiam ipſam internam delectationem cum aliena coniuge, ſeu cum non ſua; non videu cur non eadem iuſtitia impediat in alienis eandem delectationem internam de coniuge aliena. Atqui meritò P. Vaſquez docet, non habere nouam malitiam eam delectationem ex eo, quòd reſpiciat alienam coniugem: ergo neque in coniugaris habebit ex eo, quòd de aliis à propria delectentur. Ratio à priori deſumitur ex dictis: quia delectationes moroſæ, quatenus verſantur circa materias aliorum vitiorum, non habent per ſe grauitatem mortalem: ergo circunſtantia, quòd ſit vxoratus, & conſequenter ex iuſtitia ſit totus alterius in ordine ad vſum, qui non eſt corporis, ſed mentis, non auget malitiam: quia ea delectatio ex cogitatione deſumpta, proculdubiò non eſt vſus corporis.] Hucvſque Arriaga.

Tr. 1. § 59. n. 2185.

3. Dico itaque, delectationem coniugis cum non ſua, habere malitiam contra caſtitatem; ſed non contra iuſtitiam: quoniam à circunſtantia coniugij poteſt intellectus præſcindere, non ſolùm quando copula cogitatur cum nupta, quod fatetur Vaſquez; ſed etiam quando coniux cogitat copulam cum non ſua, poteſt enim ſeipſum conſiderare quaſi ſolutum: ergo circunſtantia coniugij, quamuis ſe teneat ex parte delectantis, non tribuit malitiam delectationi. Nec per matrimonium obligantur coniuges ab his delectationibus abſtinere, ſicut obligantur vouentes caſtitatem. Nam hæ delectationes ſunt ignotæ conſorti, quem ſibinde non afficiunt iniuria: nec item priuant illum copula ſibi debita: non ergo ſunt contra iuſtitiam; ſed ſolùm contra caſtitatem.

4. Vnde, licèt magis probabiliter circa difficultatem

propoſitam

Sup. hoc in tom.7.tra.1. lege doctri od Ref. 342. & hic infra in Ref. 164. §. 1.

propositam affirmatiuam sententiam, præter Hurtadum, tenuerint Sanchez, Salas, Candidus, Bonacina, & Cardinalis Lugo, quos citat, & sequitur Leander *de Sacr.to.1.tr.5.disp.*8.§.2.*q.* 24. tamen, vt dixi, sententiam negatiuam aliorum, tanquàm improbabilem non audeo damnare. Nota tamen hîc obiter, ex Cardinali Lugo, Leander *vbi supra, q.*10. docere, quòd qui habet votum castitatis, debet votum explicare, quando ipse consilio, vel auxilio causa fuit, vt alij tale votum non habentes peccarent. Sed contrariam sententiam, quam tuetur Sanchez, puto etiam esse probabilem: quia Religiosus promisit solùm castitatem suam, non alienam.

RESOL. CII.

An si vir, vt possit coire cum propria vxore, cogitet alienam, teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? Ex part.10.tr.11.& Misc.1.Res.61.

Sup. hoc in Res. ant. seq.

§. 1. TAngit hoc dubium Reuerendissimus Candidus, *tom.1.disquis.*24.*art.*21.*dub.*14.*n.* 16. vbi sic ait: Est culpa lethalis necessariò explicanda in Confessione, si coniux in actu coniugali delectatur in alterius viri, aut fœminæ cogitatione carnaliter dilectorum; quia est delectatio morosa in obiecto lethaliter malo, Syluester *verb. Debitum, quæst.* 21. *fine.* D. Antoninus 4.*par. tit.*1.*cap.*20 §. 1. quod si delectatio in nulla re turpi esset, sed in sola pulchritudine viri aut fœminæ, ac posset esse in cogitatione alicuius pulcherrimæ picturæ, & de illa delectari; vt ad actum coniugalem magis excitetur; nullam censeo esse lethalem culpam; quia tunc delectatio in nullum turpe obiectum fertur, & ad honestum finem dirigitur. Ita ille, qui citat Sanchez, *lib.* 9. *disp.*17.*num.*16.

Super hoc in tom.3. tr. 6. lege doctrinam § Quæro tertio. Ref.202.

Sup. hoc in § vlt. Ref. not. præteritæ.

2. Sed magis amplè, ac clarè de pictura ad personam viuentem transit Pater Hieronymus Garzias *in Politica Regulari, tom.1.tract.*4 *par.*2.*difficul.*1.*dub.*2. *punct.*3 *nu.* 30. Sic asserens: [Al segundo argumento, ò instancia del casado, solo lo admitirè en vn caso, en el qual no esta obligado à explicar el adulterio, y es esto: quando piensa en la muger agena, solùm ad excitandam naturam, vt possit coire cum propria vxore; en esto caso Syluestro, y San Antonino coonfiessan, que no pecarà; y lo mismo le oi *viua vocis oraculo* al Padre Batista Bordoi de la Compaña, porque aquella delectacion es solo medio para fin licito, y honesto; però fuera deste caso, lo mas probable es, que pecarà *peccato adulterij explicando in Confessione*; vti latè demonstrant Auctores citati. Hæc Garzias. Sed hæc opinio in sententia Hurtadi, & Castri Palai, quos recitaui *in par.*5. *tr.* 13.*resol.vlt.* non haberet difficultatem; putant enim, Vxoratum, si delectetur in aliena muliere, non teneri aperire circumstantiam Matrimonij. Et ita hanc sententiam nouissimè docet Martinus de San Ioseph *in monit. Confessar.to.*1.*lib.*1.*tract.*10. *num.* 7. vbi sic ait: [Tambien me parece probable, que el casado, ò casada, que se deleytan deshonestamente de algun obiecto libidinoso, no tienen obligacion à confessar, que son casados, porque por casarse no se obligò el casado à su compañero, à quo no se deleytaria carnalmente con obieto estraño.]

Quæ hic est prima post præteritam & in Ref. proxime præteritæ, & infra in Ref. 104. § Nunc vero, & in tom 2. tr 6. Ref 199. §. 1.

RESOL. CIII.

An delectatio morosa sumat malitiam de opere externo, ita vt necesse sit in confessione aperire circunstantiam operis, & exprimere obiectum, v.g. si mulier, de qua sumpta est delectatio, fuerit coniugata, Monialis, libera, &c? Ex part. 1. tract. 7. Ref.48.

§. 1. COmmuniter affirmatiuè respondetur: & ita docet Caietanus 2.2.*q.*154.*art.* 4. Nauarrus *c.*16.*n.*9. & ex neotericis Lorca *in p.*2.*tom.*2. *disp.* 28. *de pecc.memb.* 3. Martinez *etiam in p.*2.*tom.* 1. *q.* 15. *art.*4. *dub.*1. Sanchez *in sum.tom.*1.*lib.*1.*c.*2.*n.*11. Axorius *p.*1.*lib.*4.*c.*6.*q.*3. Villalobos *in sum.tom.*1.*tract.*3. *dub.* 3.*num.*4. Homobonus *de exam. Eccl.par.*1. *tract.* 5.*cap.*13.*q.*84. Nam delectationes morosæ in re venerea, non sunt eiusdem speciei; sed diuersæ, pro diuersitate specifica operis, de quo sunt delectationes: ergo distinctè exprimendæ sunt in Confessione. Hæc opinio est probabilis. Sed prædictis non obstantibus, quando delectationes morosæ consistunt tantùm in appetitu sensitiuo, & non in efficaci voluntate; puto omnes esse eiusdem speciei, nec differre à simplici fornicatione: quia in tali casu quis, v.g. non delectatur de coniugata, vt coniugata, & de illo obiecto, quatenus est iniuriosum alteri; sed quatenus est obiectum delectabile: ergo, &c. Et ita hanc sententiam docet Vasquez *in part.*2.*tom.*1.*disp.* 112. *c* 2. & Sayrus *in claui regia, lib.*9.*cap.*7.*num.*10 Reginaldus *tom.*2.*lib.*12.*cap.*2.*num.*13. cum aliis. Et probabilem hanc opinionem vocat Filliucius *tom.*2. *tract.*11.*c.*8. *n.*301. Bonacina *de matr.q.*4.*punct.*8.*n.*19. Lessius *lib.* 4.*c.*3.*dub.*15.*n.*123. & xlij.

Sup. hoc. in Ref. seq & in prima post seq. §. 1. ad mediū. vers. Quod autē. & seqq. & infra in Ref. 165 §. In Ref. 48.

2. Vnde in Confessione puto, non esse tales circunstantias personarum necessariò aperiendas: quia vt diximus, hæc delectationes non differunt specie; sed sufficit, vt pœnitens dicat: Toties morosè delectatus sum, sine expressione, & circunstantia personæ imaginationi obiectæ, an, scilicet fuerit Monialis, vel libera, seu coniugata, &c. Consule *Resol.*67. *tract.*4.*de Sacram.tertia huius Operis Partis*, super hac materia.

Vt in Ref. 3. not. præteritæ.

RESOL. CIV.

Celebris est illa quæstio inter Theologos nostri temporis, an in delectatione morosa fatenda sint circunstantia operis: quod est quærere, an delectatio sumat speciem ex opere externo?

Et notatur, quod ex doctrina supra dicta difficultatis excipiuntur duo casus, Primus est coniugatorum. Secundus est habentium votum absolutum castitatis: hi enim in quauis delectatione morosa non solum peccant contra castitatem, sed etiam illi contra fidem datam in matrimonio; & isti contra Religionem? Ex part.2.tr.17.& Misc.3.Ref.34.

§. 1. PEtrus de Lorca *in p.*1.*tom.*2.*disp.* 28. *de peccatis membro* 3. Sanchez *in summ.tom.*1 *lib.* 1. *cap.*2.*num.*11. Martinez *in p.*2.*quæst.*15.*art.*4. *dub.* 1. Bonacina *de matr.qu.*4.*punct.*8.*num.*18. Lessius *lib.*4. *c.*3.*dub.*15.*n.*123 *in fine*; & Rodriguez *in sum.to.* 3. *c.*101.*n.* 3. affirmatiuè respondent. Et probatur hæc opinio generali principio, & per se noto; actus voluntatis speciem sumunt ab obiectis, opus autem exterius est obiectum interioris delectationis. Ergo ab illo sumit speciem; id autem quod ab alio sumit speciem, est eiusdem speciei cum illo. Ergo delectatio est eiusdem speciei cum opere.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq. §. 1. ad medium, à Vers. Quod autē. & seqq. & infra in Ref. 165. §. In Ref. 48.

2. Non desunt tamen pro contrària opinione Authores magni nominis; hi sunt Vasquez *in p.*1.*tom.* 2. *disp.*112 *cap.*1. Sayrus *in Claui Regia lib.*8.*cap.*7. *num.* 19 & nouissimè Valerius Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 12. *cap.* 2.*sect.* 1. *num.* 13. Pro cuius declaratione notandum est, esse duo genera actuum voluntatis, aliud

est

est actuum efficacium, quales sunt, qui respiciunt executionem: aliud est actuum inefficacium, qui sunt simplices effectus in obiecta extra executionem. His positis assero, vel delectationes morosæ consistunt in efficaci voluntate, vel in simplici complacentia; si delectationes sunt consensus efficaces, diuersæ sunt eorum species, perinde ac operum illicitorum, quæ dant eis suam malitiam, & in hoc casu sumunt malitiam ex opere externo: si autem delectationes sunt simplicis complacentiæ, sine vllo affectu ad opus, omnes sunt vnius speciei, cùm sint eiusdem malitiæ, vt pote oppositæ vni tantùm virtuti castitatis, ac eodem modo, nimirum per turpitudinem veneream in qua absolutè versantur. Nam, v.g. delectatio simplicis complacentiæ de coniugata, non versatur circa illud obiectum, quatenus est iniuriosa alteri, quia scilicet persona illa sit iuncta matrimonio, aut quòd marito fiat iniuria; sed versatur circa illud obiectum, quatenus est delectabile secundùm tactum, nimirum, quia mulier pulchra. Ergo non contrahit maliriam ab illa circunstantia. Probatur consequentia, quia in illa delectatione, neque expressè, neque interpretatiuè, approbatur iniuria in maritum, cùm nullo modo consentiatur in opus externum, vt re ipsa exequendum, quo solo iniuria irrogatur. Idem videtur dicendum si persona sit affinis, vel Religiosa: præscinditur enim ab hac circunstantia, nec ea quicquam confert ad illam delectationem. Ita Lessius, qui probabilem, vt reuera est, vocat hanc opinionem, sicuti etiam vocauit Bonacina *vbi suprà*. Emanuel Sà *ver. luxuria, num.* 3. Ioan. Salas *in p.2. tom.2. tract.13. disp. 6. sect.6. num.56.*

Sup. hoc primo casu sups. in Ref. 100. & in aliis eius primæ not. & pro secundo ibidem prope finem dictæ Resol. à vers. Verum. & in aliis eius annot.

3. Nota verò, quòd excipiuntur ex ista doctrina duo casus. Primus est coniugatorum. Secundus est habentium votum absolutum castitatis; hi enim in quauis delectatione morosa, non solùm peccant contra castitatem sed etiam illi contra fidem in matrimonio datam, isti contra Religionem; sic Reginaldus, Bonacina, Vasquez, & Coninch, *vbi supra*.

4. Ad argumentum contrariæ sententiæ respondetur, voluntatem efficacem accipere malitiam ab opere externo quod habet pro objecto secundum analogiam deriuatam; delectationem verò simplicis complacentiæ, non item sic Vasquez *loco citato*.

RESOL. CV.

An in delectatione morosa circunstantia de copula sodomitica sit in confessione aperienda;

Et pro elucidanda doctrina huius quæstionis alia cursim adducuntur in textu huius Resolutionis? Ex part. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 3.

§. 1. PRo negatiua sententia scio aliquos me adducere, sed non benè. Ideò assero, quod optimè Pater Vasquez *in par. 2. tara disp.* 11. de hac quæstione philosophatur. Primò ergo ait, duplices posse esse circunstantias obiecti turpis, v.g. quasdam intra eandem materiam diuersificantes: vt, v.g pollutionem simplicem, fornicationem, sodomiam, bestialitatem: in his admittit, diuersam esse delectationum malitiam, si sumatur ex bestialitate cogitata, quam si sumatur ex fornicatione: alias verò esse circunstantias, quæ ad aliam speciem peccatum carnis transferunt: v.g. quòd sit in loco sacro, cum virgine, cum vxorata, &c. per quas transfertur copula ad rationem iniustitiæ, sacrilegij, &c. ab his autem fusè probat non deriuari specialem malitiã; ideóque in genere moris omnes esse eiusdem speciei. Dicendum est itaque pro prima parte, quod possumus species infamas malitiæ delectationis venereæ quærere intra subalternam castitatis speciem, & intra hanc certum est speciem distinctam desumere, à distincta obiecti specie: distincta enim est species, delectationis de copula sodomitica, ac de fornicaria, & ab vtraque specie distinguitur delectatio de pollutione, quarum specierum diuersitas continetur intra obiectum adæquatum castitati oppositum. Et ita hanc sententiam, præter Vasquez, docet nouissimè doctissimus Ouiedo *c.2. tr.6. de vitiis, & peccatis, contr.4. punct.7. num.54.* Lessius *lib. 4. c. 3. n. 112.* Salas *tra. 13. disp. 6. n. 56 & 57.* Castrus Palaus *to. 3. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 4. num. 4.* Quòd autem circunstantiæ, quæ ad aliam speciem peccatum carnis transferunt, v.g. quòd sit cum vxorata, cum Moniali, sistentes tamen in appetitu sensitiuo sine efficaci voluntate, esse eiusdem speciei, *alibi* satis probaui, & me citato, nouissimè firmat Ouiedo *vbi supra, num.* 57. Quidquid etiam nouissimè non minùs probabiliter asserat Serra *in 1.2. D. Thomæ, to. 1. quæst. 74. art. 8. dub. 1.* Et alij. Et patet ex natura ipsius delectationis, quæ cùm non coniungatur cum opere externo, necessum est, non trahere secum malitias omnes, quas trahit opus externum, sicuti illas contrahit affectus efficax ex eo, quòd cum externo opere coniungatur: sed eas tãtùm, quas attingit ex parte obiecti: cùm autem, qui delectatur de fornicatione habita cum coniugata, aut cum Moniali, possit ipsa delectatione abstrahere à circunstantia coniugij, & monialatus: sic etiam à malitiis, quas hæ circunstantiæ deriuant in externum opus, & in illius efficacẽ affectum. Deinde delectatio fornicationis cum Moniali, habita ab eo, qui votum non emisit, non potest esse contra votum illius, qui delectationem capit, quia hoc non subsistit; nec contra votum Monialis, quia materia huius voti tota est posita in actibus ipsius Monialis quorum nullum inducit talis delectatio. Idem, proportione seruata, dico de delectatione habita à soluto fornicationis cum coniugata: ex fide enim coniugij tantùm debet coniux alteri coniugi proprios actus, & ad nullum horum ordinatur aliena inefficax delectatio, etiamsi respiciat vt obiectum, actum alterius coniugis: quia delectatio per se cum suo subiecto non coniungitur.

Alibi in duabus Ref antecedentibus & infra in Ref. 165 §. In Ref. 48.

2. Confirmatur: Si audias tuum inimicum occisum esse in loco sacro, de illiúsque morte delecteris ex displicentia personæ, & committas odij peccatum: sacrilegium ex eo non committis: ergo delectatio non secum trahit malitias omnes in obiecto repertas. Item, si audias verba facetiæ; sed contumeliosa, & impura, & de illis delecteris, quatenus facetiam includunt, & risum excitant, nullo habito respectu ad contumeliam, & impuritatem in illis repertam, non peccas contra iustitiam, aut castitatem: ergo necessum non est, delectationem secum trahere malitias omnes afficientes suum obiectum.

3. Dicendum est itaque, delectationes morosas, quæ sunt peccata mortalia, non habere omnem malitiam operis externi, ac proinde nec varias species sortiri iuxta varietatem eorum, quæ in opere externo reperiuntur. In morosis delectationibus cum rapta, cum consanguinea, vel vxore alterius, vel cum virgine Deo dicata, nulla est malitia mortalis contra aliam virtutem, quàm contra castitatem: ergo omnes sunt eiusdem speciei, & non habent malitiam, nisi solius simplicis fornicationis. Antecedens probatur: qui de his morosè delectatur, non delectatur de iniuria, & irreuerentia, sed solùm de ipso actu fornicationis: nec allicitur à delectabili, quod est in iniustitia, aut impietate, aut sacrilegio; sed quod est in fornicatione: ergo non peccat contra iustitiam peccato adulterij, stupri, vel raptus, nec contra religionem peccato sacrilegij, nec contra pietatem peccato incestus; sed solùm contra castitatem peccato simplicis fornicationis.

4. Verùm

4. Verùm, his non obstantibus, quoad principale quæsitum huius Resolutionis, non deseram hic adnotare, negatiuam sententiam docere, sapientissimum Patrem Arriaga *in Cursu Theolog. tom. 3. disp. 47. sect. 4. num. 25.* vbi sic ait: [Si tota ratio, ob quam eiusmodi cogitationes sunt malæ, consistit in periculo grauium motuum pollutionis, vt multi dicunt; tunc non solùm censeo cum Patre Vasquez, eas circunstantias, quæ constituunt obiectum contra aliam virtutem; sed & illas priores contra ipsam castitatem, non variare vllo modo speciem peccati in delectationibus: *v.* g. quòd sit contra naturam, quòd sit sodomia, bestialitas, &c. Ratio est manifesta: quia cùm (vt *suprà* diximus) delectationum malitia non desumatur ex malitia obiecti; probauimus enim de obiecto bono posse esse malas; sed præcisè ex eo, quòd causent pollutionem, & motus, vt in hac conclusione supponimus: hi autem motus, & pollutio, eadem sint, siue ex sodomia cogitata, siue ex fornicatione proueniant, non video, cur debeat inde desumi vlla diuersitas specifica peccati; sicut in sententia illorum, qui dicunt, peccare contra castitatem eum, qui dat causas pollutionis in cibis, vel equitatione: certè si eodem modo sequatur pollutio ex cibis, quo ex equitatione, idem omninò erit peccatum equitare, quod comedere.

5. Et *paulò post*, *num.* 27. sic etiam asserit: [In nostra sententia, quæ ex tribus capitibus desumit integram malitiæ mortalis rationem in his cogitationibus repertam, nempe, ex vi causatiua motuum turpium, & pollutionis de præsenti; item consensus absoluti in copulam de præsenti; denique ex eo, quòd statui matrimonij derogare videantur, videtur consequenter dicendum, non esse absolutè diuersas in genere peccati mortalis, siue de copula sodomitica, siue de pollutione sola, siue cum virgine, siue alio quocunque modo desumantur. Ratio est quia (vt in prima conclusione ostendi) ex parte motuum omnes hæ delectationes sunt æquales: ergo, licèt in aliis duobus capitibus differant; quia tamen ea duo sola capita non causant malitiam mortalem in eis delectationibus; non erunt in malitia mortali diuersæ. Adde, in tertio capite, derogandi, scilicet, statui matrimoniali, etiam non differre: quòd enim sint de hoc, vel illo obiecto, non propterea magis derogant, nisi fortè quatenus sunt magis intensæ & vehementiores; hoc autem non pendet ab eo, quòd sint contra naturam, &c. imò (vt obseruaui *suprà*) per se loquendo, minùs potentes videntur esse hæ; quia sunt de obiecto, quod minùs natura appetit, imò à quo per se abhorret. In sola ratione secunda de consensu differunt illæ, quæ sunt de copula specie diuersa, vt dixi in tertia conclusione; illæ autem, quæ solùm desumuntur ex diuersa circunstantia personæ vxoratæ, aut Deo sacræ, non differunt, vt *ibidem* etiam ostendi: ergo hæ inter se nullo modo habent diuersam grauitatem ab vllo ex his tribus capitibus, quæ nos posuimus: aliæ verò, esto, habeant diuersitatem ex secundo; quia tamen, iuxta *paulo antè* dicta, nisi illa tria sumantur simul, non dant grauitatem sufficientem ad mortale; ideò nec grauitas maior ex vno solo capite proueniens sufficit ad tribuendum delectationi grauitatem specie diuersam in genere mortalis, quæque necessariò in Confessione debeat explicari. Dico, *necessariò debeat explicari:* nam malitia intra grauitatem venialis tantùm diuersa, non est materia necessaria Confessionis, sicut nec reliqua venialia; potest tamen esse materia sufficiens. Hæc mihi, tam iuxta propria principia de malitia earum delectationum, quàm iuxta aliena, videntur consequenter esse dicenda.] Hucvsque Arriaga.

6. Sed ego non audeo discedere ab affirmatiua sententia, quam, præter Doctores citatos, tenet doctus, & amicissimus Pater Lugo *de prin. Theol. mor. par. 2. c. 1. q. 4. n. 46.* Dico igitur, in delectationibus venereis sumi malitiam non solùm à motiuo; sed etiam à circunstantiis, quæ dicunt specialem oppositionem cum castitate, v. g. si quis delectetur de copula sodomitica, vel bestiali, debebit has circunstantias confiteri: quia distinctam speciem malitiæ refundunt in delectationem ex ipso motiuo desumptam.

RESOL. CVI.

An qui delectatur de peccatis confessis, teneatur explicare illa?

Et an hoc procedat etiam in casu, quo Religiosus delectatur de adulterio aliàs commisso, si de eo delectatur, non quatenus fuit iniuriosum marito adultera, sed solum quatenus fuit fornicatio?

Et notatur, quòd si quis vere, vel falso se laudauit de peccato mortali vere admisso, vel non admisso, quamuis nõ adfuerit de tali peccato de quo se laudat, gaudium, complacentia, aut delectatio morosa, sed sola vana iactantia, etiam fatenda sunt circumstantia, quibus illud peccatum est effectum, vt si sit de percussione Clerici, vel de peccato cum coniugata, &c.

Etiamque aduertitur, quod si sola esset iactantia de peccatis mortalibus in genere, sufficit dicere, toties peccaui, laudem, & gloriam quærendo de peccatis mortalibus, licet non specificentur illa peccata mortalia, quæ forte non fecit, vel alias quis confessus est.

Insuper docetur, quod si quis coiat cum aliquo, & postea cum fratre illius, sufficit in confessione exprimere duo peccata nefaria; nam nulla affinitas oritur ex actu præpostero, & extra vas debitum.

Item, si sodomia commissa est cum persona cognata cognatione spirituali, vel legali, non est necessario explicanda circumstantia cognationis; vt si quis congressus est cum persona à se baptizata, vel leuata ex Baptismo, vel cum adolescente sibi in filium adoptato. Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Res. 20.

§. 1. NEgatiuè respondet Emmanuel Sa *verb. confessio n. 16.* vbi sic ait: Qui delectatus est de peccatis præteritis aliàs confessis, id solùm oportet confiteatur, non autem exprimere quæ illa fuerint peccata. Ita ille. Vnde ex hoc infert Pellizzarius *in Man. Regul. tom. 1. tr. 5. cap. 3. sect. 1. num. 31.* id procedere etiam in casu, quo Religiosus delectetur de adulterio aliàs commisso: si de eo delectetur non quatenus fuit iniuriosum marito adulteræ, sed solum quatenus fuit fornicatio: quod puto communiter euenire; nam in confessione illæ tantum circumstantiæ exprimi debent, quæ fuerunt intentæ, ac volitæ: in nostro autem casu circumstantia adulterij non fuit intenta, vt suppono.

2. Sed quicquid sit de casu Patris Pellizzarij, & de alio inferius apponendo, puto doctrinam Sà esse refellendam, & ideò verba citata fuerunt deleta in Editione Romana Magistri Sacri Palatij: & illam refellit indiuidualiter contra Sà Pater Sanchez *in Summa tom. 1. lib. 1. c. 2. n. 11.* nec aliter est sentiendum.

3. Nota verò, quod si quis verè, vel falsò se laudauit de peccato mortali verè admisso, vel non admisso, quamuis non adfuerit de tali peccato, de quo se laudat, gaudium complacentia, vel delectatio morosa, sed sola vana iactantia, etiam fatendæ sunt circumstantiæ, quibus illud peccatum est effectum: vt si sit de percussione Clerici, sit fatenda ordinis circumstantia, vel si sit de peccato cum coniugata, sit fatenda coniugij circumstantia, quia hoc peccatum de iactantia vana Sup. hoc supra in Res. 37. 38. & 39.

peccatorum

peccatorum ad eam ſpeciem reducitur, cuius eſt illud peccatum, de quo eſt iactantia; virtus enim contraria non tantum peccatum contrarium, ſed etiam delectationes moroſas, & iactantiam, quia id peccatum tanquam bonum approbatur, cohibet. Et ita docet Candidus *tom.2. diſquiſ.14. art.21. dub.31.* Satis quidem probabiliter. Sed etiam probabiliter me citato contrarium tenet Leandrus *de Sacram. tom. 1. tract. 5. diſp.8. §.3. quæſt. 12.* & me etiam citato Pellizarius, vbi ſupra; quia tota malitia quæ eſt in peccato iactantiæ conſiſtit in eo, quod peccatum ſumitur, vt mediũ ad captandam ex ipſo gloriam, & laudem; ad hoc autem per accidens ſe habet quod ſit hoc, vel illud peccatum; vnde fit, vt ſicut peccata, quibus violatur votum, ſemper ſint eiuſdem ſpeciei (cum ſolum attendatur irreuerentia Deo irrogata in violatione voti) ſic gloriatio de peccato ſemper ſit eiuſdem ſpeciei; cum hic item attendatur ſolum irreuerentia facta Deo quatenus ex eius offenſa intendit quis conſequi honorem, & gloriam.

4. Nota etiam, ſtando in opinione Patris Candidi, ſi ſola eſſet iactantia de peccatis mortalibus in genere, ſufficeret dicere, toties peccaui, laudem, & gloriam quærendo de peccatis mortalibus, licet non ſpecificentur illa peccata mortalia quæ fortè non fecit, vel alias quis confeſſus eſt: quia tunc non eſſet iactantia peculiaris alicuius turpitudinis, ſed in genere vt ſit peccatorum mortalium.

Sup. hoc infra in Reſ. 137. & in aliis eius primæ not.
Sup. his infr. in Reſ. 139. per totam.

5. Nota inſuper hic obiter cum dicto Candido, vbi ſuprà, *art.22. dub.24.* quod ſi quis coëat cum aliquo, & poſtea cum fratre illius, ſufficit in confeſſione exprimere duo peccata nefaria: nam nulla affinitas oritur ex actu præpoſtero, & extra vas debitum. Item ſi ſodomia commiſſa eſt cum perſona cognata cognatione ſpirituali, vel legali, non eſt neceſſariò explicanda circumſtantia cognationis: vt ſi quis congreſſus eſt cum perſona à ſe baptizata, vel leuata ex Baptiſmo, vel cum adoleſcente ſibi in filium adoptato; quia nulla eſt lex ſpecialis, quæ eos coïtus prohibeat, præter legem naturalem in genere prohibente Sodomiticum peccatum.

RESOL. CVII.

An qui commiſit inceſtum cum matre, vel filia, aut ſorore debeat explicare circumſtantiam perſonæ ſibi iunctæ ſanguine, vel affinitate naturali, vel legali, aut ſpirituali, an ſatis ſit dicere, pollui me peccato inceſtus duabus vicibus, &c? Ex part. 1. tract.7. Reſ.31.

Sup. hoc in tribus Reſ. hanc ſequentibus, & in quarta §. Los grados. & infra in Reſ. 137. §. Verũ. curſim in fine, & aliquid in Reſ. 138. §. vlt. & in Reſ. 163. §. Quærto ſexto. & in R. 165. §. In Reſ. 31. & ſuprà in Reſ. 17. §. vlt. poſt medium. verſ. Probatur. & in Reſ. 18. §. Et tandem. & ſeqq.

§. 1. RESpondeo, quòd aliqui tenent, inceſtum eſſe diuerſæ ſpeciei, non ſolùm in linea conſanguinitatis, & affinitatis deſcendentium, & aſcendentium; ſed etiam in gradibus ſingulis vtriuſque lineæ, ita vt quot ſunt gradus conſanguinitatis, & affinitatis, tot ſint ſpecies diſtinctæ inceſtus: & ſecundùm hanc opinionem dicunt circumſtantiam perſonæ ſibi coniunctæ eſſe neceſſariò explicandam, quia mutat ſpeciem. Et ideò, qui filiam, vel ſororem vxoris, vel neptem cognouit, non ſufficeret dicendo: Peccaui cum affine, vel conſanguinea, vel cum vna aſcendentium, vel deſcendentium: ſed deberet dicere, cum filia vel nepte, vel ſorore vxoris, &c. Quinimò, ſi quis peccaſſet cum matre, non ſatisfaceret dicendo: Peccaui cum vna in primo gradu conſanguinitatis.

2. Verùm, iuxta opinionem D.Thom. 2.2. *q.154. art. 9.* & Caietan. *ibid.* quia inceſtus inter conſanguineos, & affines, non differunt ſpecie in genere moris, & in iudicio ſacramentali; ſufficit, vt ille, qui cum ſorore peccauit, dicat: Commiſi inceſtum ſemel, vel bis, non explicando perſonam ſibi coniunctam. Et quamuis grauior ſit inceſtus cum filia, vel matre, quàm cum ſorore, vel nepte, vel conſobrina vxoris: tamen, quia iſta grauitas auget malitiam intra eandem ſpeciem, non eſt neceſſariò confitenda. Et hæc opinio D. Thomæ magis placet, quam probabilem vocat Filliuc. *in quæſt. mor. tom.2. tract. 30. cap.5. n.97.*

3. Dicendum eſt igitur cum Nugno *in addit. ad 3. p. tom.1. q.9. a. 2. dub. 3.* diuerſitatem graduum non facere diuerſitatem ſpecificam in inceſtu; ſed eſſe circumſtantiam aggrauantem, quam ego probabiliter puto non eſſe in confeſſione neceſſariò explicandam. Et ita in terminis docet Gyprius *tr. de caſ. reſer. c 8. n.5.* & ex noſtris P. Megala *in 1. p. lib.5. cap.12. n.9.* & alij. Circa præſentem quæſtionem vide Azor. *p.1. lib. 3. c.9. q.1.* Bonac. *de Sacr. diſp.5. q.5. ſect.2. punct.2. §.3. diffic.3. n.9.* Vaſquez *in 3. p. tom.4. quæſt.91. art.1. dub.4. n.18.* Valentiam *tom.4. diſp.7. q.11. punct.1.* Suarez *in 3. par. tom.4. diſp.22. ſect.3. n.7.* Coninch *de Sacr. diſp. 7. dub.3. n.13. & 21.* Saytum *in claui regia, lib.8. c.4. n.3.* Rodriquez *in ſumm. tom.1. cap.107. n.3.* Leſſium *lib. 4. c.3. dub.11. n.79.* Reginaldum *in praxi, tom.2. lib.22. cap.2. ſect.5. n.17.* Nauarrum *cap.16. n.3.* Petrum Ledeſma *in ſumm. tom.1. de Sacram. pœnitent. cap.19. concl.4. fol. mihi 317.* Henriquez *lib.5. cap.8. n.1.* Sotum *in 4. diſt. 18. quæſt.2. art. 4. concl.8. & diſt.40. quæſt. vnica, art. 4.* Llamas *in 3. p. Methodi, cap. 8. §. 19.* & alios. Vide, quæ addidi in hanc Reſolutionem, *in tertia huius Operis Parte, Tract. 4. de Sacrament. Reſol.68.*

Quæ hic eſt intra Reſ. 165. § In Reſ. 31. &c.

RESOL. CVIII.

An inceſtus cum matre, & inceſtus cum filia differant ſpecie?

Et curſiſſimè docetur, quod inceſtus cum nouerca, ſi Pater viuat, habet malitiam ſpecie diſtinctam, ac haberet, ſi Pater obiiſſet, etiam ſi nouerca verum aliunt dixerit. Ex part. 9. tr.9. & Miſc.4. Reſ. 21.

Sup. hoc in Reſ. præterita & in omnibus aliis eius primæ not.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Eminentiſſimus Lugo *de pœnitent. diſp.16. ſect. 6. num.314.* quia diuerſa malitia eſt in filio, quando peccat cum matre contra reuerentiam ſanguini debitam, ac in patre, quando peccat cum filia.

2. Sed negatiuam ſententiam docet Pater Ouiedo *in p.2. D. Thomæ, tract.6. contr.5. punct.3. §.11. num.76.* Firmat enim eiſdem malitiis peccare patrem peccantem cum filia, & filiam peccantem cum patre, quia etſi diuerſa malitia poſſit deſumi ex reuerentia, quam filia debet patri, ab ea, quæ ſumitur ex circumſtantia paternitatis, quatenus præciſè ſe tenet ex parte patris, vtramque tamen contrahunt tam pater, quam filia, quia vtraque inhæret eidem fornicationi, ad quam pater, & filia indiuiſibiliter concurrunt. Cum autem eiuſdem ſpeciei ſit malitia filiæ fornicantis cum patre, & filij fornicantis cum matre, ſit patrem fornicantem cum filia, quia in cauſa eſt, vt filia cum ipſo fornicetur, contrahere malitiam deſumptam ex fornicatione filiæ cum patre eiuſdem omninò ſpeciei cum malitia deſumpta ex fornicatione filij fornicantis cum matre, ac proinde tam patrem fornicantem cum filia, & filiam fornicantem cum patre contrahere malitias eiuſdem omninò ſpeciei. Iuxta hanc doctrinam, ſufficiet in confeſſione explicare fornicationem habitam cum conſanguinea intra primum gradũ lineæ rectæ, quin explicetur an fuerit cum matre, vel cum filia. Deinde, quia probabile eſt, intra lineam rectam conſanguinitatis inceſtus omnes eſſe eiuſdem ſpeciei, ſufficiet dicere in confeſſione

commiſi fornicationes cum conſanguinea intra lineam rectam. Hæc omnia Ouiedo; cuius ſententiæ, tanquam probabiliori ego adhæreo: non nego tamen ſeoteutiam Lugo eſſe probabilem, qui quidem *num.* 31. optimè docet, quod inceſtus cum nouerca ſi pater viuat, habet malitiam ſpecie diſtinctam, ac haberet ſi pater obiiſſet, etiamſi nouerca virum alium duxerit.

RESOL. CIX.

An qui habuit rem cum matre, vel ſorore, teneatur in confeſſione hanc circumſtantiam explicare?

Et an omnes gradus conſanguinitatis ſpecie diſtinguantur à gradibus affinitatis?

Et notatur diuerſo modo violari pietatem cognatorum occidendo, quam fornicando; & hoc etiam intelligendum eſt etiam in ſacrilegiis, v. g. diuerſo modo violatur Religio fornicando cum virgine ſacra Deo, quam percutiendo illam, &c. Ex part. 11. tt.8. & Miſc.8. Reſ.63.

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 107. & in omnibus aliis eius primæ annot.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Fagundez *in decal. tom. 2. lib. 6. c. 6. num. 25.* vbi ſic ait? Primò eos, qui committunt inceſtum in primo conſanguinitatis gradu veluti cum matre, aut cum ſorore, aut cum filia, aut filius cum matre, teneri hanc circumſtantiam primi gradus conſanguinitatis in vtraque linea recta, & tranſuerſa in confeſſione explicare, quia eſt peccatum diſtinctum ſpecie à teliquis omnibus gradibus, & non ſufficit dicere; commiſi inceſtum in gradu prohibito; ſed opus eſt declarare, in primo gradu conſanguinitatis; imò non ſufficit dicere; commiſi inceſtum in primo gradu conſanguinitatis, ſed opus eſt explicare lineam, in qua commiſſus fuit, rectam, vel tranſuerſam; quia licèt primus gradus conſanguinitatis non diſtinguatur ſpecie, ſi ſit lineæ rectæ, à primo gradu conſanguinitatis lineæ tranſuerſæ; habet tamen primus gradus conſanguinitatis lineæ rectæ ſpecialem deformitatem quæ notabiliter aggrauat peccatum: circumſtantiæ autem notabiliter aggrauantes ſunt de neceſſitate confeſſionis: nam parentes debent filiis bonam educationem, morum informationem, ac diſciplinam, & filij parentibus naturalem ſubiectionem, & reuerentiam, & hæc ad inuicem violantur, ſi ad inuicem commiſceantor: deinde frater debet ſorori, & ſoror fratri naturalem quandam ac mutuam fidelitatem, quæ etiam contra omne ius naturæ violatur ad inuicem, ſi ad inuicem nefariè copulentur, quare opus eſt etiam explicare primum hunc gradum conſanguinitatis lineæ tranſuerſæ, dicendo; peccaui in primo gradu conſanguinitatis lineæ tranſuerſæ.

Sup. hoc in Reſ. ſeq prope finem, verſ. plus addens. & in Reſ. 1. poſt ſeq. §. Nota etiam.

2. Et rurſus cùm omnes gradus conſanguinitatis ſpecie diſtinguantur à gradibus affinitatis, opus eſt etiam declarare ſit ne inceſtus commiſſus in ſpecie affinitatis, vel conſanguinitatis. Deinde licèt omnes huiuſmodi conſanguinitatis gradus (excepto primo) tam lineæ rectæ, quàm tranſuerſæ qui à reliquis ſpecie diſtinguitur, non diſtinguantur ſpecie, ſi inter ſe comparentur, habent tamen circumſtantias notabiliter aggrauantes, & minuentes, quæ neceſſariò ſunt explicandæ: nam quamuis omnes conſanguinitatis gradus lineæ rectæ ſint contra eandem virtutem pietatis, & reuerentiæ, quam iure naturali filij, & filiæ parentibus, auis, & proauis debent: & licèt etiam omnes gradus lineæ tranſuerſæ ſint contra eandē virtutem fidelitatis, & cuſtodiæ qua fratres in ſorores, & ſorores in fratres aſtringuntur, tamen hæc pietas & reuerentia graduū lineæ rectæ, & hæc fidelitas graduum lineæ tranſuerſæ, eſt maior, aut minor, prout propinquiori, aut remotiori gradu coniunguntur; & ſic quo propinquior eſt gradus in vtraque linea, eò grauior eſt circumſtantia, & magis aggrauans: quare tenetur etiam inceſtuoſus in confeſſione explicare gradum conſanguinitatis, in quo inceſtum commiſit, dicendo; peccaui in primo, ſecundo, tertio, vel quarto gradu conſanguinitatis lineæ rectæ, vel tranſuerſæ, vt patet. Et idem cum proportione quadam dicendum eſt de gradibus affinitatis. Ita Fagund. & alij.

3. Verùm hanc ſententiam quoad primam partem, non verò quoad aliam ſuſtinet etiam Card. Lugo *de pœnit. diſp. 16. ſect. 3. n. 145.* vbi ſic ait; Septimò obiici ſolet, quia in inceſtu explicari debet gradus conſanguinitatis, & affinitatis, licèt non afferant ij gradus diuerſitatem ſpecificam: ergo ſolum deberi explicari propter maiorem grauitatem intra eandem ſpeciem.

4. Reſpondetur, ſi inceſtus non ſint ſpecie diuerſi ex graduum diuerſitate non eſſe gradus in confeſſione explicandos, de quo latiùs *infra ſect. 6.* An verò ſint ſpecie diuerſi eſt magna quæſtio, de qua Vaſquez *in præſenti, dub. 4. à n. 11.* & mihi probabile eſt differre ſpecie coitum cum parentibus ab aliis omnibus propter ſpecialem deformitatem, quæ oritur ex ſpeciali reuerentia parentibus debita, quæ non debetur aliis conſanguineis. Probabile etiam videtur differre ſpecie coitum cum fratre, aut ſorore ab aliis, quia probabilius eſt hunc eſſe iure naturæ interdictum, vt cum communi probat latè Th. Sanch. *de matrimon. diſput. 51. num. 15.* & hoc quidem propter ſpecialem fœditatem, quæ eſt in illa coniunctione, eò quod fratres ab incunabulis conuiuentes, & ſimul nutriti nimis procliues eſſent ad coitum, niſi naturæ fræno cohiberentur ob illam nimiam coniunctionem. In reliquis autem gradibus prohibitis tranſuerſalibus conſanguinitatis non videtur eſſe differentia ſpecifica, ſed grauitas maior, vel minor non neceſſario explicanda, prout ipſi etiam Authores contrariæ ſententiæ concedunt, tertium vel quartum, non eſſe neceſſariò explicandum, imò aliqui idem dicunt de ſecundo, eò quod non aggrauet notabiliter. De gradibus verò affinitatis probabile eſt primum gradum lineæ rectæ differre ſpecie ab aliis, eò quod habeat ſpecialem quandam deformitatem, propter reuerentiam quaſi paternam debitam vxori patris, vel marito matris. De aliis verò gradibus tranſuerſalibus verius videtur non eſſe explicandos in particulari, quia non addunt diuerſitatem ſpecificam. Scio aliquos concedere nullum prorſus gradum conſanguinitatis, vel affinitatis eſſe neceſſariò explicandum, ſed ſolam malitiam inceſtus, etiamſi ſit cum filia vel ſorore, quam ſententiam poſt alios ſequitur Diana *in tract. de circumſtantiis aggrauantibus reſolut.* 31. vbi alios refert. Hucvſque Lugo; cui adde Dicaſtill. *vbi infrà*, & Leand. *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. diſput. 8. §. 3. q. 36.* Sed licet ſupradictæ opiniones ſint probabiles, ego tamen non recedo à ſententia negatiua quam olim docui, nempè in his caſibus non eſſe explicandos gradus conſanguinitatis, & affinitatis, etiamſi eſſet primus, & præter alibi à me adductos, hanc ſententiam ſequuti ſunt me citato Ioannes de Soria *in epilogo Summarum part. 2. tract. 1. ſect. 1. diſput. 6. §. 9. numer. 6.* & me citato Henriq. *in qq. Select. ſect. 8. q. 14. num. 31.* & me citato Martin. de San Ioſeph *in Monit. Confeſſ. tom. 1. lib. 1. tom. 20. de Pœnis. n. 20.* & me citato Mazuchellus *de caſ. reſeru. diſp. 1. cap. 4. diffic. 5. n. 28.* Vnde nouiſſimè me citato hanc ſententiam tanquam probabilem admittit Trullench *in Decalog. tom. 1. lib. 6. cap. 2. dub. 6. n. 5.* & me citato Dicaſtill. *de Sacr. to. 1. tr. 8. diſp. 9. dub. 6.*

Quæ hic eſt ſupra Reſ. 107.

dub.6. n. 274. vbi ſicait: Nihilominus quamuis quæ dixi de reuerentia graduum in recta linea, & tranſuerſali in conſanguinitate inter ſe, & in affinitate inter ſe probabilius exiſtimem; non videtur improbabile conſanguinitatis gradus inter ſe & affinitatis inter ſe non diſtingui ſpecie; atque adeo peccatum cum conſanguineo in vno, aut altero gradu eſſe eiuſdem ſpeciei, quamuis ſit notabiliter maior malitia inter propinquiores, quàm inter minus propinquos. Vnde non deſunt teſte Corduba *q. 2. lib. 1. quæſt.*.. qui exiſtiment gradus conſanguinitatis non eſſe neceſſario inter ſe diſtinguendos, & explicandos in confeſſione, ſicut nec gradus affinitatis inter ſe; quin ſufficiat pœnitentem dicere ſe cognouiſſe perſonam conſanguineam non declarando gradum conſanguinitatis, aut affinem, non declarando gradum affinitatis, quod alij vel verum, vel probabile docent. Legatur Diana, qui ita probabiliter ſentientes affert plures 1. *part. tr. 7. reſol.* 51. inter quos Hurtado, qui putat in eadem linea omnia eſſe eiuſdem ſpeciei. Imò Caietanus etiam in diuerſa linea 2. 2. *q.* 154. *art.* 9. quem & alios refert Diana non ſolum ibi *ſect. 1. tract. 4. reſol. 67. & p. 4. tract. 4 reſol.* 234. *& p. 5. tract. 14. reſol.* 57. Hucvſque Dicaſtillus.

Quæ hic eſt ſuprà Reſ. 107.

Hæc tres Reſ. citatæ in hoc textu hic ſunt infra Reſ. 120. 163. & 165.

5. Remanet itaque ſatis probabilis noſtra ſententia, quam iterum hîc confirmare volui ad compeſcendam audaciam cuiuſdam Religioſi, qui his diebus vocauit hanc ſententiam latam & improbabilem; O lepidum caput! Non deſinam tamen hîc adnotare, Dicaſtill. *vbi ſupr. num.* 275. docere, diuerſo modo violari pietatem cognatorum occidendo quam fornicando, intelligendum etiam eſt in ſacrilegiis: diuerſo enim modo violatur Religio fornicando cum virgine ſacrata Deo, quam percutiendo illam. Quamuis enim oppoſitum videatur docere S. Th. 2. 2. *q.* 99. *art.* 3. *ad* 2. docens eandem eſſe ſpeciem, virginem ſacram percutere, aut fornicati cum illa; ibi tamen diſtinguit ſpecies ſacrilegij, vt alia ſit inter res ſacras, alia in locum, alia in perſonas, ſed vt rectè interpretatur Vaſquez, ea diuiſio non eſt in ſpecies infimas, ſed in ſubalternas: In quo Vaſq. etiam ipſe *num.* 19. ſui memor (niſi fortè alij id notauerint in poſthumo libro) notat ſe retractare doctrinam quam tradidit *tom. 1. in 3. part. diſput.* 98. *cap.* 4. & merito quidem, quia alio modo ſeruatur reuerentia perſonæ ſacræ ſeruando illius caſtitatem, non vitiando illam, quàm ſeruando illius ſanitatem, & vitam non percutiendo ſicut & locus etiam ſacer: alio modo violatur furto, aut extrahendo hominem à loco ſacro (quæ duo non putat Vaſquez differre) & alio modo violatur effuſione ſeminis, aut ſanguinis. Hæc Dicaſtillus.

RESOL. CX.

An gradus cuiuſlibet inter ſe affinitatis, vel conſanguinitatis ſint in confeſſione diſtinguendi? Vel an ſufficiat, ſi pœnitens dicat ſe perſonam conſanguineam cognouiſſe, non declarando gradus conſanguinitatis; & ſe perſonam affinem cognouiſſe non declarando gradum affinitatis?

Et an conſanguinitas ſit diſtinguenda in confeſſione ab affinitate? Ex part. 4. tractat. 4. & Miſc. Reſol. 234.

Alibi in Reſ. quæ hic eſt ſupra Reſ. 107. & in omnibus aliis eius primæ annot.

§. 1. DE hac re alibi actum eſt, nunc tamen tantùm adducam verba Gaſparis Hurtado *de Sacram. diſp. 9. de pœnit. difficult. 4. §. Quid ſit aſſerentis.* Difficile exiſtimamus, gradus ipſos conſanguinitatis inter ſe, & gradus affinitatis inter ſe eſſe neceſſariò diſtinguendos, quia difficile eſt, gradus ipſos conſanguinitatis inter ſe, vtpote inter ſe eiuſdem ſpeciei, & gradus affinitatis inter ſe, vtpote inter ſe eiuſdem ſpeciei, addere malitiam diſtinctam ſecundùm ſpeciem, quamuis intra eandem ſpeciem addant notabiliter maiorem illi, qui ſunt propinquiores, ob quod non deſunt (vt Corduba *quæſt.* 2. refert) qui exiſtimant, gradus conſanguinitatis non eſſe inter ſe neceſſariò diſtinguendos, & explicandos, neque gradus affinitatis inter ſe, ſed ſufficere, ſi pœnitens dicat, ſe perſonam conſanguineam cognouiſſe, non declarando gradus conſanguinitatis, & ſe perſonam affinem cognouiſſe, non declarando gradum affinitatis. Ita Hurtado, & ante illum Caietanus *in 2. 2. quæſt. 154. art. 9.* plus addens, & tenens, conſanguinitatem non eſſe diſtinguendam ab affinitate, quia malitia inceſtus, quam conſanguinitas addit, eſt eiuſdem ſpeciei cum malitia, quam addit affinitas; licèt quoad vtrumque negetur à Nauarro *in manual. cap. 16. numer.* 3. vbi tenet, in confeſſione conſanguinitatem eſſe neceſſariò diſtinguendam ab affinitate, ſicut & gradus cuiuſcumque inter ſe.

Sup. hoc in Reſ. [illegible] §. Et ſurſus & in [illegible] ſeq. §. N. [illegible]

RESOL. CXI.

Quis concupierat ſæpius habere copulam cum matre, & filia, quæſiuit a me, an teneatur iſtam circumſtantiam in confeſſione aperire?

Et notatur conſanguinitatem ab affinitate, & gradum affinitatis. & conſanguinitatis non differre ſpecie; & ideo hoc non eſt neceſſarium explicare in confeſſione. Ex part. 10. tr. 15. & Miſc. 5. Reſ. 13.

§. 1. RESpondi negatiuè, & quod deſiderans luxuriar. cum duabus fœminis, quarum vna eſt mater, & altera eius filia non conſanguineæ, aut affines concupiſcenti non addat circumſtantiam ſpecialem, quia ſi adderetur, maximè ex inceſtu, ſed hoc verum non eſt, quia peccatum inceſtus contrahitur ſolum quando quis concupiuit, vel copulam habet cum muliere iam ante ſibi conſanguinea, vel affine, ſupponit enim parentelam inter peccantes, ex qua denominatur inceſtus deſiderium, vel copula, cum debeat cauſa præcedere ſuum effectum, parentela enim eſt cauſa, cur peccatum dicatur inceſtus. Quare iſte deſiderans luxuriari cum illis duabus fœminis inter ſe ſanguine coniunctis in primo gradu, non ſit illis cognatus, nullatenus inceſtum mentale neque externum cum illis primo committere, ita in terminis docet Bordonus *in deciſionibus Miſcellaneis, deciſion* 109.

2. Nota etiam obiter id, quod probabiliter olim docui gradus affinitatis & conſanguinitatis inter ſe non differre ſpecie, quod præter Doctores alibi adductos tenet me nouiſſime citato Martinus de San Ioſeph *in Monita Confeſſariorum, tom. 1. lib. 1. tract. 10. de pœnitentia, numer.* 10. & 1.. vbi ſic ait. [La conſanguinidad, & affinidad, es muy probable que no ſon diuerſas eſpecies porque en ambas es vna la cauſa de la prohibicion y aſſi en el verſiculo que declara, quando dirimen ſi ſit affinis por la affinidad entiende tambien la conſanguinidad.

Sup. hoc in Reſ. præterita, prope finem, vers. plus addens, & in alio §. eius annot.,

3. Los grados de conſanguinidad y afinidad no difieren en eſpecie entre ſi, y aſſi no es neceſſario declarar en la confeſſion el grado de parenteſco que ay con la perſona que ſe conocio carnalmente, porque todos los grados ſon de vna miſma eſpecie in genere moris: y aſſi aunque es mas graue

Sup. hoc ſuprà in Reſ. 107. & in omnibus aliis eius primæ not.

el incesto con la madre que con la hermana, ò sobrina no muda especie sino solamente agraua, porque todos estos grados se opooen a la virtud de la piedad solamente, y complira el penitente con dezit. Cometio incestu tanta vezez. Sigo esta opinion por facilitar la dificultad que ayen confessor estas materias, y por mirar por la fama del proximo.] Ita ille.

4. Et hanc sententiam esse probabilem, & in praxi tutam tradidit me citato Trullench. *in Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub.* 8. §. 1. *numer.* 2. & etiam me citato Leandrus *de Sacrament. tom.* 1. *tractat.* 5. *disputat.* 8. *tit.* 3. *quaest.* 76. *numer.* 837. licet ipsi contrariam sententiam tanquam probabilem sequantur, quod etiam nouissimè sequitur Rocafull *in Praxi Theolog. Moral. tom.* 2. *lib.* 4. *part.*4. *cap.*6. *num.*70. Sed nostram sententiam post hæc scripta inueni me citato tenere etiam Doctum Patrem Thomam Tamburinum agens de confessione *lib.*2. *cap.* 7. §.7. *num.* 48. vbi ait. Dico probabile esse nec consanguinitatem ab affinitate, nec vnum gradum ex his differre specie ab aliis. Vnde licet sine dubio grauius sit contra vnum gradum delinquere, v.g. contra primum cum matre, quàm contra alium v.g. cum consobrina, tamen quia non mutatur species, puto non esse ea speciatim ex necessitate patefacienda. Ratio est, quia in omnibus his vna specie deformitas est (licet modo leuior, modo grauior) nempe contra reuerentiam debitam coniunctis, quod autem id oriatur interdum ex ipsa natura, vt in primo consanguinitatis gradu, & per alios etiam in secundo, interdum vero ex præcepto Ecclesiæ, vt in cæteris, & maximè in gradibus affinitatis, nihil specie diuersum ex hoc necessariò infertur: nam præceptum Superioris cum aliqoid præcipit, ponit materiam præceptam in ea specie virtutis, ratione cuius illud præcipit, nunc autem Ecclesia abstineri ab illis congressibus præcipit propter eandem reuerentiam coniunctis debitam. Quod deinde gradus ipsi non mutent speciem, inde probatur, quia hi nihil aliud inferunt nisi maiorem, vel minorem coniunctionem, magis autem, & minus non variant speciem etiam in hac re nostra morali, nisi aliunde probetur esse contra particularem virtutem, vel particulariter contra diuersum rectæ rationis dictamen. Id quod hîc quamuis multi probabiliter inuenire satagant, nihilominus alij probabiliter item noo inueniri posse contendunt. Ita ille.

RESOL. CXII.

An si quis commisit fornicationem, sufficiat, si dicat, in confessione, commisi graue peccatum in materia castitatis cum soluta: Ex part.3. tr.4. Res.87. aliàs 88.

Sup. hoc in Res. seq. signanter à §. Interim.

§. 1. HÆc quæstio ponitur pro illis, qui tenent circumstantias aggrauantes non esse in confessione aperiendas, & illam apud neminem inueni, nisi nouissimè apud Turrianum *de pœnit. q.* 9. *art.*2. *disp.*29. *dub.*2. *ad arg.*5. vbi obseruat, quòd recentiores aliqui censent probabile, talem modum confitendi sufficere, per se loquendo, licèt pœnitens commiserit fornicationem. Et ipse hanc sententiam probabilem etiam putat, nam & contrariam, quam tenet, probabiliorem tantùm vocat. Sed an sit verè talis, aliis iudicandum relinquo, communis enim vsus fidelium est in contrarium.

RESOL. CXIII.

An copulam fuisse consummatam sit explicandum in confessione? Idest, an sufficiat in confessione explicare peccatum graue contra castitatem habitum cum soluto, &c. non explicata copula consummata?

Ex quo deducitur, an etiam si quis consilio suo directè induxerit aliquem ad fornicandum, satisfaciat, si postea in confessione dicat, induxi meo consilio aliquem ad graue peccatum, contra castitatem cum soluta, &c? Ex part.11. tr.5. & Misc.5. Res.48.

§. 1. VIdetur quod noo, & hanc sententiam tanquam probabilem admitit doctus Pater Hieronymus Ferrantinus *in suis disputationibus de scandalo, & correct. fraterna disput.*1. *quaest.*27. *num.* 40. vbi sic ait; Quæ supersunt non leues difficultates. Prima est: An si quis suo consilio directè induxerit aliquem ad fornicationem, satisfaciat, si posteà in confessione dicat: *Induxi meo consilio aliquem ad graue peccatum contra castitatem cum soluta, &c.* sed quia hæc quæstio spectat potius ad modum coofitendi, & alioqui valdè est grauis, ac difficilis, non est huius loci, nec ita leuiter examinanda.

2. Interim respondeo breuiter, id specialiter pendere ex illa altera quæst. vtrum scilicet ille, qui fornicatus est, satisfaciat simili confessione sui peccati, dicendo nimirum, se contra castitatem commisisse graue peccatum cum soluta. Id enim si concedatur sufficere, sufficiat etiam siue dubio in primo hoc casu directæ inductionis ad fornicationem.

3. Diana *tract. de Sacramentis resolu.*88. citat Turrianum *de pœnit. quaest.*9. *art.*2. *disp.* 29. *d.*2. *ad arg.*5. Eumque, ait, obseruasse, quod aliqui recentiores censent probabile, talem modum confitendi sufficere, per se loquendo, licet pœnitens commiserit fornicationem, & ipsum etiam hanc opinionem existimare probabilem, cum contrariam, & propriam probabiliorem tantum vocet. Quæ hic est Res. Antecedens.

4. Vnde ego etiam probabilem illam reputo. Ideoque probabile quoque existimo, quod sufficiat si ille qui per suum consilium cooperatus est directè ad eam fornicationem, confiteatur ita peccatum scandali, dicendo se suo consilio aliquem induxisse ad peccatum graue contta castitatem cum soluta. Ita ille.

5. Sed ego hanc sententiam olim impugnaui, & nunc iterum impugno; neque audeo tanquam probabilem admittere, per ea, quæ adducit Dicastillus *de Sacrament. tom.*2. *tract.*8. *disp.*9. *dub.*8. *num.*456. ibi sic asserit: Disputatores aliqoi publicè olim me audiente, defenderunt in Complutensi Vniuersitate non sine multorum admiratione (potius dixissem scandalo) satis, si quis fornicatus fuit, dicat in confessione, *peccaui grauiter contra castitatem cum soluta*, non explicata copula etiamsi fuerit sequuta. Hos autem Theologos (si hoc nomine digni sunt viri alioquin satis obseruantes Religiosi ordinis) benè perstrinxerunt Doctores alij, inter quos noster Turrianus, qui posteà eorum suppresso nomine illos retulit *in suo tractatu de Pœnit. disp.*29. *dub.*2. *ad* 5. Præcipuum illorum fundamentum erat, quod tactus, & oscula essent contra eandem virtutem castitatis cum copula, & noo distingueretur eorum malitia specie à malitia culpæ.

6. Quicquid tamen illi effutiuerint, asserendum omninò est tanquam verissimum, & communi Doctorum sensu firmatum, explicari debere copulam: nec sufficere si tantum in confessione dicatur, *peccaui grauiter contra castitatem cum soluta*, quia per illum modum confitendi non explicatur species, adeoque nec indiuiduum peccati, quantum sufficit ad dandam notitiam

notitiam Confeſſario, requiſitam in hoc Sacramento. Quod ſic oſtendo: Cum ſoluta poteſt quis peccare grauiter contra caſtitatem peccatis diſtinctæ ſpeciei, ergo qui ſolum dicit ſe peccaſſe grauiter contra caſtitatem cum ſoluta, non explicat ſpeciem peccati ſui: antecedens probo, qui cum ſoluta peccat præpoſtera libidine, peccat grauiter contra caſtitatem cum ſoluta. Item, qui fornicatur; item, qui ſe polluit extrà vas cum illa, peccant grauiter cum ſoluta contra caſtitatem, & tamen hæc peccata non ſunt eiuſdem ſpecici. Ergo illa verba, de quouis peccato ex illis verificari poſſunt, atque adeò nullam illarum determinatè explicant.

7. Item ex Doctrina D. Thomæ, & recta ratione videtur clarum, quod tactus, & oſcula libidinoſa ſecundum ſe ſunt media conducentia ad ſeminis deciſionem, & adminiſtrationem, quapropter non poſſunt non ordinari ad aliquam aliam ſpeciem prædicatæ luxuriæ tales tactus cum ſoluta. Nam vel aſſumuntur vt diſpoſitio, aut comites, & adiumenta fornicationis, & tunc habent malitiam fornicationis, vel ordinantur ex intentione operantis ad præpoſteram luxuriam, & tunc illius malitiam habebunt, vel non aſſumuntur in ordine ad alias ſpecies, ſed in ordine ad pollutionem extra omne vas, & tunc habent malitiam mollitiei cum complice fœmina; vel non aſſumuntur ad finem pollutionis, ſed ſiſtendo in ea voluptate, quæ in ipſis habetur, & tunc hæc ipſa eſt inchoatio quædam pollutionis, quatenus natura ſua ij tactus tendunt ad ſeminis deciſionem, cumque non intenditur (vt ſupponitur) vlla copula, reſtat ſola inchoatio pollutionis in ſua cauſa; atque adeò habebunt malitiam mollitiei imperfectæ. Cùm ergo omnibus iſtis modis poſſit peccari grauiter contra caſtitatem cum ſoluta, non ſufficit dicere in confeſſione, *peccaui grauiter contra caſtitatem cum ſoluta*: manet enim adhuc inexplicata ſpecies, in qua peccatum fuit. Ita Dicaſtillus.

8. Hanc etiam ſententiam docet Eminentiſſimus Dominus meus Cardinalis Lugo *de Pœnitent. diſp. 16. ſect. 5. §. 1. num. 258.* vbi teſtatur, quod contraria ſententia opponitur communiter Doctorum ſenſui, & adducit rationem, quia licet tactus etiam, & oſcula habeant ſuam malitiam in ordine ad copulam, ad quam ordinantur: diuerſo tamen modo opponuntur virtuti caſtitatis: nam copula opponitur, tanquam actus conſummatus, per quem cum effectu infertur nocumentum proli: at verò tactus libidinoſi opponuntur ſolum, vt diſpoſitiones propter periculum, quod afferunt, & quia ex ſe ordinantur, & diſponunt ad copulam: quod non ſufficit ad participandam eandem ſpecie malitiam: vt conſtat manifeſtè ex delectatione moroſa: quæ quidem accipit ſuam malitiam per ordinem ad pollutionem, vel actum conſummatum, ad quem ex ſe diſponit voluptas illa delectationis, & tamen nemo dicet non differre ſpecie à pollutione conſummata, & intenta, nec id vllus conceſſit. Adde eiuſmodi tactus non ſolum prohiberi propter diſpoſitionem ad copulam, ſed etiam propter delectationem turpem, quam in ſe habent: quia omnem eiuſmodi delectationem natura voluit prohibitam eſſe extra matrimonium, quia alioquin homines minus de matrimonio curarent.

9. Et tandem ſupradictam Patris Ferrantini, & aliorum recentiorum opinionem repellit Franciſcus Ouiedo *in part. 2. D. Thoma tract. 6. contro. 5. punct. 3. §. 8. num. 54.* ſic aſſerens: Neque ex hoc licet inferre quod aliqui recentiores dixerunt apud Turrianum *de pœnitent. diſp. 9. quæſt. 1. diſput. 29. dub. 2. ad 5. argumentum*: videlicet ſufficere in confeſſione explicare peccatum graue contra caſtitatem habitum cum ſoluta, non explicata copula conſummata, hoc enim nullatenus audiendum eſt: nam præceptum confeſſionis ad explicandum peccatum externum commiſſum, & hoc conſiſtit in ipſa copula, in qua cum contingit, conſummatur effectus internus, qui ad hunc ordinatur, & non conſummatur in tactibus, aut aliis actionibus præcedentibus, quia etſi in his eadem ſit malitia, ac in copula, hæc eſt præcipuum ſubiectum malitiæ, per ordinem ad quem actus præcedentes illam contrahunt, & ita copula ipſa, quæ eſt ſubiectum principale, explicanda eſt, & ob hanc rationem hac explicata, neceſſe non eſt explicare alias actiones præambulas, & non ſufficit has explicari copula non explicata Ita Ouiedo: Vnde licet ego olim dixerim hanc ſententiam eſſe probabiliorem, & ideò Pater Ferrantinus infert, me contrariam probabilem putare; nunc, vt dixi, me declaro, & aſſero abſolutè, talem ſententiam intra terminos probabilitatis non conſtituere.

RESOL CXIV.

An qui commiſit, v.g. tria fornicationis peccata cum tribus fœminis, teneatur in confeſſione dicere ſe cum tribus fœminis fornicatum eſſe, vel ſatisfaciat dicendo ter ſe fornicatum fuiſſe? Ex part. 1. tr. 7 Reſ. 16.

§. 1. RESpondeo negatiuè cum Sancio *in pract. diſp. 1. n. 14* Homobono *de exam. Eccl. p. 1. tract. 5. c. 13. q. 81.* Bonacina *de Sacr. diſp. 5. q. 5. punct. 2. §. 3. diffic. 3. propoſ. 3. n. 14.* vbi ſic ait: Qui commiſit tria fornicationis peccata cum tribus fœminis, non tenetur dicere, ſe tres fœminas carnaliter cognouiſſe: ſed ſatisfacit dicendo, ſe ter fornicatum fuiſſe: nam actus fornicationis, cæteris paribus, eandem habent malitiam, ſiue committantur cum vna & eadem fœmina, ſiue cum diuerſis eiuſdem rationis, & conditionis.] Ita ille, qui citat etiam Azorium.

Sup. hoc cure ſiſſime in fin §. 1. Reſ. primæ poſt ſeq. & eius rationem huic quæſtioni applica, vel diſtingue.

RESOL. CXV.

An confitenda ſit circumſtantia inductionis ad peccatum, ſi alter ad peccatum paratus eſſet, vt ſi quis fornicaretur cum muliere parata?

Et notatur, quod quando quis vtitur aliqua perſona parata, vt maleficium ſoluat alio maleficio cum pacto Dæmonis, an teneatur hanc circumſtantiam explicare.

Aduertitur tamen, quod tenetur confiteri peccatum additionis ſaga, vel ſagi. Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 34.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Bonac. *de Sacr. diſp. 5. punct. 1. §. 3. diffic. 3. n. 19.* & ante illum Sanchez *in ſum. tom. 1. lib. 1. c. 6. n. 14* quia etiam in iſto caſu, quis cooperatur peccato alterius. Ergo, &c.

Sed contrariam ſententiam tenendam exiſtimo, & illam docet Coninch *de Sacr. diſp. 7. dub. 4. num. 13.* Axor. *p. 1. lib. 12. c. 16. q. 5.* Ledeſma *in ſum. tom. 2. de Pœnit. c. 19. dub. 7. fol. mihi 315.* Suar. *in 3. p. tom. 4. diſp. 22. ſect. 4. n. 18.* & alij. Et ratio eſt: quia in tali caſu reuera non datur ſcandalum; nec propria, & moralis inductio eſt; nam voluntas ex ſe, & ſua ſponte iam expoſita erat. Ergo, &c.

2. Notandum eſt, quòd quando quis vtitur aliqua perſona parata, vt maleficium ſoluat alio maleficio cum pacto Dæmonis, tenetur hanc circumſtantiam inductionis explicare: & ita docet Henriquez *lib. 5. c. 7. num. 7.*

3. Sed hanc opinionem refellit Fagundez *Præcept. 2. lib. 4. c. 3. n. 3.* putat enim, tali caſu non eſſe dictam

circumſtantiam inductionis confitendam, cù m illa ſit parata; & moraliter loquendo, talis non eſt cauſa inductionis: tenetur tamen confiteri peccatum aditionis magæ, vel magi: & ita etiam mihi videtur.

RESOL. CXVI.

An ſi quis peccauit cum fœmina, ſufficiat de hoc ſe accuſare non addendo ſe illam inuitaſſe?

Et an fatenda ſit circumſtantia ſcandali, ſi fœmina virum paratum ſolicitaſſet?

Et an neceſſario fatenda ſit inductio facta extraordinariis precibus, & æquiualentibus violentiæ morali.

Et an numerus fœminarum, quibuscum adulterium, v. g. fuit commiſſum, ſit in confeſſione explicandus? Ex part. 5. tr. 13. & Miſc. 1. Reſ. 5.

Sup. hoc ſuprà lege doctrinam Reſ. 13. & aliarum Reſ. & §§. eius primæ not.

§. 1. CAſus eſt frequentiſſimus, & negatiuam ſententiam docet Lorca *in 2. 2. D. Thom. quæſt 43. art. 8. ſect. 3. diſp. 56. num. 6.* vbi ſic ait: Scandalum actiuum quando non eſt ſpeciale peccatum, eſt circumſtant a, & adeò aggrauans, vt nimis augeat peccatum, & ſit in confeſſione explicanda; qui enim eſſet cauſa peccati alterius, non ſatisfaceret integritati confeſſionis, ſi ſolùm diceret: Peccaui cum quadam fœmina, aut fui particeps homicidij, quod quidam commiſit, ſed exprimere tenetur, fui cauſa peccati alterius, & induxi illum ad peccandum. Neque quiſquam conceſſit hanc circumſtantiam taceri poſſe, neque tutò, & ſine temeritate concederetur. Siue ergo ſcandalum actiuum indirectè volitum ſit circumſtantia mutans ſpeciem, ſiue non, eſt in confeſſione explicandum. Ita ille. Vnde ex his ſequitur, numerum fœminarum, quibuſcum adulterium, v. g. fuit commiſſum, eſſe explicandum, eo quòd peccatum ſcandali ſit diſtinctum perſonas ad fornicationem inuitare.

Sup. hoc numero lege doctrinam Reſ. primæ poſt præteritam.

2. Sed aduersùs illum inſurgit vterque Sanchez, Thomas & Ioannes, hic *in ſelect. diſp. 1. n. 24.* ille *in ſumma tom. 1. lib. 1. cap. 6. n. 14.* vbi docet, quòd licèt crimen ſcandali ſit fœminam inducere; opus tamen non eſt illud in confeſſione explicare, quia dum fatetur vir fornicationem commiſiſſe, communiter intelligitur, vt ego etiam alibi notaui, fœminam ſollicitaſſe; ſicut è contra dicendum eſt fatendam eſſe circumſtantiam ſcandali, ſi fœmina virum paratum ſollicitaſſet, quia in fornicatione fœminæ ea circumſtantia non exprimitur, fœminæ enim communiter non ſollicitant, ſed viri, vnde hi non tenentur circumſtãtiam ſcandali aperire, illæ autem ſic. Ad illationem verò contrariæ ſententiæ reſpondeo non eſſe grauius crimen decies eandem fœminam inducere, quàm ſigillatim decem fœminas, cùm in vtroque caſu inductio ſolùm denaria ſit. Certum eſt tamen inductionem ſpeciem mutare, & neceſſariò eſſe confitendam, quando inductio facta eſt extraordinariis precibus, & æquiualentibus violentiæ morali, vt docet Salas *in p. 2. tom. 2. tract. 13. diſp. 5. ſect. 15. num. 115.*

3. Non deſinam tamen hîc adnotare celebrem doctrinam, quam ex Vaſquez docet Ludouicus Mæratius *in D. Thom. tom. 3. tract. de ſacrament. Pœnitentia diſp. 27. ſect. 4. n. 8.* vbi ſic ait: Eum qui vel verbo, vel facto cauſa eſt alteri peccandi, vel cauſam eſſe peccandi ſecum, vel non ſecum, ſi ſecundum, debere confiteri hanc cauſalitatis circumſtantiam, quia eſt peccatum ab eo; quod committit ipſe numero diſtinctum; ſin autem primum diſtinguendum rurſus eſt: vel enim peccatum, ad quod ſecum committendum alterum inuitat, tale eſt ſua natura, vt non niſi a duobus committi poſſit. cuiuſmodi fornicatio eſt; vel tale non eſt: ſi ſecundum, illa inuitatio declaranda eſt quia peccatum numero diuerſum eſt ab eo, quod committit ille, qui alium ad peccandum inuitat; ſi primum, ſententia probabilis eſt, & in praxi tuta, quam ſequitur Vaſquez *hîc ad art. 1. quæſt. 91. dub. 4.* non eſſe neceſſarium illam inuitationem declarare, quòd idem numero peccatum ſit cum eo, ad quod inuitat: quanquam probabile etiam ſit, & fortè probabiliòs multo illam erga peccatum perſonæ ad peccandum inuitatæ cauſalitatem eſſe diuerſum numero peccatum, ac proinde in confeſſione declarandum. Ita Mæratius.

RESOL. CXVII.

An circumſtantia durationis temporis ſit in confeſſione aperienda?

Et an quando fuerit nimia explicari oporteat?

Et an ſi daretur caſus, in quo pænitens in memoriam haberet omnes delectationes, v. g. morales, quas per annum habuit, teneatur in confeſſione aperire talem durationem temporis, vel ſufficiat dicere, toties moroſè delectatus ſum?

Et an, ſi quis haberet rem cum concubina tota nocte, teneatur explicare hanc circumſtantiam, & grauitatem, vel ſufficiat confiteri numerum peccatorum, videlicet ſemel, vel bis fornicatus ſum? Ex part. 1. tract. 7. Reſ. 39.

§. 1. REſpondeo negatiuè cum Zerola *in praxi pœnit. cap. 12. q. 15.* Vaſquez *in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 1. dub. 3. n. 36.* contra Canum, Sotum, & alios, vbi ſic aſſerit. [Ex qua ratione Nauarrus docet, temporis durationem non eſſe neceſſariò explicandam, in quantum aggrauans eſt; docet tamen, & benè, quando fuerit nimia explicari oportere: quia forſan videtur vnum peccatum, & plura fuerunt, quorum numerus, cùm explicari commodè non poſſit, oportet durationem explicare.] Ita ille.

Sup. hoc lege mira doctrinam Reſ. 122. & ſequentes eius §. Ex his.

2. Vnde temporis duratio in confeſſione aperienda eſt, non quatenus eſt circumſtantia aggrauans; ſed quatenus illam explicando pœnitens manifeſtat eo modo, quo poteſt numerum peccatorum neceſſariò in confeſſione explicandorum. Et ideò, ſi daretur caſus, in quo pœnitens in memoria haberet omnes delectationes, v. g. moroſas, quas per annum habuit, non tenetur in cõfeſſione aperire talem durationem temporis, ſed ſufficeret dicere: Toties moroſè delectatus ſum: quidquid in contrarium aſſerant, Henriquez *lib. 5. c. 5. n. 5.* & Coninch *de Sacram. diſp. 7. dub. 3. n. 5.* cum aliis. Et ideò etiam putat Zerola, *vbi ſuprà*, quòd ſi quis haberet rem cum concubina tota nocte, non tenetur exprimere hanc grauitatem; ſed ſufficit confiteri numerum peccatorum, videlicet: Semel, vel bis fornicatus ſum. Vide aliqua hîc addenda *in tertia huius Operis Parte, Tract. 4. de Sacram. 67.*

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in §. not. ſeq.

Quæ hic eſt infra Reſ. 165. §. In Reſ. 39.

RESOL. CXVIII.

An qui totâ nocte dormiuit cum muliere teneatur in confeſſione explicare hanc circumſtantiam, vel ſufficiat confiteri numerum copularum? Ex part. 5. tr. 14. & Miſc. 2. Reſol. 10.

§. 1. NOn ſufficere numerum copularum exprimere ex Nauarro docet Alphonſus de Vega *in ſpec. Paroch. tom. 1. cap. 11. §. 26. n. 168.* vbi ſic ait: [Aduierte Nauarro quo puede auer tanto deſorden, y tanta torpeza en eſtas obras, que ſea neceſſario declararlo en la confeſſion, por ſer circunſtancia agrauante. Pone el exemplo en vn hombre, que no tuuo

parte

parte con vna muger mas que vna vez, empero eſtuuoſe toda vna noche con ella, exercitandoſe en mil deshoneſtidades, en tal caſo no declara ſuficientemente ſu pecado, diziendo que cometio vna fornicacion; porque eſto no es neceſſariamente acceſſorio à la obra de fornicacion; y aſſi particulariſſimamente ſe hà de declarar en la confeſſion.]

Quæ hic eſt Reſ. antecedens, & infra in Reſ. 165. §. In Reſ. 39. & lege ſup. doctrinam Reſ. 25. & aliorũ §§. eius primæ, & sec. oot. & ex Reſ. 27. & à lin. 5. & aliorum eius annot. Quæ hic eſt ſupra Reſol. etiam 1.

2. Sed ego pro contraria ſententia *in 1. p. tract. 7. reſol. 39.* adduxi Zerolam, cui nunc addo Sancium *in ſelectis, diſp. 21. n. 13.* Bartholomæum à Sancto Fauſto *in Theolo. mor. de ſacr. Pœnit. tom. 1. lib. 4. q. 81.* vbi ſic aſſerit: Quartò infertur eum, qui rem habuit cum muliere tota nocte, non teneri exprimere hanc grauitatem, quæ non mutat ſpeciem, ſufficit enim confiteri numerum copularum. Sic ille. Et re vera ſi hæc deformitas eſt tantùm circunſtantia aggrauans, vt ipſemet Vega in verbis ſuprà citatis confitetur, probabilem puto hanc ſententiam; nam probabiliter aſſerunt Doctores, quos ego *in dict. tract. reſol. 1.* ad ſatietatem adduxi, circumſtantias aggrauantes non eſſe neceſſariò in confeſſione explicandas. Sed Sanchez *vbi ſupra* putat hanc circunſtantiam neque eſſe ex aggrauantibus.

RESOL. CXIX.

An ſi quis fornicatur, teneatur non ſolùm explicare actum, ſed circunſtantias, vt tactus, oſcula, &c. quæ ſubſequuntur copulam?

Idem docetur de gaudio, aut collocutione conſequente ad præhabitam fornicationem, licèt interceſſerit magna interruptio temporis inter copulam, & conſequentia ad illam? Ex part. 1. tractat. 7. Reſolut. 42.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & infra in Reſol. 165 §. In Reſ. 41. & ſupra in Reſ. 91. §. 1. & 2.

§. 1. Affirmatiuè reſpondet Vaſquez *in 3. tom. 4. q. 91. art. 1. dub. 5. num. 35.* Suarez *in 3. p. tom. 4. diſp. 12. ſect. 2. n. 8. & 9.* Coninch. *de Sacr. diſp. 7. dub. 7. num. 59.* & alij. Quia, cùm illa non ordinentur ad copulam præcedentem, ſed ad ſequentem, non poſſunt cum illa eundem actum conſtituere. Ergo ſunt explicanda.

2. Sed contraria ſententia in praxi communiter obſeruatur: & illam docet Henriquez *in ſum. lib. 5. c. 5. n. 5. & in Gloſſa, littera V.* vbi ſic aſſerit: [Eſt vnum numero peccatum, quando quis ante fornicationem, & poſt illam, continuat actus libidinoſos. Limitant aliqui, niſi eſſent actus exorbitantes ad maiorem voluptatem inuenti, qui non ſatis explicantur in actu principali; & imò aliqui putant, quòd præter copulam tenetur exprimere tactus, & oſcula. At reuerà prædicti actus etiam extraordinarij habent ſe materialiter reſpectu eiuſdem formæ, nec ſunt neceſſariò explicandi.] Ita Henriquez, & ante illum Nauarrus *c. 6. n. 7.* Zanardus *in direct. Theol. par. 1. tr. de Pœnit. c. 18.* Sancius *diſp. 6. n. 3.* Zerola *in praxi, de pœnit. c. 12. qu. 47.* Azorius *par. 1. lib. 4. c. 4. in fine.* & alij. Ideò, qui poſt cupulam tangit, & oſculatur, etiam propter delectationem, denuò meretricem, dummodo hæc non faciat ad iterandam fornicationem, non tenetur illa oſcula, & tactus declarare: ſed ſufficit dicere: Toties fornicatus ſum, quia talia oſcula, & tactus cum actu, & effectu principali coniunguntur, & cum eo conſtituunt vnum numero peccatum: vnde explicato actu principali, etiam cenſentur huiuſmodi actiones explicatæ.

Sup. hoc pro patre lege §. vlt. Reſ. 3. not. præteritæ.

3. Notandum eſt etiam, quòd Sancius *vbi ſuprà, diſp. 6. num. 3.* idem docet de gaudio, aut collocutione conſequente ad præhabitam fornicationem, licèt interceſſerit magna interruptio temporis inter copulam & conſequentia ad illam. Hoc tamen intelligit, quando is, qui fornicationem commiſit, ad alia negotia agenda non ſe diuertit; ſed in eodem ſitu, & ſtatu, quo peccauit, perſeuerat, retinens fœminam ad deoſculandum illam, & colloquendum; vel forte fœmina diſceſſerit ex vtriuſque conuentione, expectet reditum ad iterum deoſculandum eam, vel ad colloquendum cum periculo deoſculationis. Ita ille. Vide ſuper hoc *Reſ. 67. tr. quarti de Sacr. tertia Partis.*

Quæ hic eſt infr. Reſ. 165. §. In Reſ. 42.

RESOL. CXX.

Quidam adiuit meretricem, vt eius tactibus frueretur ſine intentione fornicandi, & poſtea fornicatus eſt, quæritur, an ſufficiat explicare in confeſſione fornicationem tantum ſine tactibus?

Et docetur, quod non in iſto caſu, ſed in aliis ordinariis, tactus & oſcula non ſunt explicanda, quando ordinantur, & ſunt inchoationes ad copulam, vel ſequuntur fornicationem? Ex part. 4. tr. 4. & Miſc. Reſ. 205.

Sup. hoc in Reſ. ſeq & infra in Reſol. 164. §. Quæro ſecundo.

§. 1. De hoc caſu olim interrogatus fui, & quidam putauit illos tactus non eſſe in confeſſione explicandos, nixus authoritate Doctorum aſſerentium tactus ante fornicationem non eſſe in confeſſione explicandos: ſed nunc ego affirmatiuam ſententiam mordicus tenui, quam in terminis, vt dici ſolet, terminantibus tenet nouiſſimè Gaſpar Hurtado *de Sacram. diſp. 9. de pœnit. diffi. nlt. 6.* vbi ſic ait: Si tactus non fiant ex affectu fornicationis, ſed tantùm ob libidinem in ipſis repertam, ſi fornicatio poſtea fiat ex alio affectu, tunc erunt peccatum diſtinctum à fornicatione, quia tunc non ordinantur ad illam ex affectu operantis. Ita ille.

2. Dicendum eſt igitur tunc tactus, & oſcula non eſſe in confeſſione explicanda, quando ordinantur, & ſunt inchoationes ad copulam, nam quamuis ratione ſui habeant propriam malitiam, non cenſentur tunc moraliter peccatum numero diſtinctum à copula, ad quam ordinantur quod verum exiſtimo contra Hurtadum *loco citato*, etiamſi oſcula, & tactus ſequantur fornicationem, ſunt enim illius complementum, & quaſi appendix illius, vt alibi ſatis probatum eſt, & ſic non ſunt explicanda in confeſſione, quod non procedit in caſu propoſitæ dubitationis, nam illi tactus, & oſcula à principio non fuerunt ordinata ad copulam, ergo, &c.

Alibi in Reſ. præterita & in aliis §§. eius primæ annot.

RESOL. CXXI.

An ſi tactus, & oſcula non ordinantur ad copulam, quæ tamen poſtea ſubſequuta eſt, ſint præter copulam in confeſſione aperienda? Ex part. 11. tr. 5. & Miſc. 5. Reſ. 42.

Sup hoc in Reſ. præterita, & infra in Reſ. 164. §. Quæro ſecundo.

§. 1. Affirmatiuè cum pluribus olim reſpondi, ſed nominatim contra me negatiuæ ſententiæ adhæret Pater Leander *de Sacr. tom. 1. tract. 5. diſput. 8. §. 6. quæſt. 10.* putat enim in tali caſu ſat eſſe copulam confiteri; quia licet in dicto caſu deficiat finis operantis, propter cuius defectum non poſſunt tactus coniungi cum fornicatione, & efficere ex hac parte vnum peccatum cum illa: tamen non deficit finis ipſius operis, tactus videlicet, ſeu medij, ratione cuius coniunctionis, hæc omnia media inter ſe, & cum opere principali, quod poſtea ſequitur, vnum conſtituunt peccatum in genere moris; & ideò non oportet in confeſſione explicari, quia explicata fornicatione, etiam ipſa explicata manent. Ita Leander, qui etiam dicit hanc ſententiam tenuiſſe Doctores modernos ab ipſo de hoc caſu conſultos; nec ab hac ſen-

tentia

tentia videtur esse alienum, Ouiedo *in p. 2. D. Thomæ tract. 6. controu. 5. punct. 3. §. 6. n.* 8. vbi me citato, sic ait; Quando tactus, & oscula copulam præcesserunt non ex intentione copulæ, & statim post illa nouo actu voluntatis copula successit, distinctam malitiam à copulæ malitia necessariò in confessione explicandam continere, docet Vasquez, Hurtadus, & Diana. Ratio horum Authorum est, quia licet hi actus ad copulam sint ordinabiles, per se ad illam non ordinantur, & per se sunt prohibiti: & mali, & ita, cum ex intentione operantis ad illam non fuerint ordinati, malitiam aliam numero distinctam continent Opposita sententia videretur alicui non omninò ratione destituta, quia tactus, & oscula præcedentia copulam, eamdem secundùm speciem malitiam continent, ac proinde cum sine interruptione morali exercentur, cum eâ continuanda esse videntur, ita vt voluntas secunda habendi copulam in se primam, & primum & obiectum auctum iam, seu magis extensum intrà eamdem speciem contineat. Potest etiam dici tactus, & oscula per se ad fornicationem ordinari, etsi operans possit pro sua voluntate in illis sistere, & ad copulam non procedere. Huc vsque Ouiedo.

2. Sed ego non discedo à sententia affirmatiua, quam docui, & quam me citato omninò veram esse putat Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tractat. 8. disput. 9. dub. 1. num. 76.* quam etiam tenet Cardinalis Lugo *de pœnitent. disp. 16. num.* 556. Et ratio est, quia hi tactus in eo casu non habent illam vnitatem moralem cum copula, ad quam non ordinantur ex intentione expressa, vel interpretatiua, seu indirecta operantis, & ipsi actus per se sunt peccatum, ergo siue specie differat eorum malitia ab ipsa malitia culpæ, siue non; erunt distinctum peccatum; saltem numero, atque adeò exprimendum, nec ad hoc probandum, est necessarium asserere (quod facit Lugo) malitiam illorum actuum esse diuersam. Eodem modo Philosophari debemus in eo, qui siue animo occidendi, nec occisionis periculo præuiso, voluit inimicum grauiter quidem percutere, aut vulnerare, non tamen lethaliter, postea verò ex alia voluntate lethaliter percutiendo immediatè occidit, est enim eadem ratio, priores enim actiones non componunt vnum peccatum cum occisione; esset tamen peccatum vnicum, si omnes illæ percussiones fierent ad finem occidendi, siue enim illæ percussiones secundùm se sistendo in illis essent eiusdem speciei inadæquatæ cum homicidio (aut essēt homicidium partiale, si fuissent mutilationes) siue essent (vt alij volunt) diuersæ naturæ, fiunt tamen in ordine ad homicidium plenum, quod postea procedit, atque adeò componunt cum illo vnum peccatum vnitate morali, vt de tactibus impudicis dictum est.

RESOL. CXXII.

An sufficiat, vt meretrix inueterata in confessione tantum manifestet tempus eius officij?

Et an saltem præter tempus oporteat, vt principales species peccatorum, quas possit numerare dicat, vt si cum Clericis, Religiosis, propinquis, coniugatis peccauerit, vel si crimen nefandum cum ipsis commiserit?

Ex quo sequitur, quod quando pœnitens per longum tempus fuit in malo statu, aut consuetudine iterationis alicuius peccati, ita vt non possit designare numerum, quantum humanitus fieri potest, satisfacit declarando tempus, quo fuit in tali statu, & consuetudine?

Ex quo etiam infertur, quod Rustici homines, qui agresti, & inculto modo confitentur sine numero, & diligentia, cogendi non sunt repetere confessiones factas cum indoctis Parochis? Ex part. 3. tr. 4. Res. 88. aliàs 89.

§. 1. Affirmatiuè respondent nouissimè Pharaonius *de sacram. Pœnit. tract. 1. sess. 16. cas. 5.* Canus *de Pœnit. 5. §. colligo* Attamen Caietanus *to. 1. opusc. tr. 5. q. 3.* Petrus Soto *lect. 9. de confessione*, & Nauarrus *in sum. c. 6. n. 15.* asserunt talem fœminam non obligari ad explicandum speciatim numerum peccatorum, sed sufficiet, si manifestet tempus. Quoad hoc lege doctrinam Res. not. seq.

2. Et hanc sententiam tanquam probabilem videtur etiam admittere Fagundez *pr. 2. lib. 3. c. 4. n. 11. in in fine*, licèt & ipse, & optimè doceat, quòd supradictæ meretrices, oportet, vt saltem præter tempus principales species peccatorum, quas possunt numerare, dicant, vt si cum clericis, religiosis, propinquis, coniugatis peccarunt, vel si crimen nefandum cum ipsis commiserunt, &c. Et ita etiam docent Villalobos *in sum. to. 1. tr. 9. diffic. 33. n. 5.* Henriq. *lib. 2. de pœn. c. 5. n. 9.* Turrianus *de pœn. q. 9. art. 2. disp. 19. dub. 4* Sotus *in 4. dist. 18. q. 2.* Suarez *to 4 disp. 2. sect. 6. n.* 8. 9. & alij.

3. Ex his apparet, vt bene obseruat Fay *de pœnit. in addit. ad 3 part. q. 9. art. 2. disp. 2. concl.* 2. cum aliis communiter, quòd quando pœnitens per longum tempus fuit in malo statu, aut consuetudine iterationis alicuius peccati, ita vt non possit designare numerum, quantum humanitus fieri potest, satisfaciat declarando tempus, quo fuit in tali statu, & consuetudine. Sup. hoc lege supra doctrinam Res. 117. Sup. hoc sup. in tr. 3. Resol. 121. ad medium, à vers. qui etiam, & in alio vers. eius not. & in tr. 4. ex Res. 17. §. Vide.

4. Hinc etiam infertur, quòd rustici homines, qui agresti, & inculto modo confitentur, sine numero, & diligentia, cogendi non sunt repetere confessiones factas cum indoctis Parochis. Cùm enim bona fide confiteantur, & vniformem vitæ modum, & viuendi rationem habeant, statim ex confessione vnius anni coniiciet prudens Confessarius, quantum in reliquis annis peccauerint, & quot numero peccata commiserint. Ita Fagundez *suprà n. 10. c. 2. n. 5.* Henriquez *lib. 2. de pœnit. cap. 3. n.* 10.

RESOL. CXXIII.

An pœnitens à Confessario interrogatus teneatur confiteri se habuisse consuetudinem peccandi?

Et an in tali casu possit vti æquiuocatione, Confessarium eludendo? Ex part. 11. tr. 7. & Misc. 3. Res. 37.

§. 1. Hoc dubium nouissimè adducit, & ad illud sic respondet Ioannes Pontius *in cur. Theolog. disputat. 45. quæst. 4. conclus. 2. numer.* 32. Quæri solet, an pœnitens teneatur confessario interroganti, an habuerit consuetudinem committendi peccatum, quod confitetur, respondere quod sic, si eam habuerit. Sup. hoc in Res. seq. cursim in fine, à v. nisi à Confessario, & in Res. 1. post seq. in principio, & infra in Res. 164 §. vlt. ad mediú. à vers. Et tandem.

2. Ioannes Sancius negat; Cardinalis de Lugo affirmat.

Ille mouetur, quia non tenetur pœnitens peccata dimissa subiicere iterum Clauibus; ergo potest eludere aliqua æquiuocatione interrogationem Confessarij. Sup. hoc æquiuocatione in Res. 2. not. præterita §. Vnde ex his.

3. Fundamentum Cardinalis est quod licèt, quis non teneatur confiteri quantitatem furti mortalis, secundùm eos, qui putant circumstantias aggrauantes non necessariò confitendas esse; tamen secundum eosdem teneatur eam confiteri quòd lapsus fuerit ante in similia peccata, tenebitur tamen, si interrogetur.

4. Sed certè hoc fundamentum non subsistit, primò, quia non est eadem ratio vtriusque casus; nam

Ideò

ideò deberet quantitas furti significari Sacerdoti interroganti; quia illa deseruiret, vt Confessarius imponat pœnitentiam secundùm grauitatem peccati ex natura intrinseca ipsius; sed in alio casu lapsus antecedens in similia peccata, non est circumstantia, saltim intrinsecè, aggrauans peccatum sequens; nec propterea Confessarius debet imponere maiorem pœnitentiam ratione ipsius: ergo non est eadem ratio vtriusque casus.

5. Secundò, quia reuera, si non debeat confiteri illam circumstantiam furti, non debet illam magis confiteri interroganti, quàm lapsus præcedentes. Vnde idem per idem, & eiusdem rationis probatur hoc fundamento: nec est necessarium, vt Sacerdos imponat pœnitentiam, nisi iuxta speciem peccati, & circumstantias, quas pœnitens debet confiteri.

6. Itaque existimo non teneri quem confiteri lapsus antecedentes, quamuis vtiliter posset, si vellet. Sed non placet modus eludendi interrogationem per æquiuocationem, propter doctrinam quam tradidi in commentariis meis ad tertium de illa materia. Melius esset absolutè, & sincerè dicere: Pater hoc non spectat ad rem, quicquid sit de hoc, iam spero cum gratia Dei cauere lapsum in posterum. Et certè illæ interrogationes non necessariæ, sunt valdè periculosæ, nam si aliquis à puella ingenua & pudibunda, quæ aliquando lapsa est, & iterum confitetur nouum lapsum quæreret, an lapsa sit aliàs, periculum esset, quod id non confiteretur, & consequenter si non posset sine peccato id facere, committeret sacrilegium, quod aliàs non commisisset. Et sanè experientia mihi constat ex nimis rigidis, & indiscretis interrogationibus, quarum plurimæ in iuuenibus præsertim Confessariis oriuntur ex curiositate, plura mala euenire, quàm si omitterentur, nec iugum huius Sacramenti aliàs ex se difficile est vllo modo aggrauandum vltra necessitatem. Hucvsque Pontius vbi supra.

7. Et hanc sententiam tenet nouissimè nominatim contra me Leander *de Sacram. tom. 2. tract. 5. disp. 8. § 7. quæst. 21.* vbi quærit, An saltem teneatur pœnitens confiteri consuetudinem; si à Confessario de illa interrogetur; & respondet adhuc in hoc casu, non teneri, si aliàs pœnitens verè sit dispositus. Quia pœnitens non tenetur (vt vidimus) talem consuetudinem confiteri. Ergo nec Confessarius habet ius ad hoc interrogandum.

Sup. hac consuetudine & doctrina contenta in hoc §. in duabus Ref. seqq. & infrà in §. Itaque.

8. Sed affirmatiuam sententiam tenet Reuerendissimus Candidus *tom. 2. disquisit. 24. art. 13. dub. 48.* sic asserens: Consuetudo peccandi est necessario fatenda in confessione, quia etsi non mutet speciem peccatorum, aggrauat tamen notabiliter, tum quia consuetudo peccandi constituit hominem secundùm præsentem statum in quodam morali periculo, & facilitate peccandi, & necessarium est vt Confessor hanc consuetudinem sciat, vt de dispositione, & obligatione pœnitentis certus reddatur; tum quia Confessarius, qui medici, & iudicis vices gerit in Sacramento pœnitentiæ, non cognita consuetudine peccandi, non posset pœnitenti congrua remedia pro eius salute exhibere.

9. Si verò Confessarius iusta de causa pœnitentem interroget de consuetudine peccandi, vt pœnitentis dispositionem intelligat, pœnitens tenetur consuetudinem explicare, secundum omnium Doctorum sententiam, quia consuetudo peccandi arguit infirmum emendationis propositum. Ita ille. Verùm ego quoad primum eius dictum dissentio per ea, quæ alibi adduxi, & me citato adducit Leander *vbi suprà q. 20.* libenter tamen eius secundum dictum amplector contra Pontium, & Leandrum *vbi suprà.*

Alibi in Resolutionibus not. seq. huius Ref.

10. Itaque, me citato Æligius Bassæus vir quidem doctus *in sua flor. Theol. pract. verb. circumstantia §. 4. num. 12.* sic ait: An consuetudo peccandi, vel circumstantia relapsus sit exprimenda in confessione? Affirmant Henriquez, Fagundez, & alij, quando est valdè frequens; nam tunc valdè aggrauat. Negant Vasquez, Suarez, Reginaldus, & alij, nisi quando consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima, quam pœnitens tenetur resecare, vel nisi iusta de causa interrogetur à Confessario: Ratio illorum est, quia circumstantia relapsus non mutat speciem, & non potest afferri ratio per se loquendo, cur pœnitens obligetur ad huiusmodi circumstantiam explicandam, modo cum debito dolore peccata commissa quoad numerum, & speciem explicet, ac in posterum vitæ emendationem firmiter proponat: Aliàs enim si consuetudinem peccandi teneretur pœnitens aperire; Idem esset quod obligare illum peccata legitimè confessa iterum repetere, quod sanè nullo præcepto induci potest. Quod autem pœnitens teneatur illam circumstantiam explicare, si à Confessario interrogetur; ratio est, quia Confessarius Medici, & Iudicis vices gerit in hoc Sacramento, & cognita peccandi consuetudine, poterit pœnitenti diuersa remedia exhibere, v. g. peccatum mollitiei ex consuetudine patienti, frequentes confessiones cum vno, eodemque Confessario bis, aut ter in hebdomada, si opus fuerit, iniungere. Ita Bassæus; cui etiam adde me citato, carissimum Patrem Auersa *de Sacrament. pœnit. q. 10. sect. 10. in fine*; & Gesualdum *in Theol. mor. tom. 1. tract. 9. c. 3. n. 14.* Dico igitur pœnitentem (per se loquendo) non teneri hoc explicare, quia consuetudo peccandi non mutat speciem peccati: Imò hoc esset valdè onerosum pœnitenti: Nam sæpè sæpius obligaretur ad confitendum iterum peccata aliàs confessa absque rationabili causa; Dixi (per se loquendo) quia quandoque erit expediens; vt videlicet Confessarius percipiat statum pœnitentis. An sit in periculo recidendi in posterum, & vt possit remedia opportuna, & necessaria illi præstare. Ideóque si à Confessario pœnitens interrogatus fuerit de consuetudine, debet pœnitens in casu veritatem aperire, vt illi satisfaciat: Si verò non interrogetur, hoc explicare non debet nisi quando necesse sit, vt declaret Confessario statum conscientiæ suæ.

Sup. hac consuetudine in duabus Ref. seqq. & hic suprà in §. Sed affirmatiuam. à lin. 3.

11. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos tenent etiam Pater Tamburinus *opusc. de confess. lib. 2. cap. 1. §. 1. n. 6.* & Trullench *de Sacram. lib. 4. c. 6. dub. 4. n. 32.* Patet igitur ex dictis contra Pontium, nostram sententiam esse magis communem.

RESOL. CXXIV.

An consuetudo peccandi sit circumstantia aperienda in confessione?

Et quid, quando consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima? Ex part. 1, tr. 7. Ref. 15.

§. 1. Affirmatiuè respondet Fagundez *Præcept. 2. lib. 4. c. 4. num. 7.* Henriquez *lib. 5. c. 8. num. 2.* qui *in Glossa, litt. A,* citat pro hac sententia D. Antoninum, Tabienam, Rosellam, Syluestrum, Sotum & alios.

Sup. hoc in Ref. prætetita § Itaque me, & in aliis eius not.

2. Sed contrariam sententiam, & meritò docet Bonacina *de Sacrament. disput. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. §. 3. diff. 3. num. 22.* qui citat Suarez, Reginald. & Zerolam, quibus ego addo Vasq. *in 3. p. tom. 4. q. 91. art. 1. dub. 3. num. 3.* nisi, quando consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima, quam pœnitens tenetur resecare, secùs, quando fuisset consuetudo, vbi non est

Sup. hoc in Ref. seq. § Vnde. ad mediú.

hæc

hæc occasio; tunc enim non tenetur talem consuetudinem explicare, nisi à Confessario iusta de causa interrogetur, vt illius dispositionem intelligat: quia consuetudo arguit infirmum emendationis propositum. Vide *infra in Resol.55.* vbi Sancium contrarium docentem inuenies.

Sup. hoc in primis lin. Ref. not. seq. &c.

Quæ nunc hîc sequuntur, & in aliis eius primæ annot.

RESOL. CXXV.

An circumstantia recidiuæ sit aliquando confitenda?

Et an Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre absolutionem?

Et an Confessarius habeat ius ad interrogandum de consuetudine peccandi, quia nullo præcepto humano induci potest, quod pœnitens obligetur peccata legitimè confessa repetere, quando non interuenit reseruatio; imò licet interueniat reseruatio, non potest pœnitens obligari ad iterum confitenda peccata?

Et ideo infertur, quod si pœnitens probabiliter credat Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fateretur consuetudinem peccandi, posse, æquiuocatione vtendo, negare consuetudinem.

Et an hoc vltimum procedat, si etiam credat absolutionem se nacturum?

Idem est de occasione proxima ineuitabili tamen sine magno incommodo, & scandalo; nam in tali casu posset etiam pœnitens vti æquiuocatione, licet à Confessario de tali occasione interrogetur? Ex part.1.tr. 7.Ref.55.

Sup. contento in primis lin. huius textus supra in Ref. 125 & in aliis eius primæ not.

§. 1. Teneri pœnitentem confiteri consuetudinem peccandi si à Confessario interrogetur docet Vasquez *in 3.p.tom.4.q.91.art.1.dub. 3.* Henriquez *lib.5.cap.8.n.1.* Reginaldus *tom.1.dub. 6. c.4.n.* 133. & nos *supra in Resol. 55.* docuimus. Et posse Confessarium, etiam per mensem, plus, vel minùs, secundùm prudentiam, differre absolutionem assuetis peccato, docuit Graffius *p.1.dec. lib.1.c. 20. num.* 24. Idem etiam docet Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 32. sect.2. in fine.* Sayrus *in claui regia,lib.1. cap.5.num.8.* Sanchez *in sum.tom.1.lib.1.cap. 32.n. 45.* Toletus *lib. 3.c.18.n.3.* Iterum Suarez *de Relig.tom.1.lib.3. cap.8. in fine.* Reginaldus *in praxi,tom.1. lib.18.n.8.* Villalobos *in sum.tom. 1. tractat. 11. difficult. 25. in fin.* Delrius *in disquisit.mag. lib.1.cap.5.quest.4. in fin.* Sà *verb. absolution.n.14.* Henriquez *lib.4.cap.24.n. 4.* Bannez *in 2.2.q.2.art.8.dub.1.* Ledesma *in sum.tom.2. tract.1. c.3.post concl.7.* & alij.

Sup. hac doctrina supra in tr.4. Ref. 26. 27. & in Ref. 28. à §. Sed difficultas. & in Ref. 30 & in tr. 6. Ref. 19. in principio.

2. Non reticebo tamen, (quod est valdè notandum, quia nouum,) Ioannem Sancium *in suis practicis disputationibus Matriti impressis, anno 1624. disp. 9.n.6.& seq.* contrariam sententiam ex multis rationibus docere: & ideò putat, Confessarium ius non habere ad interrogandum de consuetudine peccandi, cùm neque illud habeat, vt bis eadem peccata quis confiteatur, nec ad afficiendum pœnitentem pudore, & dedecore, consuetudine peccati cognita: sed debet pœnitens statim absolui, si vere dolorem habeat de præteritis, ac in posterum vitæ emendationem firmiter proponat. Probat hanc sententiam authoritate aliquorum Doctorum. Et ratio est: quia, vt *suprà* dictum est, si consuetudinem peccandi teneretur pœnitens aperire, idem esset, quòd obligare illum peccata legitimè confessa iterum repetere; quòd sanè nullo præcepto humano induci potest, saltem quando non interuenit reseruatio: imò licèt interueniat reseruatio, non posse pœnitentem obligari ad iterum confitenda peccata, docet Vasquez *in 3.p.to.4.q.93.art.1. dub.6.n.4.* retractans sententiam, quam antea docuerat *in q.91.art.3.dub.6.7.& 8.*

Sup. hoc sup. in n. 5. Resol. 28.

3. Deinde pœnitens, quamuis sit pessimæ consuetudini addictus, si mentem mutauerit, & occasionem frangere proposuerit, in illo non remanet status peccati: ergo illi non est deneganda absolutio: nam, si Confessarius potest in tali casu licitè absoluere pœnitentem, vt ipsimet aduersarij concedunt; ad id tenebitur, quia pœnitens habet semper ius, vt sibi non negetur absolutio, si dignus sit, nisi id efficiatur de proprio ipsius pœnitentis consensu.

4. Vnde ex his infert Sancius, quòd si pœnitens probabiliter credat, Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fateretur consuetudinem peccandi, posse æquiuocatione vtendo, negare consuetudinem, vt fiat sensus; Consuetudine careo peccandi, non absolutè; sed ad confitendum tibi de præsenti. Et hoc etiam procedit, si credat, absolutionem se nacturum: cùm ad confitenda eadem peccata bis non sit obligatus, nec patiendum pudorem ex consuetudine iam nota oriundum. Idem dicendum est de occasione proxima, ineuitabili tamen, sine magno incommodo, & scandalo: nam in tali casu posset etiam pœnitens vti æquiuocatione, licèt à Confessario de tali occasione interrogetur: nam posito vero proposito, vt supponimus, emendationis, habet pœnitens ius ad absolutionem: & vt Confessarius rectè suo fungatur officio, nihil conducit scire, sitne pœnitens in occasione, vel non, dato, quòd illam vitare non potest, eò quòd siue cognoscat occasionem, siue non, tenetur Confessarius absolutionem dare. Ergo, &c. Deducitur etiam ex dictis contra Azorium *tom.1. lib. 1.c.1.q. 4.* non esse denegandam absolutionem habenti consuetudinem i[...]ndi; & contra Ledesmam *in sum.to.2.tract.1.c.3.post 7.conclus.* & alios, ignoranti doctrinam Christianam, etsi sæpè admonitus non didicisset, dummodo pœniteant de præterito, & proponant de futuro.

Sup. hoc sup. in Ref.125.§. Ille mouetur.

Sup. hoc in Ref. præteritæ §. 1. ad lin. 4. vers. nisi. & lege etiã Ref. not. primæ huius Ref.

Sup. hoc in Ref. annot. secundæ huius Ref. Sup. hoc ibidem.

5. Putat igitur supradictus Sancius, vir equidem doctissimus, peccatorem consuetudinarium in quocunque peccato, dummodo habeat dolorem de peccatis, & firmum propositum cauendi de cætero, esse absoluendum toties, quoties, nec posse Confessarium illi beneficium absolutionis denegare; & respondet ad argumentum in contrarium, quod adduci potest, nempe, absolutionem in tali casu differendam esse, vt cautior pœnitens reddatur ad præcauenda peccata, & propter incutiendum timorem. Hæc omnia desumpta sunt, vt diximus, ex supradicto Sancio: adi illum, & non pigebit: est enim vir acutissimi ingenij; & hæ prædictæ disputationes, quas nuper edidit, sunt immortalitate dignissimæ. Vtinam alios ingenij sui fœtus in lucem emitteret! Sed an hæc opinio sit tuta in praxi, remitto me iudicio aliorum.

RESOL. CXXVI.

An concubitus viri Christiani cum muliere infideli, Turca, Iudæa, heretica, &c. sit circumstantia in confessione aperienda?

Et quid, si hic casus fuisset ab Episcopo reseruatus?

Et an hoc peccatum pertineat ad sacrilegium, quia talis coniunctio est prohibita in honorem Christianismi ab Ecclesia? Ex part.3. tractat. 4. Resol. 137. aliàs 138.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent Naldus *in summa ver. fornicatio.n.2.* Lopez *in instruct. part. 1.cap. 35.§. affine est huic.* Homobonus *de casu reseru.part.2.cas.4 sent.5.* Contadus *in respons. cas. conscient. part. 2.q.174.* Floronus *de cas.reseru.part.1. cas. 7.post §. 1. ver. mulieribus abutentes. numer. 5.* Bellochius *de cas.reseru.part.2.q.1.n.169.* Henriquez *lib. 2. de pœnit.cap.6.n.3.in glossa littera M.* & Sanchez *de matrim.*

Sup. hoc in Ref seq. & in Resol.1. post seq signãter § Itaque ad.

matrim. tom.1.lib.7. disp. 5. num. 11. vbi sic asserit. Infertur quintò habere circumstantiam luxuriæ mutantem speciem, ac necessariò fatendam, accessum fidelis cum infideli aduersùs impedimentum dirimens matrimonium ob cultus disparitatem, quia ratio, ob quam Ecclesia hoc matrimonium dirimit, videlicet quia credit in religionis dedecus, si fidelis cum infideli copuletur matrimonio, locum habet in copula illicita. Et ideò prohibito matrimonio, censetur specialiter copula illicita prohibita. Adde etiam esse quoque periculum educationis prolis in infidelitate, & peruersionis coniugis fidelis, quæ pericula in coitu fornicario etiam reperiuntur, vtpote qui vnitatem carnis efficit, & valde amorem conciliat. Et tandem poenæ peculiares grauissimæ huic copulæ legibus statutæ argumentum non leue inducunt, vt inde illius specialis grauitas colligatur. Ita Sanchez. Vide etiam Lessium *lib. 4.cap.3.dub. 6. num.* 45. qui putat hoc peccatum pertinere ad sacrilegium, quia talis coniunctio est prohibita in honorem Christianismi ab Ecclesia.

2. Verùm licèt ego hanc sententiam teneam, attamen contrariam tenentes non damnarem, quia multi ex supradictis Doctoribus, & in specie Azorius *part.* 3. *lib.3.cap.19. quæst.* 3. Ioannes Franciscus Suarez *in enchiridion casuum conscientiæ, lib. 5. ver. Confessio, fol.* 346. & Filliucius *tom.2.tract.* 30. *cap.* 2. *num.*52. asserunt, talem accessum hominis Christiani cum infideli. non esse specie distinctum à simplici fornicatione, & esse tantùm circumstantiam aggrauantem; sed circumstantiæ etiam notabiliter aggrauantes, secundùm opinionem probabilem multorum DD. non sunt necessariò in confessione explicandæ. Ergo, &c. Et ita hanc sententiam absolutè in terminis tenet Alcozer *in summa, c.* 20. *fol.*74. *pag.* 1. *§. el sex muger*; & nouissimè illam tenet Franciscus Syluius, Professor publicus sacræ Theologiæ in Academia Duacena *in suis doctissimis commentariis ad* 2. 2. *D. Thomæ, q.*154.*art.*2.*§. quæritur secundò.*

3. Igitur secundùm hos Doctores, secluso scandalo, & periculo subuersionis, vel contemptus legis & Religionis Christianæ, vel nisi sit casus ab Episcopo reseruatus, si quis concubitum haberet cum sufficit infideli, sufficit in confessione, vt dicat: Toties fornicatus sum, sine explicatione, quòd dicta mulier fuerit Turca, Iudæa, Hæretica, &c. quia talis copula (vt dictum est) non differt à simplici fornicatione & est tantùm circumstantia aggrauans. Sed ego teneo primam sententiam, nempe esse aperiendam in confessione, quia est circumstantia mutans speciem. Vide etiam Monachium *de arbitr. iudicum lib.*2.*cas.*190.

RESOL. CXXVII.

An Dominus peccans cum seruo, vel serua infideli debeat in confessione hanc circumstantiam explicare? Ex part.7 tr.7. Ref.73 aliàs 72.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq. §. Itaque ad.

§. 1. COmmuniter respondent affirmatiuè, quia copula habita cum persona, cùm qua matrimonium ob Ecclesiasticam prohibitionem consistere non potest, tunc accipit spiritualem malitiam nessariò in Confessione explicandam. si impedimentum illud dirimens constitutum fuit ab Ecclesia præcipuè propter copulam, quasi illa habeat indecentiam in ordine ad aliquam virtutem; vt euenit in impedimento disparitatis cultus, quòd impedimentum ideò ab Ecclesia positum est, quia illa copula cedit in Religionis dedecus; vnde prohibito tali matrimonio fidelis cum infideli, censetur etiam prohibita specialiter copula illicita inter illos. Et consequenter ea copula illicita fidelis cum infideli habet aliam malitiam specie diuersam à malitia fornicationis. Talis autem malitia specie diuersa reducitur vel ad sacrilegium, vel ad infidelitatem seu potius aliquo modo ad vtrumque vitium. Et ideo hanc sententiam nouissimè docet Auersa *de Sacramento Pœnitentiæ, quæst. 9. sect.* 9. & alij à me alibi adducti. Alibi in Ref. & §. not. præter.æ.

2. Non desinam tamen adnotare hìc obiter negatiuam sententiam esse probabilem: asserunt etenim quamplurimi Doctores circumstantiam infidelitatis in copula illicita non mutare speciem, sed tantummodo aggrauare; Ergo cùm probabiliter circumstantiæ aggrauantes non sint necessariò in confessione explicandæ, per consequens non erit explicanda circumstantia infidelitatis, vtpote tantùm circumstantia aggrauans.

RESOL. CXXVIII.

An qui copulam habuit sodomiticam cum Infideli, vel copulam cum muliere Hebræa, vel hæretica, debeat in confessione explicare circumstantiam personarum?

Et an patiens sodomiam sit obligatus aperire in confessione se fuisse patientem? Ex part.9.tr.9.& Misc. 4.Ref.3.

§. 1. SEd dices; hi casus quid ad praxim? vtinam in praxi non acciderent. Primùs casus potest frequenter accidere in Triremibus, & ego olim Panormi de illo interrogatus fui, cùm de mandato Ducis de Albuquerque Viceregis munus fungerer Rectoris Theologi in Archiconfraternitate Regia Redemptionis captiuorum: nam quidam captiuus Christianus apud Turcas, cogebatur à Domino actum sodomiticum secum habere. Cum mulieribus hæreticis quid non potest accidere in Germania, Gallia, & Polonia? De mulieribus Hebræis, mensibus elapsis ex quadam Italiæ Ciuitate accepi Epistolam subscriptam cum nomine fictitio, tenoris sequentis. Al multo Reuerendo Padre Antonino Diana Esaminatore de Vescobi. Intus verò inueni hæc verba. Titius per multos annos habuit rem cum muliere Hebræa; modò, Pœnitentia ductus, vult confiteri, sed habet magnam verecundiam explicandi Confessario hanc circunstantiam. Petit à Reuerentia vestra, an adsit aliqua opinio probabilis, vt possit illam non exprimere.

2. Itaque ad supradictos casus affirmatiuè respondet Reuerendissimus Pater Candidus Sacri Palatij, Magister, *tom.2. disquis.* 24. *art.* 23. *dub.* 35. vbi ita ait: Habet circunstantiam luxuriæ mutantem speciem, ac necessariò fatendam accessus fidelis cum Infideli; quia ne dum talis accessus est contra virtutem castitatis, sed etiam contra Religionis Christianæ decus, ac proinde sacrilegam esse dico talem copulam, & pertinebit ad sacrilegium. Idem dicendum de copula fidelis cum hæretica ob dedecus, & iniuriam Christianæ Religionis. Ita ille; cui adde, me citato, Eminentissimum Cardinalem de Lugo, *de Pœnit. disput.*16.*sect.*6. *num.*333. & etiam me citato, Leandrum *de Sacram. tom.*1.*tract* 10.*disp.* 8. §.3.*quæst.* 7. Naldum *in Summ. verb. Fornicatio, num.* 2. *& alios.*

3. Sed ego alibi negatiuam sententiam tanquam probabilem admisi, & nunc iterum admitto: & præter Azorium, & alios, hanc sententiam tenet Syluius *in* 2. 2. *D. Thomæ, quæst.* 154. *artic.* 2. Fagundez *in Decalog. tom.*2. *lib.* 6. *capit.* 1. *numero* 14. & Alibi in duabus Ref. antecedentibus.

Tamburinus

Tamburinus *Opusc.1.lib.2.capit.7.§.4.num.10.* vbi sic ait, fidelis peccans cum infideli, quantum est ex hoc capite, non peccat, vti simplici fornicatione ex opinione probabili: licèt: licet etiam esset contra Religionem, idest contra reuerentiam Sacramenti Baptismi, non negem esse probabile: Confirmo priorem probabilitatem; quia principalis ratio cur dicendum foret hoc esse peccatum speciale, est quia Ecclesia dum prohibet coniugium fidelis cum infideli, prohibet etiam quamcumque coniunctionem, cùm sit idem motiuum, idest vt pro reuerentia nostræ Religionis, vitetur illa coniunctio, quæ est damnosa tùm ipsi fideli, tùm proli educandæ. Quæ est ratio Sanchez allata, & approbata à de Lugo. Sed hæc ratio non multum vrgere videtur: ergo, &c. Minor probatur: nam primò vbi vnum prohibetur, non intelligitur prohibitum & aliud, quantumuis simile, vt est notum in Iure. Multò plus, quia secundò interuenit non parua disparitas: nam in matrimonio est longè maior coniunctio, quàm in copula furtiua. Tertiò, quia etiam sic intelligerentur specialiter prohibita ciuile commercium, collocutio, familiaritas, imò & seruitium Infidelium, ex quibus oriri maius periculum sanè potest. Fateor esse peccatum, quando quis cum Infidelibus (existente euersionis periculo, vel scandalo) familiariter degit; sed hoc non est illud, de quo agimus, sed quid commune ad omnes actiones periculo peccandi expositas. Quarto, cum totam hanc malitiam specialem ducant aduersarij à prohibitione Ecclesiæ prohibentis Matrimonium fidelis cum Infideli; sequitur; saltem regulariter, non esse nouum formaliter peccatum; quia communiter talis prohibitio inculpabiliter nescitur, imò probabiliter, vt patet ex dictis, non adesse. Denique pœnæ grauissimæ legibus contra hoc peccatum constitutæ, ostendunt quidem grauitatem, sed non diuersitatem specificam: sicuti pœnæ constitutæ in homicidium qualificatum, v.g. Proditorium, non ostendunt differre specie à non qualificato. Sed hæc satis contra nostram breuitatis sectandæ consuetudinem. Quid de sodomia cum Infideli? Respondeo; idem videri dicendum, nempe abundè esse si fateatur quis commissam à se fuisse sodomiam, siquidem, vt ex dictis constat, non apparet, vnde necessariò deriuetur specifica diuersitas. Hucusque probabiliter Tamburinus. Dixi probabiliter; quia priorem sententiam affirmatiuam existimo probabiliorem.

4. Itaque rescripsi ad consulentem, vbi suprà, posse illum confiteri toties commisisse fornicationem, non exprimendo fuisse cum muliere Hebræa. Et idem dicendum est, si fuisset commissa cum muliere Hæretica, vel Infideli. Imò teneo in primo casu contra Eminentissimum de Lugo & Tamburinum *Opusc.1.lib.2.cap.7.§.10.num.175.* illum captiuum Christianum non esse obligatum aperire in Confessione se fuisse patientem: nam peccatum agentis, & patientis in Sodomia non differunt specie; neque circunstantia patientis est necessariò explicanda; vt præter Leonem, Lupum, Mazzuchellum, & alios, à me alibi adductos, tenet nouissimè, me citato Gesualdus in *Theolog.moral.to.1.tract.19. cap.4.num.19.* (Sup hoc infr. in Resol.133. 134.135. & in Ref.136.& in §.2.Ref.163. & in alio §. earum annot.)

RESOL. CXXIX.

An si frigidus, vel Eunuchus haberet copulam cum muliere, deberet aperire hanc circunstantiam in confessione? Ex part.3.tr.4.Ref.138.aliàs 139.

(Sup hoc in Ref. seq.) §. 1. Affirmatiuè respondent Henriquez *lib.5.de pœnit.cap.6.n.3.in glossa littera M.* Lessius *lib.4.cap.3.dub.6.n.45.* & Sanchez *tom.1.lib.7.disp.5.n.14.* vbi ita ait. Infertur, coitum cum impedimento, impotentiæ, vt si frigidus, vel Eunuchus coeat, habere circumstantiam diuersæ speciei necessariò confitendam, quia ratio prohibitionis matrimonij inter hos, nempe impotentia generandi, & sic frustatio finis, & ad quem natura coitum destinauit, militat etiam in copula illicita, quare hic coitus reducitur ad peccatum contra naturam. Ita ille.

2. Sed hanc sententiam non existimat ita certam Filliucius *tom.1.tract.10.part.2.c.1.n.23.* vbi sic asserit, copulam cum habente impedimentum impotentiæ naturalis, esse etiam peccatum contra naturam reductiuè, ex ea enim sequi non potest generatio, asserunt Henriquez & Sanchez, communiter non reputatur addere specificam malitiam, est valde dubium. Sic Filliucius.

RESOL. CXXX.

An Eunuchus, vel frigidus accusans in confessione se fornicatum fuisse, teneatur explicare circunstantiam impotentiæ?

Et obseruatur in huiusmodi personas etiam in confessione peccatorum internorum adesse obligationem explicandi talem circunstantiam, nisi forte fuerint desideria, quæ talem malitiam præscinderent.

Et an licitum sit alicui Principi, vel Patri castrare filium, vt cantu possit Ecclesia melius deseruire? Ex part.6.tr.6.& Misc.1.Ref.35.

§. 1. Ad hanc quæstionem ita respondet Filliucius *tom.1.tr.10.p.2.c.n.23.* Sequitur copulam cum habente impedimentum impotentiæ naturalis, esse etiam peccatum contra naturam reductiuè, quia ex ea potest sequi generatio. Communiter tamen non reputatur addere specificam malitiam; saltem est valde dubia. Ita ille. (Sup. hoc in Ref. præcedente.)

2. Sed absolutè Affirmatiuam sententiam docet Sanchez *de Matrim.tom.2.lib.7.disp.5.num.14.* Henriquez *lib.5.cap.6.num.3. in Gloss.littera M.* & Lessius *lib.4.cap.3.dub.6.num.45.* Et ideò si frigidus & Eunuchus coëat, talis coitus habet circumstantiam diuersæ speciei necessariò confitendam: quia hic coïtus reducitur ad peccatum contra naturam, cùm in illo adsit impotentia generandi & sic frustratio finis, ad quem natura copulam destinauit. Vnde rectè Pater Lugo *de Sacram.pœnitent.disput.16.sect.6.n.338.* obseruat in huiusmodi personis etiam in confessione peccatorum internorum adesse obligationem explicandi talem circumstantiam, nisi fortè fuerint desideria, quæ talem malitiam præscinderent: vt si Eunuchus, aut impotens desideret potentiam quæ illi deest, vt possit naturaliter cum aliqua fœmina coïre; nam hic actus internus non haberet obiectum peccati contra naturam, sed naturale, atque adeò careret materia speciali proueniente ex tali circumstantia.

3. Sed quia incidit hic sermo de Eunuchis, fuit à me nouissimè quæsitum. An licitum sit alicui Principi, vel Patri castrare filium; vt cantu possit Ecclesiæ meliùs deseruire. Et pro parte affirmante tunc consulentes adduxerunt mihi Salonium: sed respondi satis à me confutatum fuisse *in 3. part. tractat. 5. resolut. 38.* cum aliquibus Doctoribus; quibus nunc addo Gbilinum *in summa, verb. Castratio.* Clanes *in summa Censurarum, verb. Eunuchus,* & alios quos affert & sequitur Marcellus Megalius *in Promotuario, tom. 2. verb. Eunuchus, num. 2.* vbi me citato docet illicitum esse parentibus, etiamsi fiat sine periculo vitæ, de eorum consensu eunuchare (Sup. hic quæst. in to. 8.tr.5.Resol. 58.59. & 60. & in tom.9. tr.3.ex Resol. 107. cum 105. Deinde & in tom.6 tr. 1.ex Ref.18. § Nota hic, & in to.7.tr. 5. Ref.66. à lin.5.)

chare filios, quos plurimum Eccleſiæ profuturos ſperant: quia talis caſtratio eſt intrinſecè mala, cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorum; & mala non ſunt facienda, vt inde eueniant bona: & varia animæ pericula hinc conſequi ſolent, cùm tales ardentiùs libidine inflammantur, & ad concubitum impatientiſſimè feruntur: & bonum illud, vt ſuauiùs canant in Eccleſiis, tanti momenti non eſt; vt ob id res à natura per ſe tam aliena ſuſcipiatur; nec pro ſalute ſpirituali, aut periculo animæ vitando id licitum eſſe conſtat: non eſt ergo audiendus Salonius.

RESOL. CXXXI.

An qui contra naturam peccanit cum mare, vel fœmina, vel cum beſtia diuerſa ſpeciei, debeat explicare circumſtantiam maris, vel fœmina, aut beſtia huius, vel alterius generis? Ex part. 1. tractat. 7. Reſolu. 2.

Sup. hoc infra in Reſ. 132. & in Reſ 143 in fine, àverſ. quiætiam. & in Reſ. 144. ſignãter in §. 1. ad medium, & in Reſ 163. §. 1. & in Reſ. 164 §. Quæro tertio. Sed vt magis clareſcat doctrina huius totius Reſ. lege infrà doctrinam § vlt. Reſol 133. & aliorum eius not. & Reſol. 142. per totã & aliarũ eius annot.

§. 1. RESpondeo negatiuè, ex doctrina Caietani *quaſt. 3. de Confeſſ.* & aliorum: quia ſpecies illæ ſpecialiſſimæ, quæ ſolùm differunt in genere entis, & naturæ, & non in genere moris; & malitiæ, non ſunt confitendæ, ſicut eſt diuinatio per terram, per aſtra, per aquam: item, peccatum æquale in potu, vel eſu carnium, vel aliarum rerum: item, furtum auri, panni, argenti, &c. non dicunt niſi vnam deformitatem formalem in genere moris; & propterea, neque iſtæ ſpecies ſpecialiſſimæ, neque circumſtantiæ materiales ex parte entis ſunt neceſſariò confitendæ. Eodem modo dicimus de peccato contra naturam, non eſſe neceſſe confiteri circumſtantiam maris, vel fœminæ vnius, aut alterius generis beſtiæ: ſed ſufficit dicere: Peccaui in ſodomia toties: in beſtialitate quater, &c. Et ita publicè docuit, hìc Panormi, quidam Theologus Societatis IESV, licèt Tannerus (quod mihi magis placet) contrarium doceat, quoad ſodomiam *in 2.2. tom. 3. diſp. 3. quaſt. 3. punct. 6. num.* 149. & ante illum Zanard. *in direct. part. 1. precept. 6. c. 9.*

RESOL. CXXXII.

An quis in confeſſione teneatur explicare, ſi ſodomia fuerit commiſſa cum maſculo, vel cum fœmina?

Et quid, ſi circumſtantiam fœmina vellet aperire propter reſeruationem, ne videretur incidiſſe in caſum Sodomia reſeruatum? Ex part. 8. tractat. 7. & Miſc. Reſ. 86.

Sup. hoc in Reſ præterita, & in omnibus aliis eius annot.

Alibi ſup. in tr. 5. Reſ. 56. & in aliis eius not.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Bonacina *de Matr. q. 4. punct. 11. n. 7.* ſed mihi magis placet opinio negatiua, quam nouiſſimè docet Mazuch. *tract. de caſ. reſer. diſp. 2. c. 22. diffic. 1. n. 24.* licèt enim concubitus iſte cum fœmina non ſit propriè Sodomia, vt alibi ſatis docui, tamen cùm ad ſodomiam reducatur, ideo ſatisfaceret pœnitens dicendo: Peccaui contra naturam; niſi verò circumſtantiam fœminæ vellet aperire propter reſeruationem, ne videretur incidiſſe in caſum ſodomiæ reſeruatum.

RESOL. CXXXIII.

An in peccato Sodomia teneatur quis exprimere in confeſſione, an fuerit agens, vel patiens, vel gradus cognationis carnalis?

Et an peccata omnia contra naturam ſint vnius ſpeciei infima, & non ſubalterna? Ex part. 3. tract..., Reſ. 158. aliàs 159.

Sup. hoc in tribus Reſol. ſeqq. & infrà in Reſ. 163. §. Quæro ſecundo & ſup. in Reſ. 128 in fine, & in to. 2. tr. 6 Reſ. 114. § Nota vero. & ſeq.

§. 1. REſolutionem horum dubiorum apud paucos inuenies, quæ tamen, faxit Deus, vt ſæpiùs in praxi non occurrant. Et ad primum negatiuè reſpondet noſter Pater Alphonſus de Leone *in tract. de officio, & poteſtate Confeſſarij, part. 1. recollect. 9. num. 216. & 218.* vbi ſic ait: Ego dicerem, ſaluo meliori iudicio, non eſſe neceſſariò exprimendum an fuerit agens, vel patiens, quia tale peccatum eſt eiuſdem ſpeciei, & ideo quia magis graue eſt peccatum agentis, quàm patientis, ideóque maiori pœna punitur, non autem ſequitur eſſe diuerſæ ſpeciei, cùm magis, & minus non varient ſpeciem. Ita ille. Si quis ergo verecundiam haberet confitendi, ſe in actu ſodomitico fuiſſe patientem, ſufficit vt dicat: Toties ſodomiam exercui.

2. Ad ſecundum dubium ſupradictus auctor *ibid. num. 214.* etiam negatiuè reſpondet, docet enim copulam ſodomiticam inter cognatos mutare ſpeciem, quando illi inuicem ſunt tales in linea recta; in linea verò tranſuerſali, circumſtantiam aggrauantem; non eſſe tamen in vtroque caſu gradum cognationis carnalis exprimendum, quia in inceſtu probabile eſt nullum gradum mutare ſpeciem, & in tali copula non commiſcetur caro, nec contrahitur affinitas; ſed de hoc dubio etiam alibi a nobis actum eſt.

Alibi infra in Reſ. 137. &c.

3. Notandum eſt etiam hìc obiter cum Filliucio *tom. 2. tract. 10 cap. 7. num. 131.* & aliis, probabile eſſe quòd peccata omnia contra naturam ſint vnius ſpeciei infimæ, & non ſubalternæ; licèt contraria opinio ſit magis probabilis.

Sup. hoc melius, & magis latè in to. 8. tr. 6 Reſ 20. §. 1. & in aliis eius not. & infra in Reſ. 135. § 1. poſt medium, verſ. Demas.

RESOL. CXXXIV.

An in peccato Sodomia pœnitens teneatur explicare ſe fuiſſe patientem? Ex part. 6. tr. 6. & Miſc. 1. Reſ. 36.

Sup. hoc in Reſ præterita §. 1. & infrà in tribus Reſ. ſeqq. & in Reſol. 163. §. Quæro ſecũdo & ſup. in Reſol. 128. in fine, & in to. 2. tr. 6 Reſol. 114. à §. Nota vero.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Pater Lugo *de Sacrament. Pœnitent. diſputat.* 16. *ſect. 5. num. 1. & num.* 243. quia ex parte agentis interuenit pollutio propria, quæ non interuenit ex parte patientis: diuerſum autem peccatum ſpecie eſt, voluntariè pollui, vel ſolùm cooperari pollutioni alterius: aliud enim eſt cohibere delectationem propriam illicitam, & aliud non procurare alienam. Et quamuis etiam ipſe patiens habeat aliquo modo tactum impudicum, & delectationem turpem (quod tamen non videtur quoad delectationem vniuerſaliter verum) negari tamen non poteſt pollutionem ipſam diuerſam malitiam explicandam afferre ſupra ſimplicem tactum impudicum: qui enim ſine intentione aut periculo pollutionis tangeret, propter turpem ſolam delectationem tactus, non contrahit malitiam, quam contrahit, qui ex intentione pollutionis id facit. Vnde iſte debet explicare peccatum pollutionis quam procurauit & habuit. Ergo de primo ad vltimum in peccato Sodomitico agens debet explicare circumſtantiam illam propter malitiam ſpecie diuerſam, quam affert. Ita Lugo. Vbi obſeruat, quòd ego videor ſententiam negatiuam approbare *in part. tert. tractat. 4. reſolut.* 159.

Quæ hic eſt Reſ. antecedens.

2. Sed hanc ſententiam Romæ approbatam eſſe mihi conſtat à doctiſſimo Patre Nicolao Riccardi Magiſtro ſacri Palatij Apoſtolici: interrogatus enim de hoc caſu negatiuè reſpondit. Et hanc opinionem tenet nouiſſimè Zambellus *in Repert. Mor. ver. Abſolutio, num.* 43. Lupus *de caſibus reſer. part. 2. caſ.* 10. *n.* 22.

num. 22. & Hieronymus Ghilinus *in summa, verb. circumstantia pe.catorum, numero quinquagesimo,* vbi sic ait: In peccato Sodomiæ non tenetur quis exprimere in confessione, an fuerit agens, vel patiens, quia tale pecatum est eiusdem speciei. Si quis verecundiam haberet confitendi se in actu sodomitico fuisse patientem, sufficit vt dicat, toties Sodomiam exercui. Ita ille. Vide etiam me ipsum *in 5. part. tract.14. resolut.59.*

Quæ hic est infra Ref.163. §. Quarto secundo. & in alia eius not.

RESOL. CXXXV.

An patiens in peccato sodomia debeat explicare in confessione fuisse patientem, non obstante quod agens seminet, patiens vero non?

Et an omnia peccata contra naturam sint vnius speciei infima, & non subalterna? Ex part.7. tr.10. & Misc.1. Ref.8.

Sup. hoc in duabus Ref. præteritis, & in Ref.seq & infrà in Ref. 163.§ Quarto secũdo.& suprà in Resol. 128 in fine, & in tom. 2. tr.6.Ref.114. à § Nota vero.

§. 1. SVfficere probabiliter si dicat in confessione peccaui peccato Sodomiæ, bis docui, & nunc iterum doceo, & ita me citato tanquam probabilem hanc sententiam admittit nouissimè Ioannes Machadus *de Perfect. Confess. tomo primo, libro secundo, parte tertia, tractat. 19. document. octauo, numero quarto*, vbi sic ait: [La tercera duda es, si en este pecado mude la especie, el ser vno agente en el, ò paciente: de modo que se deua declarar en la confession. Probable es que si, i probable tambien que no; porque aunque sea mas graue pecado el del agente, que el del paciente, i como tal se castiga, con mas rigor: no crece su malicia tanto, que venga à ser de diferente especie. Demas de que como afirma Filincio es muy probable, que todos los pecados contra naturaleza son: Vnius speciei infimæ, & non subalternæ.] Ita Machadus; sententiam Filliucij, tanquam probabilem admittit etiam nouissimè Ioan. Caramuel *in Reg. Diui Benedicti, disputat.66, num.983.* licèt obseruet me docere, contrariam esse probabiliorem.

Sup. hoc sup. in Ref.133.§. vlt.& in aliis eius annot.

2. Nota quod nouissimè me etiam citato Mazuchellus *de Casibus reseruatis disputatione secunda, capite 22. difficultate prima, num.21.* docet etiam in peccato Sodomiæ patientem non teneri explicare hanc circumstantiam, & addit non obstare, quod agens in peccato Sodomiæ seminet, patiens verò non,; ergo tenetur manifestare vtrum fuerit agens, vel patiens; & hoc est argumentum quod contra me adduxit olim Sapientissimus Vit, & Eminentissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo, sed respondendum est, circumstantiam hanc ex parte pœnitentis esse minuentem, sed circumstantiæ minuentes intra eandem speciem non sunt confitendæ. Ergo.

3. Nec obstat quòd Confessarius sit intellecturus de Sodomia actiua, quia circumstantia hæc non minuit variando speciem, ita vt tollat ab actu nouam speciem peccati mortalis, sed minuit intra eandam speciem; quomodo fœmina habens copulam cum consanguineo, quæ tamen non seminasset, non teneretur in confessione manifestare se non seminasse, quia circumstantia hæc minneret intra eandem speciem, sed ipsa ritè confiteretur, dicendo, se incestum commisisse, etiamsi Confessarius esset intellecturus de incestu cum seminatione; sic & in casu de quo nos hîc tractamus. Ergo, &c.

RESOL. CXXXVI.

An in peccato Sodomia sit necessarium explicare in confessione, quisnam fuerit agens, vel patiens?

Et quid tamen, si patiens prater cooperationem ad pollutionem alterius pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione? Ex part. 11, tractat. 3. & Misc.3. Resol.4.

§. 1. EMinentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo nominatim contra me affirmatiuam sententiam conatus est firmare, sed hoc non obstante ferè omnes, qui post ipsum scripserunt, nostram sententiam negatiuã amplexi sunt, & præter Lupum, Mazuchellum, Bordonum, Gesualdum, Machadum, & alios à me alibi adductos hanc sententiam, me citato nominatim contra Cardinalem Lugo tenet doctus Ioannes Poorius *in Cur.Theolog.disp.46.quæst.7. conclus. 2. num. 67.* vbi sic ait: Dico secundo non esse necessariò explicandum in peccato sodomitico, quod quis fuerit agens, vel patiens, quia vterque peccat contra naturam, & vterque alterius peccato cooperatur. Vnde quamuis agens soleat pollui, non verò patiens, tamen patiens cooperatur ipsius pollutioni.

Alibi in tribus Ref. præteritis, & inf. in Ref.163.§. Quæro secũdo. & sup. in fine Ref.128.

2. Itaque confessor quando significat aliquis se commisisse peccatum sodomiticum cum alio, intelligit abunde, quod vel ipse polluerit se, & sic fuerit agens, vel quod cooperatus fuerit pollutioni alterius; non apparet autem esse differentia specifica inter vtramque pollutionem factam per mutuam cooperationem, ratione cuius quis debeat explicare quod ipsemet pollutus fuerit, & consequenter fuerit agens. Si tamen patiens præter cooperationem ad pollutionem alterius pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione, videretur quod ratione huius deberet explicare quod esset patiens, vt sic explicaret secundum peccatum de pollutione propria, quæ non solet ordinariè sequi, nec consequenter explicantur explicatione commixtionis sodomiticæ. Ita Pontius, cui adde me citato Marcum Serium *tom.1. disputat.4. quæst. 28. num.5.* & me citato Rocaful. *in praxi Theolog. moral. tom.2. lib. 4. de priuileg. Decalogi, cap.11. num. 178.* & me citato Possentium *in recollect.quæst.moral.verb. sodomia num.4.* & me citato Remigium *in prax. Confess. tract. 1. capit.6. §.11. num.21.* & me citato Verricelli *in quæst. moral. tract.4. quæst.8. num.2.* & me citato Longum *in Tabulis Sacram.tab.2.c.56.num.5.* & me citato Bictium *in prompt. Confess. part.2. cap.14.* Vnde & auctoritate Doctorum, & rationibus remanet satis probabilis nostra sententia aduersus Dominum meum Cardinalem Lugo, cui tamen adhæret Leander *de Sacram.tom.1.tract.5.disp.8.quæst.6.*

RESOL. CXXXVII.

An coïtus sodomiticus inter masculos in primo, & secundo gradu habeat etiam malitiam incestus, & sit in confessione aperiendus?

Et quid in prædicto casu, si actus sodomiticus sit cum consanguineo in tertio, & quarto gradu?

Et an in copula non sodomitica cum muliere affine, vel consanguinea sit explicandus gradus consanguinitatis, vel affinitatis?

Et cursim notatur impuberes commiscentes se cum consanguineis, vel affinibus non esse inclusos in casu reseruato incestus. Ex part.3. tractat.4. Ref. 100, alias 101.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docent Azorius *part.3. lib.3. cap. 18. quæst.5.* Graffius *de arbitr. confessar. lib.2. cap. 34. num.3.* vbi sic ait: Est etiam incestus quando coïtus sodomitici fiunt inter masculos in primo, & secundo gradu, vel coït masculus

Sup. hoc sup. in Ref.126.§. vlt. & in Ref. 133.§ 2. & in Ref.seq.§. Sed his. & breui-

ær in Ref. 1. post seq. §. 1. in fine.

sculus cum masculo, sodomiam perpetrans, & masculus est cognatus, licèt non sit incestus quantùm ad matrimonium contrahendum, impediendum, aut dirimendum, & ita intelligitur Caietanus 2. 2. *q.* 154. *art.* 11. Tamen sodomiæ incestuosæ rectè dicuntur; quoniam sunt perpetratæ contra pietatem debitam cognatis: & quoniam sunt abusus luxuriosi inter cognatos; quare cùm habeant specialem deformitatem, & malitiam præter malitiam sodomiticam, est exprimendum in confessione non solùm, quòd fuerit perpetratum peccatum sodomiticum, sed quòd fuerit etiam cum fratre in primo, & secundo gradu, vel cum cognato, vel cum cognata. Imò coitus sodomitici inter masculos, qui sunt cognati inter tertium, & quartum gradum consanguinitatis, etiam habent specialem deformitatem, & malitiam præter sodomiticam. Ita Graffius, Azor, & nouissimè Syluius *in* 2. 2. *D. Thomæ, q.* 154. *art.* 12.

Sup. hoc in Ref. seq.

2. Verùm hæc sententia, quoad tertium, & quartum gradum, in praxi non recipitur, vt testantur Bellochius *in praxi Theol. moral. part.*..*q.* 1. *num.* 110. & Homobonus *tract. de cas. reser. part.* 2. *cas.* 4. *fol. mihi* 314. *in* 2. *editione.* Et ideò existimo cum Florono *de cas. reser. part.* 2. *cas.* 6. *num.* 31. & Finellio *de cas. res. cas.* 10. *num.* 10. contra Zechium *de cas. res. cas.* 10. *n.* 1. per copulam sodomiticam nullam contrahi affinitatem, & ex consequenti, neque incestum committi; & ideò ratione incestus non erit reseruatus abusus fratris, aut sororis per actum sodomiticum inter gradus prohibitos, quamuis, vt asserit Finellius, personæ coniunctæ circumstantia grauius reddat ipsum scelus. Sed ego, qui teneo circumstantias aggrauantes intra eandem speciem non esse in confessione aperiendas, puto contra Azorium, Graffium I.C. & Bonacinam *de matrim. q.* 4. *punct.* 11. *num.* 7. posse aliquem probabiliter in tali casu se accusare de actu sodomitico tantùm cum consanguineo, vel affine sine explicatione gradus primi, & secundi, cum quibus habita fuit copula, vt probabiliter docuit de copula non sodomitica cum muliere affine, consanguinea, Giptius *de cas. reser. cap.* 8. *n.* 5. & Megala *in* 1. *part. lib.* 5. *c.* 12. *n.* 9. & nos diximus *in tr. de circumstantiis*; quia incestus non differunt specie, licèt contrariam etiam probabiliter afferant aliqui.

Sup. his sup. in Ref. 107. & in multis aliis eius not.

3. Notandum est tamen hîc obiter, Iacobum de Graffis docere *in praxi de cas. resern. libr.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. impuberes commiscentes se cum consanguineis, vel affinibus, non esse inclusos in casu reseruato incestus, licèt contrarium sentiat Floronus *de casibus reseru. part.* 2. *cas.* 6. *num.* 28. sed mihi opinio Graffij videtur probabilis, ex his quæ adduximus *in tract.* 1. *miscellan. resol.* 1.

Sup. hoc sup. in tr. 5. Res. 55. &c.

Quæ hic est suprà in tr. 5. Res. 55. & in alio §. eius annot.

RESOL. CXXXVIII.

An qui copulam sodomiticam habet cum aliquo intra tertium, vel quartum gradum affinitatis, vel consanguinitatis, teneatur hanc circumstantiam in confessione explicare?

Et de primo, & secundo gradu etiam agitur.

Ex quo deducitur omnes incestus esse eiusdem speciei, & esse inter consanguineos, vel affines; at in tali, aut tali gradu solum esse circumstantiam aggrauantem; & ideo pœnitens solum tenetur explicare in confessione se commisisse incestum, sed non tenetur explicare, an fuerit cum matre, sorore, filia, consobrina, aut nepte, aut cum consobrina vxoris. Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Res. 18. aliàs 16.

Sup. hoc in Res. præterita §. 1. prope fin. vers. Imo.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Azorius *tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 18. *quæst.* 5. vbi sic asserit: Quæritur an coitus sodomitici inter masculos, qui sunt Cognati intra tertium, vel quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis habeant specialem deformitatem, & malitiam præter malitiam sodomiticam: Respondeo, non habere, quoniam vel est gradus affinitatis, vel si est consanguinitatis, est solùm inter consanguineos linea collaterali, quoniam hi gradus cognationis solùm sunt instituti iure positiuo humano ad impediendum Matrimonium. Vnde iure humano speciali prohibiti sunt in his gradibus concubitus ordinarij, qui fiunt seruato sexu debito: non autem iure positiuo humano concubitus extraordinarij, qui non impediunt Matrimonium, quales sunt coïtus sodomitici; Secundò, etiamsi vera sit opinio eorum, qui asserunt iure naturali esse prohibitum Matrimonium in infinitum inter consanguineos in recta linea existentes, videtur mihi dicendum, coitus sodomiticos inter masculos, qui sunt consanguinei in recta linea ascendentium, & descendentium, esse quidem sodomias, sed non specie distinctas secundùm varietatem graduum, sed omnes esse sodomias incestuosas: Sodomias quidem, quia sunt coitus inter masculos, incestuosas verò, quia sunt contra pietatem debitam iure naturali istis consanguineis: & hoc arbitror valde probabile. Hæc Azorius.

2. Sed Dicastillus *de Iust. lib.* 1. *disput.* 3. *dub.* 18. *n.* 303. *& seq.* hoc dictum vltimum Azorij, quod sint sodomiæ incestuosæ omnes tamen eiusdem speciei in ratione incestus, sicut in ratione sodomiæ valde etiam probabile putat. Circa illud tamen de affinibus, & consanguineis in tertio, & quarto gradu, adhuc distinguendum existimat, & sic ait: Si agamus de affinitate, inter tales sodomiticos orta ex copula licita, hoc est, quæ causata fuit propter matrimonium contractum & consummatum ex parte vnius sodomitæ, vel vtriusque cum consanguinea alterius intra tertium, vel quartum gradum, existimo iuxta principia paulò ante tradita in duobus quæsitis præcedentibus esse illam sodomiam incestuosam. Ratio est, quia illi duo sunt verè affines inducta affinitate iure positiuo; qua inducta resultat pietas, & reuerentia seruanda erga affinem, vt dictum est in eisdem quæsitis.

3. Si verò illa affinitas solùm consideretur respectu copulæ illicitæ, non erit sodomia incestuosa; quia vt videbimus in tractat. de Matrimonio post Concilium Tridentinum, affinitas ex copula illicita non progreditur vltra secundum gradum. Ac proinde cessat specialis illa ratio pietatis, & reuerentiæ debitæ illi tanquam affini; solùm ergo erit culpa sodomitica.

4. Vel loquimur de gradibus consanguinitatis, & tunc puto vsque ad quartum gradum esse sodomiam incestuosam. Ratio est, quia vsque ad quartum gradum agnoscitur in iure positiuo consanguinitas, & vsque ad illum communi æstimatione censetur peruenire coniunctio sanguinis. Qua consanguinitate sic æstimata, iure naturæ resultat, ratione illius deberi reuerentiam, & pietatem, atque adeo abstinendum à quouis congressu luxurioso. Non tamen distinguentur species incestus propter diuersitatem graduum tertij & quarti, quæ diuersitas, nec in copulis naturalibus deseruientibus ad generationem causat specificam diuersitatem incestus.

5. Sed his omnibus non obstantibus ego *in part.* 3. *tractat.* 4. *resolut.* 101. satis probabiliter cum multis Doctoribus docui circumstantiam incestus in copula sodomitica, non solùm in tertio, & quarto, sed neque in primo, & secundo gradu, esse in confessione explicandam: sed satis esse se accusare, dicendo, habui

Quæ hic est Res. antecedens.

Sup. hoc ibidem à princi. pio, & in aliis §§ annot primæ dictæ Res.

habui copulam sodomiticam cum affine, vel consanguineo. Et hanc sententiam me citato, tanquam probabilem admmittit Machadus *tom.1. lib.2. part.3. tractat. 19. document. 8. num. 3.* vbi sic ait: [La segunda question es si este pecado de sodomia cometido entre los parientes de primero, segundo, i demas grados tanga especia diferente de malicia tal; que se deua declarar en la confession. Cayetano, i otros sou de parecer, que en todos los grados de parentesco prohibidos muda da specie por la especial deformidad, i malicia que les añade la reuerencia deuida à los parientes. Otros dizen, que esta dotrina solamente ha lugar en el primero, i segundo grado, mas no en los demas. No obstante, que es probable, que ni en vnos, ni otros grados muda la especie, aunque verdaderamente agraua el pecado, i tanto mas, quanto mas cercano fuere el grado.] Ita ille.

6. Et nota, quod etiam me citato Pater Auersa *de Sacramento Pœnitent. questione decima, sect.9.* eam personarum coniunctionem, quæ constituit incestum in copula naturali, constituere etiam in copula innaturali. Sed probabiliter incestus in copula naturali, etiam in primo, & secundo gradu, non differunt specie: ergo neque in copula sodomitica; fateor tamen affirmatiuam sententiam, quam tuetur Eminentissimus Cardinalis Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disputat. 6. sect. 6. §. 2.* Fagundez *in Decal. tom. 2. libr. 6. capit. 6. numero vigesimo-primo, cum sequent.* & alij, esse communem, & probabiliorem; contraria tamen non caret probabilitate: Vnde me citato, Trullench *in Decalog. tom. 2. libr. 6. capit. 1. dub. 6. num. 5.* sic ait: Si autem quis primam sequi voluerit sententiam, quam præter citatos tenet Diana, *part. 1. tractat. de circumstantiis, resolut. 31.* videlicet omnes incestus esse eiusdem speciei, & esse inter consanguineos, vel affines, aut in tali aut tali gradu solùm esse circumstantiam aggrauantem, solùm tenetur explicare se commisisse incestum, & non tenetur explicare an fuerit cum matre, sorore, filia, consobrina, ant nepte, aut cum consobrina vxoris, quia sequitur opinionem probabilem, cùm etiam sit valde probabile circumstantias aggrauantes, non esse necessariò explicandas. Ita Trullench; quod etiam me citato docet nouissimè Mazuchellus *tract. de cas. reseru. disput. 2. cap. 4. num. 28. & cap. 22. num. 23.* in terminis casus nostri, asserit, teneri pœnitentem in confessione dicere se commisisse sodomiam cum consanguineo, aut affine, tamen teneri ad explicationem gradus.

Quæ hic est sup Ref. 107. & in omnibus aliis Resol. & §§. eius not.

RESOL. CXXXIX.

An qui copulam sodomiticam habet cum baptizato à se, vel cum eo, quem leuauit ex Baptismo, teneatur in confessione hanc circumstantiam explicare?

Et quid est dicendum, si actus sodomiticus est commissus cum filio adoptato, vel adoptata, vel si quis coëat cum aliquo, & postea coëat cum fratre illius? Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Ref. 17 aliàs 15.

Sup. contentis in hoc §. dempta diffic. vlt. quæ est not. seq. suprà in Resol. 196. §. vlt. à lin. 6. à vers. Idem.

§. 1. Negatiuè respondet Azorius *tom. 3. lib. 2. capit. 18. quæst. 4.* vbi sic ait: Quæritur an coïtus sodomitici inter cognatos, qui solùm sunt Lege humana positiua Ecclesiastica, vel Ciuili, addant etiam specialem malitiam, eò quòd sint perpetrati cum iis, qui sunt cognati cognatione spirituali, vel legali. Respondeo, non addere; quia nulla extat specialis Lex, quæ eos coïtus cohibeat præter legem naturalem in genere prohibentem sodomiticum peccatum: v. g. si quis coëat cum eo, quem baptizauit, vel ex Baptismo leuauit. Item, si quis coëat cum eo, quem in filium adoptauit, vel arrogauit. Item, si quis coëat cum aliquo, & postea coëat cum fratre illius. Ita Azorius.

Sup hoc vltimo suprà in Ref. 137. & in aliis §§. eius primæ not.

2. Sed, his non obstantibus, affirmatiuæ sententiæ adheret Dicastillus *de iustit. lib. 1. disputat. 3. dub. 18. num. 300.* Nam eo ipso quòd lex humana positiua constituat huiusmodi cognationem spiritualem, vel legalem, inde quasi naturaliter resultaret, vt contra rectam rationem sit non seruare erga prædictas personas debitam reuerentiam, & pietatem, & quidem non video cur baptizans, verbi gratia, fœminam, si accedat ad illam copula naturali, peccet contra reuerentiam illi debitam, tanquam spiritualiter cognatæ, vt omnes fatemur, & non peccet, si accedat sodomiticè ad baptizatum à se. Quod enim dicitur de lege positiua inducente talem cognationem, quæ solum se extendit ad inducenda impedimenta Matrimonij, potiùs probat nostram sententiam, tale enim impedimentum inductum, supponit quasi prioritate naturæ cognationem spiritualem, vel legalem; si enim scholastico more loquamur, non ideò sunt tales cognationes, quia sunt talia impedimenta, sed potiùs talia impedimenta sunt quia sunt tales cognationes; nec etiam est formaliter idem, esse impedimenta à lege inducta, & esse cognationes inductas à lege, vt videre est inter Sacerdotem baptizantem, & masculum baptizatum, inter quos est cognatio lege positiua inducta; & tamen non est impedimentum lege positiua inductum; ridiculum enim esset dicere, quòd lex positiua induxerit impedimentum Matrimonij inter virum, & virum. Idem constat inter Patrinum leuantem, & masculum leuatum ex sacro fonte: Ergo distinctum quid sunt, cognatio, & impedimentum inde resultans. Itaque posita illa cognatione iure naturæ exigitur reuerentia, & pietas, contra quam fiet in luxurioso congressu, & non minùs in sodomitico, quàm in naturali.

3. His tamen non obstantibus, puto sententiam Azorij esse probabilem quam nouissimè tuetur Mazuchellus *tractat. de cas. reseru. disputat. 2. capit. 22. numero vigesimo-quinto*, quod multò magis dicendum est si actus sodomiticus fuisset commissus cum filio adoptato, vel adoptata. Dicendum est igitur probabiliter committentem sodomiam cum persona coniuncta cognatione spirituali, non teneri circumstantiam personæ aperire.

RESOL. CXL.

An si quis coïens cum homine, & supercubans sicuti super mulierem, teneatur aperire hanc circumstantiam, si tantum se pollnat, vel satis sit dicere in confessione, tactu alterius mollitiem commisi; vel pollutus sum tangendo alterum impudicè? Ex part. 1. tract. 7. Ref. 52.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Hieronymus Llamas *in summa, part. 3. cap. 8. §. 1.* Sed contraria sententia mihi placet: nam, vt ipsemet fatetur, hæc circumstantia non motat speciem: & ideò in tali casu existimo, satis esse dicere: Tactu alterius mollitiem commisi; vel, Pollutus sum, tangendo alterum impudicè. Et ita sensisse quendam virum doctum testatur *loc. cit.* Llamas.

Sup. hoc te deferas legere doctrinam Ref. seq. & alterius Resol. eius annot.

RESOL. CXLI.

An mollities consummata cum puero mutet speciem? Ex part. 7. tract. 12. & Misc. 3. Resol. 32. aliàs 30.

§. 1. Affirma

Sup. hoc lege doctrinã Reſ. ſeq. & ne prætermittas videre Reſ. præteritam.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Cutillus *in Addit. ad Pract. 4. Mancini dub.* 38. vbi ſic ait: Si quis peccatum mollitiei cum tertia perſona conſummatum committat, an circumſtantiam tertiæ perſonæ fateri teneatur.

2. Reſpondet negatiue Reginald. cum talis circumſtantia diſtinctam ſpeciem, à peccato mollitiei non conſtituat, niſi fortè illam tertiam perſonam ad hoc minimè paratam induxerit, quia tunc ruinam ſpiritualem proximi in tali ſpecie peccati, cuius ipſe cauſa fuit, fateri tenetur, Reginald. *lib. 22. n. 49. verſ. memorata igitur*, verum quia hoc pecatum mollitiei cum tertia perſona, ac cum contractu eiuſdem conſummatur, hanc circumſtantiam ſpeciem mutare puto, ac proinde in confeſſione voti peccatum carnis cum puero extra vas conſummatum explicari debere. Ita Cutillus. Sed ego in tali caſu licet cum ipſo putem circumſtantiam tertiæ perſonæ, cum qua fuit conſummata pollutio, eſſe in confeſſione explicãdam, quod ipſe Reginaldus etiam fatetur, exiſtimo tamen optimè Reginaldum opinatum eſſe mollitiem cum tertia perſona conſummatam non eſſe alterius ſpeciei; quia vt ex Nauarro obſeruat Filliucius *tom. 2. tractat. 30. cap. 8. n.* 153. licet mollities maius peccatum ſit, quando cum alterius opera contingit, propter participationem alterius peccari, non tamen ob id ſit alterius ſpeciei, niſi copula ſodomirica, aut fornicaria accederet; ſed de hac quæſtione inferius iterum redibit ſermo.

RESOL. CXLII.

An qui pollutionem habuit cum puero nondum doli capaci; vel cum fœmina dormiente, vel cum beſtia circa concubitum, teneatur in confeſſione præter pollutionem has circumſtantias explicare?

Et doctrina huius Reſol. ſubtilis eſt, & curioſa. Ex part. 7. tract. 12. & Miſc. 3. Reſol. 15. aliàs 13.

Sup. hoc pro parte pueri lege Reſ. præteritam, & ſi placet etiam alteram Reſ. eius not. & ſignaates hic §. annot. ſeq. ſed vt melius diſſoluatur tota doctrina huius Reſ. in to. 8. tr. 6. vide §. 1. Reſ. 20. & alias Reſ. & §§. eius not. & lege etiam hic ſuprà doctrinam Reſ. 131. & aliorũ §§. eiuſ annot. quamuis plenè non dicát ſup. doctrina huius Reſ.

§. 1. COmmuniter reſpondent affirmatiuè, licèt contrarium ex ſententia Caietani *in 2. 2. quæſt. 154. art. 11.* dicendum videatur; ſed quia hanc difficultatem, doctè, vt ſemper ſolet, explicat Pater Dicaſtillus *de iuſtit. lib. 2. diſputat. 3. dub. 18. num. 282. & ſequent.* ideò eius verba hic per extenſum apponam; ſic itaque aſſerit: Cùm vitium mollitiei venereæ conſtituatur ex voluntaria pollutione abſque concubitu quocumque, nulla apparet differentia formalis (inquit Caietanus) quæ diſtinguat hanc ſpeciem. Siue enim ſit procurata extrinſeco adminiculo proprio, vel alieno per quodcumque coniunctum, vel ſeparatum inſtumentum, dummodò abſit concubitus; ſiue ſit procurata per ſolum interiorem actum poſitiuè, vel negatiuè; nulla efficitur diuerſitas ſpecifica, quoniam hæc omnia materialiter, vel per accidens ſe habent ad voluntariam ſeminationem abſque concubitu. Grauius tamen peccatum eſt cùm alieno (etiam abſque vlla alioqui concupiſcentia alieni, aut ſibi ratione coniugij non debiti corporis) adminiculo fit, ratione ſocietatis in peccaro alterius. Atque hoc intellige loquendo de tali ſpecie peccati ſecundùm ſe. Quoniam loquendo de eodem peccaro, vt ſubordinatur moroſæ delectationi, aut deſiderio adulterij, recipit etiam adulterij deformitatem, & vt ſubordinatur moroſæ delectationi, aut deſiderio inceſtus, admittit deformitatem inceſtus; & ſic de aliis. Hæc eſt doctrina Caietani, quam aliqui Recentiores approbant.

2. Probabilius videtur eſſe circumſtantias ſpecie diuerſas, ſi quis pollutionem procuret propriis tactibus, & quam ſi procuret tactibus alienis; & inter alienos diuerſam eſſe ſpeciem; ſi procuret tactibus fœminæ, quam viri; non enim ſolùm eſt maior grauitas, aut duplex ratione peccati tum proprij, tum alterius; ſed etiam malitia diſtinctæ ſpeciei. Quod mihi perſuadeo. Primò, quia tactus impudici habiti cum fœmina iuxta communem ſententiam, ſunt quaſi inchoata copula, & præuij actus ex ſe ordinati ad illam, etiamſi ex intentione operantis ad id non ordinentur, vt in ſuperioribus vidimus. Quod non habent tactus, qui ſolùm habentur ab ipſo ſe polluente ſine adminiculo alterius. Item (vt dicemus poſteà) acceſſus ad fœminam in vaſe præpoſtero non eſt propriè ſpecies Sodomiæ; ſed tantùm acceſſus viri ad virum (teſte eodem Caietano *ſupra*) eſt deformitas contra rectam rationem non ſeruando in copula carnali debitum ſexum, ac proinde, nec debitum vas, ſeu inſtrumentum. In congreſſu tamen viri cum fœmina præpoſtera libidine ſolum eſt peccatum, aut deformitas contra naturam in non ſeruando debitum inſtrumentum, non verò in non ſeruando debitum ſexum. Cùm ergo in tactibus habitis cum viro ſit deordinatio indebiti ſexus non correlaoui; quæ deordinatio non reperitur in tactibus cum fœmina; eadem ratione, atque in præpoſtera libidine diuerſificat ſpecies, etiam in tactibus diuerſificabit. Confirmatur, quia non minùs indebitum eſt naturæ, & generationi diſſonum præpoſterum vas fœminæ, quàm præpoſterum vas viri, & nihilominus manente vtrobique ratione indebiti, & diſſoni, putat Caietanus & Recentiores diuerſificari ſpecie vtrumque congreſſum, propterea quod in vno ſit fœminæ cum viro, in altero viri cum viro; ſed eadem ratione non minùs indebiti, & diſſoni naturæ & generationi ſunt tactus cauſantes pollutionem adminiculo fœminæ, quàm tactus cauſantes pollutionem adminiculo viri. Ergo diuerſificabuntur ſpecie, propterea quod vnus ſit, viri cum fœmina, & alter viri cum viro. Itaque, quamuis non improbabilem putem ſententiam Caietani, multò probabiliorem puto oppoſitam, quod attinet ad tactus.

3. In ordine autem ad confeſſionem, diuerſo modo, in aliquibus philoſophandum eſt iuxta vtramque ſententiam, maximè ſi ſequamur probabilem aliam ſententiam, quod ſcilicet circumſtantiæ aggrauantes intra eandem ſpeciem non ſint neceſſariò explicandæ in confeſſione. Iuxta ſententiam ergo Caietani, & hanc, quotieſcumque quis habuit pollutionem, ſiue per ſeipſum ſine adminiculo alterius, tactibus, vel imaginatione tantùm excitatus; & qui eam habuit cum adminiculo quidem alterius; ſine peccato tamen illius, vt, ſi illam habuiſſet tactu alterius dormientis, & nihil ſentientis, aut pueri doli nondum capacis, & quod caput eſt, tactu beſtiæ citra concubitum, ſeu congreſſum, non videtur teneri in confeſſione dicere aliquid aliud, niſi quod habuerit pollutionem voluntariam; quod ſanè mihi duriſſimum apparet. Sed tota hæc durities videtur inferri ex ſupradictis ſententiis. Nam ſi ex vno capite circumſtantiæ non mutantes ſpeciem, aut augentes numerum peccatorum, non ſunt neceſſariò explicandæ, ex alio autem capite pollutiones abſque concubitu quocumque non habent differentiam formalem quæ diſtinguat ſpeciem, ſiue ſit procurata extrinſeco adminiculo proprio, vel alieno per quodcumque coniunctum, vel ſeparatum inſtrumentum, dummodo abſit concubitus, &c. vt dixi; ſequitur, ea omnia non eſſe explicanda in confeſſione, cùm ſpeciem non mutent. In noſtra vero ſententia omnino explicanda ſunt, cùm mutent ſpeciem, vt dictum eſt. Ergo, &c. Et hæc omnia docet Dicaſtillus *loco citato*.

4. Igitur ex supradictis apparet, secundum Caietan. polluentem se, & tangentem puerum, nondum doli capacem, vel verenda alicuius bestiæ, non teneri has circumstantias in confessione explicare, quia hæ pllutiones inter se non differunt specie; sed qui tenent mutare speciem, affirmatiuæ sententiæ adhærent. Nota tamen sententiam Caietani quam probabilem putat Dicastillus, *vt supra*, visum est, tenere etiam P. Azorium, & nouissimè me citato Ioannem Caramuelem *in Comment. ad Regulam D. Bened. disputat.66. num.* 983. sed in praxi puto non esse discedendum à contraria sententia tanquam probabiliori & tutiori.

Pro hoc me citato sup. in Resol. 193 §. vlt & signanter in aliis §§. eius not.

RESOL. CXLIII.

An si quis cum Virgine copulam sodomiticam habuerit, teneatur in confessione explicare circumstantiam virginitatis?

Et cursim docetur pœnitentem non teneri exponere se sodomiam habuisse cum fœmina, quia sodomia cum muliere, aut cum viro solùm differunt in genere entis, non in genere moris. Ex part.7. tract.12. & Misc.3.Resol.16.aliàs 14.

Sup. hoc sup. in Res. 93 §. Secundo infertur prope finem, à vers. Notandū est.

§. 1. DE hoc casu interrogatus his diebus respondi negatiuè, quia talis copula non habet specialem malitiam stupri, cùm non violetur integritas Virginis, & ideo in tali casu sufficiat, vt pœnitens se accuset habuisse, verbi gratia, semel copulam sodomiticam cum fœmina. Et hanc sententiam docet Dicastillus *de Iustit. lib.1. disputat. 3. dub. 19. num.* 328. & tanquam probabilem admittit Trullench *in Decalog. tom.2. lib.6. cap.1. dub.8. §.2. num.3.* vbi sic ait: Si quis abutatur virgine sodomiticè, etiamsi aliquam iniuriam faciat patri, non tamen corrumpit claustrum virginale, nec reddet minus habilem ad matrimonium, proinde valde probabile est, non esse explicandum in confessione sodomiam commissam fuisse cum virgine, sed sufficit, dicat esse cum fœmina. Ita ille. Et hanc sententiam ego etiam olim docui, & nouissimè me citato docet sapientissimus & amicissimus Caramuel, *in reg. D. Benedict. disput. 66. conclus. 12. num.* 1013. qui etiam mecum docet pœnitentem non teneri exponere se sodomiam habuisse cum fœmina; quia sodomia cum muliere, aut cum viro solum differunt in genere entis, non in genere moris; non secus, ac furari aurum, vel argentum, aut frangere ieiunium pane, vel piscibus.

Sup. hoc sup. in Res.131 & in aliis Res. & §§. eius annot.

RESOL. CXLIV.

Vir quidam habebat magnam verecundiam, aperire in confessione se sodomiam commisisse cum vxore; quæsierunt à me per literas Doctorum opiniones circa præsentem casum.

Et supponitur in dictam copulam sodomiticam vxorem consentire.

Et cursim infertur non esse explicandam personam, cum qua habita est sodomia, vtrum videlicet sit masculus, vel fœmina; nam licet concubitus iste cum fœmina non sit propriè sodomia, tamen ad sodomiam reducitur. Ex part.7. tract.12. & Misc.3. Res.23.aliàs 21.

§. 1. SVppono, vt mihi asserebant in copulam sodomiticam vxorem consentire. Dico igitur, ex aliquorum Doctorum sententia, posse supradictum in tali casu asserere in confessione se commisisse peccatum contra naturam, ter, verbi gratia, vel quater, nihil aliud explicando. Nam Mazuchellus *tract. de cas. reser. cap.22. difficult.1. num.24.* tenet contra Bonacinam non esse explicandam personam cum qua habita est sodomia, vtrum videlicet sit masculus, vel fœmina; nam licèt concubitus iste cum fœmina, non sit propriè sodomia, tamen ad sodomiam reducitur; vnde pœnitens in Confessione satisfaceret, asserendo, peccaui toties contra naturam.

Sup. hoc sup. in Res. 131. & in aliis eius not.

2. Quòd verò in casu de quo loquimur pœnitens non teneatur explicare se esse vxoratum, tanquàm probabilem admittit Machadus *de Perfecto Confess. tom.1. lib.2. part.3. tractat.19. document.5. num.5. & sequent.* vbi sic ait: [Ha se de aduertir, que si qualquiera de los casados tuuiesse copula con otro, que el compañero, extra vas; segun dotrina comun està obligado à declarar en la confession, que era casado; porque de qualquiera manera que diuida su carne con otro, haze agrauio al compañero, i le quabrante la fè dada, por lo qual siempre es adultero.

3. Si la misma obligacion tenga de declarar la circunstancia de que era casadō el marido, que con voluntad de su muger tuuo copula, extra vas, con ella: no es tan cierto entre los Dotores. Sanchez, i otros comunmente son de parecer, que no solo la culpa, sino tambien que la tuuo, extra vas, con se muger, deue declarar, fundarse en que semejante accesso es contra la fè del matrimonio, i por consiguiente adulterio. San Augustin referido en el Decreto, expressamente dize, que este modo de accesso entre los casados es mas graue pecado, que entre los solteros.

4. No obstante que lo contrario es probable; porque como enseña Santo Tomas, i todos los Dotores la fè del matrimonio solo contiene en si dos cosas.

5. La primiera, que los casados se paguen fielmente el debito conjugar. La otra, que no diuidan su carne, teniendo copula con otras personas. Lo qual consta tambien de la definicion del adulterio, que como dize Pelagio Pontifice, i dexamos dicho atras, es: *Alieni tori violatio.*] Huc vsque Machad. Sed ego adhæreo opinioni Sanchez.

RESOL. CXLV.

An pollutio præuisa, sed non intentata in ebrietate, nimia comestione, &c. sit in confessione aperienda? Vel an sufficiat in tali casu se accusare de nimio potu, & cibo, & opus non sit explicare pollutionem?

Et docetur, quod verba impudica, cogitationes turpes, & tactus, licèt sint crimina mortalia, & sint causa ordinata ad pollutionem, non tamen efficaciter in illam influunt.

Et notatur pollutionem præuisam, sed non intentatam ex actibus peccaminosis tantum venialiter in genere luxuriæ, non esse peccatum mortale, vt ex tactu leui, verbi gratia, manus, visu, verbis, lectionibus aliquantulum libidinosis, &c. Ex part.1. tract.7.Resol.65.

§. 1. REspondeo negatiuè: nam, quando causa est mortalis in genere luxuriæ, tunc est peccatum mortale pollutio præuisa: non autem vt est in nostro casu, quando causa est mortalis in ebrietate, nimia comestione, &c. quia eiusmodi res ex propria ratione non ordinantur ad pollutionem; & ideò non concurrunt grauiter ad ipsam pollutionem, sed leuiter. At pollutio non est culpa mortalis, prout præcisè volita in causa leuiter illam efficiente. Ergo, &c. Et

Sup. contento in hoc §. 1. supra in tr.4. Res. 37. §. vt autem paulo post initium, à vers. nam multi, & ne deferas in to. 7. tr. 5. legere

uatuor primos §§ ſignãter §. 1. & 4. Reſ. 39. &c.

&c. Et ita in terminis docet Villalobos *in ſumma, tom. 2. tract. 40. dub.* 16. *num.* 6. Vaſquez *in part.* 2. *tom.* 1. *diſputat.* 115. *cap.* 3. *num.* 9. Sanchez *de matrimon. tom.* 3. *lib.* 9. *diſputat.* 45. *num.* 17. & nouiſſimè Granado *in part.* 2. *contr.* 6. *tract.* 4 *diſp.* 6. *n.* 12. *&* 18. Sufficit igitur in tali caſu, pœnitentem ſe accuſare de nimio potu, & cibo; & non opus eſt explicare pollutionem.

Sup. hoc in Reſ. ſeq. & in Reſol. 2. not. præteritæ, §. 1. poſt medium, à verſ. Et tandem. & cum eodem Sancio hic citato in to. X. tr. 6. Reſ. 13. §. vlt. à fin. 15. vſque in finem.

2. Sed plùs addit Sancius (attendat Lector) *in ſuis ſelectis diſputat. diſput.* 21. *num.* 15. *&* *diſp.* 25. *num.* 29. nam ibi docet, quòd verba impudica, cogitationes turpes, & tactus, licèt ſint crimina mortalia, & ſint cauſæ per ſe ordinatæ ad pollutionem; non tamen efficaciter putat in illam influere: nam, ſi; quando cogitatio turpis eſt præſens, non influit pollutionem, quomodo credi poteſt influxuram, quando abſens, vtpote in ſomnis: & ideò pollutio ex tali delectatione præuiſa, non autem volita, non erit (ait ille) peccatum mortale, vt diximus de ebrietate. Vide Sancium, & non pigebit: nam in hoc nihil affirmo, ſed tantùm eius ſententiam refero.

Sup. hoc ſup. in tr. 4. Reſol. 37. §. 1. ſignãter, à verſ. Maior propoſitio. & § Reſtat. in fine.

3. Notandum eſt etiam, pollutionem præuiſam, ſed non intentam, ex actionibus peccaminoſis tantùm venialiter, in genere luxuriæ, non eſſe peccatum mortale, vt ſi ex tactu leui manus, viſu, verbis, lectione aliquantulùm libidinoſa, &c. Ita Suarez, Henriquez, Sanchez, Villalobos, Leſſius, & alij apud Tannerum *in part.* 2. *diſputatione quarta, quæſtione* 8. *dub.* 6. *numer.* 123. quorum ſententiam *in num.* 126. probabilem putat. Notentur hæc, quia ſæpiùs in praxi occurrere poſſunt.

RESOL. CXLVI.

Quidam in die tetigit ſæpius carnaliter verenda ſua, vnde nocte pollutionem poſtea paſſus eſt, quæritur, an teneatur fateri dictam pollutionem in ſomnis habitam?

Et quid, ſi tactus ſint continuati cum commotione ſpirituum magna?

Et inter alias cauſas pollutionis aduertitur nullam dari cauſam intra genus luxuriæ, quæ efficax ſit ad pollutionem ſequutam in ſomnis.

Quapropter opus non erit fateri pollutionem præuiſam in omni cauſa, quæ ſit peccatum intra genus luxuriæ, niſi cauſa fuiſſet appoſita ea intentione, videlicet, quod ſequeretur in ſomnis pollutio. Ex part. 5. tractat. 13. & Miſc. 1. Reſolut. 4.

Sup. hoc in Reſ. præterita, ſignanter in §. 1. & in aliis §§. eiuſdem not. præterita §. 1.

§. 1. NEgatiuè reſpondet Sanchez *in ſelectis, diſput.* 21. *num.* 17. vbi ita aſſerit. Imò etſi tactus ſint continuati cum commotione ſpirituum magna, non intercedit obligatio confitendi pollutionem ſequutam in ſomnis. Nam ſi ſtatim non ſequitur pollutio, ſignum eſt talem commotionem influxum efficacem non habere in pollutionem, & multo minus in eam, quæ in ſomnis euenit, cùm ipſa longiùs à commotione diſtet. Huic conſenſit doctrinæ, vir doctiſſimus Societatis IESV, quòd idem doceat Caietanus 2. 2. *quæſt.* 154. *artic.* 5. vbi ait, quòd deſiderium habendi pollutionem, ſiue affectus, ſi accipiatur abſolutè vt deſiderium tantùm, tunc eſt cauſa remota pollutionis; ſi verò accipiatur vt commotiuum corporis ad pollutionem, ſic habet rationem cauſæ imperfectæ, & diſpoſitiuæ, & per accidens. Itaque, infert Caietanus, quòd non eſt magis in ſe peccatum huiuſmodi pollutio nocturna orta ex deſiderio pollutionis, vt commotiuo corporis, quàm pollutio ex cogitationibus moroſis ſine voluntate pollutionis. Quando verò pollutio peccatum ſit, dicendum infrà. Vt tamen in hac re quid verum ſit vnico verbo comprehendam; aduertendum nullam dari cauſam intra genus luxuriæ, quæ efficax ſit ad pollutionem ſequutam in ſomnis. Nam ſi dum præſens eſt cauſa, influxum efficacem non habet, minus multo illum habebit, dum abſens repetitur. Quapropter opus non erit fateri pollutionem præuiſam in omni cauſa, quæ ſit peccatum mortale intra genus luxuriæ, niſi quando cauſa fuiſſet appoſita ea intentione, quòd videlicet ſequeretur in ſomnis pollutio. Hæc omnia Sanchez *loco citato*, qui putat, vt ex *num.* 13. patet, ſatis eſſe confiteri cauſam pollutionis, & non eſſe neceſſariam ipſam pollutionem in ſomnis habitam explicare. Sed contrarium docet alter Sanchez *de matrimonio, tom.* 3. *lib.* 9. *diſput.* 45. *n.* 30. aſſerens non eſſe ſatis cauſam pollutionis datam fateri, ſed etiam fatendam eſſe ipſam pollutionem.

Sup hoc in Reſ. præterita §. 2. & in aliis eius not.

RESOL. CXLVII.

An ſi quis commiſit aliquod peccatum, cuius periculo ſe antea expoſuit, teneatur explicare hanc circumſtantiam in confeſſione?

Et an, dum qui tentatur, non orat, vt Deus eum à tentatione liberet, adſit diſtinctum peccatum à peccato præcepti fracti? Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 44.

§. 1. REſpondeo, negatiuè; ſed ſatisfacere confitendo peccatum commiſſum; ſi tamen inter occaſionem, & periculum cui ſeipſum expoſuit, & inter actum peccati completum, non interceſſerit mora notabilis, quæ peccatum nouum numero diſtinctum poſſit conſtituere. Et ita docet Sanchez *in ſumm. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. Suarez *in* 3. *part. tom.* 1. *diſput.* 18. *ſect.* 3. *num.* 16 Aragon. *in* 2. 2. *quæſtione* 813. *artic.* 3. *in fine.* & Villalobos *in ſum. tom.* 1. *tract.* 14. *dub.* 4. *num.* 3. vbi ſic ait: [El que va à pecar, ò ſe dexa lleuar de la tentacion, no cae en dos pecados, por no hauer orado, para que Dios le libre: porque no hauia equi obligacion de orar diſtinta del precepto, que quebro, que ſolo la uracion era medio para no pecar, como lo es el quitar la ocaſion; y el que nota la ocaſion, no comete dos pecados.] Ita ille.

Sup. hac oratione in Reſ. ſeq.

RESOL. CXLVIII.

An ſi aliqua tentatio carnis nimis notabilis ſit, quis teneatur tunc orare, vnde hoc minimè faciens duplex peccatum committat, ſi venere delectetur? Ex part. 3. tr. 5. & Miſc. 1. Reſ. 16.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 21. *n.* 19. *&* 20. ſic aſſerens: Si venerea delectatio notabilis eſſet, & periculum in illam conſentiendi interueniret ſub mortali peccato, tenebitur auxilium Dei implorare. Et quamuis tunc oratio non obliget per ſe, ſed per accidens, erit tamen duplex peccatum, omittere orationem, & venere delectari. Et ſic delinquet contra Religionem, & caſtitatem omittens orare tempore grauis tentationis carnalis. Idem in caſu ſimili ſentit Faber *de pœn. in* 4. *ſentent. diſtinct.* 14. *quæſt.* 2. *diſput.* 8. *num.* 68.

Super hoc in Reſ. præterita poſt medium.

2. Sed mihi opinio contraria placet. Nam actus amoris Dei per accidens obligat in multis caſibus, & tamen vt benè aduertit Tannerus *in* 2. 2. *D. Thoma, diſp.* 3. *quæſt.* 4. *dub.* 4. *num.* 83. omiſſio huius actus in his caſibus non eſt peccatum ſpeciale, & diſtinctum

ab eo peccato, ad quod vitandum requirebatur, secus est in his casibus, in quibus tale præceptum obligaret. Sed hoc accidit in casu nostro. Ergo. Et certè si opinio Sancij esset amplectenda, multi ex illa scrupuli orirentur.

RESOL. CXLIX.

An qui pluries vouit, vel pluries iurauit facere aliquam rem, frangatque votum, seu iuramentum, teneatur hoc in confessione aperire;

Ex quo infertur, quod qui per diuersos Sanctos, & formas iurandi iuret, aut voueat, vnum tantum votum, aut iuramentum efficere, ideò hanc circumstantiam tanquam aggrauantem non tenetur in confessione aperire; sicut etiam testis, qui simul rogatur de multis articulis sub vno iuramento, & in omnibus mentitur, vnum tantum peccatum committit, & non tenetur hoc in confessione aperire? Ex part. 3. tr. 4. Res. 89. aliàs 90.

§. 1. RESpondeo negatiuè cum Fagundez *præc. 2. lib. 3. cap. 5. num. 7.* vbi sic asserit: Quoties plura præcepta, vel plura vota, aut plura iuramenta de eadem re dantur, verbi gratia, de ieiunio, de audiendo sacro in eodem die, vnum tantùm peccatum committit, qui eadem vota frangit, vel præcepta, vel iuramenta, grauius quidem, quàm si vnum tantùm præceptum, vel votum, vel iuramentum frangeret. Ratio est, quia omnia vota, vel præcepta, vel iuramenta sunt vincula eiusdem speciei, & relinquunt peccatum in eadem specie. Ita Fagundez, qui citat Caietanum, & D. Antonium. An verò dicta circumstantia sit in confessione aperienda? Respondeo negatiuè, quia, vt alibi satis probatum est, ego puto circumstantias notabiliter aggrauantes, non esse necessariò in confessione explicandas; igitur in dictis casibus sufficit, vt pœnitens dicat, Toties non ieiunaui, vel non audiui sacrum.

Sup. contento in hoc §. in Resol. seq. & pro parte in alia Res. eius not.

2. Ex his etiam infertur, quòd qui per diuersos Sanctos, & forma iurandi iuret, aut voueat, vnum tantùm iuramentum, aut votum efficere. Et ita docet Henriquez *lib. 2. de Pœnit. cap. 5. num. 6.* cum aliis. Et ego puto hanc circumstantiam tanquam aggrauantem non esse in confessione aperiendam, sicut etiam testis, qui simul rogatur de multis articulis sub vno iuramento, & in omnibus mentitur, puto vnum tantùm peccatum committere, nec teneri hoc in confessione aperire.

RESOL. CL.

An testis, qui simul rogatur de pluribus rebus, & articulis sub iuramento, & in omnibus mentitur, teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire?

Et quid, quando quis multiplicat execrationes, & iuramenta per Deum, & per Sanctos super eadem re? Ex part. 1. tr. 7. Res. 40.

Sup. duabus primis diffic. huius Res. lege doctrinam Res. præteritæ, & pro parte testis sup. in principio Res. 19.

§. 1. RESpondeo ngatiuè: quia est vnum peccatum, vt rectè obseruat Henriquez *lib. 5. cap. 5. num. 6. in Glossa, lite. F.* qui citat Archidiaconum, & Sarmientum, qui etiam *in litt. H.* addit, & optimè, hoc etiam procedere, quando multiplicat execrationes & iuramenta per Deum, & per Sanctos super eadem re, vel multiplicat scripturas publicas etiam super eadem re: nam in talibus casibus adest tantùm vnum peccatum mortale & illa circumstantia diuersorum iuramentorum, & scripturarum non est in confessione explicanda; sed satis est, vt dicat pœnitens: Transgressus sum iuramentum, & non adimpleui quandam obligationem. Quæ omnia pro praxi sunt valdè notanda.

RESOL. CLI.

An Clericus, vel sacris Ordinibus initiatus, vel Religiosus, qui in ludo taxillorum, & alearum fraudauit aliquem in magna quantitate, satisfaciat dicendo in confessione se proximum in quantitate notabili fraudasse; an vero teneatur circumstantiam instrumenti, & medij aperire, asserendo illam fraudem fecisse in ludo taxillorum, seu alearum?

Et deducitur dictos Clericos, & Religiosos, secluso scandalo, etiam si frequenter ludant non peccare mortaliter. Ex part. 1. tr. 7. Res. 21.

§. 1. ESse prædictam circumstantiam aperiendam, putant omnes, qui asserunt, supradictos peccare mortaliter, si frequenter vacent his ludis. Et ita docent Rebellius, & Lessius apud Megalam, *vbi infrà*, quibus ego addo Salam *tr. de ludo, dub. 24. num. 2. & seq.* Squillante *de obligat. Cler. part. 2. dub. 8. n. 46.* Toletum *lib. 5. c. 27. n. 46.* Homobonum *de exam. Eccles. part. 1. tr. 9. c. 24. q. 74.* Molfesium *in sum. tom. 2. tract. 12. c. 11. n. 41. &* 88. Filliucium *tom. 2. tr. 37. c. 4. n. 59.* & alios. Sup. hoc infra in Res. 164 §. Quæro quarto.

2. His tamen non obstantibus, noster Megala *in 1. part. lib. 5. cap. 14. num. 8.* docet, dictam circumstantiam non esse in confessione aperiendam: quia puta, dictos Clericos, & Religiosos, secluso scandalo, etiamsi frequenter ludant, non peccare mortaliter: & conatur respondere ad sacros Canones, vbi tales ludi Clericis prohibiti inueniuntur. An verò hæc sententia sit probabilis, Viri docti, illum legendo, iudicent. Sup. hoc in Res. not. præteritæ § Non tamen. & seq. & in aliis eius annot.

RESOL. CLII.

Vtrum, si quis furetur propter fornicationem, teneatur hanc circumstantiam finis explicare in confessione, vel sufficiat dicere, furatus sum; & postea per alium actum dicere, habui intentionem fornicandi?

Et notatur, quod circumstantia finis tunc explicanda est, quando quis peccando intendit finem aliquem, qui continet malitiam mortalem; vnde si quis confessus est propter inanem gloriam, hæc circumstantia mali finis, id est vana gloria, non erit necessariò in confessione aperienda.

Etiamque aduertitur, quod si quis in die festo propter studium omitteret Sacrum, non est necessarium in tali casu confiteri circumstantiam studij. Ex part. 1. tract. 7. Res. 23.

§. 1. NEgatiuè respondet Syluester *verb. Confessio, 1. part. q. 10.* & ex neotericis Ioan. de la Cruz *in direct. consc. part. 2. tract. de Sacram. Pænitent. quæst. 3. dub. 6. concl. 1.* Megala *in 1. part. lib. 5. cap. 10. num. 2. cap. 15. n. 6.* Nugnus *in addit. ad 3. p. quæst. 9. artic. 2. dub. 3.* & alij.

2. Sed mihi contraria sententia videtur probabilior. Dico igitur, verum esse, circumstantiam finis esse explicandam in confessione, vt in exemplo apposito, quando quis furatur propter mœchiam. Et ita docent Bonacina *de Sacr. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 2. diffic. 3. n. 25.* Fagundez *Præcep. 2. lib. 4. c. 5. n. 10.* Henriquez *lib. 2 c. 6. n. 3.* Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 22. sect. 4. in circumstantia. Cur.* Reginaldus *tom. 1. lib. 6. c. 4. n. 127.* & alij communiter.

3. Sed, licèt hoc, vt dixi, verum ſit: puto tamen, in ſimili caſu contra Nugnum, & alios, ſufficere, ſi pœnitens dicat: Furarus ſum, & poſtea ſubiungat: Habui intentionem mœchandi. Et ita docet Angelus *verb. interrogatio*, §. 6. Nauarrus *in Man. c. 6. n. 2.* & ex neotericis Petrus Fay *in addit ad 3. part. quæſt. 9. artic. 2. diſtinct.* 11. Quia, vt ait ipſe, malitia, quæ in furto deſumitur à mœchia, ad quam ordinatur, non eſt alia ab ea, quæ reperitur in intentione mœchiæ: ſimiliter malitia furti, quæ requiritur in intentione mœchiæ, non eſt diuerſa à malitia ipſius furti ſecundùm ſe: ergo, qui confitetur furtum, & mœchiam, etiamſi non explicet, ſe ordinaſſe vnum ad aliud, ſufficienter explicat ſuum ſtatum: ergo ad aliud non tenetur.

4. Notandum eſt etiam cum Coninch *de Sacrament. diſput. 7. dub. 4. num. 24.* & aliis *vbi ſuprà*, quòd circumſtantia finis tunc eſt explicanda, quando quis peccando intendit finem aliquem. qui continet maliiam mortalem. Vnde rectè notauit Pitigianus *in 4 ſent. tom. 2. diſt. 17. q. vnic. art. 5. in circumſtantia, Cur.* quòd ſi quis eſt confeſſus propter iuanem gloriam; hæc circumſtantia mali finis, id eſt vanæ gloriæ, non erit neceſſariò in confeſſione aperienda: quia in tali caſu circumſtantia mali finis non continet malitiam mortalem: ergo non eſt confitenda.

Sup. hoc ſup. in Reſ. 59. & 60.

5. Nota ſecundò, quòd ſi quis in die feſto propter ſtudium omitteret Sacrum, non eſt neceſſarium in tali caſu confiteri circumſtantiam ſtudij, prupter quod omiſſum fuit ſed tantùm omiſſionem Sacri: quia talis circumſtantia, nec in ſe mala eſt, nec mutat ſpeciem peccati, nec illud notabiliter aggrauat: ergo, &c. Et ita docet Salas *in part. 2. tractat. 13. diſputatione ſecunda, ſect. 7 & 8.* Vaſquez etiam *in part. 2. diſput. 93. cap 3.* Henriquez *lib. 2. cap. 5. num. 7. & in Gloſſa, lit. C.* cum alus.

RESOL. CLIII.

An qui furatur rem Sacram ex loco Sacro, teneatur in confeſſione vtramque circumſtantiam explicare; vel ſatisfaciat dicendo, commiſi furtum ſacrilegum, vel furatus ſum rem Sacram? Ex part. 8. tractat. 7. & Miſc. Reſol. 76.

Sup. hoc ſup. in Reſ. 58. §. vlt.

§. 1. NEgatinè reſpondet Fagundez *de pracept. Eccleſ. part. 2. lib. 4. cap. 5. num. 21.* Nam licèt ex duplici capite furtum reddatur ſacrilegum, vel quia ſurripitur res Sacra, vel quia ſurripitur de loco Sacro, etiamſi ſit res non Sacra. Inter quæ duo non eſſe diſtinctionem ſpecificam, nec differentiam notabilem explicandam in confeſſione: ſed etiam ſi quis furatus ſit rem Sacram de loco Sacro, ſatisfacere dicendo; Commiſi furtum ſacrilegum, vel furatus ſum rem Sacram. Tamen D. Thomas 2. 2. *quæſtione 99. articul. 3.* aliique communiter, diſtinguunt ſpecie ſacrilegium erga rem Sacram, ac erga locum Sacrum, ſicut & erga perſonam Sacram. Vnde rectè aduertit Eminent. de Lugo *diſput. ſexta, num.* 471. debere eam differentiam, & vtramque circumſtantiam, quando ſimul fuerit, explicari. Et idem etiam docet nouiſſimè Raphaël Auerſa *de Sacram. Pœnit. quæſt. 10. ſect. 11.*

RESOL. CLIV.

Quidam latro furatur crumenam diuitis in Eccleſia, quæritur, an hoc peccatum præter malitiam furti, contineat etiam malitiam ſacrilegij neceſſariò in confeſſione aperiendam?

Et an furari ex Eccleſia ea, quæ ſub iure, & quaſi poteſtate Eccleſiæ, verbi gratia, quia illi ſunt tradita ad cuſtodiendum, vel in pignus data, vel alio ſimili modo in Eccleſia depoſita, vt furari tapeta, tabellas, cortinas, vel ſellas, quæ erant accommodata à Sacriſta pro ornamento alicuius Feſtiuitatis in Eccleſia, ſit ſacrilegium; & ſecus vero ſi quis deferat ſellam, tapeta, vel balda hinum, vel quid huiuſmodi in Eccleſiam, pro ſua commoditate, vel ornamento, vt faciunt Principes, Officiales, Nobiles, &c.

Et breuiſſimè notatur non committere ſacrilegium, qui furatur à Clerico aliquid iure Eccleſiaſtico poſſeſſum. Ex part. 1. tr. 7. Reſ. 27.

§. 1. SEntentia affirmatiua abſolutè, ſine vlla diſtinctione, de qua nos inferiùs, placuit Paulo de Layman, *in Theolog. morali, lib. 4. tractat.* 10. *cap. 7. num.* 18. & Franciſco Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 7.* vbi ex communi ſententia aſſerit, furtum in loco Sacro ſacrilegum eſſe. Probatur ex verbis Ioannis Papæ, *in cap. Quiſquis. 17. quæſt. 4.* quæ ſunt iſta: [Sacrilegium committitur, auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, aut ſacrum de non ſacro.] Vbi clarè demonſtratur, ſimpliciter, & ſine vlla limitatione eſſe ſpeciem ſacrilegij, furari non ſacrum de ſacro; & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. *l. de prætorio, ff. de Publican* niſi vel alia lex obliget, vel ratio cogat, quando aliàs ſequeretur abſurdum, quorum nihil in noſtro caſu interuenit: & ſic hanc ſententiam ſequitur etiam Raphaël de la Torre *in 2. 2. tom 2. quæſt. 99. art. 2. diſp. 7.* & Rebellius *part. 1. lib. 2. q. 15. n. 25.* cum Reginaldo *tom. 2. lib. 23. c. 1. n. 12.* & Menochio *de arbitrariis, lib. 2. cent. 4. caſ. 389 n. 14.* & Petro de Ledeſma *in ſumm. tom. 1. tract. de Pœnit. cap. 19. fol. mihi 328. col. 2.*

Sup. hoc leg. ſup. doctrin. §. Item Reſ. 18 & doctrinam, & conſequentiã Reſol. 85. & aliarum Reſol. & 65. aliarum annot.

2. Pro deciſione huius quæſtionis, oportet diſtinguere duos modos, quibus poteſt res non ſacra in Eccleſia eſſe. Primò, quia eſt ſub iure, & quaſi poteſtate Eccleſiæ, verbi gratia, quia eſt illi tradita ad cuſtodiendum, vel in pignus data, vel alio ſimili modo in Eccleſia depoſita. Secundò, poteſt res aliqua profana per accidens eſſe in Eccleſia; vel, quia ibi eſt perſona, quæ illam ſecum defert; vel, quia caſu ibi relicta eſt. Hoc ſuppoſito.

3. Aſſero contra Suarez, in priori caſu ſacrilegium eſſe furari bona in Eccleſia; non autem in poſteriori caſu: vt, quando latro, verbi gratia, furatur crumenam diuitis. Et ratio eſt: quia bona illa, quaſi per accidẽs, ſunt in Eccleſia: ergo non irrogatur ſpecialis iniuria ipſi Eccleſiæ, etiamſi inde quis ea furetur; & aliàs tale furtum non eſt ſpecialiter prohibitum ab Eccleſia in honorem templi: vnde non habet malitiam ſacrilegij lethalem: & ex hoc non eſt neceſſariò aperienda hæc circumſtantia in Confeſſione. Hinc ſententiam tenet Sotus *in 4. diſt.* 18. *quæſt. 2. art. 4.* Ioan. de la Cruz *in direct. conſc. part. 1. tract. de Sacram. Pœnit. quæſt. 3. dub. 6. concluſ.* 1. Fagundez *Præcepto. 2. lib. 4. cap 4. num. 9. &* 12. Henriquez *lib. 2. cap. 6. num. 5. in Gloſſa, lit. N.* & ego practicè probabile iudico, ſicut etiam probabilis viſa eſt Raphaëli de la Torre *vbi ſuprà*, & Leſſio *lib. 2. c. 45. dub. 3. num.* 14. vbi ſic ait: [Furtum in loco ſacro, & quidem ſi aſylli, & ſecuritatis cauſa res ibi ſit depoſita, vt reuerentia loci tuta ſit, ob circumſtantiam loci ſacri dicit malitiam ſacrilegij mortiferam: ſi autem eam ob cauſam ibi depoſita non ſit, probabile eſt rationem ſacrilegij mortiferam non eſſe; quia res illa cuſtodiæ loci ſacri non erat concredita, ſed per accidens ibi poſita. Quare non cenſetur loco per tale furtum maior iniuria irrogari, quàm per confabulationes,

tiones, tisus, detractiones, contractus sæculares, & similia.] Sic Lessius. Sed audiamus Thomam Zetolam *in praxi pœnitent. cap.*12. *quæst.*17. [Quærit ibi, vtrùm furari tapeta, tabellas, cortinas, vel sellas, vel quid huiusmodi, quæ erant accommodata à Sacrista, pro ornamento alicuius festiuitatis in Ecclesia, sit sacrilegium? Et respondet, quòd sic: quia deseruiebant cultui diuino, pro quo erant mutuò data. Secùs verò, si quis deferret sellam, tapeta, vel baldachinum, vel quid huiusmodi in Ecclesiam, pro sui commoditate, vel ornatu, vt faciunt Principes, Officiales, & Nobiles; quia tunc furati ea, non est sacrilegium. Sed quando fecisset Sacrista sibi ea accommodari, & ipse ea pararet pro sessione alicuius Principis, vel Prælati venientis ad Ecclesiam pro deuotione; tunc etiam committeretur sacrilegium: quia indirectè cultui diuino erant deputata.] Ita Zerola. Vide etiam Farinac. *de immunit. Eccl. cap.* 16. *num.*217. *ad Bull. Gregor. XIV.* Ex his patet responsio ad dubitationem in principio positam. Nota verò, circa præsentem materiam, aduersùs Ioan. de la Pegna, non committere sacrilegium, qui furatur Clerico aliquid iure Ecclesiastica possessum. Ita Pitigian. *in 4. sentent. tom.* 2. *distinct.* 17. *quæstione vnic. num.*5. *in circumst. Vbi.*

RESOL. CLV.

An si quis furatur coram iudice, vel cum manifesto periculo vitæ, teneatur postea aperire hanc circumstantiam in confessione?

Et quid est dicendum de illo, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa?

Idem est dicendum de eo, qui alteri suadet peccatum, cum periculo incurrendæ pœnæ mortis. Ex part. 1. tract.7. Res.61.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam docet Vasquez *in* 1. *part.*2.*tom.*1.*q.*73. *art.*9. *dub.*3. qui putat, in tali casu adesse duo peccata, videlicet, peccatum furti, & peccatum temeritatis contra fortitudinem: sicut, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa.

2. Sed mihi placet contraria sententia, quam nouissimè tuetur Tannerus *in part.* 2. *disput.* 4. *quæst.* 3. *dub.* 3. *num.* 71. nam pœna huius vitæ, quamuis à peccante præuisa, non addit nouam speciem malitiæ, nisi ea pœna directè sit intenta, ipsumque adeò peccatum, tanquam medium ad hunc finem electum. Et ratio est: quia, qui directè, & per se non vult pœnam, sed tantùm indirectè; is non vult pœnam, nisi ex suppositione peccati: sed velle pœnam ex suppositione peccati, per se non est peccatum vt patet: ergo, &c. Idem dicendum est de eo, qui alteri suadet peccatum, cum periculo incurrendæ pœnæ mortis. Sufficit igitur in tali casu pœnitenti, se accusare commisisse peccatum furti, & non explicare, se furatum esse coram Iudice, vel cum manifesto periculo vitæ.

RESOL. CLVI.

An qui furatus est, v. g. mille aureos, satisfaciat, si in confessione dicat, subripui rem notabilem? Ex part.1.tract.7.Res.14.

Quamuis nō planè suprà hoc, tamen quoad hoc lege suprà doctrinā §. Occasione Res. 28. & non pigebit.

§. 1. NEgatiuè respondet Nugnus *in addit. ad* 3. *part. tom.*2. *q.*9. *artic.*2. *dub.* 3. Henriquez *lib.*5. *capit.*7. *num.*4. Sanchez *in summ. tom.* 1. *lib.*4. *cap.*11. *num.*24. Coninch *de Sacram. disput.*7. *dub.*3. *num.*13. *conclus.*1. Fagundez *de Præcept. Eccl. tract.*4. *lib.*4. *cap.*4. *num* 2. Suarez *in* 3. *part. tom.*4. *disput.*22. *sect.*3. *num.*17. Medina *lib.*1. *cap.*9. §. 2. Toletus *lib.*3. *cap.*7. *num.*4. Sotus *in* 4. *distinct* 17. *quæst.*1. *art.*4. Sayrus *de Pœnit. cap.* 8. *num.* 8. Petrus Fay *in addit. ad* 3. *part. quæst.*9. *artic.*2. *disput.*5. *concl.*1. Bonacina *vbi infrà*, & alij.

2. Hæc opinio est probabilis: sed contrariam etiam probabilem vocat Bonacina *de Sacram. disp.*5. *quæst.*5. *sect.*2. *punct.* 1. §. 3. *diffic.*3. *num.* 17. & illam docuit Nauarrus *in cap. consideret, distinct.*5. *num.*12. & ex neotericis sustinet hanc sententiam Vasquez *in* 3. *p. tom.*4. *quæst.* 91. *art.*1. *dub.*3 Megala *in* 1. *part. lib.*5. *cap.*12. *num.*2. Zanardus *in Theol. p.*1. *tract. de Pœnit. cap.* 18. Gyptius *tractat. de cas. reseru. cap.*8. *num.*5. Zerola *in praxi pœnitent. capit.* 12. *quæstione quinta*, & alij. Vnde sufficit, quòd pœnitens dicat, se commisisse furtum in re notabili, vt Confessarius possit cognoscere illum peccasse mortaliter.

RESOL. CLVII.

An diuturnitas voluntariæ retentionis de re aliena furto sublata sit circumstantia necessariò in confessione aperienda?

Et supponitur plura non committi peccata, sed tantum continuari antiquum, quamuis vno anno, vel plus iniustè retineatur res, etiam si fortè sæpiùs renouetur propositum non restituendi; dummodo tamen pœnitentia ductus rem proponat restituere, & postea mutato animo, & proposito, habeat animum non restituendi.

Et notet hoc Confessarius, & à multis scrupulis immunis erit. Ex part.1. tr.7. Res.58.

§. 1. SVppono, probabilem esse sententiam Petri à Nauarra *de restit. lib.*4. *cap.*4. *num.*9. & Tanneri *in* 2.2. *disp.*4. *q.*6. *dub.*14. *n.*425. qui citat etiam Aragoninm, & Carbonem; asserentium, plura non committi peccata, sed tantùm continuari antiquum, quamuis vno anno, vel plùs, iniustè retineatur res aliena, etiamsi fortè sæpiùs, interim offeratur occasio restituendi, aut etiam sæpiùs renouetur propositum non restituendi: dummodo tamen pœnitentia ductus non proponat restituere; & posteà mutato proposito habeat animum non restituendi. Sup. hoc in Res. not. seq.

2. Hoc supposito, quæritur, an saltem diuturnitas voluntariæ retentionis rei alienæ sit necessariò in Confessione aperienda? Tannerus, *vbi supra, numero* 427. & alij, affirmatiuè respondent, & rationem adducunt: quia, licèt in tali diuturnitate retinendi rem alienam, inuito domino, non semper multiplicentur peccata, vt *suprà* diximus; aggrauantur tamen notabiliter. Ergo, &c. Sup. hoc in Res. seq. & lege suprà doctrinam Res. 63.

3. Sed in nostra sententia negatiuè respondendum videtur: quia circumstantiæ aggrauantes non sunt necessariò confitendæ: sed dicta diuturnitas voluntariæ retentionis rei alienæ est tantùm circumstantia aggrauans. Ergo in Confessione minimè aperienda erit.

4. Notet hoc Confessarius, & à multis scrupulis immunis erit: nam pœnitens in Confessione satisfacit, tantùm se accusando, non restituisse rem alienam: nec interrogandus est de tempore, & diuturnitate retentionis, vel de numero peccatorum, quæ aliqui in tali diuturnitate committi putant; dummodo, vt diximus, non proposuerit restituere, & posteà mutato animo determinauerit ampliùs restitutionem non facere: quæ omnia valdè notanda sunt, quia multùm practicabilia.

RESOL.

RESOL. CLVIII.

Difficilis pro praxi in gratiam Confessariorum est ista quæstio. An qui longo tempore rem alienam non restituens vnum tantum, vel plura peccata committat?

Et docetur, quod in duobus tantum casibus positis in §. penultimo huius Resolut. committit quis peccatum nouum in omissione restitutionis.

In cæteris vero sex casibus assignatis in §. Sed. huius Resolutionis, & in omnibus aliis, quos diuersi authores enumerant, minimè. Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 1. Ref. 25. alias 17.

Sup. hoc in Ref. præterita, & lege etiam doctrinam alterius Ref. eius annot.

§. 1. REspondeo ex Lessio *lib. 2. c. 22. lib. 3. num. 11. & seq.* Molina *de iust. tract. 2. disp. 753. n. 5.* Rebellio *de oblig. iust p. 1. lib. 2. q. 17. sect. 2.* Vasquez *in p. 2. tom. 1. disp. 75. c. 2.* Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disput. 17. dub. 1. n. 3. 4. & 5.* & aliis, iniquum detentorem rei alienæ non esse, vt voluit Caiet. *2. 2. quæst. 66. art. 3.* in solo peccato habituali, sed continuo actu peccare, dum non restituit, suúque peccatum extrinsecè augere, donec voluntariè restitutionem omittat. Ratio est, quia non restituendo rem ablatam, lædit semper Dominum rei. Ita enim non potest possidere, nec vti re sua, sed ista læsio assiduè procedit à libera voluntate non restituendi, vel ab omissione libera voluntatis. Ergo est peccatum actuale, eo scilicet modo, quo in omissione operis externi, qua alius læditur, est peccatum actuale.

2. Sed ex ista doctrina non haberent Confessarij multos scrupulos, si dicta omissio restitutionis, quæ constituit furem, vt dictum est, in continuo actuali peccato non interrumperetur: nam discontinuata, multiplicantur postea multa peccata numero distincta. Multipliciter verò interrupitur, ita vt formaliter non continuetur. Primo, quando quis, qui restituere tenetur, factus est impotens ad restituendum. Secundò, quando proponit restituere. Tertiò, per somnum. Quartò, per inconsiderantiam naturalem, & obliuionem obligationis restituendi. Ita Vasquez *vbi suprà*, & Turrianus. Quintò, quando creditor exigit ab eo debitum, & non reddit. Sextò, quando videt creditorem egere, & non soluit. Ita Sotus *in iust. lib. 4. q. 7. art. 4.* & similia habet Nauar. *c. 17. n. 54.*

3. Ex supradictis modis apparet, quàm sæpius fur non restituit, multiplicare peccata, necessariò in confessione aperienda, ita vt parum adiuuet pro facilitate confitendi communis opinio, quæ asserit, vt diximus, omissionem restitutioni constituere furem in peccato actuali: nam dicta omissio interrumpitur sæpiùs per supradictos modos, qui multiplicant peccata numero distincta. Sed his non obstantibus, quia supradicta opinio (propter pluralitatem & numerum peccatorum, quæ tempore, quo non restituitur, incurruntur) multum Confessariis, & pœnitentibus onerosa, ponam hîc opinionem probabilem, & tutam in praxi. Dico igitur:

4. In duobus tantum casibus, committit quis peccatum nouum in omissione restitutionis. Primò, quoties directè, & expressè renouatur propositum retinendi rem alienam, per specialem actum. Et ad hoc non sufficit qualecumque propositum renouatum, sed requiritur, quòd ita proponat quis rem ælienam retinere, quòd etiamsi numquam id decreuisset, modò decerneret. Nam si propositum est simplex, & sine ista reflexione, potius dicitur continuatio proprij propositi, quàm nouus actus. Quia licèt sit nouus, & distinctus physicè, non tamen moraliter, quod pertinet ad nostrum institutum. Secundus modus est, quando quis proposuit restituere, & postea data opportunitate non restituit. Tunc enim, saltem indirectè, est noua voluntas, & per consequens nouum peccatum. Ita Petr. Aragon. *in 2. 2. q. 62. art. 8.* & post illum Emanuel Rodriquez *in sum. tom. 2. cap. 46. num. 1.* & Malder. *in 2. 2. tract. 4. cap. 11. dub. 7.* vbi aduersùs Vasquez, & alios putat, quòd si solum per naturalem quietem, vel inaduertentiam fuerit interruptus animus, actualis retentionis rei alienæ, hoc non sufficere, vt fur post modum renouans eiusmodi animum, censeatur admittere distinctum numero peccatum. Vt enim actualiter censeatur quis suo possidere nomine, sufficit quòd si animo tenendi rem apprehenderit, eámque animum non retractârit. Deinde non est necesse, vt is qui idem & moraliter vnum peccatum censetur continuasse, continuò peccauerit actu: actus enim solùm physicè interruptus, potest moraliter censeri vnus. Sic Maldeus & Saytus *in Claui Regia, lib. 10. tr. 5. c. 5. n. 10.* vbi asserit, quòd nimis durum esset affirmare toties de nouo peccare, quoties fur post iniquam primam acceptionem dormitioni se traderet, aut illius obliuisceretur, cùm multoties in die contingeret: hoc modo peccare de nouo, omniaque scrupulis plena essent. Ita ille.

5. Dicendum est igitur ex dictis, tunc iniquum detentorem peccare de nouo mortaliter, quando renouat de nouo propositum non restituendi, vt si animo dicat, etiamsi retinere non proposuissem, nunc omnino propono. Vel secundò, quando interrumpit prius animum furtiuum firmo restituēdi proposito, & postea data opportunitate non restituit. In omnibus aliis autem casibus, quos diuersi authores enumerant, & refert Barthol. à S. Fausto *in spec. Confess. dist. 4. q. 203.* puto cum Maldero, Aragon, & Sayro, *vbi suprà*, non esse nouum peccatum, sed circumstantiam aggrauantem illud, & iuxta nostram sententiam non necessariò in confessione aperiendam, sed aliam benigniorem sententiam circa præsentem quæstionem vide *in tract. de Circumstantiis aggrauantibus*. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem quæstionem, ex qua maximè & præcipuè notandum est, pro sedandis scrupulis, per somnum & naturalem inaduertentiam, iniquum rei alienæ detentorem, non multiplicare peccata, numero distincta. Salua, &c. In Ref. not. præterita.

RESOL. CLIX.

An si aliquis in Ecclesiam confugiat, & intra illam postea ei iudex auferat arma, debeat iudex hanc circumstantiam in confessione aperire? Ex part. 1. tractat. 7. Ref. 38.

§. 1. RE spondet negatiuè Couarruu. *variar. Ref. lib. 2. c. 10. n. 17.* & post illum nouissimè Fagundez *Prec. 2. lib. 4 c. 4. n. 55.* vbi asserit: [Quamuis Iudex laicus non possit absque sacrilegio, & circumstantia necessariò confitenda, fruentes hoc priuilegio, è loco sacro inuitos abstrahere; potest tamen ab eis absque prædicto sacrilegio, & circumstantia, intra Ecclesiam arma auferre.] Ita ille. Sed de hac quæstione egimus *in tract. de imm. Eccesiæ.*

RESOL. CLX.

An si iudex, vel alia persona publica furto capiat res alienas, quas ex officio custodire tenetur, debeat in confessione explicare hanc circumstantiam Officij sui? Ex part. 1. tr. 7. Ref. 36.

§. 1. AFfirmatiuè respondet vterque Medina Complutensis, & Salmaticensis, hic in *Summa*, ille *in C. de Confess.*

2. Sed

2. Sed mihi placet sententia Henriquez *lib. 2. c. 6. n. 3. in Gloss. litt. O*, & aliorum, asserentium, secluso scandalo, non teneri: quia dato, & non concesso, quòd circumstantiæ aggrauantes sint necessariò confitendæ; attamen talis circumstantia publici officij non multùm aggrauat peccatum intra eandem speciem: ergo non est confitenda.

RESOL. CLXI.

An Medicos satis sit fateri se concessisse licentiam edendi carnes absque legitima causa diebus prohibitis, non manifestando illos ieiunio esse consecratos? Ex part. 1. tr. 7. Res. 60.

Sup. hoc duplici præcepto inf. in Res. 163. §. Quæro quarto. & in to. 4. tr. 6. Res. 77. §. vlt. in principio, & in alio vers. eius annot.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Sancius *in suis selectis disput. disp. 41. n. 16.* quia in tali casu reus est fractionis duplicis præcepti ieiunij, videlicet, & carnis abstinentiæ, vt docet etiam Sanchez *in sum. tom. 1. lib. 4. c. 11. n. 42. & 53.* cum Ludouico de S. Iuan *in sum. tom 2. tr. de ieiunio, art. 7 dub. 2.*

2. Sed Montesinus *in part. 2. tom. 2. q. 73. art. 2. q. 4. n. 47.* docet, hoc esse tantùm vnicum peccatum contra temperantiam; quamuis censeat esse circumstantiam notabiliter aggrauantem. Vnde, si hæc opinio esset vera, in nostra sententia dicendum erit, hanc circumstantiam non esse in Confessione aperiendam, tanquam tantùm aggrauantem, & non mutantem speciem.

RESOL. CLXII

An qui peccauit alias non peccaturus ex confidentia obtinendi Iubilaeum, aut Bullam Cruciata, teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? Ex part. 1. tract. 7. Resol. 33.

§. 1. Negatiuè respondendum cum Pitigiano *in 4. sent. tom. 2. dist. 17. quæst. vnica, art. 5. circumstantia Cur.* Fagundez *Præcept. 2. lib. 4. cap. 5. n.* .. & aliis, Zanardus verò *in direct. Theolog. part. 1. tractat. de pœnit. cap* 18. limitat hanc sententiam: sed in aliquibus mihi non placet.

RESOL. CLXIII.

De aliquibus circumstantiis peccatorum in confessione explicandis, vel non explicandis in confessione. Ex part. 5. tr. 14. & Misc. 2. Res. 56.

Sup. hoc sup. in Res. 131. & in aliis multis eius not.

§. 1. Quæro primò, an quis teneatur in confessione explicare, quando exercuit peccatum contra naturam, si fuerit cum mare, vel cum fœmina? Aliqui respondent affirmatiuè, sed Cœlestinus *in compend. Theolog. moral. tract. 1. cap. 9. num. 5. diffic. 4.* hoc negat, nisi fœmina esset coniugata ratione iniuriæ, quæ infertur marito, secùs si non est coniugata, Monialis, aut voto castitatis adstricta, vel consanguinea, aut affinis. Ita ille.

Sup. hoc sup & latè in Resol. 133. 134. 135 136. & 118 & in t. 2. tr. 6 Res. 214. § Nota vero, & seqq.

2. Quærò secundò, an pœnitens in confessione teneatur explicare si in peccato sodomiæ fuerit agens, vel patiens? Nouissimè Carolus de Baucio *in praxi Confessariorum, fol. 334. num. 45.* non audet dicere opinionem negatiuam non posse sequi, præcipuè quando pœnitens haberet aliquam verecundiam confitendi se in actu sodomitico fuisse patientem, secus est dicendum, quando casus est reseruatus. Et hanc opinionem testatur docuisse Martinum Fornarium, virum quidem doctum, Societatis Iesv, & placere etiam Alexandro Russo Canonico Neapolitano, viro etiam docto, & mihi amicissimo. Vide me ipsum *in 3. p. tr. 4. resol. 159.*

3. Quæro tertiò, an qui infamat aliquem, dicendo falsum, vel verum, occultum tamen teneatur in confessione declarare, vtro istorum modorum infamauerit. Affirmatiuè respondet March. *de Sacrament. in qq. Paster. tract. 5. cap. 3. dub. 4.* & Iacob. Granado *in 3. p. de Sacram. contr. 7. tract. 9. disp. 9. sect. 3. n. 20.* quia istæ duæ infamationes distinguuntur specie, qui enim verum dicit, sed occultum, peccat solùm contra iustitiam; qui verò falsum, peccat etiam contra veracitatem, quæ in materia graui grauiter obligat. Vnde modus restituendi famam in hoc posteriori casu est longè diuersus ab eo, qui in priori casu seruandus est. Sed ego probabiliter contrariam sententiam docui *in 1. p. tract. de circumst. resol. 28.* quam, me citato, tenet nouissimè Faustus *de pœn. lib. 4. q. 112.* maximè si pœnitens sciat diuersum modum obligationis restituẽdi famam ablatam, quia dato quòd istæ duæ infamationes differunt specie, tamen conueniunt in ratione formali, quæ est intentio auferendi alteri famam; vnde satis erit dicere in confessione, Toties infamaui proximum, sicuti probauimus in eadem ratione *vbi supra*, eum, qui diuersis contumeliis proximum affecit, vocando illum sodomitam, adulterum, furem, &c. satisfacere, si dicat in confessione: Toties contumelia affeci proximum meum; & tamen dictæ contumeliæ secundùm aliquos differunt specie, sed quia conueniunt in ratione formali, probabiliter asserunt multi non esse in confessione in particulari explicandas, sed sufficere in genere, vt diximus, pœnitentem se accusare dicendo bis, verbi gratia, vel ter, Contumeliam dixi aduersùm proximum meum.

Quæ hic est sup. 19. & in aliis eius primæ, & secundæ not pro omni doctrina contenta in hoc §.

4. Quæro quartò, an qui fregit ieiunium comedendo carnes, teneatur hanc circumstantiam in confessione aperire? Affirmatiuè respondet Granado *in 3. p. contr. 7. tract. 9 disp. 9. num. 22.* & Texeda *contrau. Theol. moral. lib. 2. tract. 3. contr. 10. num. 35.* qui tamen putat hanc esse circumstantiam aggrauantem, & ideo necessariò secundum suam sententiam in confessione aperiendam. Sed alij, qui etiam probabiliter docent circumstantias aggrauantes non esse in confessione explicandas, consequenter dicerent contrà in casu proposito sufficere, quòd pænitens dicat: Bis, verbi gratia, vel ter fregi ieiunium, quia frangere ieiunium, comedendo carnes, eiusdem speciei est cum alia fractione ieiunij, nimirum comedendo in eodem die sæpiùs cibaria non prohibita, etenim opponuntur, & contrariantur eidem virtuti, nempe temperantiæ, & ita est de essentia ieiunij abstinentia ab esu carnium, sicuti vnica comestio; vnde pari passu procedunt quoad ieiunij fractionem. Sed alij hoc constanter negant, vt nouissimè Iacobus Marchantius *de Sacrament. in qq. Pastoral. tractat. 5. cap. 3. dub. 2.* ideo tu cogita.

Sup. hoc sup. in Res. 161. & in to. 4. tr. 6. Res. 77 § vlt. in principio, & in Res. 83. §. 2. ad medium, à vers. Quippe illa.

5. Quæro quintò, an qui indignè administrauit Sacramentum, teneatur, v. g. explicare in confessione, si fuerit Sacramentum Pœnitentiæ, Baptismi, Eucharistiæ, &c. Aliqui viri docti respondent affirmatiuè. Non desunt tamen alij asserentes in tali casu sufficere si pœnitens dicat: Toties sacrilegium commisi in mala administratione Sacramentorum, quia illæ indignæ administrationes Sacramentorum diuersorum non differunt specie, sed opponuntur eidem virtuti, nempe Religioni.

Quoad hoc sup. ex doctrina Res. 41. prope finem, vers. Et hoc.

6. Nota tamen hîc obiter contra Faustum *de Euchar. lib. 1. q. 361.* & Granadum *in 3. p. de Sacr. contr. 3. tract. 5. disput. 5. num. 12* Sacerdotem, qui in statu statu peccati mortalis administrat Eucharistiam, non peccare mortaliter. Ita ego sæpiùs alibi cum Vasquez,

&

Sæpius & alibi ſupra in Reſ. 40. à §. Imò. & in multis aliis Reſol. & §§. eius not.

& hanc ſententiam, me citato, nouiſſimè tenet etiam Cœleſtinus *in comp. Theol. moral. tr. 1. c. 9. n. 5. diffic. 5.* cui adde Turrian. *in ſelect. diſp. 2. cent. 1. cenſura theologicæ, dub 95.* & Mæratium *in D. Thom. tom. 3. tr. de Sacr. in gen. diſp. 8. ſect. 2. n. 8.* Vide etiam Ochagauiam *de Sacram. tr. 3. de Miniſtro Euchar. q. vlt. n. 2.* vbi docet Sacerdotem, vel laicum tangentem Euchariſtiam in peccato mortali, etiam ſine cauſa, non peccare mortaliter.

7. Quæro ſextò, An qui commiſit inceſtum cum matre, vel filia, aut ſorore, teneatur explicare in confeſſione circumſtantiam perſonæ. Aliqui, & ſatis probabiliter, reſpondent affirmatiuè ſed contraria ſententia eſt etiam probabilis; pro qua ego *in 1. par. tract. de circumſtant. reſol. 31* adduxi Gyptium, & Megalam, quibus nunc addo Cœleſtinum *in compend. Theolog. moral. tract. 1. cap. 8. q. 7.* & me citato, Bartholomæum à ſancto Fauſto *de ſacrament. Pœnit. tom. 1. lib. 4. q. 96.* vbi ſic ait: Quia iuxta opinionem Diui Thomæ *2. 2. quæſt. 154. art. 9.* & Caietanum *ibi*, omnes gradus conſanguinitatis, & affinitatis ſunt eiuſdem ſpeciei in genere moris, ſufficit vt ille, qui cum matre, vel filia, aut ſorore carnaliter peccauit, dicat: Commiſi inceſtum ſemel, vel bis, non explicando perſonam, cum qua peccauit; & quamuis grauior ſit inceſtus cum matre, vel filia, quàm cùm ſorore, vel conſobrina, tamen quia iſta grauitas auget malitiã intra eamdem ſpeciẽ, non eſt neceſſariò confitẽda. Ita ille. Vide etiam Mancinum *in append. ad praxim viſitand. infirm. tract. 1. dub. 4. §. & certè ſupradictam opinionem*, iunct. cum § *ſi furtum erit reſeruatum*.

Quæ hic eſt ſupra Reſol. 107. & in Reſ. 108. 109. 110. & in Reſ. 111. §. Longiados. & in Reſ. 17. §. vlt. & in Reſ. 18. §. Et tandem. & infra in Reſol. 165. §. In Reſ. Reſ. 31.

8. Quæro ſeptimò, An quando dominus non corrigit famulos, teneatur hanc circumſtantiam explicare, Ioannes Sancius *in ſelectis diſp. 6. num. 9.* putat, quòd quando dominus non corrigit mancipia, hæc circumſtantia eſt explicanda, non verò ſi non corrigit famulum ob ſalarium ſeruientem, quia mancipium eſt ſub dominio domini, & ad eius curam pertinet, actiones mancipij dirigere, non tamen famuli.

Sup. hoc ſup. in Reſ. 71. in fine, & in alio § & verſ. eius vlt. ante or.

9. Quæro octauò, An ſi vtatur modis extraordinariis, & nimium impudicis in actu venereo, teneatur pœnitens illa ſpecialiter confiteri. Affirmatiuè reſpondet Philippus Faber *de eode pœnit in 4. ſent. diſt. 17. q. vnic. diſp. 4 c. 1. n. 34.* Sed ego contrarium teneo, quia hi tactus tantùm notabiliter peccatum aggrauant, ſecus autem ſi in alienam ſpeciem mutarent; vt, ſi, v. g. quis ante fornicationem inciperet actum ſodomiticum, & poſtea in vaſe naturali ſeminaret, nam in hoc caſu teneret illam circumſtantiam explicare.

10. Quæro nonò, An D. Thomas omnium Magiſter ſenſerit circumſtantias aggrauantes eſſe in confeſſione explicandas? Quidam recentior affirmatiuè reſpondet, & citat D. Thomam *in 4. ſent. diſt. 16. q. 2. art. 2. quæſtiunc. 5.* ſed ibi ne quidem verbum inuenitur de hac materia. Dicendum eſt igitur D. Thomam negatiuam ſententiam docere, vt patet *vbi ſup. in 4. diſt. 16. q. 3. art. 2 quæſtiunc. 5. in corp.* vbi ſic ait; Quidam dicunt, quòd omnes circumſtantiæ, quæ aliquam notabilem quantitatem peccato; addunt, neceſſe eſt confiteri, ſi memoriæ occurrant. Alij verò dicunt, quòd non ſint de neceſſitate confitendæ, niſi circumſtantiæ, quæ ad aliud peccati genus trahunt, & hoc probabilius eſt. Ita Diuus Thomas. Vnde valde miror aliquos recentiores ſententiam, & modeſtiam tanti Magiſtri deſerere, & opinionem, quam ipſe dicit eſſe probabiliorem, improbabilem vocare. Sed optimè obſeruat doctiſſimus Bañez in *2. part. quæſt. 1. artic. 6. dubio vlt. concluſione 1.* quoſdam ea omnia, quæ eorum iudicio non conſonant, grauioribus cenſuris inurere, idque tanta facilitate, vt meritò irrideantur; & re vera bilem ſapientibus mouere aſſerere improbabilem eſſe ſententiam negantem circumſtantias aggrauantes in confeſſione eſſe aperiendas, cùm in ſcholis paſſim amplectatur, illamque doceant ex veteribus, & recentioribus viri doctrina, & numero inſignes, quos ego ad ſatietatem adduxi *in 1. part. tract. de circumſtan. reſol. 1.* quibus nunc addo Granadum *in 3. part. de Sacram. contr. 7. tract. 9. diſp. 9. ſect. 1. num. 3.* Hurtadum *de Sacram. diſp. 9. de pœnit. diffic. 3.* Cœleſtinum *in compend. Theol. mor. tract. 1. c. 8. n. 6.* Præpoſitum *in 3. part. D. Thom. q. 5. de integr. conf. dub. 2. num. 103.* Fauſtum *de ſacr. Pœnit. lib. 4. q. 81.* Kelliſonium *in 3. part. tom. 2. q. 9. de qualit. confeſſ. dub. 2.*

Quæ hic eſt ſupra Reſol. etiam 1. & infra in Reſol. 165. §. 1.

RESOL. CLXIV.

Aliqua notabilia circa circumſtantias peccatorum in confeſſione explicandas obſeruantur. Ex part. 9. tr. 9. & Miſc. 4. Reſ. 67. aliàs 66.

§. 1. Quæro primò, An qui habet votum caſtitatis, debeat votum explicare, ſi conſilio, vel auxilio fuit cauſa, vt aliquis caſtitatis votum habens peccaret. Affirmatiuam ſententiam docet Leandrus *de Sacr. to. 1. tr. 5. diſp. 8. §. 1. q. 10.* quia qui proximo luxuriam conſulit contra obligationem indirectam caſtitatis peccat, cùm hæc obliget me indirectè, ne alios ad luxuriam inducam. Sed mihi magis placet opinio negatiua, quam docui *in part. 7. tract. 11. reſ. 27.* cum docto, & amiciſſimo Caramuele, cui nunc addo Patrem Pellizzarium *in Man. Reg. to. 1. tr. 4. c. 3. ſect. 4. num 91.* vbi ſic ait: Quæritur, an violet caſtitatem Religioſus qui inducit alium Religioſum ad violandum votum caſtitatis? Reſpõdetur non violare; cùm votum caſtitatis obliget vouentem, vt ipſe ſit caſtus; non autem ad procurandum vt alij ſint caſti. Nota tamen in hoc caſu contrahi poſſe malitiam ſcandali, quatenus Religioſus cooperatur alterius peccato contra ſuum votum, & ſi ea malitia non aduerſetur voto caſtitatis, nec in confeſſione dicti ſcandali explicari debeat circumſtantia voti caſtitatis. Ita ille, qui citat pro hac ſententia Cardinalem Lugo.

Quæ nunc inuenietur in to. 7. tr. 1. Reſ. 142 & hic ſupra lege etiã à medio §. v. 1. Reſ. 101.

2. Quæro ſecundò, An ſi quis habuit tactus cum aliqua muliere ſine intentione accedendi ad illam; poſtea mutata intentione ſtatim cùm illa copuletur; teneatur non ſolùm copulam, ſed etiam tactus, & oſcula confiteri? Negatiuam ſententiam docet nouiſſimè Pater Leandrus *de Sacr. tract. 5 diſp. 8. § 6. quæſt. 10.* Quia licèt in dicto caſu deficiat finis operantis, propter cuius defectum non poſſunt tactus coniungi cum fornicatione, & efficere ex hac parte vnum peccatum cum illa; tamen non deficit finis ipſius operis, tactus videlicet, ſeu medij, ratione cuius coniunctionis, hæc omnia media inter ſe, & cum opere principali quod poſtea ſequitur, vnum conſtituunt peccatum in genere moris; & ideò non oportet in confeſſione explicari, quia explicata fornicatione, etiam ipſa explicata manent. Ita Leandrus; qui teſtatur ſic ſenſiſſe doctos modernos à ſe conſultos. Sed ego non diſcedo à ſententia affirmatiua, quam docui, & quam poſtea me citato docet Eminentiſſimus Lugo *de pœnit. diſp. 16. ſect. 14. num. 556.* & Vaſquez *in 3. p. tom. 4. quæſt. 91. dub. 5. num 27.*

Sup. hoc ſup. in Reſol. 120. & 121.

3. Quæro tertiò, An in ſodomia ſit explicanda perſona, an videlicet fuerit perpetrata cum maſculo, vel cum fœmina? Nominatim contra me negatiuam ſententiam docet Leandrus *de Sacr. to. 5. diſp. 8. §. 3. q. 31.* putat enim non eſſe explicandam perſonam maris, vel fœminæ, quia hæc in genere moris vnius ſunt ſpeciei, niſi in caſu quo mulier eſſet coniugata, aut voto caſtitatis adſtricta; vel conſanguinea, vel affinis. Sed ego affirmatiuam ſententiam olim docui, & nunc iterum doceo, & illam me citato tenet nouiſſimè ſapientiſſimus Pater Ouiedo *in p. 2. D. Th. tr. 6. contr. 5. punct.*

Sup. hoc ſup. in Ref. 131. 132. & in fine Reſ. 143 à v. qui etiam. & ex doctrina Reſol. 144. ſignanter in §. 1 ad medium. & in Reſ. 163. § 1. & vt magis clareſcat doctrina hu-

ius diffic. lege doctrinā per totā Ref. 142. & aliarum eius annot.

punct. 3. §. 7. *n.* 56. vbi tenet, sodomiam cum viro, & cum fœmina specie distingui, & esse in confessione explicandam. Puto tamen, vt olim dixi, sententiam negatiuam esse probabilem.

Sup. hu sup. in Ref. 151.

4. Quæro quartò, An Clerici, & Religiosi, si ludendo ludo taxillorum, siue alearum fraudauerint aliquem in notabili quantitate, teneantur in confessione circumstantiam instrumenti, seu medij aperire, videlicèt circumstantiam de ludo taxillorum. Et affirmatiuè videtur respondendum; quia cùm vsus prædictorum instrumentorum sit secundum ipsos sub mortali prohibitus, & prohibitum etiam sub mortali sit proximum in notabili quantitate fraudare, vt patet ex præcepto de non furando; hinc fit, vt cùm proximus notabiliter fraudetur instrumento, seu medio specialiter prohibito, circumstantia instrumenti seu medij nouum peccatum addat: & ideò non solùm sit confitenda defraudatio, sed etiam circumstantia medij, quo ipsa fraus facta fuit. Et ita ex Filliuc. Molfesio, & aliis docet Gesualdus *in Theol. mor. tom.* 1. *tract.* 19. *c.* 4. *n.* 30.

5. Non tamen hîc deseram adnotare nostrum Megalam docere, Clericos, seu Religiosos, si eis non sit facta specialis prohibitio per statuta, siue per Synodalia, ne taxillis, seu aleis ludant, non peccare mortaliter, secluso scandalo, nec teneri in confessione aperire si alios in ludo fraudauerint circumstantiam medij; sic itaq; ait in *p.* 1. *inst. conf. l.* 6 *c.* 14. *n.* 8. Ergo nonnisi facilè affirmandum esse censeo, prædictos Clericos, aut Religiosos peccare mortaliter, secluso scandalo: quia in *d. c.* 1. 35. *dist. & in d. c. inter dilectos*, vbi præcipuè fundatur opinio præcitatorum DD. nullo modo imponitur depositionis pœna cuius ratione deduci possit Clericos prædictos culpæ mortalis esse reos. Nam quoad c. 1. ibi talis pœna non exprimitur, sed tantum præcipitur vt tales Clerici aleæ deseruientes, aut desinant, aut damnētur. Vnde Diaz *in sua pract. crim. c.* 64. miratur Dominicum, & Præpos. qui summando illum Textum videntur tenere, quòd per illum imponatur pœna dispositionis, propter illud verbum, *damnentur*, à quo potius arbitrariam pœnam denotari ipse affirmat: & eum sequitur Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 2. *centur.* 4. *casu* 399. Neque *in d. c. inter dilectos*, de depositione à beneficio fit mentio, sed beneficij collatio facta publicis aleatoribus, ac simul vsurariis manifestis propter vilitatem, ac indignitatem locorum irritatur. Itaq; patet, publicum aleatorem tantùm repellendum esse à beneficio obtinendo, vt notat ibi *gl.* 1. & Panormit. *in n.* 6. Cùm igitur ex prædictis capitulis deduci non possit, prædictos Clericos depositione dignos esse, præcitatorum Doctorum affirmantium Clericos prædictos peccare mortaliter, corruit fundamentum: ergo dicendum erit eos non peccare mortaliter.

Sup hoc cursim in fin. Resol. not. præteritæ. & in to. 6. tr 4 Resol. 9. 10. & 11.

6. Dices, eos peccare mortaliter ratione prohibitionis Lateran. Conc. vt patet *in c. Clerici, il.* 2. *de vita, & honest Cler.* vbi præcipitur Clericis, vt aleis, & taxillis nō ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Respōdetur, non omnia, quæ *in d. c. Clerici*, continentur, esse præcepta, sed quædam esse de præcepto, quædam de honestate secundùm Per. vt infert Abbas ibidem: imò secundum Innoc. in eodē loco, omnia quæ in d. c. continentur, sunt de honestate, non autem ex præcepto, & & esto sint ex præcepto, dicit tamen Lessius *in d. dubit.* 1. *n.* 5. hoc tempore non esse vsu receptum, vt obliget ad mortale, nisi quatenus prohibet id fieri cum periculo scandali. Vnde concludendum est, prædictos Clericos, ac Religiosos nō peccare mortaliter, vt blasphemandi, mentiendi, fallendi, & sic in similibus: nec consequenter, si cessante scandalo, in prædictis ludis aliquē in notabili quātitate defraudauerint, teneri eos confiteri circumstantiam instrumenti, seu medij sibi prohibiti. Cùm talis circumstantia ratione dictæ prohibitionis speciem non addat; sed satis erit accusare à se in ludo proximum fraudatum fuisse. Huc vsque P. Megala, qui respondet etiam ad alios Canones in contrarium. Sed hanc sententiam approbare non audeo; ideò tu cogita.

7. Nota etiam obiter Leand. vbi sup. *de Sacr. tom.* 1. *tr.* 5. *disp.* 8. §. 8. *q.* 19. me cit. docere, Sacerdotē in peccato mortali excipientem confessiones centū personarum, non centum, sed vnum peccatum admittere, nec tenetur in confessione numerum personarum explicare, sed tantùm dicere; audiui confessiones plurimorum in peccato mortali. Et hanc sententiam tenet etiam Card. de Lugo *de pœn. disp.* 16. *sect.* 3. *n.* 133. *&* 558. & illam, vt ego olim, tāquam probabilem admittit Tamb. *opusc.* 1. *de conf. lib.* 2. *c.* 1. §. .. *n.* 55. Escob. *in Theol. mor. tr.* 7. *exa.* 4. *c.* 7. *n.* 38. qui ex Alphonso Vasq. Theologus Societ. idem asserit dicendum de Episcopo successiuè, v. g. centum personas ordinante; quicquid in contrarium etiam probabiliter asserat Oiuedo vbi sup. *punct.* 5. *n.* 116. & alij. Et tandem nota dictum Leand. vbi sup. §. 7. *q.* 21. nominatim contra me, & alios docere, quod pœnitens non tenetur confiteri consuetudinem peccandi, etiam si à Cōfessario de illa interrogaretur, & citat Sanc. Sed hāc opinionem ego reprobaui, & nouissimè à Sacra Congreg. Indicis fuit deleta ab operibus Sancij, vnde non est audiendus P. Leand. & ita nostram sententiam præter DD. à me alibi citatos docet P. Tamb. *in opusc.* 1. *de Mat. exp. Confes. lib.* 2. *c.* 1. §. 1. *n.* 3. *in fin.* Dicendum est igitur, quod licet pœnitens non sit obligatus manifestare in confessione consuetudinem peccandi, tamen hoc fallit si à Confessario de illa interrogetur.

Sup. hoc sup. in Ref. 42. & in aliis eius primæ not. & in to. 4. tr. 8. Ref. 42. in fin. & suprà Ref. 25. §. Huc. & in aliis eius not.

Sup. hoc pro Episcopo successiuè ordinante in to. 4. tr. 8. Ref. 42.

Sup. hac consuetudine suprà in Ref. 114 & in Ref. 114. prope finem, & in Ref. 115. in primis eius lineis.

RESOL. CLXV.

Additiones ad tractatum de circumstantiis in confessione non necessariò explicandis. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 67.

§. 1. IN *p.* 1. *mearum res. mor. in d. tr.* probabiliter asserui circumstantias notabiliter aggrauantes non esse necessariò in confessione explicandas, & ita docet Becan. *de Sacr. c.* 36. *q.* 1. *n.* 4. Gran. *in p.* 2. *D. Th. contr.* 6. *tr. disp.* 5. *n* 11. Nald. *in sum. ver. circumst. n.* 1. Philiarch. *de off. Sacerd. to.* 1. *p.* 2. *lib.* 2. *c.* 12. Molfesius *in sum. t.* 1. *tr.* 7. *c.* 12. *n.* 58. *&* 68. vide etiam Tann. *in p.* 2. *disp.* 4. *q.* 2. *dub.* 3. *n.* 48. Garassam etiam *in p.* 2. *q.* 7. *art.* 3. *n.* 11. quidquid in contrarium asserant Lauorins *tr. de Indulgent. p.* 1. *c.* 14. *n.* 53. Estius *in* 4. *sent. dist.* 17. §. 9. *ideò adde*; Rebell. *p.* 2. *lib.* 4. *q.* 8. *sect.* 2. *n.* 9. Gutt. *de matr. c.* 1. *n.* 19. Maldonatus *in summ. q.* 19. *art.* 9

Sup. hoc sup. in Ref. 1. & in Resol. 263. §. vlt.

2. *In res.* 3. mulieri peccanti carnaliter cum Sacerdote Religioso, sufficit vt dicat in confessione, Peccaui cum Sacerdote, vel cum sacris Ordinibus initiato, & idem dicendum est de ipso Religioso; sufficit enim, vt dicat: Sum Sacerdos, vel sacris Ordinib. initiatus. Ita Molfes. *in sum. to.* 1. *tr.* 7. *c.* 12. *n.* 66. *&* 68. & hanc sententiam probabilē putat Caraffa *in p.* 2. *q.* 7. *art.* 3. *n.* 27. *&* 18. cū Sylu. *in* 2. 2. *q.* 158. *art.* 10. quidquid in contrariū asserat Nugn. *in addit. ad* 3. *p. q* 9 *art.* 2. *dub.* 3. *cōcl.* 5.

Quæ hic est sup. Ref. 78. & in alio §. eius primæ not. & hic infra in §. seq. huius Ref.

3. *In res.* 4. sufficit etiam in casu supradicto, vt Sacerdos, vel Religiosus dicat tantùm se violasse votum castitatis, quod habet, non manifestando votum solemne professionis, vel Ordinis, & idem dicendum est de fœmina. Hanc sententiam probabilem putat Caraffa *in p.* 2. *q.* 7. *art.* 3. *n.* 29. licèt contrariam doceant Syluius *in* 2. 2. *q.* 154. *art.* 10. & Nugnus *in addit. ad.* 3. *p. q.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. *concl.* 5.

Quæ hic est sup Ref. 73. & in aliis §§ eius annotat. primæ, & hic sup. in §. præterito huius Ref.

4. *In res.* 5. sponsus, vel sponsa de futuro, & cum eis carnaliter se commiscentes, non tenentur istam circumstantiam explicare.

Quæ hic est sup. Ref. 96.

5. Hanc sententiam nouissimè tenet Basil. Pont. *de matr. lib.* 11. *c.* 6. *n.* 8. & illam probabilem vocat Laym. *in Theol. mor. lib.* 5. *tr.* 10. *p.* 1. *c.* 1. *n.* 6. licet contrariam teneant

neant

neant Coninch *de Sacr.diſp.21.dub.1.n.* 6. Molina *de inſt.to.3.diſp.73.n.*8.Rebellius *p.1.lib.4.q.8.ſect.1.n.9.* Gutierrez *de matr.c.1.n.*10.& Io.de laCruz *in direct. p.2.de matr.q.4.art.5.dub.*8.*concl.5.*

Quæ hic eſt ſupra Reſ.93. & in Reſ eius primæ not.

6. *In reſol.*11.ſtuprum,puella conſentiente,non differt,à ſimplici fornicatione,ideo in confeſſione ſufficit,vt quis dicat,Toties fornicatus ſum.Ita Suar. *to.4. diſp.*11.*ſect.4 n.*6.Nauarra *de reſtit.lib.2.c.3.num.*419. Molſeſius *in ſum.to.*1.*tr.7.c.*11.*n.*72. Et hanc ſententiam probabilem putant Tannerus *in 2.2.diſp.3.q.3. dub.6.n.*147.quidquid in contrarium aſſerant Conradus *in reſp.to.1.q.*17. Faber *de pœn.in 4.ſent.diſt.* 17. *q. vnic.diſp.24.c* 2.*n.*32.& Syluius *in 2.2.q.154.art.6.*

Quæ hic eſt ſupra Reſ.70.

7. *In reſol.*16. quando Religioſus non obedit Prælato præcipienti ſub obedientia , non peccat duplici peccato,nempè contra religionem,& contra obedientiam , neque tenetur hanc circumſtentiam aperire in confeſſione.Ita Anton.Perez *in regul. D.Bened.c.5.n.* 23.licet contrarium aſſerant Laym.*in Theol. mor. lib. 4.tr.5.c.9.n.6.* Vaſq.*in p.1.diſp.98.c.3.n.7.*& Tannerus *in p.2.diſp.4.q.2.dub..n.*46.Zumel *in p.2. q.72. art. 6. dub.*3.Salas *tr.13.diſp 3.ſect.2.n.*16.Suarez *de Relig to. 3.lib.10.c.7.n.6.*& alij.

Iam hoc eſt additum in fine dictæ Reſ. quæ hic eſt ſupr. Reſ 23.

8. *In reſol.*17.*in fine*,adde, & docet nouiſſimè Granado *in p.2.D.Thomæ,contr.6.tr.2.diſp.5.n.*10.& Malderus etiam *in p.2.q.20.art.4.diſp.99.*

Quæ hic eſt ſupr. Reſ. 81. & in alia Reſ. eius annot.

9. *In reſ.*18.ſi quis in actu venereo geſtauit reliquias, non opus eſt in confeſſione aperire hanc circumſtantiam. Ita Sanch. *in ſum.to.1.lib.2.c.40.n.*28. Fagundex *præc.1.lib.1.c.4.n.*13. & Syluius *in 2.2.D.Th.q.154.art.* 10.quidquid in contrarium videatur aſſerere Coſmus Philiarchus *de offic.Sacerd.to.1.p.2.lib.3.c.9.ad finem.*

Iam in præ dicta Reſ. hoc additum eſt. Quæ eſt ſupra Reſ.86.

10. *In reſol.25.verſ.*1.poſt illa verba,*& præſertim ex neotericis* ad Syluium *in 2.2.q.154.art.10.in fine.*

11. *In reſ.26.in fine*,adde,quem contra Vaſq. docet Tannerus *in p.2.D.Th.diſp.4.q.2.dub.3.n.43.*

Iam hoc additum eſt in fine dictæ Reſol. quæ eſt 87.

Quæ hic eſt ſupr. Reſ 19. & in aliis Reſ. & §§ eius primæ not.

12. *In reſ.*28. in confeſſione non eſt explicanda diuerſitas contumeliarum,v.g. ſi quis vocauit aliquem furem,hæreticum,ſodomitam,&c.Ita Fagund.*præc.1. lib.3.c.5.n.3* Azor.*to.1.lib.4.c.4.q.5.*Filliucius *tom.1.tr. 21.c.9.n.*312.& Rebell.*p.1.lib.2.q.17.ſect.2.n.3* quidquid in contrarium aſſerat Laym.*in Theol.mor.lib. 1. tr.3.c.3.n 5.*Lauor.*tr.de indul.p.1.c.4. n.*43. Graſſius *in appen.ad deciſ.lib.1.c.9.n.6.*Naldus *in ſum.ver Hæreſis, n.*12.Salas *in p.2.to.2.tr.diſp.5.ſect.*8.*n.*90. & facit Beiard.*in addit.ad Iulium Clarum,lib.5.§.iniuria,n.*10.ſed tu tene primam ſententiam , quam nouiſſimè docet Sanc.*in ſelectis,diſp.5.n.*10.extendens hoc & optimè, etiam ad iudicia temeraria , vbi ſic aſſerit. Non opus eſt pœnitentibus,quale iudicium fuerit,contra quam perſonam fuerit,Eccleſiaſticáne,vel ſæcularis,ſeu circa quam rem,explicare,dicẽdo ſcilicet,Iudicaui Ioannem eſſe furem , vel fornicarium,aut hæreticum. In eſſe ſolùm phyſico , iudicia hæc diuerſitatem habent vtpote circa diuerſa crimina,non verò in mortali,cum contra iuſtitiam commutatiuam ſint , prohibentem ſub vna ſpecifica ratione , & atoma famam non lædi, tam internè per iudicium , quàm externè per detractionem,aut contumeliam.Ita Sancius : ſufficit igitur in confeſſione dicere,Toties iudicaui ſiniſtrè de meo proximo,vel illum contumelia affeci.

Quæ hic eſt ſupra Reſ.36. & in alio §. eius primæ annot.

13. *In reſol.*30. in confeſſione non ſunt explicanda mala volita, v.g. ſi fuerunt circa facultates , vel circa perſonam,ſeu circa honorem,ſed ſufficit dicere : Toties odio habui proximum meum. Ita Homobonus de Bonis *in exam. Eccleſ.p.1.tr.6.c.25.q.112.*

Quæ hic eſt ſupr Reſ.107. & vide etiam Reſ.108 109. 110 & in Reſ. 111. §. Los grados , & in Reſ. 163. §. Quarto ſexto. & in Reſ.137. §. Verum. in fine,& aliquid in Reſ. 138. prope finem & in Reſ. 17. §.vlt. ad medium. & in Reſ. 18. §. Et tandem. & ſeqq.

14. *In reſ.*31.diuerſitatem graduum non facere diuerſitatem ſpecificam in inceſtu,docet Io.de la Cruz *in direct.conſcient p.1.præc.6.art.4. dub.6. concl.* 3. & ideò aliqui probabiliter aſſerunt circumſtantiam gradus inceſtus , nunquam eſſe neceſſariò in confeſſione explicandam ; qui igitur habuit rem cum matre , vel ſorore,ſufficit,vt dicat,Habui copulam carnalem cum conſanguinea in primo gradu, & ita docent Pharaonius *tr.de Sacr.Pœn.ſeſſ.10.inſ.6.*& alij penes ipſum; licet aliqui etiam probabiliter aſſerant contrarium, nempe talem circumſtantiam eſſe in confeſſione explicandam , quia inceſtus cum matre variat ſpeciem, eſt enim peculiari modo cõtra pietatem,& Doctores contrarium aſſerentes,exponi poſſunt dicendo, inceſtum eſſe eiuſdem ſpeciei ſubalternæ.Ita Henriq. *lib. 5.c.8.n.1.in gl.litt.E.& F.*vide etiam Fay *in addit.3.q. 9.art.2.diſp.7.ad 2.*Lauor.*tr.de indul.p.1.c.24.n.53.*& Fabrum *de pœnit.in 4.ſen.di.7.q. vn.diſp.24.c.2.n.33.*

Quæ hic eſt ſupra Reſ.94.

15. *In reſ.*57.Raptus non eſt circumſtantia in confeſſione aperienda , ſi virgo ſponte conſentit. Hanc opinionem probabilem putat Fagund.*præc.2.lib. 4.c. 3.n.*17.iuncto cum *n.15.&* 16. nam aſſerit in caſu raptus,ſententiam aliquorum philoſophantium,eſſe ſicut in caſu ſtupri,quòd ſi puella ſponte conſentit,non differt,vt dictum eſt , à ſimplici fornicatione.

Quæ hic eſt ſupr.Reſ. 117. & in aliis Reſ. eius vlt. not. & lege ſupra doctrinã Reſ. 25 & aliarũ eius primæ annot. & ſecundæ.

16. *In reſ.19.in fine*,adde hæc verba.Notandum eſt etiam quòd Zanard.Dominicanus *in direct.confeſſar.p. 1.de Sacr.Pœn c.18.fol.*204. docet , quòd qui per noctem cum amaſia dormiuit,non eſt opus,vt dicat,Ego eam cognoui per tot vices,ſed feci quod potui, dummodo non habuerit interruptionem mentis,vel operis,Ita ille Sed fallitur , nam opera illa conſummata, ſunt diſtincta peccata in confeſſione aperienda , nec vnum reſpicit,& ordinatur ad alteram.Ergo,&c.

Quæ hic eſt ſupr.Reſ.119. & in aliis §§. eius. primæ annot.

17. *In reſ.*42.tactus & oſcula quantumuis libidinoſa,quæ ſubſequuntur copulam non ſunt in confeſſione explicanda.Ita Granado *in p.2.D.Th.contr.6.tr. 2. diſp.5.n.*11.Graſſius *in append.ad deciſ.lib.1.c.9.n.*12. Fagund.*præc.2.lib.3.cap.4.n.*14.& Salas *in part.2.to.2. tr.13.diſp.5.ſect.8.n.91.*

Quæ hic eſt ſupra Reſ.43. & in Reſ. 27. §.Nec obſtat. & in multis aliis eius not.

18. *In reſ.*43.qui in peccato mortali excipit confeſſiones multorum ſucceſſiuè,vnum tantùm peccatum committit,vt docet Fagundez *præc.2.lib.3.c.5.n.9.*vnde cùm hæc circumſtantia tantùm notabiliter aggrauet, ego puto non eſſe neceſſariò in confeſſione explicandam, & ideo hanc ſententiam docet , vt prius notaueram,Rodriq.*in ſum.nouiſſima,to.44.n.* 23. Sed nunc verba illius proferam, quia textus rarus : eſt ſic igitur ait, [Ni obſta que en eſtas communiones ay mil actos diſtinctos en numero, y aſſi parece auer diſtinctos pecados, porque aunque ſean diſtinctos hablando moralmente antes in genere moris, ſe tienen por vn miſmo acto , como tambien hablando deſta materia ſe tiene por vn miſmo acto confeſſar veynte ſin leuantar ſe del confeſſario,ò leuantando ſe con intencion de luego boluer.]Ita ille,quidquid in contrarium aſſerat Homobonus *in exam. Eccleſiaſt p.1.tr.5. c.13.q.*82.& Bonacina *de Sacr.diſp.5.q.5.ſect.2.punct. 2 §.3.diffic 2 n.7.*

Quæ hic eſt ſup Reſ. 103. ne deſeras legere doctrinã Reſ. & verſ. eius primæ not.

19. *In reſ.* 48. delectationes moroſæ non differunt ſpecie,quando non cõſiſtunt in efficaci voluntate , ſed in ſimplici complacentia , vnde ſufficit,vt pœnitens dicat,Toties moroſè delectatus ſum,ſine explicatione an illa delectatio fuerit circa coniugatam, Monialem, &c. hanc ſententiam probabilem putant Tano.*in p.1. D.Th.diſp.4.q.7.dub.8.n.*149.Salas *in pr.2.to. 2. diſp. 6.ſect.6.n.*56.Azor.*to. 1.lib.4.c.6.quæſ.* 3. & Sà *ver.luxuria, num.13.*

Quæ hic eſt ſupra Reſ.61.

20. *In reſ.*64 non eſt neceſſarium in confeſſione ipſam omiſſionem explicare,quando non eſt ſub libera omittentis poteſtate , ſed ſufficit tantùm ſe accuſare de cauſa omiſſionis.Ita Gran.*in p.2.D.Th.contr.6.tr.4. diſp.3.n.*12 licèt contrariam ſententiam docuerit nouiſſimè P.Bonici Societatis Ieſu, vir quidem doctus, & Lector S. Theologiæ in Collegio Panormitano; ſed noſtra ſententia eſt etiam probabilis.

TRACTATVS OCTAVVS
DE
SIGILLO CONFESSIONIS.

MIRABERIS fortaſſe, amice Lector, me in ſequenti tractatu ſtrictiores ſemper opiniones amplecti, qui tamen in aliis ad exonerandas conſcientias benignioribus libenter adhæſi; ſed ita meritò faciendum eſſe duxi; laxæ enim opiniones circa præſentem materiam odioſum, ac onerosum efficiunt ſacramentum Pœnitentiæ, quod facile & leue à nobis reddendum eſſe, omnis recta ratio expoſtulat. Igitur in his materiis quando duæ adſunt opiniones, ſemper illa debet amplecti, quæ fauet Sacramento. Ad cuius ſacroſanctum Tribunal alliciendi potius, quàm retrahendi ſunt pœnitens. Adde quòd licèt, ſpeculatiuè loquendo, multa ex infrascriptis opinionibus contra ſacrum ſigillum ſint probabiles, tamen, vt concedunt ipſimet Doctores contrarij, vt in praxi ſine peccatu deducantur, cum tantis circumſpectionibus faciendum eſt, vt difficile ſine aliquo ſcandalo fieri poſſe existiment. Rectè igitur in hac materia ſemper à Confeſſariis in fauorem ſacri ſigilli tenendum eſſe puto, quibus in mentem adducu factum Iacobi I. Aragoniæ Regis, qui Gerundenſi Epiſcopo linguam à tergo extrahi imperauit, quod confeſſionem Regis detexiſſet, vt refert Aldrete de diſciplina tuenda, lib. 2. c. 19. n. 2. *digna profectò tanto crimine pœna, ſi à legitimo iudice inflicta fuiſſet. Caueant igitur ſilentiarij, vt cum antiquis loquar, ne dent linguarium.*

RESOLVTIO PRIMA.

Quotuplex ſit ſigillum?
Et an ſigillum ſacramentale ita obliget, ne iniuria fiat Sacramento, vt in nullo vitæ caſu, nec etiam pro tuendo Rege, vel liberando toto Orbe ab iniuſta conflagratione infringi poſſit; imo nec etiam violari poterit, quamuis vniuerſa Eccleſia, & Fides tota Chriſtiana per impoſſibile pereat, niſi ſacramentale ſigillum reueletur? Ex part. 5. tr. 11. Reſ. 1.

§ 1. RESPONDEO duplex eſſe ſigillum, alterum ſacramentale, alterum naturale, non quòd omne ſigillum ſacramentale non ſit etiam naturale, ſed quòd non omne naturale ſit ſacramentale, vnde ſequitur fortius eſſe ſigillum ſacramentale, quàm naturale, maiorémque ac fortiorem eſſe illius obligationem, quàm huius, quoniam obligatio ſigilli naturalis ſolùm à Deo, quatenus auctore naturæ, & ideo à lege naturali in proximorum bonum, introducta fuit: obligatio autem ſigilli ſacramentalis introducta eſt à Chriſto quatenus Deus eſt, & auctor gratiæ, quæ per Sacramentum confertur. Vnde patet diſtinctio inter ſecretum naturale, & ſigillum ſacramentale; nam ſecretum naturale cùm introductum ſit in bonum proximi, in multis caſibus non obligat quoties ſcilicet in detrimentum proximi vergit, temporale, vel ſpirituale in damnum publicum & commune: dictat etiam lex naturalis, ne aliis noceamus, ſicut nobis ab aliis noceri nolumus; ſigillum verò ſacramentale ne iniuria fiat Sacramento, ita obligat vt in nullo vitæ caſu, nec etiam pro tuendo Rege, vel liberando toto Orbe ab iniuſta conflagratione infringi poſſit, imò nec etiam violari poterit, quamuis vniuerſa Eccleſia, & fides tota Chriſtiana per impoſſibile pereat, niſi, ſacramentale ſigillum reueletur. Ita Doctores omnes communiter.

RESOL. II.

Quotuplex ſit malitia in frangendo ſigillū ſacramētale?
Et an duplicem culpam mortalem ſpecie diuerſam committat violator ſigilli, vnam contra Religionem iniuria Sacramentum afficiendo, reddendoque illud odioſum pœnitentibus, alteram contra iuſtitiam infamando proximum, cuius delictum occultū prodit; & an teneatur in conſcientia ſupradictus violator ſigilli hanc duplicem circunſtatiam confiteri; ſicuti duplicem committit culpam lethalem etiam diuerſam ſpeciе, qui frangit illicitè ſecretum naturale, quod ſub iuramento ſeruare promiſit?
Et notatur, quod tunc committitur hoc peccatum, à Confeſſario, quando volens, & aduertens aliquid ex confeſſione reuelat.
Et an in aliquo caſu poſſit Confeſſarius excuſari à veniali, quando aliquid diceret ex quadam inaduertentia? Ex part. 5. tr. 11. Reſ. 2.

§. 1. RESpondeo duplicem, vnam ſacrilegij contra reuerentiam debitam Sacramēto, aliam contra iuſtitiam infuſam, ſecundùm quam tenemur ſeruare ſecretum cōmiſſum in confeſſione & vtraque malitia eſt inſeparabilis, quia in nullo caſu poteſt reuelari ſecretum confeſſionis, quin vtraque malitia reperiatur. De prima malitia ſacrilegij conſtat aſſumptum, quia ſemper dum frangitur ſigillum, fit iniuria Sacramento. Secunda malitia iniuſtitiæ exinde patet, quia inter Confeſſarium & pœnitentem intercedit virtuale quoddam pactum de ſeruando iſto ſecreto in omni caſu, & ſine vlla exceptione eius: ergo violatio cùm ſemper ſit iniuſta, ſemper inducet peccatum contra iuſtitiam infuſam. Cùm igitur duplex ac geminata malitia in delicto reuelaoonis ſigilli ſacramentalis inueniatur, ſequitur etiam duplicem culpam mortalem ſpecie diuerſam committi à violatore ſigilli, alteram contra Religionem, iniuria Sacramentum afficiendo, reddendóque illud odioſum pœnitentibus; alteram contra iuſtitiam infamando proximum,

cuius

cuius delictum occultum proditur, & teneri in conscientia prædictum violatoré hanc duplicem circumstantiam confiteri, sicuti duplicem quoque committit culpam lethalem, diuersam specie, qui frangit illicitè secretum naturale, quod sub iuramento seruare promisit; quia iuramentum trahit peccatum ad speciem periurij, vnde committit peccatum periurij, & peccatum iniustitiæ, quæ sunt circumstantiæ diuersæ, & ita docent Ochagauia *de Sacr. tr. 3. de sigillo, q. 1. n 4.* & Kellisonius *in 3. p. tom 2. q. 11. art. 1.* cum Fagundez *p. 2. lib. 6. c. 1. n. 6.* & aliis communiter.

2. Nota verò tunc committi eiusmodi peccatum à Confessario, quando volens & aduertens aliquid ex confessione reuelat: quare si quando aliquid ex ea diceret, ex inaduertentia quadam, excusari posset à peccato mortali. Vtrùm autem & tunc posset excusari à veniali, non facilè dixerim. Suarex quidem asserit Confessarium aliquando posse etiam excusari ab omni veniali ex defectu voluntatis, & tunc quando reuelatio esset omnino indirecta, & ipse modo aduerteret. Quod neque satis probare possum; nam in primis certum videtur sufficere reuelationem indirectam, qua aliquo modo prodatur peccator ad hoc, vt quis dicatur fractor, sigilli; quare ex hoc capite non excusaretur à peccato. Præterea hoc ipso, quòd Confessarius non aduertat, cùm tamen teneretur, & deberet ex officio aduertere, non videtur excusandus saltem ab omni veniali, id quod etiam tandem videtur voluisse ipse Suar. *ibid. in fine*, admonens Confessarios ne quid tale committant ex negligentia, quod aliquo modo possit confessionem pœnitentis manifestare, & ita docet Onuphrius *opusc. de sigillo sect. 3. q. 1.*

RESOL. III.

An pœnitens, si accedat ad confessionem sine attentione, vel proposito, Confessarius teneatur ad sigillum? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 26.

§. 1. Licèt pœnitens à principio accedat sine proposito recipiendi absolutionem, vel sine contritione & proposito emendæ, si tamen habeat animum se excusandi, vt poruerit, vt aliquo modo satisfaciat Ecclesiæ, vel vt aliquo modo medelam recipiat à Sacerdote, obligat Sacerdotem ad sigillum, quia illa accusatio est saltem inchoata confessio, & ita docet Suar. *in 3. p. tom. 4. disp. 33. sect. 2. in fine.*

2. Verùm hæc doctrina sic generaliter intellecta difficilis videtur Petro Ochagauiæ *de Sacram. tr. 3. de sigillo, q. 2. n. 7.* vnde distinguendum esse putat. Si enim nullum sit propositum emendæ, & nullus dolor adsit in pœnitente, non obligabitur Confessarius ad sigillum, quia iste pœnitens non habet animum efficiendi confessionem sacramentalem, sed animum illudendi, vel alium similem, vel animum petendi consilium, quia confessio non est sine aliquali dolore, & sine isto animo non obligat ad sigillum. Quòd si adsit aliquale propositum emendæ, & aliqualis dolor, licèt imperfecta sint hæc duo, & non sufficientia ad efficiendum verum Sacramentum, tunc obligat sigillum, quia pœnitens habet animum confitendi sacramentaliter, & aliàs retraherentur homines à confessione huiusmodi; quæ tamen vtilis est, vt homo à Confessore instruatur ad veram confessionem efficiendam. Et ita hanc sententiam cum supradicta distinctione tenet etiam Malderus *tr. de sigillo, cap. 15.* Reginald. *tom. 1. lib. 3. c. 5. n. 66.* Henriq *lib. 6. c. 21. n. 3. in glossa litt. N.* & Sotus *in 4. dist. 18. q. 4. art. 5.* cum Kellisonio *tom. 2. in 3. p. q. 11. art. 2. dub. 2.* & *ibi* etiam Mercerus.

Tom. I.

RESOL. IV.

An confessio facta inuito Sacerdoti cadat sub sigillum?

Et an laïcus, qui putatur esse Sacerdos errore pœnitentis, teneatur ad sigillum, sicut & ille, qui propè constitutus audit, quid Confessori pœnitens dicat? Ex part. 5. tractat. 11. Ref. 34.

§. 1. Respondeo quòd si Confessarius voluntatem habuit audiendi, sed non absoluendi, obligat. Item si initio voluerit audire, sed in progressu fiat inuitus. Si autem ab initio recuset, & tamen audiat, videtur non obligare, quia non audit vt Deus, siue vice Dei, tenuit enim fungi officio sacerdotali; & ita tenet Suarez. Existimo tamen (si nihilominus pœnitens eis vice Dei, vt putat, sua peccata detegat) teneri propter conatum pœnitentis, qui tanquam vice Dei conatur ei loqui, sicuti diximus teneri laicum, qui putatur esse Sacerdos errore pœnitentis, is enim tenetur celare peccatum, etiamsi omnino inuitus audiuerit, sicut & ille, qui propè constitutus audit quid Confessori pœnitens dicat. Et ita docet Malderus *tract. de sigillo, c. 9.*

Sup. hoc infra in Resol. 36. &c.

Sup. hoc vltimo infra in Ref. 37 & in alio §. eius notationis.

RESOL. V.

An si Confessarius in aliquo casu dicat, verbi gratia, audiui Petri confessionem, vel Petri peccata, frangat sigillum?

Et quid, si tam secreto pœnitens cuidam Confessario confessus sit, vt nolit sciri ab aliquo se illi esse confessum? Ex part. 5. tract. 11. Resol. 47.

§. 1. Respondeo affirmatiuè, & assero non posse Confessarium prædicta vsurpare, quando quis ita secretò ei confessus est, vt nolit id sciri ab aliquo quo, vt, verbi gratia, à suo Confessario ordinario, qui eo cognito suspicaretur graue peccatum subesse, tunc enim talia dicendo violaretur sigillum, si non confessionis, saltem naturæ, ad quod confessionem audiens se adstrinxit, aut expresè, si rogatus est à pœnitente, ne mentionem de ea re faceret, aut tacitè si ita is latenter accessisse notatus sit, vt satisfacto ipso ostenderet se nolle sciri, quòd fuerit ei confessus. Et ita docet ex Nauarro Reginaldus *tom. 1. lib. 3. part. quæst. 11. art. 2.* sic asserentem. Licèt Confessor simpliciter dicat Petrum sibi esse confessum, vel esse confessum peccata sua, non reuelat sigillum, quia hîc nulla fit iniuria; non priore casu, quia omnibus fidelibus est commune; non posteriore, quia id necessariò continetur in confessione: limitat tamen hanc assertionem Nauarr. Nisi quis tam secretò cuipiam confessus sit, vt nolit sciri ab aliquo se illi esse confessum, & quia scilicet confitendo extraordinario veniret in suspicionem maioris peccati, quod suum ordinarium Confessarium celare voluisset.

RESOL. VI.

An in fractione sigilli confessionis detur paruitas materiæ?

Et an sit peccatum sacrilegij mortale reuelare vnum veniale in specie alicuius pœnitentis in confessione auditum, modo circumstantes nullo modo intelligant in confessione esse auditum? Ex part. 5. tr. 5. Resol. 8.

§. 1. RESpondeo negatiuè, quia paruitas materiæ non obstat, quominus hic reperiatur integra ratio irreuerentiæ, & offensionis Dei, sicut etiam fit in periurio assertorio, & similibus, quod vt intelligatur, aduerto arctam illam obligationem celandi peccata confessa non esse in eo fundatam, quòd peccata, quæ celantur, sint magna, sed in eo potiùs, quòd res maximi momenti sit, & prorsus necessaria, totum negotium confessionis esse secretum. Alioqui si ex eo, quòd paruæ culpæ sit peccatum, quod reuelatur, colligere liceat etiam esse paruæ culpæ ipsam reuelationem; licebit etiam ex eo quòd non necessariò confiteamur venialia, inferre quòd ipsa confessa non necessariò celentur, aut ex eo, quòd secretiores defectus corporis, aut natalium in confessione detecti, non sint peccata, eos etiam non esse celandos. Quare non dubitauit Henriquez dicere contrariam sententiam non esse probabilem, cui libenter adstipulor, præsertim cùm reuelare confessionem sit intrinsecè malum, & ex genere suo mortale; venialium autem confessio sit absolutè confessio, & eorum reuelatio in proposito sit absolutè reuelatio confessionis, præsertim cùm etiam vnius peccati venialis confessio sit absolutè sacramentalis confessio: ergo, &c. Et hæc omnia docet Maldetus *tract. de sigillo confess. cap. 5.* cui adde Doctores, quos citat & sequitur Pater Leo *de offic. Confess. part. 1. recollect. 7. num. 43.* quibus adde Baldellum *in disput. Theolog. tom. 1. lib. 3. disput. 14. num. 13.* Vide etiam Faustum *de Sacr. Pænit. lib. 7. q. 56.* qui optimè inuehitur contra Ledesmam, qui ausus est asserere non esse peccatum mortale sacrilegij reuelare vnum veniale in specie alicuius pœnitentis in confessione auditum, modò circumstantes nullo modo intelligant in confessione fuisse auditum. Similiter cauendum est à doctrina Soti *in 4. dist. 18. q. 4. art. 5 & de secreto, memb. 3. q. 4.* vbi licèt contrarium teneat, dicit tamen id esse probabile.

RESOL. VII.

An confessarius asserens, verbi gratia, Petrum confessum fuisse plura peccata venialia frangat sigillum?

Et quid, si diceret pœnitentem fecisse, seu confessum fuisse peccata venialia, non addendo plura?

Et cursimè notatur non excusari à fractione sigilli eum, qui dixerit Petrum, verbi gratia, grauia peccata venialia sibi esse confessum. Ex part. 5. tractat. 11. Res. 49.

§. 1. VIdetur negatiuè respondendum, quia sigillum tunc frangitur, quando reuelatur peccatum mortale in genere, vel veniale in specie; sed in casu nostro hoc non accidit: ergo, &c.

2. Verùm affirmatiuam sententiam docet Hurtado *disp. 12. de Pænit. diffic. 4.* quia qui dicit, aut aliter significat pœnitentem fecisse, aut confessum fuisse plura venialia, reuelat quod est occultum, quia occultum est pœnitentem plura venialia fecisse: secus est autem, si diceret pœnitentem fecisse, seu confessum fuisse peccata venialia, non addendo plura, quia tunc non reuelat peccatum occultum, quia manifestum est, eum qui confitetur, & absoluitur, fecisse, & confiteri ad minus venialia. Ita ille.

3. Notandum est etiam hic, quòd Malderus *tract. de sigillo, cap. 12.* etiam non excusat eum à fractione sigilli, qui dixerit Petrum, v. gr. grauia venialia sibi esse confessum.

RESOL. VIII.

An frangat sigillum, qui dixit, Petrus, v. g. in confessione suis minutissimis peccatis scrupulosè caput meum obtundit? Ex part. 5. tract. 11. Res. 50.

§. 1. HÆc verba frequenter Confessarij dicere solent, & in tali casu frangere sigillum docuit nouissimè Iacobus Granado *in 3. part. de Sacram. contr. 7. tract. 11. disp. 3. n. 3.* quia quidquid pœnitenti est aliquo modo ignominiosum, & gignit erubescentiam, non potest manifestari nisi violato sigillo; quis autem est, qui non erubescat, aut aliquando doleat, si audiat se ita confiteri, vt caput obtundat Confessario suis næniis, aut se occupare impertinentibus scrupulis Confessarios? Itaque infirmum est contrarium fundamentum Doctorum; nam hæ, & similes locutiones non declarant peccata venialia solùm in generali, sed in speciali significant nimietatem & defectum, quem non habent multi alij, qui & venialia plura, imò & mortalia committunt. Accedit quòd nomen *scrupulosus*, si propriè sumatur, significat hominem, qui propter ignorantiam, aut nimium timorem putat esse peccatum, quod ne probabiliter quidem est culpa, idque non semel & iterum, sed sæpè sæpiùs: ergo qui eum in confessione cognouerit, manifestè declarat aliquem pœnitentis defectum, & talem sanè vt multis ruborem iniiciat, cùm eo nomine appellantur: ergo frangit sigillum. Ita Granado. Sup. hoc in seq.

2. Sed contraria sententia est communis inter DD. quos ideo hîc non refero; & ratio est, quia in tali casu non manifestatur aliquod peccatum in particulari, & nomen *scrupulosus* communiter denotat hominem timoratum, & qui abstinere vult ab his, etiam quæ licita sunt, sed aliquod periculum afferunt, in quo sensu etiam ipse Granado concedit non frangi sigillum. Verùm his non obstantibus consulo Confessarios etiam ab his locutionibus omnino abstinere. Vnde non desinam hîc apponere verba Ægidij de Coninch *de Sacram. disp. 9. dub. 1. n. 11.* vbi sic ait: Infertur eum non frangere sigillum, qui dicit Petrum solere sibi obtundere caput minutissima peccata confitendo. Sed etsi talis directè non frangat sigillum, malè tamen & periculosè hoc dicit; nam videtur innuere talem esse scrupulosum, aut saltem facilè posset audientibus talem ingerere opinionem, atque ita indirectè sigillum frangere. Ita ille, & ego.

RESOL. IX.

An Confessarius dicens aliquem pœnitentem in confessione sibi scrupulis obtundere caput, frangat sigillum?

Et obiter docetur, quod Clem. VIII. anno 1592. edidit Decretum, quo præcepit Superioribus Regularium, vt diligentissimè caueant, ne ea notitia, quam in confessione de aliorum peccatis habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.

Sed quæritur, an hoc Decretum non ad omnes Confessarios, sed ad eos, qui Superiores sunt, vel deinceps erunt, dirigatur tantum?

Et an, non obstante dicto Decreto, possit probabiliter sustineri, licere Superiori ob peccatum in confessione cognitum priuare subditos officiis ad nutum amouibilibus?

Et licere etiam Superiori, vel cuilibet alij negare suffragium pœnitenti, quem solum per confessionem agnouit esse indignum ad Officium, vel Prælaturam?

Et

Et negare subditis licentiam exeundi foras, alloquendi externos, claudendi fenestras, & alia huiusmodi faciendi? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Resolut. 34.

Quæ hic est præterita.

§. 1. DE hac quæstione egi *in part. 5. tract. 11. resolut. 50.* & negatiuæ sententiæ adhæsi: Sed nouissimè nominatim contrà me insurgit Tamburinus *Opusc. de Confess. in Append. cap. 3. num. 17.* imò illam, nec vt probabilem admittit, quòd valdè miror, quia illam tenent 15. Auctores, quos me citato etiam sequitur Leandrus, *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disput. 10. q. 55.* quibus adde Trullench *de Sacram. lib. 4. cap. 8. dub. 4. num. 8.* Martinum de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 22. de Pœnit. num. 10.* vbi sic ait: [Tampoco le quabrante el Confessor que dize, que fulano penitente es escrupuloso, porque esto antes es iudicio de buena conciencia, ni el que dize, que con sus menudissimos pecados le quiebra la cabeça, y le da sadumbre.] Ita ille. Videat igitur Pater Tamburinus, si ego immeritò hanc sententiam communem vocauerim. Et ratio est, quia per hos modos loquendi nullum mortiferum in genere, ne peccatum veniale in specie reueletur: Ergo. Poterat igitur hanc sententiam tanquàm probabilem admittere Tamburinus, licèt ego vbi suprà, adnotaui, quod deberent Confessarij ab hoc modo loquendi abstinere. An verò dicendum sit de aliis exemplis, quos contra Cardinalem Lugo, non admittit Tamburinus *loco citato*: remitto iudicandum Lectoribus, sufficit mihi exemplum meum de scrupuloso defendisse, quod contrà me non admisit Tamburinus.

Sup. hoc Decreto infra in Res. 15. & in Res. 16. §. Et ideo. & vide etiam Resol. duarum notationũ sequentium huius Res.

Sup. hoc inf. in §. vlt. huius Res. per totũ. & latè in 10. 7 tr. 1. Res. 213. & in principio Res. 214. & lege etiam Res. & §. not. præteritæ huius Res.

2. Notandum est hic obiter Lessium *in tertia parte D. Thomæ, quæstione vndecima, de Sigillo Confess. artic. 1. dub. 2. num. 6. & 7.* docere, quod Clemens VIII. anno 1592. die 26. Maij edidit decretum, quo præcipit Superioribus Regularium, vt diligentissimè, caueant, ne ea notitia quam in confessione de aliorum peccatis habuerint, ad exteriorem gubernationem vtantur. Posset tamen incidere casus, in quo Superiores ea scientia tenerentur vti; quia contraria sententia est probabilis. Nec ius humanum potest efficere, vt sententia probabili non possim vti, quando id necessarium est ad ingens malum impediendum. Ita Lessius: Sed tu cogita ex Cardinali Lugo. Pater Auersa *de Sacrament. Pœnitent. quæstione decima octaua, sectione 8.* deducit ex natura ipsa rei & ratione Sacramenti, hunc vsum esse vniuersaliter illicitum, quia alioqui non potuisset à Pontifice Prælatis Regularibus prohiberi. Si enim per se licitus esset in quibusdam etiam casibus esset necessarius ex præcepto ad vitandum grauissimum aliquod detrimentum: quare non potuisset in iis casibus prohiberi: sed tamen sine exceptione vniuersaliter prohibetur. Verùm potius intentum Pontificis in eo decreto fuisse videtur, ita cautos, & tutos reddere Regulares, pro quibus illud edidit vt absque vllo timore huiusmodi vsus sua peccata integrè confiteantur: quod nempè etiamsi alioqui talis vsus per se licitus esset, tamen sua lege prohibuit, potens & volens prohibere. Quia prohibitione facta, iam nec etiam prætextu illius sententiæ tanquam alioqui probabilis, licitum est Prælatis Regularibus in praxim deducere talem vsum. Neque verò si fuisset antea licitus, sequebatur fore etiam debitum ex præcepto, vt propterea à Pontifice prohiberi non posset: siquidem adhuc non fuisset, vt iam statuimus. Sed vt dixi, de his omnibus. Tu cogita; sicut etiam de doctrina Patris Tamburini, *vbi suprà, capite sexto, §. secundo, numero nono*, vbi firmat dictum Decretum non ad Confessarios, sed ad eos qui Superiores sunt, vel deinceps erunt, dirigi, nec eis etiam prohibere aliqua quæ non exercentur verè circa personam Pœnitentis, licèt contrà ipsam aliquando recurrant vt vigilantius Confessarium custodire res suas, seruo furaci pecuniam, vel arcæ claues committere, uperiorem claudere fores, vnde idem sciuit ex Confessione aliquem de nocte furtim exire, Sacerdotem se domi continere, vel Missam non celebrare, quia in Confessione sciuit insidias, & similia, quæ communiter consueuerunt esse positiones alicuius impedimenti, quo posito pœnitens absque suo aliquo extrinseco incommodo impeditur, quo minus in peccatum ruat.

3. Adde etiam, quod Leandrus *de Sacrament. tomo primo, tractat. quinto, disputatione decima, quæstione 63. & 64.* putat non obstante dicto decreto, posse probabiliter sustineri, licere Superiori ob peccatum in confessione cognitum, priuare subditos Officiis ad nutum amouibilibus. Et licere etiam Superiori, vel cuilibet negare suffragium Pœnitenti, quem solùm per Confessionem cognoscitur indignum esse ad Officium, vel Prælatam. Quærit etiam idem Leandrus, *quæstione sexagesima septima*, an liceat Superiori ob notitiam Confessionis, negare subditis licentiam exeundi foras, alloquendi externos, claudendi fenestras, & alia huiusmodi faciendi; & affirmatiuè respondet: sed Ego his non assentior, præsertim primis duobus casibus à Leandro adductis. Vide etiam me citato Martinum de San Ioseph *in Mon. Confess. tom. 1. libr. 1. tract. 29. de Pœnitent. num. 12. & 13.* cum doctissimo Patre Amico *in Cur. Theolog. tom. 8. disputatione decimatertia, sectione sexta, num. 42.* & notat Caspensem, *in Cur. Theolog. tom. 2. tractat. 24. disputatione septima, sectione quinta, num. 31.* firmare, quòd licèt dictum Decretum Clementis solùm loquatur de Superioribus, & de vsu notitiæ ad exteriorem gubernationem, tamen ex eius verbis necessariò colligitur idem de omnibus dicendum esse.

Sup. hoc lege dictã Res. & §. annotatum dæ huius Resol. & Resol. annot. seq.

Sup. hoc signanter infra in Res. 17. & lege etiã alias Res. eius not.

RESOL. X.

An sit contra sigillum confessionis dicere, non absolui pœnitentem v.g. Paulum?

Sed difficultas est, an idem dicendum sit, si Confessarius interrogatus, an Petrum absoluerit, respondeat: Ego eum non absolui, quia nondum confessionem finiuit propter superueniens impedimentum?

Et an sine fractione sigilli Confessarius dicere possit non absolui Petrum, quia nondum perfecit confessionem?

Et an dicti Confessarij, si in supradictis casibus frangant sigillum, debeant puniri pœna ordinaria inflicta contra fractores sigilli?

Et notatur, Confessarium, qui de publico peccatore asserit illum confessum esse suum peccatum, frangere sigillum.

Et quid si Confessarius asserat de publico peccatore non illum absoluisse, quia non vidit pœnitentiam publicam de peccato, aut quia scandalo publico non satisfecit? Ex part. 5. tr. 11. Res. 42.

§. 1. NEgatiuè respondet Henriquez *lib. 6. cap. 2. num. 5.* & ante illum Caietanus *in summ. ver. Confessori necessaria*: quia possunt esse plures causæ honestæ, ob quas pœnitens absque eius defectu non absoluatur, vt quia confessio nondum sit completa, vel quia Confessarius difficilis noluit absoluere, &c.

2. Sed hæc opinio prorsus reiicienda est, quia ille, qui huiusmodi verba audit, statim conjicit pœnitentem fuisse confessum graue peccatum, ac detestabile, à quo non fuit absolutus, absolutio enim, moraliter loquendo, non negatur nisi habenti graue ac detestandum mortale, & ideo qui dicit se negasse alicui absolutionem, moraliter dicit ac directè pœnitentem peccasse grauiter & mortaliter, & esse indispositum.

3. Dicendum est igitur quòd quamuis variæ sint causæ honestæ, ob quas pœnitens possit absque defectu ipsius non absolui, ex eo tamen dicto Confessarij, quando non declaratur causa honesta, ob quam non fuit absolutus, vel defectu dispositionis, vel quia habuit casum aliquem reseruatum, quod est contra sigillum confessionis, quia id est modo quodam confuso, aut modo quodam dubio insinuare prauum statum ipsius pœnitentis; & ita docent Nauarr. Viualdus, Vega, & alij, quos citant & sequuntur Fagund. & Suarez *vbi infra*, quibus adde Granado *in 3. part. de Sacrament. contron. 7. tract. 11. disp. 6. num. 2.* Coninch *de Sacrament. disputat. 9. dub. 1. numer. 4.* Hurtadum *de Sacrament. disput. 12. de pœnis. diffic. 12.* Præposit. *in 3. part. quæst. 11. de sigillo, dub. 3. num. 27.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. artic. 4. dub. 10. num. 9.* & alij.

4. Sed difficultas in idem dicendum sit, si Confessarius interrogatus, an Petrum absoluerit, respondet. Ego eum non absolui, quia nondum confessionem finiuit, propter superueniens impedimentum. Sotus *in 4. distinct. 18. artic. 5. quæst. 4.* Graffius *in decis. aur. part. 1. lib. 1. cap. 23. num. 37.* & Suarez *in 3. p. tom. 4. disput. 33. sect. 6. num. 1.* negatiuam sententiam tenent; sed immeritò quidem; nam talis responsio statim audientium offendit aures, & malam opinionem de se ingenerat circa pœnitentem, nisi alioqui probatæ, ac notæ virtutis esset, ac conscientiæ. Dicendum est igitur in tali casu si Confessarius modo quo suprà respondeat, frangere sigillum, & ita docet Fagundez *p. 2. lib. 6. c. 5. n. 9.*

5. Aduertit tamen Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 33. sect. 6.* & Valent. *disp. 13. punct....* sine violatione sigilli dici posse. Non absolui Petrum, quia nondum perfecit confessionem. Verùm, vt optimè obseruat Granado *in 3. part. de Sacrament. contron. 7. tractat. 11. disput. 6. num. 2.* in hoc adhibenda est magna cautio, ne præbeatur occasio credendi confessionem esse longam, propter peccata mortalia, vel extraordinaria venialia.

6. Sed an prædicti Confessarij, si in dictis casibus frangant sigillum, vt probatum est, debeant puniri pœna ordinaria inflicta contra fractores sacri sigilli. Bernard. Diaz *in pract. crimin. cap. 109. à n. 2.* existimat in dictis casibus Sacerdotem esse tantùm puniendum pœna arbitraria, &c. Fundamentum illius est, quia non potest verè dici illum reuelasse peccata confitentis, licèt verum sit reuelasse confessionem, & quia iura in prædicto cap. *omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remission. & in cap. Sacerdos, eodem tit.* imponunt pœnam reuelantibus peccata, & non reuelantibus confessionem absolutè. Cæterùm non mihi placet illius sententia, quia *cap. omnis,* ita habetur, Caueat autem Sacerdos ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo reuelet peccatorem. Quod perinde est ac dicere, reuelet statum peccatoris; qui autem reuelat confessionem, absolutè reuelat statum peccatoris in peccato mortali, ac proinde ordinariis pœnis iuris subiicietur. Et ita docet Fagundez *p. 2. lib. 6. c. 7. n. 11.* cui etiam adde Hurtadum *de Sacr. disput. 12. de pœn dif. 12. in fine.*

7. Notandum est etiam hîc obiter contra Emanuelem Sà *ver. Confessio*, & alios, Confessarium qui de publico peccatore asserit illum confessum esse suum peccatum, frangere sigillum; nam licèt hoc cedat in laudem pœnitentis, tamen hoc fieri non potest sine expressa eius licentia. Ita ex communi docet Tannerus *tom. 4. disput. 6. quæst. 9. dub. 6. num. 127.* qui etiam *num. 128.* contra Caiet. & Henriq. *lib. 6. cap. 19. num. 5.* rectè docet Confessarium frangere sigillum, si dicat de publico peccatore non illum absoluisse, quia non videt pœnitentiam publicam de peccato, aut quia scandalo publico non satisfacit, quia talis non tantùm significat id, quod extra confessionem notum est omnibus, videlicet istum scandalo non satisfacere, &c. sed etiam peccatum illud sine vera pœnitentia fuisse confessum, quòd aliàs non certò constat, cùm potuerit verè pœnitens esse confessus, cum proposito videlicet & promissione satisfaciendi, & nihilominus tamen postea re ipsa non satisfacere. Solùm ergo dicat de tali pœnitente. Ego feci officium meum, sentio cum Ecclesia Catholica, quòd impœnitentes absoluendi non sint.

Sup ex hoc infra ex Ref. 29. lege doctrinam vers. Confessarius. enim. & alterius §. eius not.

RESOL. XI.

Olim interrogatus fui, an Confessarius dicens, in aliqua Ciuitate, vel alio loco, vbi confessiones audiuit, committi peccatum Sodomiæ, vel aliud, frangat sigillum confessionis, & vt fractor talis sigilli puniendus sit?

Et quid, si in tali loco nominaret Religionem, vel Monasterium talis Ciuitatis, aut loci? Ex part. 2. tract. 15. & Misc. 1. Ref. 13.

§. 1. Doctissimi viri (quod mirum alicui videbitur) docent, in tali casu, Confessarium frangere sigillum confessionis. Ita Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 4. dub. 3. n. 3.* vbi asserit, Mihi placet quod Ledesma docet, contra sigillum confessionis esse, si aliquis confessarius infamaret ciuitatem alicuius peccati, vt sodomiæ, vel alterius, quod audiuit in confessione; etiamsi non exprimat personam, quia iam ex parte reuelatur id, quod auditum fuit in confessione, quod ita limitarem, nisi illud alia via iam publicum esset, & vt tale Sacerdos referret.] Hæc Vasquez. Et hoc multò magis asserunt aliqui, de locis non ita amplis, vt de villis & castris; vel si confessus est Religioso, nominaret Religionem ad quam pertinet, vel monasterium talis ciuitatis. Ita Filliuc. *in q. mor. tom. 1. tract. 7. c. 11. q. 3. n. 322.* Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 33. sect. 3. n. 8.* Coninch *de Sacram. disp. 9. dub. 1. num. 16.* & Bonacina *de Sacr. disp. 5. q. 6. sect. 5. punct. 4. n. 3.* qui citat aliquos Doctores, pro sua sententia contrarium asserentes.

Sup. contento in hoc & seq. §. in Ref. seq.

2. His tamen non obstantibus, non ignobiles authores sentiunt in his casibus, Confessarium peccare, non tamen frangere sigillum. Ita Onuph. *opusc. de sigillo, sect. 4. q. 4. §. sequitur vltimo, fol. mihi 256.* & nouissimè Syluius *in addit. ad 3. p. q. 11. art. 3. q. 2. fol. 60. col. 1.* vbi sic asserit: [Qui solitus in aliquo loco excipere confessiones, dicit in eo, committi grauia crimina, non quidem frangit sigillum, sed nihilominus, si absque spirituali vtilitate, vel coram infirmioribus hoc dicat, existimantibus confessionem tali sermone reuelari, grauiter peccat, tum contra Sacramentum, à quo sic alienari possunt, tum per scandalum.] Hæc Syluius. Et ante ipsum hoc idem docuerat Nauarr. *in man. cap. 7. num. 16.* Viualdus *in Candelabro, tract. de sigillo, num. 26.* Megala *in 1. part. lib. 2. cap. 16. num. 11.* Henriquez *in summ. lib. 6. c. 21. n. 6.*

3. Sed quoad alterum supra suppositum, audiamus Nugnum *in addit. ad 3. part. tom. 2. quæst. 12. artic. 2. fol. mihi 355.*

Sup. hoc in Ref. seq. & lege eam per totam.

fol. mihi 355. *col.* 2. ita loquentem : [Aliqui verò dicunt, peccare peccato reuelationis sigilli illum, qui etiamsi non nominet personam, nominat tamen Religionem specialem, cuius erat Religionis, talis pœnitens, & est sententia probabilis : non tamen videtur ita certa, vt possit talis Confessarius puniri, tanquam reuelator confessionis.] Sic ille, & Fagundez *prac.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 2. Et ratio harum opinionum erit ista procul dubio, nam in istis loquendi modis, nulli pœnitenti fit iniuria : cùm non sit periculum (vt suppono) quòd auctor illorum peccatorum cognoscatur, licèt, vt diximus, peccauerit Confessarius ita loquendo, non solùm peccato, ait Onuphrius *vbi supra*, contra præceptum de non scandalizando proximum, sed etiam contra præceptum de non infamando proximum, nam id cederet in infamiam illius loci, de quo diceret, se hoc, aut illud peccatum audiuisse sacramentaliter.

RESOL. XII.

An qui dixit audiuisse in tali Monasterio peccatum graue, frangat sigillum, etiam si non nominet pœnitentem?

Et docetur non solum esse peccatum, sed contra sigillum, si Confessarius dicat in tali Ciuitate talia & talia peccata committi solent.

Et quid, si tantum generaliter dicat grauia peccata committi? Ex part. 5. tractat. 11. Ref. 35.

Sup omni cõtento in hac Ref. vide Ref. præteritã per totam.

§. 1. Respondeo affirmatiuè cum Villalobos *in summa, tom.* 1. *tractat.* 9. *difficult.* 73. *num.* 5. vbi sic ait : [Digo que es licito al Confessor dezir : Oi tal pecado en la confession sin nombrar persona, como se haga con tal aduertencia que no se pueda venir en conocimiento della, porque por este camino no se haze odiosa la confession. Mas ha se mucho de aduertir, que no se diga esto sin necessidad, y gran vtilidad, mayormente estando delante muchos, y deue guardarse que no se offenda la comunidad donde esta aquelle persona, cum sio dize, que oyò à algun Religioso tal, o tal pecado, y en especial nombrando la Religion de donde era, que este es pecado contra el sigilo, come dize Suar. y Ledesma.] Ita ille. Vide etiam Hurtadum *disp.* 12. *de pænit. diff.* 4. vbi etiam existimat esse contra sigillum Confessarium infamare ciuitatem alicuius generis peccati, quod ex sola confessione nouit, quando ipsi ciues in particulari etiam pœnitentes aliquo modo afficiẽtur infamia illa : quod facile contingit, quando ciuitas non est ampla, & pænitentes sunt aliquo modo suspecti, quia tunc ex reuelatione illa euenit pœnitentibus aliqualis infamia, ob quam confessio fit illis odiosa, & ab ea retrahuntur, & ideò Kellisonius *to.* 2. *in* 3. *part. q.* 5. *artic.* 2. *dub.* 5. docet non solùm esse peccatum, sed etiam contra sigillum, si Confessarius dicat, in tali ciuitate tale & talia peccata committi solent, nisi hoc sit aliunde notum. Vide etiam Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 4. *dub.* 3. Megalam *in* 1. *part. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 11. Fagundez *prac.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 2. Faustum me citantem *de pænit. lib.* 7. *quæst.* 41. & Malderum *tract. de sigillo, cap.* 12. vbi docet, non licere Confessario dicere, quòd in loco vbi confessiones audiuit, grauia fiant peccata, nam etiam hoc redundat in grauamen istius communitatis, & posset confessionem reddere odiosam, præsertim in communitate non adeò magna. Ita ille, qui etiam addit eum qui dicit in Ordine tali Religiosorum hoc, vel illud peccatum fuisse admissum, quod ex sola confessione nouerit, grauiter peccare, quamuis non possit puniri pœna ordinaria inflicta contra fractores sigilli.

RESOL. XIII.

An Superior, à quo petitur potestas absoluendi à reseruatis, teneatur ad sigillum?

Et aduertitur Superiores eo sigillo obligari, quando aliquis habens casum reseruatum cum illi explicat, à quo recepta pœnitentia remittitur ad inferiorem pro absolutione Sacramentali.

Et an inferior petens veniam absoluendi à casu reseruato, nullo modo possit personam aperire, vel casum ita explicare, vt ea venire possit in notitiam Superioris, nec Superior potest curiosè interrogare, nec inquirere cum periculo veniendi in notitiam personæ; & inferior etiam ad id teneatur, licet Superior veniam non concedat? Ex part. 5. tractat. 11. Resolut. 12.

§. 1. Negatiuè respondet Vasq. *in* 3. *tom.* 4. *q.* 93. *art.* 4. *dub.* 2. *n.* 13. & Hurtado *de Sacram. disp.* 12. *de pænit. diffic.* 3. vbi sic ait : Idem ob eandem rationem dicendum est de Superiore, à quo Confessarius ex licentia pœnitentis petit facultatem pro peccato reseruato pœnitentis, non teneri sigillo confessionis, quia scilicet tunc Superior non accipit notitiam peccati ex confessione sacramentali, sed ex narratione non sacramentali pœnitentis ; teneri strictissimo secreto naturali iustitiæ, cùm ei sit dictum causâ honestissima boni spiritualis pœnitentis. Et ideo Tanner. docet Superiorem in supradicto casu teneri inuiolabili secreto, non autem sigillo sacramentali.

2. Sed hæc opinio est prorsus reprobanda, & ideo affirmatiuam sententiam tenet Coninck *de Sacram. disp.* 9. *dub.* 5. *n.* 39. Faustus *de pænit. lib.* 7. *q.* 32. Pitigianna *in sent.* 4. *t.* 2. *dist.* 21. *q.* 2. *art.* 5. Megala *in* 1. *p. c.* 16. *n.* 4. Fagundez *pr.* 2. *lib.* 6. *c.* 6. *n.* 2. Onuphr. *opusc. de sigillo, sect.* 3. *q. vnic. dub.* 6. Malderus *tract. de sigillo, c.* 13. Suarez *in* 3. *p. tom.* 4. *disp.* 33. *sect.* 4. *num.* 3. Henriquez *lib.* 5. *de pænit. c.* 20. *n.* 1. Villalobos *in sum. tom.* 1. *tr.* 9. *diffic.* 72. *n.* 7. & alij. Et ratio est, quia, moraliter loquendo, Superior intelligitur vna persona cum Confessario in ordine ad impertiẽdam absolutionem pœnitenti. Cùm ergo Confessarius teneatur sigillo, eodem etiam tenebitur Superior Prælatus. Præterea, quia hic intelligitur interuenire in ipsa confessione sacramentali ; ergo ligabitur sigillo. Et ideo Granado *de Sacr. in* 3. *p. contr.* 7. *tr.* 11. *disp.* 4. *n.* 1. sic ait : Certissimum est ad sigillum teneri Confessarium, quia minister est Sacramenti, & ad illum reuocatur Superior, quàndo ab illo petitur potestas absoluendi à casa reseruato, tunc enim aliquo modo pertinet ad Sacramentum confessionis ea notitia peccati, quæ Superiori tribuitur, ac proinde ad illum etiam extenditur obligatio sigilli. Ita ille. Nec desinam etiam hîc apponere verba Ioan. Malderi *tr. de sigillo, cap.* 13. sic asserentis. De Superiore, cui casus aliquis est reseruatus, certum est quòd omnino sigillo teneatur, quando ab eo licentia absoluendi petitur, fit enim ei detectio vt habenti claues, & vt in foro interno deleget potestatem absoluendi. Itaque adimit etiam ipse vt iudex in hoc foro, & æqualiter tenetur, cum ipso Confessario. Hæc Malderus, qui citat Suarez, quibus omnibus adde Præpositum *in* 3. *p. q.* 11. *de sacro sigillo, dub.* 2. *num.* 23. vbi ita asserit : Aduerte Superiorem eo sigillo obligari, quando aliquis habens casum reseruatum, cum illi explicat, à quo recepta pœnitentia remittitur ad inferiorem pro absolutione sacramentali. Obligatur etiam quando post confessionem inferiori institutam aditur pro casu reseruato, quia huiusmodi explicationes censentur ad confessionem sacramentalem pertinere, vel tanquam

Super hoc cursim infra in Ref. 33. §. vlt. vers. Septimo.

quam inchoatio, vel tanquam consummatio, posita enim casuum reseruatione, confessio hoc, vel simili modo debet perfici, & Christus non videtur absque tali onere dedisse Superioribus potestatem causas suo iudicio reseruandi; nam cùm sit onerosum pro casibus reseruatis debere Superiorem adire, nisi is eadem legere obligaretur, qua Confessarij, confessio redderetur valde odiosa. Similiter inferior peteos veniam absoluendi à casu reseruato, nullo modo potest personam aperire, vel casum ita explicare, vt ea venire possit in notitiam Superioris, nec Superior potest curiosè inquirere cum periculo veniendi in notitiam personæ, inferior etiam ad id tenetur, licèt Superior veniam non concedat. Hæc ille, & ego, nec aliter sentiendum puto.

RESOL. XIV.

An sit contra sigillum confessionis, si Superior alicuius domus dicat Generali, vel Prouinciali in ea domo sæpè postulari potestatem absoluendi à peccatis reseruatis? Ex part. 5. tractat. 11. Resolut. 45.

§. 1. HOc dubium mouet & resoluit Turrianus *de pœnitent. quæst. 11. artic. 1. disp. 33. dub. 1.* vbi sic ait: Difficilius est id de quo non semel interrogatus sum, an sit contra sigillum, si Superior immediatus alicuius domus religiosæ manifestet Prouinciali in ea domo, aut collegio, sæpè postulari facultatem ad absoluendum à reseruatis, & videri posset alicui hoc non esse contra sigillum, cùm non explicetur peculiare peccatum alicuius subditi. Mihi tamen semper visum est hoc esse iniustum, seclusa ignorantia, quia vel hoc fit vt Prouincialis habeat notitiam aliquam in ordine ad gubernationem subditorum; vel non fit hoc fine: si non hoc fine, manifestatio est planè inutilis, & imprudens contra bonam existimationem eius communitatis; si verò fiat in ordine ad gubernationem, planè est periculum ne ea illa notitia & ex aliis circumstantiis, vel certè cognoscatur peccatum aliquod subditi, vel saltem Prouincialis sinistram cognoscet alicuius opinionem. Hæc Turrianus, cui ego libenter adhæreo.

RESOL. XV.

An Superior, vel quiuis alius possit negare suffragium illi, cuius defectus scit solum per confessionem, quando suffragatur secreto, vbi multa de sigillo confessionis?

Primo, non licere ob notitiam confessionis priuare subditos Officiis amouibilibus.

Secundo, non posse Confessarium dicere Prætoribus vrbis, aut Inquisitoribus, vt diligentius inuigilent.

Tertio, quod non potest licitè Prælatus, seu quiuis alius vti notitia confessionis complicis alicuius delicti, vt fiant vigilares circa alios, nec potest dicere, vt solito diligentius inuigilent, vt eos in delicto comprehendant, & sic in similibus. Ea part. 3. tractat. 4. Res. 76.

Sup. hoc in Ref. seq. & signanter in prima post seq. & suo in Ref. 9. §. Notandū. & seq. & signāter in §. vlt. ad lin. 6. vers. vel cuilibet negare.

§. 1. AFfirmatiuè respondent Portel. *in dubiis Regularium verb. Electio, n. 9.* Castellinus *de elect. c. 5. num. 105.* Vasq. *in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 4. dub. 8 n. 7.* Nugnus *in addit. ad 3. part. q. 11. art. 1. diffic. 1. ad 6. & ad 7. argum.* Guttierrez *de matrim. c. 60. n. 10.* Henriq. *lib. 3. de pœnit. c. 23. n. 6.* Nauarrus *in cap. Sacerdos, de pœnit. dist. 6. n. 147.* & alij, quos citat Sanchez, & Fagund. *vbi infrà.* Et ita mordicus aliqui sustinent hanc sententiam, vt doceant teneri id efficere in conscientia; & rationem omnium horum adducunt, quia Sacerdos ex vi sigilli tenetur accepta in confessione secreta seruare, sed Superior, vel alius quando denegat suffragium in Capitulo, nemini reuelat peccata in confessione accepta: ergo. Deinde, Sacerdos per confessionem alterius non priuatur iure suo, sed si ipse talem confessionem non audiuisset, posset huiusmodi suffragium denegare. Ergo, &c. Et hanc sententiam veram esse, quando suffragium ita cautè denegetur, vt pœnitens nullam de hoc facto possit habere suspicionem, docent multi, & nouissimè Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 9 diffic. 75 n. 4.* vbi sic asserit: [Tambien digo que seria licito no dar el voto al que sabe por la confession que es indigno, con que fuesse con tanta cautela, que no pudiesse el ni nadie caer en ello, y en cosas, que el penitente no tiene aquirido derecho.]

2. Sed hæc opinio opus est, vt non doceatur, nec in practicam adducatur, vtpote periculosa, & nociua honori, ac religioni Sacramenti, & ideo contrariam sustinendam esse puto, quam Claudius Aquauiua præcepit à Superioribus obseruari, a Professoribus Societatis Iesv publicè, & priuatim doceri; & ita etiam docent nouissimè Laym. *in Theol. mor. lib. 4. tr. 6. c. 15. n. 22.* Fagund. *præc. 2. lib. 6. c. 1. n. 1. & seq.* Beia *part. 3. cas. 10.* Coninch *de Sacram. disp. 9. dub. 4. n. 64.* Delrius *in disquis. lib. ... sect. 2.* Bañez *in 2. 2. q. 33. art 8.* Malderus *tr. de sigillo, c. 14.* vbi docet nullo vnquam casu, etiam quando id nemo rescituisset Confessarium fecisse, licere vti scientia confessionis in electione, & omnino in omnibus, quæ pœnitentem grauant. Quia etiamsi in particulari hic, & nunc ignoretur ex qua scientia agat Confessarius, retrahit tamen infirmos à confessione, si nouerit fieri posse, vt occasione confessionis non eligantur, sed puniantur inuiti. Dico infirmos, quia puto in fauorem confessionis non tantùm considerandà esse incommoda respectu illorum, qui ista causa à confessione alienarentur, sed etiam respectu illorum infirmorum, qui reformidarent eandem confessionem, si contra se eius liceret vti scientia tanquam odiosa; ideóque ab ea auerterentur, non quidem omnino immeritò, sed ea fragilitate quadam humana: homines enim infirmi magis alliciendi sunt ad confessionem, eáque magis indigent, quàm perfectiores. Hæc quidem procedunt, quando non possunt aliæ causæ prætextui prætereundi indignum, quia si allegari possit defectus ætatis, scientiæ, aut aliquid eiusmodi, non dubium est, quin Confessarius possit, illis allegatis, præterire eum quem ea confessione secretò nouit indignum. Ita Malderus.

Sup. hoc Decreto, & præcepto in Ref. seq. §. Nec dosinam.

3. Igitur etiamsi ponamus confitentem nullo omnino iudicio assequi posse, suffragium verbi gratia, in electione occulta sibi à Confessario propter confessionis notitiam denegatum fuisse; tamen si hæc nimirum sciant pœnitentes, se ob peccatorum suorum confessionem impediri posse à consequendis officiis, ac honoribus, abhorrescunt à confessione, iis præsertim facienda, quos vel leuiter suspicantur aliquando sibi prodesse, vel obesse posse, vt cum vocalibus, cum Magistro Nouitiorum, cum Præposito, &c. Et ideo non possum hîc non apponere verba Fagundez, *vbi suprà, numero secundo,* ita asserentis. Potissima ratio, ob quam sacramentale sigillum tam inuiolabiliter obligat, vt nullo modo eius notitia ad notitiam fori externi, & externorum actuum deducatur, est, ne hoc diuinum Sacramentum, quod à Christo Domino in salutem animarum institutum est, reddatur hominibus formidabile, & ideo fugiendum est omnino, quidquid illud onerosum, ac odiosum potest reddere. At mihi magis odiosum illud potest reddere hominibus,

quàm

quàm si illi intelligant posse priuari à Superioribus, seu aliis Confessarius Officiis, Ordinibus, aut mutari in alia loca, & sibi negari suffragia ad communes honores ob notitiam confessionis. Nam, vt optimè docet Sanchez, vt homines auertantur à confessione; & sic iniuria fiat Sacramento, satis est, quòd antecedenter sciant Superiores, & alij Confessarij posse iuuare notitiam confessionis ad actus externos dirigendos. Ita Fagundez.

Sup. hoc & aliis, quæ in hoc §. inferuntur ex doctrina Resol. seq. §. 1. & seqq. signãter vide eius §. Et ideo. Sed melius & magis late supra in Ref. 9. §. 2. & 3. & in to. 7. tr. 1. Resol. 213. & 214. in principio.

4. Ex quibus omnibus patet resolutio multorum casuum. Primò, non licere ob notitiam confessionis priuare subditos officiis amouibilibus. Etiamsi ipse amotus in suspicionem non esset deuenturus, sed expectet commoditatem occurrentis liquidè alterius causæ. Ita Maldetus, Layman, Fagundex, & Bonacina *de Sacram disp. 5. q. 6. sect. 5. punct. 4. n.* 14. Io. de la Cruz *in direct. part. 2. de sacram. Pœnit. q. 6. dub. 1. concl.* 3. quidquid contrarium asserat Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 3. cap. 2. n.* 16. & Vasquez *in 3. part. tom. 4. q. 93. art. 14 dub. 9. num.* 5. Secundo non posse Confessarium dicere Prætoribus Vrbis, aut Inquisitoribus, v diligentiùs inuigilent, cùm notitia, & forus coofessionis nullum commercium habeat cum his admonitionibus externis, & quia ipsi statim coniicient id es confessione Confessarium scire, quod redundat in detrimentum sigilli. Ita Fagundez *num.* 9. Vnde etiam stando in opinione contraria, nunquam Confessarij possunt supradictos monere, & eis dicere periculum imminens se scire in confessione, cùm eiusmodi forma odiosam reddat confessionem, vt notauit Malderus *vbi suprà cap. 14. fol. mihi* 122. & in hoc plurimi decipiuntur miserrimè. Tertio, non potest licitè Prælatus, seu quiuis alius vti notitia confessionis complicis alicuius delicti, vt fiant vigilantiores circa alios complices, nec potest dicere vt solito diligentiùs inuigilent, vt eos in delicto comprehendant, quia ex hac cautela necessariò redditur odiosa confessio. Fagundez *num.* 10. & sic in similibus casibus. Et hæc omnia voluit prohibere Clem. VIII. in decreto, quod addunt omnes citati DD.

5. Responsiones verò ad argumenta pro contraria sententia superiùs posita inuenies reiecta, & soluta apud Fagundez, & Layman *vbi suprà*. Et circa præsentem quæstionem præter Doctores citatos, vide Filliucium *tom. 1. tract. 7. cap. 11. num.* 337. Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disput. 16. per totam*. Sancium *in selectis, disp. 8. num. 10. & 11.* Onuphrium *opusc. de sigillo sect. 2. quæst. 2. dub. 2.* & alios penes ipsos, qui plures Doctores pro vtraque senteotia adducunt; sed tu nostram tene, & aduerte, quòd licèt cootraria sententia esset probabilis, tamen vt aduertunt etiam aduersarij ad illam amplectendam opus esse tanta prudentia, & cautione, tòtque circunstantias requiri, vt difficillimum sit in praxim ipsam deducere, & ita notat Reginald. *tom. 1. lib. 3. c. 2. n. 33. in fine*, & alij.

6. Notandum est hîc etiam obiter, quod multi, qui contrariam sententiam aduersùs nos tenent, illam tamen limitant, & asserunt non esse veram, & in praxim educendam, quando subditus pœnitens in suspicionem veniret, se priuari eo munere, vel officio ex scientia habita à Superiori in confessione; nam in tali casu nihil ex illa efficere Superior, seu Confessarius poterit. Et ita docet Pitigianus *in 4. sent. to. 2. dist. 21. q. 2. art. 2. concl.* 1. Faber *de pœnit. in 4. dist. 19. qu. vnic. disp. 34. cap. 14. num.* 86. Nugnus *in addit. ad 3. part. quæst. 11 art 1. ad 6. arg.* & alij. Vnde apparet quàm sit difficile dedudere in praxim supradictam senteotiam.

RESOL. XVI.

An in aliquo casu Confessarius licitè possit vti notitia parta?

Et pro praxi huius quæstionis ex eius doctrina cursim inferuntur septem casus in §. primo huius Resolutionis.

Et aduertitur, quod si Confessarius sciat in confessione parare sibi insidias à Petro, vt illum interficiat, licebit tamen non exire de domo, aut si exeas, intus armis ad defensionem solam instrui.

Similiter, si scirem Petrum non esse Sacerdotem verum, sed fictum, possem, quæsito bono titulo, non illi deinceps, sed alteri confiteri, & sic de aliis similibus.

Et an ex Decreto Clem. VIII. Superior pro nullo Religionis bono possit sese in suo regimine dirigere ex notitia habita in confessione, quod Decretum non continet solam directionem, sed præceptum & ideo obligat sub mortali? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 3.

Sup. hoc & aliis quæ in hoc §. inferuntur in Ref. prætorita per totam, & in Ref. seq & vide etiam supra ex Ref 9. §. Notandum, & signanter §. vlt. ad lin. 6.

§. 1. Affirmatiuè respondet Tannerus *tom. 4. disp. 6. q. 9. dub. 6 num.* 140. Ochagauia *de Sacrament. tract. 3. de sigillo, q. 7. num.* 2. & alij, ques adducit Fagundez *pr. 2. lib. 6. cap. 2. num.* 2. & Sanchez *de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 16. num.* 2. maximè in rebus gratuitis. Probatur hæc opinio, quia si Confessarius non audiuisset confessionem, irrationabiliter conquereretur pœnitens, si, v.g. ei negasset suffragium omnino gratuitum, liberum, ergo audita confessione, irrationabilis erit querela, & suspicio de negatione ob crimen coofessum, & irrationabiliter etiam retraheretur quisque à confessiooe. Secundò, quia alioqui daretur occasio indignis vtendi cautelis iniustis, vt eligantur, vel conseruentur in officiis ad nutum amouibilibus, & plerumque non sine magna iniuria Sacramenti, faciendo scilicet confessiooem suæ indignitatis cum electoribus, vel superioribus. Vnde ex his dicti Doctores inferunt primò Confessarium, qui in confessione nouit proditionem, posse monere ad diligentem custodiam ciuitatis. Secundò, posse dimittere famulum, quem ex sola confessione oouit furem, vel posse res suas meliùs custodire. Tertiò Prædicatorem posse inuehi in grauia peccata. Quartò Episcopum posse dimissorias negare, vel non conferre beneficium ei, quem nouit ex confessione indignum. Quintò posse occultum suffragium negari indigno. Sextò posse mooeri alium, cui paratur malum, vt tali loco & tempore sibi caueat. Septimò Prælatum posse ex notitia in confessione parta amouere ab officio ad nutum amouibili eum, quem nouit sese malè gerere, non admittere ad officia eum, qui putatur nociturus, negare licentiam exeundi ex domo, posse erigere murum monasterij, & similia.

2. Sed prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, non solum in casibus, in quibus periculom esset proditionis sigilli, vt fatentur Auctores contrariæ sententiæ, sed etiam in his, in quibus id esset confusioni ac pudori pœnitenti, & ita hanc sententiam docet Fagundez & Sanchez *vbi suprà*, quibus ego addo Faustum *de pænit. lib. 7. q. 45.* Bannez *in 2. 2. quæst. 33. art.* 8. Suarez in *3. part. tom. 4. disp. 33. sect. 7. num.* 4. Moscoso *in summ. tract. 7. cap. 15. num.* 4. Præpositum *in 3. part. quæst. 11. de sigillo, dub. 7. num.* 52. Valentiam *tom. 4. disp. 7. quæst. 11. punct* 3. Granado *de Sacram. in 3. part. contr. 7. tract. 11. disp. 8. n.* 1. Onuphrium *opusc. de sigillo, sect. 1. q. 2. dub.* 2. & alios. Et probatur hæc opinio validissimis rationibus. Primò, quia potissima ratio, ob quam sacramentale sigillum

gillum tam inuiolabiliter obligat, vt nullo modo eius notitia ad notitiam fori externi, & exteriorum actuum deducatur, est, ne hoc diuinum Sacramentum, quod à Christo Domino in salutem animarum institutum est, reddatur hominibus formidabile, & ideo fugiendum omnino est, quicquid illud onerosum ac odiosum potest reddere. At nihil magis odiosum, illud potest reddere hominibus, quam si illi intelligant, posse priuari à suis Superioribus officiis, Ordinibus, aut mutari in alia loca, & sibi negari suffragia ad communes honores & commoda ob notitiam confessionis. nam, vt optimè notat Sanchez *lib.3. de matrim. c. 16. num. 3. in fine.* vt homines auertantur à confessione, & fie iniuria fiat Sacramento, satis est, quòd antecedenter sciant, posse Superiores iuuari notitia confessionis, ad huiusmodi actus externos dirigendos, quare opus est vt nec doceatur, nec in practicam adducatur doctrina primæ opinionis, vt pote periculosa, & nociua honori ac religioni Sacramenti. Secundò sacramentum Pœnitentiæ institutum fuit à Christo Domino sub hoc occultissimo sigillo & propter bonum & religionem, ac honorem Sacramenti, vt homines fidentiùs ad illud accedant, & propter bonum pœnitentium, vt illorum famæ consulatur; vtrumque læditur in alia opinione. ergo illa non est edocenda. Læditur honor & religio Sacramenti, quia non tam fidenter ac frequenter ad illud homines accedent, si sciant inde sibi malum aliquod euenire posse. Læditur fama pænitentis, quia si in generali defectus alieni in confessione audiri propalari possint, periculum est, vt cognoscantur pœnitentes auctores criminum. Tandem læditur religio Sacramenti, quia impeditur solatium miserorum, quod Dominus posuit in hoc Sacramento. Et c m hæc omnia fint maxima inconuenientia, aliena à Christi institutione, ideo alia opinio omnino reiicienda est. Deinde cùm inferior, per se loquendo, debeat adire Superiorem pro casu reseruato, esset onus durissimum si is posset sese dirigere in gubernatione subditi ex notitia in confessione comparata.

Sup. hoc Decreto in Ref. 1. not. prætetit æ. & in Ref. 3 § 2. & 3. & in tom. 7. tr. 1. Ref. 13 & in Ref. 14. in initio.

3. Et ideo propter inconuenientia affirmatiuæ sententiæ prohibuit Superioribus Regularibus ea vti Clemens VIII. *in decreto de casuum reseruatione die 26. Maij 1594.* vbi dicitur. Tam Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarij, qui postea ad Superioris gradum fuerint promoti, caueant diligentissimè, eam notitiam, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur; quod decretum obligare sub mortali patet ex §. *vltimo*; ex quo patet non continere solam directionem, sed etiam præceptum. Cùm ergo res sit grauis, eius transgressio erit mortalis, & cùm Pontifex voluerit consulere subditis, & integritati, & puritati confessionis, constat illud decretum omni euentu obligare. Vnde, iuxta illud, Superior pro nullo Religionis bono potest sese in suo regimine dirigere ex notitia habita ex confessione, non potest subditum ab officio etiam amouibili remouere, non potest eum aliò mittere, clausuram meliùs custodire, ostium claudere, solitum egressum è domo negare in mores subditi acriùs inuigilare, &c. quod intelligitur de notitia per illos in confessione comparata, quia si resciant ab aliquo, qui iuxta priorem sententiam in genere monuerit, poterunt vti in sua gubernatione huiusmodi notitia, non minus quàm magistratus aliquis ciuilis.

Sup. hoc Decreto in Ref. prætetita §. Sed hæc.

4. Nec desinam præterea ad labefactandam affirmatiuam sententiam præter Decretum Pontificium adductum, etiam hîc aliud Decretum magni illius viri Claudij Aquauiuæ Præpositi Generalis Societ. IESV, in quo anno 1590. vsum affirmatiuæ sententiæ in Societate non solùm Superioribus, sed etiam omnibus Confessariis prohibuit, & verba Decreti, quod affert Granado *vbi suprà, numero 2.* sunt hæc. Tametsi non desint Doctores, qui sentiant, saluo sacramentalis confessionis sigillo, iustis de causis licere nonnunquam Confessario (cùm id fieri potest sine vlla reuelatæ confessionis suspicione) vti extra confessionem notitia per confessionem habita; tamen quoniam hæc doctrina & eam exigit in tanta re circumspectionem quam seruare perdifficile sit, & interim posset aliquando retardare subditorum libertatem, quam huius fori sanctitas & nostræ Societatis institutum requirunt in se ipsis, rebúsque suis Confessario aperiendis, idcirco visum nobis est in Domino statuere, sicut & seuere statuimus pro reuerentia, quia semper Societas nostra coluit huius Sacramenti inuiolabile sigillum & libertatem, vt omnes Superiores diligenter caueant, ne vel ipsi, vel nostrorum aliquis supradictam doctrinam vsquam introducant, nec illam publicè, aut priuatim doceant, nec ea vtantur vllo modo (nisi fortè de pœnitentis licentia) sed ita prorsus in omnibus casibus nostri se gerant Confessarij, ac si in confessione nihil penitus audiuissent, sibique persuadeant, vt humanarum rerum regimen ab hoc Sacramento longissimè dist.t, ita debere nullatenus ab eo pendere. Hactenus Decretum; ex quo Granado *loco citato* infert non licere Professoribus Theologiæ, aut aliis de Societate prædictam opinionem publicè, aut priuatim docere, nec illa vti, cùm ita præcipiat, & satis seuerè illorum Superior, Generalis nimirum cuius ordinationes & mandata non expirant eo expirante, sed vim habent, quandiu ab alio Generali, aut generali Congregatione, aut ab certè à Christi Domini Vicario non reuocantur, vt constat ex *can. 23. Congr. IV.* Societatis IESV. Itaque nobis amplectenda est sententia affirmans, nullo modo licere extra confessionem vti scientia per confessionem habita, nisi pœnitens licentiam præbeat. Ita Granado. Vnde miror Tannerum affirmatiuam sententiam docuisse.

5. Notandum est tamen nostram sententiam intelligendam esse in iis, quæ aliquo modo præiudicant pœnitenti, vel illius honorem, aut personam possunt lædere, aut illum rubore suffundere, vel à confessione retrahere. Vnde in aliis non esset illicitum iustis de causis vti scientia per confessionem comparata, vbi sine vlla violatione sigilli vsus haberi potest, v.g. non licèt amouere ab honorifico officio, aut negare suffragium, etiam in electione secreta, aut Ordines sacros propter aliquid in confessione cognitum: licebit tamen si Confessarius sciat in confessione parari sibi insidias à Petro vt illum interficiat, non exire domo, aut si exeat, intus armis ad defensionem solam instrui, quia id neque offendit Petrum, nec illi molestiam affert, aut à confessione auocat. Et similiter si sciret in confessione Petrum non esse Sacerdotem verum, sed fictum, posset quæsito bono titulo non illi deinceps, sed alteri confiteri, & sic de aliis. Et ratio est, quia in his casibus, & similibus, iniustè aliquis & irrationabiliter retraheretur à confessione. & ita docet Sanchez *vbi suprà, num. 4.* & Granado *num. 6.* cum Fagundez *cap. 3. num. 1.*

Sup hoc in Ref. not. seq. & in eodem § & vers.

Sup hoc infr. in Ref. 14. §. 1. prope finem, à vers. optimè. Sed lege eam per to am.

6. Restat modò respondere ad argumenta pro affirmatiua sententia adducta. Dico igitur ad primum ante auditam confessionem iniustè queri posse pœnitentem, de suffragiis sibi negatis ad honores publicos, iustè autem audita confessione, si ob notitiam illius sibi denegentur, & quamuis ille non possit

iustè

iuſtè qua::, adhuc ea actio priuandi ab officiis,& denegandi ea ſuffragia, iniurioſa eſt Sacramento confeſſionis, quia illud teddit hominibus exoſum, & vt odioſum reddatur, ſatis eſt quòd ſciatur ius habere Superiores ortum ea notitia confeſſionis ad priuandos ipſos pœnitentes huiuſmodi officiis, & ſuffragiis.

7. Ad ſecundum reſponden nullam dâri occaſionem hominibus ſceleratis vtendi pernicioſa cautela, vt conſeruentur in officiis, in quibus habent occaſiones peccandi, quia ſi Prælatis alia via conſtiterit de tali occaſione, iuſtè eos poterunt priuare; ſi autem non conſtiterit, niſi per confeſſionem nullum ius eis tribuit ad id faciendum, vt patet. Sed ex dictis reſoluendi ſunt aliqoi caſus in particulari.

RESOL. XVII.

An aliquis vocalis, v.g. noſtri Religionis, vel Magiſter Nouitiorum poſsit negare ſuffragium alicui propter peccatum confeſſum? Ex part. 5. tr. 11. Reſ. 4.

Alibi ſignanter in Reſol. prima poſt præteritam, & lege etiam alias Reſ. eius annot. & curſim ſuprà ex Reſ. 9. §. vlt. ad lin. 6 verſ. vel cuilibet.

§. 1. AFfirmatiuè reſpondet Ochagauia *de Sacram. ar. 3. de ſigillo, q. 7. n. 2.* & alij, quos ego alibi citaui; quia in tali caſu nullo modo reuelatur peccatum, quia ipſe ſolus pœnitens id cooiicit; & ita etiam docet Kelliſonius *tom. 2. in 3. p. q. 11. art. 1. dub. 4.* & *ibi* Mercerus *art. 5. dub. 2.*

2. Sed hanc ſententiam eſſe refellendam, patet ex dictis io ſuperiori reſolutione. nam eo ipſo quo pœnitens intelligit ſe poſſe priuari officio, ſuffragio, ſacris Ordinibus propter ſua peccata confeſſa, quis dicet inde non reddi hoc diuinum Sacramentum hominibus formidabile; Igitur negatiuam ſententiam ptorſus ſuſtinendam eſſe puto, quam docet Bannez, Onuphrius, Fagondex *vbi ſupra citati*, quibus adde Sebaſtianum à Bononia *tract. de elect. p. 1. c. 5. dub. 57. num. 5.* Reginaldum *in praxi tom. 1. lib. 3. c. 3. n. 33.* Suarez *in 3. part. tom 4. diſp. 33. ſect. 7. n. 12.* Sanchez *de matr. tom. 1. lib. 3. diſp. 6. n. 6.* Rodriq. *in qq. Regul. tom. 2. q. 54. art. 4.* Coriolanum *de caſ. reſeru. p. 1. ſect. 1. art. 16.* & Hurtadum *de Sacr. diſp. 12. de pœnit. diff. 9.* quia Confeſſarius ita tenetur ſigillo ſacro confeſſionis, vt nequeat peccatum in confeſſione tantùm notum alicui dicere, non ſolùm aliis à pœnitente, quamuis videriot peccatum à pœnitente committi, ſed nec illud obiicere ipſi pœnitenti; in caſo autem dicto remouere pœnitentem ab officio, aut ipſi negare ſuffragium, aut aliud circa ipſum efficere, quando ipſe coniicit, aut coniicere poteſt id fieri ob peccatum confeſſum, eſt ipſi inſinuare, imò eſt quodammodo obiicere,& exprobrare peccatum confeſſum, quo confeſſio ita fiet ei moleſta & odioſa, vt ob id retrahi poſſit ab ipſa. ergo id eſt contra obligationem ſigilli ſacri confeſſionis. Deinde, vt dictum eſt, confeſſio nulli debet eſſe moleſta, & grauis, neque ea ea debet pœnitens ſentire aliquod iocommodum, ſed ſi ex cooſeſſionis ſcientia priuaretur pœnitens aliqua dignitate, ſine dubio ex confeſſione ſentiret aliquod incommodum, eſque illa eſſet grauis & moleſta. Neque dicas nulli reddi moleſtam confeſſionem, quia ſuffragium quod datur, eſt omnino occultum & ſecretum. Reſpondetur enim id eſſe per accidens, quod ſcil. ſuffragium datum neſciatur à pœnitente; attamen per ſe confeſſio eſt illi grauis, & oneroſa, quod nulla ratione videtur concedendum de confeſſione. Adde quòd Confeſſarius in tali caſo accedit ad electionem, vt homo ſimpliciter, ſed vt talis nouit eligendum dignum Prælatura, officio, ſacris Ordinibus, &c. vt ſuppono. ergo vt talis poteſt, & debet illi facere,

nam quod deinde in confeſſione nouerit illum indignum, perinde eſt ac ſi non noſſet, iuxta illud D. Bern, *Nihilominus ſcio, quàm quæ per confeſſionem ſcio.* Et audiant ſuperiores Regularium verba Richardi *in 4. ſent. diſt. 21. n. 4. q. 2. ad 4.* vbi ſic ait Prælatus remouendo ab officio ſubditum ſuum, etſi faciat vtilitatem ipſius, facit tamen contra vtilitatem communitatis, quia illi, qui remouentur ab officiis ex notitia confeſſionis proniores reddentur, vt non confiteantur ſecundum veritatem. Ita ille.

RESOL. XVIII.

An ſit contra ſigillum reuelare defectus naturales pœnitentis, v. g. ſi pœnitens dicat in confeſsione ſe natum eſſe ex parentibus ſordidis, infamibus, aut non coniunctis legitimo matrimonio, &c. Ex part. 5. tr. 11. Reſ. 19.

Super hoc quoduis aliud vide infra doctrinam Reſ. 44 & 45. & alterius Reſ. earum annot.

§. 1. EX communi ſententia tenendum eſt ad materiam ſigilli pertinere non ſolùm peccata, ſed etiam quoduis aliud in confeſſione auditum, ſeu cognitum, cuius declaratio, ſeu manifeſtatio poſſit, per ſe loquendo reddere hominibus confeſſionem grauem, & odioſam, ea quo fit primò ſi pœnitens animo declarandi meliùs conſcientiam ſuam, dicat Confeſſario aliquid ſibi ignominioſum, v. g. ſe natum eſſe ex parentibus ſordidis, infamibus, aut non coniunctis legitimo matrimonio, verè violare ſigillum, ſi id manifeſtet; & ita docet ex Soto & Valentia Iacobus Granado *in 3. part. de Sacrament. contr. 7. tract. 11. diſput. 3. n. 2.* quibus adde Oouph. *opuſc. de ſigillo, ſect. 4. q. 7. dub. 2.*

2. Aduerte tamen quod ex Coninck obſeruat Kelliſonius *tom. 2. in 3. part. quæſt. 11. art. 2. dub. 1.* Hurtado *de Sacramentis diſp. 12. diffic. 3.* quòd licèt ſit contra ſigillum, vt dictum eſt, reuelare defectus naturales pœnitentis, qoando ab ipſo dicuntur in confeſſione, vt conducentes ad explicationem ſui peccati; ſecùs verò dicendum, quando à pœnitente narrantur incidenter, & oon tanquam conducentes ad id, ſed in hoc caſu abſtinere etiam debeant Confeſſarij à dicta manifeſtatione. Imò Malderus *tract. de ſigillo, cap. 15.* ſic ait. Defectus natalium, vitia occulta corporis, & ſimilia, quæ pœoitentes ſua peccata explicando reuelant, ſub ſigillum caduot, etiamſi parum conducat eorum explicatio ad peccati narrationem, ſed ex ſimplicitate pœnitentis addantur.

RESOL. XIX.

An Confeſſarius frangat ſigillum ſi reuelet virtutes pœnitentis ſtatim, & alia dona Dei?

Et notatur poſſe pœnitentem obligare Confeſſarium ſub ſecreto naturali has virtutes, & dona celare. Ex part. 5. tr. 11. Reſ. 30.

§. 1. NEgatiuam ſententiam docet Reginaldus *in praxi tom. 1. lib. 3. cap. 4. in principio,* & Petrus Ochagauia *de Sacram. tract. 3. de ſigillo, quæſt. 4. num. 4.* vbi ſic ait. Non eſt contra ſigillum confeſſionis, ſi quis reuelet pœnitentis virtutes, dona Dei, aut voluotatem ingrediendi Religionem, vel dicendi vaorem Mariam, aut factum aliquod, quod impertinenter fuit narratum in confeſſione ad explicandum peccatum, quia per hæc non detegitur aliquid, ex quo ſciri poſſit pœnitentem commiſiſſe aliquod peccatum; occultanda tamen hæc ſunt ſecreto naturali iuxta intentionem pœnitentis.

2. Sed Iacobus Granado *in 3. part. de Sacram. controu. 7. tr. 11. diſp. 3. n. 4.* docet quòd dona & virtutes

pœnitentis cadunt etiam sub sigillum, quando à pœnitente dicuntur vt necessaria, vel vtilia ad declaranda sua peccata, vel ob aliam rationem, itavt velit manere omnino occulta, alioqui fieret odiosa confessio, & meritò offenderetur pœnitens. At vt verum fateat, hæ virtutes & duna quasi semper non manifestatur ad explicationem peccati, neque ex earum manifestatione redditur pœnitentibus odiosa confessio. ergo, &c. Et ita hanc sententiam negatiuam tenet etiam Malderus *tract. de sigillo, cap.* 15. vbi tamen rectè notat posse pœnitentem obligare Confessarium sub secreto naturali has virtutes & dona celandi.

RESOL XX.

An Magister Nouitiorum, vel Confessarius Monialium possit in exercitiis spiritualibus in generali damnare peccata, quæ audiuit in confessione?

Et notatur concionantem de peccatis, quæ se dicit in confessione isto in loco audiuisse, modo ita prudenter hoc faciat, & cautè, vt impossibile sit inde prodi peccatorem, non esse violatorem Sigilli, peccare tamen propter scandalum datum, & quia confessionem reddit odiosam. Ex part. 5. tr. 11. Res. 36.

§. 1. AD hunc casum libet respondere cum verbis Malderi *tract. de sigillo, cap.* 14 vbi sic ait: Scandalum facilè oriri potest quando quis paucos habet pænitentes sibi subditos, & coram eis concionatur contra defectus in confessione detectos, vt si Confessarius Nouitiorum in aliquo Monasterio, aut Confessarius Monialium concionetur coram ipsis de vitiis in confessione reuelatis, tunc enim facilè contingeret rubore suffundi confessos.

2. Notandum est etiam hîc obiter, quod Beja *part.* 3. *cas.* 15. notat, & idem Malderus concionantem de peccatis, quæ se dicit in confessione isto loco audiuisse, modò ita prudenter id faciat, & cautè, vt impossibile sit inde prodi peccatorem, non esse violatorem sigilli, peccare tamen mortaliter propter scandalum datum, & quia confessionem reddit odiosam.

RESOL. XXI.

An si Confessarius ex confessione intelligat famulum esse furem, possit illum dimittere? Ex part. 5. tr. 11. Res. 37.

§. 1. AFfirmat Henriquez *lib.* 3. *de pœnitent. cap.* 23. *numer.* 5. & Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 4. Mihi verò magis placet sententia negans, quia talis dimissio esset quædam correptio extra confessionem pudefaciens pœnitentem. Secus dixero si prudentiùs inuigilando in actus famuli, deprehendat relapsum in furtum, tunc enim poterit alio prætextu, & occultè ipsum dimittere. Dico, *alio prætextu*, quia si alium prætextum inuenire non possit ita speciosum, quin famulus suspicari possit originem suæ dimissionis esse ex scientia confessionis, non probarim etiam tunc dimissionem. Et ita hanc sententiam tenet Malderus *tract. de sigillo, cap.* 14.

RESOL. XXII.

An Sacerdos, qui scit ex confessione furtum sibi factum, possit furem accusare ex aliis indiciis extra confessionem cognitis?

Ex quo infertur, quod si publicus vsurarius, vel publicus concubinarius non sint absoluti a Confessario, & petant communionem, Confessarius potest eam illis negare, dicendo eos esse in publico peccato. Ex part. 5. tr. 11. Res. 17.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Vasquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 93. *art.* 4. *dub.* 6. *num.* 4. vbi docet Sacerdotem posse accusara eum, qui confitetur se quidpiam illi furatum esse, posse, inquam, accusare ex aliis indiciis, quòd scilicet eo tempore talis res sibi defuerit, nec alius domum intrauerit. Et ratio huius sententiæ essa potest, quia Confessarius non prohibetur vti scientia aliunde parta; hinc si publicus vsurarius, vel publicus concubinarius non sint absoluti à Confessario, & petant communionem, Confessarius potest eam negare, dicendo eos esse in publico peccato. Et hanc opinionem ex Valentia & Soto docet etiam Malderus *tract. de sigillo. cap.* 10. vbi firmat posse Confessarium in tali casu accusare furem, modò nihil adminiculi ad actionem instituendam sumat ex confessione. Quamuis non pro publicis vsurariis &c. lege tamen ex tom. 2. tr. 2. doctrinam Res. 30.

2. Sed vt verum fatear, sententia hæc circa propositum dubium in praxi non videtur tuta, quia debet supponi, quòd tota notitia facti verè sit comparata ex confessione sacramentali, & indicia seorsim sumpta non præberent sufficientem notitiam ad accusandum; vnde talis Confessarius verè vtitur scientia ex confessione sacramentali orta. Vnde meritò reddi posset odiosa confessio. Et ita docet Ioannes præpositus *in* 3. *parte, quæst.* 11. *de sacro sigillo, dub.* 3. *num.* 25.

RESOL. XXIII.

An pro seruanda vita possit Sacerdos aliquo modo manifestare peccata pœnitentis?

Ex quo infertur Sacerdotem, qui cum aliis iter agens, ex vno illorum per confessionem intellexit in ingressum syluæ parare sibi mortem, teneri potius mori syluam ingrediendo, quam aut fuga, aut retrocessione confessionem iam factam suspectam aliquo modo reddere.

Et hoc etiam, si huiusmodi Sacerdos in supradicto casu existens in peccato mortali esset.

Ex quo etiam sequitur Sacerdotem, qui in confessione sibi facta cognouit in vino, in quo facturus esset Sacrum, esse immissum venenum, nec potest, aut omittere Sacrum, aut petere aliud vinum sine suspicione reuelata confessionis, teneri vinum sic mistum sumere, & Deo se commendare; etiam si in hoc casu Sacerdos esset in malo statu, & non possit confiteri, quia tunc enim debet prouidere sibi omni meliori modo, quo possit, de contritione, quæ cum Sacramento in voto sufficiet ad æternam salutem. Ex part. 5. tract. 11. Res. 46.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Gabriel *in* 4. *dist.* 21. *quæst.* 1. *art.* 3. Sed meritò contrariam sententiam docent Doctores, quos citat & sequitur Turrianus *de pœnitentia disput.* 33. *dub.* 5. quia maius bonum est seruare secretum confessionis propter bonum fidelium, & reuerentiam Sacramenti, quàm sit vita vnius hominis, sicut in bello potest esse obligatio militis cum periculo etiam manifesto vitæ propter bonum publicum. Sup. hoc in Res. & §§. duarum annotationum sequentium.

2. Ex quibus infertur primò Sacerdotem qui cum aliis iter agens, ex vno eorum per confessionem intellexit in ingressum syluæ parari sibi mortem, tene- Super hoc in Res. seq. sed lege eam per totam, signan

ri

ter in §. Sed ego. ad medium, à vers. Vnde.

ri potius mori syluam ingrediendo, quàm aut fuga, aut retrocessione confessionem iam factam suspectam aliquo modo reddere, exponendo periculo eum, qui indicauit sibi, quia fortè socij in eum irruent, aliàs nemo vnquam vellet in tali casu confiteri, & sic confessio efficeretur odiosa, nisi tamen posset honesto aliquo titulo rem totam ita cooperire, vt nulla inde confessionis reuelatae possit oriri suspicio. Idem dicendum, etiam si huiusmodi Sacerdos in supradicto casu existens esset in peccato mortali, tunc enim deberet elicere actum contritionis, & sic ingredi syluam cum euidenti periculo mortis, per actum enim contritionis quisque optimè potest saluari. Ex quo patet non benè dixisse Scotum & alios posse Sacerdotem in isto casu retrocedere ab ingressu syluæ, vt sic se saluet à morte, quia huiusmodi retrocessio est actus per se indifferens. Quoniam licèt retrocessio illa de se non sit manifestatiua sigilli, per accidens potest esse manifestatiua, scilicet ex circumstantiis, quia, vt supponimus, socij cùm animaduerterint Sacerdotem audiuisse confessionem consocij, ex repentino discessu deinde Sacerdotis, poterunt facilè suspicari detectum illi à consocio machinatum flagitium.

Super hoc in Res. oot. præterita in diuersis eius §§. signanter in §. Addit. & seqq.

3. Secundò infertur, Sacerdotem, qui ex confessione sibi facta cognouit in vino, in quo facturus est Sacrum, esse immixtum venenum, non potest aut omittere Sacrum, aut petere aliud vinum sine suspicione reuelatæ confessionis, teneri vinum sic mixtum sumere, & Deo se commendare. Et ratio est, quia reuelatio etiam indirecta confessionis est per se mala, & peccatum mortale: ergo in nullo casu est licita, quod est verissimum, etiam si esset periculum mortis spiritualis animæ, vt si in casu posito Sacerdos esset in malo statu, & non posset confiteri, tunc enim deberet prouidere sibi omni meliori modo, quo posset, de contritione, quæ cum Sacramento in voto sufficit ad æternam salutem. Ita Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 5.* Nauarr. *in cap. Sacerdos, de pœnit. dub. 6. num. 135.* Suarez *tom. 4. de pœnitent. disput. 34. sect. 4. num. 7.* & plerique alij contra Scotum, Sylu. Henriquez & alios *suprà* citatos.

RESOL. XXIV.

An in aliquo casu ad tuendam vitam licitum sit Confessario vti licentia habita in confessione; v. g. Sacerdos ex confessione nouit sibi necem paratam in sylua, vel vinum paratum ad eius Missam esse veneno infectum; &c. an in his casibus possit Missam omittere, & syluam non intrare?

Et an ad euitandam mortem Sacerdos, si quæritur ab aliquo, an talis persona peccata sua illi confessa fuerit, possit affirmare?

Et infertur primò Confessarium, qui pœnitentem noluit absoluere propter eius indispositionem, si postea ab eodem pœnitente calumniosè ob vindictam accusetur de falso crimine, non posse se defendere manifestando confessionem factam.

Secundò, quòd dictum est de periculo vitæ corporalis, locū etiam habere potest de periculo vitæ spiritualis, vt neque propter illud vitādum in seipso possit Confessarius confessionem reuelare. Ex part. 11. tr. 8. & Misc. 8. Res. 50.

Super hoc in Res. notationum sequentium.

§. 1. Affirmatiuè respondet Pater Sfortia Palauicinus olim in Collegio Romano Societatis IESV Sacræ Theologiæ emeritus professor, vir quidem doctus & eruditus *in suis assertionibus Theologicis lib. 7. c. 35. num. 120.* vbi sic ait: Disputant Scholastici, an Sacerdoti liceat vti conscientia confessionis propter euitandum imminens periculum vitæ spiritualis, aut corporalis, sine tamen eius reuelatione. Arbitramur id licere ad vitandam mortem corporalem, dummodò id fiat sine graui damno aut periculo pœnitentis. Si enim immineat graue damnum, aut periculum pœnitenti, non est præceptum nimis durum non posse vti illa scientia, quandoquidem simile præceptum, & similis obligatio extenditur etiam ad secretum naturale, quod potest obligare etiam in ordine ad talem casum. Ergo non est præceptum inobseruabile à natura humana. At verò quando neque peccatum reuelatur, neque imminet pœnitenti aliquod damnum considerabile, ex eo quod v. g. nolim bibere vinum, quod sciam esse venenatum, licèt hinc complices coniiciant mihi id innotuisse, esset præceptum nimis durum obligare Confessarium ad hauriendum illud vinum: Et tamen confessio (vt diximus) debuit esse instituta, vt in nullo casu sit ferè moraliter inobseruabilis in suis obligationibus vel Pœnitenti, vel Confessario. Neque per hanc permissionem redditur ipsum præceptum confessionis difficile, & odiosum pœnitenti; quamuis enim prohibitio extenderetur ad talem casum, adhuc ea est imbecillitas naturæ humanæ, vt pœnitentes vix possent sibi à Confessariis polliceri obseruantiam talis prohibitionis, quare nihilominus arcerentur à confessione in tali casu, quam arceantur si non detur talis obligatio in Confessario. Quia authores vtriusque opinionis æquè fatebuntur in praxi, quod quando pœnitens præuidet tantum sibi periculum imminere, si Sacerdos velit vti scientia ex confessione orta ad vitandum periculum suum, vt liceat ei non consulere vitæ ipsius Sacerdotis, excusatur ipse pœnitens tunc à præcepto confessionis integræ, nec tenetur ad hoc peccatum explicandum, idque propter maximam probabilitatem, quod Confessarius sit vsurus eiusmodi cognitione. Hucvsque Palauicinus; quibus adde Theulum *in Theolog. moral. tit. 9. numer. 95.* & Doctores, quos citat & sequitur Leander *de Sacrament. tom. 1. tractat. 5. disput. 10. quæst. 68.* vbi sic ait: Optimè poterit Confessarius denegare pœnitenti gladium suum depositum apud ipsum, si ex confessione sciat ipsum petere ad illum occidendum. Præterea licitè poterit percussionem, aut periculum mortis euitare, domi se continendo, aut non ingrediendo syluam, &c. tandem licitè poterit ei, qui ex confessione cognouit non esse Sacerdotem, aut carere iurisdictione amplius non confiteri. Quia per huiusmodi actiones nullo modo reuelat Confessarius peccata in confessione audita, nec reddit illam odiosam. Quod si pœnitentes ab illa, per hoc retraherentur, irrationabiliter certè, & iniustè hoc facerent. Ita ille, & nouissimè Busembaum in *Medulla Theol. mor. vbi infrà*.

Sup. hoc ege infra §. Adas. & seqq. huius Res. & Resolutiones earum annotationum.

Sup. hoc in Res. oo1. seq.

Super hoc supra in Res. 18. §. Notandum. ad medium, à vers. Licebit tamen.

2. Sed ego non recedo à sententia negatiua, quam olim docui, & quam me citato docet nouissimè Pater Dicastillus *de Sacram. tom. 2. tract. 8. disput. 12. dub. 7. num. 159.* sic itaque asserit: Non negant aliqui ex iis, qui sequuntur nostram sententiam, posse Confessarium qui in confessione nouit sibi mortem ab aliquo parari, domi se continere, vel ab eo loco recedere, aut abstinere in quo nouit sibi necem paratam, imò & fugere etiam, occasione aliunde suscepta. Item negari petenti gladium suum apud ipsum Confessarium depositum, si mortem sibi ab eo inde intentari in confessione sciat, adhibita alia causa negandi, seu amphibologia, itavt pœnitens nequeat meritò iudicare sibi negari ob audita in confessione. Hoc autem intelligi debet in casu, quo tales actiones non sint signa peccati in con-

fessione noti, aliundè nocumentum pœnitenti afferant, vt contra Gabrielem docent catholici Doctores, qui in hoc errauit *distinct.* 21. *quæst.* 1. *art.* 3. *casu* 4. vt alibi notamus, docens ad fugiendum vitæ periculum posse reuelare confessionem. Vnde rectè Diana cum Tutriano quem refert, concludit, Sacerdotem, qui ex confessione nouit sibi necem paratam in sylua, teneri potius ingredi Syluam, quàm fuga exponere periculo eum qui in confessione illi id aperuit periculum. Legatur Diana *tr.* 11. *quintæ partis ref.* 46. Ego sanè cum Lugone *num.* 110. nego pro seruanda vita licere facere aliquid, ex quo alij coniiciant peccatum, cuius notitia habita est in confessione, quod etiam docet Ricardus, Sotus, Nauarrus, Medina, quos refert, & sequitur Vasquez *supra dub.* 10. *n.* 4. Ledesma, & alij, quos refert, & sequitur Suarius *disp.* 33. *sect.* 7. *num.* 6.

Quæ hic est Ref. præterita, in §. 1. & 2.

3. Addit Coninch ex Syluestro *supra quæst.* 2. & Nugnus *in additionibus quæst.* 11. *art.* 1. Bonacina *supra*, & alij contra Suarium *supra num.* 7. & contra Nauarrum, & Sotum quos referunt citati, eum, qui vinum ad Missam paratum nouit in confessione esse veneno infectum, posse Missam prætermittere; vtitur enim iure suo, nec inde pudor, aut confusio redditur odiosa; debet tamen aliunde sumere occasionem dimittendæ Missæ: imò Coninch, & alij putant tunc teneri Missam omittere; tum vt mortem euadat; tum vt euitet irreuerentiam Sacramenti consecrando in vino venenato.

Sup. hoc in Ref. annot. præteritæ §. vlt. & suprà in §. 1. huius Ref.

4. Addunt etiam aliqui Doctores teste Bonacina *supra*, posse tunc Missam omittere, sibique fugiendo consulere, etiamsi præuideat forè, vt pœnitens à quo nouit venenum fuisse appositum, vel necem ab ipso sibi parari, occidatur, vel graue detrimentum accipiat ab aliis sociis ob manifestationem delicti.

5. Probabilius tamen videtur, & omnino verum oppositum; nam ex notitia confessionis sequeretur damnum pœnitenti, & confessio fieri posset odiosa, vt docet idem Bonacina, & Diana *eadem resol.* 46. vbi cum aliis docet non posse omittere Sacrum. Quod si Sacerdos esset in statu peccati deberet sibi de contritione prouidere. Illud verò, quod dicitur de irreuerentia in consecrando in vino veneno infecto, non videtur tanti momenti, atque id quod fieret contra sigillum, Diana loco citato, Sed tem hanc luculentius, & plenius explicat, & probat Suarius *disp.* 33. *sect.* 7. *à n.* 5. *vsque ad* 8. omnino legendus. Hucusque Dicastillus; cui adde præter Doctores à me alibi citatos, Ioannem Præpositum *in* 3. *part. D. Thomæ quæst.* 11. *de sigillo confessionis dub.* 7. *num.* 46.

6. Sed magis difficultas est stando in opinione affirmatiua Patris Palauicini & aliorum, an confessarius possit in præfatis casibus Missam omittere; syluam non intrare, &c. ob manifestationem delicti. Et affirmatiuè respondet Leander *vbi supr. de Sacram. tom.* 5. *tr.* 5. *disp.* 10. *quæst.* 69. quia in dictis casibus confessarius vtitur iure suo, nec propter hoc aliquis posset à confessione rationabiliter retrahi: Sic aliqui Doctores apud Bonacinam, & Molfes. *loco citato num.* 42. addens; posse etiam Sacerdotem ad euitandam mortem, si quæreretur ab eo; an talis persona peccata sua, illi confessa fuerit, affirmare; quamuis persona illa occideretur, quamuis melius esset mortem sustinere. Ita ille, cui adde Coninch *de Sacrament. disp.* 9. *dub.* 4. *num.* 56. & Philippum Fabrum *in* 4. *sent. de pœnit. distin.* 19. *qu. vnica cap.* 4. *num.* 79.

7. Sed ego prorsus puto hanc sententiam esse reiiciendam, & illam impugnat Cardinalis Lugo *de Sacram. pœn. disp.* 23. *sect.* 5. *n.* 11. vbi impugnat Coninch, & post illum Dicastillus *vbi supr. num.* 161. Hermannum Busembaum *in Medulla Theol. mor. l.* 6. *tr.* 4. *cap.* 3. *dub.* 1. *n.* 3.

8. Ex dictis infertur, confessarium, qui pænitentem noluit absoluere propter eius dispositionem, si postea ab eodem pœnitente calumniosè ob vindictam accusetur de falso crimine, non posse se defendere minifestando confessionem factam: nam licet pœnitens non sit dignus, cui secretum seruetur, sed potius liceret vim vi repellere: Sacramentum tamen dignum est, vt ob eius reuerentiam non violetur sigillum, sed aliis modis defensio legitima procuretur.

9. Infertur secundò, quod dictum est de periculo vitæ corporalis, locum etiam habere de periculo vitæ spiritualis, vt nec propter illud vitandum in seipso possit confessarius confessionem reuelare, vt notat Suarez *dicta sect.* 7. *n.* 8. sed licet ex confessione sciat sibi præparari periculum sperituale graue, si aliter illud vitare non potest, debet sperare auxilium gratiæ diuinæ, & se Deo commendare, ac seruare omnino indemne sigillum.

Super hoc magis laté in tom. 7. tr. 1. ex Ref. 214. §. Sed hic. & seqq.

RESOL. XXV.

An Confessarius possit sine fractione sigilli manifestare peccatum nondum patratum, v.g. propositum prodeundi Rempublicam, vel occidendi innocentem, &c?

Ex part. 5. tract. 7. Ref. 25.

§. 1. Circa præsens dubium Alexand. de Ales 4. *part. quæst.* 19. *num.* 2. *artic.* 2. Adrian. *in* 4. *quæst. vltim. de Confessione.* Syluest. *ver. Confessio* 3. *quæst.* 5. & Angelus *ver. Confess. vltim. num.* 7. docent tunc Confessarium non teneri (nisi quando dictum propositum est in pœnitente, qui antea commisit re ipsa, & in effectu simile peccatum ei, quod est in proposito, & illud etiam confitetur.) quia confessio dicti propositi perseuerantis non est sacramentalis, vtpotè inepta absolutioni, quia nullus potest à proposito peccandi perseuerante absolui. Addiderunt verò, nisi quando pœnitens antea commisit in effectu simile peccatum, & illud etiam confitetur: quia tunc propositum illud ob connexionem cum eo peccato antea commisso, cuius etiam fit confessio, etiam clauditur sub sigillo confessionis, sicut peccatum ipsum in effectu commissum & confessum, quod est aptum absolutioni.

2. Sed ego respondeo distinguendo. Dico igitur primò, quòd quando pœnitens confitetur tale propositum, vel animo inducendi Confessarium ad simile peccatum, vel animo illudendi illum, vel irridendi confessionem, vel simpliciter narrandi tale propositum, vt historiam quamdam, tunc certum esse non obligare sigillum, quia tunc neque adest confessio valida, neque aliquis animus efficiendi illam, sed tantùm adest simplex enarratio.

3. Dico secundò, quòd si quis cum animo accusandi se, & cum aliquali detestatione sui peccati confiteatur prauum propositum præsens peccandi, Confessarius non potest peccatum futurum reuelare. Probatur, quia peccatum futurum explicatur in Confessione veluti obiectum prauum voluntatis præsentis. ergo fieret contra secretum debitum Sacramento, si illud reueletur. Tum etiam, quia cùm per hoc sequatur infamia pœnitenti, maximè retraherentur homines à confessione, si hæc peccata futura reuelarentur, Et ita docet Ochagauia *de Sacram. tract. de sigillo, quæst.* 3. *num.* 3. cui adde Fagundez *præc.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 26. Suarez *tom.* 4. *disp.* 33. *sect.* 1. *num.* 8.

num. 8. Sotum *de secreto, membr.* 3. *quaest.* 4. *conclus.* 5. Richard. Durand. Henriquez & Coninch, quos citat & sequitur Hurtado *disputat.* 15. *de paenitent. diffic.* 4. Vide etiam Onuphrium *opusc. de sigillo, sect.* 4. *quaest.* 6.

RESOL XXVI.

An sit licita fractio Sigilli, quando casus est talis, quod paenitens teneatur consentire?

Et si non consentiat, quid facere debeat Confessarius? Ut si v. g. paenitens confitetur in quadam domo adesse conuenticula Haereticorum, &c.

Et in isto casu docetur, quomodo se gerere debeat Confessarius circa absolutionem talis paenitentis. Ex part. 5. tract. 11. Res. 33.

§. 1. QVoad primum, certum est in tali casu etiam obligare sigillum: vt si, v. g paenitens confiteatur in quadam domo adesse conuenticula haereticorum, in tali casu consensus paenitentis, vt talia denuncientur Inquisitoribus, est quidem debitus, sed à renuente paenitente hoc minimè Confessarius efficere potest; sed quid facere debet in tali casu Confessarius? Certum est non esse absoluendum, si omnino sit liquidum, quòd teneatur consentire in istiusmodi reuelationem, & neque ipse reuelare velit, neque in reuelationem per Confessarium faciendam consentire. Secus si promittat se reuelaturum, aut saltem proponat se reuelaturum prima opportunitate, & malum quod per reuelationem auertendum est, tale sit, vt meritò eiusmodi dilatio paenitenti indulgeatur. Erit etiam absoluendus, si aliquo modo probabilis sit opinio ipsius paenitentis, quia putet sibi non incumbere vllam obligationem huius reuelationis faciendae, aut concedendae hic & nunc, eùm istiusmodi suis, quae verisimiliter timet, incommodis, de quibus prudenter Poenitentiarius indicabit. Quod obtinet etiam quando est liquidum licere sufficit, probabile esse oon teneri. Cùm autem consensus extortus oon sit pro consensu habendus, vt suprà diximus, videat Confessarius, ne vtatur consensu paenitentis, quando eum indebitè coëgit, nolens absoluere, nisi det sibi licentiam peccatum reuelandi.

Quoad hoc ne deferas legere infra doctrinam Ref. 46.

RESOL. XXVII.

An, si fractio Sigilli fiat in paenitentis vtilitatem, sit licita? Ex part. 5. tr. 11. Res. 32.

§. 1. EX tacito consensu paenitentis posse eius confessionem reuelari, tradit Iacobus de Graffiis *in decis. aur. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 14. quando cedit in eius vtilitatem.

Super hac doctrina infra lege §. Notandum est tamen. Ref. 30.

2. Sed hanc sententiam meritò refellit Tannerus *tom.* 4. *disput.* 6. *quaest.* 9. *dub.* 6. *num.* 154. & Malderus *tract. de sigillo, cap.* 4. & ideo ille, si morti proximus habeat occultum debitum ex delicto, & petat à Sacerdote restitutionem iniungi haeredibus, non poterit Sacerdos dicere hoc ex delicto deberi, sed solùm quòd talibus hoc dari voluerit, & satius esset suadere moribundo, vt secretò suo codicillo talia inferat haeredibus iniungenda. Si tamen ex sola executione mandati oriatur suspicio delicti, Sacerdos mandatarius excusatur, vt bene Reginald. Quod ergo Graffius dixit esse casum, quo sufficiat tacitus consensus paenitentis, vt Confessarius peccatum eius reuelet, per abusum est dictum, cùm potius dicere debuerit, & fortè, vt arguit exemplum, quod adducit, voluerit dari casum, vbi ex actione Confessarij, in quam paenitens apertè consensit, tacitè sequatur reuelatio peccati. Sanè multum differunt tacitum esse consensum, & esse consensum in tacitam reuelationem.

RESOL. XXVIII.

An Confessarius possit reuelare haeredibus restitutionem faciendam, quam debeat mortuus paenitens?

Et quid maximè, si in praedicto casu adsit licentia paenitentis, qui ante mortē dixit Confessario, vt ita reuelet?

Et quid, si non satis constet de voluntate paenitentis iam mortui, & haeredes ipsi dubitent, & praesumant contra Confessarium fuisse confessionem reuelatam absque aliqua licentia illius?

Et quid est agendum, si haeredes nollent ex auaritia, (vt accidit,) dictis Confessarij acquiescere? Ex part. 5. tr. 11. Res. 28.

§. 1. LIcèt Maior *in* 4. *distin.* 21. *quaest.* 3. sequutus Scotum asserat non posse manifestari debita, credita, & alia similia à Confessario, quae ipse habuit à confessione alicuius, quia hoc efficere est reuelare confessionem.

2. Tamen contrarium dicendum est cum Tabiena, Rosella, Graffio, Nauarro & Rodriquez, quos citat & sequitur Onuphrius *opusc. de sigillo, sect.* 1. *quaest.* 5. dummodo adsit licentia paenitentis, qui ante mortem dixerit Confessori, vt reuelet, ex *cap. praeterea, de offic. deleg.* In quo casu creditur Confessori sic dicenti, maximè si id, quod reuelatur (& est secunda conditio, quam diximus requiri) sit in bonum animae paenitentis iam mortui, & ratio est, quia cùm, vt iam diximus, de licentia paenitentis possint à Confessario dici peccata illius extra confessionem, si id sit eiusdem paenitentis bonum, quidni etiam poterunt dici illa, quae *supra* diximus, si ad ea dicenda habuerit licentiam Confessarius à paenitente iam mortuo, & sit in bonum eiusdem: & hinc apparet fundamentum Maioris esse falsum. Sed quid si non satis constet de voluntate paenitentis iam mortui, & haeredes ipsi dubitent, & praesumant contra Confessarium fuisse confessionem reuelatam absque aliqua licentia illius? Respondeo, & tunc praesumendum esse, id fuisse dictum à Confessario de licentia mortui paenitentis. Id quod maximè iudico verum, quando restitutio vertit in bonum animae ipsius mortui. Quòd si non potest apparere de voluntate confitentis, semper praesumitur contentus, quando aliter suae saluti consuli non posset. Quid si haeredes nollent ex auaritia (vt accidit) dictis Confessarij acquiescere? ad summum esset opus illorum, vt probarent contra Confessarium, qui reuelauit, id non fuisse ex mente & licentia paenitentis iam mortui, praesumptio enim transfert onus probandi in agentem, quia is debet probare, contra quem facit praesumptio.

Super hoc infrà in Ref. 31. §. vlt. ad medium. & si placet lege aliam Ref. eius not. qui vis non plene sup. hoc.

RESOL. XXIX.

An prosit testimonium Confessarij de licentia paenitentis, vt probetur paenitens emendatus in foro externo? Vt v. g. Parochus det sacram Eucharistiam, vel sepulturam Ecclesiasticam publico vsurario, vel meretrici, &c.?

Et infertur, quando publica meretrix est confessa mendicanti Religioso, non posse Pastorem petere testimonium à tali Confessario, quod vere de peccato suo publico paenituerit, & confessa, & absoluta sit.

Confessarius vero nequidem, quod fornicationes suas sibi confessa sit directè, aut indirectè, puta, dicendo, quod eam a peccatis suis publicis absoluit, indicare potest. Ex part. 5. tr. 11. Res. 40.

§. 1. HIc casus est practicabilis, vt Parochus, v. g. det sacram Eucharistiam, vel sepulturam Ecclesiasticam pub ico vsurario, vel meretrici. Et affirmatiuam sententiam tenet Fagundez *prae. 2. lib. 6. cap. 1. num.* 19. cum multis DD. asserentibus testimonium Confessarij cum licentia expressâ pœnitentis datum valere, vt in foro externo probetur pœnitens emendatus de crimine commisso publicè, aut publico scandalo. Et ideo Malderus *tract. de sigillo, cap. 12. in fine.* sic ait: Infertur quando publica meretrix est confessa mendicanti Religioso, non posse Pastorem petere testimonium à tali Confessario, quod verè de peccato suo publico pœnituerit, confessa & absoluta sit, hoc enim sine licentia peccatricis Confessarius non dicet, & etiamsi secretò dixerit ipsa consentiente, publicè administraturo Parocho non sufficiet, sed antequam sacram Eucharistiam ei publi è administret, aut ei sepulturam Ecclesiasticam concedat oportet constare publicè quòd pœnituerit, quæ publicè peccauit. Confessarius enim ne quidem quòd fornicationes suas sibi confessa sit directè, aut indirectè, puta dicendo, quòd eam à peccatis suis publicis absoluerit, indicare potest; sed eo casu sufficit in genere Parochum scire quòd sit confessa, modò publicè etiam sciatur conuersa, puta per reuelationem publicam Confessarij de licentia peccatricis, aut quòd coram pluribus protestetur ipsa se de peccato isto dolere. Sine publica autem ista notitia, aut detestatione non sufficit sacramentalis Confessio, aut absolutio etiam Parocho facta, quia talis satisfactio debetur Ecclesiæ, & alioqui scandalum esset margaritam spargere ante porcos. Ita Malderus. Vide etiam Suarez *in 3. p. tom. 4. disput. 7. sect. 5. à num. 10.* & apertiùs *num.* 46. Henriquez *lib. 3. de Pœnitent. cap. 23. num. 2. in fine.* Nauarrum *in cap. 1. de pœnitent. dist. 6. num.* 90. Guttierrez *in Can. 99. lib. 1. cap. 2. n.* 9. & alios.

Quoad hoc lege inf ìex Res. 58. §. Notandum est & suprà ex Res. 10. §. vlt.

RESOL. XXX.

An Confessarius de licentia pœnitentis possit reuelare confessionem?

Et notatur non sufficere quamcumque licentiam præsumptam, interpretatiuam, virtualem etiam in benũ ipsius pœnitentis ad reuelandum sigillum confessionis, sed requiri formalem, atque expressam, & debet esse libera, spontanea, & non vi, iniuria aut dolo extorta; imo neque per preces importunas; adde, neque per metum reuerentialem ipsius Confessarij obtenta.

Et aduertitur pœnitentem posse reuocare hanc licentiam quoties voluerit, etiam absque iusta, & vlla causa. Ex part. 5. tr. 11. Res. 10.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Alensis 4. *q.* 78. *mem.* 3. Scot. *in* 4. *dist.* 21. *q.* 2. *art.* 1. Almayn. *ibid. q.* 1. *in fin.* Aureolus & Durand. *ibid. q.* 4. Maior *ibid. q.* 3. *art.* 3. Gabriel *ibid. q. vnic. art.* 3. *dub.* 4. & Angel. *ver. confessio* 8. §. 5. Probatur hæc opinio. Primò, quia præceptum sigilli est de iure diuino: incommodum autem est, vt homo priuatus, qualis est pœnitens, in præceptis diuinis dispenset. Secundò, quia Confessarius ea, quæ via confessionis scit, scit vt Deus. ergo non potest pœnitens ei dare licentiã, vt loquatur homo, quia iam forus internus pœnitentiæ mutabitur in externum, & forus poli in forum soli ad arbitrium pœnitentis. Tertiò, quia licèt possit pœnitens cedere iuri suo, non tamen potest cedere iuri sacramenti, cùm hoc sigillum sit introductum ex primatia Christi institutione in religionem Sacramenti, secundariò verò in fauorem pœnitentis.

2. Verùm contrariæ sententiæ tanquam communiori adhæreo, quam tuetur D. Thom. *in 4. dist.* 21. *q.* 3. *art.* 3. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 9. *dub.* 6. *num.* 125. Vasq. *in 3. p. tom.* 4. *q.* 93. *a.* 4. *dub.* 7. Suar. *in 3. p. tom.* 4. *disput.* 33. *sect.* 5. *num.* 8. Vasq. *q.* 93. *a.* 4. *dub.* 5. Ochagau. *de Sacram. tr. de sigillo, q.* 5. *num.* 3. Præpos. *in 3. p. q.* 11. *de sigillo, dub.* 6. *num.* 43. Hurtad. *de Sacram. disp.* 12. *de pœnit. diffic.* 6. Couarr. *in* 4. *Decret. p.* 2. *c.* 8. §. 12. & ratio est, quia secretum sigilli licèt fuerit imperatum in dignitatem ipsius Sacramenti, principaliter tamen & primo loco fuit imperatum in fauorem personæ confitentis, vt facilis & suauis reddatur confessio, ergo eo ipso quòd quis cedit iuri suo, non fit iniuria sacramento, sicut si quis sub iuramento promittat alicui centum, & ille postea remittat promissionem, tollitur omnis obligatio seruandi promissionem, quia hæc principalius ordinatur in fauorem personæ, cui promittitur, quàm in Dei cultum & reuerentiam, quæ licentia debet esse spontanea, & expressa sufficienter.

3. Notandum est tamen hîc non sufficere quamcumque licentiam, præsumptam, interpretatiuam, virtualem, etiam in bonum ipsius pœnitentis, ad reuelandum sigillum confessionis, sed requiri formalem, atque expressam, Ita DD. penes Fagundez *pr.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *num.* 14. qui etiam *n.* 18. rectè notat, pœnitentem posse reuocare hanc licentiam quoties voluerit etiam absque vlla causa, quia dominus est illius actus.

Super hoc bono pœnitentis vide supra doctrinam Res. 27.

4. Nota etiam quòd licentia expressa pœnitentis manifesta ad peccata audita in confessione debet esse libera & spontanea, non vi, iniuria, aut dolo extorta, imò neque per preces importunas, adde neque per metum reuerentialem ipsius Cõfessarij obtenta. Ita Fagundez *loc. cit. num.* 21. & Henriq. *lib.* 3. *de pœnitem. cap.* 23. *num.* 1. *in fine.* nam in dictis casibus licentia erit nulla, & Confessarij propriè frangerent sigillum, Vnde Magistri Nouitiorum, vel alij Superiores, aut quicumque alij Confessarij aduertant quid faciant, quando licentiam petunt à pœnitentibus manifestandi aliqua delicta in confessione audita: nam, vt rectè obseruat Fagundez in nostro casu, sola præsentia & auctoritas Confessarij sine minis, & vultuum inuersionibus sufficiet ad inducendum metum reuerentialem, & vt non valeat licentia data cum eo metu ad reuelandam confessionem, tum propter reuerentiam, quam omnes solent habere erga Confessarios, quæ sine dubio excedit reuerentiam filiorum in parentes, tum propter reuerentiam Sacramenti, ne paulatim illius religio depereat. Hæc Fagundez. Vnde faxit Deus has licentias vtplurimum non esse inualidas. O quàm fœdè labuntur aliqui circa fractionem huius sacri sigilli!

Sup. his cursim cum Lotca infra in Res. 49. §. 1. in fine.

RESOL. XXXI.

An Confessarius, quando pœnitens dat ei licentiam reuelandi confessionem, debeat illam exigere in scriptis?

Et in prædicto casu, si dubitetur, an ea reuelatio fiat, vel non fiat de licentia pœnitentis, credendum sit testimonio Sacerdotis, & non pœnitentis? Ex part. 5. tr. 11. Res. 41.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 2. *cap.* 19. §. 1. *n.* 6. existimans licentiam in scriptis petendam esse à pœnitente

tente, ne si Sacerdos accusatus fuerit de reuelatione sigilli, detrimentum patiatur.

2. Sed haoc opinionem non approbat Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 33. sect. 5. num. 14.* & Fagundez *p. 1. lib. 4. cap. 1. num. 23.* & alij, quia esset valde periculosum & onerosum pœnitentibus; deinde in dubio an ea reuelatio fiat, vel non fiat de licentia pœnitentis, credendum est testimonio Sacerdotis, & non pœnitentis, vt docet Graffius *decis. aur. part. 1. lib. 1. cap. 23. num. 16.* Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 19. num. 10.* & alij. ergo, &c.

Sup. hoc supra in Res. 28. §. vlt. ad medium, à vers. Sed quid. & quoad hoc lege infra doctrinam Res. 60.

RESOL. XXXII.

In quadam ciuitate huius Regni, Confessarius, cum licentia pœnitentis in ordine ad consilium petendum, manifestauit cuidam Sacerdoti aliqua peccata, de quibus ipse postea cum aliquibus locutus est, quæsitum à me fuit tunc, an dictus Consiliarius fregerit sigillum confessionis? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Res. 14.

Sup. hoc in Res. seq §. 1. ad medium, à vers. Sequitur primo.

§. 1. Vicarius illius ciuitatis sententiam affirmatiuam tenebat, adducens Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 33. sect. 4.* Sed præter Suarex docet etiam hanc opinionem Pitigianus *in 4. sent. tom. 2. dist. 21. q. 2. art. 5.* Bonacin. *de Sacram. disp. 5. q. 6. sect. 5. punct. 3. n. 4.* Filliucius *in quæst. mor. to. 1. tr. 7. c. 11. quæst. 4. n. 523.* Syluius *in addit. ad 3. part. D. Thomæ, q. 11. a. 2. §. 3.* Fernandez *in exam. Theol. moral. p. 3. c. 6. § 6. n. 26.* & alij. Probatur hæc opinio tribus modis. Primò, ait Pitigianus, & Suarez, Consiliarius in hoc casu participat actum clauium, scilicet quoad clauem scientiæ, & supplet defectum ministri, ita vt ex vtroque quasi coalescat minister, habens omnia necessaria ad hoc munus. Ergo tenetur ad sigillum.

2. Secundò, asserit Bonacina, & alij, peccata audita in confessione ad quemcunque transeunt, cum obligatione, & onere sigilli confessionis; quia, vt habetur *in cap. pastoralis, de decimis,* obligatio sequitur rem ipsam, & non personam, sic res pignorata transit ad quoscunque cum suo onere, quia obligatio rei pignoratæ, priùs afficit rem ipsam. Et tandem probatur tertiò, quia pœnitens ea conditione licentiam concedit, vt tamen maneat secretum sub sigillo confessionis.

3. Sed licèt hæc opinio si probabilis, probabilior tamen contraria mihi semper visa est; quam mordicus tuetur Vasq. *in 3. p. tom. 4. q. 93. a. 4. dub. 2. n. 10.* Onuphr. *opusc. de sigillo, sect. 3. q. vnic. dub. 6. fol. mihi 226. §. sequitur primò.* Nugnus *in addit. ad 3. p. q. 11. ar. 1. fol. mihi 347. col. 1.* & ex nostra Religione P. Megala *in 1. p. lib. 1. c. 16. n. 6.* Et ratio est, quia Consiliarius iste accipit notitiam peccatorum non ab ipsa confessione, quasi sigillata, sed ab ipso pœnitente, ac si ipse referret: (quia idem est, si de consensu illius referat Sacerdos:) iam verò non nouit ex confessione pœnitentis, sed relatione facta extra confessionem ab ipso pœnitente, vt à Sacerdote de consensu illius, quod idem est ac si ipse referret; quod verò ita refertur, nec in confessione, neque ex confessione refertur. Ergo non oritur obligatio sigilli confessionis.

4. Restat modò respondere ad argumenta opposita. Ad primum respondetur ex Megala, quòd licèt reuera consilium ordinetur ad claues: attamen consulere peritiorem, non est pars clauium, nec pars confessionis, sed tantùm instructio est. Confessarij, vt possit legitimè munus suum exercere. Ergo.

5. Ad secundum respondetur, diuersam esse rationem obligationis in re pignorata, & sigillo confessionis: quia obligatio rei pignoratæ, non est obligatio præcepti, sed obligatio quæ fit creditori, vt in eam rem habeat prælationem ad sui solutionem, & ideo obligatio priùs afficit rem vnde debet fieri solutio: & quomodocunque transeat ad aliquem, semper transit cum isto onere. At verò obligatio sigilli, est obligatio præcepti, quod licèt feratur de re aliqua facienda, vel non facienda, tamen non obligat rem ipsam; quia persona est, quæ tenetur operari secundùm illud præceptum. Ob id non est accipienda ratio obligationis ex ipsa quæ transit ad alios, sed in ordine ad personam: quare quando quis peccata cognouit ex ipsa confessione, tenetur sigillo, quia tunc semper est respectus in fauorem pœnitentis. Quando verò innotescunt, noua confessione sacramentali, nó est aliqua obligatio sigilli. Ergo, &c.

6. Ad tertium respondetur, non esse in potestare pœnitentis apponere obligationem sigilli, nisi quando obligatio nascitur ex ipsa confessione. Ex his tunc consului, supradictum Sacerdotem non fregisse sigillùm confessionis, sed tantùm secretum naturale. De hac tota quæstione vide Coninch *de Sacr. disp. 9. dub. 3. à n. 38. vsque ad 5.*

RESOL. XXXIII.

An cum Sacerdos de licentia pœnitentis reuelat aliis peccatum, illi alij teneantur ad sigillum?

Et docetur Doctorem, Consiliarium, aut Confessarium, cui ex licentia pœnitentis peccatum, & persona eiusdemmet pœnitentis manifestatur obligari sacro Sigillo.

Et in §. vltimo huius Resolutionis cursim explanantur alij septem casus & personæ, in quibus omnes tenentur ad sigillum. Ex part. 5. tr. 11. Res. 11.

§. 1. Negatiuè respondet Vasq. *in 3. part. tom. 4. q. 93. ad 4 dub. 2. n. 10.* Kellisonius *tom. 2. in 3. part. q. 11. art. 3. dub. vnic.* Megala *in 1. part. lib. 1. cap. 16. num. 6.* Valboa de Magrouieju *tom. 2. lect. Salmat. in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. n. 67.* Mæratius *in D. Thomam, tom. 3. tract. de sacr. Pœnit. disp. 32. sect. 3. num. 3.* & Hurtado *de Sacrament. disp. 12. de pœnit. diffic. 3.* asserentes eum, cui absque licentia pœnitentis facta est reuelatio, teneri sigillo confessionis, quia tunc cognitio peccati tantùm habet ortum ex confessione sacramentali, quia pœnitens id tantùm dixit in confessione sacramentali. Eum verò, cui facta est reuelatio peccati ex licentia pœnitentis, non teneri sigillo confessionis, sed tantùm secreto naturali iustitiæ, quia iste non cognouit peccatum ex confessione sacramentali adhuc remotè & mediatè, sed tantùm ex narratione non sacramentali, qua pœnitens concedens licentiam ad reuelandum peccatum ait siue expressè, siue implicitè: Hoc peccatum, quod feci, & tibi confessus sum, me fecisse reuela. Et hanc opinionem tenet etiam Onuphrius *opusc. de sigillo, sect. 3. q. vnic. dub. 6.* vbi ita ait. Sequitur primò Confessarium, si illi pœnitens dederit facultatem, vt petat consilium de peccato confesso, ipse verò adeat aliquem, & ex licentia habita reuelet peccatum simul & personam, non teneri nisi solo secreto naturali ad peccatum reticendum: rationem iam innuimus suprà, quia facultas pœnitentis non solùm est vt peccati notitia extendatur ad Consiliarium, sed etiam vt præterea tollatur Confessario obligatio sigilli, ita vt inde res relinquatur suæ naturæ, & sicut res ex natura sua nullo addito sacramento solùm erat sub secreto naturali, sicut & quod reuelatum est Consiliario à Confessario de licentia pœnitentis relinquitur suæ naturæ, & consequenter sub solo secreto naturali: nam, vt iam constat ex dictis,

Sup. hoc consilio ià è in Res. præterita.

ex licentia pœnitentis fit vt materia, quæ antea solùm erat materia confessionis, non ampliùs talis sit, vnde remaneat in sua natura, consequenter solùm sub naturali secreto, quare si deinde Consiliarius loquatur de eo, quod habuit à Confessario, vt daret consilium, frangeret solùm secretum naturale, non autem sigillum.

2. Sed hæc opinio maximè mihi displicet, quia tales non cognoscunt peccatum, nisi ex vi notitiæ confessionis, in qua fundatur Sacerdos reuelans, ergo peccatum cadit sub sigillo. Tum, quia res semper transit ad alium cùm suo proprio onere, tum quia non est credendum pœnitentem dedisse huiusmodi facultatem nisi cum onere sigilli. Vnde Confessarius eo modo reuelans tenetur modum suæ cognitionis explicare, vt alij seruent secretum debitum sacramento Pænitentiæ. Et ita docet Pitigianus *in 4. sent. to. 2. dist. 21. q. 2. art. 5.* Turrian. *de pœnit. disp. 33. dub. 2.* Ochagauia *de Sacr. tr. 3. de sigillo conf. q. 5. n. 5.* Fagundez *pr. 2. lib. 6. c. 5. n. 10.* Moscoso *in sum. tr. 7. c. 15. n. 7.* Cœlestin. *in comp. Theol. mor. tract. 1. cap. 17. n. 3.* Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 33. sect. 4. n. 6.* Tolet. *lib. 3. c. 16. n. 13.* Sà *v. r. C. fessor. n. 30.* Henriquez *lib. 6. c. 20. n. 3. in glossa lit. S.* & Præpositus *in 3. p. q. 11. de sigillo confessionis, dub. 4. num. 37.* Vnde ex his apparet contra Onuphrium, Vasquez & Kellisonium, Doctorem, seu Confessarium, cui ex licentia pœnitentis peccatum & persona eiusdem manifestatur pœnitentis manifestatur obligari sacro sigillo, quia talis Doctor huiusmodi notitiam comparauit ex confessione, nec ei data est facultas respectu aliorum vtendi ea notitia, Assumptum probatur. Pœnitens non aliter crimen aperuit, quàm in confessione, & non aliter veniam dedit alteri aperiendi, quàm in ordine ad hoc sacramentum & vt Doctor suppleat aliquo modo defectum scientiæ Confessarij, & vt Confessarius pœnitentem in hoc sacramento possit dirigere. ergo Doctor censendus est eam notitiam habere ex ipsa confessione, & in ordine ad claues, seu vt Confessarius debitè suo munere in hoc sacramento fungatur.

3. Notandum est tamen esse etiam personas alias, quæ ad sigillum confessionis tenentur. Dico primò teneri ad obligationem sigilli Sacerdotem excipientem confessionem. Secundò laicum, qui se gerit tamquam Sacerdotem, Tertiò interpretem, qui est instrumentum pœnitentis, & qui proximè concurrit ad explicationem peccatorum, Quartò eum, qui culpatè audiuit alterius confessionem, & multo magis eum, qui sua culpa audiuit, vt qui se furtiuè ingessit ad audiendum, Quintò eum, qui peccatum audiuit ex Confessario absque licentia pœnitentis. Sextò eum, qui alterius rudis confessionem describit, vt si pœnitens petat ab aliquo peccata sua describi, vt ea meliùs possit in confessione recensere, quia hoc modo inchoatur confessio. Septimò Superiorem, cui vel ante, vel post confessionem explicatur casus reseruatus pro authoritate eum absoluendi. Et hæc omnia docet Ioannes Præpositus *in 3. p. D. Thoma, q. 11. de sigillo confessionis, dub. 4. à n. 32. vsque ad n. 35.* Sed de aliquibus personis ex supradictis in particulari inquirendum esse puto. Quæro igitur:

Sup. hoc secundo magis late infra in Resol. 36. & pro tertio cōtento in hoc §. infra in Resol. 39. & pro quarto in Resol. 37 & pro quinto in Resol. 41. & in aliis earum notationum. Sup. hoc septimo supra in Resol. 13. §. vlt. post medium, à vers. Aduerte.

RESOL. XXXIV.

An si pœnitens confiteatur cum laico existimans posse in absentia Sacerdotis absolui, teneatur laicus celare peccata audita sub Sigillo? Ex part. 11. tr. 11. Resol. 13.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Petrus de Ochagauia *de Sacr. tr. 3. de sigillo quæst. 1. num. 6.* vbi sic ait: Quòd si laicus confiteatur laico ex deuotione, quamuis vera censeatur, propter ignorantiam, confessio, non tenetur audiens seruare sigillum confessionis, quia neque est Sacerdos, neque talis existimatur, ignorantia enim iuris non sufficiet ad obligandum ad secretum sigilli, sicuti ignorantia facti, quare ille laicus poterit in aliquo casu reuelare peccatum, quod non posset Sacerdos Confessarius. Ita ille, & post illum Tanner. *Tom. 4. disp. 6. q. 9. dub. 6. num. 139.*

Sup. hoc in Ref. præteri a §. vlt. cursim in v. secundo in fi cum. & in Ref. seq.

2. Verùm ego adhæreo contrariæ sententiæ, quam docet doctus Hurtado *de Sacram. disp. 11. diff. 3.* vbi ita asserit: Si pœnitens confiteatur laico, existimans eum posse in absentia Sacerdotis Confessarij absoluere, tunc laicus ille tenetur sigillo confessionis, (non minùs quàm qui se finxit Confessarium) quia tunc cognouit peccatum ex confessione intentionaliter sacramentali, Sic doctissimus Hurtado. Cui etiam addendus ex eadem Illustrissima Religione Societatis Iesu Ioannes Præpositus *in 3. par. q. 11. de sigillo, dub. 2. n. 22.* vbi sic asserit. Si quis confiteatur non Sacerdoti etiam laico, bona fide putans esse Sacerdotem, inducitur sigilli obligatio, quamuis enim talis confessio à parte rei non sit sacramentalis, prudenti tamen æstimatione putatur talis à pœnitente, cùm error circa ministrum non sit formalis, & circa conditionem ministri, sed solùm materialis, & facti, qui error non debet tollere obligationem sigilli, & nocere pœnitenti bona fide procedenti. Hæc ille, nec aliter sentiendum puto.

Sup. hoc in Resol. prima post seq & supra in Ref. 4. cursim in fine & in Ref. 33. §. vlt. ad fin. 4. v. Secundo.

RESOL. XXXV.

An laicus, si ex necessitate audiat alienius confessionem, teneatur ad Sigillum?

Idem à fortiori dicendum est de laico, cuius pœnitens voluit simul cum Sacerdote audire confessionem ad maius erubescentiæ meritum.

Et notatur, quod in supradicto casu, etiam si laicus non teneatur ad Sigillum confessionis, tenetur tamen maximo secreto naturali, neque pro aliqua causa debet illud infringere, etiam adhibito iuramento, & potius tenetur mortem subire, quam secretum illud natu ale aliquo modo violare.

Sequitur etiam huiusmodi laicum assumptum à pœnitente loco Sacerdotis, etiam si audiat delictum aliquod ex confessione illius, non posse tamen à iudice compelli ad illud iudicialiter manifestandum, neque in eo iudicem posse fundare inquisitionem aliquam? Ex part. 5. tr. 11. Resol. 14.

§. 1. Negatiuam sententiam tenent communiter recentiores, Pitigianus *in 4. sent. to. 2. dist. 21. quæst. 2. art. 3.* Hurtado *de Sacrament. disp. 11. de pœnitent. diffic. 3.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 93. art. 4. dub. 2.* Suarez *disp. 33. sect. 2.* Coniock *de Sacrament. disp. 9. dub. 1. num. 4.* Henriquez *lib. 3. de pœnitent. cap. 19. num. 8.* Toletus *lib. 3. cap. 16. num. 5.* Sotus *in 4. d. sp. 18. quæst. 4. art. 7.* & alij. Et ratio est, quia talis laicus non cognouit peccatum ex confessione sacramentali adhuc intentionaliter, quia non fuit facta vero iudici. Et à fortiori idem dicendum est cum Maldero *tract. de sigillo, cap. 13.* de eo laico, cuius pœnitens voluit simul cum Sacerdote audire confessionem ad maius erubescentiæ meritum, non enim teneretur ad sacrum sigillum sacramenti Confessionis.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in ale §. eius annot

Sup. hoc infra in Ref. 39. cursim in fine.

2. Sed his non obstantibus Fagundez *precept. 2. lib. 6. cap. 6. numer. 5.* ex Graffio, Viualdo, Adriano, Paludano, Nauarro & aliis, docet in tali casu laicum teneri ad sigillum confessionis, quia simul ac confessio fit in forma sacramentali, & ad modum sacramentalis confessionis adnexam habet obligationem sigilli, nam sigillum introductum fuit

& in

& in honorem ac venerationem sacramenti, & in fauorem pœnitentium, & fauores sunt ampliandi, ita vt non solùm intelligantur de sacramentali confessione, sed etiam de illa, quæ ad modum confessionis sacramentalis fit, cum dolore, & pro necessitate, siue fiat laico, siue non. Ita Fagundez, qui respondet ad argumenta, quæ pro negatiua sententia adducit Suarez.

3. Notandum est tamen cum Onuphrio *opusc. de sigillo, sect. 3. q. vnic. dub. 5.* quòd licèt supradicta opinio negatiua esset vera, tamen in tali casu laicum, etiamsi non teneatur sigillo sacramentali, teneri tamen maximo secreto naturali (loquimur autem in casu, quo laicus assumitur loco Sacerdotis) neque pro aliqua causa debere illud infringere, etiam adhibito iuramento, & potiùs tenetur mortem subire, quàm secretum illud naturale aliquo modo violare. Sequitur secundò huiusmodi laicum assumptum à pœnitente loco Sacerdotis, etiamsi audiat delictum aliquod ex confessione illius, non posse tamen à iudice compelli ad illud iudicialiter manifestandum, neque in eo iudicem posse fundare inquisitionẽ aliquam: & ratio est, quia delictum illud sic auditum, nõ pertinet ad forum externum alicuius iudicis, vnde non potest de illo aliquo modo inquisitio fieri à iudice etiã Ecclesiastico. Sed ex his oritur alia difficultas.

RESOL. XXXVI.

An qui se fingit Sacerdotem teneatur ad sigillum? Ex part. 5. tr. 11. Res. 15.

Super hoc in Res. prima post præteritam §. vlt. post medium. vers. Si quis. & supra in fine Res. 4. & in Res. 33 § vlt. ad nu. 4. vers. secundo.

§. 1. HViusmodi fictum Sacerdotem non teneri nisi secreto naturali ad celanda ea, quæ ex tali confessione audiuit, tradit Toletus *lib. 3. c. 6. numer.* 13. cum aliis. Et ratio est, quia confessio facta coram ficto Sacerdote non est Sacramentalis, ergo neque potest habere sigillum, neque obligare alios ad sigillum Sacramentale. Et hanc opinionem tenet nouissimè Onuphrius *opusc. de sigillo, sect. 3. q. vnica, dub. 4.* vbi probat confessionem sacramentalem, & consequenter ad sigillum duo requiri. Primùm, vt fiat confessio coram habente auctoritatem; secundum, vt fiat à pœnitente animo percipiendi sacramentum. Vnde in aliqua confessione, licèt ex parte pœnitentis sit animus percipiendi sacramentum Pœnitentiæ, & alia omnia, quæ penes pœnitentem requiruntur, si tamen deficiat primum, quod maximè requiritur, auctoritas scilicet ex parte audientis, non erit confessio sacramentalis, & consequenter neque sigillum, propriè, & formaliter loquendo, & contrà si pœnitenti non sit animus percipiendi sacramentum, sed potiùs sit animus contrarius illudendi, scilicet Confessarium, neque sit illi aliqua mens pœnitendi, etiamsi sit auctoritas in audiente, neque erit confessio sacramentalis. Quare ad confessionem sacramentalem tantùm illa duo videntur necessaria, vt scilicet fiat à pœnitente animo percipiendi sacramentum, & præterea quòd maximè requiritur, vt fiat coram habente iurisdictionem.

2. Verùm licèt hæc opinio olim mihi arriserit, nunc contraria placet, quam tuetur Valboa de Magrouiejo *in lect. Salmat. tom. 2. cap. omnis vtriusque sexus, num.* 64. Mæratius *in D. Thomam, tom. 3. tract. de sacram. Pœnit. disp. 32. sect. 2. num..* Raynaudus *de monitor. part. 3. cap. 3. quæst. 4.* Suarez *in 3. parte, tom. 4. disp. 33. sect. 2. n. 3.* cum D. Antonino, Soto & Adriano, quibus ego addo doctum Ochagauiam *de Sacramentis, tract. 3. de sigillo confessionis, quæst. 2. n. 4.* vbi sic ait. Hinc sequitur cum communi sententia eum, qui fingens se esse Sacerdotem Confessarium, cùm bona fide pœnitentis audit confessionem, teneri ad sigillum. Probatur, quia pœnitens confitetur bona fide & intentione sacramenti efficiendi: ergo debet ei seruari sigillum, aliàs ipsi sacramento & pœnitenti maxima fieret iniuria, quæ omnia necessaria sunt vt sacramentum de se onerosum, suaue reddatur. Dicendum est igitur ad obligationem sigilli non requiri confessionem esse ex omni parte absolutam, & perfectam, nam licèt pœnitens non absoluatur propter indebitam dispensationem, si tamen habeat animum recipiendi verum sacramentum, & ex tali animo confessus est, tenetur Sacerdos ad seruandum sigillum, aliàs maximè retraherentur homines à confessione: ergo, &c.

RESOL. XXXVII.

Sup. duobus primis diffic. huius tituli supra eum sim in fine R. 14. & in Res. 33. § vlt. vers. Quarto eum.

An qui casu audiuit peccata alicuius, teneatur ea non manifestare sub sigillo?

Et quid, si ex industria quis audiuit alterius confessionem sacramentalem?

Idem est dicendum de eo, qui intelligit mutum per nutus, & signa, vel quempiam Iudastrum alius confitentem. Ex part. 5. tr. 11. Res. 16.

§. 1. VIguetius & Tabiena asserunt tam illum, qui casu quàm qui ex industria accedit, teneri ad celandum sub peccato mortali, non tamen propriè sigillo sacramentali, sed secreto quodam per participationem sacro. Sotus *in 4. dist. 18 quæst 14. art. 5.* ait. Si quis casu audiat peccata confessa, quia fortè pœnitens reciret alta voce, teneri illa sub mortali peccato celare secreto naturali, non sacramentali; si verò ex industria audiat, teneri tunc ad sigillum, & grauiter puniendum esse, si illa reuelet aliis, non tamen puniendum esse iis pœnis, quæ infliguntur à Canone: & ita Tannerus *tom. 4. disput. 6. quæst. 9. dub. 6. num.* 134. docet, casu audientem confessionem teneri inuiolabili secreto, non tamen sacro sigillo.

2. Sed affirmatiuam sententiam tuendam esse puto. Dico igitur quòd siue ex industria, quis audiat alterius confessionem sacramentalem teneri sigillo ad illam celandam. Et ita asserunt Doctores, quos citat Onuphrius *opusc. de sigillo, sect. 3. quæst. vnica, dub. 3.* quibus ego addo Fabrum *de pœnitent. in 4. sent. dist. 19. quæst. vnica, disput. 34. cap. 2. numer.* 19. Pitigianum *in 4. tom. 2. dist. 21. quæst. 2. art. 5.* Megala *in 1. part. lib. 1. cap. 16. num. 5.* Valboam de Magrouiejo *in lect. Salmat. tom. 2. c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. num. 63.* Mæratius *in D. Thomam, tom. 3. disp. 32. sect. 2. num. 1.* Fagundez *precept. 2. lib. 6. cap. 6. num. 25.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disput. 33. sect. 4. num. 7.* Moscou *in summa, tract. 7. cap. 15. num. 5.* Cœlestinum *in compend. tract. 1. cap. 17. num. 3.* Reginaldum *tom. 1. lib. 3. cap. 3. num. 26.* Kellisonium *tom. 2. in 3. part. quæst. 11. art. 5. dub. vnico.* Præpositum *in 3. part. quæst. 11. de sigillo. dub. 4. num. 33.* Granado *de Sacramentis, controu. 7. tract 11. disp. 4. num. 1.* Maldetum *tract. de sigillo, cap. 14.* Mercerum *de Sacramentis, in 3. part. quæst. 11. art. 3.* & Hurtadum *de Sacramentis, disp. 12. de pœnit. diffic. 3.* Probatur hæc opinio contra Sotum, quia sic audientes confessionem, siue casu, siue ex industria cognoscunt peccata ex confessione sacramentali: ergo obligantur ea celare sub sigillo. Deinde res transit cum suo onere: ergo cùm confessio in se contineat sigillum, ad quemcumque transeat, semper transit cum hoc sigillo; ergo vel ille, qui audit confessionem alterius, audiat casu, vel industria, qui audit confessionem,

sionem, sequitur quòd semper remanet obligatus ad sigillum illius. Confirmatur, quia aliàs hoc sacramentum meritò redderetur graue, si contingeret non obligari sigillo eos, qui vel casu, vel etiam sua culpa peccata in confessione audiunt, cùm confessio homini instituenda huiusmodi casibus possit esse obnoxia. Nota etiam cum Maldeto *tr. de sigillo, c.* 13. idem dicendum esse de eo; intelligit mutum per nutus, & signa, vel quempiam sub *destro* altiùs confitentem. nam sic confitẽs non intendit publicè confiteri, sed secretò.

3. Vnde ex his nouissimè Io. Henriquex *in compend. cas. mor. cap.* 46. *num.* 12. sic asserit: [El hombre que sin querer, o queriendo oyò algun pecado de algun penitente que se estaua confessando, està obligado a guardar el secreto con el mismo rigor que el Confessor. Y si con todo esso dixere a otras personas lo que oyò en confession, quedan todos obligados a callar debaxo de la misma obligacion que el Confessor; y si la malicia vuiesse llegado a que el ombre que oyò a vn delinquente confessar vn delitto, se vuiesse querellado ante algun juez deste delitto, no deziendo que lo oyò confessar, queda obligado el juez, despues que supo que se tuuo noticia del delitto por confession a no proceder en la causa, y a guardar el secreto, como si lo vuiesse oydo en confession, y a dar por nulo todo lo actuado.] Sic ille.

Sup. his infrà in Res. 41. §. vlt. ad mediũ, à vers. Si Cõfessor. & in aliis eius annot.

Sup. hoc Iudice infra in Resol. 43. §. Vnde. & in aliis eius not.

RESOL. XXXVIII.

An quando quis coram multis confitetur, vt in naufragio, aut tempore pestis, teneantur omnes, qui audiunt, ad Sigillum?

Et an Confessarius teneatur ad Sigillum respectu eorum, qui simul secum peccata audierunt?

Sed aduertitur, quod si plures Confessarij confessionem audierunt quacunque occasione, non posse postea inter se loqui de alienis peccatis; neque alij inter se, neque cum ipso Sacerdote id poterunt licite facere, sed tenentur omnes ad Sigillum, qui alterius peccata, dum confitetur, audiunt, siue licitè, siue illicite, siue mediate, siue immediate audiant? Ex part. 5. tr. 11. Res. 23.

Sup. hoc quod hic supponitur supra in tr. 4. Res. 46. §. 1. & 2. & in aliis eius primæ annot.

§. 1. SVppono cum Ioanne Henriquez *in compend. cas. cas. moral. c.* 33. *n.* 16. [Quòd quando los que nauegan padecen gran tempestad con peligro proximo de perderse el nauio, y quando actualmente se estan pleando en guerra, puede cada vno dezir alguuos pecados, y luego ser absuelto y si el peligro fuera tan grande que no diere lugar à que cada persona en particular pueda confessar algunos pecados, pueden todos juntos confessar algunos, y dolerse dellos, y luego el Confessor los ha de absoluer a todos juntos, deziendo]; Ego vos absoluo à peccatis vestris, in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti, &c.

Sup. hoc in Resol. annot. præteritæ, & supra in tr. 3. Res. 123 vers. Tertio. & in tr. 4. ex Res. 3. §. 1. in fine & in Res. 47.

2. Hoc supposito Medina *Cod. de confess. quæst.* 51. & Viualdus *in Candel. part.* 1. vbi de sigillo, *num.* 38. existimant huiusmodi Confessarium non teneri ad sigillum respectu eorum, qui simul secum peccata audierunt; teneri verò quoad alios; & ita tenet etiam Henriquez *lib.* 3. *de pœnitentia cap.* 21. *num.* 1. vbi sic asserit: Quando ex causa publicè fit confessio, vt olim mos erat, non tenetur Confessarius ad sigillum. Sic ille.

3. Sed hæc opinio non est tenenda, quod probatur ex doctrina Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disput.* 33. *sect.. numer.* 3. vbi asserit quòd si plures Confessarij confessionem audierint quacumque occasione non posse postea inter se loqui de alienis peccatis, quia si nec licet loqui cum ipso pœnitente absque expressa illius licentia, multominùs licebit loqui cum aliis, etiamsi notitiam confessionis habeant. Vnde à fortiori dicendum est, neque alij inter se, neque cum ipso Sacerdote id est poterunt licitè facere, tenentur namque ipsi ad sigillum in tali casu. nam, vt suprà probatum est, & docet Richardus & Scotus, quos citat & sequitur Angelus *ver. Confessio, vltim. num.* 16. Armilla *ver. Confessio, num.* 8. & alij, tenentur ad sigillum, qui alterius peccata, dum confitetur, audiunt siue licitè, siue illicitè, siue mediatè, siue immediatè audiant, & omnia supradicta docet etiam Fagundez *prec.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 1.

Supra in Res. not. seq.

Sup. his infra in Res. 41. per totam & signantes §. vlt. ante medium. à v. Si Confessor. & in aliis eius not.

RESOL. XXXIX.

An interpres teneatur celare peccata sub Sigillo sacramentali?

Et curfissime asseritur eos, qui sponte à pœnitente, & sine necessitate adhibentur ad audienda peccata non obligari Sigillo? Ex part. 5. tractat. 11. Resolut. 48.

§. 1. NEgatiuam sententiam docet Victoria §. 171. Caietan. *in sum. ver. Confessio, cond.* 11. Sotus *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 5. §. *per hoc respondetur*, & alij, negãtes simpliciter interpretẽ teneri sigillo sacramẽtali, sed secreto naturali. Probatur hæc opinio, quia in ea confessione interpres tenet se ex parte pœnitentis, & ideo sicut nõ tenetur pœnitens sigillo, sic neq; interpres eodem tenebitur. Deinde illa confessio per interpretem nullo modo est necessaria. quare neque etiam poterit obligare ad sigillum, & ita hanc sententiam tenet Tannerus *tom.* 4. *disp.* 6. *quæst.* 9. *dub.* 6. *n.* 134. vbi docet interpretem teneri inuiolabili secreto, non tamen sigillo sacramentali.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 9. Res. 49. §. Sed qu d. prope finem. & in Resol. 83. §. 1. in fine, & supra in hoc tr. in Res. 33 §. vlt. cursim in v. Tertio. & sepesius in tr. 3. Res. 78. §. vlt. ad medium. à vers. quis interpres.

2. Verùm his non obstantibus prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto, quam tenent Scotus, Richardus, Rosella, Syluester, S. Anton. Medina, Nauar. Philiarchus Toletus, quos citat & sequitur Onuphrius *opusc. de sigillo sect.* 3. *quæst. vn. dub.* 21. quibus ego addo Valboam Magrouejo *tom.* 2. *lect. Salmat. in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remis. numer.* 62. Turrianum *de pœnit. disp.* 33. *dub.* 1. Mæratium *in D. Thomam tom.* 3. *tract. de pœnit. disput.* 32. *sect.* 2. *num.* 8. Raynaudum *de Monitor. part.* 1. *cap.* 3. *quæs.* 4. Fagundez *pr.* 2. *lib.* 6. *cap* 6. *num.* 17. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 9. Ioan. Henriquez *in compen. cas. moral. cap.* 47. *num.* 11. Moscosu *in sum. tract.* 7. *cap.* 15. *num.* 5. Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *disp.* 33. *sect.* 4. *num.* 4. nostrum doctum & charissimum Trimachi. *de Confess. sollicit. disp.* 7. *sect.* 4. *num.* 8. Cælestinum *in compen. tract.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. Reginaldum *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 26. Kellisonium *tom.* 2. *in* 3. *part. quæst.* 11. *art.* 3. *dub. vn.* Mercetum *de Sacr. in* 3. *part. quæst.* 11. *art.* 3. Pitigianum *in* 4. *sent. tom.* 2. *dist.* 21. *quæst.* 2. *art.* 5. Fabrum *de pœnit. in* 4. *sent. dist.* 19. *quæst. vn. disp.* 34. *cap.* 2. *numer.* 21. Præpositum *in* 3. *part. quæst.* 11. *de sigillo. dub.* 8. *num.* 32. Granado *de Sacram. in* 3. *part. contr.* 7. *tract.* 11. *disput.* 4. *num.* 1. Ochagauiam *de Sacram. tract.* 3. *de sigillo Confess. quæst.* 2. *num.* 1. Villalobos *in sum. tom.* 1. *tract.* 9. *diff.* 72. *num.* 5. & Hurtadum *de Sacram. disput.* 12. *de pœnitent. difficult.* 3. & ratio est, quia quamuis interpres non se teneat ex parte Confessarij, cui fit confessio, sed potiùs ex parte pœnitentis, quia pœnitens medio ipso interprete confitetur Confessario, subiicit suam confessionem illi, nihilominus cognoscit peccatum

tum pœnitentis ex confessione inchoatiuè sacramentali, quia etiam vt directa ad ipsum interpretem est inchoatiuè sacramentalis, quia medio ipso & per ipsum fit, & dirigitur ad Confessarium, & subiicitur clauibus, ac proinde reuelando peccatum irrogat iniuriam confessioni inchoatiuè sacramentali, ex quia illud cognouit. Hæc omnia Hurtado Complut.

3. Deinde cùm hoc sacramentum sit maximæ necessitatis, quod tamen interdum aliter quàm per interpretem non potest institui, pœnitentes maximum grauamen sentirent, si interpres non teneretur legibus sigilli, & id cederet in maximam ipsius sacramenti iniuriam, quod hac ratione redderetur odiosum. Ex his patet responsio ad primum argumentum. Ad secundum quòd confessio per interpretem non est necessaria, non valet, quia peccata venialia non sunt necessaria, & tamen tenetur ea Sacerdos seruare sub sigillo. Vnde Ochagauia *vbi supra*, inuehitur contra Coninch *de Sacram. disput. 9. dub. 3.* asserentem eos, qui sponte à pœnitente, & sine necessitate adhibentur ad audienda peccata non obligari sigillo.

Sup. hoc sup. in Ref. 35. §. 1. post medium, à vers. Et à fortiori.

RESOL. XL.

An si v. g. Petrus consulat ante confessionem virum doctum in ordine ad confessionem faciendam non cum illo, sed cum alio, teneatur dictus Consiliarius ad Sigillum?

Et docetur, quod si pœnitens virum doctum consulat, vt sciat, quomodo se praeparare debeat ad confessionem, non teneri virum doctum manifestare Prælato etiamsi sub excommunicatione præcipiat.

Ex quo cursim deducitur, quod quando obligatio tegendi est tantum secreti naturalis, & non Sigilli sacramentalis, tenebitur Confessarius manifestare sub excommunicatione rem sibi reuelatam, &c.? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 44.

§. 1. NEgatiuè respondet Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 33. sect. 4. num. 6. & sect. 2. num. 4. & 7.* Henriquez *lib. 3. cap. 21. num. 4.* & Aragon. *in 2. 2. q. 33. art. 7.* & alij, asserentes talem Consiliarium non teneri ad sigillum, sed ad secretum naturale, quia illa reuelatio non ex confessione, nec per confessionem fit, neque in eo casu Consiliarius talis participat casum clauium, cùm non ex confessione, neque per confessionem, sed ante confessionem sciat peccata manifestata; vnde est diuersa ratio inter hunc casum, & illum, in quo consilium petitur ab aliquo viro docto post confessionem factam.

2. Sed non desunt Doctores contrariam sententiam tenentes, & illam tenent Martinus Fornarius *in instit. Confess. lib. 1. tract. 1. cap. 3. num. 13.* & Fagundez *pr. 2. lib. 6. cap. 6. num. 13.* vbi citat Nauarr. & rationes adducit pro hac firmanda sententia, cui ego libenter adhæreo, fauet enim magis sacramento Confessionis, & non retrahit homines ab illo, imò trahit. Vnde opinio Suarez odiosum facit Sacramentum, nam, vt optimè contra illum obseruat Fagundez, quamuis huiusmodi Consiliarius nec ex confessione, nec per confessionem peccata sciat, scit tamen in ordine ad confessionem, & modo aliquo participat vsum clauis scientiæ quatenus dirigit pœnitentem ad Sacramentum, quæ quidem directio quamuis pœnitenti, fiat, suapte tamen natura tenet se ex parte Confessoris, & ad illum pertinet quatenus directot facit id, quod debuerat facere ipse Confessarius, si doctus ac prudens esset.

3. Ex his rectè Medina *lib. 1. c. 14. §. 36. ad finem* docuit, quòd si pœnitens virum doctum consulat; vt sciat quomodo se præparare debeat ad confessionem, non teneri virum doctum manifestare Prælato, etiamsi sub excommunicatione præcipiat, quia est via ad confessionem, quod est dicere teneri ad sigillum confessionis, nam si obligatio tegendi esset tantùm secreti naturalis, & non sigilli sacramentalis, tenebatur Consiliarius manifestare sub excommunicatione rem sibi reuelatam, secretum enim naturale non obligat cum damno alicuius, quando autem Prælatus præcipit sub excommunicatione, vt sibi res reueletur, ideò præcipit, quia damnum affert, sibi, vel aliis.

RESOL. XLI.

An, cui reuelata est iniustè confessio à Confessario, teneatur celare illa peccata manifestata sub Sigillo?

Et an omnes alij, qui ab isto, qui à Sacerdote audiuit, audierunt, & alij ab istis, & isti ab aliis; siue mediatè, siue immediatè; siue licitè, siue illicitè audierunt, omnes teneantur ad Sigillum confessionis? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 7.

§. 1. EX Medina respondet negatiuè Onuphr. *Opusc. de sigillo, sect. 3. q. vn. dub. 6.* docet enim eum, cui iniusto titulo reuelatur aliquid ex confessione, non teneri ad illud celandum, nisi secreto naturali, quia illa cognitio, quam habet is, cui iniustè facta est reuelatio, non est per se, & immediatè ex confessione sacramentali, sed omnino extra Sacramentum, ergo non potest obligare nisi ad secretum naturale, non ad sacramentale, quod solùm pendet ex confessione sacramentali. Sup. hoc supr. in Ref. 33. §. vlt. v. Quinto eum.

2. Sed prorsus contrariam sententiam tenendam esse puto cum Maldero *tr. de sigillo, c. 13.* Fagundez *pr. 2. lib. 6. c. 6. n. 26.* Suarez *in 3. p. tom. 4. disp. 33. sect. 4. num. 6. & sect. 5. num. 8.* Toleto *lib. 3. cap. 6. n. 13.* Pirigiano *in 4. sent. tom. 2. dist. 21. q. 2. art. 5.* Turriano *de pœnit. disp. 33. dub. 1.* Valboa de Mogrouiejo *tom. 1. lect. Salmat. in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remission. num. 67.* Mæratios *in D. Thomam, tom. 3. tr. de sacram. Pœnit. disp. 31. sect. 2. n. 2.* Marchantio *in resol. Pastor. de sacram. Pœnit. tract. 5. cap. 5. q. 3.* & Ochagauia *de Sacr. tr. 3. de sigillo, q. 2. num. 2.* vbi sic ait: Si Confessor iniquè reuelet alteri confessionem, omnis ille, qui audit, & omnis ille, qui habet notitiam comparatam ex confessione, mediatè, vel immediatè tenetur sigillo, quia notitia confessionis transit ad omnes cum onere sigilli, ne iniuria fiat Sacramento, & ne molesta reddatur confessio. Ita ille, qui citat Syluestr. & Nauarr. nec aliter sentiendum esse puto: vnde rectè Fagundez ex supracitatis Doctoribus *vbi suprà*, etiam asserit: Omnes alij qui ab isto, qui à Sacerdote audiuit, audierunt, & alij ab istis, & isti ab aliis tenentur ad sigillum, iuxta allegatos Doctores. Quamobrem rectè colligunt hanc vniuersalem & certam regulam, omnem notitiam comparatam ex confessione vel sic, siue mediatè, siue immediatè, siue licitè, siue illicitè comparata sit, manere sub sigillo sacramentali, nam sicut Confessarius non habebat ius reuelandi, nec illi qui confessionem audierunt, ius audiendi, ita non possunt illud iustè ad alios transferre. Sup. hoc supr. in Ref. 37. §. vlt. à lin. 6. v. si con todo. & in fine Resolut. 38.

RESOL. XLII.

An qui inuenit chartam, in qua scripta erant alicuius, peccata, teneatur illa abscondere sub Sigillo confessionis, siue iam confessio facta sit, siue adhuc facienda sit?

Et

Et an, si dicta peccata vergerent in damnum commune seu alicuius innocentis tertij, teneatur in tali casu repertor Charta illa peccata reuelare ad auertendum tale damnum?

Et si repertor supradicta charta moraliter certus sit non nisi leuia, & non infamantia peccata in ea esse ideoque curiositate legat, vel lecta aliis euulget, an debeat censeri peccare mortaliter, sicut Superior, aut Iudex, qui inuenta schedula peccatorum alicuius vellet contra illum inquirere, vel tantùm peccet venialiter? Ex part. 3. tr. 4. Res. 111. aliàs 112.

Sup. hoc in Res. seq.

§. 1. TEneri dicta peccata abscondere sub secreto naturali, non autem sub sigillo confessionis, docent Suarez *tom. 4. disput. 33. sect. 4. n. 5.* Coninch *de Sacram. disp. 9. dub. 4. n. 50.* Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 6. cap. 15. n. 19.* Henriquez *lib. 3. de pænit. cap. 20. num. 2. & in glossa littera M.* Megala *in 1. par. lib. 5. c. 16. n. 7.* Onuphrius *opusc. de sigillo confessionis, sect. 3. quæst. vnica, dub. 6 fol. mihi* 228. & alij penes ipsos. Et ratio est, quia etsi peccata illa descripta fuerint, aut sint futura materia remota confessionis, tamen non sciuntur primò, & immediatè ex sacramentali confessione; sed omninò ab extrinseco. Ergo non cadunt sub sigillo confessionis. Vnde ex his apparet, quòd si dicta peccata vergerent in damnum commune, seu alicuius tertij innocentis, teneretur in tali casu, vt notat Layman *vbi suprà*, qui dictam chartam inuenit, illa peccata ad auertendum tale damnum reuelare, nam secretum naturale, vt patet, non obligat cum damno alterius.

2. Sed ego contrariam sententiam sustinendam esse puto, & ita docent Fagundez *precep. 2. lib. 6. c. 5. n. 16.* Delrius *in disquis. magicis lib. 6. cap. 1. sect. 2.* Graffius, Vega, Viualdus, Nauarra penes ipsos. Idem etiam docet nouissimè Homobonus *de exam. Eccl. part. 1. tract. 5. cap. 21. quæst. 112.* Zanardus *in direct. confess. part. 1. de sacram. Pænit. cap. 29. dub. 3.* Rodriquez *in summ. tom. 2. c. 55. n. 4.* Berarducius *in summa corona, part. 1. cap. 3. n. 17.* & Malderus *tract. de sigillo confess. c. 13.* vbi sic asserit. Qui inuenerit descripta pœnitentis peccata, quæ litteris mandauit fortè memoriæ causa, vt ea exactiùs confiteatur, tenetur sigillo, siue iam confessio facta sit, siue adhuc facienda sit. Communis Doctorum ratio est, quia chartæ istius tenor est aliquid confessionis, & quasi confessio scripta, vt æquiparari possit charta illa modo, quo quis casu audit confessionem, est enim charta illa quasi internuntia iuuans memoriam confitentis, itaque censetur sigillata sacro sigillo. Ita Malderus. & rectè quidem; nam charta illa dici potest confessio inchoata: & si peccata illa sint confessa, iam effecta. Ideò firmius dicere possumus, cadere illa sub eodem sigillo, sicut illa, quæ aliquis reuelauit mihi ex dicto Confessarij vel ex auditione confessionis. Et licèt pro contraria opinione adsint DD. tamen nostra est amplectenda, quia fauorabilior est Sacramento.

3. Notandum est hîc obiter, Layman *in Theol. mor. lib. 4. tract. 6. cap. 15. n. 19.* asserere, quòd si dictæ schedulæ repertor moraliter certus sit, non nisi leuia, & non infamantia peccata in ea scripta esse, ideóque curiositate legat, vel lecta aliis euulget; vel non debet censeri plusquam venialiter peccasse, quia non violauit sigillum confessionis, sed tantùm naturale, cuius obligatio ob materiæ paruitatem minuitur. Ita ille. Sed ego puto ita facientem peccare mortaliter, & frangere sigillum confessionis, sicut Superiorem, vel Iudicem, qui inuenta schedula peccatorum alicuius, vellet contra illum inquirere, & punire. Vide Fabrum *in 4. sent. dist. 19. quæst. vnica, disp. 34. cap. 4. num.* 88. Reginaldum *in praxi, tom. 1. cap. 3. num.* 30. & alios communiter.

Sup. hac schedula lege §. Vnde. Resol. præteritæ annot.

RESOL. XLIII.

An qui inuenit papyrum, in qua erant peccata alicuius scripta teneatur ad Sigillum confessionis, siue iam confessio facta sit, siue adhuc facienda sit?

Ex quo solui possit, quid dicendum sit de illo, qui reperit libellum, in quo scripta sunt peccata alicuius?

Et quid, si charta scripta sit ad virum doctum ad petendum consilium pro confessione?

Ex quibus etiam sequitur, quod si iudex inuenisset peccatum rei schedula commendatum ad confessionem faciendam, tenetur iudex cessare ab inquisitione criminis, & non iuuari ex illa notitia, imò etiam si iam reum condemnasset conuinctum testibus, & postea intelligeret totam delationem vel accusationem ortam, fuisse ex Sigilli violatione, tenetur damnatum absoluere, & dimittere? Ex part. 5. tr. 11. Res. 27.

§. 1. NOn teneri dicta peccata tacere sub sigillo, sed sub magno secreto naturali, docet Tannerus *tom. 4. disp. 6. quæst. 9. dub. 6. num.* 131. Sotus *de secreto, quæst. 4. dub. 3. num.* 3. Bannez *in 2. 2. quæst. 33. artic. 8. dub. 5. conclus. 2.* Valb. a de Magrouiejo *to. 2. lect. Salmat. in cap. omnis vtriusq. sexus, de pæn. & remission. n. 65.* Martinus *in D. Thomam tom. 3. disp. 32. sect. 2. num. 4.* Marchantius *in resolut. Pastor. de Sacr. tr. 5. de Pænit. cap 4 q. 4.* Raynaudus *de Monitor. part. 1. cap. 3. quæst. 4.* Nauarra *de restitut. lib. 1. cap. 4 n.* 450. Ochagaina *de Sacr. tr. 3. de sigillo, quæst. 2. n. 2.* Granado *in 3. part. de Sacr. controuers. 7. tr. 11. disp. 4. n. 1.* quia illa charta non erat confessio, sed via ad illam. Et ideo hanc sententiam tenet Onuphrius *opusc. al. de sigillo, sect. 3. q. vnic. dub. 6.* vbi sic ait: Ex his solui posse quid sit dicendum de illo, qui reperit libellum, in quo sint descripta peccata alicuius, dicimus enim illum teneri ad celandum, quæ scripta peccata reperit, non sigillo sacramentali, sed secreto naturali. Et ratio est, quia etsi peccata illa descripta fuerint, aut sint futura materia remota confessionis, quia tamen non sciuntur primò & immediatè ex occasione sacramentali, sed omnino ab extrinseco, ideo qui sic reperit libellum illum, non videtur posse ligari, nisi solùm naturali secreto ad ea, quæ descripta reperit, celanda, non secus ac si quis peccatum alterius sciret aliter, quàm per confessionem. Vnde sequitur grauiter quidem illum peccaturum, si deinde cum aliis loquatur de illis, quæ sic descripta reperit in libello, ex Soto *vbi suprà.*

Sup. hoc in Resol. annot. seq.

2. Mihi verò magis placet opinio affirmatiua, quam docui cum multis Doctoribus *in 3. part. tractat. 4. resolut.* 112. quibus nunc addo Martinum Fernes *in speculo morali, part. 2. cap. 8. num.* 8. Faustum *de sacram. Pænitent. lib. 7. quæst.* 29. Fornarium *in Instr. Confessar. lib. 1. tract. 1. cap. 3. numer.* 13. Graffium *decis. aur. part. 1. lib. 1. cap. 23. num.* 43. solidas rationes pro hac sententia afferentes, quas omnino videbis; vide etiam Marchinum *de peste, part. 3. cap. 11. num.* 14.

Quæ hic est præterita.

3. Vnde ex his sequitur, vt optimè obseruat Fagundez *prec. 2. lib. 6. cap. 4. num.* 28. quòd si iudex inuenisset peccatum rei, schedulæ commendatum ad confessionem faciendam, tenetur iudex cessare ab inquisitione criminis, & non iuuari ea notitia, imò etiamsi iam reum condemnasset conuictum testibus, & postea intelligeret totam delationem, vel accusationem ortam fuisse ex sigilli violatione, tenetur damnatum absoluere & dimittere & ideo nostram sententiam, nempe inuenientes schedulam, in qua scripta sunt peccata, teneri ad sigillum, docet etiam Fagundez *loco citato, cap. 5. numer.* 16. quia si

Sup. hoc breuiter in Res. not præterita in fine, & supra in Resol. 37. cursim etiam in fine.

charta

charta scripta sit ad virum doctum ad petendum consilium pro confessione, assumitur ibi vir doctus tamquam persona necessaria ad perfectionem Sacramenti, non necessaria secreto; si verò tantùm scripta sit in subsidium memoriæ, iam potest dici confessio inchoatiua, vt patet, & quia saltem hæ rationes, & Doctores faciunt hanc rem dubiam; in dubio autem inclinandum est in fauorem sigilli & Sacramenti. Iam verò si peccata, inueniuntur scripta, iam sint confessa, cùm iam affecta maneant sigillo confessionis, firmiùs dicere possumus, cadere illa sub eodem sigillo, & transire semper cum suo onere sigilli: sicut enim illa, quæ mihi reuelauit aliquis, qui ea à Confessore audiuit teneor seruare sub sigillo, sic etiam tenebor seruare hæc peccata scripta, quæ iam fuerunt confessa sub eodem sigillo, cùm par sit vtrobique ratio. nam propterea illa peccata, quæ audio ab alio, teneor seruare sub sigillo, quia scio fuisse confessa, & quia vbi primùm confessioni subiecta fuerunt, ita affecta obligatione ac onere sigilli manserunt, vt semper transeant cum suo onere, & illud exuere nunquam possint, nisi de consensu confitentium, de eorum enim consensu possunt non solùm Sacerdotes, sed etiam quicumque alij loqui de huiusmodi rebus confessis, vt sæpè diximus. Ergo etiam propterea illa peccata, quæ fuerunt confessa, & scripta inueniuntur, affecta erunt prædicto onere, & obligatione sigilli, quia iam confessa sunt, & semel sub sigillo cesserunt, nam parum refert, quòd ego nesciam illa iam fuisse confessa, id enim per accidens est, & tunc incipient sub sigillo obligare, cùm id sciuerim.

RESOL. XLIV.

An quæ peccata non sunt, & aliis concernunt, teneatur Confessarius celare sub sigillo? Ex part. 5. tr. 11. Res. 38.

§. 1. SI confitens occasione suorum peccatorum, vtpotè tamquam circumstantias, aut obiecta, aut quia pro sua ruditate eùm non pertineant, putat ea pertinere ad explicationem suorum peccatorum aliqua talia secreta narret, existimant Doctores talia etiam comprehendi sigillo; si verò concomitanter solùm in confessione narrentur, tenetur Confessarius solùm secreto naturali, nisi fortè propter scandalum, quando putarentur ad confessionem pertinere, etiam aliquid admisceatur obligationis ipsius sigilli; & ita docet Malderus *tract. de sigillo, c.* 18. Probatur supradicta, & eùm responsio contineat tres partes, Primam probo, quia circumstantias comprehendi sigillo, est communis sententia, quod extendendum est ad alia quæcumque quæ à pœnitente dicuntur ad declarandum peccatum suum, sic enim demum securè etiam simplices peccata sua narrant. Secunda pars probatur, quia illa non pertinent ad confessionem, cùm sine illis omnino consistat integra, & hoc ipsum sciat pœnitens, qui etiam iis non vtitur ad explicandum sua peccata: at fortè ex leuitate ibi narrat, quo casu à Confessario reprehendi deberet, aut consilium aliquod circa illa petit, aut solamen, si ipsum affligant. Sufficit ergo seruare illa secreta naturali obligatione. Tertia pars, quæ casum scandali excipit, est certissima, quia vt diximus *supra*, hoc cederet in grauamen, & odium confessionis si reuelarentur. Vnde in casu scandali ne quidem proposito edicto de excommunicatione non reuelantis, videtur talia debere reuelare, quamuis quidam tunc putet, debere reuelare; sed tu tene nostram sententiam.

Sup. hoc signanter in Res. not. seq.

Sup. nunc autem in Res. seq & in aliis eius annot.

RESOL. XLV.

An si pœnitens explicet aliqua in confessione concomitanter, teneatur Confessarius celare sub sigillo? Ex part. 5. tr. 11. Res. 5.

§. 1. NEgatiuè respondet Mercerus *in* 3. *part. q.* 11. *art.* 2. & ideo ea, quæ non pertinent ad peccata declaranda, sed in confessione concomitanter dicuntur propriè non contineri sub sigillo, docet Suarez *in* 3. *part. disp.* 33. *sect.* 3. & alij. Si nullo modo tamen inseruiant accusationi peccatorum.

Sup. hoc lege doctrinam Res. præterit & aliquid supra in Res. 18. ad lin. 3. & infra cursim in Res. 50. in fine.

2. Sed ego adderem cum Tanneto *tom.* 4. *disput.* 6. *quæst.* 9. *dub.* 6. *num.* 136. Si nec inseruire existimarentur ab ipso pœnitente, ita vt nec in ordine ad peccata explicanda sint in confessione patefacta; nam si hoc modo explicarentur à pœnitente, puto sub sigillo ad illa non manifestanda Confessarium teneri; & ita etiam docet Reginaldus *in praxi tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 39. sic ait: Cadere sub sigillum non modò cùm ad peccatum declarandum necessarium fuerit tale quid in confessione exprimi, sed etiam cùm fuerit vtile, imò quoties in eum finem pœnitens (etiamsi in eo fortè agat minùs prudenter) aliquid dixerit, quod est in confessione tolerandum habita ratione communis modi confitendi hominum, multa sæpè dicentium animo declarandi sua peccata, quæ nihil sunt ad id necessaria, imò interdum neque vtilia; cùm ergo simplices & imprudentes auertendi non sint à confessione, sicut nec alij, tacenda sunt quæcumque ab eis dicuntur ad explicationem suorum peccatorum, vt possint securè, & sine timore reuelationis confiteri. Sic ille. vide etiam Fabrum *de pœnit. in* 4. *sent. dist.* 19. *quæst. vnic. disputat.* 34. *cap.* 2. *num.* 31.

RESOL. XLVI.

An aliquando Confessarius possit obligare pœnitentem ad declarandum complicem?

Et aduertitur posse contingere, vt licèt pœnitens dicat se velle per se ipsum immediate, vel per alium dare notitiam complicis ad impedienda mala iuxta suam obligationem; adhuc Confessarius possit illi differre absolutionem? Ex part. 6. tractat. 7. & Miscell. 2. Res. 2.

§. 1. REspondeo, quòd non repugnat dari casum, in quo possit Confessarius pœnitentem obligare ad manifestandum sibi complicis nomen: non quidem quasi Confessarius eam obligationem imponat; sed quia reuera pœnitens eam habebat: & Confessarius, qui ex eius confessione hoc agnoscit, admonet illum de sua obligatione, cui si non vult satisfacere, iam meritò ei absolutionem negat, quem non inuenit ad absolutionem dispositum. Porrò posse illum casum contingere, constat apertè, quia potest Confessarius videre ex occultatione complicis grauissima damna imminere, ad quæ impedienda pœnitens omninò tenetur: rursus videt, pœnitentem se ipso immediatè id non posse exequi, nec habere alium, per quem id possit præter ipsum Confessarium: quo casu certum est teneri pœnitentem ad illud medium vnicum eligendum: quod si eligere nolit, iam non est aptus ad absolutionem recipiendam. Et hæc omnia docet Lugo *de Sacrament. pœnitent. disputat.* 16. *sect.* 8. *n.* 432. qui rectè obseruat *num.* 434. posse con-

Sup. hoc lege doctrinam trium Resol. sequentium, & in to. 7. tr. 4. Res. 25. in fine, & ne desetas videre supra doctrinam Res. 26. signanter ab eius lin. 7. & vers. certum est.

tingere, vt licèt pœnitens dicat se velle per se ipsum immediatè, vel per alium dare notitiam complicis ad impedienda mala iuxta suam obligationem, adhuc Confessarius possit differre illi absolutionem, donec de facto suæ obligationi satisfecerit. Nam sicut debitori qui sæpè proposuit restituere, & non restituit, prudenter differtur postea absolutio, donec priùs cum effectu restituat, quia prudenter timemus, quòd post Confessionem non restituat: sic in nostro casu, quando Confessarius prudenter timeret, pœnitentem non satisfacturum postea suæ obligationi, prudenter faceret differendo absolutionem, donec priùs rem exequatur: imumò addunt aliqui, quòd debet cogere pœnitentem, vt afferat sibi testimonium denunciationis, vel manifestationis factæ: ita Bartholomæus Medina *1. summa, capit. quarto*, §. 1. hoc tamen videtur nimium: nam in illo foro debemus, & possumus credere pœnitenti circa præterita tam pro se quàm contra se, & quidem debitorum & furem absque alio testimonio absoluimus, quando dicit se iam restituisse. Et hanc doctrinam antequam typis excuderet Pater Lugo, ego mordicus tenui, & consului in Sicilia tempore quo pessima illa mulier vocata Tophania præbebat aquam suam venenosam, ex qua tot ne. es i t Regno miserabiliter subsequutæ sunt, ex ignorantia aliquorum Confessariorum, qui pœnitentes absoluebant.

RESOL. XLVII.

An liceat Confessario interrogare de complice in confessione in ordine ad ipsius correctionem, & illam facere de licentia pœnitentis?

Et an hoc sit absolute contra sigillum confessionis?

Et notatur, quod ex hyposesi, quod affirmatiua opinio sit probabilis, non tamen ex hoc debet Confessarius interrogare de complice in hunc finem correctionis, sed expectare, vt pœnitens id sua sponte declaret, &c. Ex part.3.tr.4.Res.112.aliàs 113.

Sup. hoc in duabus Res. seqq. & in Res. præterita. & in to.7. tr.4. Res. 25. in fine.

§. 1. AFfirmatiuè cum aliquibus limitationibus videtur respondendum ea Fagundex *præcept.2. lib.5. cap.1. num.2.* Suarez *in 3.part. tom.4. disputat.34. sect.4. num.4.* & aliis, penes ipsos; quia talis actio non est de se mala, ordinatur enim ad bonum finem, neque est contra sigillum, quia Confessarius in tali casu loquitur de auditis in confessione ex licentia pœnitentis.

2. Sed tu contrarium tene cum Villalobos *in summa, tom.1. tractat.9. difficult.38. num.5.* Sylvio *in addit. ad 3. part. D. Thomæ, quæst.11. art.2. concl.2.* Maldero *tract. de sigillo confess. cap.17.* Coriolano *tract. de cas. reseru. part.1. sect.3. art.9.* Rodriguez *in sum. tom.1. cap.109. num 9. in editione nouissima.* Ledesma *in summ. tom.1. de Sacram. Pœnitent. cap.22. concl.6.* Bañez *in 2.2. quæst.33. art.8. dub.8. part.1. concl.4.* Soto *in 4. sent. dist.18. quæst.2. art.5. ad 4.* & nouissimè hanc sententiam docent Petrus Fay *in addit. ad 3. part. q.11. art 1. disput. vnica.* Petrus Lorca *in 2. 2. D. Thom. quæst.33. articul.6. sect.1. disput. 45. num.20.* & Nugnus *in addit. ad 3. part. quæst. 11. artic.2. dub.2.* vbi oppositum vocat temerarium, & perniciosum, tanquam ipsius Sacramenti destructiuum; & respondet ad omnia argumenta, quæ pro affirmatiua sententia adducit Suarez. Et ratio est, quia talis correctio non potest effici sine iniuria Sacramenti, non est enim negandum multum detogare sigillo confessionis notitiam illius ad effectus adeò extrinsecos: finis etenim intrinsecus Sacramenti Pœnitentiæ est, tantùm iustificatio pœnitentis, non autem emendatio complicis. Cæteras rationes inuenies apud Nugnum. Et hæc opinio est communis in schola D. Thomæ.

3. Notandum est etiam, quòd stando in prima opinione, & ex hypothesi concedendo esse probabilem, non tamen ea hoc debet Confessarius interrogare de persona complicis in hunc finem correctionis, sed expectare, vt pœnitens id sua sponte declaret. Neque se inuitet ad faciendam correctionẽ, etiam intelligat esse necessarium, sed expectet petitionem pœnitentis, hic enim fortè per ipsum, vel per alium curabit corrigere. Et ita docet Filliucius *tom.1. tractat.7. capite vndecimo, num.349.* Vnde apparet multum errare aliquos Confessarios ex zelo indiscreto, & ea ignorantia extorquentes complices à pœnitentibus propter correctionem, vnde dum conscientiis aliorum mederi volunt, suarum conscientiarum iacturam faciunt, aiunt Henriquez *libro secundo, de pœnitent. capite nono, numero decimo*, & Fagundez *precept. secunda, libro quinto, capite primo, num 12.* & alij.

RESOL. XLVIII.

An Confessarius propter correctionem fraternam debeat, aut possit extorquere complicem?

Et an illa peccata alterius tam complicis, quam non complicis in confessione narrata, ita claudantur sigillo, vt sine complicis, aut alterius illius peccatoris licentia, esto habeat consensum à pœnitente, Confessor ea reuelare non possit? Ea part.5. tractat.11. Resol. 36.

§. 1. PRorsus negatiuam sententiam tenendam esse puto, quam alibi satis docui, & nunc iterum doceo cum Maldero *tractat. de sigillo, capite decimo-septimo*, vbi ex duplici capite existimat improbandum esse si Confessor extorqueat complicem, vt eum corripiat, aut corripi curet. Primò, quia fit iniuria Sacramento, quod natura sua tale secretum postulat, quasi detectio esset facta soli Deo, ad solius confitentis emendationem, adeò vt non debeat accusatio huius fori ad externum forum deriuari, aut ad correptionem alterius. Quare si reuelatio complicis non sit necessaria ad explicandum proprium peccatum, non potest Sacerdos ad vllum alium finem eam vrgere, præcipuè cum nec liceat pœnitenti eam facere, & vt faciat, sicut iam *suprà* diximus, secretum Confessarius id seruare debet. Certè neque proprium nomen, vt aliàs monuimus, tenetur pœnitens dicere, multominus sui complicis, si non aliud accedat. Si autem est necessaria, potest pœnitens Confessario complicem secundùm dicta superiùs reuelare in eum finem, vt se accuset; sed omitti debet omnis correctio, monitio, punitio complicis ea hac reuelatione, quia hæc non est necessaria ad explicandum & emendandum proprium peccatum. Secundò, quia fieret etiam iniuria complici, quia etiamsi meritò corripiendus sit, non est tamen corripiendus, nisi ordine à Christo præscripto, cui ordini repugnat ipsum corripi ex sacramentali confessione, cum ipsius secretum hactenus etiam in fauorem complicis redundet, vt non possit ipse vllo modo prodi per illud, nisi quatenus necessarium est ad explicanonem peccati ipsius pœnitentis. Quare etiam in casu quo pœnitens tenetur corripere Petrum de peccato suo, non est conueniens medium, vt Confessario suo reuelet peccatum Petri in illum finem, vt ipsius opera fiat correptio, si enim alio modo corripere, aut ad correptionẽ non venire potest, non tenetur corripere; si potest, tenetur

Alibi in duabus Ref. præteritis, & in Ref. seq. & in tom. 7 tr. 4. Ref. 25. in fine.

tenetur illum alium modum adhibere, hoc relicto. Quamuis enim hic modus ſit ſecretus, non tamen eſt licitus, quia in iniuriam cedit Sacramenti, & quomodo ſit corripiendus proximus, alium modum Chriſtus conſtituit. Si licitus eſſet modus qui eſt per confeſſionem, correptio ordinariè pro ſecretiori via amplectenda tentaretur per confeſſionem, quod eſſet inſigne grauamen Sacramenti. Deinde diximus *ſupra* peccata illa ſecreta alterius tam complicis, quam non complicis in confeſſione narrata, claudi ſigillo, & quidem ſic claudi, vt ſine complicis, aut illius alterius peccatoris licentia, eſto habeat conſenſum à pœnitente, Confeſſor ea reuelare non poſſit; non ergo poteſt de illis Confeſſor corripere. Aduerte ergo Confeſſor, non tibi rectè reuelari ad correptionem, quia ſecretum ſeruare debes, cùm eo ipſo minus poſſis corripere, quo magis ſecreto teneris. Præterea confeſſio non eſt inſtituta vt corripias alium, ſed vt te ipſum, ſi non corripiendo, aut corripiendo, aut aliter peccaueris, accuſes. Et hæc omnia docet Maldetus *vbi ſuprà*, in quibus miſerrimè ſcio quemdam Confeſſarium olim cum aliorum ſcandalo ſæpiùs deliquiſſe.

Sup. cōtentis in hoc verſ. Deinde. infra in Reſol. 51. per totam, & in aliis eius duarum annot.

RESOL. XLIX.

An, quando quis confitetur, liceat manifeſtare complicem, alterius peccatum, vel Confeſſarius poſſit de hoc interrogare ad finem corripiendi peccatorem? Et docetur, quod ſi Sacerdos fraude, vi, aut importunis precibus extorqueat à pœnitente manifeſtationem complicis, aut licentiam reuelandi confeſſionem, abſque dubio grauiter peccat? Ex part.7.tr.3. Reſ. 34.

Fuſiùs alibi in tribus Reſ. præteritis. & in to.7. tr. 4. ex doctrina Reſol. 15. in fine.

§. 1. DE hac Quæſtione fuſiùs alibi egi, nunc cum Lorca *in* 2.2. *D.Th. diſp.*34.*n.*19. Dico primò. Pœnitens non tenetur manifeſtare complicem, vt corripiatur; nec Sacerdos tenetur interrogare, aut inducere pœnitentem, vt manifeſtet. Probatur euidenter. Et quidem pœnitentem non teneri conſtat, Quia non ſemper, ſed rarò tenetur ſecundum gradum ordinis correptionis ſeruare adhibendo tertium qui corripiat; & ſi incidat articulus temporis quo ad id teneatur, non tenetur media confeſſione facere, cùm poſſit extra confeſſionem, nec tenetur potius Sacerdotem; cui confitetur, quàm alium ad hoc munus eligere: eſt enim moraliter impoſſibile, vti ille ſolus ſit, qui poſſit prodeſſe illi, qui correptione indiget. At verò nec Sacerdotem teneri ad interrogandum, & inquirendum de complice, manifeſtum eſt. Quia nemo tenetur inquirere alterius peccatum vt corrigat, vt ex ſupradictis conſtat. Et quamuis Prælati aliquatenus inquirere teneantur, ſed non tenentur vti tam exquiſito medio. Nulli ergo imminet obligatio huius inquiſitionis, & ideò pœnitens non tenetur reſpondere Sacerdoti interroganti. Et, ſi ſacerdos fraude, aut vi, aut importunis precibus extorqueat à pœnitente manifeſtationem complicis, aut licentiam reuelandi confeſſionem, abſque dubio grauiter peccat.

Sup. hoc lege ſupra doctrinam §. vlt. Reſ. 50.

2. Dico ſecundò. Nullo modo licet Sacerdoti diſquirere peccatum alterius, & inducere pœnitentem, vt manifeſtet illud, etiam ſi ſola blanda perſuaſione inducat. Probatur. Quia inquirere peccata quæ quis corrigat, illicitum eſt, vt *ſup.* probauimus, etiam extra Confeſſionem: ergo multò potiùs in Confeſſione. Nam vltra inordinationem, & deformitatem, quam continet hæc inquiſitio, ſi fiat in confeſſione, iniuria fit Sacramento, quo vtitur vt medio ad rem illicitam, & quo odioſum & oneroſum reddit, tam ipſis pœnitentibus, quam aliis hominibus, qui grauiter ferent, actiones ſuas, & negotia media confeſſione manifeſtari; & præbetur occaſio vt abſterreant alios à confeſſione.

3. Dico tertiò. Pœnitenti tunc licet manifeſtare complicem in confeſſione; ſine correctionis; quando extra confeſsionem id facere poſſet ſeruando ſecundum gradum ordinis in corripiendo, tunc enim ſi velit confeſsione vti, & confeſſarium adhibere vt miniſtrum aptum correptionis, non eſt per ſe illicitum. Et hoc probat fundamentum prioris ſententiæ, idq; ſolum S. Thomas, & alij authores concedunt, Verum tamen, cùm ſecundus ille gradus ordinis in correptione ſeruandi rarò habeat locum, & cùm poſſit extra confeſsionem fieri, & magis expediat, vt extra confeſsionem fiat, quia nonnihil odij in ſacramentum generat, & cum moralia moraliter definienda ſint; potius aſſerendum eſt, non licere hoc medio vti ad correctionem fraternam, quàm licere. Porrò quamuis pœnitens valeat manifeſtare complicem hoc fine, non inde infertur, ſacerdotem interrogare poſſe, aut inducere, quia licèt non inducat ad rem illicitam, ipſa tamen inductio, & inquiſitio ſibi prohibita eſt, vt ex dictis conſtat. Et hæc omnia præter Lorcam docet Duual *in* 2.2. *D.Thom.tract. de correct.quaſt.* 9. *art.vlt.* Vide etiam Lopez de Texeda *in Theol.Mor.tom.* 1. *lib.*1.*tract.*3. *contr.* 6.

RESOL. L.

An ſi pœnitens abſque neceſſitate manifeſtauit complicem in confeſſione, teneatur Confeſſarius occultare tale peccatum ſub ſigillo confeſſionis? Et curſiſsimè docetur omnia, quæ occaſione ſui peccati explicandi pœnitens in confeſsione dicit, cadere ſub ſigillo, etiamſi ſuperfluè addita ſint? Ex part. 3. tr. 4. Reſ. 110. alias 111.

§. 1. AFfirmatiuam ſententiam docet Malderus *tract. de ſigillo, cap.* 18. qui citat Suarez, Vaſquez, Ledeſmam, Bannez, Nugnum, Idem etiam docet Syluius *in* 3.*part quaſt.*11.*art.*11. *concl.* 12. qui citat Sotum, Richardum, Syluestrum, Angelum, & eſt communis opinio, quam nouiſsimè etiam docet Faber *de pœnit.in* 4.*ſent.diſt.*19.*q.vnica, diſp.*34.*cap.*2. *num* 31.*& cap.*4.*num.*84. Pitigian.*in* 4.*tom.* 2. *diſt.*21. *q.*2.*art.*8.*concl.*3. Villalobos *in ſum.to.*1.*tr.*9.*diffic.* 73. *num.*1. ſic aſſerens. [El ſigillo ſe eſteindre a todos los pecados confeſſados], y ſus circonſtancias, y a las coſas, que ſon neceſſarias para declarar los pecados, y aſsi ſi el penitente declarò el complice, ora porque era neceſſario para declarar el pecado, ò por ignorancia (que es muy ordinario) todo eſto cae debaxo de ſigillo.] Ita ille.

Sup hoc in Reſ. ſeq. §. vlt. & in alio eius annot.

2. His tamen non obſtantibus negatiuam ſententiam docet Io. de la Cruz *in direct.conſcient.p.*2.*de ſacram.Pœnit.q.*6.*dub.* 2. *concl.* 2. vbi ſic ait: Si pœnitens abſque neceſsitate manifeſtauit in confeſsione complicem ſui peccati, non tenetur Confeſſor complicis peccatum occultare ſub ſigillo confeſsionis, ſed ex ſolo ſecreto naturali. Nam tunc peccatum complicis materialiter ſolùm pertinet ad iſtam confeſsionem, & ſicut eſt dictum in confeſsione, poſſet dici extra eam, & ſic pro bono communi eſt manifeſtandum, ſicut alia ſecreta naturalia, dum tamen non ex-

plieetur pœnitens. Ita ille. Sed tu tene primam sententiam, quia quæ necessaria sunt ad integritatem confessionis; vel quæ dicuntur quasi coniunctim ad declarationem proprij peccati, sunt materia sigilli. Secundò, quia ex reuelatione peccati simplicis, sæpè numero potest agnosci peccatum pœnitentis, vnum enim est alterius manifestatiuum. Tertiò, alioquin confessio redderetur onerosa & odiosa.

3. Dices hoc verum esse, quando complex ex necessitate integritatis confessionis secundùm opinionem multorum DD. manifestatur, non autem quando absque necessitate manifestatur, vt est in casu nostro. Respondeo, & dico hoc etiam procedere, non modò cùm ad peccatum declarandum necessarium fuerit complicem in confessione exprimi, sed etiam cùm fuerit vtile. Imò quoties ad eum finem pœnitens (etiamsi in eo forte agat minus prudenter) id dixerit, quod est in confessione tolerandum, habita ratione communis modi confitendi hominum multa sæpè dicentium animo declarandi sua peccata, quæ non sunt ad id necessaria, imò interdum neque vtilia. Cùm ergo simplices, & imprudentes animaduertendi non sint à confessore, sicut nec alij, tacenda non sunt quæcunque ab eis dicuntur ad explicationem peccatorum suorum, vt possint securè, & sine timore reuelationis confiteri. Et hæc responsio desumpta est ex celebri doctrina, quam adducunt in terminis Reginaldus *tom. 1. lib. 3. cap 4. num. 39.* Suarez *tom. 4. disput. 33. sect. 3. num. 5.* & Malderus *tract. de sigillo, cap. 18 fol mihi* 170. vbi probant, omnia quæ occasione sui peccati explicandi, pœnitens in confessione dicit, cadere sub sigillo, etiamsi superfluè addita sint.

Sup hæc omnia lege supra doctrinã Ref. 45. & R. sol. eius not.

RESOL. LI.

An sit contra sigillum confessionis, etiam cum licentia pænitentis reuelare peccata complicis absque complicis licentia?

Et breuiter notatur cadere sub sigillum quamcumque personam in confessione detectam, siue ad declarandam aliquam substantiam necessariam siue imprudenter eam nominando sine necessitate? Ex part. 5. tr. 11. Ref. 24.

Sup. hoc supr prope finem Ref. 48. vers. D. inde.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Gabriel Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 93. artic. 4. dub. 5. num. 5.* quia sigillum confessionis est etiam in fauorem complicis; vnde certum est, & contrarium dicere esset falsum, Confessarium teneri seruare sigillum respectu complicis, quia manifestatio complicis pertinet ad explicationem peccati pœnitentis; & ita etiam hanc sententiam docet Kellisonius *tom. 2. in 3. parte, quæst. 11. artic. 1. dub. 2.* vbi sic ait: Notandum Sacerdotem obligari hoc sigillo etiam in gratiam complicis, quia hoc sigillum concessum est in hunc finem, vt tota causa huius fori sub secreto contineatur. quare quando persona complicis pertinet ad explicationem peccati pœnitentis, tanquam circumstantia, non potest Sacerdos reuelare complicem, nisi veniam habeat non solùm à pænitente, verùm etiam à complice, seu socio pœnitentis.

2. Non reticeam tamen negatiuam opinionem tenere Suarex *in 3. part. to. 4. disput. 34. sect. 3. numero 7.* Malderum *tract. de sigillo, cap. 17.* & Hurtado *de Sacrament. disput. 12. difficult. 6.* vbi sic ait: Obseruandum est non esse contra sigillum confessionis ex licentia expressa pœnitentis reuelare peccatum complicis absque complicis licentia, quia sigillum tantùm obligat in fauorem pœnitentis, vt confessio non fiat ipsi odiosa, nec ab ea retrahatur; ex reuelatione autem complicis ex licentia pœnitentis facta, nulli alij adhuc complici fit odiosa confessio, vt ab ea retrahatur: vnde si alias non fiat iniuria complici, vt potest contingere, poterit eius peccatum ex licentia pœnitentis reuelari; & ita hanc sententiam docet etiam Io. Præpos. *in 3. part. quæst. 11. de sigillo, difficult. 6. num. 47.* Dicendum est igitur, quòd sigillum propriè est in fauorem pœnitentis, & non nisi per quandam redundantiam in fauorem complicis, quatenus potest oriri ex fauore pœnitentis; ergo quando fauor pœnitentis aliud postularet, eo concedente licentiam non remanet obligatio sigilli respectu complicis: vnde patet responsio ad rationem Vasquez, cuius tamen opinionem probabilem esse puto.

3. Notandum est tamen hîc obiter cadere sub sigillum quamcumque personam in confessione detectam, siue ad declarandam aliquam circumstantiam necessariam, siue imprudenter eam nominando sine necessitate. Ita Reginaldus *tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 41.* & alij.

Sup. hoc magis late in Ref. præterita & in Ref. not. præteritæ huius Ref. & in eodem vers.

RESOL. LII.

Quid facere debeat Confessarius, si ex confessione vnius complicis scit peccata alterius, & alter in confessione tacet? Ex part. 5. tractat. 11. Ref. 21.

§. 1. Henriquez *lib 3. de pœnit. cap. 20. num. 6.* asserit posse ei in eo casu differre absolutionem per dies aliquot, & tandem teneri Confessarium eum absoluere, quia post audita peccata acquisiuit pœnitens ius absolutionis.

Sup. hoc supr. in tr. 4. Ref. 24.

2. Verùm Toletus *libro tertio capite 26. numero quarto*, putat non solùm posse, sed etiam debere Confessarium eum absoluere, si postquam eum interrogauit in communi, an aliquid ampliùs habeat, quod conscientiam torqueat, respondet, se nihil habere, quia pœnitenti per se, & contra se credendum est, & non est maior ratio, cur alteri maior fides habeatur, quàm isti. Vnde Fagundez *prær. 2. lib. 6. cap. 4. num. 37.* docet in tali casu non posse Confessarium differre absolutionem. & ita ego prorsus teneo.

RESOL. LIII.

An Confessarius statim post finitam confessionem, & datam absolutionem possit loqui cum pœnitente absque licentia de errore, v. g. commisso in dicta confessione? Ex part. 5. tractat. 11. Resolut. 19.

§. 1. Affirmatiuè respondet Tannerus *tom. 4. disput. 6. quæst. 9. dub. 6. num. 132.* Henriquez *lib. 3. de pœnitent. cap. 2. numer. 2. in fine.* & Ioan. Præpos. *in 3. part. quæst. 11. de sigillo, dub. 5. num. 41.* vbi sic ait: Aduerte similiter licere monere pœnitentem in eadem confessione etiam post absolutionem, quia morali iudicio id non censetur fieri extra idem forum, sed censetur pertinere ad actus complementum. Ita ille.

Sup. hoc infr. in Ref. 55. §. vlt. & in to 2. tr. 2. ex doctrina Ref. 30. § 2. ad medium vers. Secundo. & ne deseras hic supra in tr. 4. ex Ref. 1. legere doctrinam vers. Notat ad mediũ. §. Sed hanc & aliarum eius not.

2. Non desinam tamen hîc adnotare contrariam sententiam mordicus tenere Stephanum Fagundez insignem Theologum Societatis IESV, *pr. 2. lib. 6. cap. 4. numer. 33.* vbi ita asserit: Asserunt aliqui, si statim post finitam confessionem, & datam absolutionem occurrat error emendandus, posse Con-

fessarium

fessarium loqui cum ipso pœnitente de confessione & errore corrigendo absque prædicta licentia, in quo profectò minùs bene docet, tum quia scandalo fortè erit pœnitenti, tum quia est contra doctrinam quam tradunt Doctores, qui omnes absolutè dicunt post finitam confessionem non licere Confessario loqui cum pœnitente de rebus confessis, nisi de licentia expressa pœnitentis. Sicut enim finita confessione, si statim peccatum aliud confitendum pœnitenti occurrat, tenetur Confessor illud audire; & nouam dare absolutionem, propterea quòd est noua confessio, & nouum sacramentum, quia per primam absolutionem finitum fuit prius sacramentum; sic etiam in nostro casu expirauit auctoritas Confessarij, quam solùm habebat ad loquendum de rebus confessis intra ipsam confessionem, vnde ea finita, requiritur licentia expressa ipsius pœnitentis, vt sæpè diximus. nam si post perfectam confessionem liceret Confessori loqui cum pœnitente de rebus in confessione auditis sine eius licentia, profectò id, per se loquendo, esset valde onerosum pœnitenti, & rubore suffunderetur vehementer, pudoreque afficeretur, quod sine dubio redundaret in iniuriam Sacramenti. ergo &c.

RESOL. LIV.

Vtrum Confessarius in aliquo casu sine licentia pœnitentis possit loqui cum illo de peccatis auditis in confessione; videlicet Confessor commisit aliquem defectum in absoluendo pœnitentem, quæritur, an possit illi manifestare extra confessionem, etiamsi pœnitens non dederit licentiam manifestandi?

Et notatur Sigillum confessionis non solui quotiescumque sine licentia pœnitentis Sacerdos extra confessionem agit cum pœnitente solum de peccatis commissis, & auditis in confessione, modo id tamen faciat studio promouendi pœnitentis salutem? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 12.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & vide etiam supra ex tr. 7. doctrinam Ref. 44. & ex tr. 4. Ref. 1. § Sed hanc ad medium, à vers. Notat autē.

§. 1. DOctores communiter negatiuè respondent. Ita Reginaldus *in praxi, tom. 1. lib. 8. cap. 3. sect. 2. num. 30.* Suarez *in 3. part. tom. 4. disp. 32. sect. 5. num. 3.* Onuphrius *de sigillo, sect. 4. q. 5. §. sequitur secundò*, qui citat Sotum, Toletum, Rodriquez, & nouissimè docuit hanc sententiam noster Megala *in 1. p. lib. 1. c. 16. num. 22.* Graffius *in decis. aur. p. 1. lib. 1. c. 24. n. 73.* Valentia *tom. 4. disp. 7. q. 13. punct. 3.* Bonacina *de Sacram. disp. 5. q. 6. sect. 5. punct. 4. n. 8.* & Franc. Syluius *in suis aureis commen. in 3. part. D. Thom. in addit. q. 11. art. 4. fol. 63. & q. 8. art. 5. quæsit. 4. concl. 2.* vbi ait: Qui aliquem errorem in Confessione commisit, non debet pœnitenti simpliciter extra confessionem dicere, ne arguatur sigilli fractor, sed ei si præsens sit, dicat: Vellem quòd adhuc semel venires ad me pro confessione, quia habeo vnum verbum tibi vtile. Si acquiescit, officium suum tunc adimpleat. Si verò nolit, pœnitentiam agat confessor sui errati, non enim potest, nisi de præuio pœnitentis consensu, aliquid extra confessionem manifestare. Hæc ille.

2. At his non obstantibus, non desunt Doctores, qui contrariam opinionem amplectuntur; hi sunt ex Dominicana familia, Nugnus *in addit. ad 3. part. tom. 2. q. 11. art. 1. fol. mihi 346. col. 2. circa med.* & ex Societate Iesu Filliuc. *in quæst. mor. to. 1. tr. 7. c. 11. q. 5. n. 32.* vbi sic asserit: Si confessor defectum aliquem commisisset in confessione, ex quo esset obligatio denuò cum pœnitente colloquendi, debet primò significare illi voluntatem tuam, & si consentiat, iam id facit de licentia ipsius: quòd si non consentiat, potest tamen colloqui, quia verè non loquitur extra confessionem, sed complet eam, quæ iam erat inchoata, & imperfecta & pœnitens est irrationabiliter inuitus. Hæc ille. Notandum est etiam Puteanum *in 3. p. D. Th. p. 2. vlt. concl. 3. notab. 2.* docere sigillum confessionis non solui, quotiescunque sine licentia pœnitentis, Sacerdos extra confessionem agit cum pœnitente solo, de peccatis auditis in confessione, modò tamen id faciat studio promouendi pœnitentis salutem. Ita ille. Sed hæc opinio prorsus non est tenenda.

Sup. hoc notato infra in Ref. 56. prope finem, à vers. Vnde ex his. & lege etiam doctrinā Ref. 58.

RESOL. LV.

An si pœnitens non vult dare licentiam Confessario, vt ei aperiat defectum commissum in confessione, possit illum aperire?

Et notatur, si statim post finitam confessionem, & datam absolutionem, occurrat error emendandus, non posse Confessarium loqui cum ipso pœnitente de confessione, & errore corrigendo absque prædicta licentia pœnitentis? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 86. aliàs 87.

Alibi in Ref. præterita, & in Ref. seq. & vide supra ex tr. 7. doctrinam Ref. 44. & in Ref. 1. §. Sed hanc. ad medium, à v. notat autem.

§. 1. AFfirmatiuè respondent aliqui, vt nos alibi notauimus, & nouissimè ita etiam tenet Turrianus *de pœnitent. quæst. 11. art. 2. disput. 33. dub. 6.* vbi sic asserit: Deinde Suarez, & alij docent, quòd si confessor commisit aliquem defectum in confessione, & iudicat esse necessarium admonere pœnitentem, potest facultatem petere ab ipso pœnitente, vt de ea re cum ipso tractet. Quòd si nolit eam concedere, poterit nihilominus Confessarius manifestare pœnitenti id, quod iudicat necessarium ad rectè exercendum munus Confessoris. Ita ille.

2. Sed mihi summopere displicet, viros doctos hæc docuisse, & ideo hanc sententiam rectè Fagundez *pr. 2. lib. 6. cap. 4. num. 33.* improbabilem putat, quia ex illa daretur casus, in quo absque licentia pœnitentis expressa loqui possit Confessarius cum ipso pœnitente de rebus sibi confessis, quod est absurdum, & omnes Doctores negant; & aliter facere, erit exprobrare pœnitenti peccata confessa, & exosam reddere confessionem, & iniuriam facere Sacramento. Vnde in casu proposito, quando Confessor commisit aliquem errorem in confessione, quia, v. g. absoluit non subditum, vel excommunicatum, vel à casu reseruato, vel non iniunxit obligationem restitutionis, non potest, loqui cum pœnitente de supradicto errore, sed petat licentiam ab illo, & si negat, culpa quæ fuerat Confessarij, eo ipso in pœnitentem transfertur, & Confessarius liber ab omni obligatione manet. Vide Syluium *in addit. ad 3. part. q. 8. art. 5. quæritur 8. concl. 2.* & alios communiter.

3. Notandum est etiam ex supradictis contra Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 2. num. 2. in fine*, si statim post finitam confessionem, & datam absolutionem occurrat error emendandus, non posse Confessarium loqui cum ipso pœnitente de confessione, & errore corrigendo, absque prædicta licentia scandalum foret pœnitenti, tum quia est contra doctrinam communem Doctorum, dicentium absolutè post finitam confessionem, non licere Confessario loqui cum pœnitente de rebus confessis, nisi de licentia expressa pœnitentis: & ita contra Henriquez docet Fagundez *vbi suprà*; quæ omnia sunt valde à Confessariis notanda, quia hic casus passim in praxi solet accidere.

Sup hoc supr. in Ref. 53. & in aliis v. eius not.

RESOL. LVI.

An Confessarius, si aliquem defectum commisit in confessione, possit extra illam pœnitenti illum aperire, ipso renuente?

Et an tamen in ipsa confessione, etiam non petita licentia à pœnitente, ex rationabili causa possit fieri mentio eorum, quæ in aliis confessionibus dicta, & confessa fuerunt?

Et aduertitur, quod quamuis sit peccatum loqui cum pœnitente post confessionem de peccatis confessis, si hoc ipse ægre ferat, quia tum esset odiosum, tamen hoc non esset contra sigillum? Ex part. 5. tractat. 11. Resol. 18.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Turrianus *de pœnit. disput. 33. dub. 6.* Mercerus *de Sacrament. in 3. part. quæst. 11. articul. 3.* Hurtado *de Sacrament. disput. 12. de pœnitent. difficult. 11.* vbi sic ait: Supponimus posse Confessarium loqui cum pœnitente (quamuis renuente, imò & debere si commodè possit) quando commisit defectum in confessione, ex quo obligatur ad monendum illum, quia tunc non loquitur illi extra confessionem, sed in confessione, eam perficiendo, supplendo defectum illius. Ita ille, & Cœlestinus *in compend. Theolog. moral. tractat. 1. capit. 17. num. 2.* & alij; à fortiori hanc sententiam docet etiam Mæratius *in D. Thomam, tom. 3. disp. 32. sect. 3. quæst. 5.*

Alibi in duabus Ref. præteritis, & lege supra ex tr. 7. doctrinã Ref. 44. & in tr. 4. ex Resol. 1. §. Sed hanc ad mediũ, à vers. notat autem.

2. Sed hanc opinionem (quam maximè doleo primum docuisse Suarez) alibi ego reprobaui, & quia scio à quodam Confessario in praxi positam fuisse cum magno scandalo & maxima bile pœnitentis, ideo iterum illam ego reprobo cum Granado *in 3. part. de Sacrament. controu. 7. tractat. 11. disputat. 5. num. 1.* Onuphrio *opuscul. de sigillo, sect. 4. quæstione quinta.* Præposito *in 3. part. quæstione 11. de sigillo, dub. 5. num. 41.* vbi sic ait: Ex eo quòd non liceat sine licentia pœnitentis agere cum eo extra confessionem de rebus in confessione explicatis, Authores passim tradunt Confessarium, qui in suo munere errorem commisit, non posse cum pœnitente tractare extra confessionem absque eiusdem licentia, & proinde monent, vt eum prudenter alliciat ad rursum sibi confitendum, vel dicat se cupere loqui de re ad confessionem pertinente, & si possit absque scandalo, &c. impetrata licentia errorem aperiat; quòd si pœnitens eam concedere nolit, Suarez censet Confessarium nihilominus posse loqui, quia non censetur loqui extra confessionem, sed eam consummare; sed omnino verius est quod dicunt alij, scilicet non posse, quia antè censetur suum ministerium absoluisse, neque potest pœnitentem inuitum secundò sibi subiicere, id enim redderet hoc tribunal valde odiosum, & onerosum; vnde eo casu totum debet relinquere. Sic Præpositus, *vbi suprà*, & ego: vnde meritò aduersùs Nugnum inuehitur Malderus *tractat. de sigillo, capit. 21.* vbi sic ait: Quare non probo quòd Nugnus dicit, si Confessarius aliquid dicendum habeat pœnitenti quod in confessione fortè ipse Confessarius debebat dicere, & neglexit, & rogatus à Confessario veniam neget pœnitens secum loquendi de confessis peccatis, posse contra pœnitentis voluntatem totum nihilominus dicere Confessorem, quod fuerit necessarium. Ex hoc enim, inquit, nullum sequitur pœnitenti detrimentum, & hoc est necessarium ad Confessoris officium implendum, & non est in rigore loqui extra confessionem, sed potiùs est perficere confessionem. Hanc, inquam, opinionem non probo, sed potiùs existimo sequendum quod *capite 17.* diximus, etsi noluerit acquiescere pœnitens, prout ipsum debere acquiescere rectè dicit Sotus *de secreto memb. 3. quæstione quarta conc lus. 5. dub. 4.* rem totam esse silentio premendam, suóque tunc satis officio Confessarium esse perfunctum. Quod enim dicitur pœnitentem non grauari aliquo detrimento si ei extra confessionem ista dicantur, verum non est, quia ius habet & libertatem, ne liceat ex confessione sibi nolenti quidquam citra suum consensum extra confessionem de suis peccatis præscribi. Quod opponitur de Confessoris officio, tribunal eius cessat finita confessione, cessat voluntaria eius iurisdictio quando cessat voluntaria pœnitentis subiectio in tribunali illo diuino. Quod denique dicitur hoc non esse loqui extra confessionem, sed eam perficere, verum non est; extra confessionem enim loquitur, quia iudicium fori interni, & subiectio actualis ad claues, qua se subiicit confitens, iam cessat, neque confessionem perficit, sed assuit alterius naturæ alloquium. Hæc Malderus *vbi suprà*; non nego tamen in ipsa confessione etiam non petita licentia à pœnitente ex rationabili causa fieri posse mentionem eorum, quæ in aliis confessionibus dicta & confessa fuerunt. Vide Granadum *vbi suprà*, Malderus *capit. 22.* Henriquez *lib. 3. de pœnitent. cap. 2. num. 7.* & Fagundez *pr. 2. lib. 6. cap. 4. num 33.* vbi sententiam affirmatiuam, quam, vt diximus, Suarez primum docuit, improbabilem vocat, daretur enim ex illa casus, in quo absque licentia pœnitentis expressa loqui possit Confessarius cum ipso pœnitente de rebus sic confessis, quod negant DD. communiter. Vnde ex his refellenda prorsus est opinio Kellisonij *tom. 3. in 3. part. q. 11. art. 1. distinct. 5.* vbi tenet quòd quamuis sit peccatum loqui cum pœnitente post confessionem de peccatis confessis, si ipse hoc ægrè ferat, quia tunc esset odiosum, tamen hoc non esset contra sigillum, quia nulla est reuelatio; quod etiam docet, sed non bene, Mercerus *de Sacram. in 3. part. quæst. 11. art. 3.* Sed ex his oritur alia quæstio, videlicet:

Sup. hoc in Ref. seq. & in alio §. & vers. eius annot.

Sup. hoc vltimo in Ref. prima post præteritum prope fin. à vers. Notandum est. & lege etiam doctrinam Ref. primæ post seq.

RESOL. LVII.

An Confessarius in actu secunda confessionis possit refricare, & meminisse peccatorum in priori confessione à pœnitente detectorum?

Et an possit Confessarius videns pœnitentem pœnitentiam in confessione impositam non adimplere, monere illum, vt promissa adimpleat? Ex part. 5. tractat. 11. Resol. 20.

§. 1. AFfirmatiuè respondet Ioan. Henriquez *in compend. cas. mort. cap. 46. num. 4.* vbi sic ait: [Licito es al Confessor dezir en la confession al mismo penitente, lo que en otras confessiones le ha confessado el mismo, porque no ay differencia de vna confession à otra, respeto de vna misma persona.] Hæc ille. Et nouissimè Granado *de Sacrament. in 3. part. controu. 7. tractat. 11. disput. 5. num. 1.* & Henriquez *lib. 3. de pœnitent. capit. 2. num. 7.* Idem etiam docet Malderus *tractat. de sigillo, cap. 22.* vbi sic ait: Potest Sacerdos vti scientia prioris confessionis, quatenus opus est ad directionem pœnitentis in præsenti confessione, & eo ipso quod ad confessionem accedit, satis ad hoc censetur consensisse, vult enim iuuari in statu animæ suæ, & res scitur fore secretissima propter sigillum. Sanè sicuti quando extra confessionem de peccato, quod confessus est, consulit Confessarium, iam satis ei dat licentiam de eo loquendi, imò hoc ipsum requirit ab eo; ita similiter,

Sup. hoc in Ref. præterita. § vi. paulo ante fin. vers. non nego tamen. & sup. in tr. 4. Ref. 1. §. Sed hanc. ad medium, à vers. notat autem.

militer, quando statum animæ suæ exponit, & de eo iudicari & tractari vult in secunda confessione, satis censetur de necessariis ad bonam confessionis directionem Confessario tractandi secum potestatem facere. Quod magis locum habet, quando peccata prioris confessionis sunt aliquo modo circumstantiæ peccatorum, in secunda confessione expressorum. Hæc omnia Malderus. Et tandem hanc sententiam approbat Præpositus *in 3. part. quæstione vndecima de sigillo, dub. 5. num* 41. ita asserens: Praxis communis etiam Doctorum & timoratorum Confessariorum satis declarat in foro pœnitentiæ rationabili ex causa fieri posse mentionem eorum, quæ in priori confessione dicta sunt; nam Confessarij interdum negant absolutionem propter indispositionem pœnitentis, & carentiam propositi, quam ex præcedentibus confessionibus aduertunt, ex quibus notant frequentem lapsum in idem peccatum.

2. Ex his sequitur à fortiori contra aliquos, quos tacito nomine citat Onuphr. *opuscul. de sigillo, sectione quarta, quæstione quinta*, non posse Confessarium videntem pœnitentem pœnitentiam in confessione impositam non adimplere, illum monere vt promissa adimpleat, & licèt Onuphr. asserat tutius esse hoc non facere; ego puto absolutè Confessarium hoc facientem frangere sigillum; nam ex illa monitione extra confessionem implicitè & indirectè, refricare ei videtur peccata confessa, & ex tali admonitione redderetur pœnitenti confessio onerosa & molesta: ergo, &c.

3. Verùm ego absolutè, his non obstantibus, existimo eum Fagundez *pr. 2. lib. 6. capit. 4. num.* 36. non posse Confessarium loqui cum pœnitente in secunda confessione, nisi de illis tantùm peccatis confessis in prima, quæ ipse pœnitens tangit, ac confitetur in secunda, non autem de omnibus, nisi de licentia expressa illius, quam poterit facilè petere, si opus fuerit, quia aliàs erit virtualis exprobratio aliorum peccatorum, & fortè id ægrè ferent pœnitentes, & molestam reddent, exosámque confessionem: deinde oportet vt pœnitentes sint certi de fidelitate Confessorum in sigillo, & denique, quia prima confessio iam fuit perfecta & consummata, & in ea expirauit auctoritas Confessarij quoad peccata in illa confessa; oportet ergo habere nouam licentiam expressè concessam non in confuso.

RESOL. LVIII.

Quidam Confessarius extra confessionem locutus est cum pœnitente de peccatis confessis, qui eum apud Episcopum accusauit; quæsiuit tunc à me Antistes ille, an talis Confessarius tanquam fractor sigilli puniendus esset?

Et an Confessarius puniendus sit tanquam fractor sigilli, si asserat, v. g. audiuisse in confessione peccata publica fornicationum notissimæ meretricis? Ex part. 5. tr. 11. Res. 6.

Sup. hoc sup. in Resol. 54. prope finem lege doctrinã vers. Notandũ. & ex Res. 56. prope fin. vers. Vnde. & vide etiam vers. oot. seq.

§. 1. RESpondi in tali casu Confessarium fregisse sigillum, docuisse Sotum *in 4. distinct.* 18. *quæst. 4. artic. 6.* Victoriam *in summ. num.* 85. & alios. Sed negasse Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst. 93. art. 4. dub.* 10. Medinam *C. de Confess. quæst. de his, quæ à Confessario celanda sunt*, & alios. Aliquibus tamen magis placuit opinio Hurtadi *disput. 12. de Sacram. Pœnitent. diff.* 11. vbi tenet dictam locutionem non esse contra sigillum strictè sumptum, quia non est apertio secreti strictè sumpti, cùm fiat ipsi pœnitenti scienti peccata, de quibus Confessarius loquitur, esse tamen contra sigillum latè sumptum; quia est contra obligationem nulli dicendi peccata in confessione tantùm nota, quæ dici potest sigillum, seu obligatio seruandi secretum, id est, nulli dicendi. Vnde sequitur, vt ipsemet Hurtado obseruat, eum, qui sic peccat contra sigillum, non esse puniendum pœna imposita reuelantibus confessionem; quia tunc non reuelat confessionem reuelatione absolutè & strictè sumpta, sed tantùm latè sumpta, quæ non est punienda pœna imposita his, qui absolutè & simpliciter dicuntur reuelare. Et ideo ex his præfatus Illustrissimus Antistes Sacerdotem illum non damnauit ad pœnam ordinariam inflictam ex sacris Canonibus contra fractores sacri sigilli, sed puniendum duxit pœna extraordinaria; & ita in terminis hanc sententiam docet Granado *in 3. part. de Sacrament. controu. 11. tract. 11. disp. 8. num.* 3. Sed ego puto in dicto casu Confessarium frangere sigillum, & esse puniendum pœna ordinaria.

Sup hoc eum eodem Granado hic inf. citato in fine Res. seq. vers. sicut nec ille.

2. Notandum est etiam hîc per ea, quæ superiùs dicta sunt, oriri aliud dubium, an Confessarius sit puniendus tanquam fractor sigilli, si asserat, v. gr. audiuisse in confessione peccata publica fornicationum notissimæ meretricis; & negatiuè respondet Medina, *C. de Confess. quæstion. de his, quæ à Confessario celanda sunt*; quia tunc Confessarius ea affirmatione nec infamat pœnitentem, nec detegit peccatum illius, vt patet, sed tantùm detegit actum confessionis, qui est pœnitenti laudabilis, quo confessio non sit odiosa.

Quoad hoc lege sup. Res. 29. ad mediũ, à vers. Confessarius enim. & si placet. vide etiã §. eius annot.

3. Verùm talem Confessarium frangere sigillum, docet Sotus *in 4. distinct.* 18. *q. 4. art.* 5. Vasquez *in 3. part. tom. 4. quæst 93. art 4. dub.* 5. & alij communiter. Aliis tamen placet sententia Hurtadi *disput. 12. de pœnitent. diff. c.* 7. existimantis dictam affirmationem non esse contra sigillum strictè sumptum, quia non est detectio peccati strictè sumpta, nec quoad substantiam, nec quoad maiorem certitudinem, esse tamen contra sigillum latè sumptum, quia est contra obligationem religionis, tacendi, & non dicendi peccata confessa, quod ex se sit displicens pœnitenti, quæ aliquo modo dici potest sigillum. Et ideo ex his inferunt dictum Confessarium non esse puniendum vt fractorem sigilli, sed pœna extraordinaria condemnandum.

RESOL. LIX.

Quæ pœna imponatur Confessario reuelanti sigillum confessionis?

Et notatur, quod neutra pœna depositionis videlicet, & perpetuæ reclusionis incurritur ipso facto ante iudicis sententiam.

Aliis verò personis distinctis à Confessario, quas etiam sigillo confessionis teneri diximus, non sunt imposita dicta pœna.

Et notatur non infligi suprà dictas pœnas ob quamcumque violationem sigilli, sed solum ob reuelationem peccati; vnde si solum reuelaret aliquod ignominiosum in confessione cognitum, sed quod peccatum non sit, non incurrit istas pœnas; sicut nec ille, qui cum pœnitente loquitur extra confessionem de peccatis ab illo auditis, & non petita licentia.

Et cursim additur depositionem istam non solum significare prohibitionem audiendi confessiones, sed etiam cuiuscumque muneris Sacerdotalis. Ex part. 5. tr. 11. Resolut. 51.

§. 1. RESpondetur *in cap. si Sacerdos, de pœnit. distinct.* 6. duas pœnas imponi; primam depositionis à iudice imponendæ; secundam vt cogatur

Sup. hoc in tom. 5. tr. 10. Res.

gatur iste Sacerdos perpetuò ignominiosè peregrinari. In cap. autem *omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remissionibus*, confirmatur eadem depositionis pœna, & additur vt perpetuò detrudatur in Monasterium, vnde antiquum illud ius cap. *Sacerdos*, de perpetua peregrinatione per hoc ius nouius cap. *omnis vtriusque sexus*, sublatum est, & illa pœna est in perpetuam reclusionem immutata.

2. Nota tamen quòd neutra pœna, depositionis videlicet & perpetuæ reclusionis, incurritur ipso facto ante sententiam iudicis, quia ex nullo fundamento constat aliquam ex eis ipso facto incurri. Aliis verò personis distinctis à Confessario, quas etiam sigillo confessionis teneri diximus, non sunt impositæ dictæ pœnæ, vt ex dictis iuribus constat, nec eis sunt puniendi, sed mitioribus, qui in fractione sigilli non ita grauiter peccant, ac Confessarius, quamuis multo grauioribus, quàm si solùm frangerent secretum naturale Iustitiæ; & hæc omnia docet Ochagauia *de Sacrament. tract. 3. de sigillo, quæst. 9. num* 11. Hurtado *de Sacr. disp.* 12. *de pœn. diffic.* 14. Suarez *in 3. part. tom 4. disputat.* 33. *sect.* 8. Coninch *de Sacrament. disputat.* 9. *num.* 70. Præpositus *in 3. part. q.* 11. *de sigillo, dub.* 4. *num.* 39. & Onuphrius *opusc. de sigillo, sect. 5. q.* 2.

3. Notat tamen Granado *in 3. part. de Sacramen. controu. 7. tract. 11. disput. 8. num.* 3 non infligi supradictas pœnas ob quamcumque violationem sigilli, sed solùm ob reuelationem peccati, de hac enim tantùm agitur in iure, quia illa est præcipua materia sigilli; vnde qui solùm reuelaret aliquod ignominiosum in confessione cognitum, sed quod peccatum non sit, non incurreret istas pœnas, sicut nec ille, qui cum pœnitente loqueretur extra confessionem de peccatis ab illo auditis, & non petita licentia. Ita Granado, qui etiam addit depositionem istam non solùm significare prohibitionem audiendi confessiones, sed etiam cuiuscumque muneris sacerdotalis.

Sup. hoc cum Hurt. in Res. præterita cursim admo. dicti §. 1. vers. Vnde.

RESOL. LX.

Quomodo potest constare de hoc delicto? Ex part. 5. tractat. 11. Res. 52.

§. 1. REspondeo in primis per Confessoris dictum posse constare, alioqui aliis coniecturis vtendum, & interdum sufficient plures testes, quamuis non sint contestes, propter naturam delicti, circa quod vix possunt plures testes contestes, & eiusdem actus inueniri. Quòd si Confessor dicat se habuisse licentiam à pœnitente ad reuelandum peccatum, & pœnitens id neget, vt bene notauit Bernardus Diaz *in practica, cap.* 109. in hoc negotio non potest dari certa regula; sed ex qualitate peccati, & iisdem circumstantiis personarum, & publicatione delicti præsumptio est desumenda; & ita docet Ochagauia *de Sacrament. tract. 3. de sigillo, quæst. 9. num.* 12. Hinc Onuph. *opuscul. de sigillo, sect. 5. quæstione tertia*, sic ait: Vnde in hoc negotio vt rem totam perstringam, illud concludendum videtur, si id, quod opponitur Confessario, vel à pænitente, vel à tertia persona non constet, & Confessarius de eo aut non sit conuictus, aut non sit confessus, tunc ex diuersis accidentibus, tum respectu Confessarij, tum respectu pænitentis, vel etiam tertiæ personæ, si hæc sit accusatrix, totam rem esse à iudice definiendam, ac concludendam, neque enim in hoc videtur certa aliqua regula tradi posse, sequitur nullo modo probari, quod asserit Viualdus *de sigillo confess. num.* 39. Confessarium asserentem se non reuelasse confessionem, adducendum esse ad id, vt iuret, & tunc illi credendum esse; nam, vt diximus, nunquam videtur redigendus in eas angustias, sed potiùs ex aliis accidentibus iudicandum esse, an simpliciter sit illi credendum. Imò, cæteris paribus, nullo etiam adhibito iuramento, semper præsumendum esse pro Confessario, vt illius simplici dicto sit standum, nisi aliud obstet. Ita ille, quem iudices Ecclesiastici in casu contingenti ne deserant videre, etiam recognoscant Fagundez *pr. 2. lib. 6. c. 7. n.* 10.

Quoad hoc sup Res. 31. vl. ad medi, lege eius doctrinam. & si placet etiam alterius §. eius not.

RESOL. LXI.

An Confessarius teneatur dare schedulam peccatori, quem non absoluit? Ex part. 5. tr. 11. Res. 22.

§. 1. HVic quæstioni respondent multi, & graues Doctores optionem esse penes Confessarium dandi, vel non dandi, pro vt maluerit, tum quia non tenetur Confessarius cooperari occultationi peccati, sed qui sponte peccat, sibi prouideat de remedio occultationis. Parochus enim & quilibet alius Confessarius, qui negat schedulam, vtitur iure suo negando illam indignis, ex alia verò parte, quia ex genere suo videtur peccatum mortale contra charitatem proximi prodere eius crimen occultum, & non occultare, quando id facile fieri, & sine detrimento potest proprio, aut proximorum. & quia periclitatur sigillum confessionis in hoc casu, vt consideranti patebit: si enim in prædictis circumstantiis Confessarius negat schedulas, clarum manet ex sola præcisa notitia confessionis, & ex negatione schedulæ posse huiusmodi pœnitentes venire in suspicionem apud alios, status actualis peccati mortalis, filiam apud matrem, sodales apud consodales suos, & ideò propter has rationes pro vtraque parte factas respondet Henricus *lib. 3. de pœnitent. cap. 22. num.* 4. optionem esse penes Confessarium vt partem eligat, quam maluerit, & ait ibi ad marginem *litter. M*, ita affirmasse Doctores omnes Salmanticæ hac de re consultos.

Sup. hoc inf. in Res. 63. à § Sed quia. vsque in fin. dictæ Res.

2. Sed contrariam sententiam docet Coninch *de Sacram. dispu. 9. dub. 1. num.* 14. vbi sic ait: Quando aliqui studiosi, aut famuli alicuius Principis tenentur ferre testimonium suæ confessionis, Confessarius debet hoc dare etiam iis, quos non absoluit, ne testimonium hoc negando, aliquo modo prodat sigillum, & peccatorem, nec dando illud mentitur, quia tantùm testatur eos esse confessos, quod verum est. Ita ille. Et post illum Fagundez *precept. 2. lib. 6. capit. 4. num.* 4. & Moscoso *in summa, tractat. 7. capit. 15. num.* 3. Vnde non est audiendus Bonacina *de Sacrament. disput. 1. quæst. 6. punct.* 4. negantem Confessarium non teneri dare schedulam pœnitenti, quem non absoluit.

RESOL. LXII.

An Confessarius sine fractione sigilli posit manifestare pœnitentiam, quam imposuit pœnitenti.

Et quid, si Confessarius dixisset Coronam B. Virginis imposuisse pro pœnitentia suo cuidam pœnitenti?

Et quid, si pœnitentia esset vnum Miserere, quinque Pater noster, &c.

Et aduertitur non bene fecisse quemdam Confessarium, qui cum cuidã ob grauia peccata, sed ignorata iniunxisset in confessione longo tẽpore publicè audire solẽne Sacrificiũ flexis genibus, &c. Ex p. 5. tr. 11. Res. 31.

§. 1. REspondeo non posse Confessarium dicere in particulari quam pœnitentiam imposuit, si

Sup. his duobus primis difficultati-

bus in Res. seq. à principio vsque ad §. Sed quia.

si illa fuerit signum culpæ mortalis certæ, aut dubiæ, aut peccatorum venialium specialium quoad numerum, vel speciem, secus si fuerit ita leuis, vt ex illa colligi nequeat, nisi tantùm, quod certum & commune est, scilicet pœnitentem confessum fuisse venialia. Et ita docet Granado *in 2. 2. controu.7. tractat. 11. disputat.6. num.5.* Vnde ego olim dixi fregisse sigillum quemdam Confessarium, qui dixit Coronam B. Virginis imposuisse pro pœnitentia cuidam suo pœnitenti; nam talis pœnitentia non solet imponi pro peccatis venialibus; secus autem si pœnitentia esset vnum *Miserere*, quinque *Pater*, &c. & ideò optimè Malderus *tractat. de sigillo, capit. 12.* dixit non bene fecisse quemdam Confessarium, qui cùm cuidam ob grauia peccata, sed ignota, iniunxisset in confessione longo tempore publicè audire solemne Sacrum flexis genibus, indicauit eis, qui hoc obseruarunt, à se id profectum esse.

RESOL. LXIII.

An Confessarius, qui asseruit imposuisse Titio pro pœnitentia vnum Miserere, *vel quinque* Pater noster, *fregerit sigillum confessionis?*

Et quid, si diceret imposuisse Rosarium B. Virginis pro pœnitentia?

Et an Confessarius debeat negare pœnitenti schedulam confessionis petenti, si ex aliqua causa eum non absoluit? Ex part. 11. tr. 5. & Misc. 5. Res. 14.

Sup. contétis in hoc. & seqq. §§. vsque ad §. Sed quia huius Res. in præterita Resol.

§. 1. NOminatim contra me affirmatiuam sententiam docet Dicastillus *de Sacramentis, tom. 2. tractat. 8. disputat. 12. dub. 7. num. 122.* vbi sic ait; Quæres an sit contra sigillum, manifestari à Confessario pœnitentiam, quam imposuit pœnitenti. Respondent communiter sub distinctione, aut conditione, nempè esse contra sigillum, si pœnitentia talis sit, vt indicet, aut suspicandi ansam præbeat quod pœnitens confessus fuerit mortalia, quando scilicet pœnitentia excedit illam, quæ solet imponi pro venialibus, secus si non excedat. Cardinalis Lugo adhibet exemplum, verbi gratia, semel dicere orationem Dominicam, & Angelicam, vel vnum Psalmum mediocrem, pro sententia refert Henriquez, & Nauarrum, & recentiores quos non nominat. Et videtur inquit, probabile, quia sicut non est contra sigillum dicere quod confessus est venialia, sic neque erit dicere quod accepit pœnitentiam solitam imponi pro venialibus. Limitat hoc Lugo, nisi pœnitentia illa indicet qualitatem peccati, vt si pœnitentia fuit oratio leuis pro socio, quem leui aculeato verbo pupugisset, quæ notitia posset præbere occasionem suspicandi tale peccatum. Totum facilè admitto; sed in leuis pœnitentiæ exemplis etiam pro venialibus, video discrepantia iudicia. Diana *tractat. illo 11. 5. part. resolut. 31.* cùm retulisset Granadum, & Malderum, & in prædictam doctrinam consensisset, meritóque reprobasset, eum, qui dixerat, suo pœnitenti, quem designauerat, imposuisse pro pœnitentia Rosarium B. Virginis. (neque enim hæc pœnitentia iniungi solet pro venialibus) subiungit, secus si pœnitentia esset *vnum Miserere, quinque Pater, &c.* ego tamen intra latitudinem pœnitentiæ venialium, etiam quæ non indicet speciem, aut etiam genus peccati, non facilè id admiserim, præsertim hæc posteriora exempla. Huc vsque Dicastillus.

Quæ hic est Res. præterita.

2. Sed ego non recedo à sententia quam docui, & quam me citato adfert, & sequitur doctus, & amicissimus Pater Auersa *de Sacramento pœnitent. quæstione 18. sectione quarta*, vbi ita asserit: Non debet Confessarius dicere quam satisfactionem imposuit pœnitenti, quando est aliquantum grauis, quæ proinde posset indicare mortalia; vel multa; aut grauiuscula venialia pœnitentis: licet non frangeret sigillum, si diceret pœnitentiam impositam adeò leuem, quæ solùm denotaret confessionem aliquam venialium, sicut nec dicendo in genere, illum confessum fuisse venialia. Exempla affert Diana *p. 5. tract. 11. resolut. 31.* peccasse contra sigillum Sacerdotem qui dixit se imposuisse cuidam Coronam B. Virgin. non autem dicendo se imposuisse vnum *Miserere*, aut quinque *Pater noster*. Ita Auersa. Et ita etiam docet me citato P. Hermanus Busembaum Societatis IESV *in Medul. Theolog. moral. lib. 6. tract. 4. capit. 2. dub. 1. num. 5.* & ex eadem Societate, me etiam citato doctus P. Thom. Tambur. *opusc. de confess. lib. 5. cap. 3. §. 1. num. 1. in fine*, vbi sic ait: Huc reducitur, si confessor reuelet pœnitentiam pœnitenti impositam, vel publicè peragendam imponat, sed grauem, id est, quæ consueuit iniungi pro mortali, qualis nunc esset (ait Diana *part. 5. tractat. 11. resolut. 31.*) Corona B. Virgin. non verò vnicum *Miserere*, quia hoc loquendi modo præbetur, vt dictum est, occasio graue quidpiam aduersus pœnitentem suspicandi. Ita ille. Et tandem etiam me citato hanc sententiam sequitur Gesualdus *in Theol. moral. tom. 1. tractat. 25. cap. 3. num. 12.* sic asserens; Dico, non posse confessarium manifestare aliis pœnitentiam iniunctam pœnitenti in confessione, quando pœnitentia esset alicuius momenti, vt Corona, Rosarium; &c. quæ imponi solet pro aliquibus peccatis aliquantum grauibus, secus autem si pœnitentia fuisset leuissima, quæ imponi solet quotidie pro peccatis quotidianis venialibus, vt Psalm. *Miserere*, vel quid simile. Vide etiam me citato Leandrum *de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 10. q. 45.*

Vt in annot. præterita.

3. Non igitur est audiendus P. Dicastillus, nam pœnitentia vnius *Miserere*, vel quinque *Pater*, supponit tantùm peccata venialia in genere, nec vllum in particulari designat: ergo negandum est eius manifestationem frangere sigillum: nam potest confessor reuelare peccata venialia alicuius in genere duntaxat, quia qui confitetur manifestè, ostendit se habere saltem peccata venialia, vt & melius probat Leander *de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 10. quæst. 10.* & Lessius *in 3. part.* D. Thom. *quæst. 11. de sigillo confess. art. 2. n. 88.* & Præpositus *in 3. part. q. 1. de sigillo dub. 3. n. 26.*

4. Sed quia hîc Sermo incidit de sigillo confessionis; Quæro, primò an Confessarius debeat negare pœnitenti schedulam confessionis petenti, si ex aliqua iusta causa illum non absoluit. Et nominatim contra me respondet Dicastillus affirmatiuè, *vt suprà dub. 7. num. 119.* vbi sic ait: Iam verò de petente schediasma confessionis, Coninch *suprà num. 14.* putat Confessarium teneri Schedulam, & attestationem confessionis præbere ei, qui ob defectum dispositionis, vel aliam causam non absoluitur, verbi gratia, si audiuit famulos alicuius Principis, qui factæ confessionis soleat testimonium inquirere; Probat, quia alioquin proderet peccatum, & indispositionem pœnitentis, nec ideò Confessariua mentietur, verè enim dicit illum fuisse confessum; Cum Coninch sentiunt Fagundez, & Moscosus, quos refert, & sequitur Diana *tract. 11. 5. part. resolut. 22.* & ait non esse audiendum Bonacinam negantem teneri dare schedulam.

Quæ hic est prima post præteritam.

5. Mihi tamen magis probatur sententia Bonacinæ, quem & audit, & refert, & sequitur Lugo *numer. 87.* nempè negandam esse Schedam. Neque enim tunc Confessarius ex se reuelat directè, vel indirectè peccata, sed tãtùm non vult affirmare, vel dare

Schedam

Schedam confessionis non ritè factæ, alioquin pateret via, vt multi nequam ne venirent ad confessionem indispositi ad decipiendos dominos, imò etiam Parochos testimonio Confessarij. Talis autem peccator sibi debet damnum imputare, quod inde resultet. Hoc vsque Dicastillus; cui adde etiam nominatim contra me Leandrum *de Sacrament. tom. 1. tr. 5. disp. 10. n. 80.*

6. Sed ego iterum adhæreo contra Dicastillum, & Bonacinam opinioni P. Coninchi, dico igitur, quod confitentibus, tametsi ob indispositionem absoluti non sint, Confessarius testimonium dare debet factæ confessionis. Nam Confessarius violat sigillum confessionis, si directè, vel indirectè significet, se pœnitentem suum ob indispositionem non absoluisse. Hoc autem Confessarius significat, si aliis dans huiusmodi Schedulam, neget illi propter indispositionem, confirmatam ex eo, quod huic homini publicè petenti Sacram Eucharistiam, perinde, ac aliis danda est, ad infamiam eius vitandam. Ergo ob eamdem causam perinde, ac aliis Schedulam testimonij dare debet. Neque tunc Confessarius mentitur, cùm sit ipsi confessus, licet non absolutus.

Alibi in Ref. noc. præterita. 7. Et ita hanc sententiam præter Doctores à me alibi adductos, tuetur Pater Tamburinus *opuscul. de confess. lib. 5. cap. 3. §. 9. num. 16.* sic asserens: Hinc collige, quando famuli, vel scholares debent superioribus testimonium suæ confessionis afferre, debere Confessarium illud dare (intellige iis, qui confessionem saltem inchoarunt, licet propter aliquid absolutionis beneficio caruerint;) Ratio est, quia si non darent, proderent indispositionem eorum, quam ex inchoata confessione cognouerunt; nec dando mentiuntur, quia iam illi initium fecerunt confessionis. Ita ille. Et ex eadem Societate Amicus *in curs. Theolog. tom. 8. disput. 14. sect. 1. artic. 9.* & Layman *in Theolog. moral. libr. 5. tractat. 6. capit. 14. num. 8.* Rectè itaque Iacobus Marchant. *in resolut. pastor. tractat. quinto, post capit. 4. in appendice de sigillo casu 3.* sic ait; Si Confessarius audierit confessionem, & confitentem non absoluerit ob indispositionem, & indignitatem non solùm non potest dicere; ego eum non absolui, sed etiam putant multi eum teneri dare Schedulam testem confessionis, si hoc vrgeat pœnitens. Sic contingere potest quando vel discipuli suis magistris, vel famuli suis heris, vel Religiosi suis Superioribus tenentur referre testimonium suæ confessionis. Negando enim posset aliquo modo prodere sigillum, & peccatorem, dando autem non mentitur, quia tantùm testatur esse confessos, quod verum est. Et si quidem coram aliis confessus est, & coram ipsis petit testimonium, certum est nullatenus posse ei negari, quia ingeneraretur suspicio, quod non fuisset absolutus.

8. Sed circa præsentem difficultatem media via incedit Pater Auersa *de Sacrament. Pœnitent. quæstione decima octaua, sect. secunda,* & sic distinguit; Aut nescitur pœnitentem ad talem certum Confessarium accessisse, vt contingit in ciuitatibus, & Ecclesiis, in quibus est copia Confessariorum: Et tunc potest Confessarius tutò negare Schedulam pœnitenti quem non absoluit, absque vllo reuelationis periculo: quia si ipsemet pœnitens dicat se accessisse ad illum Confessarium, & ab eo fuisse sibi negatam Schedulam, ipse se prodet. Debebit etiam Confessarius negare, nec poterit licitè concedere, quando videt pœnitentem velle ea abuti ad decipiendum superiorem, & eludendum præceptum. Poterit tamen concedere, secluso hoc periculo, nec mentitur dicendo se audisse confessionem, non nominando absolutionem.

9. Aut scitur pœnitentem ad hunc Confessarium accessisse, vt quando Parochus dedit suo subdito licentiam ad alterum, qui solus est in ea villa, vel quando pœnitens aliis videntibus accedit ad talem Confessarium: Et tunc per se videtur Confessarius posse, ac debere concedere Schedulam, quia alioqui reuelaretur confessio, seu defectus in confessione detectus, Etiamsi, inquam, pœnitens esset abusurus Schedula ad decipiendum superiorem, & persistendum in peccato, quia Confessarius non propriè concurreret ad hanc fraudem, sed illam permitteret, ne reuelet ipse confessionem, sicut aliis pluribus modis contingit. Deberet tamen in Schedula dicere tantùm se audisse confessionem: quod verum est, & ita in hoc non mentitur: non autem dicere se absoluisse. Talique Schedula debent contenti esse quicumque Superiores, & pœnitentem admittere, tanquam ritè confessum, & absolutum. Et non expediret, nec tolerandum esset, vt exigeretur etiam expressè testimonium de absolutione. Hæc omnia Auersa, *vbi suprà.* Verùm Henriquez *lib. 6. cap. 12. num. 4.* circa casum propositum putat Confessarium posse talem schedulam ad arbitrium pœnitenti, vel concedere, aut negare, sed potius expedire concedere; Lugus *disput. 23. sect. 4. num. 87.* Similiter ait posse negare absque fractione sigilli, & posse concedere absque culpa mendacij, sed debere cauere à periculo scandali, ne schedulam det peccatori publico non emendato, aut etiam occulto sic volenti Superiorem decipere.

10. Sed ego absolutè affirmatiuam sententiam teneo contra Dicastillum, quam præter Doctores superius citatos, inuenio post hæc scripta docere etiam Martinum de San Ioseph *in Mon. confess. tomo primo, libr. 1. tractat. 22. de pœnitent. num. 4.* vbi sic ait: [Luego por mucho mas probable opinion la de Egidio, *de Sacrament. disputatione nona, dub. 2. num. 14.* Fagundez *præcept. secundo libr. quinto, capit. 4. numero quarto.* Moscoso *in summa, tractat. 7. capit. 15. numero tertio.* Bonacina *quo su patte, tractat. 11. re. l. t. 11.* que affirman que tiene obligacion el confessor à dar cedula de confession al que no absoluio, por el peligro de reuelar el sigillo, y que no mente en dar la cedula, porque no se dize mas en ella que de Fulano se confessò, y esto es verdad, pues se confessò, aunque no le absoluieren, demas de que aprouecha esso al penitente para encubrir sus pecados; y à nadie daña:] Et concedendum est facile, id quod nemini nocet, & petenti prodest. *leg. rescriptum, Cod. de precibus.* Ita Martinus.

RESOL. LXIV.

An pœnitens teneatur pœnitentiam impositam à Confessario non manifestare sub sigillo?

Et quid, si ex reuelatione huiusmodi redundaret aliquid malæ famæ, aut aliquid minus existimatione dignum in Confessorem, aut aliquem alium? Ex part. 5. tr. 11. Res. 8.

§. 1. Affirmatiuè respondet Adrian. *quæst. vlt. de confess. dub. vlt.* Paludan. *in 4. dist. 21. quæstione tertia, num. 61.* & Nauarrus *in cap. Sacerdos, de pœnitent. distinct. 6. num. 115.* Sed tu contrarium tene. Dico igitur, si quis pœnitens reuelaret pœnitentiam sibi a Confessario iniunctam, non facere contra sigillum, sed solùm contra naturale secretum; quod tamen verum est, si ex reuelatione huiusmodi redundaret aliquid malæ famæ, aut aliquid minus æstimatione dignum in Confessorem, aut aliquem

aliquem alium; nam si nihil tale redundaret, sed fortè pœnitens dixerit pœnitentiam sibi à Confessore iniunctam, quia intelligebat se nimis ex illa oneratum, vnde alium consuluerit, vt possit illa exonerari, tunc pœnitens non teneretur aliquo secreto. Ita Suarez *in 3. part. tom. 4. disputat. 33. sectione quarta, num.2.* Richardus *in 4. distinct.21. artic. 5. quæst. 3.* Sot. *de tegen. sacr. memb. 3. quæst. 4. conclus. 4.* vide etiam Tannerum *tom. 4. disputat. 6. quæst.9. dub.6. num.135.* vbi firmat quòd etsi pœnitens non obligetur sub confessionis sigillo ad occultanda ea, quæ à Confessario imprudenter facta, vel dicta sunt, quia tota sigilli ratio fauorem confessionis ac pœnitentis spectat, peccat tamen nihilominus mortaliter, si prodat ea, ex quibus Confessarij fama, vel honor notabiliter læditur, nisi forsan seruato debito charitatis, vel iuris ordine id priuatum, vel publicum bonum exigat, vt quando vel à Confessario solicitatur ad peccatum, vel nimis ab eo grauatur, aut quippiam ab eo in detrimentum boni communis cessurum intellexit.

RESOL. LXV.

An Confessarius possit peccatum in confessione auditum reuelare, quando ipse nequit aliter peccatum suum manifestare, licet ex eo veniatur in cognitionem pœnitentis? Ex part.5.tr.11.Ref.9.

§. 1. AFfirmatiuam sententiam tenet Sotus *in 4. dist 18. quæst.4. artic. 5.* Sà *ver. Confessor.* Gabriel *in 4. distinct. 21. quæst. 1. artic. 3. dub. 1.* & alij, asserentes licitum esse Sacerdoti, vt integrè confiteatur si aliter se explicare non possit, reuelare circumstantiam peccati sibi confessi, licèt ex ea deueniatur in cognitionem pœnitentis, maximè si Sacerdos sit admodum scrupulosus, & in articulo mortis constitutus; & in hoc casu, præsertim teste Henriquez *lib 3.de pœn.cap.10.num.5.in gloss. lit. O.* mordicus in actu publico Salmanticæ sustinuit hanc sententiam Dominicus Sotus.

2. Sed aduersùs Sotum prorsus in nullo casu hanc sententiam sustinendam esse puto; & ideo negatiuam meritò sustinent DD. quos citat Fagundez *p. 2. lib.6. cap.1. num.10.* quibus ego addo Turrianum *de pœnit. disp.33. dub.3.* Hurtadum *de Sacram. disp. 12. difficult. 5.* Malderum *tract. de sigillo, cap.17.* Reginaldum *tom. 3. lib 3. capit. 2. num. 10.* Kellisonium *tom.2. in 3. part. quæst.11. artic.1. dub.1.* Vasquez *in 3.part.tom.4.quæst.93. artic.4. dub.4.* Præpositum *in 3.part.quæst.11. de sigillo, dub.3. num.28.* & Ochagauiam *de Sacr. tom. 3. de sigillo, quæst. 4. num. 2.* quia maiorem obligationem inducit seruare secretum illud, quod propter nullam causam est violandum, quam seruare, integritatem confessionis quæ pro defendenda vita & honore,& propter alias causas potest non seruari. Nam licèt integritas confessionis formalis sit de essentia confessionis quæ in hoc consistit, quòd confiteatur quis omnia peccata, quæ non habet rationabilem causam silendi, integritas, tamen materialis, quæ in hoc sita est, vt omnia peccata commissa confiteatur quis, non est de essentia confessionis.

3. Dicendum est igitur quòd maioris momenti est obseruatio sigilli confessionis, & in maiorem reuerentiam iudicij confessionis cedit, quàm integritas confessionis, & ideo confessio dimidiari, seu mutilari potest ob graue aliquod damnum, & ob nullum potest rumpi sigillum confessionis, quia institutio integritatis cedit bono pœnitentis, ne ipsi confessio sit odiosa, sigillum verò nullius bono cedit. Vnde patet responsio ad argumentum Soti; & ideo ex his obseruat nouissimè doctus Ioan. Henriquez *in compend. cas. mor. cap.46. num.9.* [Que si vn Confessor estando en la confessando vn hombre, cometio algun pecado en la confession (como si le absoluiesse, no pudiendele absolue) y se vuiesse de confessar luego, el Confessor deste pecado de lo qual es fuerza que se siga auer de venir, el Confessor con quien se confessa en concimiento del hombre aquien absoluto el Confessor, ne pudiendolo absoluer, es à obligado en este caso a busca Confessor qua no pueda venir en conocimiento del penitente; y si esto no es possible, deue confessar todos lo demas pecados que tuuiere, y callar aquel pecado de auer absuelto al penitente, no pudiendolo absoluer: y la razon es, porque quando concurren dos precetos incompatibles que no se pueden guardar ambos, cessa la obligation del menor, y ay obligacion de guardar el mayor; y siendo maior el preceto de guardar el secreto de confession, que el preceto de confessar todos los pecados mortales, por esso cessa la obligacion de este, y queda la obligacion del otro.]

RESOL. LXVI.

Quomodo se gerere debeat Confessarius, quando interrogatur sub iuramento, an in confessione audierit peccatum aliquod?

Et aliqua aduertuntur, quæ contingere possunt in supradicto casu, vel similibus aliis.

Et tandem datur doctrina Confessario quid, & quomodo respondere debeat, si Sacrista, vel Minister Missæ a Confessario quærat, an apponenda sit particula pro communione Petri, quod respondeat Confessarius, vt hoc ab ipso pœnitente quæratur. Ex part. 5. tractat. 11. Resol.43.

Sup. hoc in tom.8.tr.4.ex Resol. 64. §. Sexto Sacerdos.& in to.5 tr. 7. ex Res. 14 §. Et quidem.post medium, vers. Quod manifestè.

§. 1. DOcent Sotus *in 4.dist.18. quæst.4. art.5.* & Paludanus *dist. 21. quæst. 3.* Confessarium tunc non posse negare, quia mentitur, quod nunquam licet: & cùm id non possit affirmare, dicunt consultissimum esse illi obiurgare interrogantem, quamuis iudicem, quia id interrogat.

2. Sed hæc opinio mihi non placet. Dico igitur, quòd Confessarius de peccato in confessione cognito interrogatus, negare atque etiam iurare potest, se nihil scire, nec pœnitentem, se tale crimen esse confessum, subintelligendo notitiam humanam, vel vt dicam tibi, imò ego puto ad hoc teneri, quando ex silentio, vel ex alia responsione generetur suspicio, quòd pœnitens peccatum illud commiserit. Et ratio est, quia, vt alibi diximus, æquiuocationes ex iusta causa sunt licitæ, nec teneri respondentem extra casum professionis fidei respondere ad mentem iniquè interrogantis. Cùm igitur in casu nostro ex vna parte Confessarius potest salua veritate negare, addendo mentaliter supradictas restrictiones, & ex altera parte est iusta, & rationabilis causa ad sic negandum, quamuis interrogans ea negatione decipiat, cùm illicitè interroget: ergo Confessarius potest licitè negare modo, quo supià; & ita hanc sententiam tenent Tannerus *tom.4.disp.6.quæst.9.dub.6.num.123.* Hurtadus *de Sacrament.disp.12.de pœnitent.diffic.13.* Vasquez *in 3.part.tom.4.quæst.93.artic.4.dub.12.* Coninch *de Sacr. disp.6. dub.11.n.21.* Henriq. *lib.6.c.19. num.7.* Ochagauia *de Sacram. tract.3.de sigillo Confess. quæst.9.num.5.* & alij: Vnde ex his reiicienda est opinio Altisiodorensis *lib.4.summa tract.6.cap.3. quæst.7.* Gabr. *in 4.distinct.21.quæst.1. art.3. dub.1.conc.3.* asserentium, Confessarium posse reuelare confessionem, ne sit periurus.

Alibi in Ref. prima notat, præteritæ, & in multis aliis eius annotationum.

3. Non

3. Non desinam tamen hic pro Confessariis adnotare cum Granado *de Sacrament. in tertia parte, controuers. septima, tractat. vndecimo, disputatione sexta, numero quarto*, quòd si peccatum sit tale, vt si Confessarius neget illud sibi fuisse confessum, detur occasio saltem rudi populo existimandi pœnitentem malè confessum fuisse; non debet Confessarius respondere negando, sed his, vel similibus verbis: Peccata sua confessus est, & ego illum absolui, vel functus sum officio meo, verbi gratia, si meretrix, vel alia persona vitæ perditæ, quam constet hactenus non fuisse alteri confessam, accedat ad Petrum Sacerdotem, illique confiteatur, postea verò quispiam imprudens accedat & interroget: Nunquid mulier hæc confessa est tibi meretriciam suam vitam; non poterit respondere Sacerdos non fuisse confessam eiusmodi peccata, quia inde saltem rudes inferre possent eam malè fuisse confessam: sed reprehendat interrogantem, & inducentem ad sacrilegium. Si verò quidpiam aliud dicturus sit, respondeat etiam ipsam aperuisse peccata sua, & ipsum functum fuisse officio suo Confessarij. Et si quærat Sacrista, vel Minister Missæ à Confessario, an apponenda sit particula, *vt consecretur pro communione Petri*, respondeat Confessarius, vt ab ipso pænitente quæratur, sic enim notat Granado & Henriquez *lib. 6. c. 21. num. 5.* in glossa *lit. X.*

RESOL. LXVII.

An secretum tanquam in confessione detectum obliget, ac si fuisset dictum in confessione? Ex part. 5. tract 11 Resol. 54.

§. 1. CAsus passim accidit, & noster bonus & doctus senex Pater Naldus ad illum sic respondet *in summa ver. Reuelare, num. 5.* Reuelari non potest quod sibi dictum fuit tanquam res dicta in confessione; quamuis enim non cadat sub sigillo confessionis Sacramentalis, perinde tamen arctat ad celandum illud, ac si dictum fuisset in confessione. Ita ille.

2. Sed in specie nominatim contra illum insurgit nouissimè Theophilus Raynaud. *in tr. de Monitoriis p. 1. c. 3. q. 4.* vbi sic assertit. Miror autem quid in mentem venerit Naldo, vt diceret, quamuis non interueniat sigillum confessionis in ea commissione arcani cum protestatione prædicta, tamen perinde hominem arctari ad celandam rem sic commissam, ac si in confessione sacramentali fuisset concredita, hoc enim nullo modo verum est. Sic Raynaudus. Dicendum est igitur, tale arcanum sic alteri concreditum non obligare nisi sub secreto naturali, & in hoc sensu benignè interpretandus est noster Naldus, ipse enim negat tale arcanum cadere sub sigillo confessionis.



INDEX



INDEX RERVM NOTABILIVM

In hoc Primo Tomo contentarum.

Prima Litera indicat Tractatum, Secunda Resolutionem, Tertia Paragraphum, Quarta Paginam.

Ad

quadam

Cognatio

Commu

Conscientia.

Custodia.

Duplex.

Duratio temporis.

Dux.

E

Ebrietas.

Ecclesia.

Excommunicationis absolutio.

Excusare.

Existens.

Expellere.

Expirare.

Explicare.

Explosio.

Expone

Ignorantia.

Index

intr

Qui

Medicus.

Rerum Notabilium.

De

Index

nicationes

Et

Res.

Vbi

compre

FINIS.

Î 7.